

SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS, ET A MAGNA
PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM
EUROPÆ CATHOLICÆ,
UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,
UNICÈ CONFLATUS,

*Plurimis annotantibus presbyteris
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.*

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT

J. P. M^{'''}.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS QUARTUS.

Introductionis Pars quarta.

DE AUCTORITATE LIBRORUM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.
RESOLUTIO DIFFICULTATUM QUIBUS IMPUGNANTUR LIBRI SACRI.

PARISIIS,
APUD EDITOREM,
IN VIA GALLICÆ DICTA:
RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER

ELENCHUS AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

DUVOISIN. — TUVCACHE. — STATTLER.

De Auctoritate Librorum veteris et novi Testamenti.

VEITH.

Scriptura sacra contra Incredulos propugnat.

INDEX RERUM.

Excudebat Migne,
en vid dist d'Amboise, hors la barrière d'Enfer.

DUVOISIN VITA.



Duvoisin (Joannes Baptista) iis accensendus est viris quibus nihil defuit ut magnum ex omni puncto relinquerent nomen , si tempestate meliori vixissent. Doctoris insula donatus , à primâ ferè juventute professoris vices explevit in Sorbonâ. Dein Parisiacas officiositatis promotor , censor regius , canonicus Antissiodorensis , Laudunensis canonicus ac vicarius generalis , hocce postremo munere defungebatur. cùm , ingruente civiliū procellarum asperitate , extra Galliæ fines deportatus esset. Ad Angliam primum appulit , unde transiit Bruxellas , episcopum Laudunensem revisurus , demumque Brunswicki consedit , ut publicas matheseos humauiorumque litterarum lectiones recitaret. Pacatâ post *concordatum* anni 1801 Galliâ , Duvoisin in patriam redux ad episcopatum Nannetensem evectus est , sibique adeò Bonapartii conciliavit benevolentiam , ut baronis titulo et honorariae legionis stemmate ab eo insignitus fuerit. Utinam à formidando bellatore qui jam Europe fata suo premebat ense , non alia fiducia pignora accepisset! Verum compluribus immixtus est hujus temporis negotiis in quibus perditissimum erat terrestris heri gratiam què ac veritatis iura servare. Unus fuit ex quatuor episcopis deputatis ut S. pontifici Pio VII in Galliâ captivo adesse. Cardinalibus etiam adjunctus ac episcopis quibus commissa cura de quibusdam difficultatibus sententiam cum rationum expositione ferendi ; inò congressus fuit plerisque amanuensis. Tunc , si nonnullis fides , religionis partes non equidem deseruit , sed molliori brachio tutatus est. Ilujus in excusationem afferti tamen potest epistola paulò antequam obiret ad Bonapartium scripta : *Imperatorum obiector , siebat , ut S. pontifici restituat libertatem ; cuius captivitas ultima vitae meæ momenta conturbat. Mihi non semel contigit ut ipsi dicam quantum hac captivitate doleat Christianitas universa , quācumque molestum fore si ea produceretur. Imperatorie felicitati necessarium esse mihi videtur , ut Sua Sanctius Romanus revertatur.*

Epiſtole mox citata nemo est qui non pios sensus incultamque simplicitatem miretur. Num verò sufficiat ad delenda omnino factorum quorundam vestigia , incertum est. Audiamus hic laudatum jam in primo Cursus nostri theologici volumine scriptorem : « Hæc epistola , inquit auctor libri inscripsi : *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique du 18^e siècle* , honori habenda est episcopo Nannetensi ; nomine autem validior esse potuisse? In extremo hocce momento episcopum sanè decebat veritatem totam effari. Illa igitur epistola haud auferetur nota mollitiæ eò minus ignoscendæ , quod multo ingenii acumine , multâ habilitate pollebat . »

Narrant de qo historiunculam que duplex est monumentum et leporum ingenii , et propè aulice comitatis quâ Bonapartio placere studebat. Civilis turbinis donna reparaturus , imperatorem deorabat ut ecclesiis Nannetensibus campana aliquot largiretur. Quo penuriam aerarii opponente : *Eia , inquit præsul , teneo cuicunque tormento quod bello occupaveris denatur metalli libra una , et nobis plus quam satis erit.*

J. B. Duvoisin subiit thoracis distillatione sublatus est , nona juli die , anno 1813. Lingonis natus erat decimâ sextâ die octobris anni 1744. Plaque illius opera sermone gallico prodire : 1^o *Dissertation critique de la vision de Constantin* , 1774 , in-12. 2^o *L'Autorité des livres du Nouveau Testament défendue contre les incrédules* , Paris 1775 , in-12. 3^o *L'Autorité des livres de Moïse établie et défendue contre les incrédules* , Paris 1778 , in-12. 4^o *Essai polémique sur la religion naturelle* , Paris 1780 , in-12. 5^o *De verâ Religione* , Parisiis 1785 , 2 vol. in-12. In ultimo hoc opere collectae sunt pœlectiones theologicæ quas in cursu sorbonico publicè recitarat. Dividuntur in dissertationes quatuor , quarum prima habet de religione naturali ; secunda de religione revelatâ in genere ; tertia de religione judaicâ (inde multa expressimus quæ circa librorum sacrorum authentiam divinitatemque obversantur) ; quarta de religione christianâ. 6^o *Examen des principes de la révolution française* , 1793 , in-8^r. 7^o *Défense de l'ordre social contre les principes de la révolution française* , Londres , 1798 , in-8^r. 8^o *Démonstration évangélique* , Brunswick 1800 , et Paris 1802-1805. Postremæ editioni Parisiacæ accessit tractatus de Tolerantiâ gallico quoque sermone adornatus. Demonstratio evangelica , auctore Duvoisin , etsi immortali Abrincensis episcopi operi non praestet , utilior tamen est , utpote necessitatibus hodiernis aptius respondens.

TUVACHE VITA.



TUVACHE hos inter homines annumerandus est , qui vitam paulò obscuriorem exegerunt , quippe qui in provincia modesto minùsque celebrato munere defuncti , nullo prorsù gravioris momenti eventu innouere.

Theologiam in seminario Rothomagensi longo tempore professus est, ac theologicum opus Rotnomagi nomine inscriptum, pro majori quibus constat tractatum partē usā cām D. Baston lucubravit. Porro, quod ex ipsius laudato mox opere desumptum infra venit, hand sine labore aliquo multis aliis sive à Stattler, sive à Duvoisin presertim mutuatis intermixtum ordinavimus, ex quibus omnibus unum quoddam uno quasi tenore cohærens opus conflavimus, quo sacrorum Codicūm auctoritas præclarè asserta vindicataque demonstrabitur.

STATTLERI VITA.

STATTLER (Benedictus), ē Societate Jesu, floruit in Germaniā versib⁹ medium seculum decimum octavum. Cū occasione Constitutionis cuiusdam Benedicti XIV multæ in cum criminaciones orirentur, ad pontificem scriptis literas tuend⁹ honoris et solatii causā; Benedictus in suā responsione, ad eum datā tertīā martii die 1753, quæ plena est apostolicae benignitatis, quan⁹ eum fecerit ipse satis testatur: eum scilicet horlatu⁹ ad pergen-dum, sicut faciebat, religiosæ vitæ conversatione, optimisque studiis ac laboribus de christianā republicā benē mereri. Ita enim fiet, adjiciebat, ut quam apud æquos rerum asimilatores acquisiſisti, doctrinæ ac probitatis laudem, constanter tuearis, nostrumque magis demerearis praesidium. (Exeat integra hæc epistola apud Zellinger, Institutiones juris nat. lib. 1, c. 13, § 108.)

Supp̄sā Societate Jesu sub Clemente XIV, anno 1773, Stattler in Bavariā remansit, et multos per annos. lectiones philosophicas primū, doinde theologicas dedit in celebri academiā Ingolstadiensi, in quā gessit munus procancellarii ac professoris ordinarii. Suas philosophicas disputationes vulgavit anno 1771, sub eo titulo: *Philosophia methodo scientiis propriā explicata* (Augusto-Vindelicarum, 8 vol. in-8°). Deinde inde-fessa labore incubuit studio theologiae quam dogmaticam appellant, et multos tractatus ordine successivo in lucem edidit; precipuos indicasse sufficiat.... *Demonstratio Evangelica*, 1 vol. in-8°; in eā inconcussa ostenduntur fundamenta quibus iniuitur religio christiana, adversus Deistas et omnes seculi ultimi pseudophilosophos; hanc Demonstrationem in compendium redigit Michael Sailer, qui fuerat Stattleri discipulus. — *Demonstratio Catholica* libro precedenti serie idearum subjungitur; prodit anno 1780, 1 vol. in-8°; in eā auctor expendit quodnam sit genuinum systema Ecclesie sub ratione societatis consideratae. — Post editum sistema hierarchie prodit liber *de Locis theologicis*, 1 vol. in-8°. Hi Loci theologici complectuntur corollaria principiorum quae in Demonstratione catholica posita erant, et viam parant ad tractatus speciales. — Tandem typis impressa est *Theologia christiana theoretica*, 3 vol. in-8°. In suis operibus Stattler summam venerationem proficit erga sanctum Sedem, cuius eximias prærogativas propugnat contra novatores; dum ea conscriberet, vaus ipsi labor erat, ministrum provocare unionem religionis in Germaniā, adductis novatoribus ad pristinam fidem et ad obsequium erga romanam Ecclesiam, ut ipsem protestatur in epistola ad ducem electorem Bavarie, quæ extat in ipso limine *tractatis de Sacramentis*. Attamen, quantumvis solam veritatem sincero animo prosequeretur, non dissimulandum illum aliquando lapsum esse, contra intentum, in quasdam opinionea paulò libiores et reprehensione dignas circa puncta difficultia; idēc sacra Congregatio nonnullos illius libros catalogo *Indicis* inscribendo censuit, non quidem ut errore vitatos, vel ad erronea systemata tuenda scriptos, verū ut quasdam complectentes assertionses minus accuratas, et quibus abuti posset. Hæc sacra Congregatio in primis notavit librum *de Locis theologicis*, decreto 10 juli anni 1797. Obstabat obsequium sumnum quo veneramur decreta hujuscē Congregationis, quominus librum in quo assertionses reprehendendas reperiit, in lucem ederemus; verū cū multa theologiæ utilissima etiam complectatur, hoc nobis licitum existimavimus, quedam ex his Loci theologicis depromere, quæ ad nostrum institutum referuntur, et sunt ab omni suspicione erroris prorsus immunita, et theologorum sanioris note placiti ex omni parte consona.

DE AUCTORITATE SCRIPTURÆ SACRÆ.



Multa jam protulimus, præsertim in primā hujuscē teuchum deventum erit, quæ planè sufficiunt ad vincere introductionis partē, aut profereantur cū ad Pentateucham sunnām auctoritatem Scripturarum erga.

omnes homines : attamen cum tanti momenti ac adeo fundatamente sit dogma existentiae et auctoritatis harum Scripturarum , opportunum fore duximus , ac junioribus praesertim clericis theologiae studio addictis , si speciale dissertationem precedentibus addiderimus desumptam ex eruditis auctoribus (1).

Auctoritas de qua in praesenti agitur , sumitur pro dignitate , et , ut ita dicam , exigentia fidei , et significat virtutem et potentiam sermonis alicuius , ad captivandum intellectum , ita ut praebeat assensum iis que proponuntur . Auctoritas alia est verbi humani , propter testimonium hominum veridicorum ; alia verbi divini , propter testimonium Dei revelantis : porro , ut ait S. Joan. (1 Ep. 1. 9) « Si testimonium hominum accipimus , testimonium Dei majus est ... » Hac auctoritas probanda occurrit , 1^o adversus ethnicos et incredulos , qui profanas habent nostras Scripturas veluti librum qualemcumque labore humano exaratum ; 2^o vel adversus Judeos , qui respiciunt novum Testamentum ac divinam revelationem in eo consignatam ; 3^o vel adversus Christianos , quorum quidam fuere inter novatores merito reputati , qui docuerunt scriptores canonicos in rebus levioribus fidem ac mores spectantibus sibi fuisse derelictos errorique obnoxios : ita olim heretici a sancto Hieronymo confutati (2) ; et proximis temporibus , Erasmus , Episcopius , Grotius , nonnullique Batavi , et quidam hodierni protestantes , qui libris sacris divinae auctoritatibus hoc sensu attribuunt , quod in illis nonnullae veritates divinae continentur . Num vero haec veritates revealatae divinae etiam auctoritate libris sacris mandata sint , non curant . Pro conditione hostium diversa adhibenda sunt arma .

Si adducendus sit ethnicus vel incredulus ad admittendas Scripturas sacras , et assensum dandum his que in illis libris continentur , tria accurate praestanda videntur : 1^o ostendendum est libros , quos Judei et Christiani sacros esse dicunt , verè esse genuinos , id est , temporum , locorum et personarum quibus tribuuntur ; nec esse suppositios , id est , non fuisse preposteriora confitos et dolosè aduentos novissimis temporibus ; 2^o libros illos non fuisse corruptos et mutatos substantialiter , sive quadam veritatem historiae , sive quadam notitiam mysteriorum , sive quadam traditionem legum et præceptorum ; 3^o libros illos in omnibus esse veraces , nihil falsi continere , saltem in iis à quibus pendet veritas religionis .

Si cum Judeo disputandum sit , supposita auctoritate veteris Testamenti , quod admittit , probanda erit auctoritas novi Testamenti . Hoc autem fact ostendendo scriptores novi Testamenti summè veridices fuisse , nec deceptos , nec deceptores ; unde coacti ipsa veritate agnoscerre debebunt figuræ omnes in veteri Testa-

mento descriptas , in novo adimplatas fuisse , eo ipso modo quo describuntur in libris novi Testamenti ; prophetias omnes perfectam habuisse eventum ; omnia tandem ea præcisè ratione contingisse in novo Testamento , quâ in veteri fuerant prænuntiata series .

Tandem si cum Christiano agatur , nubes traditio- nis Patrum et judicium Ecclesiae , Scripturae sacrae pondus et auctoritatem palam manifestabunt ; Christianis enim , nihil validius et efficacius , duobus illis veritatis divinae fontibus , proferri potest . Traditio Patrum purissimum est canalis per quem ad nos usque immaculata pervenit veritas à Deo tradita : Ecclesia autem est supremus judex controversiarum , quæ circa mores et fidem oriri possunt inter Christianos . Ex his concludemus libros integros Scripturarum cum omnibus suis partibus prout in Ecclesia Christi catholica legi consueverunt , pro sacris esse habendos ac divinos , id est Deo ipso auctore ac inspirante à scriptoribus sacris fuisse conscriptos... Hac etiam nos conductent ad expendendam controversiam inter ipsos doctores catholicos exortam de ratione et extensione inspirationis .

Tria igitur erunt capita hujus dissertationis : 1^o de authenticitate , integritate et veracitate librorum veteris Fœderis ; 2^o de authenticitate , integritate et veracitate librorum novi Fœderis ; 3^o de divinitate seu divina inspiratione horum omnium monumentorum tūm veteris tūm novi Fœderis .

● ARTICULUS PRIMUS.

DE AUTHENTICITATE, INTEGRITATE ET VERACITATE LIBRORUM VETERIS TESTAMENTI.

Dicemus seorsim de Pentateuco et de ceteris libris sacris Pentatuccho posterioribus.

ARTICULUS PRIMUS.

De authenticitate Pentateuchi.

Liber ille authenticus dicitur qui ab eo auctore , eaque aetate scriptus est cui vulgo tribuitur , et cuius nomen præ se fert : contrà spurius et supposititius dicitur liber sub antiqui alicuius auctoris nomine recentiori manu editus . Liber authenticus non continuò verax habendus est , et vicissim liber verax esse potest , quin authenticus sit . Ex dicendis tamen constabit Pentateuchi veritatem magnâ ex parte pendere ex illius authenticitate .

Unanimis semper fuit Judeorum et Christianorum sententia Pentatucchi auctorem esse Mosem , qui circâ annum ante seram vulgarem 1500 Hebreorum genti leges dedit . Primi omnium constantem hanc traditionem aperte impugnaverunt Hobbius et Spinoza , à quorum opinione non multum recedit Isaac Peyerius , qui in *Systemate theologico ex Praedanitarum hypothesi* contendit perilius libros in quibus res Hebreorum fusori calamo descripsisset Moses ; eos verò , quos ejus nomine insignitos habemus , non esse nisi fragmenta et brevia opera Mosaici . Inventas ab illis scriptoribus difficultates studiosissime collegit , ampliavat , eaque stili elegantia et facilitate ouâ nemini

(1) *Duovisir , de verâ Religione* ; Baston , *de verâ Religione* , in *Theologî Rotomagensi* ; Stattler , *de Loci theologiis* ; Theologus Wirceburgensis , *de Scripturâ sacrâ* , seu Kilber , S. J.

(2) Hieronymus , in proemio super *Epistolam ad Philemonem* , t. 4 , p. 441 , ed. B.

secundus erat, ornavit Voltaire, *Traité de la Tolérance, Philosophie de l'Histoire, Dictionnaire Philosophique, Questions sur l'Encyclopédie, la Bible expliquée*, etc.

Singularem et relate mox opinioni cognitam sententiam amplexus est Richardus Simon in *Historia critica veteris Testamenti*. Videlicet existimat Mosem commentatoris de rebus suo tempore gestis scripsisse, vel describi curavisse, et instituisse in Hebraeorum republicâ ordinem virorum qui Scribarum munere fungerentur, quique res gestas in commentaria publica referrent; hanc verò Scripturarum quæ nunc extat collectionem, non continere ipsa genuina scripta ætate Mosis edita, verum breviarium quoddam et epitomen esse tabularium publicarum post captivitatem Babyloniam adoriantam et publicâ confirmatam auctoritate. Hanc Richardi Simon conjectationem redarguit Joannes Clericus, libro cui titulus : *Sentiments de quelques Théologiens de Hollande* : ast aliam ipse proponit non minus temerariam, quæ nimis ait à sacerdote quodam Israëlitico quem regnante Josiâ ad novos Palestinae incolas missum esse existimat, Pentateuchum scriptum, et deinceps ab Ierosolymitanis doctoribus recognitum et probatum fuisse. Ab eâ tamen opinione discessit vir doctissimus : quippè dissertatione III. in Genesim, Pentateuchum à Mose conscriptum fuisse gravissimus argumentis conficit.

PROPOSITIO. — *Pentateuchus coœrus est reipublicæ Hebreorum, genaununque Mosis opus.*

Probatur tūm perpetuā et publicā Judæorum fide, tūm exoticorum auctorum testimoniis, tūm characteribus antiquitatis in Pentateuco conspicuis, tūm de-nique ex manifestè sententie adversariorum vanitate et repugnantiā.

Argumentum primum, *ex perpetuā et publicā Judæorum fide*. Vel nunquam constare potest de libri ejuscumque auctore, vel liber ille habendus est veluti authenticus, quem natio integra ad certum nominatum auctorem refert traditione universali hand interrupta, quaque in ipsa auctoris ætate originem habeat; maximè si es qui libri scriptor dicitur, celeberrimus olim et æqualibus suis notissimus esse debuerit; liber verò ejus generis sit, qui omnia religio-nis et politica apud eam nationem recepte funda-menta continet, ac præterea omni ætate publicus ac vulgatissimus fuerit.

Atqui 1^o certum est Mosem fuisse virum apud Judæos celebratissimum, quandoquidem Judæi illum veluti legislatorem, reique suæ tūm sacrae, tūm politice fundatorem agnoscunt, semperque agnoverunt. Certum est etiam Pentateuchum à Judæis semper habitum fuisse veluti librum maximi momenti, ex quo ritus omnes religionis, judiciorum civilium forma, diversarum familiarum iura et hereditates, gentis universæ monumenta pendere intelligerentur. Neque dubitari potest, quia omni aeo publicus atque apud Judæos vulgatissimus fuerit Pentateuchus. Principias illius partes auctor ipse coram populo universo re-citasse dicitur. Exodi XXIV, 7, et alibi. Deuteronomii XXXI, 9, lex traditur *sacerdotibus... et cunctis*

senioribus Israel. Ibid. 12, jubetur legem coram uni-verso populo singulis septenniis recitari. Ejusdem libri XVII, 18, regibus precipitur ut describant sibi Deuteronomium legis, accipientes exemplar à sacer-dotibus, et habeant secum, legantque illum omnibus diebus vita sua. Ex quibus patet Pentateuchi auctorem, quicunque ille sit, institutis ac legibus cavisse ne apud Judeeos memoria libri illius unquam oblitteraretur.

2^o Universa Judæorum natio Pentateuchum ad Mosem refert traditione constanti, nunquam inter-rupta et Mosis ipsius ætati coœvā. Etenim 1^o viget nunc in Judeorum animis persuasio illa, neque ullo argumento probabili ostendere possunt adversarii eam aliquando post Mosis tempora invaluisse. Ergo jure, ut ita dicam, præscriptionis, Mosi ipsi æqualis existimanda est. Si enim à Mosis temporibus et ex rei compertâ veritate fluxerit, necesse est illam esse etiamnum apud Judeos universalem; sī autem Mosis temporibus recentior, difficile admodum est, ne plus dicam, verisimiliter illius originem assignare. 2^o Judæi continuam habent librorum sacerorum successionem ab ipsa Mosis ætate, ad annum circiter ante Christum natum 450 productam: eo quippè tempore floruit Malachias, prophetarum ultimus. Atqui auctores illi omnes supponunt librum aliquem à Mose conscriptum fuisse, neque liber ille, quem Mosi tribuunt, alias esse potest quam Pentateuchus noster. Probanda est utra-que pars minoris propositionis.

Prima quidem innumeris testimoniis demonstratur. Pauca pro variis historiæ Judaicæ periodis, inverso temporum ordine referemus. Igitur Malachias propheta-mi suam concludit iis verbis : *Memento legis Moysi servi mei, quam mandavi ei in Horeb ad omnem Israel, præcepta et iudicia*. Nehemias Malachia æqualis, libri Cognominis cap. I, Deum iis verbis deprecatur : *Memento verbi tui quod mandasti Moysi servo tuo, dicens: Cum transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos, etc.; quo in loco manifestè respicit Nehemias ad ea Deuteron. XXVIII et XXX prædicuntur. Nehemias iterum XIII hec leguntur : In die autem illo lectum est in volumine Moysi, audiente populo, et inventum est scriptum in eo, quod non debeant introire Ammonites et Moabitæ in Ecclesiast. Dei usque in æternum, et quod non occurserint filii Israel cum pane et aqua, et conducerint adversum eos Balaam ad maleficendum eis, etc. Lex ea Deuteronomii est Cap. XXIII; factum verò Balaam refertur Numer. Capp. XXII et XXIII.*

Baruch et Daniel, qui tempore captivitatis Babylo-nica floruerunt, Mosis legisque ab eo date disortis verbis meminerunt. Hic Cap. IX, ille Cap. II, Tobiae VII citatur lex è Numer. XXVI petita. IV Reg. XIV Amasis filios corum qui patrem suum interfecerunt, non occidit, *juxia quod scriptum est in libro legis Moysi*: lex autem ad quam respicit extat Deuteronom. XXIV, II Paralipom. XVII, regnante Josaphat, mittuntur sacer-dotes et Levites, *docebantque populum in Judæa habentes librum legis Domini*. III Reg. II, David moriens Salomonem bortatur ut sedulò observet quecumque scripta sunt in lege Moysi. In libris Judicum et Josue

lex eadem sèpè memoratur. Denique ex pluribus ipsiusmet Pentateuchi locis, manifestum est librum aliquem à Mose exaratum fuisse, in quo disciplina omnis Judæorum religiosa et civilis continebatur.

At non minus certò constat quod etiam addidimus, liberum hunc toties laudatum veluti Mosis opus, alium non esse quām Pentateuchum ipsum quem legimus. Enimverò quisnam alias sit, nec dicitur, nec verò dici potest. Neque sanè suspicari fas est periusse genuinum Mosis scriptum, atque ejus in locum subrogatum ac receptum fuisse librum aliquem recentiori manu consarcinatum. Obstac quippe ne illa suspicio admittatur, tūm hypotheseos illius repugnantia de qua postea dicturi sumus, tūm continua et nunquam intercisa testimoniorum series, quibus liber à Mose conscriptus commendatur. Praeterea in reliquis Judæorum libris non injicitur libri à Mose exarati nuda commemoration, sed etiam facta plurima aut leges referuntur que in Pentateuco etiamnum existant, nihilque ex libro Mosi attributo laudator, quod in Pentateuco non extet. Porrò illa libri tam sèpè apud Scriptores judæos citati cum Pentateuco nostro consenso, luculentissimè probat librum hunc ab ipso Pentateuco diversum non esse. Insuper varia Pentateuchi partes omnino similes sunt iis libris quos Moses in Exodo, Numeris et Deuteronomio scripsisse dicitur. Etenim libri illi complectebantur itineria, castrenses, bella populi Israhelitici, legesque nascenti Israhelitarum reipublica datae, quibus referendis pars Pentateuchi præcipua insumitur. Denique varijs Judæorum ritus, mores, et consuetudines quales in omnibus Scripturae locis describuntur, ita consonant cum iis qua præscribit Pentateuchus noster, ut manifestum sit, hoc omnia ex libro illo expressa fuisse, ac proinde ab eo conscriptum fuisse Pentateuchum, à quo leges suas Judeeos accepisse constat.

Argumentum secundum, ex testimoniis Exoticorum. Sententia quam defendimus non est Judæorum duntaxat, sed etiam Exoticorum omnium quibus Moses et Judæi non omnino incogniti fuerunt. Illustrissimus Huetius *Demonstr. Evangel. Propositione IV*, cap. 2, quām plurimos auctores enumerat qui Moses meminerunt veluti Judæorum doctoris et legislatoris. Verum, ut dicamus quod res est, conjectationibus nimis indulget eruditissimus Præsul, cùm illis auctoribus accenset Homerum, Hesiodum, Thaletem, Solonem, Pythagoram aliquoque veteris philosophie parentes; eo quod illi nonnulla reliquerint qua cum Pentateuchi doctrinā consanguinitatem aliquam habere videantur. Quamvis enim fieri fortassè potuerit, ut vetustissimi illi Scriptores in legum Mosaicarum codicem inciderint, nonnullaque ex iis fontibus hausta suas in scholas derivaverint, ut Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Eusebius et plerique veterum existimaverunt; id tamen reipsa factum fuisse nullā satis firmā ratione adversus incredulos ostendi potest. Multò minus verisimilis est alia ejusdem assertio, qua contendit universam præudem Ethnicon theologiam, ex Mose Mosisve actis aut scriptis manavisse, ita ut

Tautus et Adonis Phœnicum dii, Mercurius, Osiris, Apis, Serapis, Anubis Ægyptiorum, Zoroaster Persarum, Græcorum Apollo, Priapus, Esculapius, Prometheus, Minos, Æacus, etc., verbo dicam, populorum omnium etiam Americanorum dii aut heroes veteribus fabulis celebrati, sint ipsem Moses diversâ ubique larvâ personatus, ubique tamen certis indicis internoscendus. Missis itaque doctis illis somniis (1) quibus in religionis defensione nihil loci esse debet, iis sollempniter testimoniis uteatur quae sunt extra omnem controversie alciam posita.

Ejusmodi est 4° testimonium gentis Samaritanæ. Videelicet Samarita ab Esdra temporibus qui eos sacros et infantes esse jussit, perpetuas et capitales cum Judæis inimicitias exercuerunt, ita ut populo utriusque nullus amor nec fræderia fuerint, sed implacabile odium quod etiamnum perseverat. Idem tamen Samarita Pentateuchi codicem asservant peculiaribus litteris, qui sunt antiqui Hebræorum characteres, exaratum, et nihil, vel certè quām minimū, à Judæorum PentateUCHO dissentientem, eumque veluti ipsissimum Mosis opus, et totius religionis sue fundamentum, rejecit alii veteris Testamenti libris, venerantur. De Samaritarum origine ac presenti conditione, atque auctoritate Pentateuchi Samaritani consuli potest liber inscriptus : *Nouveaux Eclaircissements sur le Pentateue des Samaritains*, ab uno è congregazione Beneficiaria Sancti Mauri, Paris, 1760.

2° Pentateuchi antiquitatem, Moseque illius parentem agnoscunt Scriptores vetustissimi Manethon Ægyptius, Philocorus Atheniensis, Eupolemus, Apollonius Molonis, Alexander Polyhistor, etc., quorum quidem opera jam non extant, sed exstabant etate Josephi, Clementis Alexandrinæ et Eusebii, qui plurima ex iis testimonia describunt, ut efficiant Judæorum leges Græcorum legibus ac disciplinis multò antiquiores esse.

Inter scriptores quorum opera ad nos venerunt, Mosis meminit Diodorus Siculus, qui libro *I Historiarum*, Mose recenset inter eos legumlatores qui leges suas divinitus sibi traditas fuisse affirmaverunt. Insigne aliud Diodori testimonium ex libro XL descriptis Photiis, ubi de Mose plurima refert Diodorus, partim vera, partim false pro more Græcorum, qui Judæorum historiam nonnisi leviter admodum attigerunt. Mosis meminerat Trogus Pompeius, uti patet ex Justino qui universam Trogi historiam contraxit, ac de Judæis ita loquitur, ut, quamvis narrationi sue fabulas et errores gravissimos admisceat, consentanea tamen Hebreorum gentem legibus à Mose datis temperataam fuisse. Meminit Strabo qui scribit: *Mosem exosum profanos Ægyptiorum mores, collecta ingenti piorum hominum multitudine, concessisse in Judæam, ibique fixis sedibus, et sanctis Dei colendi ritibus institutis, objectoque potissimum et ejurato idolorum cultu, non tam vi et armis, quam pietate imperium confirmavisse*. Meminit Juvenalis Sat. XIV:

(1) Auctoris ista sententia nimis severior. Nam ex recenti doctrinâ constat nulla falsarum religionum doucta ex corruptâ traditionis Mosaicæ derivari.
(EDITORES.)

*Judaicum ediscunt, et servant, et metunt jus
Tradidit arcano quodcumque volumen Moses.*

Denique Mosis tanquam legum Iudaicarum auctoris meminerunt Galenus, Tacitus, Apuleius, ac presertim Longinus de Subl. genere dicendi, sect. VII, qui ait *Judeorum legislatorem virum fuisse non vulgarem; quandoquidem numinis potentiam pro dignitate notam fecit, declaravitque in proœmio legum suarum scribens: Dixit Deus, fiat lux, et facta est, fiat terra, et facta est.*

Argumentum tertium, ex antiquitatis characteribus in Pentateuco conspicuus. Ipsem Pentateuchus antiquitatem suam testatur: in eo quippe nihil reprehenditur quod non redoleat ætatem quam conscriptus fuisse existimatur. Hanc sapientia facta in Genesi relata; leges, cæmeronia, mores, consuetudines, res gestæ quo argumenta sunt quatuor posteriorum librorum; denique styli color, et orationis genus.

Et 1° quidem mundi creationem, humani generis ortum, gentium vetustissimarum origines, imperiorum omnium incunabula, urbiū exordia, regionum situs ita describit liber Geneseos, ut non modò probatissimi veteris historiæ monumentis non contradicat, sed potius vel ab illis confirmationem sepius accipiat, vel illi magnam lucem afferat quo scriptores antiquissimi confusè et obscurè tradiderant, prout videri potest tum in operibus viri eruditissimi Samuelis Bochart, tum apud autores Anglos *Historie universæ*, tum in *Historiâ Mundi* Samuellis Shuckford. Jam verò minimè credibile est recentiorem Scriptorem de rebus adeò remotis ita scribere potuisse, ut nihil diceret quod non vel secum, vel cum aliis historiæ monumentis pugnaret. Non desunt profectò exempla falsariorum, qui scriptis recentibus antiquitatē colorē et rugas inducere tentaverunt: at iis seriùs oculis vultum retextit ars critica, quo quod magis suam in Geneseos librum censuram exercuit, eò eruditiorum omnium judicio majori in luce antiquitatem illius collocavit. Facta verò quo in quatuor aliis Pentateuchi libris narrantur, non videntur alio tempore scribi potuisse, quam quo contigerunt. Omnia enim ita accuratè, ita minutatim describuntur, tanta est, tamque sollicita in referendis designandisque variis Israelitarum castigationibus, in texendis familiarium genealogiis, in enumerandis omnibus quo vel ad fabricam tabernaculi, vel ad vestes pontificias et ritus sacrificiorum pertinent, aliisque ejusmodi rebus auctoris diligentia, ut dubitari minimè possit, cum vel interfluisse, vel etiam præfuisse illis omnibus quo describit. Singula tam accuratè persequi inutile non fuit, cum res ipsa gerentur, tum ne Israelitas superstites obliviscerentur eorum quo diuturna peregrinationis spatio contingant; tum ut corum posteri factorum suis omnibus circumstantiis vestitorum veritatem facilius ac certius percipere possent; tum presertim quia ubi nova institutio religio multiplici ritu onusta, necesse est describi cæmeronias, factaque omnia quo cum illius institutione conjuncta sunt, posterisque exemplo et argumento esse debent. At si multò post Mosis ætatem,

et vigente jam religione Judaicâ scriptus fuit Pentateuchus, nulla ratio appetat cur auctor tot exiguae rerum circumstantias, nec jucundas legentibus, nec operis scopo inservientes, tam diligenter commemoraverit. Uno verbo, qui libros Exodi, Leviticū, Numerorum et Deuteronomii attentè perlegerit, is statim intelliget, eos similiores esse operi extemporaneo quod auctor singulis diebus quibus res accidebant, et prout sese dabant occasio, rapido confecit, quam historiæ diligent et continuo studio elaborare. Conferatur Pentateuchus cum *Antiquitatibus Judaicis* à Josepho scriptis, et statim deprehendetur quantum discrimen interuersus inter annales et veluti diarium ab oculato teste exaratum, et historiam ex collectis antiquis monumentis artificiosè compositarum.

2° Leges ritusque religionis, eodem tempore quo prescripsi cœperunt, litteris etiam mandati fuere. Neque enim fieri poterat leges cæmeroniaeque adeò multiplices et arbitrariorum ab Israelitis cognosci et observari, nisi libro complexus eas fuisse legislator. Jam verò dubium non est quin Leviticus et Deuteronomium sint libri illi in quibus conscriptæ primitus fuerunt Judeorum leges: tum quia nullus alter existit, aut etiam aliquando extitisse probari potest codex legum Judaicarum; tum quia in iis libris leges non certo quadam ordine, aut sub certis capitibus referuntur, sed factis permixte, et prout variis temporibus et in variis rerum adjunctis late fuerunt; quo sane scribendi genere confuso et perturbato usus non fuisse auctor, qui datas majoribus suis leges referre et in unum corpus redigere voluisse.

3° Illæ consuetudines, iisque mores in Pentateuco describuntur, qui antiquis illicet temporibus mirum in modum congruent. Quae referuntur de Patriarcharum simplici ac nobili vita ratione, de convivis atque da pibus, de mulierum in vita domesticâ officiis, de funeribus et sepulture ritibus, de anni atque mensium divisione, de monumentis erexitis et noninibus impositis in eventum memoriam, de armis et universi belli apparatu, de altaribus, sacrificiis, aliisque ritibus sacris: haec omnia eos primorum hominum mores exhibent, quorum vestigia supersunt in scriptis Homeris, Hesiodi aliorumque vetustissimorum auctorum, prout observarunt Jacquelin, *Dissertations sur l'existence de Dieu, Fleuri, Mœurs des Israélites*, Goguet, *Origine des Lois, des Sciences et des Arts*. Sic etiam quæ in Pentateuco narrantur de Ægypto et illius genti opibus, potentia et consuetudinibus ex Herodoto, Diodoro Siculo ceterisque rerum veterum scriptoribus confirmantur. Jam verò remotissimas antiquitatis indolem et vultum non solum imitari tam perfectè atque ad verum exprimere non potuisse recentis aliquis scriptor, sed procul dubio plurima ex ætatis sua moribus in hanc primorum hominum historiam inconsultè transtulisset, ex quibus artis criticæ consulti fraudem aliquando detexissent.

4° Ipsum dicendi genus et styli color multas habent notas antiquissimæ illius etatis. Nam multæ formæ loquendi novæ suas usurparunt scriptores sub Davide

et Salomonē, quæque occurruunt in posterioribus Judeorum libris, nusquam in Pentateuco reperiuntur. Verbi gratia, *Schin* prefixum, ut animadvertisit Ladvocat, *Gram. Hébraïq.*, nunquā adhibet auctor Pentateuchi, licet eo sapè et eleganter usi fuerunt ceteri Hébraice linguae scriptores. In Pentateuco non distinguuntur menses nisi solo ordine, ita ut dicantur primus, secundus, tertius, etc., at in libro Regum alii-que posterioribus libris singuli menses proprio nomine appellantur: porrò menses ordine suo duntaxat prius designatos fuisse, quām propriis nominibus manifestum est. Est etiam aliud antiquitatis indicium possum in eo quōd nec Pentateuchus, nec varie illius partes propria nomina habeant in Hébraico exemplari. Titulū enim singulis Pentateuchi libris nunc præfixi, *Genesis*, *Exodus*, *Leviticus*, *Numeri*, *Deuteronomium*, vocabula græca sunt, quibus precipuarum Pentateuchi partium argumenta designantur. At Judei Pentateuchum universum veluti librum unicum spectant, quem nomine *Thora* seu legis appellant, diversasque illius partes designant primo uniuscujusque libri vocabulo: sic Genesim appellant *Beresith*, id est, *in principio*, Exodum *Velle semoth*, id est, *hæc sunt nomina*, etc.; quod sanè arguementum est Pentateuchum eo tempore scriptum fuisse, cùm nullus apud Hebreos liber esset: ideo quippe libri omnes titulis insigniuntur, ut propriā appellatione ab aliis libris discerni possint. Denique Pentateuchi auctor non semel indicat se esse hunc ipsum Mosen, enīs historia in maxima operi parte de-cribitur. Vide in primis Exod. 17, 14, Num. 25, 3, Deuteron. 31, 9, 24, etc. Nec movere quemquam debet quōd de se ipso loquens tertią personā utatur, id ep̄im familiare est optimis scriptoribus Xenophonti, Cæsari, Josepho et aliis.

Argumentum quartum, *ex manifestâ sententiae adversiorum vanitate et repugnantia*. Adversariorum sententia est, vel nullum à Mose librum conscriptum fuisse, vel periisse olim genuinum Mosis opus, et Pentateuchum hodiernum multò post Mosis ætatem sub illius nomine editum fuisse. Atqui nullum ex his tribus dici potest.

1º Dici non potest nullum à Mose librum scriptum fuisse. Quippe contrarium evincit non solum antiqua et universalis Judeorum persuasio, et eorum omnium auctoritas qui de Mose aut Judæis mentionem injece-unt, sed ipsa etiam religionis et politie apud Judæos recepta natura, qua eūsmodi est, ut sine legibus scripsi, neque institui, neque tandem vigore potuisse: eas verò leges quibus Judæos ab incunabulis reipublicæ sua usos esse constat, quis alius scripsisse existimandus est, nisi Moses reipublicæ H̄braeorum fundator legumque judeicarum institutor?

2º Dici nequit periisse aliquando genitum Mosis opus, tūm quia nulla est acta in historiâ judaicâ quæ non tulerit scriptores à quibus commemoarentur, ci-tentur, et quandoque excribantur libri Mosis; tūm quia Pentateuchus tanti erat apud Judæos momenti, ut eum non solum religiose asservari, sed etiam ab omnibus diligenter evolvi plurimi semper interesset.

Intererat certè sacerdotum et levitarum penitus nōsse librum illum quo ordinis sui munia, jura et privilegia continebantur: intererat magistratum et principum quos ex eodem libro oportebat publici regiminis iudiciorumque rationem et formam repere: intererat denique singularum tribuum, familiarum et privatorum omnium, quibus Pentateuchi codices exhibebant gentilium originis descriptionem, hereditatis domesticæ tabulas, vitæ insitwendas normam, fidei divinæ, ut cuique persuasum erat, instrumenta. Porrò librum aliquem tanti momenti oblivioni demandari ac penitus interire posse nemo sibi in animum induxitur.

3º Dici nequit Pentateuchum hodiernum multò post Mosis ætatem sub ejus nomine editum fuisse. Quod ut manifestum fiat, tempus omne quod à Mosis ætate usque ad æram Christianam effluxit certis intervallis distinguemus, ostendemusque nullam assignari posse temporis epocham, ad quam cum aliquā veri specie referratur pretensa illa Pentateuchi suppositio.

1º Subjici non potuit Pentateuchus post annum antè æram vulgarem 250: eo enim circiter tempore sacri Judeorum libri, aut saltem Pentateuchs, qualis nunc exstat, promovente Ptolomæo Philadelpho Egypti rege, in lingua græcam translati, atque ita publici apud exterias nationes juris facti sunt.

2º Subjici non potuit post Esdræ obitum qui annis antè Christum 450 florebat: constat enim Judeos post instauratam sub Esdræ et Nehemiam rempublicam, religiosissimos legum stuarum cultores sese exhibuisse, nihilque deinceps immutatum fuisse in iis quæ Esdras et Nehemias sanciverant. Horum temporum historiam descriptam habemus, tūm in Machabœorum libris, tūm in *Antiquitatibus* Josephi, ex quā patet rem Judeorum tūm sacram, tūm civilem ad normam legum Mosaicarum semper administratam fuisse.

3º Subjici Pentateuchus non potuit ipso Esdræ tempore, quod tamen post Spinosam dicere amant aduersari: tūm quia I Esdræ III dicuntur sacerdotes plurimi fecisse, *sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei*, priusquā Esdras ipse Jerosolymam revertetur; tūm quia Esdras nullibi Pentateuchi auctor dicitur, sed tantummodò *scriba velox in lege Moysi quam Dominus Deus dedi Israel*; tūm quia inter Judeos Esdras æquales, non deerant quorum patres antè servitutis Babylonica initium vixissent, quibus idcirco persuaderi minimè potuisset, exititiss ante Pentateuchum ex eius prescripto omnia regerentur, qui reverè tamen non exitisset, sed post solutam captivitatem recenti calamō exaratus fuisse; tūm quia pluribus Scripturæ sacræ testimoniis constat Judæos in Assyriam libros, quibus lex sua et religio continebantur, secum asportavisse; tūm denique et maximè quia Samaritæ, quos Esdras sibi suæque genti infessissimos reddiderat, nunquā à Judæis accipiebunt Pentateuchum quem vel Esdras, vel quisvis alius Judeus sub Mosis nomine subdere ausus fuisse. Profectò etiamsi cætera argumenta deessent, decretorium est illud quod ex Samaritano codice petitur; præser-tim si attendatur exemplar utrumque H̄braicum et

Samaritanum diversis characteribus exaratum esse. Ea quippe diversitas ex ea nata est quod Samaritæ litteras hebraicas veteres seu phœnicias retinuerint, quas Chaldaicis mutavit Esdras, quia iste elegantiores sunt, et Iudeis, dum in Assyriâ commemorarentur, familiares facta erant: quo solo evidenter probatur Pentateuchum Samaritanum esse Esdræ antiquorem.

4° Subjici non potuit Pentateuchus post Salomonis ætatem, qui anno antè Christum 980 extreum diem obiit. Enimvero ab eo tempore, sub Roboamo videlicet Salomonis filio et successore, natio universa in duas partes scissa est, quarum altera legitimis obtemperans regibus avitam religionis formam retinuit, altera Jeroboamo ejusque successoribus subdita, superstitionis impiosque vicinorum gentium ritus æmulata est: ex quo duo nata sunt imperia, Jude scilicet et Israëlis, inter que graves inimicitiae et bela feruè continua exarserunt. Jam verò nequaquam fieri potuit ut vel populus uterque ad Pentateuchum sub nomine Mosis confidendum amicè conspiraverit, vel confectum à Iudeis librum Israëlite, aut vicissim ab Israëlitis Iudei receperint. Igitur quoniam certissime constat Pentateuchum à Iudeis et Israëlitis pari exceptum fuisse reverentia, nullus dubitandi locus relinquitur, quin funesto illo schismate quod Salomonis mortem subsecutum est, antiquior sit Pentateuchus. Idque adeò certum est, ut alios Iudeorum libros qui vel post illud schisma, vel etiam paulò antè illius initium scripti fuerant, Israëlitæ rejecerent, prou nos docet Samaritarum opinio, qui solo etiamnun Pentateuchu utantur.

5° Subjici non potuit Pentateuchus per illud temporis intervalum quod à Mosis obitu usque ad Salomonem effluxit: tunc quia quod magis accedimus ad Mosis ætatem, eò difficiliorem in dies factam fuisse prætensum illam Pentateuchi suppositionem perspicuum est; tunc quia libri Josue, Iudicium, Ruth et Samuelis, continuam temporum illorum historiam exhibent, quæ docemur Iudeos non aliam eà aitare religionis formam habuisse, quam quæ in Pentateuco describitur, atque eos fortunâ vel secundâ, vel adversâ usos semper fuisse, prout legem à Mose datum servabant aut negligebant. Igitur in totâ Iudeorum historiâ nullum est temporis punctum in quo cum aliquâ veri specie collocari queat, seu potius in quo non omnino impossibili fuerit illa Pentateuchi suppositio quam factam aliquandò fuisse contendunt increduli.

Et certè, omittamus jam argumenta historicæ, remque ipsam diligenter consideremus. Si, quemadmodum s'ingunt adversarii, Esdras, vel alias quivis Pentateuchum sub ementito Mosis nomine conscribere spargereque in vulgo, veluti antiquissimum religiosis Iudaicæ monumentum, aggressus est, is operam moliebatur quâ nulla poterat esse difficultor. Etenim debuit ille non solùmmodo Pentateuchum integrum confidere, sed etiam reliquos omnes veteris Testamenti libros, sive historicos, sive propheticos, quandoquidem in iis omnibus libris quos complectitur Iudeorum canon, vix ulla est pagina quæ possit sepa-

rata à Pentateuche consistere. Ubique Moses interpellatur; lex à Mose data ubique indigitatur: prodigia in Pentatecho laudata ubique celebrantur: omnia deinde in Pentateuchi historiâ, doctrinâ et preceptoriis posita sunt. Quis verò in animum sibi inducat ab uno homine, vel etiam à pluribus tot scripta ingenui et styli varietate distincta, subito et eodem tempore fuisse conficta (1)?

Objicies I° cum Spinozâ et Voltaire. Libri illi scribi à Mose non potuerunt in quibus plurima occurunt locorum nomina post Mosis tempora iisdem locis imposita; plura etiam historica facta Mosis vero recensione; quorum auctor satis clare significat se vixisse in terrâ Chanaan, quam unquam ingressus est Hebreorum legislator. Atqui, etc.

1° Quidem plurima sunt in Pentatecho locorum nomina, quæ non nisi post Mosis obitum locis illis imposita fuere. Verbi gratiâ Geneseos X mentio sit urbis *Ninive*, cùm tamen urbs illa, teste Strabone, nomen suum accepit à Nino, Assyriorum rege, qui Mose recensione est. Ibid. XIV, legitur Abrahamum persecutum esse reges qui captivum Lot abduxerant usque *Dan*: atqui istud nomen urbi prius *Lais* dictæ impositum est post mortem Josue, quandò scilicet expugnata fuit à sexcentis viris de tribu *Dan*; uti colligit ex libro Iudiciorum, XVIII. Genesosi iudicem XXXV commemoratur civitas *Hebron*, cui nomen illud inditum est ab Hebron filio Caleb post mortem Mosis, anteà verò vocabulatur *Cariatharbe*, ut docet liber Josue XIV, etc.

2° Pentateuchi auctor res plurimas narrat quæ non nisi post Mosis obitum contigere. Genes. XXII et XXIII, observat Chananeos tempore Abraham in terra Chanaan fuisse. Ergo quo tempore scribebat auctor Pentateuchi, pulsi jäm è terra sua fuerant Chananei, alijs inutiles fuisse prefata observatio. Sed Chananei è regione sua ab Israëlitis expulsi non sunt nisi post obitum Mosis. Ibid. XXXVI. Recensentur octo reges Idumeorum qui regnauerunt in terra Edom antequā

(1) Carterium abs re non erit annotare ea quæ sequuntur. 1° Cùm authenticas alia sit ratione *auctoris*, quæ liber ad certum auctorem, alia ratione atatis, quæ ad certum tempus referuntur; dicimus: Etiam si non demonstraret Pentateuchus auctore ipso Moyse scriptus et vulgatus, certum tamen maneret illum non alia epocha, quæ recipiabile Hebraicæ initio, prodire potuisse. — 2° Etiam si ne quidem Iudei gentis exordiis coevers demonstraretur Pentateuchus; fatemur, unum deficeret ex argumentis quæ factorum Mosaicorum veritati probadunt: attamen ea veritas nihil minus for. t extra omnem controversiam posita. Horum quippe factorum certitudo non solùm pendet ex testimonio Moysis scripto, sed potissimum ex constanti Iudeorum persuasione, ex monumentis publicis et ipsa reipublice constitutione, ut intra conficiemus: quæ quidem vim suam servauit independenter ab authenticitate Pentateuchi. — Porro cum dicimus: *etiam si non demonstraretur*, absit ut rem vel minimum suspicimus arbitremur; sed loquimur tantum argumentando ad *hominem*: eaque annotata volumus strictioris methodi causâ; atque ut intelligent adversarii, si quâliò immorenur questionibus quas ipsi difficultibus implacare amant, id à nobis gratuitò prorsus et ad juris abundantiæ fieri, ne forte eorum assultus vereri videamur. Baston, *de verâ Religione*, t. 1, part. 4, cap. 4.

regem haberent Israelite; deinde undecim numerantur duces qui Idumaei praeferunt ad illud usque tempus procul dubio, quo Idumæam universam dizion suam subiecit David. Nam Idumæi duces non habuerent nisi post mortuum Mosem, et etiam ante habuissent multò pauciores numerari deberent à tempore Esaū, usque ad Mosis ætatem. Præterea illa verba, *antequam haberent regem filii Israel*, sati indicant hec scripta fuisse cùm jà regibus parerent Israelite. Exodi XVI hæc leguntur: *Fili Israel comedederunt manna quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo alii sunt usquequā tangerent fines terræ Chanaan.* Atqui etiam post obitum Mosis manna comedederunt filii Israel, et non nisi post circumcisione celebratum in Galgalis tempore Josue, terra frugibus uti coeperunt. Deuteron. III Og regis Basan ingens statura ex ejus lecti ferrei magnitudine à Pentateuchi auctore probatur: *Monstratur, inquit, lectus ejus ferreus qui est in Rabbath filiorum Ammon.* Quo tempore gigantis illius lectis sic monstrabatur, jadidum ipse procul dubio oceboerat; sed Mosis coævus fuit rex ille Basan, omnesque Israelite illum post victorianam prostratum viderant. Denique ejusdem libri capite ultimo referuntur Mosis obitus, sepultura, Hebreorum luctus, suscepimusque à Josue reipublicæ administratio: que profectio Moses scribere non potuit.

3° Auctor Pentateuchi *Igitur*. 1, sapere significat se in terra Chanaan versatum fuisse cùm opus suum scriberet: Mosem verò in campestribus Moab trans Jordanem populum allocutum fuisse constat. *Hæc sunt, inquit, verba quæ locutus est Moses ad omnem Israel trans Jordarem, in solitudine campestri.* Ex quibus omnibus confici posse videtur Mosem non esse Pentateuchi auctorem.

Resp. 1°: Nego majorem propositionem, videlicet libros illos scribi à Mose non potuisse in quibus, etc. Si enim nomina quedam Mosi incognita aut facta nonnulla ipsius atati posteriora in Pentateuco deprehendantur, hinc sequitur solummodo mutata fuisse vetera locorum nomina que obsoleverant, et narrationi Mosaice, quò plenior ac perfectior esset, facta quedam inserta fuisse. Forte etiam id originem duxit ab annotationibus quæ ex libri margine in ipsum contextum aliquandò irreperuntur. Ceterum ex ipsa objectione, patet mutationes illas ad ipsam libri substantiam minimè pertinere. Quid enim verò libris Mosaicis additum est? Num aliqua lex aut constitutio nova? an ritus aliquis? an dogma? an miraculum, aut prophetia aliqua? Nequaquam, talis mutationis nullum deprehendit vestigium. Quid igitur? Urbium nominibus jà exoletis recentiora nomina substituta sunt: quedam alia, per parenthesis, recentiori manu ingratiam lectoris addita: adjuncta est præterea Mosis mortis narratio, ut in codem volumine haberentur quæcumque ad illius historiam pertinebant. Nūn idcirco convellitur Pentateuchi authenticitas tot evidentissimis rationibus confirmata? Quin inò pretensa hac novitatis indica omnem suppositionis et imposturæ suspicionem removere potius videatur. Qui enim Pentateuchum

sub nomine Mosis configere aggressus fuisset, non eas libro suo observations inseruissest, ex quibus fraudem suam pates fieri necesse erat. Si quædam Pentateuchum præpostoræ manus addita fuerint, id factum fuisse appareat bonâ fide, et sine ullo fallendi consilio. Præterea additiones illæ non probant Pentateuchum ab Esdrâ suppositum fuisse, quod tamen volunt adversarii; nam omnes reperiuntur in Pentateuco Samaritano, ac proinde non solùm ipsomet Esdrâ, sed etiam Roboamini temporibus antiquioris sunt.

Resp. 1°: Nego minorem, et dico ea omnia loca quæ objiciuntur tanquam recentioris ætatis indicia, ab ipso Mose scribi potuisse.

1° Mentionem habere potuit urbis *Ninive*, cùm juxta Eusebium et Petavium, Ninus illius fundator Abrahamo aequalis fuerit; et juxta alios Némrud sit ille ipse quem Historici profani Ninum appellaveré.

2° Nomen *Dan* vetustius Mose est; nam Mosis temporibus nomen *Jordan* erat impositum fluvio ad cuius ripas cum Israëlitis consedit: sed ex Josepho et S. Hieronymo discimus istud vocabulum *Jordan* constitutum esse ex duobus vocabulis *Jor* et *Dan* quibus duo fontes fluvii nuncupabantur. Hunc *Dan* fontem indicare potuit Moses, non urbem *Lais*, cui poste nomen suum imposuerunt Daniti.

3° Falsum est civitatem illam quæ *Cariatharbe* vocata olim fuerat, nomine *Hebron* donatam fuisse ab Hebron, filio Caleb. Quippè sic appellata dicitur Josue. XI et XII, priusquam Caleb ipsam possideret. Multò verisimilius est Caleb tradidisse sibi urbis nomen uni è filiis suis imposuisse. Urbs Hebron antiquissima, primò dicta est Cariatharbe, et nomen Hebron accepit seu antè Mosem, seu illius ætate.

4° Parenthesis istius, *Chananœus tūm erat in terra*, sensus est Chanaeos jà tūm fuisse in illa terra. Tunc, gallicè *dès lors, déjà, non verò alors, encore*. Nec sine causâ notavit Moses Chanaanitidem terram jà tunc invasisse Chanaeos, antè Abrahami adventum. Id enim lectorem fugere poterat, cùm pauci effluxissent anno inter Chanaeorum et Abramini in illam regionem adventum.

5° Qui Genes. XXXVI, numerantur reges et duces Idumæorum, ii omnes vel Mosis æquales fuere, vel antè Mosem viverant. Nam intervallo ducentorum annorum qui ab Esaū Idumæorum parente, usque ad Mosis ætatem elapsi sunt, octo certè reges imperare potuerunt, præsertim si non jure hereditario principatum obtinuerint, sed ex diversis regionibus vel familiis oriundi, ætate maturâ ad regnum assumerentur. Undecim verò duces, qui eodem loco recensentur, non aliis post alium universis Idumæis præfuerunt, sed simul omnes variis provinciis præfuisse significatur his verbis: *Hæc nomina ducum Esaū in cognationibus et locis et vocabulis suis*, et verso ultimo: *Hi duces habitantes in terra imperii Edom.* Falsò asseritur Idumæos non habuisse reges, nisi post Mosis obitum. Nam corum mentio est in cantico illo quo Moses transitum maris Rubri celebrat: *Tunc conturbati sunt principes Edom.* Denique ubi dicitur reges plures re-

guâsse in terrâ Edom, *antequād Israelitæ Regem habent*, sensus non est illos regnarissem antè Davidis aut Saûlis statim, sed antequam Israelite excusso servitutis Ægyptiacæ jugo in unius reipublicæ corpus adunarentur. Certè Moses ipse *Rex appellatur Deuteronom. XXXIII, 5.*

6° Nihil obstat quominus Moses scriperit filios Israel comedisse manna quadraginta annis usque dum venirent in terram habitabili et tangent fines terra Chanaan. Nam reverà per quadraginta annos vivente Mose in deserto manna comedebant Israelitæ : præterea compertum habebat Moses statim post obitum suum introducendos esse Israelitas in terram Chanaan.

7° Mirum nemini videri debet, quòd Moses regis Og ingentem staturam ex lecti ejus magnitudine probet. Nam etsi Israelitarum magna pars regem Og vel vivum, vel cœsum spectasset, non tamen, inquit Huetius, omnes viderant pueri, senes, femine. Deinde non sive solum etatis Hebreis historiam scribebat Moses, sed præsertim eorum posteris, quos ut de portentis à gigantibus illius mole certiores faceret, lectum ejus prostrare scripsit in Rabbith.

8° Verosimile est ea quæ ad calcem Deuteronomii de Mosis interitus et sepulturæ leguntur ab Josue scripta fuisse, vel esse exordium ipsius libri Josue, quod exinde abstractum fuit atque adjectum Deuteronomii libro quem nocturnâ diuinâ manu versare debebant Israelite, ut videlet universum Mosis historiam uno volumine comprehensam haberent.

9° Denique ex istis verbis : *Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses trans Jordanem*, malè colligitur auctorem Pentateuchi versatum fuisse in terrâ Chanaan. Nam vox hebræa *Beheber*, quam reddit vulgatus interpres *trans*, significat *in transitu*, quandoque *citeriora*, quandoque *ulteriora* designat. Septuaginta interpres et auctor vulgatae editionis idèo verterunt *trans Jordanem*, quia habità ratione Palaestina ad quam regionum situs referre solent Iudei campestria Moab trans Jordanem posita erant. Sic nos qui Franciam incolimus hanc absurdè diceremus Clodovæum trans Rhenum gessisse id quod gessisset in Germania, nondum trajecto illo flumine. Harum et similiū difficultatum pleniorē solutionem suppeditabant Huetius, Honibant, auctores *Synopsis Criticorum*, et Biblia à doctiss. Chais edita.

Obj. 2°: Falsò diximus nullum in historiâ Judaicâ tempus sese offere quo sub Mosis nomine Pentateuchus subiecti potuerit ob frequentissimum libri illius usum quem Iudeorum omnium manibus tritum semper fuisse asserimus. Etenim ex facto quod accidit regnante Josiâ constat legem Mosis incognitam tunc fuisse regi, sacerdotibus, plebi universo. Res ita narratur IV Reg. XXII, et II Paralip. XXXIV : *Cumque efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templum Domini, reportit Helcias sacerdos librum legis Domini per manus Moysi, et ait ad Saphian scribam : Librum legi inventum in domo Domini, et tradidit ei. At ille intulit volumen ad regem et nuntiavit ei, dicens... Tradidit mihi*

*Helcias sacerdos hunc librum ; quem cum rege præsente recitasset, audiisseque ille verba legis, scidit vestimenta sua, et præcepit dicens : Ite et orate Dominum pro me, et pro reliquis Israel et Juda super universis sermonibus libri istius qui repertus est... At ille, convocatis universis majoribus natu Juda et Jerusalem, ascendit in domum Domini... et cunctus populus à minime usque ad maximum ; quibus audientibus in domo Domini legit rex omnia verba voluminis, et stans in tribunalí suo, percussit sedus coram Domino, ut ambularet post eum, faceretque quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. Hactenus auctor Paralipomenon, cuius in narratione plurima notatu digna sunt. 1° Liber legis repertus fuisse dicitur : ergo anteà latet atque incognitus erat. 2° Liber ille ab Helciâ fortuito casu inventus, statim ad regem deferunt ut res quardam nova et maximi momenti. 3° Liber ille præsente rege recitatur, quia nimis hunc necdum viderat aut legerat Josias. 4° Postquam rex audit verba legis, ostupuit novitate rei percusus, et scidit vestimenta sua. 5° Convocatur universus populus, qui legem sibi prius incognitam edisceret, ac sacramento solemni ad illius observationem obstringeretur : legem dico prius incognitam, nam, IV Reg. XXII, hoc ait Josias : *Magna enī ira Domini successe est contrā nos, quia non audierunt patres nostri verba libri hujus, ut facerent omne quod scriptum est nobis.* 6° Demùm, idque ex mox notatis sequitur, supponi hanc improbabiliter protest librum legis vel ex integro confectum, vel saltem interpolatum fuisse ab Helciâ sacerdote, qui piam hanc fraudem invenit quâ Judeos ab idolatriâ avocaret. Saltem hoc factu disertè probatum nullum aliud in universâ Judeâ legis exemplar extitisse, preter illud quod in templo repertum est.*

Resp. hanc facti suprà recitati expositionem consecutionesque ex eo illatas forsitan valituras esse, si factum illud solitariè atque à exteris historicis Judaicæ monumentis, avulsum consideraretur. Verum cum indubitatis argumentis constet librum legis in omni etate usque ad Josiam, et etiam sub impensis principibus cognitum, laudatum et vulgare fuisse, ut potè qui non religionis solum, sed regiminis politici et jurisprudentiae omnis apud Judeos codex esset ; non patiuntur artis criticæ leges ita exponi factum undè petitur objectio, ut ex eo sequatur librum legis tempore Josiae omnino incognitum fuisse, si præseritum alia ejusdem facti expoccio afferri valeat probabilis exteris historicis Judaicæ monumentis consentiens. Jam verò probabilis illius facti interpretatio habebitur, si dicatur 1° librum ab Helciâ repertum non fuisse vulgare aliquod legis exemplar, sed ipsum Mosis autographum codicem ; 2° ingentem hunc regis et populi universi stuporem et admirationem non ex legis ignoratione et obliuione, sed ex quodam reverentia sensu erga pretiosum adeò monumentum profecta esse.

1° Quidem probabile est librum ab Helciâ repertum, ipsum fuisse autographum Mosis exemplar. Enim verò Deuteronom. XXXI haec leguntur : *Postquam scri-*

psal Moyses verba legis huius in volumine atque complevit, praecepit Levitis, dicens... Tollite librum istum, et ponite eum in latere arcae foederis Domini Dei vestri. Josephus vero auctor est sacrum hunc codicem in templo asservatum fuisse usque ad etatem impii Manassis, quo regnante, illum unum cum arca foederis in locum quendam secretiorem transtulerunt sacerdotes. Igitur iurum non est si Helcias omnes templi partes, omnia cubicula et sacraria diligenter perlustrans, in illud Mosis exemplar paulo anteà reconditum inexpectatò incidenter. Faver locus ipse Paralipom. qui nobis objicitur : *Reperit Helcias sacerdos librum legis Domini per manum Moysi : vox enim illa, per manum Moysi, primigenium exemplar propriæ Mosis manu exaratum indicare videtur.*

2º Ille qui describitur regis ac populi universi stupor, non ortus est ex novitate et ignoratione eorum quea in libro legis continebantur, sed ex reverentia sensu quo sacrum illud monumentum prosequi debuerunt : videbantur enim sibi audire ipsum Mosem loquentem, atque in characteribus manu sua exaratis quodammodo spirantem. Profectò si casus aliquis authenticum Evangeliorum exemplar nobis objiceret, ipse conspectus codicis virorum apostolicorum manibus descripti sicut nostram augeret, novamque oracula Christi auctoritatem addere videbatur. Præterea recolenda est lex Deuteronom. XVII, quæ regi præcipitur ut postquam se derit in solo regni sui describat sibi Deuteronomium legis in volumine, accipias exemplar à sacerdotibus leviticis tribus. Huius legi nondum satisfecerat Josias, quia ab etate Manassis latebat codex Mosis autographus, unde legis Deuteronomium sibi describeret regem oportebat. Ut igitur hoc suo officio rex defungeretur, repertum in templo legis volumen ad eum referri curavit Helecius; cùmque piissimum princeps diligentissimè legisset vaticinia Mosis, qui cunctas abominationes Manassis avi sui et Amon patris prædixerat, tinnuit ne se à etate ingruecent variae calamitates quas in prenanu idolatriæ denuntiatae audiebat, Deuteronom. presertim XXVIII, quod omen ut averteret à se, populumque ad accusatiōrem legis observationem revocaret, legem integrum ex illo ipso authenticō exemplari palam recitavit, ratus nihil fore idoneum magis excitande Iudeorum fidei et pietati. Deinde vero ne continuo evanescerent religiosi affectus quos in omnium mentibus lectio haec pepererat, seipsum, populumque universum novo ac solemnī sacramento obstrinxit, quod etiam in certis quibusdam rerum adjunctis usurpatum fuisse legimus sub Josue, Josaphat, Ezechia, Esdra. Quod verò in objectione dicitur, incognitam haētēnū Iudeis fuisse legem cuius exemplar mox reportum erat, id minime probatur iisce verbis, IV Reg. XXII, magna ira Domini succensa est, etc., quin potius ex iis manifestò sequitur legem hanc neglectam quidem anteà fuisse, non audierant... ut facerent, non autem omnino ignoratam, alias quippe inobedientia rei non fuissent patres Iudeorum.

Alia permulta objicunt Bolingbroke, Boulanger,

Voltaire, et alii quorum solutio repeti potest ex doctissimo D. Bergier, *Traité dogmatique et historique de la Religion*, et egregio auctore libri inscripti : *Lettres de quelques Juifs à M. de Voltaire.*

ARTICULUS II.

De integritate Pentateuchi.

Non satis est probasse Pentateuchum esse genuinum Moysis opus, nisi etiam ostendatur illum, ab etate Moysis ad nostram usque, integrum pervenisse. Itaque haec statuimus :

Pentateuchus hodiernus ipsi Mosis codici autographo, in iis saltem quæ ad rerum substantiam pertinent, similissimus est.

Argumentum primum, *ex perpetuâ et publicâ Judentorū fide et traditione.* Constat ex supradictis, nullam in historiâ Judaicâ temporis periodum occurrere, in qua Moses veluti Pentateuchi auctor habitus non fuerit. Sed Pentateuchus quem legislatori suo tribuebant Iudei, idem erat saltem quoad factorum, dogmatis legumque substantiam, qui nunc Iudeorum et Christianorum manibus teritur : quandiquidem in variis veteris Instrumenti libris non alia facta, dogmata, instituta veluti ex Mosis scriptis deprimita laudantur, quam que referuntur in PentateUCHO hodierno. Præterea testantur nunc, semperque testati sunt Iudei existare apud se sincerum incorruptumque sui legislatoris opus, illique testimonio gentis universæ factum domesticum et gravissimum asseverantis credendum est, nisi indubitate in contrarium argumenta afferantur. At nullum argumentum Deistæ afferunt, nisi quod miracula, id est, facta, ut illi aiant, incredibilia liber illi contineat. Verum hæc sùa argumentatione disputationis leges et controversiae statum intervertant, idque quod in questionem venit, videlicet nulla unquam miracula divinitutis patrata fuisse, veluti certissimum principium assumunt ; nec, si constare sibi velint, Pentateuchum solum, sed etiam universos historie Judaicæ libros veluti spurious et adulteratos rejicere debent, cùm nullus eorum sit qui plurima miracula non referat. At librorum omnium ex quibus Judæorum historia constat interpolatio, factum esset quibuslibet miraculis longè incredibilius.

Argumentum secundum, *ex sola Pentateuchi hodierni inspectione.* Enimvero, si quid genuino Mosis operi prepostera manu assutum fuisset, maximè, ut con tendunt adversarii, prodigia in libris Exodi et Numerorum descripta. Atqui miracula hæc tam necessariam cum reliquis historiæ illius partibus connexionem habent, adeò ex illis dependentes sunt leges fermè omnes, omnesque ceremoniaæ in Levitico et Deuteronomio præscriptæ, ut omnes Pentateuchi libri vel ex integro admittendi sint, vel ex integro rejiciendi. In iisce libris non unum alterumve miraculum refertur quod ab historiâ narratione, salvâ illius substantiâ divelli queat, sed historiâ omnis componitur ex continua prodigiorum serie, quam si deinceps genuino

Mosis operi insertam fuisse contendas, nihil fermè superest quod dicere possis à Mose scriptum fuisse. Præterea, vel miracula illa quibus universus Pentateuchus refertur est post legem ab Israelitis susceptam excoigitata et Mosis libro inserta sunt, vel antequam lex ab Israelitis susciperetur. Si post legem susceptam, dicendum est quā ratione, quo motivo impulsi Israelitæ legem hanc tam austernam amplexi sint: nam admissam fuisse ob miraculorum auctoritatem facile concipitur: a sine miraculis, sine argumentis receptam fuisse, vix ac ne vix quidem intelligi potest. Si verò ante legem admissam prodigia illa inventa et Pentateuchi assuta fuerint, quomodo fabula illa populo non omnino stulta, neque admodum morigerò persuaderi potuere, et ita quidem ut eam ob causam legi durissimæ ac molestissimæ sese subjecerit?

Argumentum tertium, *ex manifestâ sententia oppositorum vanitate et repugnantiâ*. Huc videlicet redeunt momenta omnia quibus in argomento quarto propositionis superioris usi fuimus. Illa enim quam facta aliquando fuisse supponunt adversarii librorum Mosaicorum interpolatio neque fieri potuit post editam vulgatamque septuaginta Interpretum versionem, neque post Esdræ obitum, neque dum Esdras viveret, neque post Salomonis ætatem, neque eo tempore quod à Mosis temporibus usque ad Davidem intercessit; idque iisdem prorsus rationum momentis demonstratur, quibus suprà confecimus Pentateuchum in diversis illis temporum periodis subjici ex integro non potuisse. Quinimò interpolatio librorum Mosaicorum res videtur multò difficultior, et, si ita loqui fas est, magis impossibilis quām integra librorum eorumdem suppositionis. Eniūverò positum est in omnium hominum naturâ, ut libros unde penderere religionem suam intelligunt impensissimè venerentur, atque instar nefandi sacrilegii habeant, si quis eos temerare aggreditur: at nota est in primis Judaeorum diligens ac propè superstitionis erga libros suos observantia, quorum voces omnes, omnia litterarum elementa studiosissimè enumerata sunt. Quis in animum sibi inducat potuisse aliquem legis exemplaria adulterare, Judaeosque adversus tantum facinus non modò non reclamavisse, sed etiam impostoris consilium adjuvisse, atque in codicis suos retulisse varia additamenta quibus ille plurum sincerumque Mosis opus inficerat? Possunt sanè homines in religionis negotio decipi, falsaque doctrinas aut commentitias facta pro veris et divinis habere; at fieri omniò nequit ut populus universus, ut vel unus homo sibi ipsi lubens volensque imponat, atque in religionis sue partem admittat aliquid cuius falsitatem cognitam perspectamque haberet.

Et certè non lic agitur de libro quodam obscuro vel exigu momenti, qui paucissimis tantum hominibus notus esse debuerit, sed de libro publico ad gentem universam spectante, in quo continebatur jus omnne seu politicum, seu ecclesiasticum: agitur de libro qui juxta legis prescriptum singulis septenniis coram populo recitabatur, quem magistratus et doctores quotidie manibus tenebant, quem rex ipse sin-

gulis diebus perlegere, et propriâ manu describere tenebatur ex Deuteron. XVII.

Præterea singulis annis, Judæi varia festa celebrabant quibus in memoriam revocabant principia Pentateuchi facta: apud ipsos vigebant consuetudines et instituta in quibus quodammodo legebatur universa ferè Pentateuchi historia. Quapropter facta Pentateuchi omnium Judæorum animis infixa erant, non solum ob frequentem Pentateuchi lectionem, sed etiam ob auctoritatem monumentorum quibus rerum sub Mose gestarum historia continebatur. Hujusmodi porrò libri interpolari vel in scio populo universo, vel eodem concio et approbante aut dissimulante, prorsus impossibile erat.

Objicies 4^o: Facile interpolari potuerunt libri Mosaicai sub judicibus: Judicum enim c. 2 legitur, prima ipsorum Regiminis initia longo tempore disjuncta fuisse à Josue obitu; et capituli ejusdem v. 7 et 10, dicit post mortem Josue extinctam fuisse generationem eorum qui noverant omnia opera Domini quæ fecerat cum Israël, aliamque surrexisse que eadem non noverat. Deinde administrationem, sive religiosam, sive civilem, ad normam legum Mosaicarum exactam non fuisse patet, ex frequenti Judæorum in idololatriam lapsu, ex eorum matrimonii et commercio cum alienigenis, et licentia populi tantâ, ut nunsquam quod rectum sibi videbatur hoc faceret, et Domini precepta minimè servaret. Atqui in his rerum adjunctis patet nihil obstitisse quominus, etc. Ergo, etc.

Resp. 1^o: Ergo non solum Pentateuchus, sed et liber Josue supponi debuit. — 2^o Concedamus tentatam ab aliquo suppositionem; quo tempore, quibus mediis usus est, ut proles supposititia recipetur? Quod magis enim depravata et à lege aliena gens erat, eò minus proclivis ad concipiendos eos fidei et reverentiae sensus quos erga Pentateuchum nunc experitur. — 3^o Inter obitum Josue et prima Judicum initia non sat temporis effluxit, ut penitus oblitterari potuerit memoria rerum à Mose gestarum; enimvero, per generationem quæ non noverat opera Domini, intelligi debet generatio immediatè subsequens eam quæ prodigiis Moysis testis oculata fuerat; hæc autem Moysi et Josue coava, utpote fida divinorum præceptorum observatrix, liberos suos scientiâ legis et prodigiorum que viderat, informare non omiserat. Longum autem tempus, quo Seniores post Josue præfuisse dicuntur, Chronologorum optimorum judicio, vicennium exæquat, aut salem non multum superat. — 4^o Licet ante regnum tetradem videatur paulò liberior fuisse Hebreæ gentis vivendi modus; non idecirò tamen vel omni Regimine caruit, vel institutis usus est à Mosaicâ lege penitus alienis: non modò enim ad legis observantiam revocabatur ab illis judicibus qui tunc Republicam administrabant, sed etiam hiac sibi hereditatum, officiorum, solemnitatumque ordinum repetuisse colligunt ex locis compluribus Judicum cap. 1, v. 2, c. 13, v. 4, c. 21, v. 19. Ergo, etc.

Obj. 2^o: Frustra rationes permultas afferuntur quare impossibilis fuerit in quâvis ætate librorum Mosaicor-

rum interpolatio : nullum quippe argumentum valet adversus factum certissimum. Atqui interpolatio Pentateuchi in re gravissimā et ad historias substantiam pertinente , factum est certissimum ejus vestigia etiamnum supersunt. Enimvero tria habemus Pentateuchi exemplaria aequā authentica, Hebreum, Samaritanum et versionem Græcam regnante Ptolomaeo Philadelpho elaboratōm : porrō tria hæc exemplaria ita differunt in computandis Patriarcharum annis, et mundi ætate usque ad tempora Abrahami determinanda . ut evidens sit corruptos fuisse dedita operā vel duos saltē, vel fortè etiam tres Pentateuchi codices. Illa enim computorum diversitas non oritur ex una alterā lectione variante, quam inducere potuisset characterum similitudo, aut amanuensium incuria, sed à certo quodam adulterationis consilio et veluti systemate profiscitur. Namque, ut observat S. Augustinus, de Civit. Dei, 1. 15, c. 15: *Videtur habere quādam, si dici potest, error ipse constantiam, nec causum redolet, sed industrianum.* Diximus præterea interpolationem hanc pertinere ad ipsam veritatis historicas substantiam. Etenim si Samaritano computo subscribamus, ab orbe condito usque ad diluvium non effluerunt anni plus quam 1307 : si Hebreo, cui Vulgata nostra concinuit, anni intercesserunt 1656; si Graeco denique, annos numerabimus 2242, aut etiam juxta quedam exemplaria 2262. A diluvio verò usque ad vocacionem Abrahami apud Samaritanos anni habentur 1017, apud Hebreos et Latinos 367, apud Graecos 1197. Jam verò tam insigne Mosaicæ chronologie vel in ipsa fontibus, vel in græca translatione ex industria vitiata exemplum, omnia jactata Pentateuchi integratīs, etiam ceteris in rebus, fundamenta convellit. Namque si involare ausi sint Judæi in Pentateuchi chronologiam, frustra prædictarunt summa illorum erga libros suos veneratio : frustra enumerantur obices illati ex compertissimā librorum illorum notitia, ex assiduā lectione usuque quotidiana, ex inimicarum partium affectibus, etc. lis enim momentis, si quid ponderis haberent, efficeretur etiam perverti à Judæis non potuisse Pentateuchi chronologiam.

Respondeo gravissimas et fortè insuperables scientie temporum difficultates accessisse ex illa variorum Pentateuchi exemplarium discordia. Alii calculos hebreos, ali græcos, ali nec sine probabilitib⁹ argumentis samaritanos approbant. Sunt etiam qui collatis inter se tribus Pentateuchi exemplariis, aliquid ab omnibus mutuantur, atque chronologiam adornant ab iis que in triplici exemplari exhibentur dissimilem. Hinc enata sunt innumera fermè chronologie systemata, quorū quoniam ad verum propriū accedat, ut expendamus, nec postulat, nec patitur instituti nostri ratio. Hic quippe illam trium Pentateuchi exemplarium discordiam non consideramus, nisi prout integratī librorum Mosaicorum officere videtur.

Subnascentem exindè difficultatem feliciter dissolutum se confidit Baccalaureus Joan. Martinus de Prades in famosā illa thesi quam censurā sua confixit

sacra Facultas, si diceret, nullam ex his tribus à Mose chronogram profici, sed tria tantum esse systemata præpostorē adornata, et in ipsam Mosis historiam alienis manibus inserta. Quæ sententia si admittatur, sponte euidem concidunt variae objectiones quibus chronologiam sacram adoriri solent Deistæ, facilisque ac prompta redditur ratio, cur in computandis Patriarcharum annis adē inter se dissentiant diversi codices. Sed 1° ineptum est difficultatem velle solvere hypothesis gratis admissa, et que longè majorem difficultatem facessit : atqui sanè Pentateuchō duo capita ex integro superaddi potuisse multò difficultius concipitur, quām in iisdem capitibus notas quasdam numericas immutatas fuisse. 2° Non modò periculosum ac Religioni nocivum est, sed certissimè falsum illud argumentum. Quis enim non videt Moysem voluisse mundi Annales et Historiam describere? Atqui certè pars operis essentialis erat Chronologia : gentium assignavit origines, loca notavit, eorum sítum et nomina geographicè delineavit. Porrō nonne Chronologia aliud est, cum Geographiā, historia lumen? Quis Geneseos caput V et XI inspiciens, statim non videat ipsa sine numeris consistere non posse; adēque, si Numeri Moysi tribuendi non sint, ipsi abjudicanda esse hæc duo capita? Jam verò quomodo vir catholicus, cui curæ esse debent Ecclesiæ definitiones, hanc assertionem conciliabit cum decreto concil. Trident. declarantib⁹ libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesiā catholicā legi conseruerunt, pro sacris et canoniciis habendos esse? 3° Quis esset suppositæ insertionis auctor, quale tempus, quale motivum? Num quid singi potest exitissime tempus aliquod, quo sc̄nsām sui non fecisset talis adulteratio; nullos fuisse saltēm ex eruditis, Regibus, Sacerdotibus, aut Prophetis, qui animadverterent intrudi, que in opere Mosaicō desiderabantur, Chronogram? 4° Tandem vel dicetur eam insertionem factam fuisse ante translatiōnem Pentateuchi ad Samaritanos, et natam versionem LXX Interpretum; vel postea : si prius, explicanda jam superest trium exempliarum diversitas; et nihil explicat hypothesis, licet ad eam difficultatem enucleandam excogitata : si posteriū, quomodo gentes à invicem studiis, loco, aliquis causa disjunctæ, in admittandam mutationem, sin planè eamdem in omnibus, saltem ejusdem speciei, præsentim in admittandam interpolationem, reverentia quæ sacro textui debetur adē contrariam, consentire potuerunt (1)?

Aliam ingeniosamque difficultatis istius solutionem excogitaverat doctissimus Menochii editor P. Tournemine. Censem ille Hebreos codices non discrepare reipsa à Græcis et Samaritanis quibus veram secundā ætatis chronogram contineri existimat; sicque rem universam exponit caput XI Geneseos, quo describuntur Patriarcharum postdiluvianorum generationes: juxta Hebraicum exemplar, et vulgatam versionem, tribuuntur Semo anni 100 cùm

(1) Baston, de Integrit. Pentat., obj. 2°.

gennit Arphaxad, aliis verò Patriarchis anni 55. 50. 34, etc., cùm iis nati sunt filii à sacro scriptore appellati. In quo à Samaritano et Greco differt codex Hebreus, quòd illi annos 100 adjicant annis in Hebreo notatis. Contendit porrò Turnenius numerum hunc centenarium qui jäm appellatus erat in annis Semini à quo genealogiarum ordo dicitur, in Hebreo codice subintelligi atque adeò revocandum esse, ubi determinantur anni Patriarcharum subsequentia, ita ut pro numeris 35, 39, 54, etc., intelligendi sint numeri 135, 130, 134, etc., qui in Samaritano et Greco expressi habentur. Hanc porrò dicti illius rationem afferit quòd ubi calculi subducuntur, numerus capitalis sepè retinetur brevitatibus causà. Si quis, verbi gratiâ, diceret Ludovicum XIII. solium concordisse anno 1610, Ludovicum XIV anno 643, Ludovicum XV anno 715, Ludovicum XVI anno 774, faciliter conceperetur numerum millesimum à primâ epochâ ad alias postea enuntiatas revocandum et adjungendum esse. Cùmque id apprimè intellexissent græci interpres atque editores Pentateuchi samaritanū, minime recesserunt à verâ hebraicâ fontis chronologâ, sed ut perspicuitati consulerent, neve à iquo in errorem induceret compendiosa hæc loquendi ratio, singulorum Patriarcharum annis addiderunt, seu potius restituerunt numerum centenarium, ubicumque in Hebreis codicibus subintelligendum erat. Hujus conjectationis commendatio est quòd placandas chronologicorum dissidiis, solvendæque difficultati quam hic expendimus commodè adhiberi posset, et eam recipiā veluti probabilem admittit Lenglet du Fresnoi, *Tabl. Chronol. Disc. prælim.* Nobis tamen non arridet, primum quia omnino gratuita est, magisque ob utilitatem quam propter vim argumenti illius inventa; deinde quia in quorundam Patriarcharum, etiam postdiluvianorum, annis fallit Turnenii principium; denique quia rationem non reddit diversitatis quæ pro tripli exemplari in annis Patriarcharum antediluvianorum observatur.

Itaque cum D. Augustino et plerisque interpretibus, ingenuè fatemur perturbatos fuisse dedita opera, calculos quibus in variis Pentateuchi codicibus definiunt anni ab orbe condito usque ad Abrahæ vocacionem elapsi. Attamen veri nequaque simile nobis videtur, id sacrilego Scripturae integratatem sollicitandi animo attentatum fuisse. Nefarium hujusmodi consilium nimis certè abhorret ab ea pietate et veneratione, quæ Judæi libros suos semper prosecuti sunt. Sed multo probabilius est, principio inductum fuisse lete aliquod discrimen variantibus in diversis exemplaribus loci ejusdem lectionibus: additus est, verbi gratiâ, veris Patriarchis alicuius annis numerus centenarius, aut si malueris, ab eis detractus est. Sciolus aliquis in exemplar minus accuratum incidens, mendum veluti antiquam et sinceram lectionem admisit: præterea observans ætas quibus Patriarche illios suscepisse dicuntur, non jäm sibi satis similes esse; fortè etiam animum afferens præjudicis circa rem chronologicam occupatum, reliquos numeros depræ-

ravit, ut à numero primitus corrupto minus distarent, siueque suam Mosi chronologiam restituuisse se existimavit, cùm tamen eam mirum in modum perturbavisset; qui error ab unico exemplari in alia que ex eo descripta fuerunt faciliè manavit. Illud unanimiter admittunt Chronologi nostri, et si aliunde diversa circa veriorem textum opinantes. Nempe qui ab Hebreo compinto recedunt, aiunt litteram, quæ ut signo numerario Judæi ad exprimendum numerum centenarium utebantur, in antiquis exemplaribus suisse ananuensium incuria alterata aut transpositam in aliquorum Patriarcharum ætate; errorem illum ab aliis transcriptoribus auctum, propagatum, et ad cæterorum Patriarcharum ætatem extensum fuisse; sed correctum à LXX Interpretibus, tûm ex traditione gentis, tûm ex accuarioribus exemplaribus. Qui verò calculum LXX Interpretum rejiciunt, teperarie correctionis insimulant, non ipsos Interpretes, sed illum forsitan qui primus exemplar in Ptolomei bibliotheca asservatum exscriptis: minirūm aut gentem suam antiquitate venerabiliorē apud Grecos efficere studiūt; aut (quod censet S. Aug.), ne tantus vite patriarchalis annorum numerus Grecis incredibilis videretur, voluit cum de annis menstruis seu lunib⁹ intelligi posse; ideoque centenarium addidit etati quæ genuisse dicuntur, ut puberes censerentur; v. g., cùm Adam, natu tantummodo lunares annos 130, Seth gignere non potuissest (quia 130 anni lunares ad sumnum 13 solares annos constituant), idcirco praeditus amauensis centum annos ante generationem ejus ætati addidit, ut tempore generationis annos 23 habuisse et proli suscipiente par inveniretur. Idem aut simile correctionis motivum ex cogitare debent, quibus non arridet calculus samaritanus. Ex quo sequitur sentire omnes inscitiam ac temeritatem potius quam impietatem eas diversitates peperisse. Contrà verò novorum dogmatum, aut factorum, aut novarum legum insertio, nonnisi mala fide et aperto Scripturas intervertendi consilio, attentari potuissest: ergo unum esaltero longè repugnantius.

Verum quoquo modo res contigerit, ab illius interpolationis exemplo male inferunt Deistæ, in aliis etiam rebus gravioris momenti, vitiare potuisse Pentateuchum. Nam I^o in ceteris omnibus quæ ad historicæ vel doctrinæ summae attinent, consentiunt codices omnes Hebrei, Græci, Samaritani. Is porrò consensus omnem cuiusvis interpolationis suspicionem excludit. Etenim liber vulgatissimus non ita nebulosus aliquius artificio corrumpi potest, ut nullum prorsus exemplar adulterationis labem effingat, nec sanè omnes ad unum qui tunc extant codices in potestatem falsarii venire potuerunt. At si vel unum exemplar falsarii diligenter fecellerit, quoniam ex illo plurima deinceps procul dubio descripta fuissent, varias diversasque in variis exemplaribus lectiones deprehenderemus, prout deprehendimus in iis Genesios locis quibus Patriarcharum anni computantur. Et certè, si computorum chronologicorum discordia argumentum est interpolata fuisse in aliquot exemplaribus sinceram Mosis

chronologiam, exemplarium omnium in reliquis capitibus consensu, argumentum est cæteras Pentateuchi portes interemeratas ad nos pervenisse.

2º Chronologia adulterationem non impetas peperit, sed inscritia et temeritas, uti modò exposuimus; at cæterarum Pentateuchi partium, historie doctrinæ integritas sollicitari non potuisset, nisi ab eo qui impium sacras Scripturas violandi consilium iniūset, quod consilius genus in eujusquam animum incidere, atque à fortiori ad felicem exitum adduci potuisse nemo sibi persuadebit.

3º Demum respectu Judæorum longè gravioris momenti erat factorum legumque quibus totius gentis historia et religio continebantur integritas, quam numerorum quorundam, quibus immutatis et corruptis, nulla pars publice vel religiosa rei mutabat: atque idcirco pauci omnino, aut fortè etiam nulli ad ea Geneseos loca mentem appellebant, quibus series temporum describitur. Quæ quidem loca viris quibusdam eruditis et curiosis rerum veterum indagatoribus pretiosissima videri possunt, minime tamen necessaria erant ad perfectam historie ac legis judaicæ intelligentiam. Nec præterea nobis excidere debet discrimen illud inter diversas Geneseos chronologias esse annorum dontaçat, non verò factorum. Codex Samaritanus et versio Graeca nullum factum referunt quod in Hebreo coilece non legatur: illi plures, isti pauciores annos numeraliter intra quos res prorsus easdem evenisse omnes consentiunt. At certè historice veritatis substantiam constitutum facta, non anni eventuum steriles, maximè tam remotis temporibus.

ARTICULUS III.

De veracitate Pentateuchi.

1º Quæ in Pentatecho leguntur, alia sub auctoris oculis et ipsa quæ scripsit ætate contigerunt; alia verò ante ejus ætatem: hæc in Genesi, illa in quatuor aliis libris continentur.

2º Ad finem quem impræsentiarum intendimus, videbilec divinitatis religionis judaicæ demonstratio nem, strictè agendo satis esset factorum, quæ in Exodo et posterioribus libris continentur, demonstrata veracitas: cùm tamen Geneseos historiam pro certâ jam habuerimus (part. tertia de primævæ relig.), et habiti simus infra, ejus fidem stabilire non negligimus. Itaque sit

ASSERTIO PRIMA. — *Certa sunt facta quæ in Genesi narrantur.*

Prob. Certa est historia quam scribit auctor domesticus, ferè coetaneus, factorum optimè guarus, verax, exfrancisque historicis valde consentaneus: atqui sic se habet Moyses, auctor Geneseos. — 1º Res domesticas narrat, non suæ gentis tantum, sed suæ familie proprias; narrat, inquam, in ipso familie sinu, fratribus non modò non reclamantibus, sed certam fidem summanaque reverentiam exhibentibus. — 2º Ferè coetaneus: licet enim inter Moysen et eventum auctiissimum, scilicet creationem, effluxerint ad minus

anni bis mille quingenti; non tamen ex illo annorum, benè verò ex generationum numero astimanda est eventuum proximitas: atqui hinc sequitur non multò magis Moyses ab origine mundi distisset, quam distamus nos, v. g., ab initiis Henrici IV. Nam juxta consuetam hodiernæ vite durationem, intra ducentos annos vigeant quinque generations: atqui non plures ab Adamo ab Moyseen numerantur: Moysis enim pater diut cum avo suo Levi conversatus erat, hic verò cum Isaæ; porrò Isaac Sem, filium Noe, viderat; Noe Mathusalem per sexcentos annos; Mathusalem verò ducentis annis Adami comes et conviva fuerat; hinc Adamo facilè potuit nepotes edocere ea quæ de creatione resciverat; Noc, quæ de diluvio; Abraham, quæ vocacionem suam et promissa divina spectabant. Ergo, etc. — 3º Facta apprime nosse debuit; quippe cui præstò essent omnia adipiscenda veritatis auxilia... 1º Traditio oralis, ejus cù major censeri debet auctoritas, quòd ex modò dictis recens erat; quid apud familiam continuis Dei beneficis nobilitatam, cum ipso Deo federatam, et ad servandum religionis depositum electam, religiosissima omnium memoria servari debuerit. Addo homines, et præsertim senes, nativæ propensione esse laudatores temporis acti; vix alia fuisse de quibus parentes cum filiis colloquerentur, cùm solis hisce factis tota ferè contineretur historia, et curta foret artium et scientiarum supplex... 2º Non deficit traditio scripta; si (quod valde probabile est), adfuerint memorialia, præsertim ad epocham eventuum, Patrum ætatem et generationum seriem servandam, quæ apud familias scriptis mandata custodirentur... At 3º saltē adfuit scriptura æquivalens canticorum usus; hisce nimirum temporibus apud Judæos et alias etiam gentes in commendationem factorum memorabilium mos erat carmina condere, quæ in festis publicisque conventibus decantarentur, que fūlī à patribus ediscerent, cuiusmodi duo meminit Moyses, et alia plurima verbis tantum initialibus quasi populo satis nota laudat Numer. cap. 21, v. 14, 17, 18, 27 et alibi... 4º Moyses etiam adjuvar potuit monumentis et signis publicis; adhuc visebatur Area diluvii insigne; erat in usu circumcisio federis cum Deo initi testimonium; ostendebantur loca in quibus Patriarchæ tentoria fixerant; ptei quos effuderant; altaria super quæ Deo litaverant; sepulera in quibus conditi jacebant: quin imò ipsa illorum nomina' ad indelem, ad aliquam nativitatis aut vita circumstantiam referabantur; *Noe* enim, *Abraham*, *Isaac*, etc., sunt nomina totidem significativa. Ergo 3º res sibi compertas loquebatur Moyses. — 4º Verax. Res narrat ingenuo et simplici stylo, sine ullâ specie vanitatis; nihil adulterationem, vindictam, detractionem ei partium studium spirat; ab omni animi commotione alienus, nec laudibus extollit Abraham, Isaac, Josephi sanctitatem ac præclaræ facinoræ; nec culpas dissimulat, invidiā Esaū, coniurationem underim fratrum in Josephum, Simeon ac Levi perfidiam et crudelitatem, incestum Ruben et maledictionem quæ percensit eum pater morti proximus, tarpe flagitium Iude cum Tha-

mar; nihil curat quod variis tribibus ansam prebeat de iniusti sui patris nomini sempiternâ infamia conquerendi : uno verbo nullus est integri et incorrupti testis character quem non habeat. Praeterea, si mentiendi consilium habuisset, sese et mendacia sua remotissimæ etatis tenebris involvere studuisset : atqui à contrario paucissimas fingit generationes, adeoque facillimam prebeat semetipsum refellendi materiem. Ergo, etc. — 5^o Cum antiquissimis historicis consentit : quâ de re, quæ nimio eruditio apparatu indigeret evolvî, quam tamen leviter tetigimus (vide superius authenticas notas intrinsecas), malum credi Grotio quâm nobis. Porro sic habet vir eruditus de Verit. Relig. Christ., lib. I, c. 16 : *Accedunt ad hec non paucorum alienorum à religione iudaicâ testimonia, quae ostendant vetustissimum apud omnes gentes famum ita habuisse, ut Moysis scripta prædicant* (quorum quidem nomina laudantur, et textus exscribuntur ad calcem ejusdem capituli); et subjungit : *Neque verò cuiquam prudenti credibile fiet Moysen, qui non Aegyptos tantum hostes habebat, sed et plus inas gentes alias, Idumæos, Arabes, Phœnices, vel de mundi ortu et rebus antiquissimis, ea ausum palam prodere quæ aut alius scriptis prioribus revincit possent, aut pugnantem sibi haberent persuasionem communem atque veterem.* Ergo, etc.

Nota. Objectiones quamplures et minutæ, quas in Genesios veritatem increduli contorquent, prosequi non fert animus : quasdam tantum breviter attingemus quæ celebriores sunt et magis ad rei substantiam attinent, mundi novitatem, omnium hominum ex uno originem, diluvii existentiam : quarun solutionem ad Scripturam sacram contra incredulos propagnatam remittimus, ne diutius ab intento potissimum propo-sito divertamur.

ASSERTIO SECUNDA. — *Vera atque indubitate sunt facta quæ in Exodo aliisque Pentateuchi libris referuntur.*

Nota. et characteres quibus facto certa fides fieri potest, hi sunt : 1^o ut factum sit grave et momentosum, propter ea que aptum ad excitandam hominum attentionem; 2^o ut sit publicum, manifestum, quod fraudis et erroris periculum amovatur; 3^o ut referatur à scriptore coetaneo, cuius fides, religio, probitas in suspicionem venire nequeant; 4^o ut fidem obtinuerit apud eos quibus imponi omnino non potuit, et quorum maximi intererat, ne factum illud, si modò falsum aut dubium fuisset, pro vero admitteret; 5^o denique ut supersint monumenta in perpetuam facti memoriam erecta eo ipso tempore quo res contigisse dicitur. Atque illos veritatis characteres assignamus, non quod existimemus eos omnes requiri, ut de facti alicuius veritate constet, sed quia constituent supremum certitudinis historicæ gradum. Jam verò eos omnes sibi vindicant miracula mosaica.

1. Facta in quibus suam auctoritatem ponebat Hebreorum legislator erant valde momentosa. Ex illis pendebat totius gentis fortuna : salus quidem, si modò vera erant, excidium verb, si ad fraudem conficta.

Cogitemus enimverò qualis Hebreorum mens esse debuerit, cùm primum eis renuntiavit Moses se divinitus deputatum esse qui eos libertati restitueret. Certe debuerunt illi in hujus legationis argumenta diligenter inquirere, ne si impostori sese committerent, non modò non liberarentur, sed Aegyptiorum animos exasperarent, durioremque, ut reipsa primum contigit, servitutem suam efficerent. Annis quadraginta quibus Mosen per desertos horridosque regionum tractus secuti sunt Hebrei, cavere etiam sedulè debuerunt, ne sibi prestigie et verba pro miraculis darentur : tum quia hinc pendebat religio et politica omnis administratio, tum quia ob eorum prodigiorum fidem Moses supremam in Israelitas plerūque invitos et repugnantes potestatem exercebat. Exodi XXXII, viginti tria hominum milia, seu, ut ferunt Hebrei codices, tria millia jubente Mose, ob adoratum vitulum aureum interficiuntur : Numer. XVI, Core, Dathan et Abiron cum aliis ducentis et quinquaginta tellure dehiscente absorpti, et igne consumpti sunt : ibidem descriptam habemus stragam hominum ferè quindecim milium qui adversus Mosen rebellaverant. Procul dubio validè momentosa erant facta propter quæ unus homo jus sibi tribuat tam severè in integrum nationem animadvertisse : neque inter crebras Israelitarum seditiones consistere potuisset illud Mosis imperium, nisi populus universus compertam habuisset factorum quibus illud innitebatur veritatem.

II. Facta illa non obscura erant, sed splendida, manifesta, atque ejusmodi quæ, si non evenissent, ne ab uno quidem homine sano potuissent admitti. Quid enimverò omnibus tum Aegyptiis, tum Hebreis notius esse debuit, quâm plagæ illæ Aegyptiæ, à quibus sola regio quam incolebant Hebrei immunitis erat? Quis credit Mosen adeò imprudentem, seu potius adeò dementem fuisse, ut prodigia hujusmodi flingeret, et coram iis commemorare auderet, qui de illis nunquam audierant, et tamen rebus ipsis interfuisse, omnia propriis oculis vidisse ac veluti manibus contrectavisse debuissent? Profectò, nisi omnes ad unum Hebrei mente, oculis, auribus capti fuerint, nunquam iis serio, et cum aliquâ spe fidei inveniente narrari potuit, se inter suspensos utrinque fluctus, nube lucidâ iter collustrante, incessisse, se per annos quadraginta manuâ de celo delapsâ altos fuisse, se ad cendentis et fumantis montis infima fulguribus ac voce divinâ per territos stetisse, etc., cùm nihil simile unquam experti essent. Dabunt, ut quidem confidimus, adversarii, Hebreorum legislatorem non fuisse hominem planè ineptum et imperitum? at nemo illo dementior extitisset, si auctoritatem suam in iis fabulis posuisset, quarum vanitatem Israelitas omnes non potuissent non perspectam exploratam habere.

Plurimi equidem celebrantur legumlatores qui, ut suis institutis pondus adderent, deorum commercia jactitaverunt : sed illi impostura scenam ab omnium oculis removere studebant, eaque colloquia in recondito quadam luco, vel in antri habita fuisse dicebant. Verum, uti observat S. Augustinus, *de Civit. Dei.* L.

X. c. 13, cum oportet Dei legem... dari, non uni homini paucis sapientibus, sed universo genti et populo ingenti, coram eodem populo magna facta sunt in monte, ubi lex primum dabatur, conspiciente multitudine metuenda ad tremenda qua fiebant. Non enim populus Israel sic Moysi credidit, quemadmodum suo Lycurgo Lacedemoniorum, quod à Jove, seu Apolline leges quas condidit accepisset.

III. Facta illa referuntur à Scriptore non solum coetaneo, sed etiam rerum gestarum teste ac praecipuo auctore : cuius præterea fides, probitas ac religio in suspicionem venire nequeunt. Enimvero Pentateuchum ab eo scriptum fuisse qui Hebraeorum rempublicam instituit, ex iis que supra diximus, constat. Igitur si de celebri Græcorum qui Cyro Juniori operi tulerant receptu, Xenophonti eorum duci et historicō credimus, si belli Peloponnesiaci ex Thucydide, belli Gallici ē Cæsaris Commentariis historiam repetimus, cur Mosi fidem non tribuemus ea narranti qua per annos quadragesinta sub oculis suis, suo ductu, suoque ministerio gesta sunt? Is certè non magis decipi potuit quam Cæsar aut Thucydides : at multò minus quam illi lectoribus suis imponere potuit, sive quia historiam describit longè gravioris momenti, sive quia Pentateuchus magis apud Judæos vulgarius esse debuit quam apud Græcos et Romanos Thucydidis et Cæsaris libri, quibus religionis civilisque administrationis fundamenta non continebantur. Illud igitur jam constet eam omnem Mosi fidem esse adhibendam, quam vindicare jure suo potest scriptor coetaneus idemque oculatus testis.

Si vero, quod reliquum est, Mosis indolem in ejus scriptis ac legibus expressam inspiciamus, inventiemus eam ab omni fraude, mendacio, ambitione atque assentatione quam maximè abhorrentem : immo potius ad pietatem, probitatem, veritatisque ac virtutis studium compositam. Moses neque affectavit imperium, neque ulla dedit notas ambitionis : populi sui librandi consilium contra omnem humanan spem suscepit, jubente et cogente Deo : quamdiu vixit, molestias, ærumnas, pericula expertus est, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem. Sacerdotium, summum in republica munus, Aaroni ejusque posteris contulit, propriis filiis in Levitarum plebem redactis : Josue virum ex alia familiâ et tribu ducem populi constituit. Propria peccata non dissimulat : Ægyptum à se interfectum narrat sine ulla facinoris defensione, fugam suam apud Madianitas refert, concitatam in se iram Dei ob omissam filii circumcisionem, diffidentiam denique, ob quam ab ingressu terræ promissæ prohibitus est, non prætermittit ; Aaronis frater, Mariæ soror, Nadab et Abiu fratris filiorum memoria non parcit. Uno verbo, in tota historiæ sua complexione, nihil ad famam sibi suisque comparandam dictum, immo hominem sui oblitum invenimus, solius Dei rebus intentum. Nec fucata aut illecebrosa utitur oratione, qualis mendacia fides impetrare solet, sed simplici et ingenua : ab omni assentatione et adulazione maximè alienum sese exhibet.

bet : nedum blanditiis populi gratiam, ut assolent factionum principes, acupari studeat, ipsi haud raro duritatem cordis, ingratum et in idolatriam proclivem animum, crebras murmurationes seditionesque gravi ac severa oratione exprobret. Denique scripta Mosaica tenebrinam in Deum pietatem studiumque virtutis ubique spirant, inculcant, commendant; et spectant leges omnes Hebreis date, ut ab eis omnia religionis, justitiae, humanitatis officia discantur et observentur : quod certè unum omnem videtur à Mose fraudis et improbatibus suspicionem removere.

IV. Facta in quatuor posterioribus Pentateuchi libris descripta fidem obtinuerunt apud immensam hominum multitudinem quibus imponi non potuit, et quorum maximè intererat ne facta hæc, si modò falsa aut etiam dubia fuissent, pro veris ac certis admittarent. Ac primum quidem satis multa hueusque diximus de factorum illorum notorietate ac gravitate, quod vero fidem iis prodigiis commodaverint Hebrei qui Mose duce ac legislatore utebantur, id constat multiplici argumento. Videlicet, ex stylo narrationis Mosaicæ nudo, simplici, candido, qualis esse debet hominis factum aliquod recens, publicum, indubitatum coram ipsismet testibus fidenter et securè describentis : ex frequenti miraculorum illorum commemoratione quā Moses utitur, sive ut instituta dura sæpè et maximè invidiosa confirmet, sive ut Israelitas ad virtutem cohortetur, aut avocare studeat ab idolatriâ aliquis vitiis in qua propensissimi erant, sive demùm ut ex iis prodigiis eos redarguendi et increpandi opportunitatem accipiat. Non ita sese gerit imposter, sed ne aliqui fraudis suspicio oriatur, in commemo randis machinationibus suis perpetuò versari non soleat, de iis parcè adnudum, cautissimè, nec coram omnibus mentionem injicit. 2° Certum est Judæos, quorum commercio utimur, constantem immobilemque iis prodigiis fidem adjungere. Iisdem etiam fidem habuisse Judæos qui vel ætate Christi, vel temporibus Antiochi Epiphani, Alexandri et Cyri vixerunt, constat, tum ex ipsis Iudaicorum annalibus, tum ex scriptoribus exoticis apud Josephum laudatis, qui singularem Judeorum erga legislatorem suum observantium testamat reliquerunt. Jam vero fidei illius quam miraculis in Pentateuco descriptis adhucibuerunt Judæi veteres, initium et prima origo ad ipsam Mosis ætatem ascendiit. Si enim prodigia hæc aliquando pro veris haberit ceperunt, cum anteau nullam fidem impetravissent, dicant adversarii quo tempore, quo auctore, quibus artibus nova hæc opinio invalerit. 3° Denique, ut cætera omittamus, Israelitarum Mosi coetaneorum fides ex ipsis rebus et eventibus probata manet. Hebrewi se Mosis regimini fermè invitî commiserunt : eoque Ægyptum cuius tenebantur amore reliquerunt : superstitiones quibus erant addictissimi deposuerunt : legem sibi imponi passi sunt molestissimam : regionem incultam et inhospitalem per annos quadragesinta peragraverunt : Mosis imperio paruerunt, etiam cum ille in principes et plebem severissimè animadverte ret. Quo, queso, ducti motivo, nisi opinione divina

ducis sui legationis? Hanc verò opinionem undenam hauserunt, nisi in perspecta explorataque veritate prodigiorum quæ descripta legitimè in quatuor posterioribus Pentateuchi libris?

Dicent fortassis adversarii Hebreos Mosi fidem non adhibuisse, sed in fraudem ab eo structam consensisse, sive ut prodigiorum cœlestium opinione ad legum in deserto latarum observantiam posteros suos adducerent, sive etiam ut favoris divini famâ aliquam genti sue gloriam apud exteròs compararent. Verum unanimis illa hominum plusquam viginti centum milium in fraudem adeò manifestam conspiratio, miraculum seu potius portentum esset multò incredibilius quam decem plágæ ægyptiacæ, sìns Arabici trajectio, ceteraque prodigia in Pentateuco relata. Nec sane minus admirandum foret in hac tantâ hominum multitudo totoque illo quadrangula annorum spatio, neminem repertum fuisse, qui duxit vel ingenii levitate, invidiâ, aut rerum novarum studio, vel animi candore, aut religionis sensu, fraudulentem impugnare ac retegere adorsus fuerit. Crebris equidem seditionibus exarserunt Israëlitarum castra : at rebellionem auctores Mosen mendaci insinuarunt nonquād ausi sunt : neque si id fecissent, comprimî ac sedari à Mose potuissent illi hominum Mosi et Aaroni infensussum motus. Deinde verò, etsi in hanc fraudem consensissent omnes ad unum Israëlite qui Mosis estate vivebant, sequentibus tamen generationibus minime imponere potuissent. Etenim non ita sibi succedunt generaciones, ut una penitus extincta, nova generatio orietur; sed in quovis temporis punto, eadem in gente, cùdemque in domo vivunt senes, adulti, infantes qui ad triplicem, ut minimū generationem pertinent : quo posito nullum tempus assignari valet, quo universatio ab opinione et conscientiâ fraudis à legislatore suo inventa, ad firmam, constantemque divinæ illius legationis fidem transire potuerit.

Denique ineptæ admodum sunt rationes quibus inductos fuisse Hebreos, ut impostori faciem aurem commodarent, supponunt Deistæ. Videlicet legibus molestissimis, durissimoque Mosis imperio sese submisissent, ut filii sui sub eodem Jugo miserè oppressi viverent : estne illud in hominum indole et constitutione morali positum? Prodigia inaudita, anilesque fabulas commenti fuissent ut vicinarium gentium exultationem sibi conciliarent : at quâ, queso, arte, canum hominum contemptum sibi parere atque indignationem excitare melius potuissent? Inventus sepius furem apud varios populos fabule ad commendandam gentis antiquitatem nobilitatemque generis; sed scena in remotissimis etatibus collacata erat, et involuta temporum obscuritate: verum eas fabulas pro factis historicis tradere que, propter comparationem omnibus vanitatem, fidem nequeunt obtinere, nemo unquam serio cogitavit. Præterea, si famæ comparandæ studio omnibus hec prodigia adinvenerunt Judai, cur semper ab exterarum gentium commercio abhoruerunt, nōc liberos suos ubique vulgari curaverunt? Cur factis illis adniscuerunt facta permulta quæ aeternum genera-

tionis illi opprobrium inurunt? Quam gloriā tribus Ruben ex suppicio Dathan et Abiron, aut filii Core ex parentis sui morte infamè acquirere potuerunt? Lepidè etiam ad conciliandam exterorum existimationem adhuc inventa historia vituli aurei, quām alto silentio premit Josephus, gentis suæ adulator; enumeratio seditionum quæ tantas Hebreis calamitates accesserunt, et præcipue illa in omnem istam generationem, præter solos Josue et Caleb, lata à Deo sententia, quæ exclusi terrâ promissionis vitam aspergimant in deserto agere coacti sunt, propter stolidam diffidentiam et perversitatem.

V. Factorum in Exodo et sequentibus Pentateuchi libris descriptorum veritatem invictè probant monumenta erecta, festivitatis instituta, nomina imposita in perennem eorum memoriam. Quippe monumentum publicum, occasione insignis alicuius eventus, atque eo ipso tempore quo res contingit dicitur consecratum, testimonium est omni exceptione majus, conexum videlicet eum eorum à quibus monumentum erectum est opinione et testimonio. Hinc etiam insisterent libri corum qui de rebus à Ludovico XIV gestis scripserunt, præcipios tamen eventus quibus acta illa nobilitatis est in numismatibus, statuis, inscriptionibus, anaglyptis, ædificiis descriptos légerent posteri. Jam verò magna pars historie Mosaicae in publicis et antiquissimis monumentis, quorū quædam etiamnū supersunt, descripta atque exarata est.

Exodi XII, institutior Pascha in memoriam internecciosi primogenitorum Ægyptiorum: *Et cùm dixerunt robis filii vestri: Quæ est ista religio! Dicetis eis: Victima transitus Domini est, quando transiit super domos filiorum Israel in Ægypto, percutiens Ægyptios, et domos nostras liberans.* In ejusdem facti memoria instituta fuerat lex quæ Deus omnem primogenitum seu ex hominibus, seu ex jumentis peculiari ritu sibi consecrari voluerat. Yas manna repletum, tabulae lapideæ in quibus descripta fuerant præcepta decalogi; virga Aaron quæ sponte floruerat; serpens æneus quo conspecto sanabantur qui serpentum morsibus vulnerati fuerant; lamina ænea facta ex thuribulis Core, Dathan et Abiron, totidem erant monumenta prodigiorum Mosaicorum ob omnium oculos posita, et in sequentes ætares asservata. Instar monumenti publici haberit etiam debet carmen illud sublime, quo accincte populo universo, Moses non poetico, sed verè divino æstu afflatus, mare trajectum celebrat. Apud antiquos sollempne erat locis nomina ex rebus gestis imponere, plurimaque illius moris vestigia in libro Geneseos occurunt. Nec verò in aliis Pentateuchi libris desideratur illud monumentorum genos, quodque notatum dignum est, pleraque nomina variis locis à Mose indita factorum Israëlitis probrosorum memoria replicabant. Talia sunt nomina, *tentationis, incensionis, sepulcrorum concupiscentiae*, etc. Igitur insigillata historie Mosaicae facta æternæ hominum memorias consecrata furem, sive solemnibus religionis ritibus, sive impositis nominibus, sive publicis monumentis quæ ab ipso Mose, vidente et consentiente

pópulo universo, ercta, haberi debent veluti Hebreorum omnium fidel atque adeò totius illius historiæ testes locupletissimi. Nec verò argumentum illud infringitur ex eo quod apud Paganos monumenta plurima prodigiorum sictorum extiterint : nam monumenta illa vel pluribus post rem quæ peracta dicebatur seculis dedicata erant, vel cùm motis in superstitionem animis, prodigia in dissitis regionibus vulgariter temerè credebantur. Iis solummodò monumentis vim probandi tribuimus, quæ eo ipso tempore quo res evenisse supponitur, et ab iis ipsis quos rei spectatores esse oportuit consecrata fuerunt. Monumenta omnia, si non veritatem factorum ad quæ referuntur, saltem eorum opinionem indicant à quibus ercta sunt : illa autem opinio à veritate sejuncta esse nequit, ubi monumentorum dedicatores, idem sunt qui testes factorum.

Objicies 1°: Audiega non est eorum traditio quorum interest facti veritas ; atqui, etc. Credi enim potest Judæos in fraude simul cum Mose conspiisse, ut prodigiorum illorum opinione ad legis in deserto promulgata observationem posteri efficiatis inclinarentur ; aut etiam ut favoris divini fama aliquam genti suæ commendationem apud exterios compararent. Præterea supposita sunt innumera deorum Paganismi prodigia, licet ex iis penderet religio Pagani, licet monumentis publicis, festivitatibus institutione, statuarum dedicatione, templorum erectione consignarentur. Nonne Minos decepit Cretenses, se à Jove leges suas accepisse commentus? Numa Pompilius Romanos, statuta sua Nymphæ Ägeriae accepta referens? Mahumes Arabes, Alcorani fabulas Gabrieli Archangelo tribuens? Ergo, etc.

Resp. ad primum : 1° Unanimis hominum his mille milium in fraude adeò manifestam conspiratio non modò miraculum est, sed aliquid miraculo incredibilius : nec ullo modo concipi potest in tantâ multitudine contumaci et ad seditionem pronâ nullos repertos esse, qui vel levitatem, vel invidiam, vel studio novitatis, vel animi candore et religionis sensu fraudem detegere et impugnare ausi fuissent..... 2° Etsi in hanc fraudem consenserint Moysis coæquales, non item eorum filii : advertendum est enim generationem generatione non trudi, ut clavus clavo ; itacut unam penitus extinctam altera subito excipiat; sed permiscentur simul et quovis temporis puncto eadem in familiâ versantur, triplicis ut minimum generationis membra, senes, adulæ, infantes : unde nullum instans assignari potest, quo universa Judeorum natio ab opinione et conscientiâ fraudis quam tentasset legislator, ad certainam divinæ illius legationis fidem transire potuerit... Tandem vanissima sunt motiva quibus inducitos fuisse Judeos singitur : profecto gens nulla est qua ob inanem gloriam cruciare se velit. Quâ spe et quo fructu prætensam hanc gloriam affectassent erga alios populos, quibus semper odio et contemptu fuerunt, quorum risus et cachinnos supposita hæc historia movisset, et quibuscum familiarem consuetudinem habere lex ipsa prohibebat.

Ad secundum : 1° Ipsæ deorum historiæ à senioribus paganis irridabantur; nec unquam, vel apud populum, obtinere fidem indubiam, universalem, et factis coævam : earum aut origo non assignabatur, aut tanta prædicabatur antiquitas, ut veritatem expendere non liceret : aliunde fabulae istæ, nedum molestis adstringerent officiis, vanitatem, ostentacionem et licentiam fovebant.— 2° Quod spectat ad prodigia, vel occulta erant, nec famosa siebant nisi vesana populi credulitatem in iis quæ cupiditatibus favent ; vel si publica erant, existebant quidem, sed hominibus aut demonis industrias non superabant.— 3° Quod monumenta, per nos licet iis fidem non haberi quæ pluribus tantum post rem ipsam seculis instituta sunt : at certè, si instituta publicè fuerint, eo ipso tempore quo factum contigisse asseritur, ab iis ipsis quos facti illius testes esse oportuit ; facti veritatem insificari poterit solus in historiâ Pyrrhonianus : porrò apud Paganos nullum laudari potest monumentum verè publicum quod fuerit coætanum ; apud Judæos nullum quod non fuerit.— 4° Ad pseudorevelationum paritates, reponimus prætensa hæc cum Divinitate colloquia occulta fuisse nulloque monumento nixa, ideoque inepte à populo credita : at Moysis cum Deo colloquium et publicum fuit, et infinitis demonstratum prodigiis, et ipsa Dei voce coram universo populo confirmatum.

Obj. 2°: Facta illa inter fabulas amandari debent, que cùm ob splendorem et gravitatem omnibus vicinarium gentium scriptoribus innotescere debuissent, à nemine tamen præterquam à Judæis, quorum hæc fides merito suspecta est, referuntur. Porro, inquit Voltaire, *Philosophie de l'Histoire*, cap. 19, facta hæc adeò insignia, adeò extraordinaria nullus praeter Moses antiquus scriptor commemorat : eorum non memorierunt neque Manethon, neque Eratosthenes, neque ipse Herodotus qui tot fabulas ab Ägyptiis sacerdotibus acceptas suam in historiam retulit.

Resp. 1°: Valde infirmum esse illud argumenti negativi genus, quo ex quorundam historicorum silentio narrationis numeris omnibus absolute, atque à scriptore coætanæ et teste oculto institute fides impugnatur. Si hujusmodi suspicionibus indulgere liceret, nullum fermè in historiâ universâ factum adeò probatum esset, cuius veritas sollicitari non posset. Verbi gratiâ, Gallias octodecim circiter abhinc seculis à Julio Cæsare dominas in Romanorum dictionem venisse certum exploratumque est : hujus tamen facti non alii testes supersunt præt̄ Cæsarem ipsum, et paucos ex eadē Romanorum gente, quorum fidem eodem jure in dubium adducere possumus, quo Julianorum fidem suspectam habent increduli. Quis tamen hacenus adeò morosum et difficilem sese prebuit, ut negaret admitti à se posse bellī Gallici historiam, nisi sibi exhiberentur veterum Druidum libri, quos vel nunquam extitisse, vel certè interiri constaret?

2° Etiamsi in omnibus quæ supersunt Ägyptiorum et Græcorum monumentis, nullum historiæ Mosaicas vestigium occurret, nihil idcirco historia illius fidei

deperiret. Etenim 1° ciatus mox Voltaire fatetur do-
letque interisse vetustissimos Ägyptiorum libros du-
plici illo incendio quo Bibliotheca Alexandrina con-
sumpta est, primùm in bello Cæsaris adversus Pompeium, deinde sub Oмаро Musulmanorum califo.
Præterea res phoenicias Sanchoniato, chaldaicas Be-
rosus, persicas et medicas Ctesias, assyriacas Abydenus, etc., litteris persecuti fuerant, quorum vix pre-
ter nomen et desiderium superant; adeò ut ad illu-
strandam Hebræorum historiam nihil nobis opis
præstare possint. 2° Ägyptii plurima equidem Herodotia prodigia ac fabulas venditärunt, sed utique
conjuncta cum gloriâ gentis suæ, non verò èa quibus
maximum Ägyptis dedecus inurebatur. 3° Nulla est in præsenti negotio neque Herodoti, neque Manethonis aut Eratosthenis auctoritas, utpote nimis recentium. Herodotus, quem Græci historie parentem dixerunt, à Mosis ætate distat annis plusquam mille; Ma-
netho et Eratosthenes, qui sub Ptolomeo Philadelpho
floruerunt annis fernè mille et trecentis.

3° Falsum est nullam prorsus rerum à Mose gestarum mentionem apud profanos scriptores occurrere. 4° Artapanus Eusebio laudatus *Præpar Evangel.* L. IX. C. 27, refert asservatam ab Heliopolitanis traditionem de trajectione marii Rubri, cum narratione mosaicâ prorsus consentientem. 2° Diodorus Siculus *Histor.* I. III, testatur memoriae olim apud Ichyophagos prodiutum fuisse, marc Erythræum vehementi vento quondam ita divisum fuisse, ut fundus marii apparet: quod quidem in gratiam Israhitarum sub Mose factum fuisse, nec alias unquam, legimus. 3° Veram Mosis historiam plurimis figmentis interpolat Justinus, inter qua tamen veritas haud penitus extincta illustribus indiciis sese prodit. Ägyptii, inquit, cum
scabiem et vitiliginem patuerentur, responso moniti, Mo-
sem cum ægris ne pestis ad plures serperet terminis Ägypti pellunt. Dux igitur exultum factus, sacra Ägyptiorum furto abstulerit, quæ repente armis Ägypti,
domum redire tempestatis compulsi sunt. Scabies illa
et vitiligo quid indicant aliud nisi pestem et ulera quibus confecti fuere Ägyptii, sed que à suis in Israe-
litæ transtulerunt Ägypti scriptores, quos secutus est Trogus Pompeius? Tempestate verò ille, quibus Ju-
deos insequi prohibiti sunt Ägypti, nomine referunt cladem et submersiōnem universi Pharaonis exercitū, quam gentis illius scriptores honestis coloribus obte-
gere studuerunt. 4° Aquarum à rupe quam Moses virgà percusserat securientium meminit Tacitus, ita ut ex ipsa quam narrat fabula, prodigium à Mose relatum confirmationem accipiat. Sed, inquit, nihil æquè quam inopia aquæ fatigabat. Jamque haud procul exitio totis campis procuberant, cùm gress asinorum agrestis
è pasta in rupem nemore opacam concessit. Secutus Mo-
ses conjecturā herbi soli, largas aquarum venas aperuit. 5° Plinius Antiquior *Hist. Natur.* L. XXX. C. 2, et Apuleius *Apolog.* I, Mosem inter magos celebratissimos referunt: quarè verò nisi ob vulgatam prodigiorum famam? Numerius Pythagoræus apud Eusebium,
Præpar. Evang. L. IX. C. 8, Jannes et Lambres lau-

dat veluti homines rerum magicarum peritissimos, qui-
que idcirco communi Ägyptiorum consensu delecti
sunt, qui Moysi duci Judæorum obsisterent, invectas-
que ab eo in Ägyptum calamites averterent. 6° Plurimis veteris Testamenti locis constat percreuisse
apud gentes finitimas famam prodigiorum, quæ nullis
preterquam Judæis cognita fuisse contendunt adver-
sarii. Ea certè noverat Rahab, Jos. II; Gabaonitæ, ibid.
IX; Philistæ, I Reg. IV; Achior dux Ammonitarum,
Judith V, etc.

Obij. 3°: Ea narratio falsa est, vel saltem incerta,
cui contradicunt annales vetustissimi. Atqui narra-
tioni à Mose institutæ adversantur antiquissimæ Ägyptiorum historie. Manethon, Chœremon, Lysimachus,
Appion Alexandrinus, quorum quidem scripta inter-
rierunt at fragmenta apud Josephum supersunt; prima
reipublicæ Hebreorum exordia ita describunt, ut ap-
pareat huic ortum dedisse agmen hominum lepræ af-
fectorum qui ex Ägypto pulsi, Mosecum ducem se-
cuti, Syriam occupaverunt. Idem habent Justinus et
Tacitus. Equidem scriptores illi, si cum Mose confe-
runtur, recentes videri possunt: at procul dubio secuti
sunt historicos vetustiores, atque in primis Manethon
totius historie à se ordinate seriem ex antiquissimis
monumentis descriptam esse affirmat. Quo posito, citati
auctores, quanquam ab ætate Mosis plurimum dissitū,
vetustissimorum ac fortè Mosi ipsi æqualem aucto-
rum mentem nobis referunt. Neque adversus eorum
testimonia satis erit dixisse, narrationem hanc ab
Ägyptiis ad inventam fuisse, quæ gloriæ suæ miracu-
lorum Mosaicorum famam non parum immunita con-
sulerent. Eodem quippe jure dici posset ex cogitatione
ab Hebreis fuisse plagarum ægyptiacarum, trajecti
maris Erythræi, mannaque à celo depluentis fabu-
lam, ut originis suæ dedecus et infamiam absterge-
rent. Id unum certè constat, mentitos fuisse vel ägy-
ptios historicos, vel Hebreorum legislatorem: at ratio
nulla appetit cur Ägyptiis potius quam Mosi illud
mendacii crimen imponi debeat.

Respondeo nullam citatis scriptoribus fidem ha-
bendam esse, tum quia secum ipsi non consentiunt,
tum quia eorum narratio multa non improbabilia so-
lüm, sed etiam absurdâ complectitur, tum denique
quia cum omnes recentiores sint quān ut per seipso
fidem facere possint, nullum tamen antiquum atque
authenticum rerum quas referunt monumentum ap-
pellant. 1° Quidem secum nullo modo consentiunt,
sed Hebreorum originem et egressum ex Ägypto ita
quisque describit, ut Manethonem refellat Chœremon,
Chœremonem Lysimachus, Lysimachum Justinus et
Tacitus, prout ex collatis eorum testimoniis manifestò
apparet. 2° Veri prorsus absimile est, quod ii nar-
rant, exercitum ex hominibus lepræ affectis confla-
tum, non solum adversus Ägyptios diu atque felici
interdum Marte pugnavisse, sed etiam longissimum
iter per deserta atque inhospita loca fecisse, profligati-
isque bellicosis nationibus imperii tandem fundamenta
potuisse. Verum fabulam hanc manifestè refellunt
ipsæ Hebreorum leges, quibus summo studio cavitur

ne leprosi ullam cum ceteris hominibus vita societatem habeant : quod sanè arguento est, non omnes aut plerosque Israelitas ex morbo laborassè, cùm leges ille editæ sunt : eas porrò editas fuisse constat ab ipso Mose paucis post Exodum annis. Iisdem legibus leprosi pro immundis et impuris renuntiantur, quod profectò à Mose constitutum non fuisset, si Moses ipse populusque universus scabie illà laborasset. Denique ex Justino apparet quām oscitante et imperiti res Judeorum attigerent scriptores ethnici. Scribit ille Mosen filium fuisse Josephi ac Aaronis patrem : montem Sina itineris metam Hebreis fecisse : morem apud Judeos semper viguisse, ut eosdem reges ac sacerdotes haberent, aliaque ejusmodi apertè falsa. Quin ipse Tacitus, accuratissimus ceteroquin historicus, scribere non dubitat effigiem asini in Judeorum templo consecratam esse, quamvis putidum istud mendacium refellant hæc ejusdem verba : *Judei mente soli, unum numen intelligunt... summum illud et aeternum, neque mutabile, neque interitum. Igitur nulla simulacula urbis suis, nedum templis sunt.* 3º Scriptores in objectione laudati nullum vetus monumentum, nullum antiquorem auctorem appellant, cuius sive narratio nem suam nuntiant. Contestatur equidem Manethon se ex priscis instrumentis totam suam historiam descripsisse : at verò que potest esse instrumentorum illorum fides, quibus si credamus, in Ægypto dii primū, tūn heroes, deindè homines regnaverant spatio annorum fermè 60,000? Igitur duo hic certa sunt : primum, scriptoribus profanis ubi Mosi contradicunt fidem habendam non esse : alterum summam esse Mosis auctoritatem, sive ipsius testimonium in se consideretur, sive attendamus ad firmam constantemque Ilebraeorum fidem, quā testimonium Mosis mirum in modum confirmatur.

Obj. 4º: Saltem conjicere possumus in iisce factis que veluti miracula à Mose describuntur, nihil contingisse preter naturæ leges, sed Mosen universam hanc historiam poetico stylo adornavisse, hominibusque imperitis et superstitionis persuasiisse eventus maximè naturales totidem esse divini in se favoris argumenta. Si enim narrationi Mosaica pigmenta quibus illita est detrahamus, nihil in prodigiis illis supererit quod tribui causis naturalibus non valeat, prout ex plagarum Ægyptiacarum et tractetis maris Rubri verà expositione apparerit.

Ac 4º quidem plague Ægyptiacæ causis naturalibus adscribi possunt. Nam, si excipiamus primum prodigium quod imitati sunt magi Pharaonis, conversionem virgarum in serpentes, cetera phenomena fuisse videtur varii effectus ejusdem pestilentiae, quæ primum orta in fluminis, pisces omnes fluxu sanguinis corripuit, quo decolorata fuit aqua fluminis. Aquarium infectio ranas, amphibium genus, in terras expulit. Cyniphum exorta deindè multitudo inusitato aeris calori et ovorum in pulvere delitescentium copie debebatur : pestis gravis quam postea invaluisse legimus, ejusdem pestilentiae jam firmiora animantium corpora tentantis progressio erat. Insecuta deindè pulveris

pluvia quedam haud inusitata in illis regionibus torrenti soli suppositis, qua vi valde naturali ulcera in jumentis hominibusque procreavit, etc. En vera et physica plagarum Ægyptiacarum historia, quam Moses poetice exornavit et amplificavit. Ita Spinoza et Morgan deista Anglus libro cui titulus : *Le Philosophe moral.*

2º Quod spectat trajectiōnem maris Rubri, multa totam hanc historiam à Mose adoratam vanitatis condemnare videntur. Principio, incredibile est multitudinem immensam Ægyptiorum cum rege eò deve nisse insaniæ, ut cùm suspensos cernerent utrinque fluctus, sese tamen mari committerent. Deindè nihil hic prater communes naturæ leges evenisse testis est Artapanus, qui ex Memphitarum traditione refert, *Mosen toius regionis scientissimum reciprocantis aestus tempore, sicco mari universam multitudinem transmissee.* Neque verisimilitudine caret illa Memphitarum traditio, tum quia eo mense quo Hebrei Ægyptum reliquerunt, aestus maris maximi erant, eosque, Mose ipsomet teste, angebat ventus vehemens ; tum quia iter illud noctu peragebatur, et proprietà facilè potuit Moses rubidus Hebreis persuadere divisas esse aquas, cùm tamen per arcas ex maris refluxu nudatas inciderent. Eadem etiam obscuritas causa esse potuit, cur pars exercitū Ægyptiaci studio persequendi accensa sese inconsideratè arenis implicaret, ex quibus expedire se ante affluentis maris aestum non valuit, quorum corpora proximo mane visa in littore, Mosi pre buere opportunitatem gloriandi, quasi deletus fuissest universus Pharaonis exercitus. Denique Josephus, quamvis patriæ religioni addictissimus, institutam à Mose narrationem calculo suo comprobare ausus non est; sed contra miraculum extenuat iis verbis : *Nemo autem mirari debet tanquam incredibile, si priscis hominibus et ad malitiam rudibus de salute periclitantibus, via per mare potuit, sive Dei voluntate, sive sponte nature : quandoquidem heri et nudus tertius Alexandri duxi, Macedonibus Pamphilum mare cessit, et atiam viam non habentibus illuc iter aperuit, cum Deus ejus operâ ad destruendum Persarum imperium uti decrevisset, id quod omnes testantur qui res gestas illius regis scripto prodiderunt. Sed de his, ut cuique libet, ita sentiat.*

Resp. 1º generatim. Moyses narrat summā sermonis gravitate, oratione simplici, non inflatâ ; tempus, locum, personas omnesque circumstantias accuratè describit ; ne verbum quidem ullum ad oblectationem profert; sed cuncta candidè et seriò sunt ad persuasionem composita : profectò aut stylus ille, aut nullus erit historicus ; et omnes historias ad poeticas fabulas amandare licebit... Deindè Moyses in factis quæ narrat sua Reipublica constitutionem ponit, et sua gentis persuasionem sibi non denegari passim confidit : numquid ergo coetaneorum oculis, auribus, sensibus cunctis, et mentibus illusit arte poetica, voce et verba venditando pro veris miraculis : profectò extra naturam est gentem numerosam eò stoliditatis devovere; nec ab ullo miraculo abhorrire debet, quisquis admiriserit portentum tantæ stupiditatis aut delirii, su-

bitò in immensam hominum multitudinem irruentes, eamque, nemino excepto, per intervallum quadragesimam annorum exagitantes. Certe peses est singularem personam, et à fortiori totam gentem, insanie, vel imprudenter arguere sine causa: quam porrò accusacionis sua causam proferunt adversarii? Istam, credibile, probabile non est; verum negamus nos incredibili, improbabili esse miracula, cum certò existere probentur; negamus illo modo credibiliq; et probabiliq; esse factorum monstra, quæ miraculis subrogare tenentur adversarii.

2º Nunc respondeamus ad singula;

1º Quidem plagæ ægyptiacæ, etiam si absolutes et seorsim ab omnibus circumstantijs considerentur, inter phænomena naturalia referri nequeunt. Nulla datur causa naturalis quæ valat universas regiones aliquid, etiam præfuentes aquas, in sanguinem convertere, aut immunens procreare raganum, cyniphum, myscarum multitudinem. Nam in rebus physicis argumentum certissimum præbet experientia, sine illa unquam oblatâ exceptione. Cum ergo tantæ calamitatis simul conjuncta nunquam nisi eis tempore conigerit quo Moses Hebreos ex Ægypto eduxit, merito existimamus illas extraordinariæ et divina virtute inflatas esse. Deinde, etiam si daremus plagas aliquas, si in se et seorsim à circumstantijs considerentur, non suisse præter naturæ vires, omnes tamen supernaturalem viam arguerent, propter modum et limites ex consilio arbitrio singulis praefuisse. Quippe non solum à Moysi prædictabantur, sed etiam ad illius nuntium iincipiebant aut desinebant: ad certum tempus, atque ad certa loca determinata erant. Dum tota Ægyptus grandine, locustis, peste, etc., vastaretur, terra Gessen, quam incolebant Hebrei, in medio Ægypti posita, ab his calamitatibus immunis erat. Demus, quod tamen manifestè falsum est, omnia hæc phænomena naturali quadam vi contingisse, saltem ea prædicere, excitare, suspendere, illicet modum et fines præscribere solus Dei legatus potuisse.

2º Miraculum ad mare Rubrum patetq; frustra causis naturalibus adscribere conantur adversarii. Incredibile non est Pharaonem ejusque exercitum ira inflamatum, persequendi studio accensum et luce destitutum, sese arenis inconsiderate implicantem: non suspicatus est Pharaon eam viam, per quam incedere Israhelites exploratores retulerant, sibi esse negant, et sine dubio credidit illud iter Hebreis ex refluxu maris patuisse. Traditioni Memphiarum ab Artapano laudate, opponimus traditionem Heliopolitanorum narrationi Mosaicae consentientem, quam suprà ex eodem Artapano retulimus. Eorum verò opinionem qui volunt Mosen adestu reciproco mare Rubrum trageisse, nullo modo verisimilem esse dicimus.

3º Si favente maris refluxu iter fecissent Israelite, illa pars maris quæ versus Suez jacebat, arida fuisse, et Pharaon, ubi sensit afflues mare, adestu antevertere et Suez incolimus pertingere cum equitatu potuisse. 2º Qui loca diligenter inspererunt, referunt mare Rubrum maximi adestu tempore non deserere spatiū

quod trecentos passus operet, proindèque vix superponi potest spatium aquis nudatum aequalē esse centum et quinquaginta passibus per sex horas continuas quibus refluxus omnis conficitur. At certè per spatiū adeò angustum non potuisse Moses vicesies centena hominum millia cum jumentis et appārato omni transmittere. 3º Illa verba Mosis, quibus significat vento vehementi ex orientis partibus excitato mare divisum fuisse, miraculum confirmat, nedum contraria opinio ex illis vim accipiat. Nam mare Rubrum non est protensum ab oriente in occidentem, sed à meridie in septentrionem; proindèque illo vento orientali refluxus augeri non potuit, transversum mare perflavit, illudque reverà divisit in partes duas, quarum una versus meridiem, altera versus septentrionem, ad istum Suez prolapsa est. 4º Si adestu maris affluens Ægyptios occupavisset, tulisset eorum cadavera versus septentrionales plagas, non verò ad littus Arabie, ubi ex postridie conspexerunt Hebrei. 5º Demum quis putet Mosen adeò insipientem fuisse, ut omnem spem suam in opportuno mari refluxu collocaret, cùm in proximis Arabia montibus facile perfligunt adversus equitatum et currus Pharaonis parare sibi potuisse? Nesciebat profectò an non attingeret Hebreos Pharaon, mari affluente, aquæ ac fluente: imò istud accidisse constat ex ingenti terrore et querelis Hebreorum qui se inter Ægyptios et mare conclusos videbant. Nullo igitur modo nacti sunt Hebrei opportunitatem refluxus maritini, nec si nacti fuissent, evasissent ipculmes: nam post proximum astum, Pharaon cum equitatu suo agmen incompositum, mulieribus, senibus, agrotis, oneribus impeditus, citè asseditus fuisse. Quod evaserint Hebrei, aliter fieri non potuit, quām communi exercitū Ægyptiaci clade; hec verò clades non adestu maris, cuius certè ignari non erant Ægyptii, sed vi supernaturali tribuenda est.

Denique falsò dicitur Josephum huic prodigio fidem non dedisse: id enim ex citato loco concludi non potest. Equidem res gestas ad mare Rubrum conferunt cum Alexandri itinere, in quo nihil preter naturam evenisse constat. Verum existimat Josephus non sine manifesto Dei numine, Alexandrum, cuius operā Deus ad revertendum Persarum imperium uti decreverat, mare Pamphylium trageisse: et reverà, si fides Appiano de *Bello civ.* L. II, et Arriano de *Expedit.* Alex. L. II, Alexander ipse deorum opem in hoc negotio se expertum fuisse arbitratus est. Sed illi historici revincuntur ex Plutarcho in *Vitâ Alex.* et ex Strabone qui scribit I. XIV. Alexandrum maris adestu observato, exercitum agre transmisso. Quod verò narrationi sue subiecti Josephus, de his quemque ut libuerit sentire posse, hoc loquendi modo non indicat sed dubitate verumae sit quod dicitur de trajecto ab Israelitis mari; sed quia in usum Graecorum et Romanorum scribebat, illa loquendi ratione ultir, ut si haec illis fidem superare videbentur, suo frui possent arbitrio, nec propter ea à legendâ Judæorum historiâ deterri se permetterent. Hinc etiam rerum quas narrat exempla interdum profert ex gentium historiis, ut suam narra-

tionem ipsis facilius approbet. Ipsum vero de prodigio ad mare Rubrum patrato minimè dubitasse, satis ostenditur ex modo quo ipsum describit, et quod ex sacris voluminibus se hæc edictum testetur.

Ceterum quod universam hanc objectionem evertit, fructu laborant increduli in querendis explicationibus physicis plagarum Ægyptiacarum, transitu maris Rubri et aliorum quorundam Pentateuchi prodigiorum. Nihil proficuum nisi omnia ad unum Mosis miracula causis naturalibus tribui posse ostendant. Si enim vel unum in illâ historia miraculum evidens reperiatur, hoc uno Mosis legatio et ceterorum miraculorum fides satis asseritur. Interrupta semel naturæ leges demonstrant hic intercessisse potestatem naturæ viribus superiorem, Mosisque auctoritas hoc uno prodigo firmata impedit, ne factis que ipse ut miracula tradit, causas naturales assignare velimur. Nine vero in Pentateuchio non unum aut alterum, sed plurima facta comprehenduntur quorum nullam causam naturalem assignari posse manifestum est: verbi gratiâ, Deus in monte Sina Mosen inter tonitrua et fulgura, conspiciens universo populo, alloquens; manna per quadraginta annos deplacens diebus singulis, præter diem sabbati; tellus sub pedibus Core et sequacium dehiscentes; ergi ad conspicuum serpentis tenei confessum sanati, etc.; que omnia aut ab incredulis physicè explicanda sunt, aut certè deserenda explications quibus aliis quibusdam factis vim omnem et rationem miraculi eriperent aggrediuntur.

Obj. 5^o: Ex Hebreorum fide non solum non probatur veritas miraculorum à Mose editorum, sed contra eorum agendi ratio, quamdiu in deserto versati sunt, demonstrat illos miraculis Mosaicis fidem nequamquam adjecisse. Fides enim miraculis Mosaicis habita docilitatem et obsequium peperisset: at Israelitarum castra crebris ac fermè continuis seditionibus exarserunt, nihilque aliud penè referunt libri Exodi et Numerorum quam rebelliones illas penasque sortitus irrogatas. Certè non concipiunt quoniodò Israelite, Aarone ipso consentiente, vitulum aureum adorare potuerint, cum montem Sina flammis coruscantem in conspectu haberent.

Respondeo 4^o illas Israelitarum rebelliones non ita crebras, multò minus contutas fuisse. Frequens equidem eorum commemoratione in libris Exodi et Numerorum occurrit: at observandum est iis in libris contineri historiam quadraginta annorum, inter quos, si singula illæ rebelliones dividantur, apparebit longe majorem temporis illius partem in obsequio exactam fuisse. Et reipsa tranquillitatis statum diuturniorem fuisse quam rebellioris et discordiarum, evincit sola legum Mosaicarum institutio: leges enim illæ nunquam sanciri ac firmari apud Israelitas potuerint, si illi animum docilem legislatori plerunque non præbuisse. Non ex motibus quibusdam brevi compositis, sed ex instituta, stabilità ac semper observata religionis ac regimini formâ astimandus est Israelitarum erga Mosem animus. Tempore ipso quo maximè exardebat sedicio, major pars populi Mosi obtemperabat, et se-

dato animorum æstu, ipsi rebellionis auctores vel resipiscabant, vel debitis penas, obmutescente aut etiam plaudente populo, luebant: quod sanè argu mento est valde firmatam fuisse Mosis potestatem. Hanc porrò in miraculis totam positam fuisse certum est: ex quo sequitur miracula illa pro veris aut compertis habita fuisse, quandoquidem eorum fidem non destruunt, sed augent potius, magisque ac magis confirmant varie seditiones quibus Israelitarum castra turbata fuerunt.

2^o Ille rebelliones ortæ non sunt ex eo quod miraculis à Mose editis fidem non haberent Israelite. Nullibi legitimus Mosen fraudis et imposturæ à rebellibus insimulatum fuisse: nullam ipse adlibet defensionem, quâ se ab illo criminis purget, sed prodigia sub omnium oculis edita, veluti facta certissima et ab omnibus recepta commemorata, iisque ad factiones compescendas andacter et fidenter utitur. Undenam igitur ortum duxerunt seditiones illæ? ex illâ levitate et inconstantia que vulgi animos hæc atque illâ fluctere solet; ex tedium longi et difficilis itineris, ex molestia rituum novâ religione impositorum, ex desiderio Ægypti cuius amore multi tenebantur, ex perversis gentium finitimarum exemplis, ex quorundam ambitione et invidiâ, qui Mosis imperium agrè forebant. Fatorē concepi vix posse vituli aurei ad pedem ipsius montis Sina adorationem. Tamen observandum est, 1^o terribile illud spectaculum quod mons Sina ediderat à plurimis diebus desisse, cum de confundo vitulo aureo cogitaverunt Israelite. 2^o Illos timuisse ne Moses sibi eruptus in perpetuum esset: *Videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversus Aaron, dicit: Surge, fac nobis deos qui nos præcedant: Moysi enim huic vitro qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit.* 3^o Sub illâ vituli formâ, non novum aliquem deum, sed hunc ipsum qui eos ab Ægypti liberos fecerat, Israelitas adoravisse; dixerintque: *Hi sunt di tui, Israel, qui te eduxerat de terra Ægypti.* 4^o Eos in illam superstitionem cùm facilius delabi potuisse, quod ritibus et festis Ægyptiacis assueti, ingentem præterea Ægyptiorum multitudinem secum habereant, *vulgaris promiscuum innumerable;* quos illius seditionis et earum que postea secuta sunt, primos instigatores fuisse probable est.

ARTICULUS 1 .

De libris veteris Fœderis Pentateuchio posterioribus (1).

Præter Pentateuchum alia sunt revelatione Judaice monumenta: habent enim Judæi non interruptam Religionis et Reipublice sua historiam consignatam libris, qui usque ad quadragesima circiter annos ante Christum successivis temporibus prodierunt, ut divine Providentie consiliorum ordo, et continuata ab origine mundi Religionis series, magis patet; opera præmium est iis libris fidem indubitatam conciliare. Itaque sit

(1) Tuvache, quæst. prima Scholium.

ASSERTIO. — *Libris qui in canone Judaeorum continentur, speciatim verò Prophetis, non minor debetur quam Pentateuchō fides.*

Nota. Per libros in canone Judaico contentos, eos intelligimus qui à Judeis ut sacri et divini habentur; et quos *Vetus Testamentum* nos Christiani dicimus: exceptis tamen libris Tobie, Judith, Sapient., Eccli., et duobus Machab. Hui enim, cùm inclusi non fuerint in catalogo seu *Canone* (quem post solutam captivitatem, approbantibus tūm Synagogā, tūm Prophetis qui tunc florebant, redigēsse fertur *Esdras Scriba doctus in lege Domini*), idcirco minorem habent apud Judæos auctoritatem: quanquam non inferiorem ceteris, et summanam, eis tribuat apud nos Ecclesiæ definitio (1).

Prob. Illis libris certa debetur fides, quibus effica-
citer accommodantur eadem momenta que Pentateuchi
authenticitatem, integratatem, veracitatemque suprà demon-
straverunt: atqui, etc.

1º Authenticitas. Nam 1º suffragatur Judaorum gentis fides; que libros illos, auctoriis quorum nomina præ se ferunt, vel saltem (si auctoriis nomine careant) certe quam assignat ætati attribuit. — 2º Ea fides non modò universalis est, publica, et certa; sed etiam in partem Religionis venit: aliundè nullum ipsius initium, nulla interruptio assignari potest. At qui omnino repugnat ut genti, que annales sacros et publicos se habere hactenus ignoraverat, aliquandò suadetur, et annales illos semper extitisse, et semper sibi fuisse cognitos. — 3º Nullum est prejudicium, nullum motivum quod impellere potuerit ad authenticitatis honores libris suppositiis tribuendos: quot enim sunt Judaica genti probrosa, quot animi terrestris, ingrat et rebellis indica! quot divine vindicta signa! quot apud Prophetas objurgationes et convicia! Sola certè rei evidenter Judæos ad tantam erga libros ejusmodi venerationem coegerat. — 4º Confirmatur ea traditio, librorum ipsum auctorunque posteriorum testimonio: nam libri Josue, aut saltem eorum quæ narrat, meminerunt auctores libri *Judicum*; Josue et *Judices* pariter laudantur in *Psalmis* et libris *Regum*; isti apud varios Prophetas, et sic deinceps; ut cuique *Bibliorum* margines, vel *Concordantias* oculis percur-
renti facili constabit: undè sequitur mutuum sibi presidium ferre varios libros; nec ullà ætate potuisse unum supponi, quin tota anteriorum collectio supponenda fuisset. — 5º A quo supposito facta dicitur? Si tempore *Judicum*, an à pio, vel ab idololatri? Si sub initio *Regum*, an à Saülis, vel Davidis subdit? Si post Salomonem, an à Judeo, vel Israelit? Sed nemo non videt animos, sibi invicem infensos, munquam potuisse in eundem fidem, multò minus in eamdem fallaciam, amicè conspirare... Deinde fuisse ne impostores amici, vel inimici *Judeorum*? Si amici, qui tot Judæis ignominiosa inscruerunt? Si inimici, qui tot

honorisca fixerunt?... Tandem suppositio esset ne unius aut plurim opus? Si unius, unde tanta in diectione varietas? Si plurim impostorum, unde tanta in iis qua doctrinam, mores et facta spectant, consen-
sio? — 6º Plerique, præsertim historici, ad instar *Diarii scripti* videntur; temporum ordinem, locorum descriptions et nomina, hominum cognomenta et familiarium genealogias, Regum et Pontificum successione minutatim exponunt: atqui haec arguant au-
nali seriem, qua variis temporum intervallis pro-
dierit; conscripta scilicet ab auctoriis, qui locis illis ac ætatibus de quibus loquuntur coextiterint. 7º Quid ad hæc adversari? Grammaticas annotationes, factas antilogias, chronologicas obscuritates, notulas quasdam fortè textui postmodum incertas, obloquunt: nos autem hoc unum Bossuetii dictum opponemus: *A-t-on jamais jugé, je ne dis pas d'un livre divin, mais de quelque livre que ce soit, par des raisons si légères?*

2º Integritas. 1º Quia adulterati non probantur; nec appellantur depravationis tempus, auctores, moti-
vum, circumstantia: 2º quia eorum incorruptelam testatur fides publica; repugnat quippe impiis falsa-
fiorum manibus permisso fuisse, nemine reclamante,
Annales, quos tūm antiquitate tūm divinitate vene-
randos habebat gens integra: 3º quia non unum, sed omnes libros (saltem falsario antiquiores) inter se tam mirè concordes et tamen genere orationis adeò discrepantes, vitri oportuisset; neque singulos tantum libros, sed singula uniuscujusque exemplaria: 4º Si quid interpolare licuisset, præsertim incumben-
dum erat in delendas que Judæis incurrunt ignomi-
niæ notas: atqui tamen vir pagina superest que Ju-
dæis injuriosa non sit, etc.

3º Veracitas. 1º Sequitur ex modò probatis authen-
ticitate et integratitate: quis enim fixerit à coetaneis
summā veneratione excipi potuisse libros mendaciis,
quorum unusquisque conscient fuisse, refertos? 2º Cre-
dendum auctoriis, qui præ se ferunt omnes pruden-
tia et sinceritas characteres: atqui si sunt de quibus loquimur; nihil nisi sanum, pius ac benè moratum
spirant; de natura Dei et perfectionibus, de hominum
officiis et moribus digna et ætate quæ scriberant al-
tiora sentiunt; nulla sunt vanitatis, adulatio[n]is, artis et
doli signa; at multa candoris et ingenuitatis, multa
pietatis in Deum et charitatis in proximum. 3º Agitur
de factis apertis, gravibus, extraordinariis sœpè et
prodigiis, maximi momenti; quippe quæ ad Ref-
igionem, ad *Reipublicæ* statum, ad gentis dedecus aut
gloriam pertinenter: in quibus proindè falli, vel fal-
lere non licebat. 4º Eventus illi solitarii non sunt,
sed cum variâ Judaicæ societatis conditione necessariam connexionem habent; v. g., secundi templi struc-
tura ad prioris incendium sub Nabuchodonosore, ad
ejusdem ædificationem sub Salomone, revocat; deinde
à solutione captivitatis regredi datur ad imperii Judaici
tempora, et schismatice Israelitici regni divisionem,
ad *Judaorum* in terra Chanaan pacificam commorato-
rem, ad pugnas et victorias sub Josue et *Judicibus* ha-
bitas, et sic de cæteris: eadem facta cum exterarum

(1) De canone *Judaorum* et de auctoritate librorum sacrorum que in isto canone non includuntur, vide in *Prælog.* Bonfrerii cap. 3, sect. 6 et cap. 4.

gentium historiis connectuntur. Ergo facta illa sibi sunt invicem alia aliorum præludia et consequentia; nec proinde negari possent, quin alia negarentur, citra Pyrrhonismum tamen non neganda. 5º Indubia fide semper ab universis Judæis, piis vel infidelibus, in adversis aut prosperis rebus, credita; quin ratione, vel minimè probabili, suspicari detur quænam fuerit ejus persuasionis, si falsa sit, origo, quæ causa, quis auctor, etc. Imò credita non obstante liberius vivendi cupidine, et desiderio excutiendi jugum legis quod ea facta gravius imprimebant.

Diximus porrò *specim̄ de Prophetiis*. Etenim, quæ modò de libris generatim dicta sunt, strictius adhuc preamunt quoad Prophetias. Nam 1º Prophetice aliquis emissio factum erat publicum et sensibile: cùm enim Prophete, divinae voluntatis interpretes, in summo honore apud gentem versarentur; cùm corum muneric esset populum regesque palam alloqui, vitia increpare, de futuris admonere et sapius de his quæ fata reipublicæ contingebant; cùm Divinitatis existimationem haberent que proferabant; et idcirco ipsis incumbenter verba que Deus in ipsorum ore posuerat mansuris scriptis consignare, ne mendacii postea posset argui divina revelatio: patet prolatu vaticinio omnium animos in attentionem erigi debuisse, et in ipso diligentissime servando excitari Religionem... At multò magis sensibile esse complementum oportuit: facta enim in se levia nulliusque momenti, præcisè quia Prophetiam implent, gravia flunt; et omnium etiam rudium studia commovent. Ergo repugnat ita universa genti illudi, ut credit prænuntiantos fuisse eventus quorum testis est, at de quorum predictione nunquam audierat; vel propheticos esse libros, qui nonnisi post eventum conficti sunt. — 2º Inter omnes Judæorum libros nulli sunt quos minoris facere, imò magis negligere et odisse debuissent quā Propheticos; cùm ii potissimum frequentissima et gravissima vituperia contineant: atqui tamen non minori in honore ac veneratione habentur. — 3º Ad declinandam efficaciam argumenti quod Prophetia subministrant, nihil proderit incredulis Prophetiarum, quæ ante Christum complete sunt, authenticitatem integratatem negavisse; modò demonstretur eas quæ Christum ipsum spectant post eventum supponi, vel adulterari nequaquam potuisse; si enim iste genuinae sint, quidni et alie, præsertim cùm eadē curā, eadē traditione ac Religione omnes ad nos delatae sint? Atqui libros qui de Christo vaticinantur (et vaticinantur ferè omnes), post aetatem Christi confictos aut violatos non fuisse facile demonstratur; præsertim ex consensu omnium exemplarum, quæ toto orbe terrarum in Judæorum et Christianorum manibus versantur: ex translatione LXX Interpretum, quæ diu ante Christum pervulgata est: ex necessitate fingendi simul aut corrumpendi omnes novi Testamento, et auctorum christianorum libros; qui alioqui veteri Testamento concordes non fuissent: ex impossibilitate assignandi quis impostor fuerit, an infidelis, an Judæus, an Christianus.

Ut magis pateat hæc impossibilitas, 4º queremus num unus falsarius, an verò plures suam in illa fraude struendā operam collocaverint. Tot libros argumento, sententiis, temporum ratione, stylo ipso ac genere dicendi adeò dissimiles ab uno eodemque scribi non potuisse facilè concedet æquus et peritus rerum estimator. Plures exitisse fraudis illius architectos nequaquam verosimile est, cùm felix hujusmodi consilii exitus in religione arcani positus esse deberet; arcuam porrò inter plures, maximè verò inter improbos servari rarò admodum soleat. 2º Nimis absurdum est dicere Judæos usum litterarum à Babylonis acceptissimè, cùm Pentateuchi exemplarū Samaritanum referat antiquos characteres quibus Judæi ante captivitatis Babylonica tempora utebantur. Babylone supponi non potuisse prophetias veteris Testamenti hoc uno satis constat, quòd in illis prænuntientur facta plurima quæ nonnisi multò post captivitatis Babylonicae finem contigerunt, qualia sunt inter cetera excidium imperii Persarum, Alexandri Magni victoriae, mors et haereditas inter quatuor reges divisa, Seleucidarum et Lagidarum conjugia, fœdera et dissidia, calamities quas sub Antiocho Epiphane perpessi sunt Judæi. Neque etiam Jerosolymis, solutâ captivitate, libri prophetici conscribi potuerunt, idque fatebitur qui libros illos cum libris Esdrae et Nehemiae contulerit; non magis enim à Cicerone differt Petrus Chrysologus, aut à Virgilio Sidonius Apollinaris, quām Esdræ stylus humili et semibarbarus ab Isaiae majestate et eloquentiā. Seum quæque etas scribendi genus et veluti colorem habet, qui certè apud Prophetas longè diversus est ab illo quem in libris post captivitatem exaratis deprehendimus. Multò minus à Judæis Alexandrinis supponi potuerunt libri prophetici, tūm ob rationes quas modò tetigimus, tūm quia procul dubio Judæi Palestiniæ, ipsaque Synagoga libros ab Hellenistis confictos non admisissent aut in sacrum canonem retulissent. Constat nimis tantam fuisse Judæorum in libris recentioribus admittendis religionem, ut libros Tobiae, Judith, Ecclesiastici, Machabæorum, quamvis à probatissimis auctoribus conscriptos, nec ulli in re ab historie et religionis fide alienos, in canone suo cum antiquioribus veteris Testimenti libris censeri posse non existimaverint. 3º Denique actiones Prophetarum, editaque ab ipsis oracula adeò intimè cum certissimis et maximè memorandis historicis Judaicis factis conjuncta sunt, ut libri quos habemus eorum nominibus inscriptos supponi non potuerint, quin frus continuò omnibus innotueret. In iis enim libris Isaías, Jeremias, Daniel, etc., exhibentur veluti homines suā aetate celeberrimi, in gravissimis quibusque negotiis occupati, magnaque tūm apud populum, tūm apud reges ipsos pollentes auctoritate. Eorum vaticinia dicuntur pertinencias ad rempublicam, et sapè ingenitum motuum occasiones extitisse. At certè, hujusmodi et hominum et vaticiniorum aliqua semper apud Judæos memoria servari debuit, nec recipi potuissent sub eorum nominibus libri in quibus facta et ora-

cula hactenus inaudita Judei deprehendissent (1).

CAPUT SECUNDUM.

DE AUTHENTICITATE, INTEGRITATE ET VERACITATE LIBRORUM NOVI TESTAMENTI.

Ab ipso præsentis discussionis exordio duo observabimus : 1^o à nomine vel iudeo, vel pagano ad nostram usque atatem et ante exortam deistarum pseudophilosopham impugnatam fuisse librorum nostrorum antiquitatem et integratatem. 2^o Hanc controversiam quam aggredimur non tanti importare ad demonstrationem christianæ religionis, ut sine illâ stare ac probari non posse. Etenim miracula Christi, quæcumque demum ratione nobis innotescant, firma sunt et immobilia Christianismi fundamenta : jam verò etiamsi certa non foret librorum novi Testamenti auctoritas, non idcirco nutaret fides miraculorum Christi que universali, antiquissimâ et nunquam interrupta Ecclesiæ christianæ traditione confirmantur, et præterea cum factis certissimis intimo et necessario nexu conjuncta sunt. Quin inò fidem miraculorum Christi libris novi Testamenti antiquorem esse constat, quandoquidem libri ab iis solummodo recipi potuerunt, quibus jam persuasum erat edita fuisse à Christo miracula in iis descripta ; que persuasio stare profectò, atque etiam ad posteros manare potuisse, etiamsi Christi discipuli magistri sui gesta litteris non commendavissent.

Verum si ad defensionem causæ christianæ non omnino necessarium sit in auctores novi Testimenti inquirere, plurimum tamen adversus incredulos proficerimus, si demonstratum maneat libros novi Testimenti et eorum esse quorum nominibus inscribuntur, et integros incorruptosque ad nostram atatem pervenisse, quibus duobus continetur libri aliquicis auctoritas. Hinc quippe duo sequentur in gratiam miraculorum Christi planè decretoria : primum illa comprobari testimonio publico octo scriptorum coetancorum ; totidem enim sunt novi Testimenti auctores, quem testimoniū et librorum superstítum numerum, nescio an illa alia ejusdem antiquitatis historia sibi vindicare queat ; alterum miracula eadem apud immensam hominum multitudinem fidem obtinuisse eo tempore quo fraus et error facilimè animadvertisse et revinci potuisse. Verum hæc alias : nunc dicendum, 1^o de authenticitate, 2^o de integratitate librorum novi Testimenti.

ARTICULUS PRIMUS.

De authenticitate librorum novi Testimenti.

Authenticitas duplex est, alia ratione *atatis*, alia ratione *auctoris* : utramque novo Testamento vindicant eadem fere momenta, quanquam in gratiam prioris (que nostra pluris interest) validius adiungit, si las est, militant; verum antequam evolvantur hæc momenta, quedam juvat prenotare.

Libri è quibus constat novum Testamentum, sunt omnino viginti septem, videlicet quatuor Evangelia,

(1) Difficultates speciales circa singulas prophetias solventur suo loco, in cursu.

Acta Apostolorum, quatuordecim Pauli Epistola, due Petri, una Jacobi, tres Joannis, una Jude, et Apocalypsis, quos unanimi Christianorum omnium consensione veluti authenticos semper receptos fuisse constat, si paucos excipiatis, scilicet Petri alteram, eam quæ Jacobi est et Jude, duas posteriores Joannis, epistolam ad Hebreos et Apocalypsim. De scriptorum illorum auctoribus in quibusdam ecclesiis aliquandiu dubitatum est, ita tamen ut eo ipso tempore in ecclesiis permultis pro canonice habereantur, ac deinceps re plenius eliquat, apud eos qui primum dubitaverant, fidem atque auctoritatem obtineant : ideo dicuntur libri illi *deuterocanonici*. Cæterum de illorum authenticitate frustrâ litem moverent deistæ, namque libri illi nullum referunt vel dogma, vel factum, vel miraculum quod non reperiatur in libris *protopcanonicis*; inò omnia novi Testamenti scripta ita secum coherent, ita sese invicem continent, atque supponunt, ut unum pro omnibus ferè haberi possit, nihilque effecerint deistæ, nisi omnia ad unum conficta aut corrupta ostenderint.

PROPOSITIO. — *Libri novi Testimenti æquales sunt apostolicorum temporum, et ab iis auctoribus exarati quorum nominibus inscribuntur.*

Probatur multiplici et invicto argumento ; 1^o publicâ et antiquissimâ Christianorum fide; 2^o disertis auctorum Apostolicorum testimonioris; 3^o ipsâ vestitorum hereticorum et paganorum confessione; 4^o pluribus notis atatic apostolice in novo Testamento conspicuis; 5^o denique ex manifesta sententia adversario-rum vanitatem et repugnantiam.

Argumentum primum : *Ex publicâ et antiquissimâ Christianorum Ecclesiârûm fide.* Etenim ii libri sunt genuini, qui genuini habiti sunt ab omnibus proximè et continuatâ serie sequentibus atatibus. Hoc axioma, si quis vocaverit in controversiam, jam certum nihil habebit in litteris. Ut enim ratiocinatur S. Augustinus contrâ Faust. Manich. L. XXXIII. C. 6 : Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Varroonis, aliorumque ejusmodi auctorum libros unde neverunt homines quid ipsorum sint, nisi eadē temporib⁹ sibimet succedentium contestatione continuâ? Multi multa de litteris Ecclesiasticis conscripserunt... nūdū constat quid cujusque sit, nisi quia his temporib⁹ quibus ea quisque scripsit, quibus potuit insinuavit, atque edidit, et in alios atque alios continuâ notiā latiusque formata, ad posteros etiam usque ad nostra tempora pervenerunt, ita ut interrogati cuius quisquer sit, non haesitemus quid respondere debamus? Quod si quis ne id quidem ad fidem facienda salis firmum putet, videat quo argumento probare possit proavita bona hereditario jure ad se pertineret. Nec tutior est enim publicarum tabularum aut domesticorum instrumentorum auctoritas quam historie, inò etiam infirmior. Illorum enim custodes sunt pauci homines et obscuri, hujus verò universus orbis.

Porrò unanimis, antiquissima, certissima Ecclesia rum omnium Christianarum traditio novi Testimenti libros iis auctoribus adscribit quorum nomina præ-

runt, Christi videlicet Apostolis et discipulis. Christianorum societas innumerabilis, in omnes orbis regiones diffusa, scripta nobis exhibet que sibi à fundatoribus suis relicta fuisse testatur. Scripta illa fidei normam, morum principia, cultus publici ritus, leges discipline, sacra omnia apud religionis illius sectatores recepta continent. Ex quo celebratum est Christi nomen, scripta illa universo orbi innotuerunt, in omnes linguis conversa sunt, ea Christiani assidue perlegunt, meditantur, venerantur tanquam ipsummet Dei verbum : ex illis exortas apud se controversias dirimunt. Profectò si quæ sit vis testimoniorum humani, admitti debet testimonium illud tam constans, tam unanime quo Christiani factum gravissimum et domine scutum asseverant.

Librorum novi Testamenti authenticitas primis Ecclesiæ seculis adeò explorata erat, ut Tertullianus et S. Augustinus Marcionitas et Manichæos sacris Scripturis aduersantes non alii armis debellarent, quam traditionis adhuc recentis auctoritate. Marcionitas exemplar aliquod Evangelii Lucæ, sed mutilum mirisque modis corruptum pro vero et germano obtrudebant. Quid porro Tertullianus, adversus Marcion. L. IV, C. 4? *Ego meum dico verum, Marcion suum, ego Marcionis adfimo adulterum, Marcion pneum.* Quis inter nos determinabit, nisi temporis ratio, ei præscribens auctoritatem quod antiquius reperietur, et ei præjudicans vitationem quod posterius revincetur?... Quod ergo pertinet ad Evangelium Lucæ, adeò antiquius Marcione est, quod est secundum nos, ut et ipse illi Marcion aliquando credidit... Itaque dum emendat, utrumque confirmat, et nostrum anterius, id emendans quod invenit, et id posterius quod de nostri emendatione constitvens, suum et novum fecit... In summa, si constat id verius quod prius, id prius quod et ab initio, id ab initio quod ab Apostolis, pariter utique constabit id esse ab Apostolis traditum quod apud Ecclesiæ Apostolorum fuerit sacramentum... Dico itaque apud illas, nec solas jam Apostolicas, sed apud universas quæ illis de societate sacramenti confederantur, id Evangelium Lucæ ab initio editionis suæ stare quod cum maximè tuemur, Marcionis verò plerisque nec notum, nullis autem notum, ut non eo damnatum.... eadem auctoritas Ecclesiarum Apostolicarum ceteris quoque patrocinabitur Evangelii. Hactenius Tertullianus. Eadem traditionis auctoritate S. Augustinus Manichæos profligat, qui Evangelia ab Apostolis discipulisve scripta fuisse negabant. *Sicut ergo, inquit contrà Faust. L. XXVIII. c. 2, ego credo illum librum esse Manichæi, quoniam ex ipso tempore quo Manichæus vivebat in carne, per discipulos ejus certa successione præpositorum vestrorum ad nostra usque tempora custoditus atque perductus est, sic et istum librum credite esse Matthæi, quem ex illo tempore quo Matthæus ipse in carne vixit, non interruptâ serie temporum Ecclesia certâ connexionis successione usque ad tempora ista perduxit.* Hinc affirmare non dubitat S. Doctor non aliam sibi suppetere rationem cur libros sacros ipsiusque Evangelium admittat, nisi fidem Ecclesiæ libros illos tanquam certos et authenticos pro-

ponens : *Ego verò Evangelio non crederem, nisi me Ecclesia catholica commoveret auctoritas.*

Argumentum secundum : *Ex disertis scriptorum Apostolicorum testimonii.* De Christianorum fide circè autoctores novi Testamenti post tertium Ecclesiæ seculum nulla est inter nos et deistas controversia. Ab illa quippe ætate libros illos eodem in pretio habitos fuisse, quo nunc apud omnes habentur certum exploratumque est, neque idcirco in ro minimè dubiâ testes adhibendi sunt. De iis solum temporibus quæ aevum apostolicum proxime exceperunt dubitare se significant adversari, ac præcipue Freretus, libro cai titulus : *Examen critique des Apologistes de la Religion chrétienne.* Pauca veneranda hujus ætatis monumenta supersunt : at in eis non solum doctrina eadem, eademque facta continentur quæ in libris novi Testamenti, sed etiam quod ad rem nostram proprius attinet, libri illi sibi laudantur, citantur, exscribuntur, quod certè argumento est illos ab Apostolis aut discepolis scriptos fuisse, cum autoctores illi qui apostolici dicuntur, Apostolos vel viderint, vel saltem proximè exceperint.

Barnabas Apostolus, quem epistole *Cognominis* parentem esse existimat doctissimus Cotelierius aliisque eximiū critici, nonnulla ex Evangelii testimonia appellat, quæ totidem verbis in Evangelii hodiernis leguntur. *Attendamus, inquit, ne forte sicut scriptum est, multi vocati, pauci electi inveniamur,* quæ Christi sententia habetur apud Matthæum cap. XX. *Non veni vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam,* quod ex Matth. IX expressum est. *Quoniam ergo dicti erant Christum esse filium Davidis, reformidans et intelligens errorum sceleratorum oit : Dixit Dominus Domino meo, etc., ex Matth. XXII.* Barnabas librum nondè hæc descripsit nominatim non appellat, sed nullib[us] etiam designat libros veteris Testamenti è quibus tamen plurima deponit testimonia.

Clemens Romanus episcopus, primâ suâ ad Corinthios Epistolâ, quam veteres omnes agnovere, hac Christi placita refert : *Miseremini ut misericordiam consequamini; dimittite ut dimittatur vobis : sicut facitis, ita vobis fet; sicut datis, ita dabitur vobis; sicut iudicatis, ita iudicabitur vobis : sicut indulgetis, ita vobis indulgebitur : quæ mensura metimini, in eâ mensurabitur vobis.* Quæ omnia totidem fermè apicibus jacent apud Lucam 6. Laudat etiam illud Christi dictum ex Matth. 18 excerptum : *Væ homini illi! bonum erat ei si natus non fuisset.* In secundâ verò, quæ est etiam ad Corinthios, Epistolâ, et cuius maximam partem nobis invidit injuria temporis, plura quæ referre longum foret, ex Evangelii testimonia ad verbum citantur; ac ne quis dubitet quin ea ex Evangelii deprompta sint, Clemens ipse prohibet illis et similibus verbis utens : *Ait quippe Dominus in Evangelio ; alia quoque scriptura oit; dicit autem Dominus, etc.* Neque solum Evangelia, sed etiam Epistolas Paulinas Clementi Romano innotuisse constat. Primâ quippe Epistolâ mox citatâ, illis verbis Corinthios compellat : *Sumite in manibus scripta beati Pauli Apostoli, quid vobis præsertim edidit initia*

epistolæ illius quam ad vos scripsit? Profectò à Spiritu sancto accepiterat id quod ait de seipso, de Cephà et Apollo, et de schismatis apud vos exortis. Is certè verbis claris designari non potuit prior D. Pauli ad Corinthios Epistola, cuius in exordio reprehendit Apostolus dissensiones occasione sui ipsius, Cephà et Apollo in nascenti Corinthiorum Ecclesiæ excitatas: ac proinde manifestè constat illam D. Pauli Epistolam non solum Clementi Romano, sed etiam universæ Corinthiorum Ecclesiæ apprimè notam fuisse.

Ignatius Antiochenensis episcopus, qui sub Trajano imperatore martyr occuluit, quām plurima refert ex Evangelii Christi dicta. Epistola ad Ephesios, istud Matth. 12: *Manifesta est arbor ex fructu ipsius; Epistola ad Polycarpum*, istud Matth. 40: *Prudens esto sicut serpens in omnibus, et simplex ut columba.* Epistola ad Smyrnenses ait Christum à Joanne baptizatum fuisse, *ut impleretur ab eo omnis iustitia*, quod ipse Christus dixerat Matth. 5. Eadē Epistola jubet teneri Evangelium, in quo, inquit, passio et resurrectio Domini certis comprobantur testimonis. Denique, ut plura omittamus, Epistola ad Philadelphienses haec habet: *Confugiens ad Evangelium tanquam ad carnem Jesu, et ad Apostolos tanquam ad senatum Ecclesiæ, prophetas etiam amplectimur.* Quibus verbis sanctissimus martyr triplicem sacrorum librorum ordinem distinguat, Evangelium quo probatur contrâ Docetas hæreticos istius temporis Christum veram carnem sumpsisse, Apostolorum Epistolas quibus forma regiminis Ecclesiastici præscribitur, et Prophetas quorum nomine veteris Testamenti libros omnes designat.

Una tantum superest Polycarpi Smyrnensis episcopi Epistola, in quâ duo testimonia ex Matthæo excerpta laudantur. Si Domino petimus ut nobis dimittat, et ipsi dimittere debemus, Matth. 7. Oremus Deum, ut ne nos inducat in tentationem; ut enim ait Dominus, *spiritus promptus est, caro autem infirma*, Matth. 6 et 26.

Justinus Martyr, in eâ quam circè annum 160 editid pro Christianâ religione apologiâ, testatur Apostolorum Commentaria, Evangelia videlicet, simul cum prophetarum scriptis legi solita in Christianorum conventibus. Porrò usus ille invalescere aetate Justinii non potuisset, nisi jam pridem Evangelia pro genuinis Apostolorum scriptis habita fuissent.

Laudati hactenus Scriptores nullibi equidem nominant autores Evangeliorum Matthæum, Marcum, Iucanum et Joannem. Verum dubitari nequicunq; ad eorum libros quales nunc existant respexerint, tûm quia toca ab iis appellata totidem plerunque verbis nostris in Evangelii leguntur, tûm maximè quia Patres per multi ejusdem aut proximè sequentis xvi quatuor Evangeliorum autores suis nominibus designant, nec verò suspicari fas est, istos alia admisisse Evangelia quâm quæ à patribus suis et decessoribus recepta et laudata viderant. Papias, quem Joannis Apostoli auditorem et Polycarpi condiscipulum fuisse testatur

Irenæus, commemorat Evangelia Matthæi & Marci apud Eusebium, *Histor. Eccles.* 1. 3, c. 39, qui etiam animadvertisit eum testimoniis ex primâ Joannis Epistola et ex primâ Petri desumptis usum fuisse. Idem verò Irenæus hæc habet, *adversus Hæreses*, 1. 3, c. 1. *Matthæus apud Hebreos propriâ eorum lingua conscriptum Evangelium edidit, dum Petrus ac Paulus Romæ Christum prædicarent et Ecclesiæ fundamenta jacerent.* Post horum verò interitum *Marcus discipulus atque interpres Petri, quo à Petro prædicta fuerant per scripta nobis tradidit. Lucas quoque sectator Pauli Evangelium à Paulo prædicatum litteris mandavit.* Joannes denique *Domini discipulus qui etiam in ejus sinu recubuerat, Evangelium edidit cum Ephesi in Asiam moraretur.* Pantænus schola Alexandrinae praefectus et Origenis magister, ad Indos usque penetravit, ibique, teste Eusebii, *Hist. Eccles.* 1. 5, c. 10, Evangelium Matthæi apud quosdam Christi notitiâ jäm imbutos reperit. Origenes non tam suam quâm totius Ecclesiæ atque etiam antiquitatis sententiam iis verbis exhibet apud eundem Eusebium; *ibid. 1. 6, c. 25: Sicut ex traditione accepti de quatuor Evangeliorum quea sola in universâ Dei Ecclesiâ, quea sub celo est, circa controversiam admittuntur, primum scilicet Evangelium scriptum à Mattheo, etc.*, cui variis in locis concinuit Clemens Alexandrinus. Denique Tertullianus ipsa Apostolorum scripta authographa suo tempore existitissime testatur: *Age, inquit, de Præscript. c. 26, percurre ecclesia Apostolicas apud quas ipsæ adhuc cathedra Apostolorum suis locis præsident, apud quas ipsæ authenticæ litteræ eorum recitantur, sonantes vocem et representantes faciem nniuscujusque. Proxima est tibi Achaia? habes Corinthum. Si non longè es à Macedoniâ, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Potes in Asiam tendere? habes Ephesum. Si autem Italâ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præstâ est.* Certè vocum illarum, authenticæ litteræ, sonantes vocem, representantes faciem, singularis energia, enumeratio illarum Ecclesiârum ad quas D. Paulus Epistolas direxerat, probant locum hunc intelligendum esse non de accuratis quibusdam exemplaribus, ut contendit Richardus Simon, sed de ipsismet autographis propriâ Apostolorum manu exaratis. Quidni, inquit Grotius, ipsa manus Apostolorum tum extincterit, cùm Quintilianus dicat suo tempore existitissime manum Ciceronis, Gellius Virgilii suo tempore?

Argumentum tertium: *Ex antiquorum sacereticorum et paganorum confessione.* Hæretici omnes qui post Apostolorum obitum Ecclesiam variis oppositisque erroribus turbaverunt, suo quisque modo librorum novi Testamenti antiquitatem et authenticitatem confirmabant. Alii quippe libros illos vel omnes, vel saltem aliquos, vel integros, vel truncatos admittente se profitebant: alii libros novi Testamenti rejiciebant, non quod existimarent eos ab Apostolis scriptos non fuisse, sed quia juxta ipsos, Apostoli genuinam Christi doctrinam suis in scriptis non exhibuerant. Secundo Ecclesiæ seculo, Heracleon, Ptolomeus et Valentinus libris novi Testamenti abutebantur, et Apo-

stolorum dicta pravis interpretationibus ad errores suos detorquere conabantur. Ebionite *Evangelium secundum Hebreos* habebant, Evangelio S. Matthaei haud multum absimile; Paulum verò veluti legis Iudaicæ, quam illi superstitione retinebant, desertorem odio prosequerantur, illiusque Epistolas ita rejiciebant, ut eo ipso earum authenticitatem probarent. Contrà Marcionitæ, quorum error legi veteri infensis simus erat, *Evangelium Lucae* præ ceteris, mutum tamen, nonnullasque Pauli Epistolas retinebant. Fabantur Gnostici, quo nomine sectæ innumeras designantur, *Evangelia ab Apostolis scripta fuisse*, at negabant Apostolos veram Christi doctrinam assecutos fuisse, seque ipsis, teste S. Irenæo, Apostolis doctiores ac sapientiores affirmare non dubitabant. Porrò illa opinio quâ nihil impium magis et insanum excoigitari potest, evidenter ostendit quâ stabilità tñm fucrit librorum novi Testamenti authenticitas, quam Gnostici, non nisi rejectâ ipsorummet Apostolorum auctoritate, rejicare poterant. E veteribus hereticis soli Manichei, et quidem seculo quarto, *Evangeliorum authenticitatem negare ausi sunt*; at eorum sententia nulla ratio haberi debet, tñm quia non aliis innixa erat argumentis, nisi quod evangelicam doctrinam erroribus suis repugnare intellegenter, ut manifestò appareat ex S. Augustini disputatione adversus Faustum Manichœorum principem; tñm quia recens illa opinio antiquè et constanti Catholicon et hereticorum traditione invictè confutata manebat. Merito itaque S. Irenæus librorum ab Ecclesiâ catholica receptorum testes ac vindice ipsosmet sui avi hereticos appellat. *Tanta est, inquit, circè Evangelium firmitas, ut et ipsi heretici testimonium reddant ei, et ex ipsis egredientes unusquisque eorum conetur suam confirmare doctrinam...* *Quando ergo hi qui contradicunt nobis testimonium perhibent, et utuntur his firma et vera est nostra de illis ostensio.*

Accedit paganorum consensio, Juliani imperatoris, Porphyrii, Celsi Epicurei, qui adversus religionem christianam stylum excuerunt, quorum certè maximè intererat novi Testamenti fidem minuere, qui tamen hâc in re ne minimam quidem fraudis suspicionem significavere. Julianus imperator, quem, utpote sacris Christianorum initiatum, nihil eorum quibus defendi vel impugnari poterat Christianismus latere debuit, quique nulli studio, nullis impensis pepercit ut argumenta et monumenta, si quæ forent, fidei christianaæ adversa undequaque colligeret, Julianus, inquam, libros novi Testamenti eorumque autores Apostolos scèpè appellat: varia Christi vel dicta vel gesta ex *Lucâ*, *Matthæo*, vel *Joanne* refert, ut videre est apud S. Cyrillum Alexandrinum: vetutum editio ne Christiani humaniorum litterarum studio, poetarumque lectioni incumberent: *Eant*, inquit, *Epist. 24, Lucamque et Matthæum in conventibus Galilæorum expopant*. Ex iis qua tertio seculo adversus Christianos scripserat Porphyrius, manifestum est nullum inter paganos de novi Testamenti authenticitate dubium exortum fuisse, quandoquidem pleraque Porphyrii

argumenta ex ipsis Evangelis deprompta sunt, prout ex variis sancti Hieronymi locis colliguntur. Sic etiam Celsus, qui sub Adriano imperatore floruit, historiam evangelicam sugillat, irridet; at nullibi insinuat sibi dubiam videri Evangeliorum antiquitatem vel authenticitatem: neque illud caput sibi probandum aut referendum suscepit Origenes, qui omnia Celsi argumenta et dictaria diligentissimè persecutur. Denique cum in Christianos fureret Diocletianus, summo ubique studio librorum sacrorum exemplaria conquirebant pagani, quod persecutionis genus ostendit sanè libros illos à gentilibus ipsis habitos fuisse pro authenticis Christianismi monumentis. Igitur non solum domesticos, sed extraneos et infensissimorum hostium testimoniis constat libros novi Testamenti ab iis quorum nominibus inscribuntur, exaratos fuisse. Constat controversiam hanc quam hodiè, post tot secula elapsa, movent deiste, eo ipso tempore quo factorum ad illam pertinentium recentissima erat memoria, solemnii iudicio definitam fuisse, quod heretici et pagani ipsi suffragio suo vel silentio confirmare ratumque habere coacti sunt (1).

Argumentum quartum: *Ex notis apostolica originis in libris novi Testamenti conspicuis*. Videlicet ea scripta æqualia sunt Apostolorum temporibus, quæ recentioris ætatis signa nulla præ se ferunt, imò referunt certa indicia ætatis apostolice, atque adeò auctorum quibus unanimi Ecclesie consensu tribuuntur. Principium illud negari aut etiam in controversiam vocari non potest, quin fundamenta artis critice conveillantur. Si quis enim impugnare velit scriptum aliquod multa per secula receptum, ei procul dubio incumbit onus afferendi argumenta scripto fidem derogantia; quod si id facere nequeat, tunc liber ipsâ suæ antiquitatis possessione salis se tuetur. Argumenta vero quibus libris suppositiis fides derogari solet, petuntur ut plurimum ex illorum repugnantia cum factis, moribus, consuetudinibus ætatis illius quæ scripti esse feruntur. Porrò in novo Testamento nulla recentioris ætatis vestigia deprehenduntur. Nihil referunt illius auctores quod non apprimè consonent cum tempore illo apostolico, nihil quod non exhibeat verum locorum situm, mores è ætate receptos, formam regiminis religionem, leges, ceremonias, opiniones, sectas Ju dæorum; nihil quod ab historicis profanis, Josepho

(1) Huic suffragio tum Christianorum, tum extraneorum, res et facta concordant. Scilicet etiamnum existunt maxime antiquitatis exemplaria, iisdem atque nunc inscripta nominibus, et præ ceteris manuscripta Vaticanum et Alexandrinum quinto aut quarto seculo non recentiora: Tertull. ipsa Apostolorum autographa suo tempore extitisse scribit lib. de *Præscript.* c. 36: *Percurre Ecclesias apostolicas, atque compellans hereticos... apud quas authenticæ litteræ Apostolorum recitantur*. Hinc tantâ sollicitudine Diocletianus ea exemplaria conquiri jubebat, et Christians qui tradere renuerant savissimè torqueri. Atque tanta manuscriptorum vetustas, studium autographa Apostolorum servandi, Diocletiana persecutionis genus, hoc totidem facta ad predictorum librorum antiquitatem et authenticitatem, aut saltē ad ejus opinionem apud Christians et Gentiles ex æquo receptionem alludent. Ergo, etc.

presertim ulla modo dissentiat, vel quod postea evenisse suspicari possimus. Verum nōrunt omnes, multiplicitate experimento constat, quād difficile sit falsam historiam credere, eamque ita locis, temporibus ac personis cognitis accommodare, ut non errores aliquos habeat admixtos, unde artis criticæ periti fraudem subodorari et argnere valeant. Cū igitur nullum aliud antiquitatis scriptum tam studiosè ab hominibus diversarum et oppositarum factionum exploratum, sollicitatum, atque in omnes partes versatum fuerit, detecta aliquandò fuissent in novo Testamento recentioris originis indicia, si non atiae Apostolorum, et ab ipsis Apostolis scriptum fuisset.

At non solum ab omni suspicionis fraude immunes sunt libri nostri, sed multas præterea et valde conspicuas etiatis apostolice notas exhibent. Verbi gratiā, apud Matthæum, Marcum et Lucam referuntur Christi Domini vaticinia de proximè futuro urbis Jerosolymitanæ totiusque gentis Iudaicæ excidio : silent tamen iūdem Scriptores de rerum exili et executione oraculorum illorum, non alia sāne ratione, nisi quia quo tempore scribentabat, prophetiæ ille nondū eventu complete erant : deinde illud Christi vaticinium, prout ab Evangelistis refertur, Jerosolymæ obsidionem et excidium ita prænuntiat, ut plurima etiam continet quæ non nisi ad ultimum Christi adventum respicere videntur, unde obscuritas quadam nascitur quam sāne sustulissent Evangelistæ, si prophetiam illam vel ipsi finxissent, vel post res gestas scripto mandavissent. Alia etiam quād plurima manifestò indicant libros novi Testamenti plerosque ante Jerosolymitanum excidium vulgatos fuisse. Eorum auctores, prout ex libro Actuum Apostolorum et Pauli Epistolis constat, Jerosolymis degunt, in templo adorant et concionantur, coram sacerdotibus et magistratibus Judeorum accusantur. Ergo templum adhuc stabat, ergo urbs Romanorum armis nondū expugnata. Eo tempore quo scriptæ sunt Epistole illæ quæ Paulo tribuntur, gravissima inter Christianos exorta erat controversia, utrum cum lege Christi consocianda esset observantia rituum Mosaicorum, uti cūm et alii Epistolis, tum præcipuè ex illa quæ ad Galatas scripta est evidentissimè patet. Jam verò et ipsa haec controversia, et genus argumentorum quibus illam dirimit auctor Epistole ad Galatas, manifestò supponit tunc temporis stetisse et templum, et cultum Leviticum. Id etiam indicat Epistola ad Hebreos, prout eam legenti patebit, eo que ipso constat Epistolas illas bello Judaico antiquiores esse, ac proinde apostolica etiatis. Apparet etiam librum Actuum Apostolorum anteà conscriptum fuisse quād Paulus à primis vīzīz liber fieret. Nam èo usque historie filum dedit casus Pauli discipulus et individuus comes, qui si postea animum ad scribendum appulisset, narrationem haberemus rerum quae deinde contigerunt. At liber Actuum Apostolorum non nisi post Evangeliū Lucae scriptus est, uti docet præfatiuncula Actibus Apostolorum prefixa; ipsumque Lucae Evangelium Evangelii Matthæi et Marci recentius esse testantur antiquissimi Patres, et Lucas ipse in

Evangelio suo, statim à principiis, innuere videtur.

Sub alio etiam respectu, libri novi Testamenti, perfectam habent convenientiam cum circumstantiis temporum et auctorum quibus nuncupantur; etenim convenient 1° quoad designationes annorum, dierum, locorum; quoad nomina personarum, principiorum tunc regnantium, summorum Sacerdotum, etc.; quoad omnia quæ Judeorum Religionem, leges, politiam, jurisprudentiam, opiniones, sectasque spectant... 2° Convenient cum antiquissimis Ecclesiæ monumentis quoad primorum Christianorum mores, celebrationem Paschatis, Pentecostes, et dies Dominicæ, ordines Ecclesiasticos, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum munia, Ecclesiæ jejunia, Sacraamenta, constitutions; nihil non primevam sapit Ecclesiæ simplicitatem: altum verò silentium est de variis ritibus qui post Apostolicam etiatem ad augendam divini cultus pompam inventi fuere; et quorum mentio N. T. suppositionem argueret, sicuti Constitutionum et Canonum qui Apostolorum nomine inscribuntur arguit... 3° Convenient cum inde auctorum: enit̄ quippè mira simplicitas et candor ingenuus, pietas in Deum, studium virtutis, erga omnes homines effusa charitas, sollicitus pro salute suorum ardor, adversus malos Christianos tempestiva severitas, in pseudo-Apostolos vehemens auctoritas; quæ quidem Apostolos omnino decent, in impostores non caderent... 4° Tandem cum auctorum litteraturâ convenient orationis genus: cum enim fuerint origine Hebraei, et Græcis Religionem nuntiarent, debuerunt loqui græco idiomate hebraismis referito; excepto tamen S. Matthæo, qui, cūm ad usum Judeorum potissimum siceret, sermonem syriacum tunc Judeis usum adhibuit: cūm fuerint homines sine litteris, debuerunt uti genere dicendi non perperito, sed rudi et simplici; excepto tamen S. Lucæ, cuius utpote medici et humanioribus litteris imbuti, stylus paulò cultior est.

Argumentum quintum: *Ex manifestâ sententia oppositorum vanitate et repugnantia.* Etenim 1° vana est ea opinio quæ libro à multis seculis et ab innumeris diversarum partium hominibus recepto fidem adimere conatur, absque ulla certo vel etiam probabili arguento. Atqui hujusmodi est opinio eorum qui libros novi Testamenti suppositionis argunt. Impugnant illi domesticam, antiquissimam, universalem Ecclesiarum omnium quæ nunc existant, quæque olim exstiterunt traditionem: negant authentios esse librios qui ab Apostolorum 3. v. ad nostram usque etiatem pro sacerisis genuinisque Apostolorum scriptis habiti sunt unanimi Christianorum omnium, ad quos res illa præcipue spectabat, consensione, in tñ confessione hereticorum et paganorum adversus quos argumenta validissima ex libris illis deprehendebantur. Habet igitur deinde certa quedam rationum momenta, quibus paradoxo huic tam incredibili fidem facere queant. Deprehenderunt in illis libris manifesta quedam recentioris etiatis indicia. Dicere possunt quo auctore, quæ etiatis, quibus in locis falsa haec opinio apud Christianos et ipsosmet paganos invaserere cœperit. Minimè gentium: sed

afferunt illi dubia ac meras conjectiones quæ, si in hujusmodi causâ admitterentur, nihil historia et publica securiorum omnium fides tam certi haberent; quod in controversiam adducere ac penitus labefactare non licet. At nobis longè diversa erit disputandi ratio, et quamvis ipsa vetustate possessionis et quadam prescriptionis jure libri nostri satis defendi possent, aliam tamen exceptionem proponemus adversus sententiam deistarum, petitam videlicet ex manifestâ illius repugnantia.

Enimvero opinio illa et rationi et sibi ipsi pugnat, quæ cùm affirmet libros novi Testamenti suppositios esse, nullam tamen temporis epocham assignare valet, quâ non prorsùs impossibilis fuerit librorum illorum suppositio. Atqui reipsa nullam temporis epocham fingere valent adversarii, quâ libri novi foderis sub euentis Apostolorum nominibus subjici potuerint. Id enim factum fuisse dicent vel viventibus Apostolis, vel iisdem fato functis: utrumque repugnat.

Primum certè: nam nemo esse potuit tam perfectæ frontis, ut ilud facinus aggrederetur sub oculis Apostolorum, ipsis palam in orbe universo docentibus, ipsis ad fidem neophytes suos instituentibus; neque, si attentasset aliquis, permisissent Apostoli ut suo nomine abuterent nefarius impostor ad corrumpendas pravis erroribus fidelium mentes, cùm ipsi sinceram Christii doctrinam nec sine immensis laboribus et aperio vita discrimine disseminarent; neque etiam si fraudem ignoravissent, aut dissimulavissent Apostoli, ea tamen primis Christianis imponere potuisset. Finigamus, verbi gratiâ, duas ad Corinthios Epistolas non ab ipso Paulo ecclesia Corinthiensis fundatorem, sed ab alio quodam, qui Pauli nomen mentitus fuerit, scriptas esse: num singere etiam licebit Corinthios omnes tam ineptâ fraude deceptos fuisse? num Apostoli, quem in civitate suâ, suis in dominibus diu, nec semel viderant, audierant, allocuti fuerant, doctrinam, stylum manumque ipsam penitus ignorabant? Continent Epistola illæ resolutiones plurium questionum quas procul dubio Corinthii Paulo proposuerant, de schismate jam apud se exoriente, de incesto qui novercam duxerat, de litibus ad tribunalia delatis, de celebrazione Eucharistie, idolothytis, matrimonio, virginitate, etc. At quis alius, præter Paulum ipsum, dubia haec solvere, et ad Corinthiorum quiesita tam appositè respondere potuisset? Deinde ex alterâ ad eodem Corinthios Epistolâ manifestum est primam ab iis cum summâ religione exceptam fuisse, quandoquidem ob ejus auctoritatem plurimi in ecclesiâ illâ abusus sublati fuerant. At Corinthiorum priorem hanc Epistolam tanquam quoddam oraculum non receperint, nisi compertum habuissent hanc ab eodem Apostolo, quem de ecclesiæ sue presenti statu consuluerant, scriptam et ad se missam fuisse. Argumentum illud tum pro ceteris novi Testamenti Epistolis, tum pro Evangelii ipsis militat, ut potè quod et Epistola illæ, et Evangelia nihil essent aliud quâm predicatione Apostolorum litteris mandata. Itaque constat 1° libros novi Testamenti sub

Apostolorum adhuc viventium nominibus falsò subjici non potuisse.

2° Non minus invictè probatur eosdem libros non potuisse sublati Apostolis sub eorum nomine vulgari. Primis enim temporibus quæ mortem Apostolorum proximè secuta sunt, nimirum recens vigebat illorum memoria, quâm ut variis ecclesiis persuadere liceret scriptos fuisse ab iis libros, de quibus ecclesiæ nunquam audierant, quos tamen antequam Apostoli à vivis excedenter notissimos et vulgatissimos esse oportebat. Etenim libri illi, et praesertim Epistola nomine Pauli inscripte, non ad unum quendam et obscurum hominem directe erant, sed ad ecclesias in nobilissimis urbibus constitutas, Romæ, Corinthi, Ephesi, Thessalonice, Jerosolymis, etc., et in solemnibus ecclesiæ illarum conventibus, teste Justino et aliis antiquis Patribus, palam legebantur. Profectò vel ecclesia Romana alias à Paulo litteras acceperat, vel nullas. Si alias, cur negant adversarii genuinam esse que hodiè superest ad Romanos Epistolam? Quid in illâ indignum vel ætate illâ vel viro apostolico reperiunt? Si nullas, cur Romani Epistolam hanc mortuo Paulo receperunt, quam nemo eorum viderat, dum Paulus vivebat, ac scripti illius origo tam certò quâm facile constare posset? Cur illi omnes quorum nomina et salutationes ad calcem Epistole illius recenserunt, fraudem apertam non vident vel non declarant? Idem, ut quisque intelligit, circâ Evangelia ratiocinium instituere possemus; at epistolarum novi Testamenti, inquit vel unius epistole authenticitatem adversus deistas probare sufficit, cùm inter varios hovî instrumenti libros tanta et historiæ et doctrinæ veluti consanguinitas deprehendatur, ut quod alibi observavimus, unus pro ceteris omnibus haberi possit, heque fructum ullum percipere valeant Deisticæ ex dimidiâ sententiâ quæ alios tanquam spurious, alios tanquam authenticos admitteret. Nam et argumenta suppositionis vel authenticitatis omnibus communia sunt; et uno admisso, eadem ex illo doctrinæ et historie summa colliguntur quæ ex ceteris omnibus. Et haec quidem de aetate Apostolorum mortem proximè subsecutâ dicta sint. Quod vero ad alia quæ deinceps effluerunt tempora attinet, quôd magis ab avo apostolico discedimus, eò magis impossibilis evadit librorum novi Testimenti suppositio, tum quia crescebat in dies Christianorum numerus, et difficilis est infinita multitudini quâm paucis hominibus imponere; tum quia, mortuis Apostolis, variis haeresibus turbata est Ecclesia, nec fraudem illam ignorare vel permittere potuerint sectarum oppositorum principes; tum quia quôd magis ab Apostolorum aetate recedimus, eò propriis accedimus ad tempora illa quibus libros novi federis communii Christianorum omnium consensu receptos fuisse adversarii ipsi consentitur.

Atque haec sanè manifestè ostendunt nullam ab adversariis temporis epocham assignari posse, quâ non omnino impossibilis fuerit ex quam factam fuisse contendunt novi Testimenti suppositio. Verum, ut magis magisque pateat quâm absurdâ sit deistarum

opinio, singamus hypothesis huic illorum hypothesi planè consimilem. Ponamus, verbi gratia, exire in publicum prætonsum aliquod edictum quo jus novum veteri oppidetur. Affirmet imposturæ illius architectus edictum illud centum abhinc annis promulgatum, ac in publicas supremorum Tribunalium tabulas relatum fuisse: quis non continuo derideret stultam hominis malè et ineptè fraudulenti audaciam? Atqui non multò sapientiæ sese gessisset quicunque, viventibus vel mortuis Apostolis, libros eorum nominibus inscriptos in medium proferre ausus fuisse. Etenim libri illi cultum sive à paganis, sive à Judæis, id est, ab universis qui tunc essent hominibus usurpatum abrogabant, novamque et molestissimam inducebant formam religionis: propter fidem iis commoda tam infinita hominum multitudo dirissimis suppliciis ipsique adeò morti devovere se non dubitat: iidem libri statim atque exarati sunt vulgatissimi, fideliisque omnium manibus triti esse debuerunt; tūm quia ad eorum præscripta Christiani vitam suam ac mores componere tenebantur; tūm quia controversias omnes circa religionem enatas ex illorum auctoritate supremā dirimi oportebat; tūm quia eorum plerique ad ecclesias insignes et numerosas directi, atque idcirco in publicas ecclesiaram tabulas relati erant.

Obj. 1°: Libri plures ut genuini diù habiti sunt, quos tamen suppositos esse decursu temporis detexit et de monstravit ars critica. Ergo à pari, etc.

Resp. 1°: Retorquere licet, ac eadē methodo inferre, ei Demosthenis, et Tullii, et Virgilii opera, et quovis generatim libros fuisse suppositos. — Nūn valet à particulari ad universale conclusio: et ex eo quod nummi quidam falsi et adulterati sint, sequitur nulos dari genuinos? Si libros Evangelicos genuinos esse argueremus, quia dantur quidam libri veraces, equidem argumento proposito refelleremur: sed abit ut sic ratiocinemur. 2° Libri quorum suppositio deinceps detecta est, vel erant levis momenti et ad paucos hominēs spectabant, vel diù post mortem eorum quibus tribuuntur prodierunt, vel laudati non sunt ab auctoribus à quibus laudari debuissent, nec in alii idiomata translati iis ferme temporibus quibus vivebant pretensi illorum auctores; vel habebant diversa suppositionis indicia que tandem deprehensa sunt. Atqui nihil simile occurrit in libris N. T.; imò verò quod magis exploratur eorum authenticitas, eò magis splendescit. Ergo, etc.

Obj. 2° cum auctore libri inscripti: *Examen des Apologistes de la Religion chrétienne*: Ex Patrum Apostolicorum testimonis temerè concluditur antiquitas et authenticitas librorum novi Testamenti: quippè veteres illi Patres non alia Evangelia laudant, quām apocrypha, canonica verò nullib[us] citant, imò nec agnoscunt. *Les plus anciens Pères de la secte dominante ne paraissent pas avoir connu les quatre Evangiles qui nous restent, tandis qu'ils citent fréquemment et avec une entière confiance les livres apocryphes, comme faisant autorité...* Jusqu'à Justin, on ne trouve que des livres apocryphes cités. Depuis Justin jusqu'à Clément d'A-

lexandrie, les Pères emploient l'autorité des œuvres supposées, et de ceux qui passent maintenant pour canoniques. Enfin, ces derniers l'emportent, et éclipsent totalement les autres... C'est une chose digne de grande attention, que, quoique les premiers Pères fassent fréquemment usage des faux évangiles, jamais ils ne nous parlent de ceux qui nous restent. Matthieu, Marc, Luc et Jean ne sont cités ni dans Barnabé, ni dans Clément, ni dans S. Ignace, ni enfin dans aucun écrivain des premiers siècles... S. Justin est le premier de ceux qui nous restent qui ait eu quelque connaissance des quatre Évangiles que nous avons entre les mains. La conformité de quelques passages des anciens Pères avec des textes de l'Évangile, ne prouve pas que ces premiers auteurs l'aient voulu citer lorsqu'ils écrivaient;... il y a plutôt lieu de croire que ces passages sont tirés des livres apocryphes dans lesquels il y avait plusieurs des sentences qui se trouvoient dans les Évangiles qui nous restent... Les plus anciens Pères, comme on l'a remarqué, lisaien et allaient fréquemment les livres apocryphes. Or, il est constant qu'il y avait dans ces ouvrages de mensonge, plusieurs choses conformes à ce que nous lisons dans nos Évangiles, et même en propres termes. Ex quibus istud argumentum nascitur: Patres Justino antiquiores Evangelia canonica nullibi laudaverunt, sæpiusq[ue] verò usi sunt auctoritate evangeliorum apocryphorum, nec probari potest testimonia illa quæ nos tanquam ex Evangelii canonici expressa retulimus, ex illis reverè evangeli potiusq[ue] ex apocryphis derompta esse: ergo incerta manet Evangeliorum authenticitas.

Resp. 4°: Nego consequentiam. Quamvis enim loca à Patribus apostolicis ex Evangelii citata, vim procul dubio maximam habeant ad probandam Evangeliorum nostrorum antiquitatem, alia tamen nobis suspettit probatio multò certior, testimonium dico et consensionem ecclesiarum omnium, undè docemur quibusnam libris usi fuerint viri apostolici. Enimvero libris illis in doctrina sua confirmationem utebantur Scriptores apostolici quos videbant in Ecclesia universalis recipi tanquam genuina Apostolorum opera; neque enim supponere fas est in gravissimo illo capite aliam fuisse fidelium, aliam Episcoporum opinionem, et libros à Clemente, Ignatio, Polycarpo laudatos diversos fuisse ab iis quos Romani, Antiochenes, Smyrnenses tanquam Apostolicos et divinos admitebant. Porro constat non alios in Ecclesia universalis libros receptos fuisse quam libros novi Testamenti hodiernos qui, Justino teste, ex antiqua consuetudine in sacris Christianorum conventibus inter solemnia recitabantur. Librorum illorum apostolicam originem Ecclesia omnes apostolice suffragio suo comprobabant, uti adversus Marcionem invictè demonstrat Tertullianus. In summa, inquit, si constat id verius quod prius, id prius quod et ab initio, id ab initio quod ab Apostolis, pariter utique constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum. Videamus quod lac à Paulo Corinthii hauserint, ad quam regulam Galatæ sint correcti, quid legant Philippenses, ThessalonICENSES, Ephesii, quid etiam Romani de proxima

sonent, quibus evangelium Petrus et Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt. Habemus et Joannis alumnas ecclesias... His fere compendis utimur, cum de Evangelii fide adversus hereticos expedimus, defendantibus ei temporum ordinem posteritati falsariorum praescribentem, et auctoritatem ecclesiarum traditioni Apostolorum patrocinantem.

Resp. 2^o: Nego antecedens quoad omnes partes.

1^o Falsum est evangelia canonica nunquam à Patribus Justino antiquioribus laudata fuisse. Plurima Barnabae, Clementis, Ignatii, Polycarpi loca retulimus quæ ex evangelio canonico descripta esse manifesto appareat. Evidenter nullus eorum Matthœi, Marci, Lucæ, Joannis nominatum meminit: at sapè etiam Prophetarum sententias referunt, Prophetis minimè appellatis. Ignatius sapissimè periodos integras ex variis Pauli Epistolis describit, tacito vel Apostoli vel ecclesiarum ad quas scriberet Apostolus nomine. Videlicet sanctissimi illi viri, non tamen adversus hereticos de fide scriperunt, quinam de pietate Christiana in gratiam fidelium, qui cùm Apostolorum scripta diurna nocturnaque manu tererent, loca ex unoquoque deprompta, etiam non appellatis auctoribus, facile discernebant. Igitur quatuor evangeliorum auctores nullib[us] à Patribus apostolicis nominatos fuisse, id fortasse nihil probat aliud, nisi ita receptam et exploratam apud omnes fuisse, dum illi scriberent, evangeliorum canonorum auctoritatem, ut Christiani statim intelligerent ex iis depremi quæ veluti Christi dicta vel gesta in Patrum scriptis refrebabant. Certe Patres apostolicí nullib[us] prorsus appellant evangelia haec apocrypha quorum auctoritate scep[ti]cūs illos abusus fuisse affirmat Freretus. Quod verò ait idem Scriptor, nemini autem Justinum evangelia canonica certò cognita et probata fuisse, non solum apertè falsum, sed etiam valde absurdum est; qui enim evangeliorum canonorum ita meminit, ut simul etiam testetur ea ex more antiquo legi solita in sacris Christianorum cœtibus, is certè nec solus, nec primus illa novisse dicendus est.

2^o Falsum est evangelia apocrypha à Patribus apostolicis pro authenticis sapissimè laudata fuisse. Eusebium audiamus testem Frereto certè locupletissimum. Post enumeratos novi Testamenti libros qui vel communī omnium consensu recepti erant, vel quorum canonicitas adhuc incerta videbatur, loquitur Eusebius de falsis quibusdam evangelio et actibus sub nomine Petri, Thomæ, Matthiae et aliorum Apostolorum vulgaris, *quos quidem libros*, inquit Hist. Ecclesiast. I. 3, c. 25, *nullus unquam qui continuat ab Apostolis successione in Ecclesiis docuit, in scriptis suis commemorare dignatus est*. Alibi equidem notat Eusebius Evangelium secundum Hebreos à Papia et Ilegesippo laudatum fuisse, idque veluti rem prorsus singularem observaverunt etiam Clemens Alexandrinus et Hieronymus. At evangelium illud Hebreorum, priusquam saltem ab hereticis interpolatum fuisse, non multum discrepabat ab evangelio S. Matthæi: inquit Patres nonnulli utrumque illud unum idemque

fuisse evangelium existimaverunt. Deinde nullà ratione ostendi potest evangelium secundum Hebreos ab Ilegesippo et Papia pari in pretio cum evangelio canonico habitum fuisse. Cæterum non inficiamur quin Clemens Alexandrinus, Ireneus, Origenes, Eusebius et alii evangeliorum apocryphorum membrinerint: ex eorum quippe scriptis quinquaginta ejusmodi evangeliorum fragmenta et titulos collegit Joan. Albertus Fabricius. At constat etiam libros illos ab iisdem Patribus spectatos fuisse veluti spurious et nullius ponderis: quod verò ad Patres apostolicos Justino antiquiores attinet, à quibus evangelia apocrypha veluti authentica laudari affirmat Freretus, negamus ullam in eorum scriptis librorum apocryphorum mentionem occurrere. Objicit equidem Freretus loca duo ex Clemente Romano quæ ab apocryphis descripta esse contendit; verū immeritò, quandoquidem loca illa, si non ad verbum, salem penè sensum in evangelio canonico leguntur: et etiam in iis non extarent, dici haud improbabiliter posset nonnulla Christi dicta Patribus qui cum Apostolis conversati fuerant traditione innotuisse, veluti istud Christi effatum: *Beatus est magis dare quam accipere*, quod sancte non ex evangelio apocrypho que suo tempore nulla erant, sed ex recenti traditione Paulus didicerat.

3^o Falsum est probari à nobis non posse testimonia illa Patrum apostolicorum quæ nos tanquam ex evangelio canonico expressa retulimus, ex illis evangelio, potiusquam ex apocryphi petita esse. Etenim testimonia hec procul dubio ab evangelio canonico, non verò ab apocryphi mutuata sunt, si omnium sensus et plurimorum verba ipsa in evangelio canonico legitur, et aliunde constet libros apocryphos antiquissimis Patribus vel ignotos vel contemptos fuisse. Utrumque porrò ex dictis manifestum est. Praeterea Patres illi ecclesiarum apostolicarum episcopi, ea certè evangelia laudabant quæ suis in ecclesiis admissa erant: sed ostendimus suprà non alia, præter illa quæ hodiè supersunt, in ecclesiis apostolicis evangelia recepta fuisse.

6

Objicit 3^o Freretus: Non constat evangelia quæ nunc per manus habemus ab Apostolis scripta fuisse, si ipsa Apostolorum ætate, vel paucis post eorum mortem annis, Christiani plurimi existerint qui libros novi Testamenti vel penitus ignorabant, vel aperte negabant scriptos fuisse ab Apostolis. Atqui primis Ecclesiæ seculis res ita se habebat. Nam haereses auctores quorum dogmata cum evangeliorum canonorum dogmatibus adversa fronte pugnabant, evangelia canonica procul dubio vel non noverant, vel non fatebant genuina esse Apostolorum opera, alioquin omnem suis placitis fidem ipsi admisissent.

Resp.: Nego minorem propositionem. 1^o Ut omittamus argumenta omnia quibus modò ostensum est libros novi Testamenti tanquam Apostolicos ab origine receptos fuisse, nullum dubium esse potest quin heretici ad ætatem apostolicam proximè accedentes ab antiquiori tamen ecclesiis defererint, ac veluti novatores habiti sint, cum primum dogmata sua in publicum

5

effere coperunt. Id uno ore affirmant Scriptores vetustissimi, Ignatius, Irenæus, Tertullianus, qui omnes hoc præsentim argumento eos premunt, quod novas et inauditas haecentia in ecclesiis apostolicis doctrinas spargerent. Id agnoscebant ipsimet heretici, quippe, teste S. Irenæo, *gloriantur se esse emendatores Apostolorum*; nec dicere dubitabat Marcion, *semetipsum esse veraciorem quam sunt hi qui evangelium tradiderunt Apostoli*. Id denique evincunt ipse sectarum illarum appellations; ut enim ab antiquâ et catholicâ ecclesiâ *secernentes heretici veteres*, nonne ab auctoribus plerùmque sumelabunt, dicebanturque *Marcionites*, *Ebionitæ*, *Carpocratiani*, *Basilidiani*, *Valenthiani*, etc. Jam verò ecclesia illa antiquior, unde recesserant heretici, eamdem doctrinam tenebat quam nos hodiè tenemus; siquidem hereticorum illorum figura fidei nostræ adversantur, uti adversabantur fidei ecclesiæ illius matricis quam deseruerant. Ergo evangelia canonica, utpote fidei veteris ecclesie consentanea, ab illâ admittebantur, non secùs ac à nobis admittuntur. Ergo nèdum primis hereseon artificibus incogita fuerint, ab iis etiam recepta fuisse constat, priusquam illi ab Ecclesiâ discederent. *Adeò antiquius Marcione est*, inquit Tertullianus, adv. Marc. I. 3, c. 4, *quod secundum nos (Evangelium S. Luca), utipse illi Marcion aliquando crediderit*. Relegit S. Irenæus locum in expositione argumenti tertii descriptum.

2° lidem heretici nunquam insicari ausi sunt libros novi Testamenti ab iis scriptos fuisse quorum nomina præ se ferabant. Alii quidem negabant standum esse Apostolorum doctrinæ; alii scripta Apostolorum misérè depravabant, aut fictis interpretationibus placitis suis accommodare tentabant; alii revelationes quasdam communiiscebant, unde doctrinam antiquam emendari oporteret. At, si Manicheos excipias, qui ad recentiorem ætatem pertinent, nullus disertè affirmavit libros novi Testamenti sub Apostolorum nominibus suppositos fuisse. Immerito igitur contendit Freretus plurimos ætate illâ, quæ Apostolorum proximè excepti, Christianos exsiliisse, qui libros evangelicos vel ignorarent, vel ut spurios haberent. Quod verò in hujus propositionis confirmationem subjicit, videlicet hereseon auctores dogmata dogmatibus evangelicis prorsus adversa tradituros non fuisse, nisi etiam authenticitatem evangeliorum quibus facilimè revineci potenter insiciati essent, id affirmari non potest, nisi ab eo qui priscorum hereticorum iudicem et doctrinam nullatenus perspectas habeat. Etenim à vero procul aberraverit qui aliquam in eorum erroribus constantiam deprehendi posse existimabit. Illi sectarum principes non tam Christiani erant, quibus probata esset Christi et Apostolorum doctrina, quam Judæi aut Philosophi Pagani quos splendor miraculorum ab Apostolis virisque apostolicis editorum, ad Christianism ita adduxerat, ut simul etiam opiniones quibus imbuti erant retinerent, Christianamque fidem ad eas revoare et accommodare conarentur. Nequaquam igitur mirum est, si homines ejusmodi decepti per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem

hominem, secundum elementa mundi, et non secundum Christianum institutum, doctrinam tradiderint quam haud ignorantē apostolicæ doctrine contrariam esse.

3° Ex illâ hereticorum et catholicorum dogmatum oppositione, nova et invicta colligi potest antithesis evangeliorum demonstratio. Sic enim ratiocinari possumus. Secundo Ecclesiæ seculo varie exorte sunt hereses, que, ut ait Freretus, doctrinæ evangelicæ adversabantur. Atqui certissimè coheret evangelia nostra sectarum illarum auctoribus antiquora esse, quandoquidem ab iis vel emendabantur, vel interpolabantur, vel in alienos sensus detorquabantur. Ergo etiam certissimè constat evangelia nostra pertinere ac atatem apostolicam, ac prouidè ab iis quorum nomina præferunt conscripta fuisse. Et verò, antequam primi heretici Saturninus, Basilides, Carpocrates, Valentinus, Marcion nova sua degnata disseminarent, florebat Ecclesiæ ab Apostolis fundata Romana, Jerosolymitana, Antiochenis, Corinthiensis, Alexandrina, etc. Ille igitur Ecclesiæ vel recipiebat evangelia nostra, vel nulla, vel diversa à nostris. Secundum et tertium dici nequeunt. Secundum quidem, Barnabas enim Apostolus, Clemens Romanus, Ignatius, Polycarpus, qui ipsa Apostolorum ætate floruerunt, quique eamdem profectò doctrinam ac celebres illæ Ecclesiæ tenebant, plurima, ut vidimus, Christi dicta gestaque ex evangelio, quod ipsi declarant, expressa referunt. Tertium verò, nam secundo, tertio et sequentibus seculis, Ecclesiæ ille apostolicæ ministerii et doctrinæ successionem à primâ suâ origine haud interruptam servabant, idèoque in suis adversis hereticis controversiis; antiqui Patres ad Ecclesiæ illarum fidem provocare non desinunt. At tertio, quarto et sequentibus seculis, Ecclesiæ apostolicæ non alii admittebant evangelia quam quæ nos hodiè admittimus. Ergo eadem etiam à primâ suâ origine admiserunt: ergo evangelia nostra primis novatoribus antiquiora sunt, nam et ipsis antiquiores sunt Ecclesiæ illæ.

Obij. 4° cum eodem Frereto: Certum est primis Ecclesiæ seculis plurima à Christianis sub Apostolorum nominibus vulgata fuisse evangelia, quorum tituli et fragmenta habentur in Fabricii *Codice apocrypho*. Atqui, hoc semel agnito, spontè concidunt argumenta omnia, quibus evangeliorum nostrorum authenticitatem probare conati sumus. Etenim 4° factum illud traditionis ecclesiastice ad quam provocavimus, fidem prorsus incertam efficit. Nam si in ipsâ Ecclesiæ origine, falsa haec evangelia supponi atque à multis recipi potuerint, ex eo quod nostra etiam recepta fuerint, non sequitur illa esse genuina. *Il résulte de ce fait, qu'il n'était pas difficile de tromper les premiers Chrétiens, et de leur donner des romans pour des livres historiques..... Les premiers Chrétiens se laissaient tromper toutes les fois que quelques fourbes voulaient prendre la peine de les séduire.* 2° Nulla ratio afferri potest quare ex tot evangeliis, quæ parem aliquando apud Christianos venerationem obtinuisse videantur, ceteris omnibus rejectis, quatuor duntaxat asservata fuerint.

Verisimile est id fortunæ quodammodo tribuendum esse. Videbile Christiani à primâ suâ origine in variis oppositasque sectas abierunt, quarum unaquaque libros doctrine sue consentaneos habebat. Earum sectarum maxima pars intra breve tempus interiit, ac vicernat illi quibus evangelia nostra probata erant. At si aliqua ex aliis sectis superavisset, manerent hodiè libri alii, nostrarum evangelia aut omnino interiissent, aut inter apocrypha procul dubio amandarentur. 3° Argumenta quibus probari solet evangeliorum nostrorum authenticitas, valent etiam pro evangeliis apocryphis, seu potius nullius omnino sunt roboris. Etenim si dixerimus evangelia canonica supponimus potuisse, seviventibus, seu mortuis Apostolis, argumentum illud eliditur, eo ipso quo constat libros ejusdem generis suppositos fuisse eà ipsa ætate quā evangelia nostra in lucem prodicerunt. Si verò, cum celebrerimus Abadie, vim fecerimus in illâ primorum Christianorum constantiâ, qui ne fidem suam proderent, dirissimos cruciatus ipsamque adè mortem non deprecaabantur, simili arguento probari posset evangeliorum apocryphorum authenticitas. Je demande qui sont ceux qui, dans les premiers siècles, ont supposé de faux livres en faveur du Christianisme. On ne contestera pas apparemment que ce sont les Chrétiens. Si tous ceux qui professaient le christianisme étaient dans la résolution de mourir pour leur foi, il faut donc supposer qu'il y a eu des faussaires disposés à mourir pour défendre la gloire de leurs fictions..... et c'est ce qui démontre contre Grotius et contre Abadie, qu'il pouvait se faire que, parmi les premiers prédictateurs du christianisme, il y en ait eu qui aient voulu en imposer à leur siècle.

Respondet plures equidem in ipso Ecclesiæ exordio libros sub Apostolorum discipulorumque nominibus conflictos fuisse; verum iisœ fraudibus non modò non elevari, sed potius confirmari librorum canoniconum authenticitatem. Quod ut ostendamus, de librorum suppositiorum origine ac naturâ paucis dicendum est.

Igitur 1° duplex fuit librorum illorum genus. Alii evangelii canonicos non multum absimiles doctrinam in ecclesiis apostolicis receptam non impugnabant, ac præciuos vite Christi casus satis accurate referebant, additis tamen quibusdam factis aut sententiis que in libris canoniciis non legebantur. Hujusmodi fuisse videatur *evangelium secundum Hebreos*, quod ab evangelio Matthei non multum, imò ferè nihil discrepasse testantur Epiphanius et Hieronymus, *evangelium secundum Agyptum*, quod tum in secundâ Clementis Romani Epistola, tum apud Clementem Alexandrinum laudatur; et scripta quedam sub Petri et Pauli nominibus vulgata, de quibus Origenes, Eusebius et alii veteres. Aliud erat apocryphorum genus; plerique enim scatebant manifestis erroribus, doctrinæque apud ecclesiæ apostolicas receptæ ex adverso repugnabant. Porrò libri et evangelia primi generis scribi certè potuerunt ab hominibus minimè fraudulentis, et sine ullo decipiendi consilio. Etenim rès à Christo Apostolisque gestæ ejusmodi erant quæ in plurimis scribendi studium commovere possent; qui verò cum

Christo ipso aut Apostolis conversati non fuerant, plurima ex incertis rumoribus, ut fieri solet, litteris mandaverunt, nec idcirco prorsus accuratam historian instituerunt. Hinc communis ecclesiarum omnium consensione evangelia illa rejecta sunt, non quidem ut falsa et mendacis refuta, sed ut incerte auctoritatis, et ab hominibus qui non satis noti essent conscripta, eaque solum retenta sunt, quæ ab Apostolis Mattheo et Joanne, et ab apostolicis viris Marco et Lucâ exarata esse constabat. In quo sanè appareat quāc canti et diligentes fuerint primi Christiani in expendendâ origine librorum ad religionem pertinentium, quācumque immixtò illos exhibeat Freretus veluti homines quibus nullo negotio imponi posset. Illius primorum Christianorum diligente exemplum habemus apud Tertullianum, qui refert lib. de Baptismo, c. 17, presbyterum quendam in Asiâ loco motum fuisse, eò quod acta quædam sub Pauli nomine subdividisset.

Quod verò spectat alterum librorum et evangeliorum apocryphorum genus, illa auctores habuerunt haereticos, qui, ut fidem novellis suis opinionibus conciliarent, vel libros ex integro confictos vulgare, vel evangelia apud Christianos recepta interpolare non dubitaverunt, prout testantur demonstrantque Patres antiquissimi. *Inenarrabilem*, inquit Ireneus, *multitudinem, apocryphorum et perperam scripturarum quas ipsi finxerunt, offerunt ad stuporem insensatorum*. Scripta plurima ab haereticis Gnosticis supposita nominatio appellat Epiphanius. Refert Agrippa Castor apud Eusebium, Hist. Eccl. L. IV. C. 7, conflictas fuisse à Basiliide Prophetias sub nominibus Barcaæ cujusdam et Barcoph. Iisdem fraudibus suos errores tuebantur Asclepiodorus, Hermophilus, Apollonides, teste apud eundem Eusebium, ibid. L. IV. C. 25, scriptore anonymo, qui secundo seculo floruit. Tamque exploratum erat illud haereticorum crimen, ut Amphilocus Ico-mensis librum scripserit de *Pseudepigraphis haereticorum operibus* in actis concilii Nicenæ secundi laudatum. At audiendis præ extensis Tertullianus, qui non solum malam haereticorum fidem in aperto collocat, sed etiam hinc librorum nostrorum auctoritatem invictè confimat. *Mea est possessio*, inquit, *olim possideo, prior possideo. Habeo origines firmas ab ipsis auctoribus, quorum fuit res. Ego sum haeres Apostolorum. Sicut caverunt testamento suo, sicut fideli commiserunt, sicut adjuraverunt, ita teneo. Vos certè exhaeredaverunt semper et abdicaverunt ut extraneos, ut inimicos. Unde autem extraeni et inimici Apostolis haeretici, nisi ex diversitate doctrinæ quam unusquisque de suo arbitrio adversus Apostolos aut prætulit, aut recepit? Illic igitur et scripturarum, et expositionum adulteratio deputanda est, ubi diversitas doctrinæ invenitur. Quibus fuit propositum aliter docendi, eos necessitas cogit aliter disponendi instrumenta doctrinæ. Aliis enim non potuisset succedere corruptæ doctrinæ, sine corruptâ instrumentorum ejus. Ita et nobis, et à nobis integritas doctrinæ non competit, sine integritate eorum per quæ doctrina tractatur... Quod sunus, hoc sunt scripturæ ab initio suo, ex illis sumus an-*

tequam a.ter fuit, antequām à vobis interpolarentur. Cum autem omnis interpolatio posterior credenda sit, veniens utique ex causâ mutationis, que neque prior, neque domestica unquam est ejus quod a.mutatur, tam incredibile est sapienti cuique, ut nos adulterum stylum intulisse videamus scripturis, qui sumus à principio et pri-mi, quām illos non intulisse qui sunt et posteri et aduersi.

Cæterū ipsimet heretici, falsorum evangeliorum consarcinatores, aliqua è canonico, vel ex integro, vel ex parte admittebant, adeo scilicet certa et explorata erat apud omnes evangeliorum canonicon antiquitas. Neque illi falsa evangelia, falsosve Apostolorum actus alias ob causam scripserunt, nisi quōd viderent in omnibus ecclesiis sumā religione excipi libros iis titulis insignitos. Et reverā si evangeliorum apocryphorum fragmenta quæ supersunt, inspiciamus, deprehendemus illa ad imitationem evangeliorum canonicon elaborata fuisse. Animadvertisendum etiam à Frereto multū amplificari numerum evangeliorum apocryphorum. Nam etsi quinqaginta hujusmodi librorum titulos colegerit doctissimus Fabricius, ipse tamen admonet unum idemque scriptum multiplici nomine designari. Verbi gratiā, evangelium S. Matthei cum aliquot mutationibus et interpretatoriibus dictum est evangelium Cerinthi, Carpocratis, duodecim Apostolorum, secundūm Hebraeos, secundūm Nazareos, Syros, Ebionitas, etc. Evangelium S. Marci dictum est evangelium Petri, Evangelium S. Luce, Paulo tributum est: eo, quibusdam refectis et immutatis, utehantur Marcion et Appelles, unde eorum quoque nomina tulit, etc. Hæc de evangelis apocryphis prafati, ad singula objectionis mox propositæ capita facilius respondebimus.

Ad primum igitur, dicimus traditionis ecclesiasticæ fidem nequāquam incertam effici, eò quōd primis Ecclesiæ temporibus plurimi sub Apostolorum nominibus libri suppositi fuerint. Etenim nullibi iusticias ivimus, quin sive ex consilio fallendi, sive piā, ut aiunt, seu potius sceleratè fraude, libri ad religionem pertinentes subjici potuerint: inò id variis temporibus, cum magno rei christianæ detrimento factitatum fuisse novimus et deploramus. At non idcirco nulla erunt indicia, quibus libri genuini à spuriis seccerni valeant. Sunt profectò certa quedam et recepta ab omnibus artis criticae peritis principia, quibus fraudes ejusmodi facile deteguntur, quæ si ad præsentem controversiam accommodentur, evangeliorum canonicon authen-ticitatem evidentissimè comprobant. Etenim librum hunc ab omni suspicione fraudis absolvunt certissimæ critices regulæ, quem receptum fuisse constat eo ipso tempore quo scriptus putatur, et ab iis quorum maximè intererat ne deciperentur, quique fraudem, si qua extisset, facilimè animadverte potuissent. Jam verò constat ex suprà dictis libros novi Testamenti ab ipsa Apostolorum a.estate communi ecclesiæ omnium consensione receptos fuisse, quanvis ecclesia illæ nec doctrinam sibi ab Apostolis traditam, nec epistles ad se ab iisdem missas ignorare possent. Falso-

rum evangeliorum longè dissimilis est fortuna. Illa neque ab omnibus, neque à primâ Ecclesiæ origine admissa fuerunt: eorum nulla mentio occurrit apud Patres apostolicos, Barnaham, Clementem, Ignatium, Polycarpum: qui verò eorum primi meminerunt Irenæus, Tertullianus, Origenes, iis simul utpote recentibus fragmentis auctoritatem omnem abjudicant. Quà de re præter ea quæ diximus, luculentum Serapionis Antiocheni testimonium extat apud Eusebium His. Eccles. l. 6, cap. 42: *Nos, inquit, et Petrum, et reliquos Apostolos, perinde ac Christum ipsum suscipimus, sed quæ nomen illorum falsò inscriptum præferunt (loquitur de evangelio quodam sub Petri nomine vulgato), ea nos, utpote gnaci periti, repudiamus; quippe qui contemptum habeamus, ea nos à majoribus minime accepisse.*

Duplex crat, uti suprà observatum est, evangeliorum apocryphorum genus. Quæ ab apostolicâ doctrinâ non abhorreant, mīrum non est si fidem apud nonnullos obtinuerint. Quanvis ab auctoribus scripta es-sent nec satis certis, nec satis cognitis, plurima tamen Christi dicta vel facta in evangelii canonicos prætermissa continebant, quo certâ et antiquâ traditione innotuisse supponi haud immeritè poterant. Neque forsan Petri, Jacobi, Thomæ, Bartholomaei aliorumque Apostolorum nominibus eo consilio scripta erant, ut iis Apostolis tanquam veris auctoribus tribuerentur, sed conjici potest hæc ab aliquo Petri, Jacobi, Thomæ discipulo conscripta, ipsorum nominibus insignita fuisse, cò quòd ipsam Apostolorum illorum doctrinam referre existimarentur. Contrà verò evangelia ab hereticis vel conficta, vel interpolata, statim atque innotuerunt unanimi ecclesiæ judicio, veluti nova et majoribus incognita repudiata sunt. Neque verò quisquam mirari debet quod in ejusmodi fraudibus fanatici no-vatores praesidium suis opinionibus quæciverint. Quibus enim propositum fuit aliter docendi, ut aiebat citatus mox Tertullianus, eos necessitas coegit aliter dispo-nendi instrumenta doctrine. Hæc igitur et similia librorum suppositiorum exempla nil prorsùs offi-ciant librorum canonicon authenticitatē, illudque Frereti dictum primos Christianos quibusvis fraudibus credulos se prebuisse, non minus falsò quām contumeliosè assertum est. Cùm enim primi illi Christiani à teneris annis non christianæ religionis principiis imbuti, sed in religione judaicâ, aut in idolatriæ super-stitionibus instituti fuissent, religionem novam, peregrinam, molestissimam cum certo fortunarum et capitis discrimine amplecti non debuerunt, nisi omnibus, ut in ré gravissimâ fieri solet, diligentissimè perpensis et exploratis.

Ad secundum, dicimus quatuor quæ supersunt evangelia, sola ex tot aliis servata fuisse, quia sola authentica erant, cetera vel spuria, vel incerta. Id quanvis ex dictis satis conset, evidenter tamen erit, si attendamus ad summam illam diligenter quā in secernendis genuinis et adulterinis scriptis primi Ecclesiæ Doctores usi sunt. Frequens apud ipsos occurrit distinctio librorum in *genuinos, adulterinos et incertos*. Eos solunmodò pro genuinis habebant qui 4° do-

critinam exhibebant consentientem tum doctrinam Apostolorum, tum disciplinæ in ecclesiis antiquioribus ex Apostolorum institutis receptâ; qui 2º confirmationem habebant ex unanimi consensu et testimonio omnium ecclesiarum, earum præsertim quas Apostoli ipsi exercerant ac gubernaverant; qui 3º in stylo et orationis contextu morem, ingenium et veluti manum Apostolorum referabant. Triplicem hanc criticæ regulam, quâ nihil severius certius desiderari potest, commendatam invenimus apud S. Ireneum, Tertullianum, ac presertim Eusebium, Historia Ecclesiastica lib. 5, c. 25. Inter adulterinos rejiciebant libri illi quorum doctrina ab apostolicâ fide manifestè dissentiebat; qui vero in hoc peccare non videbantur, et tamen ex unanimi ecclesiarum consensu confirmationem sanctionemque non habebant, illi inter dubios et incertos collocabantur. Majorem certè diligentiam in investigandâ librorum sacrorum origine afferre non potuerunt ecclesiae Christianæ præsides. Evidem in eo que nunc utimur volumine, libri nonnulli reperiuntur qui aliquandiu pro incertis habiti sunt; at hoc ipso quā maximè efficitur nulla in sacrum canone scripta relata fuisse, nisi de quorum origine certissimè anteà constitisset. Libri enim deuteroco-canonici, quamvis à pluribus nobilioribusque ecclesiis reciperentur, quia tamen non admittebantur ab omnibus, dubii et incerti remanserunt, donec re plenius eliquatâ, et collatis secum variarum ecclesiarum traditionibus et antiquissimis monumentis, compertum est eos ab illis auctoribus profectos esse, quorum nomina præferabant: adeò ut, si quid in illo examine instituendo peccatum sit, nimis certè severitatis, potiusquam præcipitis iudicij accusandi sint qui compoundingo sacrorum librorum canon præfuerunt, siquidem in eum canone plurima scripta non retulerunt, quorum origo apostolica certis deinde testimoniis comprobata est.

Aliqua igitur, eaque optima ratio afferri potest, quare ex tot evangeliis quatuor duntaxat asservata fuerint, supremamque in ecclesiis omnibus auctoritatem obtinuerint. Profectò religiosâ Fidelium veneratione digna erant, si modò constabat hæc ab illis scripta fuisse quibus tribuntur. Id vero nunquam certius ac facilius constare potuit, quâ primis temporibus, cum superessent plurimi qui Apostolos et Apostolorum litteras autographas viderant. Quæ cum ita sint, persens controversia legitimo jandadum ac supremo iudicio definita est, nec iam audiendi sunt qui publicam tot seculorum fidem levissimis dubiis ac frigidis conjectiōibus labefactare se posse arbitrantur. Observant adversariæ ecclesiæ Christianæ ab ipsâ seâ origine in varias oppositasque heresēs scissam fuisse, quarum unaqueque libros doctrina sue consentientes habebat: addunt obsoleuisse jandadum maximam librorum illorum partem, ac superavisse solunmodò eos qui secte dominatrici, ecclesia scilicet Catholicæ favebant. Verum, inquit, si vicissent Basilidiani, Marcionitæ, aut Carpocratiani, eorum libri remanserint, nostraque evangelia vel omnino interisserint, vel inter apocryphos recenserentur. Doctam sane et iudi-

cio plenam observationem! Quasi vero non evidenter simum sit ecclesiam Catholicam, inter illos hæreses fluctus, idè immotam stetisse, quia sectis omnibus antiquior, in orbe universo diffusa, ut de miraculis illius in sinu editis nihil dicam, puram sinceramque Christi doctrinam, genuina Apostolorum scripta, ac ministerii successionem absque ullâ intermissione ab Apostolis ductam constanter retinuerat. Quasi evidenter simum non sit libros, quibus hodiè uitium, non idcirco pro canonice haberi, quia cæteris extinctis sol nunc supersunt, sed potius solos superesse, dum cæteri omnes interierunt, quia soli originem apostolicam sibi vindicare poterant. Hac in re accedit, quod in aliis evenire solet: mendacium tractu temporis evanuit, dum veritas singulis diebus invalescens, sola tandem superstes remansit.

Ad tertium objectionis caput, negamus valere pro evangeliis apocryphis argumenta quibus evangeliorum canoniconum authenticitatem probavimus. At 1º quidem evangelia canonica nec viventibus, nec mortuis Apostolis subjici potuisse multiplici ratione ostensum est: apocrypha vero, si non viventibus et ecclesias supremâ auctoritate regentibus Apostolis, iisdem fato functis in lucem prodire potuerunt, seu bona fide, ac sine ullo fallendi consilio ab Apostolorum auditoribus scripta essent, seu ab heresiarchis per fraudem et in odium doctrine catholice conficta. Verum libri illi à privatis et obscuris hominibus conscripti, nec dii, nec apud multos parem evangelii canonice fidem obtinuerunt, non in publicis Christianorum conventibus inter sacrorum solemnia lectitabantur, non ad celebres ecclesias Apostolorum nomine missi fuerunt, non ad eos veluti ad communem fidei normam Christiani provocare solebant, non denique admittebantur ab ecclesiâ Catholicâ, quæ sectas omnes antiquitate et assecularum numero vinciebat. 2º Primitis Ecclesiæ seculis Christiani quâ plures librorum nostrorum authenticitatem fuso sanguine comprobaverunt, neque testimoniis illius, quod urget eloquentissimus Abadie, vim ullamq[ue] infringit Frereti observatio. Hanc abnega-
mentum equidem evangelia apocrypha scripta à Christianis et supposita fuisse: demus etiam, si placet, eorum auctorum nonnullos pro fide christianâ mortem oppeditis, quanquam id gratis omnino supponatur. At negamus eos haberi posse veluti impostores qui vita dispendio confictam à se fraudem defendent. Etenim libri illi, ubi supra observavimus, non malo dolo, ut plurimum, et animo fallendi scripti erant, nec proinde eorum auctores falsarii audire merentur. Deinde librorum illorum scriptoribus tormenta admovebantur, ut Christianæ religioni nuntium mittere, non vero ut evangeliorum apocryphorum, de quibus Pagani vel non audierant, vel certè parium curabant, auctoritatem rejectere cogerentur, proindeque fidei christiane sanguine suo litabant, non vero structis à se fraudibus, si tamen sanctissimi martyres in aliquam fraudis suspicionem venire possint. Illius certi criminis hæreticos insimulare multò æquius est, cuius illos arguunt Patres antiquissimi, quorum testimonia suntr refulsi-

mus. At illi priorum seculorum heretici nedum suos errores librose à se conflictos profuso sanguine confirarent, contrà nihil nou moliebantur ut suos asseclas à morte pro Christi confessione obecundā deterrent, uti Patres plurimi observaverunt, atque inter alios Tertullianus, qui adversus hunc illorum errorēm librum *Scorpaci* edidit.

Obj. 1^o: Canon Scripturarum novi Testamenti confessus non fuit, nisi 60 annis post Christi mortem; inīd vero quidam opinantur editum tantum fuisse Adriano imperante, circa annum æra Christianæ 117. Ergo, etc. — Deindè plures sunt in N. T. libri, quos ut divinos ac genuinos omnes Christiani non agnoscunt: sic à Protestantibus rejicitur Epist. ad Hebreos, Epist. S. Petri, Jacobi, Judæ, etc. Ergo, etc. — Tandem nihil evincere potest Traditio seu testimonium Christianorum; quis enim admittatur iudex in propriā causā? Ergo, etc.

Resp. ad primum: Neg. cons. Liquet Canonem seu collectionem librorum N. T. fieri non potuisse, antequā existentem *omnes* libri: porr̄, juxta eruditorum sententiam, *omnes* conscripti non fuere ante an. æra vulg. 97, sed ab anno 40 usq̄ ad illam epocham variis temporibus occasionibusque editi sunt. Irridemus certè eum qui plura Tullii opera negaret esse genuina, quia collectio omnium ejus scriptorum confecta non fuit, nisi multis annis post priorum editionem: ergo à pari, etc.

Ad secundum: Quædam sunt de quibus litigant cruditi, an genuini sint Tullii fœtus: ergo nulla sunt authentica Tullii opera. Quem talis ratiocinii non pudeat?

Ad tertium: 1^o Non modū Christianorum, sed etiam paganorum, Celsi, Porphyrii, aliorumque testimonia nobis susfragari consercum est. 2^o Quis in iis, quæ ad regimen, leges, consuetudines et domestica instrumenta pertinent, audiet, nisi populus ipse vel familia cuius sunt? 3^o Christiani, ut jā pluries observavimus, antequā religioni nomen darent, Pagani erant vel Iudei; adeoque omnibus imbuti prejudicis, que secum importabat ea conditio: ergo non fuere judices in propriā causā; aut si fuerint, contra seipso desinierunt eorumque testimonium ipsi Paganorum testimonio æquivalent (1).

ARTICULUS II.

De integritate librorum novi Testamenti.

Si ageremus tantum cum incredulis ad fidem christianam adducendis, probatā semel authenticitate librorum novi Testamenti, non tanti refrerret, expendere an hi libri ad nos pervenerint integri. Quippē libri illi nihil fermè aliud continent quā doctrinam Christi, et narrationem miraculorum ab ipsomet Christo aut Apostolis in doctrinæ illius confirmationem editorum. Cum igitur iis miraculis presertim offendantur Deiste, melius profectò illi causa sua consulent, si dicant libros evangelicos ex integro suppositos fuisse,

quām si nobiscum ipsis auctoribus consentientes, de sola integritate liem moveant. Tam multa etenim, tam crebra in iis libris prodigia referuntur, ut si hec praeposterā manu genuinis Apostolorum scriptis asserta fuisse dicantur, jam nihil fermè in evangeliis superfuturum sit, quod ipsis auctoribus tribui valeat. Attamen dicemus de novi Test. integritate, ad majus discussionis complementum et ad tuendam causam Ecclesiæ catholice contra novatores, qui ex his libris quedam loca vel retrahere vel mutare audent in patrocinium sui erroris, sub praetextu quod contingit aliqua interpolatio.

Cæterū in asserendā librorum sacrorum integratate, non ita axiē religiosi sumus, ut defendamus nullum prorsū, nequidem levissimum mendum in eos irreperere potuisse. Cum enim ipsa Apostolorum autographa exemplaria jam pridem amiserimus, nec nisi apographa ex aliis apographis descripta supersint, quod aliis omnibus antiquis libris accidit, hic etiam contigisse necessarium est, ut videlicet varias lociones et menda plurima librariorū incogitantia, vel etiam ignoranciam peperit. Neque casum hunc à sacris codicibus avertere debuit divina providentia, qui et sine perpetuo miraculo præcaveri non potuisset, et Scripturarum integratit nihil officit. Ut enim observat Ludovicus Cappellus *Criticae sacre* l. VI, cap. 3, non libri sacri labascere apud nos debet auctoritas, nisi periculosus error subiungit in eo habeatur, et quidem ita ut ex eodem revinci atque confutari non possit. Veritas et integritas verbi Dei non est metienda aut estimanda ex ejusmodi variarum lectionum minutis, neque ex eis periclitatur.

PROPOSITIO. — *Libri novi Testamenti integri et incorrupti ad nos venerunt, seu nullam in rebus saltem aliquius momenti interpolationem passi sunt.*

Probatur tum fide Christianorum constanti et publicâ, tum testimoniis scriptorum ecclesiasticorum, tum manifestâ sententiae oppositiæ vanitate et repugnantia.

Argumentum primum, *ex publicâ et constanti Christianorum fide*. Antiqua, constans, solemnis ecclesiastiarum omnium fides evidentissimè demonstrat libros novi Fœderis ab aliis auctoribus profectos fuisse quorum nomina præferunt. Atqui eadem fides libros eosdem ab omni interpolationis suspicione immunes facit. Et enim ex publicâ illâ fide quā Christiani omnes novi Fœderis libros veluti genuina Apostolorum scripta admitebant, tria sequentur quorum unumquodque certissimè efficit libros illos nec fuisse interpolatos, nec potuisse interpolari.

Sequuntur 4^o libros novi Testamenti summo venerationis sensu excipi à fidelibus qui in illis fundamenta religionis, puramque divini sui legislatqr̄is doctrinam à scriptoribus divino spiritu afflatis propositam deprehendere se arbitrabantur. Singularem hanc à Christians omnibus reverentiam iis libris exhiberi postulabat ipsa librorum illorum natura, ac reipsa nunquam non exhibitam fuisse innumera historiæ ecclesiasticae

(1) Tuvache, *de Authent. nov. Test.*, obj. 4^o.

monumenta declarant. Cum jubente Diocletiano, sacrorum librorum exemplaria in ecclesiarum sacrariis, in ipsis domibus et cubiculis diligentissime conquirentur, plurimi martyres, ne illa in infiduum manus venirent, mortem optere non dubitaverunt; et qui mortis aut exilii metu victi sacros codices tradiderent, non nisi post exanthatos longae penitentie labores ad communionem ecclesiasticam admissi fuerunt. Porro is esse debuit primus potissimumque religiose illius erga sacros codices venerationis fructus, ut Christiani, studiosissime providerent, ne quis vel incuria, vel animo fallendi eos corrumperet. Refert Sozomenus *Historiae Ecclesiast. I. 4. cap. 11.* in ecclesia quādam plebem universam graviter commotam fuisse, eō quōd episcopus evangelium exponens, voculam unam, illeso tamen loci illius sensu, inani elegantiæ studio emendare ausus fuisse. Verebatur Hieronymus ne, si novum aggredieretur librorum sacrorum versionem, in se indignationem concireat. *Pius labor,* inquit Epistolâ ad Damasum summum pontificem, sed periculosa præsumptio; ... quis enim doctus pariter vel indoctus, cùm in manus volumen assumpserit, et à salivâ quam semel imbibit viderit discrepare quod lectiat, non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corriger? Tanta videlicet erat Christianorum in libros suis reverentia, ut ne verbum quidem, etiam cùm sensus in tuto esset, immutari aequo animo pateterent.

2º Ex eadem publicâ fide sequebatur libros novi fœderis vulgatissimos ac familiari Christianorum omnium usu tritos esse. Id cùm per se verisimillimum sit, tūm etiam seculorum omnium, omniumque populorum qui religioni christiane noueū dederunt historiâ certissimè constat. Imò ipsa aetate Justini Martyris, mos in Ecclesiis omnibus jam invaluerat, ut in sacrorum celebratione pars aliqua librorum apostolicorum palam recitaretur, et ordo Clericorum institutus est qui illo *lectorum* munere fungerentur. Jam verò si quò magis liber aliquis vulgatus ac nouus est, eō minus illius integritas sollicitari possit, integrī praeceteris et incorrupti procul dubio habendi sunt libri Christianorum, qui statim atque in lucem prodierunt, per orbem universus diffusi variasque in linguis translati fuerunt. Certè, si quis aetate nostrâ vel unicam novi Testamenti voculam depravare auderet, quām subitâ Christianorum omnium, omniumque sectarum indignatione, quām unanimi reclamazione hominis illius temeritas castigaretur! at quod aetate nostrâ non licet, neque etiam præteritis temporibus licuisse existimandum est.

3º Denique ex fide publicâ Christianorum sequebatur controversiam omnem quæ ad fidem aut disciplinam moralem ecclesiasticam per pertineret, auctoritate librorum novi Testamenti componendam esse. Cum igitur nullo unquam tempore christiana doctrina adversariis caruerit, cum præter Paganos et Judæos, ipsa Apostolorum actas hereticos quāmplices Ecclesiae infensissimos tulerit, cùm singula propè Christia-

nismi dogmata ab hominibus superbis vel indoctis impugnata fuerint, nullus fermè librorum sacrorum locus est, nulla sententia, nullus apex quem sive orthodoxi, sive hæretici maximâ diligentia non ponderaverint. Utrique ad ea scripta provocabant, utrique disputatio- nis aciem in iis collocabant, utrique pari curâ invigilabant ne quid iis adversariorum dole insenseretur, aut detraheretur. Atqui fieri non poterat, ut tot diversarum oppositarumque partium homines vel in fraudem eandem consentirent, et communicatis secum consiliis Scripturas depravarent, vel si id ab aliquibus attentatum fuisset, ceteri tantum facinus non dissimularent solū, verū etiam interpolationem inimicis manibus inductam in codices suos referrent. Eadem igitur fides quæ librorum novi Testamenti originem apostolicam adstruit, eorum etiam integratatem asserit.

Argumentum secundum, *ex scriptoribus ecclesiasti- cis qui ab Apostolorum aetate continuatâ serie sibi suc- cesserunt.* Scriptores illi non solum testes sunt quām religiosâ veneratione Christiani libros sacros prosequerentur, et quantum proinde ab omni eorum vitianorum consilio abhorrenerent, sed etiam ex eorum operibus evidentissimè demonstratur libros novi Testamenti hodiernos eosdem penitus esse qui olim erant, eamdem historiam, doctrinam eandem, imò easdem plerisque voices nobis referre quas olim in remotissimâ antiquitate et in ipsam origine rescrebant. Et enim in tot editis à se operibus, sancti Patres, non modo creberimam librorum novi Testimenti mentionem injiciunt, sed ex iis sententias quāmplices et sa- tis prolixa interdum testimonia exscribunt, quibus dictis suis robur et auctoritatem adjicunt; adeo ut si casu aliquo omnes ad unum novi Testimenti codices interirent, singuli fermè librorum sacrorum versiculi in scriptis sanctorum Patrum disjecti reperirentur, et ex iis in unum collectis exsurgeret aliud novi Testimenti exemplar integrum, et nostro simillimum.

Atqui hoc ipsum evidentissimè demonstrat codices evangeliacos ab omni semper non solūm interpolatione, sed etiam interpolationis periculo inunes fuisse. Enim verò, si ut minimè dubium est, Scripturæ loca ab antiquis Patribus laudata, cum exemplaribus nostris omnino consonent, vel dicendum est eadē fraude exemplaria nostra et scripta Patrum omnium corrupta fuisse, vel fatendum exemplaria hodierna similissima esse eis quibus utebantur olim Augustinus, Origenes, Tertullianus, Irenaeus, Ignatius, Clemens Romanus, ac proindè iis etiam quæ Apostoli propriâ manu scripserant. At prius factum fuisse dici nequit, tum quia consilium illud omnia Patrum scripta interpolandi neque ab codem falsario, neque a pluribus, neque codem tempore, neque diversis temporibus iniri et ad exitum perduci potuisse manifestum est; tum quia si in sanctorum Patrum operibus textus adulteri pro veris ac genuinis suppositi fuissent, nulla in iis constantia deprehenderetur, nulla orationis series, nulla vis argumentorum, sed perturbatio maxima, imò perpetuum delirium. Cum enim sancti Patres Scri-

ptuarum testimonia in doctrinæ sua confirmationem afferre soleant, si in eorum operibus testimonia illa deinceps corrupta fuisse dicantur, jam pro argumentis probatibus inducta sunt argumenta cause sua vel adversa, vel saltem inutilia, eorumque sententiae contraria atque inter se repugnantes videri debent. Præterea series illa scriptorū ecclesiasticorum ab Apostolorum ævo hanc inquitam interrupta novi Testamenti integratatem pro singulâ quaque artâ indubitatam efficit. Quippe dubium non est quin Patres qui quarto, verbi gratiâ, Ecclesie seculo florebant, iisdem uterentur librorum saerorum exemplaribus quibus usi fuerant Patres seculi tertii, cùm eamdem in utrorumque scriptis doctrinam inventamus. Sic etiam Patres tertii seculi novi Testamenti libros à decessoribus acceperant, isti verò ab Apostolis Apostolorumque discipulis; atque hinc exsurgit traditio constantissima et firmissima scriptorum qui ab Apostolorum temporibus usque ad ætatem nostram librorum novi Testimenti tum authenticitatem, tum integratatem testimonio suo invictè demonstrant.

Argumentum tertium, *ex manifestâ sententia oppositorum vanitate et repugnantia.* 1° Sententia illa jure vanitatis dammenda est quæ cùm evidentissimis rationibus probari deberet, nulli tamen vel etiam levissimo arguento innititur. Atque ejusmodi est opinio eorum qui libros novi Testamenti corruos aliquandò fuisse defendunt. Etenim si summo jure agere velimus, fides illa quâ Christiani libros suos veluti genuinos et integros suscipiunt, legitimum sanè prejudicium est à quo discedere illi non debent, nisi certissima in contraria argumenta afferantur. At nihil afferunt adversarii quo opinionem suam non modo certam, sed etiam probabilem efficiant; nisi fortè dicant ob ipsammet antiquitatem librorum novi Testamenti, suspectam sibi videri eorum integratatem. Verum si hujusmodi ratio valeat, in suspicionem venire debent monumenta omnia præteriorum etatuum, neque libri illi quos Homeri, Demosthenis, Ciceronis, Taciti nominibus inscribimus, Homerum ipsum, Demosthenem, Ciceronem nobis representare existimandi sunt. Præterea si libri evangelici antiqui admodum sint, non minus antiqua est Christianorum erga libros eosdem reverentia, quâ ab omni adulteratione incolumes semper servari debuerunt. Non ipsa temporum antiquitas monumentum aliquod suspectum ac incertum facit, sed eorum obscuritas, quâd videlicet non satis constat monumentum illud omnibus retrò seculis agnitus ac pro certo habitum fuisse. At quamvis decimum et octavum fuit seculum ex quo scripti sunt libri novi fœderis, haud minus nobis noti sunt, ac si ætate proxime elapsa in lucem primum prodilissent, propter constantem, publicam, certissimam Ecclesiarum christianarum traditionem, quæ intervallum omne quo ab Apostolis distamus implet, atque ita quodammodo tollit. Igitur vana est, eoque titulo, etiamsi argumenta alia nobis non suppetarent, rejicienda adversariorum sententia.

2° Eadem sententia manifestè absurdâ est, ac plura involvit quæ nec dici, nec singi ullâ ratione pos-

sunt. Ponamus enimverò libros novi Testimenti in rebus quæ ad fidem vel historiæ substantiam spectant, hoc enim adulterationis genus defendere tenentur adversarii, vitiosos et interpolatos fuisse; quæremus utrum id ex industria aut casu fortuito et temerè factum fuerit, utrum omnia ad unum exemplaria vel aliqua duntaxat corrupta fuerint, utrum viventibus adhuc Apostolis, aut post eorum mortem, et quo tandem tempore, quâvè in ecclesiâ id primum contigisse dicendum sit; quæremus etiam utrum omnium ecclesiasticorum pastores in fraudem conspiraverint, aut fideles ipsi eam probaverint, vel dissimulaverint, vel non animadverterint; utrum unus extiterit tanti sceleris auctor, an plures, iisque nûm Christiani fuerint, nûm Pagani, nûm Judæi, nûm Orthodoxi, nûm Hæretici. Quæ profectò quæcisa omnia ejusmodi sunt, ut quidquid respondeant adversarii, eos absurdâ loqui, ac innumeris implicari contradictionibus omnino oporteat, prout attendenti et singulas hypotheses exploranti facile patebit.

Obj. 1°: Multiplici ratione constat libros novi Testimenti vitiosos et adulteratos fuisse. Etenim 1° plura testimonia veluti ex evangeliis descripta antiqui Patres laudaverunt, quæ in hodiernis codicibus desiderantur. 2° In exemplaribus hodiernis novi Testimenti nonnulla ei quidem gravissimi momenti extant, qua primum genio textui assuta fuisse videntur. Nam tradunt Gregorius Nyssenus, Hieronymus et Euthimus in antiquis codicibus non reperiri ultimum caput S. Marci, in quo Christi resurrectio describitur. Constat etiam in plerisque codicibus græcis, et in codicibus latinis antiquissimis et melioris note, non legi factum mulieris adulterio quod in exemplaribus hodiernis habemus, Joan. 8, neque versiculum illum prime Joannis Epistole, cap. 5: *Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt.* At nemo non videt illas interpolationes ad ipsam historicæ et fidei substantiam pertinere.

Respondeo ad primum: Negamus desiderari in hodiernis codicibus testimonium ullum quod antiqui Patres veluti à scriptis apostolicis expressum laudaverint. Equidem plurima Scripturæ loca non totidem verbis jacent in sacris codicibus et in Patrum scriptis: at illa lectionum diversitas nullam interpolationis suspicionem inducere debet. Cùm enim antiqui Patres varia Scripturarum testimonia memoriter, ut plurimum, appellarent, ea interdum mutatis vel inversis, additis vel omissionibus quibusdam verbis, recitabant. Sepe etiam ad Evangelii facta, vel ad Christi Apostolorumque sententias alludunt tantum, suaque verba cum verbis sacris intermissione, quod etiam apud nos scriptores mystici et concionatores facere consueverunt. Quod si unum alterumve Christi dictum, quod in Evangelii nullo modo extet, veluti istud, *probi numerarii estote,* à quibusdam Patribus laudatum fuerit, illud non ex Evangelii canonice descripserant, sed acceperant vel à sincera et recenti traditione, vel fortè legerant in libro quodam apocrypho ex corum genere qui primis seculis aliquo in pretio habebantur.

Ad secundum : Dicimus exemplis quæ ab adversariis proferuntur, neque elevari vim argumentorum nostrorum, neque suspectam dubiamque effici scriptorum apostolicorum integritatem. Etenim si dederimus versiculum unum aut alterum nostris codicibus assutum fuisse, aut non habere eamdem cum aliis auctoritatem propter lectiones manuscriptorum codicum diversas, num idcirco sequent cetera omnia pro dubiis habenda esse, quæ unanimi exemplariorum omnium fide comprobata sunt? nec verò, ut monuimus, novi Testamenti integritatem ita propugnamus, ut hodiernos codices omnia proorsus mendi expertes esse velimus. Id neque postulat causa quam defendimus, neque patitur naturalis rerum conditio. Id unum dicimus et probamus, nullam in scriptis apostolicis vel factam fuisse, vel etiam fieri potuisse immutationem quæ aliquius momenti esset, id est, quæ vel ad historiæ fidem, vel ad substantiam dogmatis pertineret. Atquæ exempla ab adversariis in medium prolatæ hujus certè generis non sunt. Ultimi versus S. Marci continent equidem narrationem resurrectionis et ascensionis Christi, quæ facta procul dubio sunt gravissima. At cùm in tribus reliquis Evangelii, in Apostolorum Actibus et Epistolis scipiùs referantur facta illa aut supponantur, eorum certitudini nihil additum aut detrahit testimonium aut silentium D. Marci, quem abundè certò scimus iisce factis, in quibus tota posita est religio Christiana, fidem prebuuisse. Historia mulieris adulteræ non inducit novum aliquod dogma, neque factum illud tanti est momenti, ut sine illo historia evangelica et fides Christiana stare vel defendi nequeant. Versiculus denique primæ Joannis Epistolæ : *Tres sunt qui testimonium dant in celo*, etc., quamvis ad adstruendum dogma sanctissimæ Trinitatis plurimum valeat, non tamen necessarius dici potest, cùm alia non minus luculenta in aliis novi Testamenti libris testimonia reperiatur. Eliamsi igitur triplex ille locus adulteræ manu scriptis apostolicis insertus fuisset, non idcirco dubia efficeretur scriptorum illorum integritas.

Verùm dicimus 2º nullà satis firmâ ratione probari triplicem hunc locum spuriū et insitūm esse. Plurimi equidem laudantur codices manuscripti, sed neque antiquiores, neque melioris notæ, in quibus loca illa desiderantur, multòque probabilius est ea in genuinis exemplarioribus temerè expuncta fuisse, quād iisdem fuisse addita.

Etenim quod Marci Evangelium attinet, ultimum illius caput integrum agnoscent Latinus interpres, Syrus, Arabs, et cuius pro suâ antiquitate magna esse debet auctoritas, Ireneus, l. 3 *adversus Hereses*. Agnoscent etiam Eusebius, Athanasius, Augustinus, Theophylactus, etc. Omissam à Marco resurrectionis historianæ quæ historiæ Christi potissima pars est, nemo facilè crederit; scriptam ab ipso, sed dereditam et ab alio partem hanc suppletam fuisse, recentioribusque codicibus insertam non minus incredibile videtur. Quapropter cur in quibusdam græcis codicibus caput illud vel integrum, vel à versu nono omissum fuerit, exscriptoribus tribuendum est, qui in hac parte

Marcum à Matthæo dissentientem existimaverunt, quia uteque diversas resert resurrectionis circumstau-tias. Ille omissionis illius causam reddit Hieronymus, quanquam et falsum sit secum pugnare Matthæum et Marcum, uti facile ostendunt interpretes.

Factum mulieris adulteræ in orientalibus ecclesiis semper receptum est, ut liquet ex Tatiani et Iammonii Alexandrinii *Harmoniis*, quorum ille Justinus discipulus scripsit circa annum 160, iste circa annum 250. Quod verò in codice Syriaco et in Græcis nonnullis desideratur, oriri potuit ex duplice causa: vel quia timeliant quidam ne exinde religio Christiana apud magistratus malè audiret, neve illi putarent illo Christi facto everti ordinem judiciorum publicorum; vel quia eo tempore quo penitentia canonica vigebat, periculum erat no fideles illo benignitatis Christi exemplo pravè intellectu abuterentur ad declinandas penitentias illius severissimæ leges. Quod incommodum ut praecaverent aliqui pastores, narrationem hanc obelo notari jusserunt, ne palam in ecclesiis legeretur: obelo autem sic notatam, eoque ut dubiae auctoritatis, præterierunt amanuenses, undè nec mirum si in plurimis codicibus desideretur.

Denique celebrem Joannis locum : *Tres sunt qui testimonium dant in celo*, etc., non equidem legunt Syrus, nec vetus Latinus interpres, nec multi codices Græci: at legunt exemplaria antiquissima et probatissima. Codices Græci omnes tempore Hieronymi, ipso teste in prologo epistolarum canonicarum ad Eustochium, ubi insigne illud Trinitatis argumentum ab infidelibus interpretibus omissum queritur, legunt codex Vaticanus vetustissimus, Correctorium Sorbonicum, Lectionarium Græcum quartæ vel quinto seculo conscriptum: codices quibus usi sunt auctores editionis Complutensis anno 1517, de quâ testatur in præfatione Ximenius cardinalis maximam laborum partem in eo præcipue fuisse versatam, ut castigatissima omni ex parte, vetustissimæ exemplaria pro archetypis haberentur. Erasmus qui versiculum hunc in primâ novi Testamenti editione omiserat, ipsum re maturessus expensâ deinde restituì. Huic nostra lectioni faveunt antiqui Patres. S. Cyprianus libro *de Unitate Ecclesiæ*, hœc habet : *Dicit Dominus, ego et Pater unus sumus, et iterum de Patre et Filio et Spiritu sancto scriptum est: Et hi tres unum sunt;* qua ultima verba citantur etiam à Tertulliano libro *contrâ Præzream*. Eodem testimonio adversari Arianos utuntur S. Athanasius libro 1 *ad Theophilum*, sanctus Fulgentius, et Idacius qui anno 408 celebrem fidei professionem à quadringentis episopis subsignatam Hunnerico Vandalorum regi exhibuit. Præterea versus ille ab Arianis expunctus fuit, vel ab orthodoxis per fraudem additus. At prius multò probabilius videtur; sive enim casui hoc tribuatur, proclivius erat in describendo aliquid omittere, cùm præsertim prime versus illius voces, *tres sunt qui testimonium dant*, in verso proximè sequenti repetantur, quod exscriptoris oculum fallere potuit, quād integrum pericopen textui asserere; sive dolo adscribatur, credibilius est reos fuisse Arianos quād Orthodoxos,

tum quia major illis quam istis necessitas fraudem adhibendi, cum si hoc testimonium genuinum sit, hoc ipso prorsus evertitur Arianaorū hæresis, si vero suppositum, doctrina Trinitatis ex aliis novi Testamenti locis luculentē adstruitur; tum quia sibi hæc in re patet facta est fraus hæreticorum et nominatim Arianaorum, qui teste Ambrosio, libro V. de Fide, cap. 7, et libro III. de Spiritu sancto, cap. II, alia Scripturæ loca errori suo adversa expanderunt. Quæ cùm ita sint, censemus versiculum hunc omnino retinendum esse.

Obj. 2º: Ab ipsa Ecclesiæ origine, Christianos violatae Scripturæ suarum fidei Pagani accusabant. *Quidam fidetum*, inquit Celsus apud Originem l. III, contrà Cels., *quasi per temulentiam permittunt sibi quidvis in permittandâ Scripturâ evanđelicâ, tribus modis quatuorve aut pluribus, ut sic retractata possint negare quonies arguuntur*. Quinimò Patres ipsi haud raro conqueruntur exemplaria seu græca, seculatina ab hæreticis corrupta infinitis erroribus scatere, monentque latina ex græcis, græca ex latinis castiganda esse. *Codicibus emendandis*, inquit S. Augustinus, de Doctr. Christianâ, L. II. C. 14, *primitius invigilare debet solertia eorum qui Scripturas sacras nosse desiderant*. Verum quâ tandem ratione constabit, ita emendatos fuisse aut etiam emendari potuisse codices quibus utimur, ut in rebus gravioris momenti à verâ et primigeniâ lectione nunquam aberrent?

Respondeo ad primum, legi equidem apud Origenem hanc Celsi adversus Christianos accusationem : at legi etiam debet Origeni responsio. *Certè*, inquit ille, à nemine alio Evangelium mutatum scio, preterquam à Marcionis et Valentini, et fortassis Lucani discipulis, quod crimen non est Evangelii, sed eorum qui id temere depravare audent. Certè multipli argumento supra ostendimus quænam foret in adulterandis Scripturis veterum quorundam hæreticorum audacia : juvat tamen adjicere luculentissimum scriptorius antiqui testimonium ab Eusebio asservatum, Histor. Eccles. I. V. c. 28 : *Sacras quidem Scripturas andante adulteraverunt, primitivæ autem fidei regulam abicerunt..... atque id à me non falso eis objici quisquis voluerit facilè cognoscet*. Nam si quis exemplaria illorum undique conquisita simul inter se contulerit, inventus profectio illa inter se plurimum dissensire. Certè Asclepiodoti exemplaria non convenient cum illis quæ sunt Thtodotii... jñm Hermophili exemplaria cum tis quæ dixi maximè consentiant : ea vero quæ dicuntur Apollonidis ne secum quidem ipsa concordant..... Neque vero negare possunt hoc facinus à se admissum esse, cum ipsorum manus descripta sint exemplaria, neque ab illis à quibus in Christianâ fide instituti sunt ejusmodi codices accepérunt, nec ostendere possint exemplaria à quibus suis illa descripsérunt.

Ad secundum, asserunt sancti Patres Evangeliæ ab hæreticis corrupta fuisse, illa videlicet quibus ipsimet hæretici utebantur, non ea quæ à primis ecclesiæ fundatoribus accepta in Ecclesiæ Catholice legi conseruerant. Eaque Patrum querimonia nihil probat aliud nisi eos maximè sollicitos fuisse de integritate scriptorum apostolicorum, quibus si aliquid additum

vel detractum fuisset, id sacrilegii loco habebant. Aliut etiam græca exemplaria ad fidem latinorum, et latini ad fidem græcorum restitu oportere in iis videlicet quæ levioris essent momenti, neque ullo modo ad ipsam fidem aut historiæ evangelicæ substantiam pertinenter. Non enim inficiamus quia sicut in aliis libris, præsertim antiquissimis, sic etiam in novi Testamenti exemplaribus menda nonnulla deprehendi valcent, quæ librariorum incuria in textum primigenium irrepererint. Quocirca sapientissime et appositè admodum ad sanioris critices regulas, sancti Patres græcos et latinos codices inter se conferri volebant. Verum quod ipsam rerum substantiam attinet, maxima semper fuit omnium exemplariorum seu græcorum, seu latinorum consensio. *Nihil*, inquit S. Augustinus, l. de Utili. credendi, c. 5, *nihil milii videtur ab eis (hereticis) impudentius dici, vel, ut mitius loquar, incuriosus et imbecillus, quam Scripturas diuersas esse corruptas, cum ta nullis in recenti memoria easstantibus exemplaribus possint convincere*.

Obj. 3º: Innumeræ deprehenduntur in libris novi Testamenti variantes lectiones, ita ut, si quis, ait Vossius, de *Ælate mundi*, cap. II. *omnes inter se committeret codices, quot verba, totidem penè sit, inventurus discrepantias*. Reipsa unaqueque linea suas exhibet. Millius, qui non omnes sancè codices manuscripts videre potuerat, triginta circiter millia lectionum variantium in novo Testamento animadvertit. Quo posito quivis perspicit quâ incerta sit lectionum hodiernarum auctoritas, quoque in primigenium textum menda irrepererint, seu datâ operâ, scu, quod lectorum respectu eodem prorsus recedit, scriptorum amanuensium negligentiâ aut imperitiâ.

Resp. illâ lectionum variantium multitudine nullo modo elevari, sed potius confirmari sacrorum codicum integratitatem. 1º Quidem hinc minimè destruitur novi Testamenti integritas. Ea enim quanta quanta est variantium lectionum copia, adeò primigeniæ textus sinceritati nihil officit, ut quoquaque modo legatur, sensus ubique idem remaneat, veluti si latine quis legit enim vel nam, igitur vel ergo, dicebat vel loquebatur, ac similia : huc enim redeunt longè maxima pars lectionum diversarum quas tanto cum studio collegerunt Capelius et Millius. Quæ vero sensu aliquatenus immutant, rarè admodum, nulke autem, nullæ prorsus que vel dogma aliquod, vel factum alibi non expressum inducant. Accipe pessimum novi Testamenti exemplar, cum omnibus suis mendis, eamdem penitus ex illo colliges rerum gestarum historiam, eamdem doctrinam, eadem morum ac discipline precepta. Varicias non est in sententiis, sed in vocibus, adeòque in versionibus plerisque evanescit. 2º Illa que objicitur lectionum varietas codicium sacrorum integratitatem egregie confirmat. Etenim illius libri minus suspecta esse debet integritas ejus cuius plura descripta sunt exemplaria. Atqui, multitudine lectionum diversarum probat multitudinem exemplariorum. Ergo et integratitatem codicium.

Quod vero libri aliquius veteris textus è castigatione

sit, quod plures in eo deprehendantur lectiones variantes, facilimè intelligi potest. Ponamus enim unicum detectum fuisse manuscriptum novi Testamenti codicem, cùm primù liber ille typis mandatus est: nullas tunc habebimus varias et discrepantes lectiones, at multò minus accurata erit editio ad fidem unius illius exemplarum facta. Cùm enim codicem omnem etiam diligentissimè exaratum pluribus mendis scatere oportet, menda omnia codicis illius quem unicum extitisse supposuimus, in editionem novi Testamenti referuntur, neque ut plurimum vera et authentica lectio restituiri poterit. At si codex alter deinde reperiatur, priore, etiam velis, imperfectior, quia probabile non est utrumque in iisdem locis peccare, nonnulla procul dubio prioris codicis errata emendabit, genuinamque lectionem in isto depravatam non semel indigabit, et ex utriusque collatione, exurget editio novi Testamenti multò purior quā si codex unicus consuli potuisset. Quod verò de secundi codicis cum primo collati utilitate diximus, id etiam dici potest de tertio cum duobus primis collato, de quarto cum tribus aliis, de quinto cum iis quatuor, atque ita de ceteris, qui certè quod plures erunt, eò propius ad ipsius exemplarum autographi veritatem accedere licebit. Aliundē tamen cum unumquodque exemplarū proprias habeat lectiones propriaque menda, statim intelligi cresceret in immensum pro numero exemplarium inter se collatorum varias et discrepantes lectiones. Itaque multiudo illa lectionum variantium qua in novo Testamento deprehenduntur, nedum illius fidem elevet, eam potius luculentissimè demonstrat. Nec verò de libri veteris ejuscumque integritate aliter constare solet. E scriptoribus profanis eos maximè corruptos et mulitos animadvertisimus, quorum pauciora inventa sunt exemplaria manuscrip̄ta. Hesychius, verbi gratiā, et Velleius Paterculus scatent lacunis et erroribus quae expleri et emendari non potuerunt ob penuriaum codicium manuscriptorum. Contrà, Terentii comedie, inter alios remote illius antiquitatis libros, integre ad nos pervenerunt, quamvis in variis codicibus ingentem lectionum diversarum copiam critici deprehenderint, seu potius quia tantam lectionum varietatem deprehenderunt.

Oblj. 4^e: Certum est libros novi Testamenti dedita opera interpolatos, subindē castigatos et emendatos fuisse studiō Anastasiī imperatoris. Apertum est hanc in rem testimonium Victoris Tunoneasis, cuius in *Chronico* hac verba sunt: *Messalā viro clarissimo consule, Constantinopoli jubente Anastasio imperatore sancta evangelia tanquam ab idiotis evangelistis compita reprehenduntur et emendantur*. Id porrò scribebat Victor Tunonensis sexto Ecclesiae seculo, quo scilicet regnabat Anastasius, Eadem tradit Isidorus Hispaniensis: *Anastasius, inquit, Acephalorum errorem vindicans episcopos Chalcedonensis synodi defensores exilio damnavit; evangelia quoque tanquam ab idiotis evangelistis compita reprehendit et emendat*. Ita nec sine magna jactatione Collins, libro inscripto: *Discours sur la liberté de penser*.

Resp. objectionem hanc non tam serio, quām cavillandi et moras necendi causā ab adversariis proponi posse. Esto enim, quod tamen non satis probat scriptorum appellatorum testimonium, quorum hic in Ispaniā, ille in Africā de re Constantinopoli gestā scribit: *esto, inquam, vitia et temerata fuisse sub specie emendationis ab Anastasio imperatore evangelia nostra: constat saltem corrupta haec evangelia nusquam vulgata fuisse, nullibi fidem invenisse. Exstant etiam scripta innumerā sanctorum Patrum qui ante Anastasiī tempora floruerunt, quorum multi evangelia perpetuis commentariis illustraverunt, in quorum libris omnes fermē novi Testamenti versiculi ac voces citantur, ita ut cum hodiernis codicibus apriū consentiant: quo solo evidentissimè confitetur evangelia illa que p̄ manibus habemus antiquis Patribus cognitis ac probatis fuisse. Nisi fortè dicant adversarii interpolata etiam fuisse ab Anastasio omnia qui anteā vixerant scriptorum ecclesiasticorum opera, quo nihil absurdum magis excogitari posset. Hoc etiam tempore in orbe universo disseminati, et quotidiano episcoporum omnium omniumque fideiūlū usū triti erant sacri codices: existabant innumerā librorum novi Testamenti versiones apud populos ditioni imperatoris graci minimè subditos. Porrò et eas versiones, et omnia haec exemplaria ab imperatore insecilli, quem Eutychiana heresēs suspicio invīsum occidentalibus præsertim fecerat, aboliri aut depravari potuissent evidentissimè repugnat. Quid igitur sibi volunt Victor et Isidorus? Hoc unum, ut nos quidem existimamus, nimirū displicuisse Anastasio, viro sic licet exigui et inepti judicii, simplicem et incomptam evangelistarum narrationem, ideoque jusssisse illum, ut *evangelia tanquam ab idiotis*, id est, illitterata, *evangelistis compita, emendantur*: que evangeliorum emendatio ipsum duntaxat stylum, non verò factorum aut doctrinæ substantiam afflere debet. Verum ille male delicii principi conatus statim repressus est, nullumque exitum habuit, quandiquidem nullius in libros evangelicos mutationis inductæ meminerunt alii ejusdem aetatis scriptores, neque ullos idcirco motus excitatos fuisse legimus. Forte etiam insuperabilis rei suspecta difficultate deterritus Anastasius ab incepto destituit: quemadmodum, teste Gregorio Turonensi, Childericus, qui perficiendæ, ut sibi videbatur, religionis Christianæ consilium animo conceperat, à proposito recessit, cùm repugnantes sibi episcopos expertus fuisse. Alter respondent Bentleyus et Huttevilleus, sed ut nobis videtur, minus recte, et minus appositè ad testimonia Victoris et Isidori.*

ARTICULUS III

De veracitate librorum novi Testamenti.

Ex demonstrata librorum novi Testamenti authenticitate, sequitur nos p̄ manibus habere historiam Christi et Apostolorum ab auctoribus coartatis et plurimumque rerum gestarum oculatis testibus exarata, cuius ope post secula ferè octodecim elava,

factis quodammodo intersumus, Apostolos loquentes audimus, eorumque testimonium paulò secis ac illi qui etate illà vivebant excipere ac ponderare possumus. Èo proindè controversia omnis adducta est, ut queratur utrum illud Apostolorum testimonium ejusmodi sit cui nulla vel erroris vel imposturæ suspicio subesse valeat.

Atque ut questio illa gravissima eo quo par est studio expendatur, dicemus 1^o de miraculis Christo tributis et historiæ evangelicâ universâ; 2^o de Christi resurrectione, quam præcipuum doctrinæ christianæ ac prædicationis sue fundamentum fecerunt Apostoli; 3^o de miraculis Apostolorum in libro Actuum descriptis.

PROPOSITIO PRIMA. — *Vera ac certissima sunt miracula Christi cæteraque omnia facta historiæ evangelicæ.*

Vel in omnium gentium annalibus nihil certi exploratiæ habemus, nullaque ratione facti cujusquam veritas probari valet, vel facta illa pro veris ac certissimis habenda sunt, qua tûm ob suam naturam, tûm ob nexus ex illis consecutiones gravissima erant et maximi momenti; quæ palam patrata sunt sub eorum oculis quorum contradicere ac fraudem redargere plurimi intererat; qua referuntur ab octo scriptoribus cotæneis rerum quas narrant, ut plurimum, oculatis testimoniis, viris ob omni mendacii suspicione quâm maximè alienis, qui nec ipsi decepti fuerint, nec alios decipiendi consilium inire voluerint; quæ eo ipso tempore quo error facilimè refelli potuisset, fidem obtinuerunt apud infinitum hominum multitudinem quibus imponi omnino non potuit: quæ denum ab adversariis doctrinæ christianæ, Iudeis nimis et Gentilibus, non modò confutata non fuerunt, sed nequidem negata, vel in controversiam adducta. Atqui ejusmodi sunt miracula Christi cæteraque omnia facta historiæ evangelicæ.

1^o Miracula Christi facta erant gravissima et maximi momenti, sive spectentur in seipsis, sive eorum consecutiones attendantur. In se quidem spectata, adeò frequentia erant, adeò splendida, ut illorum auctor supremum in naturam universam imperium exercere, ac suprà humanam conditionem longè positus existimaretur. Jesum nascientem stella prenuntiat, angeli celebrant, magi adorant, Herodes expavescit: vox Patris è celo non semel auditæ ipsius doctrinam comprobat. Christus tempestates sedat, variis inveteratisque morbis laborantes verbo, nutu, contactu sanat, diaboles fugat, mortuos etiam sepultos ad vitam revocat, modò quatuor, modò quinque hominum millia satiat, appositis paucis panibus et piscesculis. Eo moriente, sol repente obscuratur, velum templi scinditur, terra motibus insolitis quatitur, auctori suo natura universa parentat: mox eruptus sepulcro redivivus appetet, et spectante ingenti discipulorum turbâ celum concedit. Procul dubio ejusmodi facta per se apta erant ad excitandam hominum attentionem, et etiamsi Christus non alium ob-

tinem miracula illa edidisset quâm ut potestatem suam demonstraret, ipse spectaculi novitas et magnitudo omnium animos percellere debuerat. Verum bæc omnia non ad stuporem solùm et admirationem fiebant: iis prodigiis utebatur Christus ut probaret se divinitus missum, qui legis mosaicæ cultum abro garet novamque religionis formam induceret, Judeorum prædicatis opinionibus, ac superstitionibus Gentilium adversâ fronte repugnantem.

Hinc porrò sequebatur miracula Christi ab omnibus tum Iudeis, tum Paganis, tum Christi ipsius assecclis spe clari debuisse veluti rem maximi momenti, unde videbatur pendebat omnis de religione controversia, quâ nulla inter homines gravior agitari potest. Judeos, qui miraculorum illorum auctoritatem spreverant, nefandi sceleris reos declarabant Apostoli. *Iesum Nazarenum, inquietabant, virum approbatum à Deo.... hunc.... per manus iniquorum affigentes interemisis;*... vos autem sanctum et justum negâstis, et petistis homicidam donari vobis, unctorem verò vitae interfecisti. Christi assecclæ ob fidem illis miraculis commodatam Judeorum odio obnoxii, in fortune, libertatis ac vite discriminem vocabantur: *Deus nos Apostolos novissimos ostendit tanquam morti destinatos.... Usque in hanc horam et esurimus et sitiimus, et nudi sumus, et colaphis cædimur, et instabiles sumus;... tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc. Gentilibus denique miracula Christi proponebantur, ut, relictis superstitionum avilarum ritibus splendidis, facillimis, cupiditatum amicis, aliam sibi religionem imponere sinerent novam, peregrinam, humilem, auctoris supplicio infamem, vitorum omnium impatiensem, quæque sectatores suos nulli periculo non obnoxios faceret. Igitur consecutiones à Christi miraculis enascentes ad omnes illius atatim homines pertinebant; ac proindè miracula Christi facta erant gravissima et maximi momenti, quæ ab hominibus ratione sùa utentibus, non nisi instituto severo examine recipi debuerunt.*

II^o Miracula eadem facta erant publica, notoria, manifesta, coram infinitâ testimoniâ etiam infensorum multitudine, sub eorum ipsorum oculis quorum contradicere, ac fraudem, si qua extiisset, aperire maximi intererat, peracta. Publica erant ratione locorum, neque enim, aiebat Paulus Agrippam regem altoquens, in angulo quidquam horum gestum est, sed cum in cæteris vicis et urbibus, tum in nobilissimâ Palæstina civitate, Jerosolymis, in foro, in templo, diebus festis, cum natio universa huc ad religionis solemnia confluaret. Publica erant ratione personarum et testimoniū; quippe exstabant tum Jerosolymis, tum in cæteris Palæstinae urbibus et opidis, illi omnes quos vel sauvassis, vel à diaboliis liberavisse, vel vite restituuisse Christus dicebatur, è quibus plurimi suis nominibus ab evangeliorum auctoriis appellati, neque obscuri, neque ignoti. Denique publica erant ratione sui: Christus non ambigua jactitabat prodigia, quæ utrum occultis quibusdam artibus patrari possent, utrum vim supernaturalem ac divinam opem expostu-

larent, non satis certum atque exploratum esset. At homines variis insanabilibusque morbis affectos, leprosos, cacos, paralyticos, nullo medicamine admoto, soloque imperio curatos, mortuos etiam vita redditos, aliaque ejusmodi miracula nobilissima obtinebat, quibus efficiendis parem esse vel naturam, vel industriam humanam nemo sanus affirmaverit.

Præterea miracula hæc edita fuerunt sub eorum oculis quorum contradicere, ac fraudem, si qua extisset, retegere maximi intererat. Judæorum omnium dico, ac presertim Sacerdotum, Scribarum, Phariseorum, qui præ ceteris Christum, ipsiusque doctrinam implacabili odio prosequabantur. Porrò verisimile non est ab illâ hominum potentissimorum simul et oculatissimorum factione quidquam eorum prætermisso fuisse, quibus fraus et mendacium retegi potuerint. Non decurrat testes quos interrogare licuisset: supererant mediæque in urbe, in templo versabantur illi ipsi quos Christus sanavisse dicebatur, nulloque negotio rei omnis veritas vel ab ipsis, vel ab eorum cognatis aut vicinis edisci, vel extorqueri poterat. Res ipsa magistratus admonebat ut diligenter inquirerent sive in hominum qui curati dicebantur indolem et probitatem, sive in morbos ipsos è quibus convaluerant, sive in curationem et varias illius circumstantias. Et quidem examen illud iuridicum semel atque iterum à sacerdotibus et magistratibus tentatum legimus; primùm cùm audierunt eucum natum à Christo sanatum fuisse, deinde cùm ipsis renuntiatum est de homine illo clando omnibus nota quem Petrus et Joannes ad portam templi curaverant: at nedum ullum fraudis indicium hæc suâ inquisitione deprehenderint, utriusque prodigiū veritatem agnoscere et consiteri coacti sunt. Legantur Joannis caput 9 et Actuum caput 4^o, ubi res omnis cum iis simplicitatis, candoris et fiducie characteribus narratur qui omnem ex animo dubitationem exinant. In Christi et Apostolorum miracula si non inquisierunt Judæorum principes, id tribendum est non corum negligentia, sed aperta factorum veritati quam intelligebant nullis artibus obscurari posse. Ea certè est natura miraculorum evangelicorum, ut etiam si favore sacerdotum ac Phariseorum Christus usus fuisse, vix ac ne vix quidem impetrare potuisset ut à paucis admitterentur, nisi ob manifestam rei veritatem: quantum igitur magis difficile erat ejusmodi fraudem et imposturam ad felicem exitum perducere, contradicentibus renentibus ex adverso illis quos divitiae, doctrinae fama, ministerii sacri auctoritas, opinio pietatis apud vulgus commendabant!

III^o Miracula Christi referuntur ab octo scriptoribus coetaneis, rerum quas narrant, ut plurimum, oculatus testibus; viris ab omni mendacii suspicione quam maximè alienis. Ac 1^o quidem octo superesse historias evangelicas. Scriptores coetaneos manifestò probatum manet ex iis quæ de librorum novi Testamento authenticitate disserimus; neque enim hic novi Testamenti Epistolas à libris historici se Jungimus, cum facta præcipua in Evangelii vel Actibus

Apostolorum descripta, in omnibus Epistolis ubique passim supponantur, vel etiam commemoretur. Mattheus, Joannes, Petrus, Jacobus, Judas inter Apostolos Christi annumerabantur, diuturno familiarique ipsis convictu usi fuerant, prodigiorum quæ referunt testes, ut plurimum, et quandòque ministri esse debuerunt. Nullus eorum dicere non potuit, quod in primâ suâ Epistolâ prefat Joannes: *Quod audi-
vimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de verbo vite... annun-
tiamus vobis.* Lucas equidem et Marcus collegio apostoliaco adsciti non erant; at eos inter Christi discipulos et comites versatos fuisse, verisimilis est Patrum sententia: saltem negari non potest quin et Christi aequales vixerint, et cum Apostolis ipsis conjunctissimi fuerint à quibus totam historiæ illius seriem ediscere potuerunt, quorum præterea jussu et auctoritate evangelia sua scripserunt, uti docent Irenæus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Eusebius, Hieronymus, etc. Paulus denique Christum fortè, dum in vivis ageret, non vidit, at usus est familiariter consuetudine Apostolorum, non secus ac Lucas et Marcus; deinde Christum sibi post mortem redivivum apparuisse contestatur: *Novissimè autem omnium tanquam abortivo visus est et mīhi: quo posito nihil vetat quominus cum etiam oculatus testibus annuneremus.* Jam verò si non sufficiat tot oculatorum testimoniū auctoritas, videant adversarii enijsnam historiae fides stare queat. Certè, si res nostrâ et patrum memoriam gestas excipiamus, nulla est pars historiæ que tam idoneo et tam multiplici testimonio innitatur. Non loquimur de Alexandri bellis et victoriis quæ ex Arriano et Quinto Curtio discimus, quorum ille sub Adriano, hic fortassè sub Theodosio Magna floruit: at Socratis gesta, quibus nihil in Graecorum annalibus certius habetur, non ut Christi historia ab octo scriptoribus coetaneis tradita sunt, sed à duobus tantum Platone et Xenophonte qui Socratis scholam frequentaverant. Igitur si miraculorum Christi testibus, quanquam pluribus, coetaneis et oculatis minimè credendum esse veline adversarii, ipsorum est argumenta afferre quibus tanta auctoritas labefactetur: tot enim testimoniū fidem nullâ datâ ratione rejicare aut elevare non licet. Porrò duplice tantum exceptione impugnari potest testimoniū auctoritas, videlet si quis contendat eos vel deceptos fuisse, vel esse deceptores. Videamus itaque utrūm adversarii Apostolos utraque illa exceptio valeat.

IV^o Circa miracula Christi, utrūm patrata fuissent necne, Apostoli decipi non potuerint. Erant miracula illa, facta sensibilia, publica, manifesta, sub ipsis Apostolorum oculis edita, de quorum veritate facillimè ac certissimè constare Apostolis debuit, nisi illos omnes quotquot fuerunt, visu, tactu, auditu, omnibus denique sensibus orbatos supponamus. Quid enim? fac Apostolos rudes, ignaros, credulos fuisse quantum volueris: nūm ignorare poterant an homo sibi aperte notus, quocum familiariter tres annos continuos conversari fuerant, hæc vel illa opera se testibus ac sèpè subministrantibus palam edidisset? an morbos

variis generis solo verbo, vel nutu in omnium conspectu curavisset? an seipsis videntibus ac stupentibus tempestatem sedavisset? quodque omnium maximum, an postquam publico supplicio affectus esset, et sepulcro custodibus munito inclusus, triduū post revixisset, seque conspiciendum, alloquendū, palpandum loto quadraginta dierum spatio ipsis praebusset? Non hic de uno duntaxat facto agitur quod brevissimo instanti peractum, aliquem suspicioni locum dare queat; sed plurima et validē diversa variisque in locis et temporibus peracta occurruunt, et ejus quidem naturæ, ut omnis vel dubii, vel erroris causa procul amoveatur; neque testis unus est qui hec visa à se et penitus conspecta referat, sed plurimi, ita ut resurrectionis Christi testes non pauciores quam quinquecenti à Paulo memorentur. Neque etiam Apostoli homines insanii aut fanatico astu correcti fuisse videntur: quin potius eorum scripta viros gravissimos, sapientissimos, moderationis et iudicij plenos demonstrant; quanquam et nescio an conditio humana eum ferat stupiditatis et dementie modum quo illos insanissime oporteret, si vera non fuissent miracula illa quae sub oculis suis toties pateata fuisse testantur. Denique, inter haec quæ describunt miracula, plurima ab ipsis edita referuntur, in quibus certè nullicet vel ignorantia vel deceptionis partes esse potuerunt; si enim sibi imponi atque illudi à magistro permiserunt, saltem ipso mortuo, non sibi in animum induxerunt prodigia illa quotidie à seipsis effici quæ nullatenus efficiebantur. Ratum igitur atque indubitatum sit Apostolos circa facta evangelica deceptio non fuisse, nullamque in eo negotio fraudem admitti posse, nisi cuius ipsis vel inventores, vel saltem consciit et adjutores fuerint.

V^o Multiplici ratione constat Apostolos, ab omni fraudis et mendaci suspicione quam maximè alienos esse. Principio enim consideremus quo tempore, quibus in locis, quibus presentibus ac audiens suam hanc narrationem instituerint. Nempe illi in locis quibus res dicuntur geste, iis temporibus quæ proximè secuta sunt, iis presentibus qui factorum veritatem vel falsitatem compertissimum habere debuerunt. Singulas factorum circumstantias diligenter exponunt, quo tempore quæque res contingit, quæ in urbe, quibus testibus sedulò notant. Appellant nomina eorum quorum aliique his in factis partes fuerunt; nihil uno verbo pretermittunt eorum quibus ut historia vera confirmari, sic historia falsa protinus refelli debeat. Deinde in Apostolorum scriptis illi sinceri atque ingenui animi indicia deprebenduntur, quibus candidus et attentus lector non possit non plurimū affici, veluti quod sibi ipsis nunquam blandiantur, sed proprias culpas scipias referant, ingenii tantidem et indocilitem, dissidia intempestivè admodum inter se exorta, Petri abnegationem, incredulitatem Thomæ, ceteraque ejusmodi ex quibus sanè nullam vel laudem vel commendationem reportare poterant. Historiam ita scribunt, ut ab omni humano affectu liberi videantur, facta ipsa narrant nulla observatione addita quæ vel Magistri sui innocentiam demonstrare, vel invidiam

in Iudeos confare possit: nullum, quæ Iaus sacris auctoribus propria est, vel amoris, vel odii, vel admirationis, vel indignationis signum exhibit: diceres eos de rebus ad se minime pertinentibus scripsisse, et nisi eorum sententiam aliud cognitam haberemus, vix colligi ex Evangelica narratione posset, utrum è Christi potiusquam è Judæorum partibus steterint. Stylo utuntur candido et simplici, ut decet homines qui testimoniū munere funguntur, et fiduciam suam omnem collocant in manifesta et omnibus explorata historiæ quam describunt veritate: at in ipsâ illâ simplicitate vis quedam trahent et energiam quæ lectoris præjudicis vacui animum afficit, et quasi invitum per suadet.

Apostolorum sinceritas in eo etiam se prodit, quod non unum communī operā elaboratum, sed quatuor Evangelia reliquerint à totidem auctoribus diversis temporibus composita, nec quatuor haec Evangelia communicatis consilia scripserint, ut liquide probant discrepantia illæ et antilogiae quæ in Evangelij comprehendimus, à quibus certè diligentissimè cavarunt, nisi freti veritatis conscientiæ, speravissent sponte sua elucidandas fore difficultates ex diversis illis narratiōibus scaturientes. Impostores, aut perfectam consensionem sectati fuissent, suamque ex conducto fabulam adornavissent, aut certè in veras et nullâ ratione solvendas contradictiones incidissent; quippe mendacio proprium est ut sibi diu constare nequeat. Evangelistæ dissentire interdum videntur, quia unusquisque ex sua, non ex aliorum conscientiæ scripsit, solentque homines ad diversas facti ejusdem circumstantias attendere: at illæ dissensiones veram repugnantiam et contradictionem nullibi important, sed aut evaneant diligentiori adhibito examine, aut saltem admissi facili et probabili suppositione conciliantur.

Nihil igitur in Apostolorum scriptis occurrit, unde non appareat eos ab omni fraudis suspicione quam maximè alienos esse. Id etiam demonstrat eorum indoles et totius seu vite, seu doctrinae ratio ad virtutem et pietatem composita, quæ de re opportunitate erit dicendi locus. Unum interim observari volumus, videlicet in hominum natura positum esse, ut nemo fraudem aliquam moliat, quin ex ea aliquid mercedis, commodi, aut honoris expectet; at verò quenam commoda, quem fructum aut honorem ex suo illo figimento sperare potuissent Apostoli? Non certè vel ad opes congerendas, vel ad parandas voluptates, aut gloriam adipiscendam fictio illa valebat, sed potius tam malè consuite fabulæ auctores non aliud præmium malebat quam aerumnæ, paupertas, opprobria, crues, prout Christus non semel prædixerat, ipsique etiam Apostoli præsentiecebant, et in primo sue missionis ingressu niniù plus experiri sunt. Non igitur ad presentis vite commoda respexerunt Apostoli; ut enim aiebat unus ex illis, *si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.* Quam verò in vita futurâ mercedem, si modò impostores erant, sibi adpromittere potuerunt, nisi supplicia mendaciorum et seditionum artificibus debita?

At eorum fidei nullum sàne est argumentum luculentius, quàm quòd historiam à se promulgatam profuso sanguine obsignaverint. Etenim etiamsi facti fallendi causas habuissent, nullas certè haberunt probosam et crudelissimam mortem oppetendì pro defensione fabulæ quam hominibus exitiosam Dcoque invisam intelligebant: tunc certè confessione fraudis vitam redimere debuerunt, *cum veræ voces tum demum pectora ab ino ejiciuntur, et eripitur persona, manet res.* Hujusmodi confirmationem nulla, prater Evangelicam, historia sibi vindicat; nulla est igitur cuius tam idonei testes appellari possint.

VI^a Apostoli, etiamsi fallendi consilium inuissent, nemini tamen hujusmodi fabulam approbare potuerint. Impostores illi felicem fortè exitum sibi pollicentur possunt qui facta peregrina, obscura, clandestina renuntiant, quòrum testimoniorum confutari nequit testimoniis oppositis, qui cùm maximè auctoritate et doctrina pietatisque famâ ipsi polleant, in auditores simplices, imperitos, dociles incidunt, qui fabulam venditunt eorum quibus imponere student affectibus ac prejudicatis opinionibus attemperatam, quibus denique faveat, vel saltem non adversatur potestas publica ac religio in omnium animis altè desixa. Haud alter nimirum idolatriæ superstitiones ac Mahometis religio propagare fuerunt. At verò non similia, sed planè opposita erant ea in quibus versabantur Apostoli rerum adjuncta. Facta illi renuntiabant quæ publica, notoria, manifesta fuisse oportebat, quæ non in dissitâ quâdam regione, undè testes accersiri non potuerint, sed in ipsâ urbe Jerosolymitanâ, non remotis ac incertis temporibus, sed heri ac nudiuscertius contigerant, quæ demum habitâ ratione circumstantiarum omnium eo ipso evidentissimè falsa videri debent, quòd eorum veritas innumeris testimoniorum comprobata non esset. Apostolorum nulla erat apud Iudeos auctoritas, nisi qua esse poterat hominum ignorabilium, illiteratorum ac discipulorum illius quem paulò anteà veluti erroris impietatisque magistrum Iudei probrobusissimo supplicio affecerant. Non vulgus impetratum duntaxat et credulam plebem alloquuntur Apostoli, sed *Annam principem Sacerdotum, et Caipham, et Joannem, et Alexandrum, et quotquot erant de genere sacerdotali*: palam docent in urbe, in templo; doctrinam spargunt nationi universæ, sed præsertim illius principiis valde invidiosam, utpolè qua vera esse non possit, quin illi omnes immanissimi secleris, intersecti videlicet Messiae, rei declarantur. Non modo non utuntur Apostoli magistratum favor, sed eos sibi quàn maximè adversos experientur. Non in receptis ac diuturnâ consuetudine sacrisatio opinionibus præsidium querunt, imò potius eas impugnant, habenturque ab omnibus veluti impii novatores ac eversores legis Mosaicæ tot prodigiis et oraculis confirmatae. Verbo dicam, ex iis omnibus quibus impostorū frades adjuvari solent, non modò nihil Apostolorum consilium promovit, sed contrà ea omnia obstiterunt quibus opus ab iis susceptum retardari atque impediri debuisset. Atque ita, etiam si supponere licet initium ab Apostolis fuisse

consilium fallendi, constat eos nemini hâc sùa fraude imponere potuisse, sive facta ab iis proposita, sive ipsorummet Apostolorum conditionem, sive auditorum indolem, affectus, opiniones exteraque omnia rerum, locorum, temporum adjuncta consideremus.

VII^a Attamen miracula Christi eo ipso tempore quo error facillimè detegi ac refelli potuisset, fidem obtinuerunt apud innumeros homines, qui ne sibi imponeretur diligentissimè cavere debuerunt. Pròm̄ quidem miracula Christi apud ingentem hominum copiam ille deinceps obtinuisse tam certum est, quàm certum intrâ paucos à Christi morte annos fundatas fuisse in nobilissimis imperiis Romani urbibus ecclesiæ. Quippè non alia ratione quàm certà fide et opinione miraculorum Christi, primi illi Christiani adducti fuerunt ut novam religionem amplectentur. At quo tempore Ecclesiæ Apostolica constitute sunt, nimium recens erat factorum evangelicorum memoria, quàm ut cuiquam error obtrudi potuisset. Jerosolymis certè undè Christiana religio in easter orbis partes disseminata est, supererat immensa hominum multitudo, qui de rebus illis testimonium dicere poterant, qui procul dubio palam reclamavissent, quicque hâc sùa publicâ reclamatione, inò silentio suo, omnium Apostolorum dictis fidem admissent. Quicumque verò iisque temporibus Christianæ religioni fidem dederunt, non modo ut facerent nullis invitati sunt præjudiciis, vel illecebris, sed potius ab eâ doctrinâ admittendâ omni præjudiciorum et motivorum naturalium genere deterrebantur. Etenim primi Christiani omnes vel Judeorum religionem, vel gentilium superstitiones cum lacte suxerant: utrumque porrò illud hominum genus multiplici præjudicio in avito cultu retinebatur: Iudeos commovebant miracula Mosis, prophetarum vaticinia, insignia peculiares Dei in suam rempublicam prævidentia arguenda, synagogæ auctoritas; doctorum potenterumque ferè omnium sententia: Gentilium animos feriebant exempla majorum, sparse in vulgus oraculorum et prodigiorum opinione, facilimus ac splendidus numinum cultus, doctrina præseruit genio indulgens ac voluntatis amica: omnes terribat ac veluti à se repellebat nova religio, quia non solum bellum indicebat virtutis et cupiditatibus, sed etiam assecelas suos in aperto discrimen vocabat. Igitur nisi supponamus eos omnes qui hâc astatæ, in iisque rerum adjunctis nomen apud Christianos profitebantur phrenesi quâdam et caco furore correptos fuisse, omni certè studio atque operâ cavere debuerunt ne sibi mendacia ac mere prestigia pro miraculis divinis venditarentur. At ejusmodi erant, ut patet ex dictis, qua Christo tribuebantur miracula, ut adhibitâ vel levissimâ attentione statim patere an vera essent, an fraude conficiantur. Ex quibus istud, et nisi fallimur, decretorum argumentum nascitur: facta ea certa sunt qua pro veris habita fuerunt ab iis qui facillimè et certissimè in eorum veritatem inquirent poterant; et quorum maximi intererant ne in ille negotio decipi se permetterent. Atqui miracula Christi pro veris habita fuerunt tum à Judeis, tum à Gentilibus quâm plurimis quibus suppetebant omnia ad hu-

jusce questionis definitionem necessaria, et qui doctrinam Christianam, non aliam ob causam quam ob compertam miraculorum illorum veritatem amplecti potuerunt; ergo miracula Christi pro veris indubitatis que etiamnū haberi debent.

VIII^o Expositum mox argumentum dederunt illi qui Apostolorum dictis fidem commodaverunt: aliud nec minus efficax dabunt ipsimet doctrinæ Christianæ adversarii. Enimvero miracula Christi ab adversariis doctrinæ Christianæ, Judeos dico et Gentiles, non modò non confutata, sed nequidem negata fuerunt; quin inò ab iis quanquam invitis facta evangelica pro veris agita fuisse constat. Judæi sicut ipso Christi tempore, ita et sequentibus ætatis, Christi miracula aperte negare ausi non sunt, sed ea vel Beelzebub principi demoniorum, vel magicis artibus tribuerunt, eoque ipso quam certa sibi viderentur declaraverunt. Et quidem hāc olim adversus Christi miracula defensione usos fuisse, Scribas, Phariseos et sacerdotes liquidò constat multiplici evangeliorum testimonio, ubi sacri auctores ingenuè, pro more suo referunt Judæorum dicteria et Christi responsiones, ex quibus apparet nullam circè ipsam miraculorum substantiam item extitisse. Id etiam probat Judæorum agendi ratio, qui neque Christum, neque Apostolos fraudis convincere unquam aggrediuntur, inò edita ab iis miracula discerè agnoscent: *Collegunt ergo pontifices et Pharisei concilium et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimitimus eum sic, omnes credent in eum. Jusserunt autem eos (Petrum et Joannem) extrâ concilium secedere, et confabebant ad invicem, dicentes: Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos omnibus habitantibus Jerusalem; manifestum est, et non possumus negare.* Itaque, ut jam observavimus, nulla in Christi vel Apostolorum miracula juridica inquisitio à magistratibus instituta est, quā tamen, si modò facta illa fuissent, nihil facilius, nihilque ad fraudem penitus existugandam magis idoneum erat. Facilem præterim certissimamque fraudis patefaciēde occasionem ipsis præbuit Judæ perfidia, qui omnium Christi consilioverum particeps onnes illius artes patefacere debuit, et cuius testimonio Christum ipsum ceterosque Apostolos nullo negotio revincere poterant Judæi. Verū nihil eos à Judæ didicisse quo Christus jure condennarent apparat, tūm ex totâ serie litis in Christum intentata, ei ipsa judicii formâ ab exequite naturali et legibus abhorrente, tūm maximè ex proditoris ipsius confessione, desperatione et horrenda morte: quæ omnia ab Evangeliorum et Actuum auctoribus narrantur veluti facta hesterna, publica, ipsisque Judæis ita comperta, ut ager emptus pecunia illa quam à sacerdotibus acceptam Judas in templum projecterat, vocaretur etiamnū *Haceldama*, id est, *preium sanguinis*.

Illam quam sacri auctores Judæis tribuant de miraculis Christi opinionem testantur etiam scriptores Judæi, qui communisuntur Christum magicas artes in *Egypto edictum*, miracula permulta virtute ineffabilis nominis *Jehova* edidisse: quæ fabula quō magis

inepta est, cò magis probat quam certa et explorata Judæis ipsis viderentur Christi miracula. Eandem magis columnam plerique veteres Rabbini instauraverunt; Maimonides verò, eorum doctissimus, argumentum è miraculis Christi petitum non aliter diluit, quam negando miracula debuisse à Messia patrari, quo sane effugio usus non fuisset, si cum aliquà veri specie miracula Christi confutare, vel etiam in dubium vocare potuisset.

Verū praे ceteris insigne est Josephi testimonium hominis Judæi et Apostolorum æqualis, quod etiamsi à multis ut spuriū aut incertū habeatur, hic tamē referendum ducimus, tum quia nihil continet Josepho indignum, tum quia illud antiqui Patres, Eusebius, Hieronymus et alii velut authenticum laudaverunt, et in omnibus codicibus manuscriptis legitur. Exstat locus ille Antiquit. Judæic. I. XVIII, cap. 3: *Eo etiā tempore fuit Jesus, vir sapiens, si tamen hominem eum appellare fas est: fuit enim mirabilum operum effector, magister eorum qui verum cum volupitate accipiant, multosque Judeorum, multos item Gentiles ad se pellexit. Hic erat Christus; quem cum Pilatus ab hominum nostrorum primoribus delatum crucis supplicio affecisset, eum tamen amare non desierunt qui primi amaverant. Apparuit enim iis tertio die redivivus, dñnis vatis, et hæc et sexenta alia de eo miranda effatis; atque ab eo Christianorum natio ad hanc usque diem perseverat* (1).

(1) Celebris illius testimonii authenticitatem critici plures post Osiandrum, Blondellum, Tanagillum, Fabrum et Clericum, suspectam habent: verū, ut nobis videtur, immixto. 1^o Reperitur in omnibus seu manuscriptis, seu editis codicibus. Refert Baronius Annal. ecclesiast. ad ann. 134, recondi in Bibliotheca Vaticana manuseriptum codicem Josephi Antiquitatum hebreicè redditarum, in quo locus ille obelo confossus est, quod certè non ab alio quam à Judæo fieri potuit. Exstat locus ille integer in versione Arabicè apud Maronitas montis Libani asservata, *nouvelle édition de la Bibliothèque françoise de Duverdier, par M. de Bréguigny.* 2^o Illud Josephi testimonium laudant Eusebius, Histor. Eccles. I. 1, cap. 40, et Demonstr. evangel. I. III, cap. 5, Hieronymus in Catal. Script. ecclesiast. Rufinus Histor. I. I, Isidorus Pelusiotes, Sozomenus, Cassiodorus, Nicophorus, etc., qui omnes variis procul dubio et vetustos codices viderant. 3^o Locus ille stylum Josephi ita accurate refert, ut, juxta Illeutii dictum, nec ovum ovo similius videatur, quam periodus hæc reliquarum Josephi scriptorum similis est. Quod etiam ex collatis pluribus Josephi communis probat Carolus Daubuz, cuius de illo arguento disseratio eruditæ exstat in Josephi editione Havercampensi. 4^o Josephus non solum de Joanne Baptista cum laude loquitur Antiquit. I. XVIII, cap. 4, sed etiam de Jacobo: *Ananus concilium judicum coegit, et coram eo adduxit Jacobum fratrem Jesu qui dicitur Christus, et alios quosdam, eosque veluti legis transgressores lapidando tradidit.* Ibid. I. XX, cap. 8. Locus iste, de cuius authenticitate nulla est controversia, alludit ad ea quæ de Christo superius dicta fuerant; cui enim Jacobum hominem ex se non satis notum designa visset veluti fratrem Jesu, si nihil ante de Jesu ipso dixisset? 5^o Nequaque probable est Josephum, qui hujus ætatis historian tam diligenter scriptis, qui mentionem habet Judeus Gaufanite, Theude aliorumque satis obscurorum Pseudo-Messianum, qui Joannis Baptiste etiam et Jacobi meminit, de Christo, cuius tunc et apud Judeos et apud Romanos nomen celeberrimum erat, prorsus siluisse. At

IX^a Miracolorum Christi veritatem pagani, non se-

in universis Josephi operibus nullum præter istud de Christo testimonium occurrit. 6^a Denique nemo sibi in annum inducet locum hunc vel ab Eusebio qui primus illum exscripti, vel alio quodam scriptore anti-quore confitetur fuisse, cum illa fraude non indigeret, immo potius ex illa, quod facilius erat, patefacta plurimum detrimentum capere potuisset res Christiana.

Objicit Blondellus ea que de Christo hic leguntur non potuisse scribi à Jósepho homine Judeo et religione Iudaice addicitionis; neimpè *Christum vix dici posse hominem*, id est, esse Deum, illum fuisse *mirabilium operum effectorem*, *veritatis magistrum*, immo *Christum seu Messiam* de quo prophete vaticinari erant, qui denum tertio post mortem illius redivivus apparuit. Dicta illa Judei non sunt, sed Christiani.

Resp. non ita religioni sue addictum fuisse Josephum, ut Judeorum agendi rationem et opinionem erga Christum ejusque doctrinam probaret. Ex illa iudicium moderatione quam in historiâ belli Iudaici passim exhibet, meritò inferunt ipsi displiceret debitus fanaticum furorem et sevitiam quam in Christum nationis sue principes demonstraverant. Innocentiae, sanctitatis, miraculis Christil testimonium reddit quod postulabat historicæ fides, neque idèo religionem patriam abdicat, sive quod communii Judeorum præjudicio imbutus, Messiam quendam victorem et regnatum expectaret, sive quod, ut multi solent, ad gravissimam illam controversiam non satis attendens, maluerit religionem in qua institutus fuerat retinere, quam novam non sine periculo amplecti, sive denum quod in illa opinione fuerit liberum esse vel Judaicam vel Christianam religionem profiteri, quā unus idemque Deus colebatur. Sic porrò affectus Josephus ea omnia scribere potuit que in laudato testimonio legitur. His vocibus, si *tamen hominem eum appellare fas est*, non significat Christum Deum esse, sed hominem eximium, sapientia sua et operibus supra communem hominum conditionem positum. Illius *mirabilium operum effectorem* fuisse dicit, quia miracula à Christo edita fuisse ita compertum erat, ut illud Judei ipsi, quod modò vidimus, pertinet cogereant. Dicit *magistrum hominum quia cum voluptate verum accipiunt*, tum quia moralia Christi præcepta Josepho maximè probabantur, tunc quia Christi discipuli non alio motivo, quam ardenti veritatis studio ducti se et illi applicerunt. Commun illud, *hic erat Christus*, seu potius *Christus erat hic*, græce, & *Χριστός οὗτος ἦν*, minime exprimit Jesum fuisse Messiam, sed tantummodo cum fuisse hominem illum quem Christiani et Romani ipsi apud quos scriberat Josephus nomine *Christi* designabant, velut si gallicè dicoretur, *c'est le même que celui qu'on nomme Christ*; Josepho nomine Christi est appellativum, non vero nomen qualitatis, idque satis patet ex alio loco ubi Jacobum nuncupat *fratrem Jesu qui dicitur Christus*. Denique de Christi resurrectione prophetiisque ad ipsum pertinentibus, vel loquitur Josephus ex Christianorum magis quam ex propria sua opinione, vel reipsa existimat Christum redivivum apparuisse, atque id fuisse à sacris vatisbus prenuntiatum: quoquidem posito, si constans sibi fuisse, religionem Christianam amplecti debuisse. At ne sibi hanc in re constaret, plurima, ut quisque intelligit, obstare potuerunt; neque novum aut mirum est homines in religionis negotio præsentrum sibi contradicere, nec sequi omnia veritatis cognitæ consecraria. Certe ætate nostrâ nemo de Christo magnificenter locutus est quam philosophus Genevensis, qui tamen tum in aliis scriptis, tum in ipso illo opere Christianam religionem impugnat et acriter insectatur.

Obj. 2. Ante Eusebium illius testimonii nemo meminit, neque Justinus in suo Dialogo cum Tryphonem Judeo, neque Clemens Alexandrinus qui tot suis in *Stromatisbus* veterum auctorum loca exscribit, neque Origenes contrâ Celsum, qui immo illius operis libro I. cap. 55,

cùs ac Judei agnoverunt. Id primum ex eo constat, quod in variis monumentis controversie inter Christianos et paganos de Religione habita, nihil reprehendatur unde conicere liceat negata à paganis fuisse Christi miracula. Ea scriptores Christiani inter disputandum afferunt cum magnâ securitate, et cum plures adversariorum objections diluant, de probandis aut defendendis Christi miraculis nunquam satagere vindentur, quod tamen fuisse præcipuum illius controversie caput, nisi paganos hanc in re consentientes habuissent. Deinde positivis paganorum testimoniis miracula Christi confirmata habemus. Celsus, apud Origenem lib. I., non inficiatur prodigia à Christo patrata fuisse, verum hac ille tribuit magicis et arcana artibus, negatque Christum idcirco pro Deo habendum esse, quod cœcos et claudos sanaverit. Julianus imperator, apud Cyrillum Alexandrinum I. II, quanquam miracula Christi verbis extenuare conetur, ea tamen agnoscit: *Nisi quis, ait, claudos et cœcos curare, et daemonio corruptos adjurare, in pagis Bethsaïde et Beธานיא, magni alicuius facinoris loco habeat*.

Phlegon, Adriani imperatoris libertus, stupendi illius solis deliquii et terra motuum qui moriente Christo contigerunt meminit: *Quarto autem anno ducentesimæ secundæ olympiadis, magna et excellens inter omnes quæ ante eam acciderant defectio solis facta. Dies horæ sexta ita in tenebrosam noctem versus, ut stellæ in celo visæ sint, terraque motus in Bithyniâ Nicaeâ urbis multas ædes subvertit*. Hæc Phlegontis verba in Eusebii Chronicô laudata non indicant naturalem quamdam ecclipsim, sed tenebras illas toti terre offusas dum Christus in cruce penderat: nam annus quartus olympiadis 202 ipse est annus mortis Christi, prætereaque anno illo nulla solis ecclipsis totalis in tabulis astonomicis notatur. Hæc Phlegon defectionem illam solis

disertè affirmat Origenes Josephum qui de Joanne Baptista mentionem injecerat, Christum non agnivisse. Ergo ante Eusebii ætatem non exstabat in Josephi exemplaribus illud testimonium.

Res. nullam esse vim argumenti istius negativi ex silentio Patrum Eusebii antiquiorum duet. Testimonium Josephi Patres non laudaverunt, seu quia Josephi librum præ manibus non habebant, seu quia illocrum scopo testimonium illud non congruebat, seu quia parum utile ipsius videbatur, cum primis præseriis temporibus miracula Christi à Judeis non negarentur, seu quia Josephi, ob hoc ipsum testimonium, levissimum erat apud Judæos auctoritas. Justinus tamen ad illud videtur alludere, cùm sic Tryphonem alloquiatur: *Nostis, ô Judei, J esum, surrexisse et ad celos ascendisse, ut prophetæ prædixerant?* Quod vero Origenem spectat, is non dixit Christum Josepho incogitum fuisse; sed non fuisse agnitus ut Caristum, id est, ut Messiam: *Ιησοῦ σὺν φασκαλίζεσσος εἰς τὸ Χριστόν, οὐκ ἀποτέλεσμα τῷ Ιησῷ οὐ Χριστῷ*: quibus verbis indicat Origenes Josepho cognitum quidem fuisse Jesum, at non habitum ut Christum, seu Messiam. Atqui id dicere potuit Origenes, etiam lecto illo de quo disputamus Josephi loco, ubi nomen Christi, ut suprà diximus, est appellativum, nec tribuit Christo qualitatem Messiae.

Aque hæc de celebri illo testimonio obiter dicta sufficiunt. Fusiorem et accuratissimam illius argumenti tractationem dabit vir eruditissimus J. Vernet, in Academia Genevensi Professor: *Traité de la Vérité de la Religion Chrétienne*, t. IX, Lausanne 1782.

magnam et excellentem appellat, quia non in novilio, sed in plenilunio contigerat. Idem prodigium Romæ observatum affirmat Tertullianus : *Eodem momento dies, medium orbem signante sole, subducta est... cum nunc casum relatum in archivis vestris habetis : quoj etiam testatur Lucianus Martyr apud Ruffinum Histor. Eccles. l. IX, c. 6.* Præter Phlegontem insig-
nis illius phenomeni meimēnā Thallus, qui primo Ecclesiæ seculo Historias syriacas ab Eusebio laudatas scripsit.

Chalcidius, non ignobilis è scholiâ Platonis phileso-
phus, confirmat Matthæi narrationem de stellâ Christi
ortu prænuntiâ : *Est quoque, inquit, Commentar. in Timaeum, alia sauctior et venerabilior historia, quæ per-
habet ortu stellæ enjusdam, non morbos mortesque de-
nuntias, sed descensum Dei venerabilis, ad humanae
conservationis, rerumque mortalium gratiæ; quam stel-
la cum nocturno itinere inspissent Chaldeorum pro-
fecti supientes viri, et consideratione rerum caelestium
satis exercitati, quaesiisse dicuntur recentem ortum Dei,
repertaque illa maiestate puerili, veneratos esse, et vota
Deo tanto convenientia nuncupasse.*

Macrobius, Saturnalium I. II, c. 4, facetum Augusti
imperioris dictum refert, quo S. Matthæi narratio
de cæde infantium jussu Herodis intersectorum egre-
giè confirmatur. *Cum audisset (Augustus) inter pueros
quos in Syria (Syrie nomine Palæstinam designare
solebant Romanii) Herodes rex Iudeorum infra bina-
tum jussit interfici, filium quoque ejus occisum, ait : Me-
lius est Herodis porcum esse quam filium, alludens vide-
lacet ad legem illam quæ Iudei carnem porcinam
interdicebat. Evidem Antipater ab Herode patre,
non infans, sed adultus interfectus est; verum con-
jici potest Augusto simul renuntiata fuisse mortem
Antipatri et cædem Bethleemitanam. Ceterum Ma-
crobi, quanvis quarto seculo floruerit, levis non est
auctoritas, cum hunc suum *Saturnalium librum ex
veterum scriptorum fide, ut ipse admonet, compo-
suerit.**

Porphyrius, teste Eusebio *Præparat. Evangel.* I. V,
c. 1, querebatur nihil utilitas à diis homines conse-
qui, ex quo Jesus coli, Esculapius verò aliaque numina
sperni copiissent. Ipse aliisque hujus statim philosophi
Christi miracula magicis artibus tribuebant, uti ex
Arnobio discimus qui calumniam illam sic depellit, l.
I. adversus Gentes : *Magus fuit, clandestinis artibus
omnia illa perficit Egyptiorum... remotas furatus est
disciplinas. Quid dicitis, ô parvuli, incomperit vobis et
nescia temeraria vocis loquacitate gavrentis? Ergone illa
qua gesta sunt, demonum fuere præstigia et magicarum
artium ludi? Potestis nobis aliquem designare, monstrare
ex omnibus illis magis qui unquam fuere per secula,
consumite aliquid Christo nullisima ex parte qui fecerit?*
Philostratius non aliam certè ob causam tot Apollonio
Thyaneo miracula affixit, nisi ut miracula Christi
ubique celebrata æmularetur, eoque ipsa miraculorum
Christi veritatem, si non aperte, saltem tacite agno-
visse dicendus est.

Et reipsa tanta erat apud paganos Christi prodigio-

*rumque ab ipso editorum fama, ut referente Tertul-
iano, Tiberius, Pontii Pilati relatione permotus, de
Christo inter deos referendo cogitaverit. Tiberius ergo
cujus tempore nomen Christianum in seulum introivit,
annuntiatum sibi ex Syria Palestina quod ille veritatem
isius divinitatis revelarat, detulit ad senatum, cum
prærogativa suffragii sui. Senatus verò quia non ipse
probaverat, respuit. Caesar in sententiâ mansit, communi-
natus periculum accusatoribus Christianorum. Tertul-
iano consentient Eusebius et Orosius qui illam addit
Sejanum praefectum Tiberii suscipiendo religioni obsti-
natiissime contradixisse. Non desunt equidem auda-
ciores critici qui meritis innisi conjectationibus relationem
illam Tiberii ad Senatum de Christo inter
deos accensendo rejiciunt, Tertullianum mendacii
postulare audent : illorum argumenta crudite dissolvit
citatus paulo ante clariß. Vernet. Certe idem quod
Tiberio tribuit Tertullianus, Adriani et Alexandri Se-
veri consilium fuisse testatur Lampridius, scriptor
Ethnicus. *Templo Christo facere voluit, inquit in Vitâ
Alexandri Severi, eumque inter deos recipere, quod et
Adrianus cogitasse fertur, qui templo in omnibus civita-
tibus sine simulacris jusserset fieri, quæ hodiè idicèd,
quia non habent numina, dicuntur Adriani, que ille ad
hoc parasse dicebatur. Sed prolabitus est ubi eis qui con-
sulentes sacra, repererant omnes Christianos futuros, si
id optato evenisset, et templo reliqua deserenda.**

Neque verò mirari debemus hanc de Christo existi-
mationem apud paganos pervagatam fuisse, si modo
verum sit quod habet etiam Tertullianus Apologet., c.
21, videlicet Pilatum de rebus à Christo gestis ad Ti-
berium retulisse : *Hæc omnia super Christo Pilatus, et
ipse pro sua conscientia Christianus, Cæsari tunc Tibe-
rio nuntiavit.* Idem ante Tertullianum affirmabat Justi-
nus in utrâque Apologî, atque imperatores ipsos et
Senatores hortabar, ut Christi miracula ex Pilati
actis disserent; cùmque, uti observat Eusebius, pro-
vinciarum rectores de rebus gravioris momenti, qualia
profectò erant Christi gesta, ad imperatorem renun-
tiare solerent, nihil dubii esse potest, quin exsistenter
acta illa Pilati antiquis adeò celebrata. Et certè refert
Eusebius, Maximini jussu conficta et sparsa ubique
fuisse acta quedam nomine Pilati inscripta, et in Chris-
tum valde injuriosa, quæ Christiani nullo negotio
mendacii et suppositionis arguerunt: Maximinus porrò
fraude illa usus non est, nisi ut acta actis oppo.endo,
Christianis eriperet argumentum quod ex genuinis Pilati
actis accercebant. Tunc interierant genuina illa
acta, nihilque nisi eorum memoria et mentio à Patri-
bus injecta remanebat: nam quæ in Fabricii codice
apocrypho novi Testamenti etiamnum legituntur duæ
Pitati ad Tiberium Epistolas, cruditorum omnium judi-
cij spuriae sunt et notocriticae.

De argumento è paganorum testimonii ducto con-
suli possunt Colonia è Societ. Jesu : *La Religion Chrétienne
également autorisée par le témoignage des auteurs païens;*
eleberrimus Addisson : *Dela Religion Chrétienne*, cum
notis D. Seigneux de Correvon, Lausanne 1757, at
præsentum doctissimum Bullet : *Histoire de l'Établissem-*

ment du Christianisme, tirée des seuls auteurs juifs et païens, Paris. 1764. Quod verò propositionem ipsam à nobis hactenus probatam spectat, legendi sunt Abadie, Houtteville, Denyse, Duguet, Vernet, et eximius aetatis nostrae philosophus Carolus Bonnet, libro cui titulus: *Recherches sur le Christianisme*.

Ut autem magis magisque confirmetur haec probatio, observamus 1° in dubium revocari non posse authenticitatem textuum quos, non directè ex adversariis scriptis utpote jam extinctis, sed ex operibus Patrum à quibus confutantur, laudavimus. Tanta enim stultitia et impudentia Apologistis nostris imputari non debet, ut pro scripto vel concessio ad adversarios assumerent id quod nec scriptum, nec concessionem erat; decorum magis et uile fuisse silere, quam simili disputandi ratione fidelibus Christianis scandulum, et adversariis risum, præbere.—2° Allatis auctoritatibus merito adjungemus apostatarum agendationem: vel primà Christianismi aetate non defuerunt, qui à religione, qualibet ex causa, deficerent; plures hujusmodi Plinius interrogaverat, et illorum numerus, pro saevità persecutionum, crescere debuit; atq[ue] licet, prodendo arcana Ecclesie, falsitatem historie Christi Apostolorumque ad eam persuadendam machinationes revelando, de Iudeis et paganis benè meriti essent; licet ipsum interest ignaviam suam, obtenu studii veritatis, prætexere; inauditum est aliquid ab eis declaratum esse, quod historiae Evangelicae veritati noceret.—3° Ad hæc etiam accedere potest confessio hereticorum primævæ Ecclesiarum astatim qui quidem, cùm ipsi rerum origini essent proximi, nec non quidam Iudei; cùm nec Apostolorum, nec Evangelistarum auctoritatem reverenter, sed adhuc humane philosophia servirent; cùm à se invicem et à Catholicis dissentanei, nullâ communis cause utilitate moverentur; nihilominus Evangelica facta, Christi Nativitatem, Passionem, Resurrectionem minimè revocarunt in dubium: sed alii, ut Ebionithe et Cerinthiani, Christum negabat Deum esse, quia non potuisset omnes humanitatis casus experiri; alii, ut Menander, Saturninus, Basilides, Valentiniani et Gnostici, volebant eum apparetur quidem ac sensibiliter exercuisse quæ in Evangelio narrantur, at non realiter. Porrò hoc est Evangeliorum veritatem æquivalenter agnoscere. Ergo, etc.

PROPOSITIO II. — Resurrectio Christi factum est certissimum.

Factum illud certissimum est quod refertur à testibus idoneis qui nec decipi, nec decipere potuerunt; quod ab adversariis non modò non confutatum, sed etiam pro vero habitum fuit; quod necessariò conexum est cum reliquis historiae certissime partibus; quod denique rejici non potest, quia facta multò magis incredibilia, inò verè impossibilia et absurdia admittantur. Atqui hujusmodi est resurrectio Christi.

I. Resurrectio Christi refertur à testibus idoneis, qui nec decipi, nec decipere potuerunt. Testes resurrectionis habemus non solum Apostolos omnes, sed

etiam discipulos eo certè numero qui ad faciendam facto alieni fidem sufficiat. Eos porrò deceptos fuisse non patitur, neque testimoniū numerus et indoles, neque facti illiusque circumstantiarum natura, neque diuturnitas temporis quo factum illud eorum oculis subiectum est. Testium quidem numerus et indoles; si enim in aliquā hominum societate unus aut alter reperiri queat qui, ferventi abreptus imaginatione, res minimè existentes videre se, audire, palpare sibi videatur, istud dementiae genus non omnes simul afficit, aut si omnes, non easdem singulis imagines et phantasias exhibet; non ea in illorum delirii unanimitas et constantia deprehenditur quæ in Apostolorum narratione; non denique hujusmodi insaniae conjuncta est illa sapientia quam in Apostolorum vita, sermonibus et scriptis admiramur. Praeterea ex illorum in dolore notisque animi affectibus nequaquam conciceret licet eos hujusmodi errori valde obnoxios fuisse. Mortuo Christo, trepidant illi, fugiunt, delitescunt, nondum sciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Auditæ mulierum relatione, visa sunt ante illos sicut delirantæ verba ista, et non crediderunt eis; neque etiam crediderunt duobus Discipulis ab Emmaüs redeuentibus; conspecto ipsorum Christo, existimat se spiritum videre: verbo non credunt, nisi re examinata et diligentissimè perspecta; Thomas presentim consentienti ceterorum testimonio fidem non habet: *Nisi, inquit, video in manibus ejus fixuram clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam.* Facit ipsius natura et varia circumstantiae, temporis diuturnitas et apparitionum frequenta omnem deceptionis suspicionem procul amovent. Quid enim facilius erat quād certò explorare utrum is quem videbant, audiebant, alloquebantur Apostoli, is ipse foret quocum tres annos integros exegrant, cuius non solum vultum, vocis sonum, animi sensus, doctrinæ seriem, verū etiam plagarum cicatrices agnoscebant, quem praeterea eadē virtute et miraculorum edendorum potestate instructum videbant? Non uni aut alteri Apostolorum, sed duodecimi, inò quingentis Discipulis, non singulis seorsim; sed omnibus congregatis; non noctu solum, aut in cubiculo clauso, sed in aperta luce, suprà montem; non semel aut iterum Christus sese ostendit, sed præbuit seipsum virum in multis argumentis per dies quadriginta apparet eis, et loquens de regno Dei; ex quibus certè manifestum est Apostolos in referenda Christi resurrectione decessos non fuisse.

Neque etiam suspicari fas est illos decipere voluisse, et communī consilio resurrectionis Christi fabulam confusisse; nam ejusmodi fraudem neque animo concipere, neque exequi potuerint Apostoli. Mortuo Christo, vel sperabant fore ut tertìa die resurgeret, vel non sperabant. Si primum, nullam ii fraudem machinari debuerunt, sed expectare donec redivivum se, uti promiserat, Christus exhiberet: sin autem, tribus elapsis diebus, se ab illo deceptos fuisse deprehendissent, nihil certè restabat aliud quād ut errorem suum et magistri perfidiam apud Iudeorum principes con-

riterentur, non sine certâ spe mercedis; aut saltem in domos suas et ad sua retia redirent; nec ulli deinceps periculo sese objicerent pro defendendâ hominis illius memoriâ à quo turpiter se deceptos fuisse, et quem justam imposturam poenam luisse intellexissent. Si verò Christum è mortuis excitandum non speravarent Apostoli, multò minus fraudem hanc moliri debuerunt, quâ Judeorum odium in eos accendebatur, et ipsi impietatis et gravissimi sceleris reos se constituebant: ut enī unus eorum observat: *Si Christus non resurrexit, inanis est ergo prædictio nostra, inanis est et fides vestra; inventinur autem et falsi testes Dei, quoniam testimoniū dicimus adversus Deum quid suscitat Christum.* Quecumque igitur fuerit Apostolorum post Christi mortem opinio, nullum assignari potest motivum, seu temporale, seu religiosum, quo ut tantum facinus aggredierentur determinati fuerint.

Concedamus tamen initium fuisse à mulierculis, à pescatoribus, ab hominibus indoctis consilium illud plenum audacie et impietatis: quomodo intrâ paucos dies à morte Christi usque ad festum Pentecostes elapsos, potuerunt illi universum doctrinæ suæ systema componere, Scripturæ interpretationem aptam fabule sue invenire, Historiam Christi cum accuratâ temporum, locorum, personarum enumeratione ita adorare, ut in eâ mendaciorum congerie, nullum erroris indicium deprehenderetur? Inter tot fraudis illius architectos, inter tot mulieres quas totius rei primas in se partes suscepserant, quomodo nemo repertus est, qui fuerit ab hoc scelerato consilio avocatus, vel levitate animi, vel studiorum diversitate, vel imminentium suppliciorum metu, vel sensu religionis et conscientiae aegritudine? Quomodo in illo improborum hominum coto non exstitit Judas alter, qui ingentis premii spe certâ illectus, pestilentis illius factionis consilia et fraudes magistratibus et sacerdotibus renuntiaret? Quomodo Apostoli confitcam à se fabulum, non post longum tempus, non in remoto aliquo terræ angulo clanculum insinuant, sed quinquaginta diebus vix elapsi, in ipso rerum illarum theatro, coram gente universâ, coram judicibus ipsis qui Christum morte damnaverunt, promulgare audent? Hæc sanè omnia, et alia ejusmodi que consultò prætermittimus, si quis diligenter ponderaverit, deprehendet, opinor, historiam resurrectionis Christi, si modò vera non fuisset, neque excogitari, neque propagari ab Apostolis potuisse. Proindeq; etiam facti illius non alii testes proferantur, quâm ipsimet Apostoli et Discipuli, summa est hujus testimonij auctoritas, cùm certissimè constet Apostolos neque deceptos fuisse, neque decipiendi consilium inire voluisse, aut etiam potuisse.

II. Resurrectio Christi non solùm à Judeis confutata non fuit, verum etiam ab iis quantumvis invitatis pro verâ habita. Evidem circa factum illud quod palam gestum non est, et cuius Judei ipsi testes non fuerant, non est ab iis expectanda confessio huic similis quâ ceterorum Christi miraculorum veritatem agnoverunt. Ex adverse, cùm intelligerent omnem de

Christi legatione et divinitate controversiam pendere ex illius resurrectione, factum istud nunquam aperte confiteri voluerunt. Verùm illud ita negabant, ut ex totâ eorum agendi ratione faciliè appareret eos veritati cognitæ frustâ obcluctari. Illi enim resurrectionis Christi quan̄ verbis negabant veritatem agnoscere meritò putabant, qui factum illud nunquam confutaverunt, cùm tamen illud, si modò verum non fuisse, confutare debuissent, et facillimè potuissent, quorum præterea agendi ratio omnis seu ante, seu post Christi resurrectionem singulas narrationis Evangelicæ partes confirmat. Atqui factum resurrectionis Judæi non modò non confutaverunt, sed etiam suâ agendi ratione mirè confirmaverunt. Judeorum quidem plurimi intererat sparsum ab Apostolis de Christo redivivo rumorem confutare, cùm illa opinio recipi atque invalescere non posset, sine maximo religionis Judaicæ detrimento, eorumque periculo et infamia qui Christum veluti impostorem supplicio affecerant: nec verò, si modò falso illi rumor fuisse, fraudem revincere difficile erat, maximè cùm sepulcro custodes ipsi Judeorum principes apposuerint, atque ita cadavere post tertium diem exhibito, historie ab Apostolis conficta vanitatem hoc ipso demonstrare potuissent. Verum non modò id non efficerunt, sed confessi sunt in sepulero repertum non fuisse post diem tertium Christi corpus, contenderuntque illud clam ab Apostolis fuisse sublatum. Porrò dūm fatentur corpus Christi in sepulcro quod ipsi custodibus armatis munierant inventum non fuisse, Evangelistarum narrationem confirmant: quod verò addunt de corpore noctu et dormientibus militibus ab Apostolis sublatu, omnes præ se fert fabuke et imposturæ characteres.

Primò enim, uti observat S. Augustinus, quis unquam homines dormientes in testimonium adduxit? Si obdormierant satellites, quis eos docuit corpus furto sublatum fuisse, non verò propriâ vi Christum è tumulo exiisse? Quis deinde in animum sibi induxerit custodes militari discipline assuetos rem tanti momenti adeò negligenter perfecisse, ut ne unus vigil existet, qui, ubi opus foret, socios excitare posset? 2° Nequaquam verisimile est discipulos, homines naturâ et vita conditione timidos, maximo terrore perculos, qui magistrum à Judeis comprehensum vel negaverint, vel ignavè deseruerant, illo mortuo, cùm nihiljam ab ipso sperandum haberent, animos sumpsisse facinusque à Judeis impositum aggressos. Et quamvis eò usque audacie, seu potius dementie, processissent, sperare non debuerunt se inventuros custodes somno sepultos, aut se ingentem lapidem quo speluncæ os obturabatur, sine strepitu dimovere, et corpus exanimè per militum turbam, ipsis nihil animadventibus auferre. Neque etiam suspicari licet eos per cuniculos effossâ humo monumentum ingressos sustulisse corpus; nam præterea quid monumentum in petrâ excisum erat, si res ita contigisset, lapis non fuisse fracto sigillo amotus, nec deseruissant sepulcrum milites, mansissetque telluris excavata et fraudis indicia quibus procul dubio Judeorum Principes

ad revincendos Apostolos usi fuissent. 3° Si corpus furto, dormientibus satellitibus, ablatum fuit, linteamina et sudarium in sepulcro relinqui non debuerunt: in re trepidâ et periculi plenâ non solent fures tempus otiosè consumere in evolventis linteaminibus multâ arte complicatis, ac propter admixta aromata corpori multûm adhærentibus, præsertim cùm involutum linteis cadaver facilius esferri potuisset. 4° Denique cùm fraudis et imposturæ reos esse oporteat vel Apostolos qui Christum propriâ virtute surrexisse, vel Judæorum Princeps qui ipsius corpus furtô sublatum fuisse contendunt, utrumque indeo, studia, commoda, agendi ratio ponderanda sunt. Apostolorum nihil intererat magistri, à quo miserè deceptos se intelligebant, gloriam cum tanto discrimine tueri: Pharisæi verò et Sacerdotes nihil intentatum relinqueret debuerunt, ne Dei legatum et Messiam condemnavisse viderentur. Si ergo *ts fecit scelus cui prodest*, suspicio in Judæos, multò potiori jure quâm in Apostolos cadere debet. Apostolis longè minus quâm Judæorum Principibus præstò erant dvitiae, auctoritas, industria, exteriores fraudis adjuvamenta. Ipsi Judæi sepulcrum satellitibus munierant, et prout libuerat, fraudem omnem ab Apostolis tentandam præcaverat: quapropter audiendi non sunt, cùm aiunt admissam fuisse fraudem quam eos impeditre et potuisse, et voluisse constat. Ab omni impietatis et mendacii suspicione quâm alieni fuerint Apostoli colligitur ex corum vita, scriptis, immo ex Judæorum confessione, qui præter unum illud prætentum facinus, nullum eis crimen imponere ausi sunt: contrà verò Pharisæos, Sadduceos, ac primores populi veluti homines perditissimos qui omnes fidei, pudoris et humanitatis sensus exuerant, in cùm scripsit temporum illorum historiâ exhibet Josephus. 1° Igitur certum manet resurrectionem Christi à Judæis confutatam non fuisse, que tamen confutari studiosissimè dehucisset, et, si vera non sit, facillimè potuisset.

Nunc verò, si consideremus quæ Judæorum seu ante, seu post Christi resurrectionem agendi ratio fuerit, manifestò apparebit quâm ex omni parte accurata sit Evangelistarum narratio. 1° Mortuo Christo, Principes Sacerdotum et Pharisæi Pilatum audeant, iisque verbis compellant: *Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne fortè reuant Discipuli ejus, et furentur eum, et dicant plebi: Surrexit à mortuis; et erit novissimus error pejor priore.* Hie Judæos ipsos testes habemus prænuntiatam à Christo sua resurrectionis: porrò hæc prophetia argumentum est ipsius resurrectionis minimè contemendum. Nisi enim Christus divine virtutis quâ seipsum è tumultu excitare posset, conscius sibi fuerit, hæc imprudenti nec necessariâ vaticinatione fraudem hactenus sat feliciter contextam in apertâ luce collocabat, omninemque sibi post mortem adhærendi Discipulis suis resurrectionem tollebat; præsertim cùm ipsum resurrectionis diem indixisset, atque ita Judæos admonuisset ut à Discipulorum suorum dolis, et artibus caverent.

Deinde illa Judeorum circè prænuntiatam Christi resurrectionem anxietas, non obscura est confessio miraculorum à Christo anteà patratorum. Etenim si Christus dum viveret, nulla edidisset prodigia, emissum ab eo de futurâ suâ resurrectione vaticinum contemplisset Sacerdotes et Pharisæi, nec tam sollicitè sepulcrum custodiri providissent: verentur illi ne, si Apostoli Christum surrexisse dicant, fidem apud multos inveniant, sicque novissimus error exoriarer pejor priore: at incidiens ille rumor de Christo redivivo, iis solummodo non ineptus videri poterat, quos miraculorum anteà patratorum fides, ad fidem novi iustius et inauditi prodigi disponisset.

2° Quæ verò Christi resurrectionem secuta sunt, demonstrant factum illud Judæis ipsis certum probatumque visum fuisse. Namque palam promulgatâ ab Apostolis Christi resurrectione, ita sese gerunt, ut nemo non perspiciat eos vi veritatis opprimi et sue conscientiae repugnare. Neque enim testibus aut indiciis convincere aggrediantur surreptum fuisse à Discipulis corpus Christi, nullum afferunt argumentum patefactæ fraudis; sed quanvis Apostolorum predicatione maximam sibi apud plebem invidiam conflari intelligent, rem totam silentio sepultam volunt. Vident autem Petri constantiam et Joannis, comperto quid homines essent sine litteris et idiotæ, admirabantur..., et vocantes eos denuntiaverunt, ne omniù loquerentur, et docerent in nomine Jesu. Num porrò illâ in Apostolos mansuetudine et clementia usi fuissent Judæi? Num paulò post moderatam Gamalielis sententiam seculi essent, si præstò habuissent argumenta quibus resurrectionis precones fraudis et imposturæ convincerentur? In asseverandâ Christi resurrectione illam simplicitatem et constantiam ostendunt Apostoli que decent testes veridicos: *Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quâm Deum, judecate: nou enim possumus quæ vidimus et audivimus non loqui.* In Judæorum consilis, communionibus universâq; agendi ratione, illam levitatem, trepidationem, dissidentiam deprehendimus cum odio et furore conjunctas, quæ mentes veri conscientias et inimicas argunt.

Dicent fortassis adversarii immerito nos vim facere in factis quorum non alijs testes existunt quâm Scriptores librorum novi Testamenti, negabuntque res eo quo ab ipsis referuntur modo gestas fuisse. Sed huic objectioni facilè occurritur. 4° Omnis illa Apostolorum narratio ad eum sibi ubique constat, adèc verisimiliter ea omnia quæ in illice rerum adjunctis contingere debuerunt exponit, ita consentit cum iis omnibus quæ sive de Judæorum affectibus, sive de primâ Christianismi origine aliunde certè discimus, tam splendidos denique candidi ingenuique animi characteres exhibet, ut æquì rerum aestimatoris fidem impetrare debeat. 2° Facta ex quibus arguimus, non modò publica erant, et Judæis nota, sed erant facta ipsorummet Judæorum quæ Apostoli falsò ipsis imponere non potuerunt. Profectò non commenti sunt Apostoli satellites à Judæorum Principibus sepulchro appositos, et percrebuisse apud Judæos usque in hodiernum diem Christi corpus

noctu à discipulis furto sublatum fuisse : non etiam fixeront se à Judeorum Synedrio in judicium vocatos, reprehensos, admonitos, incarcerateds, virgis cassos. 3° Constat Judicorum Principes contradixisse resurrectioni Christi. Vel igitur iis machinationibus quās sacri auctores referunt factum illud impugnaverunt, vel usi sunt argumentis juridicis et decretoriis. Si posterius, cur nullum superest monumentum aut vestigium invictae illius defensionis ? Cur religio Christiana quæ ipso in ortu, tum veritatis evidenter, tum adversariorum potestate opprimenti debuit, tam celeriter apud Judeos ipsos propagatur, ut post paucos dies, modò tria, modò quinque hominam millia simul huic religioni nomen profiteantur ?

III. Resurrectio Christi cum reliquis historicis partibus adēcō connexa est, ut illā negati, rerum quas deinceps evenissen constat nulla ratio probabilis afferrī queat. Etenim quo certissimè constant : primum, Christi doctrinam, non tam ab ipso Christo, dūm viveret, quām ab ejus Apostolis post ipsius mortem, propagatam fuisse : alterum, quām plurimos Judeos, ut de gentilibus non loquar, novam religionem suscepisse. Jam verò duplicit̄ hujuscē facti nulla probabilis causa excogitari potest, prater certam comportantque omnibus veritatem miraculorum, ac præsertim resurrectionis quā potissimum missionem suam confirmari voluerat Christus.

4° Quod Apostolos spectat, nullo pacto intelligitur eos Christo mortuo curm tanto discrimine adhaerere potuisse, nisi verū fuisse, quod illi uno ore tamque asseveranter contestati sunt, Christum redivivum sibi apparuisse. Concedamus adversarii Apostolos, homines videlicet credulos et imperitos à Christo, quandū vixit, decipi potuisse : at saltem frans illa omnis eodenī quo Christi sumula sepeliri debuit : hominis mortui nulla est potestas, nullæ artes, nullæ præstigia. Igitur qui hactenū decepti fuerant, mortuo Christo deceptorēs facti sunt, sine ullo prorsus motivo, sine spe ullā, imò cum certissimā suppliciorū quibus magistrum sumū affectum viderant expectatione. Dicant aliquando adversarii quāmmā Apostolos personam et indolem tribuendam esse velint. Eosne habebunt, ut homines simplices quidem, sed probos et religiosos ? At neque religio, neque probitas sinebat eos illam fraudem struere, quā religionem avitam destrui, rempublicam misceri, impiam superstitionem induci oportet. Num ambitionē Apostolos impulsi, ut hoc menadō viam sibi ad imperium et famam sternerent ? At ubi intellexerunt rem aliter atque speraverant succedere, debuerunt ab iuficij incepto desistere, et saluti sue erroris confessione, vel saltem dissimulatione consulere. Nec verū totius rei rationem facilius reddent increduli, si Apostolos, vel ut indoctos, imperitos, stupidos, vel ut callidos doctrināque et sapientiāque pollentes exhibeant : impostura enim enīs arguuntur neque à doctis et sapientibus tentari, neque ab imperitis et stupidiis hominibus executū demandari potuisset. Igitur 4° nisi Christi resurrectio pro verā habeatur, nulla singi potest ratio quare, mortuo Christo, ipsius discipuli do-

ctrinam ab illo traditam retinuerint, et cum tante discriminatione promulgaverint.

2° Si falsa vel etiam dubia fuissest Christi resurrectione, non intelligunt quomodo tot Judæi nova religione quæ in facti illius veritate tota posita era, nonen dederint. Videamus enim quo tempore, quibus audientibus, quibusve in rerum adjunctis Christiana religio promulgari coepit. Vix elapsi erant quinquaginta dies ex quo Christus tumulo conditus fuerat, cùm Apostoli in publicum prodeunt, atque inter ipsa Pentecostes solemnia Christi resurrectione audiente populo universo prædicant ; atque ut huic prodigio fidem faciant, prodigia alia coram omnibus edita in memoriam revocant : *Iesum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, et prodigiis, et signis quæ fecit Deus per illum in medio vestri, si uos scitis.* Quæ si facta, et nemini nota fuissent, in tantâ Judeorum adstantium multitudine, ne unus quidem tam impudenti mendacio imponi sibi passus fuisset. Quis tamen fuit primæ istius prædicationis exitus ? Continuò tria, paulo post quinque hominum millia baptismos initiatur; quibus plurimi tum ē plebe, tum ē primoribus, tum ē Synagogā ipsa deinceps se addicunt. Hinc porrò manifestè patet Christianismum ab illis primis susceptum fuisse, qui de veritate factorum quibus ille innititur facilimè ac certissimè judicare potuerunt. Proindeque ortus et propagatio Ecclesiae Jerosolymitanæ spectari debet voluti factum ita indivulgè cum miraculis et præsertim resurrectione Christi connexum, ut in iis solis causam suam et rationem habuerit.

IV. Denique resurrectio Christi negari non potest, quin facta multò magis incredibilis, imò verè impossibilia admittantur. Resurrectio Christi non aliam ob causam incredibilis videri potest, nisi qua consueto naturæ ordini repugnat hominem mortuum ad lucem revocari; et re ipsa nullam fidem mereretur, qui factum eiusmodi sine ullā peculiari Dei providentiā configuisse diceret. At si dicatur illud miraculum in confirmationem veræ religionis divinitus patratum fuisse ; quia minimè repugnat, vel miracula divinitus patrari, vel proponi hominibus divinam religionem, factum resurrectionis neque impossibile, neque etiam incredibile videbitur, si modò idoneis testimoniosis confirmatum fuerit. Considera auctorem, et tolle dubitationem. Vanæ credulitatis arguendus non est qui miraculum credit, sed qui credit sine sufficienti motivo credendi, aut qui, ne credit miraculum, facta admittit quibusvis miraculis incredibiliora. Atqui philosophi illi qui incredulorum nomen affectant, stultè credulos sese exhibent, dūm Christi miracula et resurrectionem agnoscere detrectant : quod manifestum ut sit, consideremus quanam facta, negatā resurrectione, admittenda sint.

Primū, in universo illo negotio nullas fuisse Dei partes contendunt, proindeque omnia quæ tunc sive à Christo et Apostolis, sive à Judæis acta sunt, ad normam legum moralium aestimare debent increduli. At certè, hic multa invenientur à legibus mora-

libus naturalique hominum indole et agendi ratione quam maximè aliena. In hominum natura positum non est, eundem simul esse scelestum impostorem, et virtutis eximium magistrum cultoremque adeò rigidum, ut ob illius susceptam defensionem credulissime morti sese labens devoteat. Utramque tamen in incredulorum systemate Christus personam sustinet; nam et divinam legationem mentitus est, et innumeris fraudulis mendacium illud propagavit, et tamen sanctissima morum præcepta tradidit, vitamque virtuti promovendae in paupertate, in opprobrio, in periculis exactam crudeli supplicio finivit, quod deprecari facile potuisse. In hominum natura et morali ordine positum non est, virum sapientissimum, quem fuisse Christum ipsi deitate negare non possunt, palam renuntiare se triduo post mortem è tumulo excitandum fore, illudque prodigium veluti legationis sua sigillum discipulis et adversariis proponere, cum evidentissimum sit non alio magis argumento fraudem revinci debuisse. Non fortis moralis hominum conditio ut homines quam plurimi è plebe, pauperes, indocti, consilium incaute evertenda patriæ religionis, atque hujus sui consilii fundamenta collocent in fabulâ insulsâ, cuius vanitatem perspectam non habere non possunt illi omnes à quibus eam recipi volunt; ut fabulam illam constanter, uniformiter, et ad mortem usque sponte tolerantur defendant. Judei etiam, sive qui Apostolis crediderunt, sive qui Apostolos persecuti sunt, plurima fecerunt à consuetudine naturæ abhorrentia: illi enim sine ullo motivo, contrâ rationes evidentissimas, et cum maximo periculo crediderunt: isti impostorauit praefocare aggressi sunt; at nullum ex iis quibus id fallacem effici poterat, medium adhucuerunt; imò ita sese gesserunt, ut Apostolorum dictis novani vim addere voluisse videantur. Uno verbo, si quis factum resurrectionis, variasque illius circumstantias et consequentias attente expenderit, deprehendet nihil non actum fuisse contra solitum naturalem rerum humanarum ordinem.

Hinc nondum inter incredulos constare potuit quâ ratione explicanda esset maxima haec que tunc in Iudea contigit rerum conversio. Alii summis laudibus Christum extollunt, haberique volunt veluti virum sanctissimum et eximium virtutis præceptorem; alii ipsum impostoribus annumerare, latamque in eum à Iudeis capitis sententiam probare non dubitant. Hic magnam ingenii vim exquisitamque doctrinam et immodecum ambitionem Christo tribuit; ille eum singit bonum quidem, sed simplicem, superstitioni obnoxium, fanatico astu corruptum neque semper iudicio suo uteretur. Eadem circâ Apostolorum indolem dissensio, ita ut variae distarum hypotheses mutuo sese evertant. Contrâ in systemate Christiano, admisso semel, quem minimè repugnare ostendimus, supernaturali Dei interventu, omnia plana, facilia et sibi consentanea sunt; facta alia ex alijs sponte nascuntur; eam personam Christus, Apostoli, Iudei sustinent quam inducere in his rerum adjunctis debuerunt. Resurrectio Christi eorum omnium, que sive

præcesserunt, sive secula sunt, rationem reddit, estque in illâ factorum catena annulus ita necessarius, ut illa remota, nihil aliud referat hujus temporis historia quam inordinatum congeriem rerum, non modò sine ullis causis, sed etiam contrâ vim causarum moralium effectuarum.

De resurrectione Christi, egregiè inter alios scripserunt Humpherus Ditton: *La vérité de la Religion chrétienne démontrée par la résurrection de J.-C.* Gilbertus Weest: *Observations sur l'histoire et sur les preuves de la résurrection de J.-C.* Thomas Sherlock: *Les témoins de la résurrection de J.-C. examinés et jugés selon les règles du barreau.*

PROPOSITIO III. — *Apostoli illa ediderunt miracula quæ in libro Actuum describuntur.*

Iisdem hic uti possemus argumentis quibus miraculorum Evangelicorum veritatem propositione primâ demonstravimus. Nam edita ab Apostolis miracula facta erant maximi momenti, quibus Iudei Christi interfectores horrendi scleris convincerant: palam patrata fuerunt in ipsâ urbe Ierosolymâ, sub eorum oculis quorū fraudem patefecerunt maximè interclusset quæ, inter cetera, die Pentecostis evenerunt innumeros ex omni natione collectos testes habuerunt: referuntur eadem miracula à teste oculato cum eis honeste fidei et veritatis characteribus qui in Evangelistarum narratione observati sunt: à Judeis denique non vindicentur in controversiam adducta fuisse, inò ex Principi et Sacerdotum universâ agendi ratione, meritò concludimus eos de prodigiis illorum veritate minime dubitavisse. Verum in instituenda illâ probatione quam ex dictis propositione primâ colligere facile est non immorabitur, sed miracula ab Apostolis edita probabimus duplaci argumento, quorum prius ductum erit ab eventibus qui Apostolorum predicationem secuti sunt, alterum à testimonio D. Pauli cuius ad fidem Christianam conversio, et ipsa egregium est miraculum, et miracula ab Apostolis edita invictè confirmat.

1° Igitur certissimè constat in celeberrimis Orientis urbibus, in ipsâ urbe totius orbis principe, Româ, fundatas fuisse ab Apostolis Ecclesias apud quas recepta erat miraculorum ab Apostolis editorum opinio. Jam verò si plurimi tum è Judeis, tum è gentibus ad Christianam religionem adducti fuerint, auctoritate quam sibi ob patrata miracula vindicant Apostoli, manifestum est miraculorum illorum veritatem diserto primorum omnium Christianorum testimonio confirmari; et nisi singamus eos omnes mente et sensibus captos fuisse, nihil est quod tam unanimè tot hominum testimonio opponere valeamus. Profectò qui negat miracula ab Apostolis edita fuisse, is unum ex iis tribus defendere debet: aut nusquam extitisse Ecclesias ab Apostolis constitutas, aut Apostolorum miracula admissa non fuisse à primis antiquarum illarum Ecclesiarum Christianis, aut denique miracula haec pro veris inter Christianos habita fuisse, quanquam falsa et fictitia essent. Porro difficile est dicere quanam ex triplici illâ hypothesi mihi absurda sit.

Prima quidem *invictè* confutatur tum testimonio scriptoris coetanei libri Actuum Apostolorum, qui Ecclesiarum ab Apostolis constitutarum Jerosolymis, Samariæ, Cœsareæ, Lydæ, Saroni, Antiochiae, etc., originem, initia, progressus accuratè describit; tum Epistolis omnibus in novum Testamentum relatis, que nominibus Ecclesiarum in Asiam Minori, in Græciâ, in Galatia, in Macedoniâ et Italiam florentium inscribuntur; tum constanti Ecclesiarum plurimarum traditione quæ primam suam originem continuâ episcoporum successione ad Apostolos ipsos referebant; tum denique testimonii auctorum profanorum Taciti, Suetonii, Plinii Junioris, qui cùm apostolicis temporibus ferè æquales essent, observant suâ aetate jam ubique invaluisse christianam Religionem.

Secunda hypothesis non solum repugnat historia libri Actuum Apostolorum quæ manifesta præ se fert candoris et veritatis indicia, sed cùm manifeste revincitur ex omnibus D. Pauli Epistolis, in quibus illæ edita à se miracula frequenter commemorat, veluti facta fidelibus omnibus apprimè nota. *Et ego, inquit, cùm venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientie...; sermo meus non in perspicillibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione Spiritus et virtutis* (id est, in prophetis et miraculis), *ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed et in virtute et in Spiritu sancto, et in plenitudine multæ, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo et factis, in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti. Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Quæ cùm initium accepisset enarrari per Dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est contestante Deo signis et portentis, et variis virtutibus et Spiritu sancti distributionibus, secundum suam voluntatem. Adeò tum frequens erat apud Christianos miraculorum edendorum potestas, ut cam inter catena Ecclesiae ministeria enumerare non dubitet Apostolus. Quodcumq[ue] posuit Deus in Ecclesiâ, primum Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationis, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Imò ne ex donorum supernaturalium frequentiè aliqua inter fideles exoriretur confusio, quo ordine illa usurpanda essent, præcipit Paulus: *Qui loquitur lingua, oret ut interpreteur.... Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor.... Itaque linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: Propheta autem non infidelibus, sed fidelibus.... Cum conveniis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet; omnia ad ædificationem fiant.... Itaque, fratres, æmutamini prophetare, et loqui linguis nolite prolibere. Hæ certè Apostoli preceptiones ostendunt hanc rara exstitisse in Ecclesiâ Corinthiensi, atque adeò in catenis Ecclesiis dona illa linguarum, propheticæ, interpretationis. Constat igitur ex D. Pauli Epistolis rece-**

ptam fuisse à primis fidelibus opinionem miraculorum ab Apostolis editorum. Idem etiam testantur scriptores omnes avi apostolici et subsequentium temporum: nec certè liber Actuum apostolicorum pro genuino ac divinitus inspirato admitti potuit, quia etiam tanquam vera admissa fuerint quæ in illo referuntur miracula.

Tertia denique hypothesis quæ diceretur miracula Apostolorum pro veris inter Christianos illius aetatis habita fuisse, quanquam falsa et fictitiae essent, confutata manet iis omnibus rationum momentis quibus supra demonstratum est Apostolos circa miracula Christo attributa decipi non potuisse. Miraculorum illorum ea est natura, ea notorietas, is splendor et numerus, ut nullus errori, fraudi, deceptioni locus subesse queat. Nor mo tantum in loco, nec semel aut iterum, nec iisdem paucis testibus patrantur, sed ubicumque Ecclesiæ constituantur, per plores annos continuos, apud infinitam hominum multitudinem diversis procul dubio oppositisque studiis, opinionibus, præjudiciis occupatorum? Prodigia illa in Pakestînâ, in Asiam, in Græciâ, in Italiam fidem inveniunt. Illa agnoscunt Judei quā plurimi et Gentiles qui illis permoti religionem patriam abdicant. Multò plures equidem Apostolorum doctrinam non suscipiunt: at ii minime negant facta ab illis miracula, sed alias incredulitatis sua causas habent, disciplina Christianæ severitatem, vim antique consuetudinis, pericula novæ religionis professoribus imminentia, humilém Christi et Apostolorum conditionem, aut alia huiusmodi præjudicia quibus vel à suscipiendâ, vel etiam ab examinanda Christianâ religione deterrebantur. His præjudiciis superari potuisse miraculorum vim facile intelligitur; at eadem præjudicia sine miraculorum vi superata fuisse nemo concipiet. Ergo Apostolorum miracula omnium qui vel apud Judeos, vel apud gentiles Christo nomen dederunt fide probantur, neque confutantur aliorum incredulitate. Itaque propositiones tripli huic deistarum hypothesi contraria triple factum citrè controversiam omnem positum enuntiant: 1° Ecclesiæ quæ plures ab ipsis Apostolis fundatas fuisse; 2° Apostolos à primis fidelibus habitos fuisse, veluti homines supernaturali virtute instructos; 3° non aliud fuisse illius Christianorum opinionis fundamentum, quā perspectani exploratamque veritatem prodigiorum ab Apostolis editorum.

2° Miraculorum eorumdem veritas invictè probatur testimonio D. Pauli et mirabili illius ad Christianismum conversione. Quà ratione ad fidem quam ardentissimè persequebatur suscipiendam adductus fuerit Paulus, relatum habemus tum à Luce, Actuum apostolicorum auctore, Paulique individuo comite, tum à Paolo ipso modò Judeos, modò regem Agrippam et Festum Proconsulem allocuente. Jam vero vel agnoscendum est veram esse illam relationem, vel Paulus habendus est veluti impostor, qui conficiat à se fabulum obtrudit, aut veluti fanaticus qui neque visa, neque auditæ se vidisse atque audivisse imaginatur, ac firmissimè sibi persuadet. Atqui neutrum cum aliquâ veri specie supponi potest.

1^a Dici nequit hanc suæ conversionis fabulam à Paulo confitam fuisse, cuius inveniendæ nullum motivum habuit, et cui fidem facere nunquam potuisset. Atqui 1^a nullum hujus fabule inveniendæ Paulus motivum habuit. Fraudis et imposturæ motiva sunt ambitione, gloria aut divitiarum cupiditas, vite jucundæ et liberioris desiderium. Porrò à vitiosis illis affectibus immunem fuisse Paulum meritò concluditur, tum ex illis pietatis, honestatis, moderationis sensibus qui ubique suis in Epistolis emitent, tum ex illâ securitate et fiduciâ quâ suum apud varias Ecclesias ministerium commendat, tum ex universâ vita suæ serie in paupertate, humilitate, laboribus, periculis, persecutio- nibus exactæ. Deinde verò, si vel potestati, vel glorie, vel opibus aut voluptatibus comparandis studuisset, non certè deseruisset Judæorum factionem opulentam et potentissimam, cuius favorem interperantî suo adversus Christianos zelo jam obtinuerat, ut partes sequeretur sectæ contempta et invidiosæ cuius auctor paulò antea probrosa morte affectus fuerat, que ex hominibus è mediâ plebe collectâ, pauperibus, indocilis, timidis coalescet, ex quâ nihil horum expectari poterat que hominem ambitiosum, et gloriæ cupidum movere solent, que denique omni seu divinâ, seu humana ope destituta, à Judæorum Principibüs et magistratibus certè opprimenda et penitus extingueda videbatur. Primas in hujusmodi hominum cœtu tenere, non adeò magnum aut præclarum erat: nec tamen illad sperare potuit Paulus, qui non ignorabat Christum suam omnem potestatem Apostolis, primumque inter eos ipsos locum Petro reliquisse. Quid igitur ex suâ ad Christianos affectione sibi ad promittendâ debuit? quid verò, nisi ignominiam et persecutions que primos omnes Christianos manebant? quid nisi carcere, cruciatus, mortem quam non multò antea, teste et consentiente Paulo ipso, Stephanus perpessus erat? Atque è magis se Judæorum furori obnoxium fore intelligere debuit, quid in defectores et apostatas vehementius odium excitari solet. Ceteros Apostolos utcumque excusatos reddebat necessitudo et amicitia quæ ipsi cum Christo intercesserat, Paulus verò in sectâ Pharisæorum à Gamaliel institutus, qui etiam à Principe Sacerdotum epistolas et potestatem Christianos vincendi mox petierat, Paulus hinc sua perfidia omnium Judæorum indignationem et furem in se potissimum convertebat.

Deinde huic fabule fidem facere nunquam potuisset Paulus sive apud Judæos, sive apud Christianos ipsos. Non quidem apud Judæos quibus summo perè discipuli- cere debuit illa Pauli apostasia, qui proinde nihil omiserunt, ut prodigiū ab ipso conficti vanitatem demonstrarent. Illud autem confutare aut difficile erat, cum iuxta ipsam Pauli narrationem, comites qui sibi iter facienti aderant, quique procul dubio *minus et cædem in discipulos Domini etiam spirabant*, lucem è celo fulgentem vidissent, in terram decidissent, Paulumque subito oculis captum manu Damascum deduxissent. Si nihil horum contigit, Pauli comites impostaram revincere debuerunt, que tamen adeò confutata

non est, ut post aliquos annos rem omnem coram Agrippâ rege confidenter renuntiante Paulo, fatetur rex parùm abesse quin Christianus fiat, ipse verò et Festus proconsul agnoscant nihil vinculus aut morte dignum admissum à Paulo fuisse. Judæi saepè caluniis, seditionibus Paulum opprimere aggredirentur, eum violente religionis et tranquillitatis publice accusant, non mendacij et imposturæ: imò cùm audiente populo conversionis sue rationem exponeret, nemo contradicit, ast omnes reum mortis clamant, quod se ad nationes missum dixisset. Ergo Judæi prodigia in Pauli conversione edita, si non apertè confessi sunt, saltem negare non potuerunt; que si sint conficta, ineptè admodum, et sine ullâ spe fidei inveniendæ conficta fuissent. Nam neque ab ipsis Christianis hanc suam fabulam admittendam fore Paulus confidere potuit. Quamvis enim cause Christianæ fraus illâ favere videretur, Apostoli tamen et Discipuli timere debuerunt ne novus ille proselytus quem sibi bactenus infinitissimum fuisse sciebant, insidias ipsis et dolos strueret. Nimurum cùm ipsimet impostura sue consci essent, minimè existimare potuerunt tanto prodigio confirmatam fuisse falsam quam predicabant religionem; sed neque etiam prudentia, que in impostoribus nimia esse nequit, sinebat ut Paulo prodigium illud narranti credere viderentur, et cum ipso consilia communicarent, ne ille detectas per fraudem et simulatam conversionem Christianorum artes Judæis patefaceret. Reipsâ Christiani quibus res ad Damascum geste salis comperte non erant, Paulum suspectum haberunt: *Cum enim venisset in Jerusalem, tentabat se jungere Discipulis, et omnes timebant eum, non credentes quod esset Discipulus.* Itaque fraus à Paulo inventa ejusmodi erat que neque apud Judæos, neque apud Christianos fidem obtinere potuisset: atiundè nullum habuit motivum illius inveniendæ. Ergo Paulus fraudem molitus non est, nihilque nisi ex bona fide et intimâ persuasione retulit.

2^a Intima illa persuasio et bona fides non nisi ex certâ et apprîmè perspectâ veritate oriri potuit. Etenim ex Pauli scriptis et universâ agendi ratione apparebat ipsum non omnis sensus et intelligentia expertem fuisse; nullum in ipsius indole et ingenio deprehenditur indicium perturbare mentis et imaginacionis sine lege furentis quæ hominibus faunico astu correptis imponere solet. Contrà, prudentem Ecclesiarum rectorem, eximium virtutis præceptorem, intrepidum veritatis præconem, hominem, non solum sui semper compotem, sed iudicio, sapientiâ, moderatione plenum agnosceret, qui vel levissimè ipsius Epistolas aut acta perlegerit. Præterea illa animi dispositio quæ quis res minime visas et auditas videre se et audire imaginatur cognitionem quamdam habere debet cum opinionibus, præjudiciis, affectibus quibus antea imbutus, et preoccupatus erat. Porrò Pauli affectus, præjudicia, opiniones, consilia cum Damascum, iter facaret, *sprans minarum et cædis in Discipulos Domini*, repugnabit quâ maximè iis omnibus quæ tunc experiri sibi viuis est: nec verò religionis Christianæ

contemptor et hostis acerius ita mente affectus erat, ut sibi per imaginationem fingeret mediâ die Christum in celo magnâ cum luce apparentem, et loquentem audire existimaret. Tam subita animi omniumque affectuum conversio ab eo solo profici potest qui, ut ait Augustinus, *hominum voluntates magis habent in sua potestate, quam ipsi suas*. Verum etiamsi concederemus nihil hic nisi per imaginationem et delirium contigisse, quæ deinde secuta sunt hæc ratione explicari nequeunt; visio Ananiae oblata, Pauli et Ananiae congressus, oculorum usus Paulo redditus, ut de illius itineris comitibus nihil dicam, quorum imaginationem eodem morbo laborare oportuisset. Reliqua Pauli historia reserta est miraculus innumeris, quæ, si vera sint, probant vera etiam esse que ad Damasum contigerunt; si falsa, tribui etiam debent causa eidem entusiasmo. Atqui posterius prorsus repugnat, tūm quia nemo usque ad eō insanit, ut sibi persuaderet se agros sanare, mortuos excitare, exterisque ejusmodi publica et manifesta portenta saepius et per annos continuos operari, qui nihil eorum efficieret tūm quia si quis tam insanabili morbo ægrotaret, is certè novæ religione propagandæ idoneus non foret, neque ea loqueretur aut scriberet, quæ à Paulo dicta et scripta non sine admiratione legimus.

Denique si Paulus fanatici cujusdam furoris impetu ad religionem Christianam adductus fuisset, eudem fureno scensus doctrinam ad arbitrium depravatae imaginationis conficiam, incohærente, mutataque in dies prædicavisset: quænam enim in hominis fanatici somniis et deliris constanta esse potest? Illuminationis divinæ sibi conscius exterorum Apostolorum documenta sprevisset, sibique aliquid religionis sistema effluxisset aliorum systemati minimè consonantum. Idque eò faciliter exequi poterat, quod non ut cæteri Apostoli, Jerosolymis, et apud eos qui Christum viderant, sed in regionibus dissitis, ubi Christi nomen nequidem auditum fuerat, apostolatus, non ab hominibus, ut ipse gloriat, sed à Deo sibi commissi munia obiret. Si non ipsa animi levitas, si non ambitio et desiderium nova cuius princeps foret secta instituenda, certè ipsa doctrine Christianæ natura ad eō excelsa et intellectu difficultilis aliquam diversitatem inducere debuit in Pauli et ceterorum Apostolorum prædicationem. Porrò legimus quidem Paulum circè cæreniarum legalium observantiam cum aliis quibusdam non consensisse, imò ipsum Cephe, seu Petrus coram omnibus, in facie restitisse, quod argumento est eos communicatis consiliis, et ex condicto, impostorum more, non egisse: at controversia illa brevi tempore sopita est, et in reliquis seu fidei, seu disciplina moralis et ecclesiastice capitibus, Paulus Apostolos omnes conscientes nunquam non habuit. Imò, quæcumque pergeret, *dognata que erant decreta ab Apostolis et Senioribus qui erant Jerosolymis observanda præcipiebat*. Igitur multipli et invicta ratione constat Pauli conversionem ex eo entusiasmo imaginacionique fervide et depravatae tribuendam non esse: constat aliundē ipsi factum illud narranti imposturam

erimen objici non posse; ergo divi Pauli ad fidem Christianam conversio miraculum est splendidum, quo omnia ceterorum Apostolorum et ipsiusmet Christi miracula egregiè confirmantur. Argumentum illud eleganter exponit Mylord Littleton, libro inscripto: *La Religion Chrétienne démontrée par la conversion et l'apostolat de S. Paul*, ex quo pauca haec decerpsumus.

Obj. 1° adversus primam propositionem. Evangeliorum auctores in multis inter se non consentiunt. Facta alia apud Matthæum, alia apud Lucam, alia apud Joannem referuntur, imò facta sèpè eadem legitur cum variis et oppositis circumstantiis, ut videre est, presertim in narrationibus resurrectionis Christi qui secum vivit ac ne vix quidem conciliari valent, et in duplice Christi genealogiâ quorum una à S. Matthæo, altera à S. Lucâ describitur, sed adeò discrepantes, ut alterutram saltem falsam esse omnino oporteat. Etenim juxta Matthæum, Joseph vir Mariae filius est Jacobi qui ipse ab Abiud Zorobabelis filio ortum ducebat: apud Lucam verò, Joseph filius est Heli, cuius majores retrò recitantur usque ad Re-sa, alium filium Zorobabelis. Deinde in utrâque genealogiâ reperitur Salathiel, sed hunc Matthæus Je-choniac filium fuisse tradit, qui genus à Davide per Salomonem et cæteros reges ducebat; contrà verò Lucas Salathieli parentem facit Neri, ex Salomone etiam, sed per Nathan oriundum. Ita Isaac Orobio apud Philippum à Limborck, Woolston, Voltaire, etc.

Resp. ad primum, maximam esse tūm in historiæ summâ, tūm in omnibus doctrine partibus Evangelistarum consensionem. Facta eadem ab omnibus non referuntur, neque etiam referri oportuit, alioquin non quatuor Evangelia, sed unum duxatax scribendum fuissest: imò id consili habituisse videntur Lucas et Joannes, qui posteriores scripserunt, ut facta à Matthæo et Marco omissa colligerent, sive perfectiorem historia Christi complexionem ederent. Diversas etiam factorum corundem circumstantias nonnunquam referunt, sed minimè oppositas; aut si aliquando facta similia cum circumstantiis oppositis describant, probari nequit eos de uno eodemque facto locutos. Illa Evangelistarum circè historiæ summam concordia eos veritatem secutus fuisse ostendit; diversitas vero in quibusdam factis et circumstantiis indicat eos non scripsisse collatis consiliis, quod impostores consueverunt. Habemus duplœm primorum Cæsarum historiam à Tacito et Suetonio adornatam, habemus etiam Dionis Cassii breviaria duo à Xiphilino et Theodosio compacta, in quibus similis reprehenditur convenientia et inconvenientia. Eventus præcipui ab utrisque describuntur et eodem modo, sed multa ab uno minutius relatibus altero prætermittuntur; nec tamen sequitur, aut Tacitum cum Suetonio, aut Xiphilinum cum Theodosio pugnare. Sic vita Christi Evangelistis scribendi exemplar et materies fuit, ut historia Cæsarum Suetonio et Tacito, ut Dionis opus Theodosio et Xiphilino: quemadmodum illi Evangeliste res majoris momenti referunt et eodem modo, neque sibi contradicere exi-

stimandi sunt, vel cum factum ab uno omissum ab altero recitur, vel cum e pluribus facti ejusdem circumstantiis, alter illam ut sibi notiorem et scopum magis convenientem seligit.

Ad secundum dicimus facilè secum conciliari posse diversas, et in speciem oppositas, Evangelistarum relationes circè nonnullas resurrectionis Christi circumstantias et eventus qui illam subsecuti sunt. Etenim contrarietas omnis evanescet, si supponatur, 1^o mulieres de quibus Evangeliste, nec omnes simul, nec eodem tempore, nec semel ad Christi sepulcrum profectas fuisse; 2^o plures angelos apparvissse; 3^o eos dem nunc visibles, nunc invisibilis sese præbuisse; 4^o facta hæc à diversis mulieribus ad diversis temporibus Apostolis renuntiata fuisse; 5^o duplice fuisse Christi apparitionem mulieribus factam; 6^o denique Petrum bis ad sepulcrum accessisse. Illæ omnes suppositiones, ut dilucide ostendit Gilbertus Werst libro suprà laudato, in ipsis Evangelistarum narrationibus fundamentum habent, verisimilitudine non carent; imò consentiunt cum illâ mentis perturbatione in qua post Christi mortem versabantur Apostoli et mulieres que illi adhaeruerant; tandem iis admissis exurgit è quaduplici Evangelistarum narratione historia resurrectionis accurassissima et ab omni contradictionis suspicione purgata. Consulatur doctiss. Hooke. Tomo 2, pag. 365 et sequentibus.

Ad tertium respondemus 1^o nullam inter duplēm hanc Christi genealogiam pugnam admittendam fore, etiam si nodum hunc solvere nullà probabili ratione possemus, tūm quia credibile non est Matthæum et Lucam hanc sua historiæ partem tam negligenter seripsisse, ut sibi in re apertâ, facili et omnibus obviâ contradicere voluerint; tūm quia, ut observat Philipps a Limborch in amicâ sua collatione cum eruditio *Judeo*, nemo nescit in rebus genealogicis et chronologicis sc̄pē contingere, ut post longum temporis intervallum multa explicati difficulti occurrant, que dūm scriebantur, nihil obscuritatis videbantur involvere, pluribus scilicet tūm cognitis rerum circumstantiis quarum memoria ad posteros transmissa non fuit. Qui gnari sunt morum populi *Judaici*, inquit Grotius in caput III Luce, sciunt multas esse posse genealogias quæ pugnare videantur, nec tamen pugnant, idque non uno modo accidere solere, ut ex iis libris quos *Judei nobiscum agnoscent*, facile est probatu. Cujus rei exempla reperiuntur presertim in libris Regum et Paralipomenon, ubi earundem personarum genealogiae, sed nonnunquam diverse, habentur.

Verum 2^o apparentis hujuscemus contradictionis tollenda duplex ratio afferri potest. Primam explicacionem accipimus à Julio Africano apud Eusebium, *Histor. Ecclesiast.* 1. 4, c. 7. Videlicet in ea opinione quam sancti Patres calculo suo comprobaverint, duplēm Josephi genealogiam texerunt Matthæus et Lucas, iste legalis, iste naturalis. Quod ut intelligatur, recolendum est ex lege que Deuter. XXV, 5, habetur, apud *Judeos* morem invaluisse, ut frater uxorem fratris sine suscepis liberis mortui duceret,

atque ita *suscitaret semen fratris sui*; quo posito, filii ex secundo illo conjugio natus duplēm patrem quodammodo agnoscebat, naturalē à quo procreatus erat, et legalem cuius hereditas et jura omnia ad se pertinebant. Itaque supponit Africanus Jacobum duxisse uxorem Heli ut juxta Deuteronomii legem *suscitaret ei semen*, adeòque Josephum ex eo conjugio prognatum, fuisse filium naturalem Jacobi et habuisse atavos naturales recitatos à Matthæo, ac simul fuisse filium legalem et heredem Heli eorumque omnium quos Lucas appellat. Verum neque id difficultatem solvit; Jacobus enim et Heli fratres non erant, imò ne cognati quidem, cùm per annos circiter quingentos nullum communem parentem habuisse deprehendantur, atque ita Jacobus jure Leviratus uxorem Heli sibi conjungere potuisse non videtur. Respondet Africanus ac supponit Jacobum et Heli fuisse fratres uterinos prognatos ex eadē matre que Mathan et Mathat successivè nuperat. Verum in hac expositione id etiam incommodi superest quod jus Leviratus extendat ad fratres uterinos, quod nullib[us] receptum fuisse videtur, seu lege, seu consuetudine *Judeorum*; nisi quis dicat illud quamvis lege minimè prescriptum, tunc temporis obtinuisse, quemadmodum è Ruth IV, apparet ius Leviratus ad consanguincos extensem fuisse, quamvis lex Deuteronomii fratres tantummodò respiceret. Illius Africani sententia substantiam ipsam retinet Grotius, at rem universam ex veteribus quibusdam traditionibus aliter exponit, loco suprà citato.

Alia erit, utrumque Evangelistam conciliandi ratio à verisimilitudine nullo modo aliena, si dicatur Josephi à Matthæo, Marie verò genealogiam à Lucia exhiberi. Videbilec hæc voces apud Lucam, ut *putabatur filius Joseph*, parenthesis includende sunt, ita ut quæ sequuntur: *qui fuit Heli, qui fuit Mathat, etc.*, non referantur ad Josephum, sed ad Jesum, et hic sensus sit, Jesum qui putabatur filius Joseph, fuisse re ipsa filium Heli, filium Mathat, filium Levi, etc., qua certè Interpretatio textui græco minimè repugnat. In hac sententiâ Jesus dicitur filius Heli, nomine matris pretermisso pro *Judeorum* more, quia Heli pater erat Mariæ: Heli quippe, seu Eliacim idem est nomen ac Joachim, et juxta antiquissimam traditionem à S. Epiphanio asservatam, Maria Joachim patrem habuit. Nec verò ille loquendi modus quem lujs interpretationis autores Luca tribuunt, apud Hebreos omnino insuetus est. Nam eodem modo exponi debet versiculus secundus cap. XXXVI Genesios, ubi Hebrei *Oolibamah bath Anæ, bath Tsibeon* non significant *Oolibamah filiam Anæ, filia Sebcon*, sed *filiam Anæ, filiam Sebcon*, siquidem ex versibus 24 et 25 placuit est Anam virum fuisse filium Sebcon et patrem Oolibamæ. Ceterū dicit etiam potest Josephum apud Lucam nuncupari filium Heli, eo quod ejus filiam Mariam conjugio sibi devinxisset, quippi in usu positum est, ut genere filius appellari possit. Eamque genealogia Christi instituenda ratione secutus est Lucas, tūm quia Christus magis proprii filius erat Heli quām Josephi, tūm quia aliam genealogiam per Josephum à Davide ductam

Matthæus texuerat, et meritò existimavit Lucas opera se pretium facturum, si ostenderet Christum per matrem etiam genus ad Davidem referre.

Quod verò ad Zorobabelē et Salathielem attinet qui in utrāque genealogiā commemorantur, dici potest vel utrumque duplēcē patrem agnoscere, alium naturalem, alterum legalem, quemadmodū de Josepho exponit laudatus mox Africanus, vel extitisse in linea Nathani Salathielem et Zorobabelē diversos ab iis qui in linea Salomonis reperiuntur. Quidquid sit, duplex illa Matthæi et Luce genealogia descripta procul dubio erat ex publicis Judeorum tabulis, in quas si ob omissa, addita, aut mutata quedam nomina mendacium aliquod irrepererit, Evangeliorum auctoribus tribui non debet.

Obj. 2° In Evangelii reperiuntur errores manifesti. Luce II haec leguntur: *Factum est autem in diebus illis, exit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis: hoc descriptio prima facta est à praeside Syriæ Cyrino.* At constat nullam descriptionem orbis anno quo natus est Christus factam fuisse. Quippe juxta Suetonium, *censum populi ter egi Augustus, primum ac tertium cum collega, medium solus: et ex monumento Ancyranō apud Gronovium colligitur priorem censem anno Julianō 8, ante æram vulgarem 23, habitum fuisse; secundum, anno Julianō 58, ante æram vulgarem 8; tertium, anno Julianō 59, Augusti ultimo et æram vulgarem 13.* Porrò Christum anno ante æram vulgarem 5 natum fuisse communis ac probabilior fert opinio. Deinde Cyrius à quo factam fuisse descriptionem hanc ait S. Lucas, tūm temporis Syriam non gubernabat. Constat enim, tūm ex Josepho *Antiquit. I. XVII. c. 7,* tūm ex nummis pluribus apud Eminentiss. Norisium in *Epochis Syro-Macedonibus*, Quintilium Varum Syriae præfuisse anno ante æram vulgarem 6. Denique Josephus silet hanc Judæe descriptionem sub Herode à Cyriō factam, in modo censem actum à Quirinio, seu Cyriō refert ad annum ærae vulgari 7, mortuo jam à decem annis Herode. Errat igitur Lucas qui censem hunc Quiriniū, regnante Herode, habitum fuisse dicit.

Cædes infantium Bethleemitanorum mera fabula esse videtur, tūm quia facti adeò singularis meminisset Josephus qui omnia ab Herode crudeliter gesta commemorat, tūm quia immanis illa Herodis scævita seditionem aliquam excitasset ab historicis minimè prætermittendam, tūm quia alia et certiora media habebat Herodes Christum infante interficiendi. Et certè vel existimabat illè vera esse quæ Magi de Jesu ad se re-tulerant, vel non: si primum, puerum à sacris vatisbus pronuntiatum, tot signis conspicuum venerari et adorare; si secundum nascentem fraudem contempnere, aut senioribus certè mediis illis occurtere debuit. Notatu etiam dignum est facti illius mentionem non extare apud Marcum, Lucam et Joannem.

Joan. II. 20. Sic Judæi loquentes inducuntur: *Quadragesima et sex annis adificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitat illud?* Quibus verbis manifestus error continetur. Nam Herodes illius templi

conditor regnavit solummodo annis 37, atque, ut tradidit Ben-Gorion, octo annorum spatio templi adificium absolutum fuit.

Marci II. 23, dicitur David panes propositionis acceptipisse ab Abiathar summo pontifice, cùm tamen constet, non Abiathar, sed ejus patrem Achimelech tūm summo pontificatu functu fuisse.

Joan. denique V. 2. De probatâ piscinâ prodigia multa leguntur, quæ mirum est à Joanne solo referri. Miraculum illud lacent ceteri Evangeliste. Tacet Josephus qui temporum illorum historiam fusiori calamo persecutus est; hujus nulla neque in Thalmude neque in Judeorum traditionibus mentio deprehenditur. Præterea, si tam promptum adversus quamcumque infirmitatem remedium Judæi habuissent, nullus in regione universâ agrotus superfluisse, neque ullam ferè miraculorum materiem Christus reperiret.

Resp. in Evangelistarum narratione nullum deprehendi errorem historicum. Ad primum, negari non potest quin ipso anno nativitatis Christi, universi orbis, seu totius imperii Romani descriptio jussu imperatoris Augusti facta fuerit. Nam præter testimonium S. Lucæ scriptoris coetanei quem ad factum hujusmodi confingendum nulla ratio movebat, constat rem adeò certam visam fuisse, ut Justinus et Tertullianus ad publicas censos illius tabulas provocare non dubitaverint. Si verò circè censos illius epocham difficultates quædam subiöne enatae sint, tribuenda ille sunt antiquitati temporis et monumentorum authenticorum inopiae. Verisimile est censem à Lucâ memoratum eum ipsum esse quem secundum appellat Suetonus, qui licet anno ante æram vulgarem octavo ab Augusto decretus fuerit, potuit certè, tūm propter rei suspecte difficultatem, tūm propter rationes alias non nisi anno abhinc tertio, qui ipse nati Christi annus est, in Syria et Judea perfici. Quod attinet Cyrium quem tunc temporis Syriae non præfuisse contendunt adversarii, multiplici ratione Lucas cum Josepho conciliari potest. Unam solummodo exponemus quam Luce phrasis græca suppeditat. Videlet cùm vox πρῶτος primus, tūm apud sacros, tūm apud profanos scriptores pro voce πρότερος prior usurpari soleat, locus ille ita reddi potest: *Hoc descriptio prior facta est quam illa praesidia Syriae Cyrini,* seu ad litteram *prior praeside Cyriño,* id est, antequam Syriae præcesset Cyprus. Quo posito, nulla, ut patet, superest inter Lucam et Josephum contradic̄tio. Si quis verò postulaverit cur Lucas eò loci Cyrini censusque deinceps ab eo habiti meminerit, ratio est quod posterior ille census celebrior apud Judæos fuerit, ut potè qui ansam præbuerit varijs seditionibus quas commemorat Josephus *Antiquit. I. XVIII.* et ipse net Lucas Act. V. 57.

Ad secundum, nihil causa est cur cædes Bethleemita in dubium vocetur. Eam refert Matthæus, non modò sine ullâ mentiendi ratione, sed cum certo fidei in ceteris rebus amittende periculo, si modò de facti illius veritate non constitisset. Matthæi narrationem confirmari suprà vidimus testimonio Macrobii, seu po-

tius Augusti imperatoris. Cetis hujusmodi auctoritatibus, et argumento positivo frustra opponitur silentium vel Josephi vel ceterorum Evangelistarum. Si, ut contendunt adversarii, genuinum non sit celebre Josephi de Christo testimonium, mirum ipsi videri non debet prstermissum ab illo fuisse factum quod reserue non poterat, nisi illius occasionem et Herodis consilium exponeret, ac proinde verba faceret de Christo cuius tamen historiam ne attingere quidem voluisse Josephum dicere coguntur adversarii. Si vero, ut nos existimamus, Christum egregiis quideñ, sed generalioribus verbis semel commendavit Josephus, arbitramur tamen eum minime voluisse particulares Christi actiones describere, et consultò omissemus tunc eadem Bethlemiticam, tunc facta alia non minoris momenti. Ceteri Evangeliste factum illud silent; at neque omnes vita Christi casus singuli referendos suscepunt, neque dubitari potest quin Evangelium Matthei, quod primum omnium exaratum fuit, aliis novi Testimenti scriptoribus cognitum et probatum fuerit. In manu illam Herodis sevitiam credibilem faciunt plurimi alia ejusdem facinora quæ apud Josephum leguntur. Nec multum resert scire utrum tyranus metu, impotenti ambitione et nativâ crudelitate execratus certiore aliam Christi intercidendi viam seligere potuisset. Ipsi certè nulla dubitandæ ratio erat quin promiscua illâ cœde invitus infans cum ceteris periret. Magorum relationi, Prophetarumque oraculis nullam fidem adjiciebat Herodes Iudaice et cuiusvis religionis contemptor: at verebatur ne Iudei quibus valde invisum se esse intelligebat, illis crederent atque hinc rebellandi occasionem arriperent. Namque infantem hunc è stirpe Davidicâ oriundum constabat, et prophetia de Messia venturo ita vulgo à Iudeis accipiebantur ut imperium Herodi alienigenæ et Idumæo auferendum, Davidisque nepoti restituendum existimaretur.

Ad tertium, quamvis Herodes intrâ octo annos templi adiçsum ita promoverit, ut sacris usibus aptum fuerit, quemadmodum tradit Josephus Ben-Gorion, scriptor ceteroquin sublestæ fidei, constat tamen ex multiplici Josephi loco non omnino absolutum idem adiçsum temporibus Neronis, nulloque tempore desulsi operarios qui templum augerent et perficerent. Iudei Christum alloquentes numerabant omne illud tempus quod elapsum erat à jactis fundamentis anno Herodis 18: illud vero tempus annos 46 complectebatur. Nam Herodes templi adiçsum promovit per annos 19, et à morte Herodis usque ad publicum Christi ministerium anni 27 effluxerunt. In quo nedum sit aliquis objectioni locus, apparet contraria, quā accuratè res etiam levissimæ ab Evangelistis descriptæ fuerint.

Ad quartum, Abiathar, quo tempore David panes propositionis manducavit, sacerdos erat, patris sui vicarius, ac paulò post successor. Illius nomen multò magis Iudaicæ notum fuit quām patris sui Achimelech; potuit igitur Christus tacito patre solum Abiathar appellare, eoque magis quod estate Christi summi Pon-

tificis vicarii et etiam sacerdotes nobilissimi dicerent archipontifices.

Ad quintum, de probatâ piscinâ miraque illius virtute solus loquitur Joannes. At quia ceteri tacent, nūm sequitur eum mentitum fuisse, refereudo factum publicum quod ipse procul dubio oculis usurpaverat, factum præterea minimè idoneum ad miracula Christi amplificanda, sed aptum duntaxat ad designationem loci et circumstantiarum prodigi quod modò narratur est Joannes? Res Iudeorum Evangeliste non attigerant, nisi quantum necesse erat ad exponentiam Christi historiam: Mattheus, Marcus, Lucas, cùm paralytie ad piscinam curati factum non retulerint, nullam causam habuerunt eur de piscinâ ipsâ loquerentur. Josephus etiam miram piscinam probatæ virtutem silere potuit, seu quia res erat omnibus satis nota, seu ne Gentiles tam stupendi miraculi commemoratione offenderet, seu quia, nti ex *Antiquit.* l. V. c. 5 colligunt, peculiari volumine que ad Jerosolymorum descriptionem pertinebant, complecti decreverat. Thalnudistarum vero ac recentiorum Iudeorum nulla est autoritas, neque cùm tacent, neque cùm loquuntur. Quod vero additur, nullum, si vera sit Joannis narratio, in Iudeâ universâ superfuturum fuisse ægrotum, ipsi Joannis narrationi manifestè repugnat. Namque iuxta ipsum: *Angelus Domini descendebat secundum tempus, in piscinam.* Vox illa secundum tempus, græcè κατὰ τὸν χρόνον, indicat certam quamdam anni tempestatem; et cùm anteā dixerit sacer auctor id evenisse die festo Iudeorum, id est, probabiliter, vel ipso die paschatis, vel intra paschatis solemnitatem que dies octo complectebatur, verisimile est paucis istis diebus quibus paschatis et azymorum festa celebrabantur alligatae fuisse divinam hanc fontis probatæ efficientiam, quæ erat veluti extremum Theocratis apud Iudeos mox penitus interiture vestigium. Præterea observat Joannes unum duntaxat ægrum sanari potuisse, postquam aqua ab Angelo mota fuerat.

Alias ut plurimum levissimas difficultates ex Evangelio petunt increduli, quas omnes referre et confutare infinitum foret. Consulte Stackhouse: *Le sens littéral de l'Écriture-Sainte défenda contre les anti-Scripturaires;* Bullet: *Réponses critiques;* et Doctiss. D. Bergier: *Traité historique et dogmatique de la religion,* t. VIII.

Obj. 3° aduersus resurrectionem Christi. In hujus facti narratione multa inveniuntur que Evangelistarum fidem dubiam et suspectam efficiant. 1° Videtur resurrectionem Christi Apostolis non satis exploratam fuisse; quippe legitur Christum neque à Maria Magdalene, neque à duobus discipulis quibuscum Emmaüs iter fecerat agitatum, ipsum mox evanuisse ex oculis conspicientium, mox cubiculum ingressum januis clausis, que omnia vel fraudis suspicionem non satis removent, vel probant merum phantasma, non autem corpus reale et solidum Apostolis apparuisse. Imò, teste S. Mattheo, Christi resurrectionem non omnes Apostoli crediderunt: *Undecim autem discipuli aberunt in Galileam, in montem ubi constituerat illis Jesus. Evidenter eum adoraverunt, quidam autem dubitaverunt.* 2° V. o.

latio sigilli sepulcro appositi indicium est haud ambiguum sublati ab Apostolis corporis Christi. Etenim sigillum auctoritatem publicam sepulcro appositum vim habebat pacti taciti inter Iudeos et Christi discipulos initi, ut si posset tertium diem salvis sigillis corpus in sepulcro non inveniretur, tum certa haberetur resurrectio; si inveniretur, fraus omnis manifesta patet. 3º Praedixerat Christus se in tumulo per tres dies integras et noctes mansurum: *Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus*: at propheta haec minimè completa est; Christus enim duas noctes et diem unum integrum in sepulcro exegisse dicitur. 4º Denique Christus à mortuis excitatus Senioribus populi, Princibus, Sacerdotibus, Phariseis conspiciendum sese præbere debuit, tum ut miraculo tam stupendo unde missi nisi sue veritas pendebat fidem faceret, tum ut promissum Iudeis datum exsolveret: etenim Scribis et Pharisæis signum aliquod seu miraculum doctrine sue confirmativum postulantibus responderat Christus: *Generatio mala et adultera signum querit; et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophetæ. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus.* At vero signum illud generationi huic, nempe Iudeis, datum non est, si Christum redivivum nec conspicerint, nec conspicere potuerint.

Resp. resurrectionem Christi validissimis argumentis probata manere, ut patet ex dictis propositione secunda, quorum vii non elevant quia hic objicieuntur.

4º Si Christus à Mariâ Magdalene duobusque discipulis Emmaüs pergentibus non statim agitus fuerit, id tribuendum est mentis perturbationi quam res adeo insolita et insperata excitare debuit. At pluries deinceps per dies quadraginta Christus se Apostolis et discipulis videndum, alloquendum, palpandum praebuit, neque tum eorum ullus dubitavit de ipsius resurrectione. Cum vero legimus Christum ex Apostolorum oculis subito evanuisse, aut januis clausis presentem in cubicula stetisse, in iis nihil comprehendimus quod supererit potentiam illam quæ Christus tot prodidit dum viveret patraverat. Referi Matthæus Apostolos quosdam de Christi resurrectione dubitavisse, sed illud intelligi debet de iis qui mulierum relationi fidem habere noluerant, de Thomâ præseriū qui crediturum se negaverat, nisi in plagis Christi digitum inferret. Hoc uno versu breviter et obscurè indicat Matthæus quæ post resurrectionem contigerunt et fusi sunt apud Lucam et Joannem describuntur; nec profectò Matthæi sensus est, aliquos ex Apostolis de Christi resurrectione dubios semper extitisse.

2º Querenda non est ab Apostolis ratio fractorum sepulcri sigillorum, cum ipsi illa non fregerint, sed a Deo. Jam vero videant adversarii an Iudei conditores Deo prescribere potuerint, vel an aliquod inter Deum et illos pactum intercesserit. Sigillum sepulcro appositum non habebat rationem pacti cum Apostolis initi; non enim aderant Apostoli quando lapis sepulcri ingressum obturans? Iudeis obsignatus est.

Sepulcrum adversus Christi discipulos satis munebant satellites: at ne satellites ipsi pecunia corrupti cum discipulis conspirare eisque magistri corpus tradere possent, apposita sunt sigilla, nullæ, ut manifestum est, initia inter Iudeos et Apostolos pactione.

3º Juxta popularem loquendi rationem apud Iudeos, immo ubique usurpatam, dici potuit Christi corpus tribus diebus ac noctibus in tumulo conditum fuisse. Nam Christus dic tertio resurrexit; vox autem die tertio, idem sonat ac post diem tertium, non in Scripturâ solùm, sed etiam apud autores profanos, ut liquet ex eo Ciceronis loco: *Apollo se id daturum ostendit post ejus diei diem tertium, qui ut illuxit mortui sunt reperti.* Porrò Christus, illucescente die tertio, seu post diem tertium, uti prædixerat, è tumulo egresus est. Certè supponi nequit in re hujusmodi à familiari Iudeorum sermone recessisse, aut sibi ipsa tradixisse Evangelistas.

4º Minimè necesse erat Christum Iudeis conspi ciendum sese præbere, seu ut promissum ad ipsos datum exsolveret, seu ut resurrectionem suam certiore faceret. Ac 1º quidem iis Christi verbis: *Generatio mala et adultera signum querit; et signum non dabitur ei nisi signum Jonæ Prophetæ,* non promittit Christus novum missionis sue argumentum quod Iudeis proprium ac peculiare sit, seu novum aliquod miraculum cuius testes esse debeant. Videbunt in ministerio et missione Christi duplex epocha consideranda est. Quamdiu vitam mortalem egit Christus, declaravit se missum esse *ad oves que perierant domus Israel.* Iudeos primum ad regnum Dei vocari oportebat, hinc tot labores à Christo suscepti, tot edita miracula in gratia et sub oculis Iudeorum. Verum cum oblatam sibi salutem non solùm obstinata mente repudiarent, sed etiam de interficio salutis Auctore deliberarent, venturas in ipsis calamitatibus denuntiat Christus, ac declarat genti perverse et adulteræ, non aliud deinceps signum concessum iri quam commune gentibus omnibus miraculum, nempe sue resurrectionis, cuius apud gentiles, non secis ac apud Iudeos, testes extiterunt Apostoli. Itaque signum illud factum Jonæ adumbratum non pertinebat ad eam Christi missionis partem que Iudeos sollemmodo aut saltē precipue respiciebat, sed iniunctum erat ministerii quod in omnes gentes per Apostolos adimpleretur erat, ac prouindè necesse non fuit ut Iudeis argumenta sua resurrectionis concederet qua gentibus concessurus non erat, quaquam et aliquo sensu Iudeos Christi resurrectionis testes fuisse dici potest. Namque varia prodigia qua Spiritus sancti in Apostolos illapsum comitata sunt necessariò connexa erant cum veritate resurrectionis; caque Apostoli ut facti illius argumenta proponserunt. At illa prodigia inter solemnia Pentecostes, coram innumerâ Iudeorum qui Jerosolymam undequaque convenerant multitudine patrata fuerunt; adeò ut si non ipsummet Christum redivivum, saltem Christi redivivi certa et manifesta signa viderint. *Excitatum illum à mortuis,* inquit S. Chrysostomus, *corporis oculis non vidiisti, sed oculis fidei*

cernit illum à mortuis excitatum. Non vidisti illum occulit à mortuis excitatum : at per illa miracula excitatum illum à mortuis intuebere. Ad illum enim fideli conspectum signorum exhibito te deducet. Itaque multò major et evidenter illa fuit demonstratio, quod in ejus nomine signa fuerint, quam quod excitatus ille à mortuis.

2° Ubi facti alicuius veritas ita constat, ut à nomine sani ingenii ac bone fidei in dubium vocari queat, iniquum et ineptum est nova cjsudem facti argumenta desiderare. Id unum debuit divinus christiana religionis Auctor, ut idoneo et quod apud omnes cordatos fidem facere posset testimonio suam resurrectionem probaret, non verò ut pro cuiusque arbitrio religionis econiam subverteret. Porro rerum à se gestarum, ac praesertim sua resurrectionis fidei satis consuluit Christus qui quingentos hujus prodigiī testes reliquit, eorumque testimonium iis munivit characteribus qui omnem errandi formidinem excludant. Nostrū est uti luce nobis concessā, non vividiorem qua negari potuit nec necessaria est, expectare, aut Deo modum agendi prescribere. Nullā certè ratione tenebatur Christus ut sese Judæis redi vivum exhiberet, tūm quia, ut mox dicebamus, suum erga gentem illam ministerium expleverat, tūm quia Judici tanto favore indigos sese præstiterant, tūm quia minimè constat eos sic etiam ad doctrinam Christi suscipiendam adducendum fuisse. Qui enim sepulcri satellites pecunia corruerant, qui post editum à Petro et Joanne nomine Christi redi vivi insigne miraculum præcipiunt Apostolis ne de Christo ulli hominum loquantur, qui demūn resurrectionis quam ipsi compertam habebant fidem et memoriam omni ope atque operā extinguere conabantur, ii certè ab impio proposito non destituerint, etiamsi Christus sese iis redi vivum obtulisset.

Et certè : vel contendunt adversarii Judæis desuissent argumenta idonea resurrectionis Christi, vel negant facti illius veritatem nobis qui tum vivimus satis probatam esse, ideoque significant aliud se desiderare argumentum, publicum videlicet ac solemnum Christi redi vivi apparitionem Judæis factam. Utrum candidè et sincero animo disputent penè alias esto iudicium : nos duo solūm hinc observata volumus : Primum, resurrectionem Christi iis momentis confirmari quea Judæos olim convincere debuerunt, et que nostrā etiam aetate vim persuadenti maximam retinent : quod utrumque ex dictis sequitur; alterum nullo respectu nostri certiorem futuram fuisse Christi resurrectionem, etiamsi Christus Judæis omnibus apparuerit. Etenim vel Judæi omnes aut plerique hoc spectaculo permoti, Christi doctrinam statim amplexi essent, vel non : si posteriori, publica hac apparitu non in argumentum resurrectionis, ut patet, sed in objectionem gravissimam cederet : si prius, quoniam factum illud, quemadmodum cetera facta Evangelica in scriptorum quorundam et hominum auctoritate positum oportere, superesset locus variis cavillationibus quibus librorum sacrorum, miraculorum et testimoniorum humani vim et usum impugnare soleant deistæ. Imò non

sine veri quādam similitudine dicere possent suspectam sibi videri illam Judæorum omnium cum Apostolis consensionem ; non satis amoveri communis cujusdam utilitatis et fraudis politice suspicionem ; prodigii denique loco habendum non esse, si tam citò propagata fuerit religio auctoritate sacerdotum et magistratum confirmata.

Obj. 4°: Non magis, imò multò minus valet ad probanda miracula Christi testimonium Apostolorum, quād ea confutanda Judæorum incredulitas. Etenim constat ex ipsomet novi Testamenti scriptoribus longè maximam Judæorum partem, Sacerdotes præsertim, Scribas, Phariseos legis ac religionis peritos à doctrinā Christi sive dūm viveret, sive post ipsius mortem valdè alienos fuisse. Dūm itaque nonnulli ex infimā plebe, ut plurimū, et illitterati Christo adhærebant propter opinionem miraculorum ab ipso editorum, longè major et sanior pars nationis palam profitebatur à se non admitti miracula illa ; nec enim supponi potest ed sceleris ac führis venisse Judæorum principes et Sacerdotes, ut Messiam quem tot vaticiniis prænuntiavissent, tot prodigiis insignem agnovissent, non rejicerent solūm, sed etiā probrosā morte damnarent. Si valeat argumentum istud : Plurimi è Judæis religioni Christi nomen dederunt : ergo crediderunt miracula ab ipso ejusque Apostolis edita fuisse ; valet etiam istud : Judæi longè plures Christum et Apostolos veluti impostores semper habuerunt : ergo minimè crediderunt patrata ab eis fuisse miracula. Hac enim est vis nativa miraculorum ut spectatores ad assentiendum inclinet et quodammodo cogere videantur. Cūm itaque Judæi plerique et doctiores Christo non assenserint, existimare possumus hujus generis fuisse Christi miracula, que radis et indocte plebis animos percellere possent, doctorum verò et oculatorum hominum examen et iudicium minimè sustinerent. Ut sit, incredulitas illa nationis penè universē omnem Apostolorum testimonio vim ad mit : est enim iuridica quadam protestatio et reclamatio facta adversus Evangelistarum narrationem. De miraculis Christi duplex à spectatoribus latum iudicium habemus, aliud paucorum et indoctorum, aliud penè omnium et ad quos præcipue rei illius aestimatio pertinebat. Quis porrò istorum sententiam potiori loco habendam esse non fateatur? Ex quibus argumentum sic potest institui : Judæi omnes, qui aetate Christi et Apostolorum fidem christianam amplexi non sunt, hoc ipso testantur falsa sibi visa fuisse Christi et Apostolorum miracula. Atqui in illo testimoniorum oppositorum conflictu, nulla ratio est cur Apostolis potius credamus quād Sacerdotibus, Phariseis, legis peritis, uno verbo, majori ac saniori Judæorum parti. Ergo miracula Christi aut falsa, aut saltem incerta sunt.

Resp. Nego tūm maiorem, tūm minorēm propositionem hujus argumenti. Ac 1° quidem falso dicitur Judæorum incredulitatē hæidendam esse veluti protestationem quamdam quā declarabant falsa sibi videri Christi et Apostolorum miracula. Etenim de miraculorum illorum causā, utrum videlicet à Deo,

utrum à principe dæmoniorum profecta essent disputabatur, at ipsam facta in controversiam adducere nungām ausi sunt Judei increduli. Quin imò ex iis prodigiis Christum accusandi ansam non semel arriuerunt. *Et ejecto dæmonio locutus est mutus et mirata sunt turbae..... Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Respiciens autem Archisynagogus indignans quia sabbato curàset Jesus, dicebat turbae: sex dies sunt in quibus oportet operari; in his ergo venite et curamini, et non in die sabbati. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit. Alii autem dicebant: quomodo potest homo peccator hac signa facere? et schisma erat inter eos, etc., etc., etc. Itaque, etsi Sacerdotes et Pharisæi negarent Christum esse Messiam à Prophetis prænuntiatum, ipsius tamen miracula, rei videlicet evidentiæ coacti, agnoscebant. Nec verò supponi potest illa Pharisæorum dicta ab Evangelistis confita fuisse, tūm quia mirum in modum cum tota eorum agendi ratione dicta illa consentiunt, tūm quia ex rerum adjunctis spontē nascuntur, et in eis referendis maximè eluet Apostolorum sinceritas, tūm etiam quia quo tempore scribebant Apostoli nemo ignorabat quæ Pharisæorum sententia fuisset circa miracula Christi. Hinc in libro Actuum, Apostoli adversus Judeos ita disputantes inducuntur, ut de probandâ miraculorum vel à Christo, vel à scipsis editorum veritate minimè sollicitos se exhibeant, utpote quod res in confessu apud omnes esset. *Jesum Nazarenum, inquit, virum approbatum à Deo in robis virtutibus et prodigiis et signis quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut vos scitis.* Duo tantummodo probare aggrediuntur è quibus præcipue divina Christi legatio pendebat: ipsum è tumulo propriâ vi surrexisse, et in eo completa fuisse Prophetarum de Messia venturo oracula. Nimirum nunc qui hodiè est cum deisticis, idem tūm ac etiam posteâ fuit cum Judeis controversie status. De miraculis Christi duplex moveri potest questio, altera facti, an vera sint illa miracula? altera juris, an sint certa veræ doctrinæ argumenta? Circa primam questionem Judeos non solum Apostolicorum, sed etiam subsequentium temporum consententes habemus, ut patet ex dialogo Justini cum Tryphonie Judeo, ex variis Thalmudis utriusque Babylonici et Jerosolymitani locis, ex illis Christi historiis seu *Tholdoth Jesu*, quas vulgaverunt Judei et in lucem edidit Wagenselius, ex celebriorum et antiquiorum Rabbinorūm confessione. Ipsa ergo Christi miracula Judei antiqui vera esse fatebantur. At circa questionem juris à nobis dissentiebant, et negabant sequi ex illis miraculis veram esse Christi doctrinam, aut ipsum pro Messia habendum; atque ut illud evincerent contendebant miracula Christi proteste diabolicæ et magicis quibusdam artibus effecta fuisse. Ille altera pars eorum sententiae rursus constat, non solum ex testimonio Evangelistarum, sed etiam ex ineptis fabulis quibus referuntur sunt prætense illæ, quas scripserunt, Christi historicæ. Quæ cùm ha sint, Judeorum incredulitas nedum spectari debet*

veluti testimonium Apostolorum testimonio oppositum, novum potius invictumque miraculorum Christi argumentum nobis subministrat. Nimirum facta illa pro certissimis habenda sunt, qua ab iis ipsis admittuntur quorum illa negare maximè interfuisset; porrò Sacerdotum et Pharisæorum maximè sane interfuisset Christi miracula negare, neque cause sua præsidium in vanâ magice et artis diabolice accusatione collacare; igitur qui miracula Christi admittiimus, non anteponimus judicium paucorum quorundam et indoctorum, judicio plerorumque et doctiorum, sed judicium nationis universæ sequimur. Nec sanè, si res ipsa consideretur, ullus esse potuit circà miraculorum Christi substantiam inter Judeos illius astatis opinorum conflictus, quia fieri nequit ut facta plurima, continua, splendida, notoria, vel pro veris si falsa, vel pro falsis si vera sint habeantur. Ipsa rei natura nos docet nullam inter Judeos dissensionem oriri potuisse nisi circà ipsorummet miraculorum causam effectricem et consecraria, quæ quidem quæstio non tam auctoritate et testimonio, quæ ratione et arguimenti dirimi debet.

2º Longè major est Apostolorum et primorum Christianorum auctoritas miraculorum Christi veritatem divinamque originem admittentium, quām Judeorum incredulorum, etiamsi Judei miracula Christi non confiterentur. Etenim si quis temporum eorum factorumque circumstantias omnes diligenter expederit, statim deprehendet eos omnes qui tunc Christianismō nomen dederunt, cum imminentí rei familiaris ac vite ipsius discrimine, non aliam habere potuisse hujus sui facti rationem quām cognitam et benè comprehendat veritatem miraculorum Christi. Valet proindè istud argumentum: Plurimi è Judeis Christi fidem amplexi sunt; ergo miracula à Christo et Apostolis edita pro certis et indubitatibus habuerunt. At non valet istud: Maxima Judeorum pars Chresto et Apostolis non creditit: ergo vera non sunt, ipsis judicibus, Christi et Apostolorum miracula. Etenim maximam Judeorum partem cause permutare deterrere potuerunt ab admittendâ Christi doctrinâ, quamvis patrata ab ipso aut Apostolis miracula novissent, imò et videbant. 1º Nonnulli persuadere sibi potuerunt quod à Pharisæis sepius dictum fuisse legimus, miracula haec quibus lex Mosaicæ destrui videbatur, non à Deo, sed à dæmoniis proficiunt. Certè ipsem Orobio Judæus doctissimus in tertio suo scripto ad Limborcum sepè assertit, etiamsi haec miracula facta essent, tamen non debuisse nec potuisse Judeos Jesum agnoscere esse Messiam. 2º Plurimi totum illud negotium parvi penuderunt. In omni quippe ætate et natione reperiuntur homines rerum ad religionem pertinentium incuriosi, voluptati, ambitioni, pecuniae dediti, qui præter illa quibus cupiditates suas explere valent, nihil curant, sapiunt, intelligent. Ingente porro horumque hominum turbam Jerosolymis tunc temporis exstitisse discimus ex Josepho, que teste, gens Judeorum impetrante suâ et perditissimis moribus ultimum excidium sibi consivit. 3º Plerique à suscipienda Christi reli-

gione deterriti sunt prejudicatis quibusdam opinionebus quas ex matre intellectus Prophetarum oraculis conceperant. Nimurūm que de regno Messiae spirituali sacri vates cecinerant, illi sensi nimirūm literali accipientes, Messiam ibi effingebant veluti regem bellicosum qui Jerosolymam à Romanorum potestate liberam faceret, solum David excaret, efficere que ut Judæorum natio, cæteris gentibus debellatis, rerum potiretur. Hujus opinionis, adeò altè in Judæorum animis defixa erat, vestigia in ipsis Christi discipulis reprehendimus, sive cum mater filiorum Zebedai postulat à Christo ut primi in ipsius regno sedeant, sive cum post resurrectionem quærunt à Christo discipuli nùm in tempore hoc restitutus esset regnum Israel. Itaque cùm hanc sibi Messiae imaginem fixisset Judei plerique, minimè adduci potuerunt ut Christum infami morte affectum, quicque non aliam spem discipulis suis reliquerat, quād arumnarum et suppliciorum, veluti Messiam haberent. 4º Tùm florebant apud Judæos sectæ duæ Pharisæorum et Sadduceorum, quæ, etsi mutuis jamdudum odiis se prosequerentur, in impugnandâ tamen Christi doctrinâ mirè consentiebant. Pharisæi quidem legi Mosaica ad superstitionem usque addicti templum frequentabant, jejuniis et orationibus vacabant, decimam olerum omnium ultrà legis prescriptum pendebant, et sub eâ pietatis larvâ maxima via occultantes magnam sibi apud vulgus existimationem comparaverant. Itaque cùm simulatum eorum virtutem ac hypocrisim Christus palam redargueret, nullum hominum genus sibi magis infensum expertus est, multorumque idcirco invidiam incurrit: quippè haud ægrè persuadebant Pharisæi non tam seipso legis Mosaicae defensores, quād legendi ipsam à Christo impugnari. Sadducei verò qui angelos et immortalitatem animorum negabant, nec multum ab Epicuri schola dissentientib; hec sua dogmata apud magnates et divites præsertim disseminaverant. At certè homines mollibus et voluntariis hujusmodi opinionibus imbuti ab admittendâ Christi doctrinâ valde alieni esse debuerunt. Cum igitur duas illæ factiones, quarum una virtutis ac doctrinæ commendatione, altera opibus et potestate apud populum plurimum valebat, bellum communibus auspiciis Christo indixissent, mirari certè nos oportet tot Judæos Christi partes secutos fuisse, non verò majorem nationis partem tot præjudiciis occupatam in incredulitate mansisse.

Ceterum falsò existimaretur vel paucos Judæos, vel plebeios duxat, inopes et illiteratos Christo et Apostolos sese adjunxisse. Namque inter Christi discipulos reperiuntur Nicodemus, princeps Judæorum; Iosephus ab Arimatheâ, nobilis decurio, seu, ut ferunt voces graecæ, senator *inclitus*; Zachæus, princeps publicorum et ipse dives; Jairus, princeps *synagoge*, etc. Quin et ex principibus multi crediderunt in eum, sed propriè Pharisæos non confitebantur, ut è *synagogâ* non ejicerentur. Mortuo Christo crescit in dies credentium numerus, modò tria, paulò post quinque hominum nullia simul baptizantur. *Multa etiam turba Sacerdotum*

obediebat fidâ, immò nonnulli ex heresi Pharisæorum Christi fidem suscepérant; et in ipso Ecclesiæ Jerosolymitanæ exordio, jam observari à Paulo volebat Jacobus quod mília essent in Judæis qui crediderant. At si religionem proscriptam et assecas suos in maxima pericula vocantem, tam ingens ex omni condicione hominum multitudo secula est, merito conjicimus alios longè plures, illius veritate agnita, ab illâ palam suscipiendâ metu et animi ignavia prohibitos fuisse. Quo positio, non modò, ut mox ostendimus, circè ipsorum miraculorum realitatem, sed neque etiam circè eorum consecraria opponi nobis debet Judæorum suffragium. Quippè Judæorum pars, si non potior numero, salem potiori judicio et virtute Christi doctrinæ adhaesit. Profectò illorum major est anchoritas qui religionem novam, non sine evidenti infamia aut etiam mortis periculo amplectuntur, quād eorum qui præjudiciis et studio commodorum temporaliū impediti, vel novæ religionis argumenta non expendunt, vel iis perceptis obsistere nituntur. In illâ Judæorum dissensione duplex phenomenon morale exponendum venit, aliorum fides sine miraculis, aliorum incredulitas miraculis admissis: posterioris causas permultas et probabiles assignavimus, prioris nullas omnino supponere ac fingere possunt Deista.

Inst. 4º: Atquinon ex enumeratis modò præjudiciis, sed ex ipsâ factorum vanitate orta est Judæorum incredulitas. Attendamus enim primum prodigia, quæ Christi nativitatem et priora ipsius vita tempora comitata dicuntur: Christus media inter portenta nascitur et adolescit; sibi præcursum deputat Joaniem Bap., non sine prodigo natum: nascitur ipse, statimque laudes ejus concinunt Angeli; è cunabulis luctu stella tanti eventis nuntia: æmulum pertimesci Herodes, et in eus odium omnes Bethleemiticos infantes internecioni devovet: tam præclara sanè exordia omnium coetaneorum oculos in hunc parvulum convertere debuissent; et extra humanam indolem fuisse Judæos inertes mansisse, neque suspicatos hunc futurum, sin Messiam, salem maximum Prophetam.... Quid tamen accidit? Puer ille crescit vili sub tecto, artem indecorum exercet; et, cùm annis tringita natus missionem suam auspicatur, nulla jam superest prodigiorum, quæ nativitatem ejus illustraverant, memoria; et Judæi se invicem interpellant: *Nonne hic est fabri Filius?* etc.: uno verbo priora facta vel publica fuerant et credita, vel non: si prius, qui tam citò deleri potuit eorum memoria, vel fides? si posteius, quid de Evangeliorum veritate censendum est?

Resp.: 1º Ea difficultas Apostolorum ingenuitatem arguit; quippè qui, solâ et nudâ factorum veritate consensi, apparentem hanc repugnantiam, quæ ipsis fugere non poterat, solvere non eurent: dum à contrario, si objectionem prævertissent, forsitan quædam daretur bonum eorum fidem suspicandi ratio. 2º Nonne alia sunt facta quæ istis objectionibus non subjacent, miracula nimirūm, quæ Christus durante suâ missione operatus est; 3º Expeditur difficultas, attentâ tum naturâ factorum, tum Judæorum dispositione:

nam miraculorum, que Christum nascensem illustraverunt, rumor non ultrà Bethleemicos limites exiverat; ut arguit commotio, quam Jerosolymæ nuntio velut inaudito percussæ, intulit Magorum adventus: is tamen publicitatis gradus, licet ad urbem Bethleem vicosque proximos restrictus, verè certitudin in loco ipso fundandæ et latius propagandæ satis fuit. Evidenter advenit Magorum, ejusque motivum habuit in urbe Regia publicitatē summam; at quā brevi obscuraverit, tūm præceps et tacita ipsorum fuga, tūm Christi receptus in Ægyptum; unde inferri debuit prodigiosum hunc infanten strage quam jusserat Herodes involutum fuisse... Ille planè explicatur Judeorum in perquirendā actionum Christi serie incuria. Jam enim diximus qualem Messiam sibi Judæi fingenent; futurum scilicet gentis liberatorem et Romanorum debellatorem: atqui hinc pronum fuit, ut de infante illo non ad eò sollicitè inquirent; quippe qui, tempore præstituto, sese victoriis in hostes reportandis conspicuum satis demonstratus esset: præscriptim cùm accederent ad hæc rationes politice, metus Herodis et Romanorum. Ergo pater prejudicis Judeorum locum adfuisse, iisque retardari potuisse ipsorum fidem.

Inst. 2°: Atqui consulatur ipsa Evangelistarum narratio, facilèque deprehendetur non imprudentem fuisse Judeorum incredulitatem. Nam—¹ sanissima gentis alijcujus opinio ex primoribus testimanda est: atqui ii potissimum, Pharisæi scilicet, Doctores Legis, Sacerdotes et Principes, credere renuerunt: *numquid ex Principibus aliquis creditit in eum, aut ex Pharisæis?* Ii sunt qui Christum sæpius urgebant ut sibi prodigium ostenderet; qui tamen nihil aliud impetrare potuerunt, præter id responsum: *Generatio haec... signum querit, et signum non dabit ei, nisi signum Iona Prophetæ?* Matth. c. 16, v. 4, Luc. c. 11, v. 29: atqui tanta Christi in recusando prodigo constanti suspiciosem efficit præstigiatricum ejus potentiam, quam nollet coram doctoribus et oculatiocribus exercere, sed tantum coram ignaribz et idiotibz quibus illudere facilius esset.—² Si fidem apud aliquos Christus invenire debuisset, maximè apud parentes suos et concives. At contrà omnes in eo scandalizabantur; et Jesus conquerebatur non esse prophetam sine honore, nisi in patriâ sud... et non poterat ibi virtutem ullam facere.... propter incredulitatem eorum, Marc. c. 6, Matth. c. 13, Luc. c. 4. Porro impotentiæ miraculorum, ex eo orta quòd animi nōs essent ad credulitatem proni, demonstrat alius in circumstantiis, nonnisi ex cœcâ et populari credulitate, ejus opera pro miraculis habita fuisse.—³ Si aliquam veri speciem attentione dignam præ se tulissent, prounum erat ut de ipsis institueretur à Magistratibus inquisitio juridica; cùm totius gentis interesset de ipsorum veritate aut falsitate certiores fieri: facta tamen non est. Ergo non satis constant.

Resp. ad primum: Aliud est ex prodigiis credere Christum esse Messiam; aliud credere à Christo patrari prodiga: prius quidem negabant Pharisæi, ex falso conceptis opinionibus, quòd scirent undè esset, *Christus aulem, cùm venerit, nemo ecit undè sit*, Joan.

c. 7. v. 27; quòd Galilæus esset, et à Galilæa propheta non surgit, ibid. v. 52; quòd blasphemaret, et divinam dimittendi peccata potestatem amularetur, Luc. c. 5, v. 21; quòd è cœlo descendisse, Abraham majorem et antiquiore se prædicaret, Joan. c. 8, v. 53, 58; quòd metuerent, ne in suspicionem rebellionis vocarentur à Romanis, *qui locum et gentem tollerent*, Joan. c. 41, v. 48. At verò longè aberat ut Christi miraculorum existentiam abnegarent; tūm quia ea malo genio tribuebant; tūm quia loco mox citato v. 47, inquiunt: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum* (propter Lazarus suscitati prodigium).—Præterea falsò insinuator nullius prodigi testes oculatos fuisse Pharisæos, eorumque præsentiam potestati Christi formidandam et infaustam fuisse: eis enim præsentibus Paralyticum, nec non habentem Dæmonium cœcum et mutum, curavit, Matth. c. 12. Vide etiam Marc. c. 3, Luc. c. 5 et 14. Cùm autem Christus postulantes *signum de cœlo* reprimet, non alio dato quā signo *Iona Prophetæ*, in causâ est, aut eorum insatiata curiositas, aut incredulitatis pertinacia, que jam visis prodigiis vinci debuerat, aut saltem in prodigo resurrectionis habitura erat undè vinceretur.

Ad secundum eadem est responsio: iisdem ferè prejudicis, eadem forsitan et majori inuidiâ laborabant Christi concives: ideò Christus non fecit ibi *multas virtutes*, quanquam ex hoc ipso texu consequens est, quòd nonnullas salem fecerit; idque testatur S. Marc., c. 6, v. 5: *Et non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curavit.* Ceterum, etsi ne unum quidem miraculum in patriâ Christus edidisset, quid indè contra innumerâ, quæ alibi gessit, inferri valeret? Præsertim, cùm ex dictis, et publica, et conspicua, et coram omnibus indiscriminatum, variis in circumstantiis et locis patratâ fuerint.

Ad tertium ¹ minimè noceret juridicarum inquisitionum defectus, cùm, ex dictis, de miraculorum existentiâ minimè dubitârint; neque ad illud caput suam cum Christo controversiam reducerent: cùm aliund Judæis, non verò Christo aut Apostolis imputari debeat hæc negligientia: cùm tandem multò æquius foret ex hac omissione concludere, Judeos timuisse ne in sui opprobrium res verteretur.—At ² nedum de furent inquisitiones, varia carum exempla nos ipsi adduximus in probationem veritatis factorum evangelicorum.

Obj. 5°: Facta illa pro veris habenda non sunt quæ ipsamet Apostolorum ætate à plurimis etiam Christianæ fiduciæ sectatoribus negata fuere. Atqui veteres Hæretici Apostolis coœvi falsa esse Christi miracula et scriptis editis et doctrinâ suâ palam declarabant. Ac ¹ quidem dubitari non potest quin Evangelia apocrypha apud varias hæreticorum sectas recepta Evangelii nostris repugnarent: id Patres antiqui affirmant, et probat studium illud quo secta dominatrix ita illa abolevit, ut vix brevia aliquorum fragmenta et tituli ipsi ad nos pervenerint. ² Illorum Hæreticorum

doctrina historiæ Evangelicæ adversabatur. Cerinthus, Gnostici, Basilidiani, Christum è Virgine natum fuisse et resurrexisse negabant. Evangelistas mendacii postulabat Marcion : *Semetipsum esse veraciorem quām sunt hi qui tradiderunt Evangelium Apostoli, suis discipulis suis, non Evangelium, sed Evangelii particulam tradens eis.* Verbo Haereticorum omnes Evangelia nostra veluti erroribus et mendaciis referta aspernabantur, gloriabanturque se esse emendatores Apostolorum. Jam verò Haeretici illi doctrinam suam ab ipsis Christi discipulis acceptam contendebant, ac proinde habendi sunt veluti testes historiae Christi coetanei, non minus audiendi ac ipsimet Evangeliorum canon'icorum auctores; ex quo sequitur incertam prorsus esse historiam Evangelicam utpote quea testimonio oppositis et ejusdem roboris confirmata et impugnata esse videatur. Ita Frercius, *Examen critique des Apologistes de la Religion chrétienne.*

Resp.: Ex veterum Haereticorum opinionibus nihil sequi aliud, nisi novum invictumque miraculorum Christi argumentum. Illi neque scriptis editis, neque suā doctrinā declaravère falsa sibi videri Christi miracula. Imò ea tanquam certissima ab illis admissa fuisse constat, tū ex libris apocryphis apud varias sectas recepitis, tū ex doctrina systemate quod illi defendebant. 1º Haeretici veteres quamvis Evangelia sua haberent, plerique tamen aliquod ex Evangelis canon'icis retinebant. Cerinthus Matthaei, Marcion Lucæ leviter interpolatum admittebat; Nazaræi et Ebionite utebantur Evangelio secundūm Hebreos Evangelio Matthaei similissimo. Qui porrò vel unum ex Evangelis canon'icis recipiebant, eo ipso omnia quoad historiæ summam, et præsentim quoad miracula Christi probabant ac sua faciebant. Libros quosdam novi Testamenti rejicabant, non quòd existimarent falsam in eis Christi historiam contineri, hæc enim ratio effecisset, ut ne vel unum quidem admisissent, sed quòd suos errores in iis luculentius confutatos deprehendarent. Recolantur quea de Evangelis apocryphis diximus, capite 1.

2º Veterum Haereticorum doctrina veritatem miraculorum Christi supponebat, nedum excluderet. Quantumvis discordes essent, in eo tamen consentiebant, Christum esse Filium Dei, seu nomine illo intelligentem unum quemdam è spiritibus quorum genealogias et zones adeò ridiculè exponebant, seu merum hominem supernaturalibus donis ornatum; atque ita à negandis illius miraculis alieni erant, ut contendarent esse quamdam artem iueundi cum Angelis seu geniis commercii, sive operandi miracula miraculis Christi similia: qui error ab opinione miraculorum Christi profectus, philosophos ipsos infecit, Plotinum, Porphyrium, Janblichum, Maximum, Julianum imperatorem. Duo equidem Historia Christi facta præcipua ab Haereticis negata fuisse dicuntur, ipsius è Virgine nativitas et resurrectio: at ea negari potuere quin Evangelistæ fraudis et mendacii postularentur. 1º Christi nativitas non erat factum aliquod publicum cuius vel Apostoli vel alii testes extitissent; pendebat

illud ex Mariæ solius testimonio quod rejici poterat salvā miraculorum Christi et reliquarum historiæ evangelicæ partium veritate: ejusmodi factum ad dogmatis magis quām ad historiæ fidem pertinebat, et qui illud negabant Ebionitæ et Nazaræi, Evangelium Matthæi, id est, universam Christi historiam, agnoscabant. 2º Gnostici resurrectionem Christi, ita negabant, ut hoc ipso narrationem Evangelistarum confirmarent. Nimirum juxta ipsos duplex erat in Christo persona, Jesus homo merus, ceteris tamen perfectior, et Christus qui è pleromate delapsus Jesum informabat. Christus natura spiritualis et impassibilis in colorem avolavit, ubi Jesus ad Pilatum duxtus est: Christus itaque neque crucifixus est, neque surrexit. At Jesus post mortem virtute Christi è tumulo exiit. Juxta alios ex cædēm Gnosticorum familiâ, Verbum divinum naturali humanam, non verè, sed apparterer tantum assumperat, adest ut Christus esset homo phantasticus, omnesque illius actiones nihil referant præter meras apparentias. At inter actiones illas apparentes, Doceat, sic illi à suā opinione dicebantur, admitebant miracula omnia in Evangelis descripta, ipsamque resurrectionem. Jam verò qui utroque mox relato sensu negant Christum resurrexisse, illi certè historiam Evangelicam non rejiciunt, sed exponunt tantummodo juxta præconcepta opinionum portenta: descripta ab Evangelistis facta agnoscunt, at volunt accipi à se factorum illorum rationem, in quo sanè non ut testes antiqui, sed ut novatores fanatici habendi sunt. Ilinc patet quo sensu sese *Apostolis veraciores et emendatores Apostolorum* dicent Haeretici. Non relictam ab Apostolis historiam, sed doctrinam castigare se gloriabant, quam, ut alibi vidimus, vel ab Apostolis male intellectam, vel à Christo minimè puram et integrum Apostolis traditam fuisse affirmabant. Illa igitur Frereti objecio, non modò veritati factorum Evangelicorum nullatenus officit, sed novum invictumque nobis argumentum suppeditat; tū quia primi haeresis auctores qui Apostolos aspernabantur et novas sectas philosophicas magis quam christianas constituere decreverant, opinionum suarum fundamentum in miraculis Christi, et Apostolorum prædicatione non posuissent, nisi miracula hæc certissima esse, et iis valde commota et inclinata hominum ingenua visissent; tū quia eorum plurimi ad hypotheses absurdas confugere coacti sunt, ut miraculorum à Christo editorum rationem redderent. Consulatur liber inscriptus, *l'Autorité des livres du nouveau Testament*, cap. 13.

Obj. 6º: Multiplicem ob rationem suspecta est miraculorum Christi et Apostolorum veritas. 1º Referuntur à scriptoribus Christianis, hominibus indoctis, credulis, superstitionis, quorum, præsentim in propriâ causâ loquentium, nulla est auctoritas. 2º Illic non meminerunt celeberrimi ejusdem etatis scriptores Judæi, Græci, Romani. Attamen facta ejusmodi, tam stupenda et splendida omnium admirationem commovere debuerunt, neque illa scriptores omnes vel ignoravissent, vel siluisserint. Est guidem argumentum illud

negativum, at maximi tamen roboris: ubi enim agitur de factis valde illustribus, summique tunc ratione sui, tunc ratione consequentiarum momenti, silentium auctorum qui loqui debuissent majorem vim habet quam testimonium paucorum quos supponi potest causæ sua servire voluisse. Certè si quis contendenter Parisiis seculo proximè elapo floruisse hominem prodigiis insignem, hic solo eorum qui res illius temporis scripserunt silentio satis confutaretur. 3^o In gravissimam illam quam adversus Judeos et Paganos Christiani habuerunt controversiæ, probabile non est ita sibi defuisse Judeos et Paganos, ut nihil pro sua defensione scriberent: imò constat à viris doctissimis Celso, Porphyrio, Hierocle, Juliano, aliisque certè plurimis religionem Christianam impugnatam fuisse. At scripta illa omnia perierunt, neque nos idcirco auditis, ut oporteret, partibus, rebusque omnibus ponderatis, litem hanc definire possumus. In iis scriptis quorum auctores monumenta omnia ad historiam Christi pertinentia viderant et expenderant, multa forte comprehendebant quibus Christi et Apostolorum miracula invictè confutata manebant, eoque potiori jure rem ita se habuisse coniicimus, quod certum sit libros illos periisse invidis Christianorum artibus, qui aduersorium argumenta abolere quam solvere maluerunt.

Resp. ad primum, summam esse auctoritatem scriptorum Christi et Apostolorum miracula referentium, cum ex dictis pateat eos neque decipi neque decipere potuisse. Demus illos omnes indoctos, credulos et superstitioni obnoxios fuisse: at illa erat factorum de quibus agitur natura, ut neque doctrinæ aut ingenio ad eorum veritatem percipiendam opus esset, neque si falsa fuissent, ab hominibus maximè credulis ullo modo admitti potuerint. Superstitione quam tenebant eos potius ab illis miraculis admittendis deterrebatur: erat enim superstitione illa, religio judaica in qua instituti fuerant, cui erant addictissimi, quamque ideò non sine gravissimam et apprimè compertâ ratione deseruerunt. Superstitione et credulitas animos inclinare solent ad novas opiniones, novos ritus, prodigia etiam occulta aut equivoca suscipienda; at vim eam non habent circè facta sensibilia publica, notoria, per annos continuos iterata. Si vera non sunt Christi et Apostolorum miracula, Apostoli ipsi primique omnes Christiani non indocti, creduli et superstitionis fuerunt, sed præter omnem fidem et modum stupidi, amentes, phrenetici. Neque eorum testimonium veluti hominum in propriâ causa loquentium rejici debet. Quo enim sensu causa Christi erat Apostolorum et primorum Christianorum causa? An qua hinc illi aliqua vitæ commoda aut emolumenta expectabant? minimè profecto. An quia, ut ipsi aiunt, non poterant quae viderant et audiverant non loqui, existimabatque satius esse obediare Deo quam hominibus? Id agnoscimus. Num vero Apostolorum testimonio nocet, quod ipsi ea quæ narrant propriis oculis viderint aut quod iis fidem constanter adhibuerint? Certè si Christo non adhæsissent, eorum testimonium meritò suspectum haberemus;

neque arbitramur iis credendum qui ipsi viderentur ea quæ narrant non credidisse.

Ad secundum tria dicimus: 1^o eorum qui Christi et Apostolorum miracula retulerunt, auctoritatem sat probatam manere, ut aliorum scriptorum testimoniū confirmari non indiget; 2^o non decesse tamen factis evangelicis illam ab extraneis confirmationem; 3^o silentium quorundam scriptorum alii causis tribendum esse quam falsitati factorum evangelicorum. 4^o Quidem eorum qui Christi et Apostolorum miracula retulerunt, auctoritas testimoniis extraneis confirmari non indiget. Ubi de facti alicujus veritate controvenerit, duo tantum querenda sunt, an qui factum refutare decipi potuerint, an voluerint decipere: in his duobus omnis historiae fides consistit. Porro demonstravimus nullam esse in historia miraculorum Christi vel deceptionis vel fraudis suspicionem. Res igitur concocta est, neque ullo externo arguento confutari potest testimonium quod proprios et certos habet veritatis characteres. Sua sunt certitudinis moralis principia in ipsâ hominum naturâ fundata, nec minus, imò aliquo sensu magis immobilia quam leges ordinis physici: istis enim per miraculum Deus quandoque ob fines sapientissimos derogare potest, illa verò infringi nunquam postulat aut patitur divinitæ providentiae ratio. At everterentur omnia certitudinis moralis, adēd- que ipsa rerum humanarum principia, si editum ab Apostolis primisque Christianis testimonium erroris aut mendacij argueretur. In hoc testimonio securi quiescere possumus, neque expendere tenemur qua circè facta illa aliorum sententia fuerit. Et certè, si unus aut alter è scriptoribus Judeis vel Paganis Apostolorum narrationi disertè contradiceret, præcipiter sana critica ut Apostolis numero pluribus, rem sibi compertissimam, graviter, constanter, unanimitate, ingenui testantibus crederemus potius quam paucis illis contradicentibus. A fortiori stare debet Apostolorum auctoritas, cum ipsi non disertum aliquod testimonium, sed silentium opponitur. Is equidem solo scriptorum coetancorum silentio satis confutaretur, qui hodiè scriberent Parisiis seculo proximè elapo extitisse hominem prodigiis insignem, quia hujusmodi factum, si non ab omnibus, certè à quibusdam historicis referri debuisse: nos porrò miraculorum Christi octo scriptores coetaneos in medium producimus, ideoque ad nos nullo modo spectat illa hypothesis.

2^o Testimonii illis extraneis minimè necessariis, non tamen caret Christi historia. Jam inter argumenta propositionis primæ plurima scriptorum protonarum testimonia vidimus, quibus nonnulla historiae Evangelicæ facta egregie confirmantur. Nec verò ab iis qui negligenter, per transennam, ut aiunt, et occasione aliud accepta, paucissimis verbis rerum Christianarum quas contemnunt mentionem injiciunt, expetenda est accurata historiae Christi descriptio; sufficit quedam illis excidisse, ex quibus concludere jure possimus Judeis et Pagani non omnino incognita fuisse Christi miracula. At testimonium luculentius ediderunt illi omnes vel Judei, vel Pagani qui relicta patria re-

ligione Apostolorum partes securi sunt. Erant illi non solum extranei, sed hostes nova religionis, cui certe non adhaeserunt nisi ob fidem miraculis habitam: sunt igitur testes miraculorum Christi et Apostolorum, et quidem ex eo hominum genere cui præcipue credendum volunt adversarii. Qui erant Clemens uterque Romanus et Alexandrinus, Aristides, Quadratus, Ignatius, Justinus, Athenagoras, Origenes, Tertullianus, Minutius Felix, Arnobius, etc., nisi Pagani doctissimi iisdem opinionibus et præjudicis imbuti quibus Suetonius, Tacitus, Seneca, et alii quorum silentium nobis objicitur? Evidem illi fidem Christianam professi sunt. Verum hinc non modo non minuitur, sed augetur potius vis testimonii ab ipsis editi. Supponamus, inquit celebrissimus Addisson, apud scriptorem quemdam Ethnicum qui sexaginta post Christum annis fluerit, hec reperiri: *Clanculum et coram paucis dubia que fidei testibus falsa eduntur miracula. At Christi opera conspexerunt innumeri omnis conditionis homines, quique ab eo vel sanati vel suscitati sunt, non tunc solum, sed multò postea visi sunt; nam plerique postquam ille è terris excessisset vivebant, et hodiecum nonnulli superstites manent.* Hac si Paganus aliquis scripsisset, magnam sanè vim habere viderentur: at majorem certè haberent, si Paganus ille totà vita sue ratione, imò profuso sanguine hujus sui dicti veritatem confirmavisset. Jam verò extat apud Euseb. *Hist. Eccles.* I. III. cap. 56, testimonium illud in apologeticā quam Adriano imperatori obtulerunt Aristides philosophus Atheniensis et Quadratus. Nec minor est illorum auctoritas, eò quod religionem Christianam amplexi fuerint: imò hinc maximè appet illos non ex incertis rumoribus, sed re diligenter exploratā, et ex intimā animi convictione de Christi miraculis locutus fuisse. Legem disputationis valde iniquam sanciunt adversarii, si velint eos duxtaxat admittendos esse testes miraculorum Christi qui Christo non crediderint, cùm is sit miraculorum Christi apprimè cognitorum naturalis effectus, ut cordatum quemque et salutis sue studiosum ad suspicandam Christi doctrinam inclinent.

3^o Silentum quorundam scriptorum qui miracula Christi commemorare debuisse videntur, aliis causis tribendum est quād falsitati illorum miraculorum. Scriptores illius ætatis qui miraculorum Christi meminisse potuissent, aliis non supersunt nisi Josephus et Philo apud Judeos, Arrianus et Appianus apud Grecos, et è Romanis Suetonus et Tacitus. Quod Josephum spectat, illum de Christo ad eō magnificè locutum fuisse vidimus, ut ob id ipsum, locum hunc suppositum esse contendant adversarii. Denus itaque genuinum non esse illud testimonium, et Josephum de Christo penitus siluisse: nihil nostri interest, ethoc suo silentio Evangelice historie veritatem eloquentissimè confirmat Josephus. Enimverò non negabunt adversarii paulò ante excidium Jerosolymitanum, et eo tempore cuius historiam describit Josephus, vixisse in Judea Jesum novæ religionis ingentisque rerum conversionis auctorem, multorumque prodigiorum famam seu verā seu falsā insignem; eum principum et

Sacerdotum iudicio crūcis supplicio, affectum ipsius doctrinam in Judea universā finitimiisque regionibus promulgatam ac receptam, exortasque inter Judeos et novæ religionis sociatores gravissimas contentiones. Non etiam diffitebunt eo tempore quo Romæ scribebat Josephus, in hac urbe notissimum fuisse Christianorum nomen, quod ipsi testantur Suetonius et Tacitus. Haec omnia ignorare non potuit Josephus, neque illa prætermittente debuit, cùm res longè minoris momenti diligentissimè persecutus sit, cùm meminerit plurimorum pseudo-messiarum qui vix nonen aliquod et nullos sequaces reliquerunt. Hujusmodi silentium procul dubio affectatum est, et aliquid cause fuit cur contraria historie leges, de Christo et Christianis ne verbum quidem faceret Josephus. Si quæ à Christianis circumferabant miracula, falsa ille existimat, pro suo in avitam religionem, in patriam, in Romanos imperatores, in veritatem studio, sectam Judeis infessissimam Romanisque exosam fraudis et mendacii convincere debuit: proferre in medium debuit acta et instrumenta publica judiciorum à principibus et Sacerdotibus in Christum et Apostolos latorum: retegere debuit malas artes quibus nova hac superstitio invaluerat: debuit saltem exponere quibus initis Jerusalemis et in ipso religionis Judaicæ sinu exorta, hinc in Imperium universum propagata erat. Homini Judeo, Sacerdoti, eruditissimo, curioso monumentorum illius ætatis indagatori, facilissimum erat in tam recenti factorum memoriam verum in aperto collocare, idque ut efficeret non solum historici munus, sed scriptoris ipsius studia, affectus, utilitas postulabant. Ergò Josephi silentium causam suam non habet in comparatione falsitate factorum Evangelicorum, imò explicari illud nequit supposita factorum illorum falsitate. Si verò existimaverit Josephus vera esse, aut saltem confutari non posse Christi miracula, facilè intelligitur hominem communibus Judeorum et Romanorum præjudicis imbutum de Christo ejusque factis penitus siluisse, ne illa vel admittere, vel negare videretur, quorum illud Judeis et Romanis displicuisse, istud veritati et auctoris conscientiae repugnavisset. Ergò Josephi silentio confirmaret magis quād elevaret veritas miraculorum Christi. At non siliuit Josephus, sed, ut suprà ostendimus, de Christo locutus est, ut decebat hominem minimè Christianum quidem, sed Christianis non iniquum, fidei historicæ propriæce existimationis studiosum.

Philo videtur scriptisse antequād Christi facta extra Judæam vulgata essent. Illum enim ad Caligulam imperatorem miserunt Judæi Alexandrini, utpote hominem ætate et eruditione commendatum. Si sub Augusto et Tiberio libros qui supersunt scriperit, minimè mirum est in iis noui commemorari Christi miracula quæ vel nondum edita erant, vel Alexandriæ, ubi vitam agebat Philo, nondum satis cognita. Præterea cause illæ que Josepho silentium impone potuissent, Philonem etiam movere debuerunt. Arrianus Alexандri bella descriptis: Appianus in sua provinciarum Imperii Romani descriptione, Judeam

omittit : in utrinque scriptis nullus erat historie Christi locus.

Suetonius et Tacitus silent de miraculis Christi, quanquam Christi ipsius et christianorum meminerint. *Ergo*, inquit Tacitus, Annal. l. XV, c. 44, *abolendo rumoris (urbis à seipso incensae), Nero subdidit reos, et quæsiissimis penitè adfecit quos per flagitia invisos vulgus christianos appellabat. Auctor nominis ejus Christus Tibero imperante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio adfectus erat. Repressaque in presens extitibilis superstitionis rursus erumpet, non modo per Iudæam originem hujus mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebrantur. Igilur primò correpti, qui fatebantur, deinde in dicio eorum multitudine ingens, haud perinde in criminè incendi, quam odio humani generis convicti sunt.* Hinc certè concludi aliud non potest, nisi Tacitum de christianis non minus oscitantur scripsisse quam de historia et religione Iudeorum *Histor.* l. V, ubi tot sermè errores quo verba habentur. Videbatur cùm à Romanis, presertim literatis et Philosophis, religiones omnes externas contumescerent, nullo loco habita fuit præ ceteris religio christiana orta apud Iudeos gentem invasam, et excidio recenti infamem, instituta ab homine probrosa morte affecto, legibus Imperatorum proscripta, hominibus ambitioni, libidini, luxuriae, impietati dedicta nullis, illecebris commendata. Is occupatus prajudicis Tacitus sententiam de christianis tuit ex vanis vulgi rumoribus, nullumque studium attulit ut sectam, quam odio generis humani convictum existimat, penitus cognoscere. Totum hunc Taciti locum probris et calumniis refertum esse nemo non videt. Quis enim ferat christianos exhiberi velut homines per flagitia invisos, eorum religionem dici superstitionem exitabilem, atrociem, pudendum? Christianorum mores et doctrinam aliter pingebat Plinius junior Taciti amicus, qui proprio iudicio usus, nihil in christianorum disciplinâ nisi pietati ac honestati consonum se deprehendisse ad Trajanum referebat. De Christi et Apostolorum miraculis silere debuit Tacitus ita iniquè in christianos affectus, de illis ne inquirere quidem dignatus est, et similia esse existimavit prodigiis illis qua per fraudem et imposturam ubique recepta videbat : eoque lubentius et contemptis, quod Iudei, à quibus christiani tūm non secernebantur, pro gente stolidè credulæ et superstitioni maximè obnoxia passim habentur, ex quo illud Horatii dictum, *Credat Iudeus Apella.* Jam verb silentium, quod hujuscmodi causas habuit, veritati factorum Evangelicorum nihil obesse manifestum est.

Duo alii ejusdem aetatis scriptores de Christianorum rebus loqui debuisse videntur Lucianus et Plutarchus. Ille equidem semel et iterum de Christianis mentionem initit, sed pro more suo leviter et jocando, ita ut satis appareat illum nullum in re expendenda operam posuisse. Philosophie Epicuri adductus religiones omnes, illam ipsam quam profitebatur, palam irridebat : ab hujuscmodi homine grave aliquod et latum cognitâ causâ de Christianis judicium

non expectaveris. Plutarchum quod attinet, virum gravem et sapientem, mirari subit in tot operibus historicis, philosophicis, moralibus, ne Christianorum nomen quidem inveniri, cùm tamen ille Roma eo tempore scriperit quo omnibus notissima erat religio Christiana. Verosimile est præconceptis quibadam opinionibus, litterarum studio, aut alia quâvis ratione ab expendenda Christianâ religione deterritum fuisse, atque idèo penitus de illâ siluisse, ne quod satis exploratum non habebat temerè condemnare vel approbare videretur. Interim silentium illud indicat, ut quidem arbitramur, laudandam potinsquâ vituperandam à Plutarcho fuisse religionem Christianam, si suam ille mentem aperire voluisse. Myltæ etenim causa occurrere potuerunt, cur scriptis publicis Christiana fidei in quam saeviebant Imperatores favere noluerit vel ausus non sit, cur yrè illam insectatus non fuerit, quamvis antiquis ipse superstitiōibus addictus, non alia excogitari potest ratio, nisi quod in novâ illâ religione nihil reprehensione aut vituperio dignum animadverteret.

Ad tertium, respondemus ex solis religionis Christianæ monumentis cum historiâ sive profanâ sive ecclesiastici conjunctis, pronuntiari posse de veritate factorum evangelicorum, adeòque parvi referre scire utrum et quid olim scripserint Iudei et Pagani. ^{1°} Christi et Apostolorum miracula, tūm in libris novi Testamenti, tūm in ceteris aetatis illius monumentis tot probationibus confirmata exhibentur, ut manifestè apparet non potuisse illa fieri aliquo arguento unquam impugnari. Ubi factum aliquod obscurum aut verisimile in controversiam venit, cohendendus est assensus donec expense fuerint momenta omnia in utramque partem allata; at si pars alterutra argumenta certa et evidenter afferat, statim oritur firma persuasio, etiam non auditâ parte alterâ : cognitâ enim et semel perceptâ veritate, quidquid adversus illam objici potest ignorare et contempnere licet. ^{2°} Probabile est nullum à Iudeis primo vel secundo Ecclesiæ seculo librum alicuius ponderis adversus historiam evangelicam vulgatum fuisse. Si quis enim tunc exitisset, etiam nūm apud Iudeos existeret, non secūs ac libri alii posterioribus seculis adversus Christianos exarati, eoque diligenter studio asservatus ab his fuisse, quod majorem sibi fidem et auctoritatem vindicaret. Deinde libri illius vestigia aliqua apud scriptores Christianos deprehenderentur, et ex controversiæ statu, ex disputationis serie, ex Christianorum responsionibus præcipuas Iudeorum objectiones colligeremus : at nullibi, neque in libris novi Testamenti, neque in dialogo Justini cum Tryphone Iudeo, neque apud Celsum qui Iudeum disputationem inducit, neque etiam in posterioribus Iudeorum scriptis polemici videamus negata ab his aliquando fuisse Christi miracula præter resurrectiōnem et ascensionem : quin potius cetera disertè agnoscent et tribuunt magicis et arcanis artibus quas Christus in Ægypto didicerat. Iudeorum hanc in rem testimonia videate apud doctissimum Bullet, *Histoire de l'Establishement du Christianisme.* Denique si ipsa Apo-

stolorum aetate Judæi scripsit editis miracula Christiana invictè confutârunt, cur religio Christiana vi et ratione. simili oppressa statim non evanuit? cur libri Christianorum mendaces et fabulosi magnam ubique auctoritatem obtinuerunt, dum Judeorum scripta veracissima ita perierunt, ut ne illorum quidem nomen et memoria supersit? 3º Adversus Christianam religionem stylum exacererunt Celsus, Porphyrius, Hierocles, Julianus, quorum scripta interierunt, sed fragmenta plurima extant apud Origensem, Hieronymum, Eusebium, Cyrillum Alexandrinum, qui eos dedita operâ confutaverunt; et ex iis fragmentis facilè dognoscitur quis fuerit mox inter Paganos et Christianos controversiae status. Jam verò nedum apparet confutata aut negata fuisse ab adversariis Christi miracula, constat illa ab ipsis fuisse admissa, ut alibi diximus, nec alter impugnari solita quam accusatione magiae et exemplis similium prodigiorum ab Esculapio, Apolline, Baccho, Apollonio Thyanœo, etc., editorum: quod quidem defensionis genus quod magis infirmum est, eò magis probat sola rci evidentiâ coactos fuisse Paganos ut ne miracula Christiana negarent. Nec verò supponit potest ab Apologistis vel confitâ fuisse illa Paganorum dicta, vel saltem consultò prætermisas graviiores eorum objectiones. Quo enim tempore Origenes, Cyrillus et alii defensiones vulgabant, in omnium manibus versabantur libri quos confutandos suscepibant, ingensque et sibi ipsis et causâ Christiana dedecus creâssent, nisi sincerâ fide adversariorum sententias et verba ipsa refutâissent. Nihil etiam ab iis, quod alicujus momenti esset prætermissum, fuisse hinc patet quod omnes fermè recentiorum incredulorum difficultates ex illis Celsi, Porphyrii et Juliani fragmentis, tanquam ex communi impietatis armamentario depropmtæ sint. Quod verò in objectione additur, invidis Christianorum artibus periisse libros à Paganis conscriptos, id nec verum, nec probabile est. Malâ fide asseritur nulla jam extare vestigia opérum, quibus impugnabatur religio. Quid enim sunt liber S. Irenæi adv. Hereses, Justini Apologia, et Dialogus cum Tryphonie Judeo; octo libri Origenis in Celsum; Minuti Felicis, Tertulliani, Arnobii, Lactancii opera, etc.? Quid Eusebii Caesareensis *Preparatio* et *Demonstratio evangelica*? Nonne in iis exponuntur simul et confutantur incredulorum ipsâ eorum aetate viventium difficultates, exèdem prorsus quas proponunt hodiè Deistæ?

At nonne suspicari licet à PP. corruptas mutilatasque fuisse adversariorum objectiones? — Resp. minimè gentium. 1º Non legitur unquam Patribus exprobata fuisse haec infidelitas. 2º Videmus illos pedetantem adversariorum vestigia sequi, objectiones ipsorum verbi expressas laudare; ita Origenes adversus Celsum, S. Cyrillus contra Julianum. 3º Quis credit à Patribus tentatam fuisse depravationem detectu tam facilem et apertam? Intendebant religious defensores eam in animis credentium confirmare, et insinuare non credentibus; aliqui, nedium finem optatum promovisset, à contrario omnes animos abalie-

nasset, pinguis haec astutia, quâ de levioribus diffultatibus triumphus agitur, at de gravioribus siletur: ergò, etc.

Saltem ut quid opera ipsa non comparent, nisi quôd à Christianis suppressa sint? — Resp.: 1º Ut quid tot opera SS. PP. amissa dolet Ecclesia, licet iis diligenter certè quâm scriptis adversariorum asservandis invigilaverit? 2º Si adfuisse illud, quod inter Christianos singulat, haec opera compactè delendi propositum, qui contigit neminem Hereticorum aut Apostatarum illud prodidisse? Quarè SS. PP., quos latere non potuit, subtiliora Paganorum argumenta referendo, operum ipsum memoriam in perpetuum servant? 3º Potuisse unquam Christianorum societas aliam destruere societatem sibi infensam, se ipsâ antiquorem, et in exordio numerosiorem, Judaicam videlicet, quem predicta anti-evangeliâ aliaque scripta, si aliquando extitissent, etiamnum p̄e manibus haberet? 4º Tandem quâ aetate potuisset à Christianis fieri abolitione? Non ante Constantiū; cùm Pagani omni potestate valerent, nec apud solos Christianos omnia haec exemplaria delenda versarentur. Non etiam potest; si enim religionis propagatione nocere non potuerant ea scripta, cùm à tyrannis oppressa gemeret, multò minus potuere, cùm Imperatorum patrocinio tutâ floreret: quodnam igitur tunc Christianis adfuisse ea delendi motivum? Dicendum ergò, haec opera vetustate et injuria temporum periusse; quia primum est difficultates, aut vanas, aut jam abunde solutas, negligi; quia mendacii sors ea est, ut tandem evanescent et dissipetur; quia, victis Gentilibus, Ecclesia jam de ipsis parum sollicita, hereticis debellandis incubuit; quia tandem, in occidente ingrumentibus Barbaris, monumenta sacra et profana vastavit temporum calamitas; atque in tantâ rerum confusione iis, quæ sibi chariora erant, potissimum invigilavit Ecclesia.

CAPUT TERTIUM (1).

DE DIVINITATE SEU DIVINA INSPIRATIONE LIBRORUM TUM
NOVI TUM VETERIS TESTAMENTI.

§ I. Principia prævia.

1. — Scriptura, quas Christiani sacras appellant, habendas sunt veluti pro tabulario publico summè authenticæ, et summâ saltem fide humana certa, seu cùm facta referunt, seu prophetias veterum prophetarum publicè editas, seu facta doctrinarum, ac proprios sermones Christi Domini; hoc sequitur ex dictis in præcedentibus.

2. — Scriptores sacri novi Testamenti, tum qui Apostoli fuere, tum ceteri non Apostoli, cùm ipsas doctrinas et sermones, instructionesque Christi Domini, approbante S. Petro, seu capite Ecclesiæ, ac ceteris Apostolis, scriptæ et scriptos publicè proposuere, nec falli in his errore fidei aut morum, nec fallere fideles Christianos potuere, ob certam S. Spiritus assistentiam, quam vel ipsi scriptores in scri-

(1) Desumptum ex Stattler.

bendo, vel S. Petrus, et cæteri Apostoli in approban-
dis illis Scripturæ partibus divinitus contestatis,
habuere; etenim

1º Mandavit Christus suis Apostolis ut dogmata
omnia illis à se tradita docerent omnes homines, hos-
que ad eorum fidem , aliquid baptismum recipiendum,
invitarent. Hoc quidem palam est ex Matth. ult. 18 ,
ubi ait : *Data est mihi omnis potestas in celo et in terra ; euntes ergo docete omnes gentes , baptizantes eos in nomine Patris, etc.; docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis.* Ecce legislator loquitur : primò profi-
tetur palam potestatem suam spiritualem constituendi
regulas officiorum et obligations perfectas ad salu-
tem æternam pertinentes (*in celo et in terra*) ; deinde
jubet leges omnes à se traditas doceri omnes homines :
Docete omnes gentes , servare omnia, convenienter fini sui adventus in mundum qui erat reparatio salutis omnium; siquidem teste Petro Apostolo Act. 4, 12 :
Non est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

2º Christus simul promisit suis Apostolis, ac proinde
pro fideliitate suâ, deficere nesciâ, re ipsâ contulit do-
num auctoritatis infallibilis in rectè docendis dogma-
tibus , et legibus quos ipse prior illos docuerat. Nam
Joan. 14, 16, ait Apostolis suis : *Ego rogabo Patrem meum, et alium Paracœlum dabit vobis, ut maneat vo-
biscum in æternum, Spiritum veritatis;* et 5, 26 : *Ille vos docebit omnia, et suggesteret vobis omnia quæcumque dixer-
vobis.*

Nota benè : *Spirituem veritatis* promittit, qui non nisi
vera docere potest : quo sine? ut eos doceat omnia,
scilicet, ut ne quid è memoriam elaborat ex omnibus
quæcumque ipse eis unquam dixisset. Idem promissum
repetit Joan. 16, 15, et in ipso suo in celum discessu,
Luc. ult. 49, dicens : *Ego mitto promissum Patris mei
in vos, vos autem sedete in civitate, quodaduscum induamini
virtute ex alto.* Ecce, prius adoriri munus docendi ve-
rat, quām hoc dono instruantur. Promissi hujus ex-
ecutio habetur Act. 2, 4 : *Repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Et ecco continuo ejus effectum , ad docendum
omnes gentes : *Et cœperant loqui variis linguis, prout
Spiritus sanctus dabat eloqui illis.*

Ex inde Apostolus Paulus Ecclesiam Christi talibus
instructam doctoribus vocat, 1 Timoth. 3, 15, colum-
nan et firmamentum veritatis. Ac de dono isto immuni-
tatis istius ab omni errore in docendo grave testi-
moniura fert ad Ephes. 4, 11, dicens : *Et ipse dedit
quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas,
alios vero Evangelistas, alios autem pastores et doctores;*
quo sine ? ad consummationem sanctorum (Christiano-
rum videlicet, qui jam sunt in Ecclesiâ Christi; quos
ibid. 5, 4, dixerat esse *unum corpus*; in quo sicut est
unus Spiritus, ita debere esse *unum fides*, sicut est
unus Dominus, id est, institutor hujus societatis et cor-
poris istius moralis creator ; *unum baptisma*, seu una
externa ejusdem professio per idem signum legale;
unus Deus et pater omnium) in adificationem corporis
Christi.... Ut jam non simus parvuli fluctuantes et cir-
cumferant omni vento doctrinæ, in inequitate hominum,

in astutia ad circumventionem erroris. Ecce totum doni
istius finem et seriem Christi legislatoris supremi vol-
untatem de unitate doctrinæ et fidei in *corpo suo*,
id est, Ecclesiâ visibili conservandâ, eaque tam perfec-
ta, quam perfecta est unitas *unitus spiritus* in uno
corpore ; ut videlicet sicut omnia membra reguntur
ab una animâ, sic omnes Christiani regantur ab
uno Spiritu Dei , loquente per doctores à se con-
stitutos.

3º Christus gravi lege divinâ obligavit omnes Chri-
stianos ad audiendos Apostolos docentes, que ipse eis
mandavit, et ad fidem eis habendam. Etenim Marci
ult. 13, Christus ascensurus in celum declarat ultimam
voluntatem suam in universum mundum *predicare Evangelium omni creature;* qui cre-
diderit et baptizatus fuerit, *salvus erit*; qui vero non cre-
diderit, *condamnabitur.* Ecce severam perfectamque
gravis legis obligationem : *Qui non crediderit;* cui ?
Apostolis predicantibus Evangelium. Hoc ipso autem
fine necessario legatorum suorum seu ministrorum
charactere eos insignit addens continuo : *Signa autem
eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo
daemonia ejicent; linguis loquentur novis, etc.* Eventus
predictionis pluribus locis in Actis Apostolorum le-
gere est, maximè in primâ ministerii hujus functione,
factâ in ipso die Pentecostes. Deinceps quoque Apo-
stoli concessa sibi hæc lege auctoritatem in omni oc-
casione palam professi sunt, maximè si qua contro-
versia de morum regulis exoriretur; uti Act. 15 :
*Visum est Spiritui sancto et nobis, nihil ultra impo-
nere vobis oneris;* ubi ab onere legalium ceremonia-
rum legis veteris absolvunt omnes Christianos. Hinc
S. Paulus declarat ad Galat. 1, 7, cum vigore pot-
estatis declarat : *Sunt aliqui qui vos conturbant, et volunt
convertere Evangelium Christi (nobis solis delegatum).*
*Sed licet nos aut Angelus de celo evangelizet vobis
præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.*
*Sicut prædiximus, et nunc iterum dico: Si quis vobis
evangelizaverit præter id quod accepistis (à nobis), an-
athema sit.* Et ibid. 5, 2 : *Ecce ego Paulus dico vobis,
quoniam si circumcidamini (ei erroneo iudicio, ac si
necessaria sit vobis circumcisio ad salutem, contra ac
nos docemus), Christus vobis nihil proderit.* Ita pro
auctoritate loquitur Paulus, postquam et ipse aposto-
lici domi particeps et ceu legatus Dei missus à Spiritu
sancto predicabat verbum Dei (Act. 13, 4) (1).

3. — Doctrina Christi et Prophetice que in sacris
Scripturis referuntur, divinam auctoritatem et origi-
nem habere, et certâ fide à nobis credi ac haberi pro
talibus possunt; etsi scriptæ non essent divinitus, nec
pro talibus agnoscerentur.

Divinitas religionis Christianæ totius in cumulo ac-
cepta et illius divinitatis certa cognitio non dependet
à divinitate et certâ cognitione divinitatis, seu imme-
diatae divinæ originis , Scripturarum.

De ipsâ auctoritate Ecclesiæ infallibili in doctrinâ

(1) Stattler, *Demonstratio catholica*, etc., 118-119-
120.

fidei et morum, ac de totâ legi fundamentali regiminis Ecclesiae certi sumus fide divinâ, etsi nondum perspexerimus certam divinitatem Scripturarum. Nusquam enim hoc posterius dogma pro principio assūmitur in omni demonstratione catholicâ quam dant theologi, cum explicant regimen Ecclesiae à Christo institutum.

4.—Uti locutio vivâ voce facta significatio conceptum mentis et rerum conceptibus illis substantiam est per voces ore articulatum prolatas; ita scriptio seu scriptura locutio est scriptis vocibus facta, seu significatio conceptum mentis per voces scriptas. Unde Scriptura divina est locutio scripta, per quam Deus ipse, seu illius auctor, intendit homini significari suos conceptus.

5.—Porro autem potest Deus dupli modo esse auctor scripturæ aliecius, sicut et locutionis; primò immediatè, minirum si ejus existentiam sic determinet, ut illa immediatè significet atque exprimat conceptus ipsius Dei; et tunc ipse Deus scribere et loqui per Scripturam dicitur, talisque scriptura immediatè divina appellari potest; sive jam Deus immediatè literas et voces scripturae talis itidem ipse efformet, sive homine ut instrumento utatur, seu merè physico, movendo ejus manum nullâ libertate ei relictâ, seu merè morali, scriptiōnem vel de verbo ad verbum imperando et dictando; uti cùm princeps ipse scribere suo propriam suam locutionem et decretum dictat; vel saltem res suo nomine, seu suis conceptibus expressas, sigillatim scribendas designat, tuncque scriptum revidet, an rite omnia ad mentem suam expressa fuerint; etsi forte modum et formam scribendi easdem stylumque scribæ dexteritati et arbitrio relinquit. Secundò potest Deus esse auctor aliecius scripturæ solum mediatè, quatenus alterius immediatè scribentis conceptus sic determinat, ut sint suis divinis conceptibus conformes, tum verò ejus voluntatem moveat, ut eosdem scripto exprimat: qualis scriptura mediatè divina rectè vocari, Deusque ipse scribere et loqui per aliud scriptorem, vel alii scribere auctore Deo, dici poterunt.

6.—Rursus verò in alterius scribentis conceptus, voluntatem scribendi, et scripturam ipsam, influere Deus diverso modo potest. Uistinguenda enim in scriptione, seu actione valde composita: I. cognitio veritatis; II. voluntas eam scribendi; III. verba, quibus concipiatur ejusdem scriptio; IV. ordo rerum; V. ordo verborum, seu stylus sermonis. Itaque 1° in cognitionem alterius scribentis Deus influere potest, seu ante, seu in actuall scriptione, veritates omnes, aut non omnes, de novo revelando, aut jam aliquoquin cognitas suggesto, vel solum cavendo et dirigendo, ne in eis è propria memorâ enarrandis erret: item veritatum declarationem, applicationem, argumenta, cognitionis denique ipsius distinctionem, vivacitatem, nobilitatem expressionis suggesto, etc. 2° In voluntatem scribentis influere Deus potest eam inspirando, seu per imperium, internum aut externum, seu alia motiva, ex. gr., utilitatem supernaturali actione sua suggesto. 3° In verba influere potest solum ratione idiomatis,

etiam scribenti ignotum suggestendo, tum ratione defectus verborum ex synonymis, propriorum, vel inappropriorum. 4° In ordinem rerum, determinando naturalem ordinem phantasie, vel rationalem. 5° In ordinem verborum ratione formas prosaicas, aut metricæ, epistolares, historicae, vel orationes, item ratione dictionis, styli, constructionis grammaticæ, etc. 6° Denique haec singula mixto modo ad existentiam determinari possunt, videlicet partim relicto cursu naturali actioni hominis scribentis, partim vero accedente supernaturali divino influxu, ut hoc modo potius fiat quodvis quam alio. Sic cognitio existet mixto modo, si Deus, relicto cursu naturalis cogitationis solum impedit, ne quid falsi irrepat; si delectum rerum determinet; si attentionem et acumen excitet, et incitet ad naturalem usum optimum; si illustret; si defectus præcisè supplet, etc. Voluntas mixto modo agit, si partim occasione naturali, partim divinâ accedente inspiratione, moveatur. Idem est de verbis, ac de rerum et verborum ordine (1).

7.—Ex his quinque veluti gradus influxus divini in scripturam hominis distinguuntur: 1° si omnia supernaturali præcisè modo siant; 2° si unum vel alterum tantum supernaturali, reliqua mixto modo; 3° si omnia mixto modo; 4° si aliqua tantum naturali, reliqua modo mixto siant; 5° si siant omnia naturali modo; sed Deus postea, seu immediatè per se, seu mediatè per alium, suo influxu à se directum, vera esse testetur, quae scripta fuere.

8.—Quilibet gradus immediati influxus auctoritatis divinae ex predictis § præc. scriptura tribuit auctoritatē divinam; modò Deus impedit ne quid falsi eidem immiscatur; idque ipsum satis constet; vel certè postea auctoritatem suam scripto applicet mediatè, vel immediatè, testando illud esse ab omni falsitate immune. Dei auctoritas enim infinita ac semper eadem ratio sufficiens exclusi erroris est, talique scripturæ in omni predicto casu eadem reverentia, assensu idem, et obedientia debetur propter Dei veritatem infinitam illi applicatam, sive in ratione testimonii supervenientis eidem jam existenti aliunde.

9.—Nihilominus scriptura, quæ modo merè naturali tota existit (7, n. 5), et cui solum consequenter applicatur approbatio divinæ auctoritatis, immediata, vel

(1) Hinc manifestum appetit discriberem inter assentiam, inspirationem et revelationem. 1° *Specialis assistentia* stat in peculiari auxilio, quo Deus ita adest scriptori, ut ne inter scribendum erret aut mentiendo, aut falsum proferendo, aut defectum quaecumque committendo, qui impedit ne scriptio ad Dei directionem referri queat. 2° *Inspiratio*, præter specialem assistentiam, dicit incitationem quamdam interiorem motumque insolitus, quo quis ad scribendum impellitur, sine rationis tamen aut libertatis periculo. 3° *Revelatio*, memorat inspirationi, superadditum veritatis antea ignote factam divinitus manifestationem. Potest autem trifarius hic modus speclari, et pertinere vel ad libri sacri generale tantum et scriptiōnem universim, vel ad singulas etiam ejus sententias et veritatis earumque ordinem, vel ad singula quoque veritas earumque compositionem seu plurimas et stylum.

(Theol. Virseburg.)

mediata, propriè divina scriptura non est (4). 2° Ad scripturam divinam propriè talem requiritur, ut voluntas hac ipsa scribendi sit inspirata à Deo, et intellectus cognitio dirigatur, ne erret (5, n. 2; 6, n. 2). Nisi enim sensus scripture inspiratione divina sit existentiam sortitus, sed sola voluntate humana ipsius scriptoris; et si Deus errorem, omnem impedit, non erit positivè à Deo intenta sensus ejusdem scriptio; sed solum supposita scriptio, voluntate humana suscepit, sensus veri (merè humani) expressio, et impedit falsi, à Deo intenderet. 3° Unde rursus alia esse potest scripture divina divinos sensus exprimens, alia exprimens sensus merè humanos. Ad posteriorem sufficiet directio divina intellectus scribentis hominis, sine inspiratione; ad priorem, ceu magis propriè divinam, etiam inspiratio voluntatis, haec talis determinatæ scriptio exprimendi, saltem materialis, requiritur. Dico: *Materialis saltem voluntatis* talia scribendi inspirationem divinam requiri: nec enim opus est, ut scribens semper totum id intelligat, quod inspirante Deo scribendo reipsa exprimit; nec adeò ut formaliter, seu expressè volit ea exprimere, quæ intendit exprimi Deus inspirans. Certè hoc modo adhuc Deus verè per alium, proprio licet nomine loquentem, sua sensa loquetur, et scribi curabit; et scripture propriè adhuc erit verbum Dei.

§ II. Argumenta varia Scriptura totius divinitatem probantia examinantur.

10. — Influxus auctoritatis divinæ in scripturam aliquam est factum. Ergo potest probari, 1° vel à priori, saltum ex parte, ex g., ex divinis perfectionibus et necessitate facti supposita institutione religionis christianæ à Christo factæ; 2° vel à posteriori ex ipsa indole et ratione intrinsecæ totius scriptiorum; eo quod ista talis sit, quæ vires naturæ per se excedat, nec nisi Dei immediato aliquo concurso exarari potuerit; 3° vel testimoniosis, iisque seu auctoritatis immediatæ divinæ, ex gr., per miracula, aut verba ipsius Christi id attestantib; 4° seu auctoritatis merè humanæ satis certæ testimoniis immediatorum, nempe ipsorum scriptorum, qui Dei revelationem vel influxum sensatione intima, vel externa, ipsi experti sint, et certè discreveré, idque ipsum testentur; 5° vel denique ex declaratione auctoritatis partim humanæ, partim divinæ, qualis est declaratio seu iudicium Ecclesie, id assistente Spiritu sancto declarantis.

Varii ex DD. Protestantibus doctores theologi variis primis quatuor ex his probandi modis ad evincendam Scripturæ sacræ divinitatem utuntur. Videndum porrò, an bene.

11. — Probant divinitatem Scripturæ integræ 1° à priori, hoc modo: Deus, qui totam doctrinam religionis christianæ primitiæ revelatione supernaturali nobis revelavit, verisimilius ex consilio ejusdem suæ scientiæ pro conservando cuius deinceps in perpetuum hoc pretioso deposito supernaturali quodammodo quidquam operatus est, videlicet procurando ejus consignationem per litteras, et omne falsum ab his suo immediato influxu excludendo. Respondeo verò 1° hoc

argumentum ad summum probaturum, quod scriptores sacros Deus ipse direxerit in dogmatibus à Christo revelatis veraciter describendis; quin integer contextus divinitus scriptus esse supponi debeat; uti decreta conciliorum de fide divina esse possunt, quin argumenta omnia sint divinæ fiduci, quibus dogmata, per decreta declarata, à Patribus concilii cujusque probantur. 2° Sed ne hoc quidem determinatè probat argumentum allatum; sed solum indeterminatè evincit, moraliter necessarium fuisse, ut Christus de aliquo sufficiente medio conservanda in perpetuum tempus suā in Ecclesiæ doctrine à se semel tradite, et unitatis fidei, provideret. Atqui satis providit hanc in parte, si rectores Ecclesie perpetuos instituit; et auctoritate infallibili (promisso videlicet divinæ sua veracitatibus in eorum oracula influxu) insigivit; vi cuius ipsi, seu scripto, seu vivâ voce, docerent, quæ ipse semel tradidisset, in ipsis dogmatibus istis, et quæ cum his arcitiis connexa essent, errare non possent. Hoc positio Apostolorum Scripturæ auctoritatem divinam habebunt, quoad dogmata à Christo tradita, vel cùm his proximo et necessario neu conjuncta, proponunt; non item quoad reliquias narrationes historicas, quas suus unius nomine præterea scribunt. SS. Luca et Marci Evangelia, cùm ipsi Apostoli non fuerint, ex approbatione Apostolorum, cùm S. Petro in illis publicè pro regulâ proponendis consentientium, similem prorsus nanciscerent auctoritatem cum ceteris, quin sint Scripturae propriæ divinæ (9). De veteris Testamenti Scripturis ut plurimum vel minus adhuc, vel certè non plus idem argumentum à priori evincet. Suppono autem, saltem Apostolos singulos habuisse donum falli nesciæ doctrine; secùs nec Matthæi, nec Joannis Evangelistæ, nec S. Pauli scripta, aliter quām accedente approbatione S. Petri, ceu fundamenti ultimi Ecclesie, haberent auctoritatem divinam etiam in dogmatibus, nec essent scripture propriæ divinæ (NB.) vi hujus præcisi argumenti quasi à priori petiti; nisi insuper probetur inspiratio ad hanc determinatæ scribendum in singulis illorum scriptis (9, n. 2): secùs enim Apostoli, quæ divinitus cognoscabant, merè humanitatis scribere potuissent. Itaque Scripturarum integrarum divinitas à priori non probatur.

12. — Probant divinitatem Scripturæ integræ 2° à posteriori, nempe ex notis intrinsecis Scriptura, quam sacram nos annes Christiani appellamus, ceu effectus, arguendo causam divinam. Sunt autem notæ istæ sequentes, I. vel in voluntate scribentium, si consilium et intentio se prodit in illis aliis, magisque amplius et complicatum, quām cadere in persone scribentis conditionem possit; II. vel in intellectu ratione cognitionis, si res tales scribat, que vel omnem humanam scientiam superent, uti propheticæ, vel scientiam et acumen hujus personæ scribentis; III. vel circa verba, si in idioma sibi ignoto, vel in lingua sibi familiari peritus scribat, quām naturalis ejus peritia ferat; IV. vel circa ordinem verborum et rerum, si is excedat vires naturales scribentis (6). Urgent verò ex his nonnulli ex DD. Protestantium doctoribus sequentes notæ,

videlicet 1° consilium quoddam commune in sacris scriptoribus utriusque Testamenti, quod in personis tam disparatis sine speciali concursu Dei supernaturali concepi non possit. Nam Scripturæ sacræ simul sumptæ continent tum historiam antiquæ et novæ religionis divinitus revelatæ, et veram ipsam utramque religionem revelatam secundum omnia sua dogmata; sic, ut pars una alteram pro suâ intelligentia completa supponat, ita, ut penè pars nulla eorum omitti sine detrimento ceterorum possit. Urgent 2° sanctitatem et sublimitatem dætrinæ, hujusque in primis divinam plane efficaciam et virtutem in corde quovis humano movendo ad bonum, et absterrendo à malo; quæ sub sensum intimum cujusque p[ro]fessoris cada. 3° Addunt ceteras exquisitæ cujusdam perfectionis notas, circa rerum delectum in historicis narrationibus, circa brevitatem, simplicitatem sublimem, nobilitatem stili, ordinem, etc.

Verum excepto casu, quo vel in idiomate sibi ignoto, vel prophetias certas, aut res sibi immediatè ante plane ignotas, quis scribit, aut loquitur, difficile sanè est, ex sola natura et notis intrinsecis scripti, vel sermonis, cum certitudine concludere de concursu Dei supernaturali immediato ad scriptionem, vel sermonem ejusdem: siquidem opus ad hoc foret, ut viris omnibus naturales præsentes personæ scribentis cùm actu scriberet, plane nobis perspecte essent. Imò in ipso casu prophetice incertum esse potest, an non jam alijs ante scriptionem prophetia divinitus quidem accepta, sed deinde merè humanitùs conscripta fuerit. Porrò hoc ipsum valere de sacris scriptoribus nostris facie est ostendere singillatim. Nam 1° voluntas scribendi, et quidem hæc determinatè scribendi in scriptoribus novi Testamenti, post acceptum ab Apostolo S. Spiritum et donum falli nescium docendi, qua Christus tradidit, et post divinam vocationem ad Evangelium propagandum, facilissime ex occasione ipsius prædicationis Iesu nasci potuit, et reipsa, ut constat, semper ex occasione quorundam factorum nata est in omnibus scriptoribus sacris inde à Mose usque ad auctorem Apocalypsis. Consilium et intentio cujusque scriptoris seorsim ut plurimum ad has ipsas occasiones scribendi, et ferè ad lectores suæ ætatis respicit, quorum necessitatibus in primis propiscere satagit, Mose legislator et Prophetæ exceptis, quorum res scriptæ futurum magis respiciunt. Consilii communis concordia, et perfectè sufficiens aptitudo Scripturarum ad unum communem finem, non excedit providentiam Dei naturalem, et industrias prudentiamque hominis, eos præcisè libros ex plurimis aliis præterea similiter scriptis seligentis in unum canonem, et pro auctoritate publicæ proponentis suæ Ecclesiæ. Denique libris Ruth, Esther, Tobiae, cur salvâ religione carere simpliciter non possimus? 2° Quod porrò cognitionem intellectus, seu res scriptas universè attinet, constant illæ aut historiis factorum, aut dogmatibus, aut prophetiis. At qui 1° historias omnes naturaliter scire et scribere potuere; quia vel testes omnium oculati fuerunt, vel fontes allegant, vel certè hi satis constant, unde acce-

perint. Delectus earum ferè in particulari cujusque scriptoris fine et occasione scribendi facilè, ceu ex regulâ determinante mediâ, intelligitur. Historica narratio sermonum Christi longiorum tam dissimilis est in Evangelistis, tam subinde contracta in synopsin, necnō relata nexus, ut naturalem eorum memoriam saltem apertè non excedat. Fortè commodo tempore aliqua adnotarunt; aliqua ipso usu, repetitione inter se, prædicatione sepius iterata, profundiū et ordinatiū memoriae impresseré. 2° Dogmata à Christo proposita partim ad naturalem, partim ad supernaturalem religionem pertinent. Jam certum quidem est, originem totius systematis religionis à Christo propositi divinam esse, et captiu naturali Evangelistarum superiorem. Naturalis totius religionis cognitio saltem moraliter, supernaturalis verò absolutè, per solas vires naturæ illis possibilis non erat. Certò utique ultramque tam Apostoli, quam Moses, divinā ex revelatione accepérunt. Verum ex hoc non sequitur, non potuisse illos, quod divinitus et supernaturali modo accepérant, naturaliter litteris consignare; nec sequitur, ex natura scripti probari posse, quod vel dogmata divinitus ipsi Apostoli conscripsérunt; quippe quod solo ex Christi testimonio, etiam humanae scriptura inserto, probari posset; nec sequitur denique omnes et quoscumque sacros scriptores in persona religionis illud sistema immediatè à Deo revelante, vel à Christo, accepisse; sed potuere id accipere mediante alio Apostolo, ut S. Marcus à S. Petro, S. Lucas à S. Paulo; idemque deinde potuerunt scribere saltem ipsi merè humanitùs. Denique quot religiosos libros habemus, qui summo animo pietatis in Deum et virtutis sensu afficiunt; et tamen merè humanitùs scripti sunt! Aut quis gradum sensus istius discernet, qui divinam originem certò prodat? 3° Demum de Propheticæ idem plane, quod de dogmatibus valet: accipi immediatè divinitus, scribi humanitùs potuere; fortè per partes, prout accepte sunt, si multitudo rerum abundant, ut Apocalypsis. 4° In verbis et idiomate scriptorum nihil supernaturale appetit. Idiomatis omnibus eam peritiam habere per naturalem industrias poterant, quantum in scriptis suis quisque prodit. Constat enim, græcum quoque idioma tunc in Palæstina plebeis etiam hominibus familiare fuisse, et facile potuisse fieri, ut scriptores sacri idem ex necessariis cum Græcis usi penitus disserent in prædicatione ipsa Evangelii, per annos octo deceunive saltem manu producta, priusquam scriberent. 5° Methodus scribendi et docendi quidem illustri prorsus simplicitate et perfectione suâ altius quid ingenio naturali Apostolorum passim prodit, et verisimilitudinem divini concursus præ se fert. Sed quis cum certitudine naturalem capacitatem scribentium desinet, tunc præsertim, postquam cor et totus animus Illorum divinâ quâdam sapientiâ et nobilitate totius sensus interioris de rebus religionis Jesu Christi impletus est? Certum itaque esse concludo, ex intrinsecis notis sacrarum Scripturarum originem earundem immediatam divinam cum certitudine colligi nequaquam posse.

15. — Probant divinitatem integræ Scripturæ 3° ex testimonio divinis, nempe ipsis Christi Domini, et primò quidem divinitatem Scripturarum novi Testamenti. Testimonia Christi in hanc rem præcipua sunt 1. Matth. 10, 19 : *Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Verum hic tantum pro casu publicæ defensionis doctrinæ sua illis actualis inspiratio divina promittitur. Unde idem Marcus, 13, 11, sic exprimit : *Quod datum vobis fuerit in illâ horâ, id loquimini;* et S. Lucas, 12, 12 : *Spiritus enim sanctus docebit vos in illâ horâ, quid oporteat vos dicere.* Jam ex hoc ad summum inferri poterit similis assistentia in scribendis doctrinis Christi, non item in aliis. Præterea in defensione publicæ doctrinæ fidei coram magistratibus singularis erat necessitas, ne vacillando, ex defectu præsentiae spiritus et quietis mentis, ac libertatis, male illam defendenter; cum ad hoc acunire, prudentia et animi constantia fallaciæ opus fuerit. II. Joan. 14, 16, promittit eisdem Apostolis Christus : *Pater alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobis in eternum;* et v. 26 : *Ille vos docebit omnia, et suggesteret vobis omnia, quæcumque dixerim vobis;* id est, aperiet sensum omnium, et refricabit memoriam omnium, etc. Verum haec promissa probant influxum perpetuum S. Spiritus in omnem publicam prædicationem et propositionem doctrine Christi, atque etiam in scriptiōnem dogmatum à Christo acceptorum; ast non item in omnem reliquam merè historicam factorum narrationem, totumque contextum. III. Miracula denique, ceu totidem Dei testimonia allegant, pro contestandâ Scripturarum christianarum divinitate facta. At enim miracula quidem pro contestandâ Christi divinitate, et consequenter pro divinitate universæ doctrinæ et institutionis ipsius, pro divinâ item Apostolorum missione confirmandâ, tum à Christo, tum ab Apostolis patrata, ea que plurima, omnes novimus; sed pro hoc singulare dogmata divina immediata originis Scripturarum editum miraculum, idque satis publicum, eidem ne unum quidem novi, neque nōrum ipsi, qui hoc argumento in istâ questione utuntur. Præterea, etiæ miracula extarent pro veritate Scripturarum contestandâ edita, applicatio hæc divina auctoritatis, consequenter Scripturis superveniens, eisdem quidem certitudinem divinam, non tamen divinam immediatam originem tribueret (8-9). Ut adeo pro divinitate integræ Scripturæ novi Testamenti testimonium divinum satis certum non extet.

14.—Testimonia divina divinitatem Scripturarum veteris Testamenti, in canone hebreico contentarum, probabant plura magisque solida suppetunt. Nam 1° Joan. v. 39, Christus, ad veteres Scripturas ahlegans Judeos, ait : *Scrutamine Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere; et illæ sunt, quæ testimonium perlîbent de me; et non vultis venire ad me, ut vitam habeatis.* 2° Joan. 10, 34, eisdem ait : *Nonne scriptum est in lege vestrâ (id est, in Psal. 81, 6, in quo Asaph kœtor Psalmi sic Deum loquentem inducit) : Quia ego*

dixi : *Dii estis. Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura, etc.* 3° Matth. 22, 44, ait quidem David in Spiritu Messiam vocet Dominum, dicens (Psal. 109, 1) : *Dixit Dominus Dominu meo. Jam ad vim horum testimoniorum perspiciemad imprimis supponi debet, quod infra ostensurus sum, videlicet apud Judeos atque Christi receptam fuisse certam persuasioneum communem, quod Scripturæ in canone suo hebreico enumerante omnes divinam auctoritatem haberent. Porrò totus ille canon in cit. vers. Joan. 10 nomine legis designatur : siquidem si nomine legis soli libri Leviticius, Numeri, et Deuteronomiū appellarentur, quomodo Christus ceu partem legis ibidem Psalmum 81 citare potuisset? Jam verò, hoc supposito, Christus in his allegatis locis apertè approbat ceu veram istam Judæorum sententiam. Nam etsi in primo loco Joan. 5, possit videri solùm argumentari ad hominem (quia vos putatis, etc.), tamen altero in loco Joan. 10, apertè ex proprio sensu ait, *Scripturam solvi non posse, id est, falsam esse; ubi profectò per legem æquè ac scripturam iterum non solùm Pentateuchum, sed totum Canonem, ex mente Judeorum intelligit.* Pariter cùm dicit, Davidem in spiritu scripsisse Psalmos, apertè illum divinitutis scripsisse secundum modum loquendi Judæis familiarem affirmat. Fuisse enim istum usitatum apud Judeorum vetustissimos interpres sacras Scripturas citandi modum, quidem vel S. Spiritus, hoc illudve dixerit, videre est in Tanchumâ f. 17, col. 4, et f. 15, col. 1. Unde et S. Petrus Act. 1, 16, ante acceptum ab Apostolis S. Spiritum dixit : *Oportet impleri Scripturam, quam prædicti Spiritus Sanctus per os David de Iuda, ... in libro Psalmorum.... et episcopatum ejus accipiat alter* (Psal. 68, 26). Argumentans nempe Christus adversus Judeos præsumtum divinitatem ex Scripturis ipsorum, supponit pro certo principio, non solùm Prophetias de Messia in illis contentas (*quomodo David in Spiritu vocat eum Dominum?*) sed etiam alia dogmata et doctrinas in iis contentas (*scriptum est : Dii estis. Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura*) è quod Spiritu divino inspirante scripta sint, falsas esse non posse. Sed an etiam supponebat, totum contextum merè historicum et narrationes factorum fuisse ex integro divinitutis scriptas? Illo enim invenerò ad vim argumentationis Christi supponere absoltè necessarium quidem non erat : attamen cùm nec Judei inter doctrinas et prophetias ex una, et merè historicæ facta in Scripturis contenta ex alterâ parte distinguenter, sed eas ex integro divinas haberent; nec Christus item quid excipiat, sed Scripturam simpliciter *solvi non posse* affirmet; ratiocinio theologico verisimillime ex his Christi verbis concluditur, totam Scripturam veteris canonis hebreici divinitutis scriptam fuisse.*

15. — Probant divinitatem integræ Scripturæ 4° ex testimonio humanis, ac primò ipsorum scriptorum sacrorum veteris Testamenti de istius propriis Scripturis. Ex his I. Moses testatur sc̄ expressam jussionem divinam accepisse Exodi 17, 14; ut scriboret victoriam,

adversus Amalecitas ab Israelitis relatam; et Deuter. 31, 19, ut scriberet canticum illud : *Audite, coli*, quod cap. seq. ibidem habetur. II. David in primis ipse de se testatus esse in lib. 2 Reg. 23, 2, refertur, quod Spiritus Domini locutus sit per ipsum : *Dixit David... egregius Psaltes Israel : Spiritus Domini locutus est per me, et sermo ejus per lingua mean*. Sed dubium est, au istud testando, David affirmet in omnibus Psalmis scribendis, an verò solum in eo qui mox ibidem subjicitur velut ab eo compositum, per illum locutum esse Dominum. Quòd si præterea Deus saltem in canticis propheticis, quæ Psalmis Davidis commixta sunt, per illum verè locutus esset; jam de se ex vero David affirmare potuisse : *Spiritus Domini per me locutus est*. Deinde non ait David, in scriptione primùm et compositione Psalmorum Dei locutiones illas ad se directas fuisse. Potuit ante excepsisse, et jam exceptas scripsisse merè humanitatis. Unde communis hujus loci interpretatio apud Catholicos recepta, quæ tenet, illum de omnibus Psalmis generalem Dei inspirationem exprimere, hunc sensum non tam ex tenore litterarum et expressionis propriâ emphasi derivari, quam ex aliunde notâ (nimurum ex Ecclesiæ judicio, ut infra patebit) totius Scripturæ divinâ inspiratione. Pariter in Psal. 45, 2, David *linguam suam vocans calamus scribæ velociter scribentis*, creditur ex communi sensu interpretum id dicere de universis Psalmis; quia scilicet id ex Ecclesiæ iudicio aliunde certum supponitur. Secus certè de solo illo ipso Psalmo id dicere cogitari posset. III. Similiter Isaías 8, 1; 30, 8; et Jeremias 30, 2, 36, 2, 51, 59. Habacuc 2, 2. Ezechiel 24, 2; 43, 11, afflant, saltem partes aliquas acceptarum à Deo revelationum ac prophetiarum se ex divino jussu expresso scripsisse; Daniel verò librum suum totum ita se scripsisse c. 42, 4, innuit. Jussus porrò inspirationem probat; quæ directione divinâ in Prophetis non caruit, eo ipso quòd Prophetiae, ceu diu post implendae, citra ullum errorem litteris consignari debent, ut fructum sibi proprium suo tempore afferre possent (9). Porrò alia testimonia non suppetunt, ex libris sacris veteris Testamenti. Ad summum ergo ex scriptoribus sacris Testamenti veteris, ceu testibus, probatur, alias, easque (relata ad residuas) perpaucas partes veteris Testamenti Scripturarum divinitus conscriptas esse.

16. — Sacrorum scriptorum novi Testimenti testimonia de divinitate Scripturarum ejusdem veteris Testamenti præcipua sunt sequentia. 1^a 2 Timoth. 3, 16, S. Paulus secundum lectionem vulgatam ait: *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, et arguendum*, etc. Textus verò græcus ita habet: Πᾶσα γένη θεόπνευτος, καὶ ὀρθίμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς τελεσθεῖσαν, cui hic sensus respondet: *Omnis Scriptura divinitus inspirata, et utilis ad docendum, ad redargendum, etc. Jam autem, sive vox inspirata, θεόπνευτος, sit subjectum, ut illud est in lectione vulgata; sive sit eadem vox prædicatum perinde atque vox utilis, καὶ ἀρχήμος, quod græcus textus innuit; Apostolus utrāque in hypothesi, affirmat, vel certè supponit, existe-*

re Scripturam divinitus inspiratam. Nam paulò ante v. 6, monuerat Timotheum, ut ne seductione matronum hominum à veritatis viâ se abduci sineret, sed (v. 14) permaneret in iis, quæ didicisset: *quia ab infantiâ sacras litteras nōset; quæ illum possent instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu*. Tum verò mox de his ipsius SS. litteris, quas didicisset Timotheus ab infantiâ, subdit idem Apostolus: *Omnis Scriptura divinitus inspirata*, etc. Ubi si non per modum predicati affirmat inspirationem (uti reipsa versio latina, syriaca et arabica videtur vocem *inspirata* potius ad subjectum retrahere), certè tamen supponit existentiam inspirationis earum SS. litterarum, quas Timotheus ab infantiâ suâ didicerat, et de quibus S. Paulus eidem paulò ante dixerat, quod *illum instruere possent ad salutem per fidem in Christo Jesu*. Jam verò ex hoc ipso patet, quod S. Paulus (nisi aliunde, nempe ex auctoritate Ecclesiæ, aliud probetur) non nisi de SS. litteris veteris Testamenti loqui videatur, vel saltem illum de his solis isto quidem in loco loqui necessariò admitti debeat. Itaque 1^a ex isto immediatè nihil de existentiâ SS. litterarum novi Testamenti, sed tantum de existentiâ aliquarum SS. litterarum veteris Testamenti inferri potest; quippe quas solas S. Timotheus ab infantiâ suâ nōsse poterat, ceu ex matre Iudea natus; cum Scripturas christianas non nisi jam adulis accipere potuerit. 2^a Præterea vox autographa θεόπνευτος, aliud strictè non dicere videri possit, quam scripturam *Spiritu Dei plenam*, id est, quæ contineat plurimas doctrinas immediatè à Dei Spiritu revelatas, etsi humanitatis deinde scriptæ sint; vel certè si sola dogmata et prophetie in veteris Testamenti libris divinitus scripta essent, non item cætera mera facta historicâ, nec totus contextus, libri tamen illi *Spiritu Dei pleni* rectè vocari à S. Paulo potuissent. Nequa verò scopus Apostoli præsens amplius quid requirebat; qui erat is, ut Timotheus contra seductionem malorum hominum, à viâ veritatis *alios abducere* querentium, se firmaret lectione SS. litterarum, quæ illum abundè possent instruere ad saltem in fide Jesu Christi. Atqui hoc possunt SS. litteræ etiam veteris Testamenti, quatenus res divinitus revelatas et prophetias de Christo, certè fide etiam solùm humanâ scriptas continent. Nec obstat, quod omnis Scriptura in textu græco prædictetur divinitus inspirata: quia jam hoc verum erit, si omnis ejus tiber contineat res, dogmata, vel prophetias, divinitus revelatas. Interim nihilominus verum est, S. Paulum, nisi plus affirmare vellet, quam Scripturas veteres esse Dei Spiritu plenas ob solas res contentas, sic non discreturum eas à catechismis, à scriptis sermonibus sacris, aliisque religiosioribus libris. Præterea nunquam è uitio voce θεόπνευτος nisi de SS. litteris; ac proinde aliquid illis solis proprium per illam sine dubio exprimere voluit. Denique cùm certum sit, Judeos id temporis communiter verè divinitus scriptos credidisse SS. libros sui canonis hebraici (saltem quoad dogmata et prophetias, si non omnino integrōs); nec Timotheus, nec ali Christiani, S. Paulum alter intelligere, nec iste cā vo-

ce aliud designare potuit; ac proinde aliqua immo-
ta origo divina SS. litterarum veteris Testimenti ex
hoc loco 2 ad Timoth. 3, 16, certissimè; integra au-
tem earum divinitas valde verisimiliter, non tamen
certissimè probatur.

2° 2 Petri 1, 19, S. Petrus post enarratam histo-
riam transfigurationis Christi in monte Thabor, et au-
ditum Dei vocem: *Hic est filius meus dilectus*, quorum
omnium se testem præsentem dicit, porrò sic pergit: *Ei habemus firmiorem propheticum sermonem; cui benè
facitis attendentes: hoc primum intelligentes, quid omnis prophetia Scripturæ proprià interpretatione non
fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando
prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.* Jam 4° locus iste ad solas Scripturas
veteris Testimenti pertinet. Ad has enim unicè, qua-
tenus prophetias de divinitate Christi continent, able-
gat S. Petrus lectores suos ex Judaismo conversos ad
Christum. 2° Si abstrahamus adhuc ab omni Ecclesiæ
judicio et interpretatione istius loci, omnino quidem
probabile videri potest, nomine *prophetici sermonis*, et
prophetæ Scripturæ, non præcè prophetias propriæ
tales, in SS. litteris veteris Testimenti contentas, de-
signari, sed omnes illius libros universè more propheta-
riarum divinitus inspiratos indicari. Certè etiam ad
Ephes. 2, 20, cùm gentiles ad fidem conversi dicun-
tur esse hospites in civitate Dei *superædificati super
fundamentum Apostolorum et prophetarum*; et ad Hebr.
1, 1, cùm S. Paulus ait, *multifariam Deus nobis lo-
quens in Prophetis*; utroque in loco valde probabile est
non solos Prophetas in specie sic à Judæis appellatos,
sed Mosen item et Davidem, qui de Messia item pro-
phetias protulerunt, inò universè omnes scriptores
sacros veteres designari. 3° Nihilominùs, abstrahendo
ab Ecclesiæ judicio, profectò id certum non est. Nam
expressè loquitur S. Petrus de Prophetis loquentibus
prophetice (*locuti sunt sancti Dei homines*). Nec argu-
mentum ejus ullo pacto exigit, ut affirmet, vel supponat,
scriptisse prophetas divinitus. Siquidem probare
præcè vult, Christum et Messiam præsentem esse et
Deum, tum ex voce Dei Patris, quam ipse in Thaboro
audiisset, tum ex testimonio Prophetaiarum illum pre-
dicentium; quorum prophetæ non potuerint esse in-
venta arbitria phantasie, sed revelationes S. Spiritus
loquentibus illis factæ. Itaque de loquentibus solùm
Prophetis locutus ipse videri S. Petrus adhuc proba-
biliter potest, non de scribentibus SS. litteras univer-
sè. 4° Denique si etiam priorem sententiam supponas
de hoc loco; tamen haud certò evinces immediate-
SS. libros integrè, sed solùm, prophetias illorum, di-
vinitus scriptas fuisse.

Cæterū easdem observationes applicare oportebit
ad illud dictum S. Petri 1 Act. 16: *Oportet impleri
Scripturam, quam predicit Spiritus sanctus per os Da-
vid de Iuda, etc.*, uti et ad alia similia. Quanquam vix
aliqua suppetunt SS. scriptorum novi Testimenti te-
stimonia, quæ vel parem vim cum duobus isthic pro-
positis utcumque habere possint; ut adeò volens ea
omnino præteream.

17.— Sacri scriptores novi Testamenti nuspiam te-
stantur, se omnia ex integro divinitus scriptisse. Enimvero nuspiam id genus testimoniorum in eorum
litteris invenitur; et, quod amplius est, nec exstat
quidem testis ulius alias probate fidei in Ecclesiæ, qui
id expressè testetur, quòd ipsi SS. scriptores id un-
quām de se testati ipsimet fuerint. Nec verò iidem
nuspiam relatò ad universa à se scripta talēm tantamque
attentionem ac reverentiam nuspiam requirunt, qualis
quaunque scripto ex integro divino circa res omnes
scriptas debetur; sed hanc semper restringunt ipsi
Apostoli ad solam doctrinam suam. Solus auctor Apo-
calypsis S. Joannes se Dei accepisse imperium testa-
tur, ut visiones et prophetias divinitus acceptas con-
sideret.

Similem in modum Ecclesiasticus à cap. 45 usque
ad 50 laudat plerosque sacros scriptores veteris Te-
stamenti singillatim; et tamen ne verbum de divinā
illorum inspiratione et directione in universis scriptis
suis memorat. Adde quòd Melchior Canus de Locis
theol. L. 3, cap. 3; Bellarminus, l. 4 de Verbo Dei,
c. 4, § 2; Costerus in Enchir. c. 4; Lindauus in Pan-
nopliā l. 1, c. 23, negent nuspiam legi, aut testari Apo-
stolos, se ex mandato Christi scriptisse.

Martyres quoque frustra veluti hijus divina origi-
nis Scripturarum testes allegantur. Nullus enim ostendi
potest, qui pro hoc facto singillatim contestando marty-
rium subierit. Pro divinitate autem totius doctrinae
Apostolice mortem obire, illamque certam habere
potuere, quin Scripturas integras divinitus scriptas
assumi necesse sit.

18.— I. Itaque Scripturarum integrarum divinitas
nec probatur à priori (11), nec à posteriori ex notis
intrinsecis illarum (12): pro divinitate integra Scrip-
tura novi Testimenti nec certum testimonium divi-
num (13), nec ullum ipsorum sacrorum scriptorum
exstat (14): divinitas verò Scripturarum integrarum
veteris canonis hebraici ex Christi divino quodam te-
stimoniō verisimillime quidem concluditur (14); ex
testimonio autem ipsorum sacrorum scriptorum, seu
veteris (15), seu novi Testimenti (16), non certissimè
probatur.

Videmus itaque, deposita auctoritate Ecclesiæ, plura
solidioraque argumenta pro divinitate integræ Scriptu-
rarum veteris canonis hebraici, quām pro eadē di-
vinitate integræ Scripturarum novi Testimenti di-
putere, illorumque vim ratione integræ divinitatis
probanda præcipue in eo repositum esse, quod Christus
et Apostoli, SS. Petrus et Paulus, divinitatem
veterum Scripturarum adstruentes, verisimillimè eam
intellexerint ad mentem Judeorum, qui eas ex inte-
gro divinas habuere. Secùs certè istum errorem ipsi
confirmasset. Profectò S. Paulus in Epist. ad Roma-
nos et ad Hebr. 3, 7, item 10, 15, et Act. 28, 25, at-
que alibi saepius dogmata fidei varia absolutissimè se
probare credit sòla allegatione locorum Scripturæ ve-
teris, passimque Apostoli dicunt, Spiritum sanctum
locutum esse per Psalmem (Act. 1, 16), Isaiam (Act.
28, 25), Jeremiam (ad Hebr. 10, 15); dum istorum

scripta citant, ac proinde divinā ista pollere auctoritate supponunt.

19. — H. Systema totum religionis atque dogmatum fidei in Scripturis, tam veteris, quam novi Testamenti, contentum, etiam seposita auctoritate Ecclesiæ, multò certioribus et effractioribus argumentis probatur divinitus scriptum fuisse, quam integer contextus, cui illa miscentur. Patet id ex dictis supra.

Dices verò : Si semel probatum satis est, sacros scriptores divinitus scripsisse dogmata et prophetias in suis scriptis contentas, tunc eo ipso admittendum esse consequitur, eos nullā prorsū alia in re ita divino caruisse influxu, ut actu in illa errare potuerint. Quod si enim aliquando in factis aliis narrandis errorē admississent, fides, memoria, et notitia illorum etiam in relatione dogmatum hanc extra omnem suspicionem erroris futura essent. Neque enim quid leve, quid magnum in Scripturis, quæ facta salvo dogmate falsa esse, quæ non falsa esse possint, tam facile est statuere. Unde rectè S. Augustinus in Ep. 8, S. Hieronymo, simulationem S. Paulo affingenti, cum Cepham reprehendisse se, istumque reprehensibilem fuisse idem ad Galat. 2, scribit, ita respondet : *Admissum semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quæ non, utcumque videbitur vel ad mores difficultis, vel ad fidem incredibilis, eadem perniciossima regula ad mentientis auctoritatis consilium officiumque referatur.* Verum respondeo : hec ratio fundare prudens humanum iudicium et solidam conjecturam de integrâ divinitate Scripturarum potest ; cuius etiam soius gradum attinget communis populi Iudaici de eadē sententiâ, si haec alio fundamento nixa non est. Ast non conficiet talis utecumque prudens persuasio firmum dogma, cui adstipulari continuo omnes graviter obligemur; nisi hujus ipsius persuasionis auctoritatem altiore ex fonte in Dei Ecclesiâ derivemus.

§ III. Argumentum unicum convincens esse Ecclesia concors sententia ostenditur.

20. — Documenta de sensis Iudeorum circa divinitatem suarum Scripturarum proferuntur. 1^o Ipsi sacri scriptores Iudeorum nusquam divinitatem immediatam suarum Scripturarum, sed solūm divinam originem et revelationem totius systematis religionis profertur, cujus et dogmata et historiam seribunt. Unicum vestigium in 1 Machab. 12, 9, occurrit in Epistolâ Jonathæ ad Spartanos, ubi dicitur, habere se solatio sanctos libros in omni scilicet adversitate, τὸ δὲ τὰ ἀγαθά. Auctor libri quarti Esdræ cap. 14 quidem assertit, certo prodigo divino libros sacros omnes, in captivitate Babylonicâ deperditos, Esdræ à Deo de verbo ad verbum dictatos fuisse. Sed constat ejus libri auctorem fuisse Judeum, Christi fide imbutum, eō quod Christi distinctissimum faciat mentionem. 2^o Amplius quid hanc in rem nolus Aristeas, Philo, et Josephus Iudeus offerunt. Aristeas apud Josephum Antiq. l. 12, c. 2, narrat (de Mosis Pentatencho quidem solo) versionis Septuaginta duorum historiam,

et quidem citra omne id genus miraculum factam, quale post Philonem nonnulli ex SS. Patribus christianis eidem facto nimis creduli astinxeré. Ubi præmissâ quidem narratione fabulosâ de Theopompo, qui obtentatam jam ante similem versionem SS. librorum rationis usū à Deo in pœnam privatus fuerit, mirabilem solūm consensionem tanta multitudinis interpretum (quos in commune contulisse operam et consilium expressè affirmat) extollit; reipsa, ut videtur, in id intentus, ut præjudicium adversus græcam versionem illam conceptum, et de ficitâ profanatione SS. librorum inde ortâ, Iudeis eriperet. Ex quo proinde satis antiquitas opinione Iudeorum de divinâ quādam origine suorum SS. librorum innotescit, quos versione in alienam lingua profanari credebant. Neque verò reverentiam istam solūm divinitate origini legis et religionis sue in illis SS. libris contentæ, non scripti, ejusdem à Iudeis habitam credas. Nam 3^o Philo Iudeus eamdem versionis 70 historiam in lib. II. de Vitâ Mosis multis prodigiis fragmentis interpolatam referens, apertè interpretibus versionem de verbo ad verbum divinitus singillatim dictatam, indeq; in tantâ græce lingue copiâ ac verborum synonymorum multitudine sanè mirabilem consensionem ortam fuisse affirmat. Si ita de versione sensit Philo, num fortè minùs quidpiam de autographis crediderit? Appellans ille SS. libros passim his vocibus utitur ἡραὶ γράμματα, γράμματα, βέλος Θεοῦ, λεπτότατα βέλος. Ipse modus commentandi in SS. libros, eidem usitatus, et in verbis juxta ac sententiis mysteria persequens, certam sententiam illi fuisse ostendit, integrè à Deo fuisse dictatos. Universè idem Prophetam definit eum qui non nisi quæ Deus illi internè locutus est, externè proloquitur; indeq; concludit, in sermone talis prophete nihil imperfectum ineptumque inesse posse. 4^o Josephus contra Appionem, l. 1, de libris historicis suæ nationis ait, *eos non nisi à prophetis operari possunt*; qui vetustissima facta ex divinâ revelatione, sui verò temporis acta sinceritate summâ scriperint. *Esse apud seces (Iudeos) non ingentem numerum, sed 22 haud amplius libros, qui totius acti temporis historiam complexi, meritò pro divinis haberentur. Ex his quinque Mosen habere auctorem, qui et leges, cum historiâ à mundi principio usque ad Mosis obitum, continerent. Intervallum illius temporis saltē ter milie annos complecti. A Mosis obitu usque ad regnum Artaxerxis, qui post Xerxes in Persia regnabit, Prophetas post Mosen historiam suæ attatis tredecim libris complexos fuisse. Quatuor reliquos partim canticis laudis divinae, partim institutionibus vita religiosè ducendae constare. Exinde quidem et historias inde ab Artaxerxe usque ad hodiernum diem litteris consignatas inter Iudeos fuisse : sed eas fidem atque auctoritatem priorum librorum non habere; ed quid prophetarum series ulterior incerta sit. Summam esse Iudeorum erga SS. libros reverentiam, ita, ut post tot secula nemo unus sit quid addere, vel demere, vel mutare; sed omnibus id à teneris persuasum esse : scripta illa pro ipsis Dei dogmatibus habenda, eis constanter inherendum, et si opus fuerit, pro iis mortem cum gaudio appetendum.*

esse.. Tum memoratæ Machabæorum fratrum constantiæ in tormentis pro divine legis et SS. librorum observantia cœlendendâ exantlati, Graecos urget: *Nunquid ex ipsis simile quid patientem sibi pro universorum suorum librorum jacturâ amoendâ existimaret? Ejus porrò discriminis hanc unam esse causam ait, quod eos narrationes nonnisi tales complecti crederent quas illorum auctores nonnisi ex merâ humana sententiâ conscripsissent.* Itaque Josephus absolutè testatur, Christi ætate à Judæis universos SS. libros sui Canonis pro divinitatis dictatis habuisse: et si documenta nos deficiant, quibus doceannur de prima epochâ sententiae istius per eos conceptioꝝ, aut num inde à principio semper ita senserint. 5º Denique ex allatis Christi testimoniis (15), et testimoniis SS. Petri et Pauli (18) patet illo ipso tempore receptam apud Judæos sententiam fuisse, res omnes saltem ad dogmatis aliquicun rationem pertinentes, quacumque in SS. litteris conseruerunt, divinitus scriptas, atque ob divinam auctoritatem certissimè credendas esse. Quo enim pacto secus aut Christus, aut Apostoli, continuò Judæis SS. litteras ut in Spiritu scriptas, et in quibus S. Spiritus loqueretur, citare potuissent? Quâ emphasi Christus et Apostoli toties ex uno verbo scriptoris sacri argumentum irrefragabile repetere possent, ex. gr., ex voce: *Dii estis, David in Spiritu vocat Messiam Dominum, et ad Hebr. 1, 5: Cui angelorum dixit aliquando: Filius meus es tu?* 6º His addo testimonia Thalmudis Babylonici in Gemarâ ad tract. Sanhedrin, et Jerosolymitanî, tract. Taanith, et Rabbinorum Mosis Maimonidis in tract. de Penitentiâ, Menassei Ben Israel in Prohl. 6 de Creat., asserentium divinitatem SS. Scripturarum esse articulum fidei fundamentalem.

21.—Sensa Patrum et scriptorum Ecclesie Christi de divinitate integrarum Scripturarum utriusque Testamenti. 1º S. Clemens Romanus Ep. 1 ad Corinth. vocat *Scripturas sanctas*, dicisque, *esse oracula S. Spiritus, quæ nihil inustum, nihil falsum continere possunt*: item, Epistolam S. Pauli ad Coriuthios in Spiritu scriptam esse. 2º S. Polycarpus in Ep. ad Ephesios iutidem *Scripturas sanctas* vocat, et inter has allegat Epistolam S. Pauli ad eosdem scriptam. 3º S. Justinus Martyr in Apol. 2 non prophetis, sed *Spiritu sancto ac Dei Verbo tribuenda esse, que illi loquuntur.* In Dial. cum Tryphone negat absolutè, in Scripturis antilogias esse posse, et SS. scriptores vocat θεοὶ Πανώνται λαλητές, ἔγινον πληρωθέντες Πλευραῖς. In Parænesi ad gentes, quæ eidem adscribitur, docet SS. scriptores fuisse instrumenta à S. Spiritu cœp plectra mota. 4º S. Dionysius Corinthiacus apud Euseb. 4, 23, vocat *Scripturas Domini*. 5º S. Irenæus, adv. hæres. L. 1, c. 47, 46, defendit Scripturam perfectam credi debere, eò quod sit *Verbum Dei et Spiritus ejus*. Idem L. 2, 27; 1, 8; 5, 20, appellat *Scripturas divinas, divina oracula, Scripturas Domini*. 6º Clemens Alexandrinus in Predag. ait, *os Domini et S. Spiritum omnia locutum esse, quæ SS. litteræ dicunt; ac provocat ad S. Pauli dictum 2 Tim. 3, 6: Omnis Scriptura divinitus inspirata, etc.* In Stromat. L. 4, ait *Scripturas*

omnipotenti auctoritate confirmatas esse. 7º Origenes de Princ. Scripturas dicit *Spiritu sancto scriptas*; in L. 5 contra Celsius: *Judeos et Christianos convenire in hoc, quod SS. libri divino Spiritu scripti sint.* In Comment. in Lucam Prefat., ait quatuor Evangelistas scripsisse à S. Spiritu inspiratos; in Prefat. in Matth. addit cooperante S. Spiritu scripsisse, τουτεργάντος τοῦ ἁγίου Ιερεύποτος. 8º S. Cyprianus de Unit. Eccl. ait *S. Spiritum per Apostolum Paulum in ejus Epistolis loqui.* 9º Eusebius in Hist. Eccl. 5, 28, Artemonius hæsiarchæ ascelas de corruptis Scripturis accusatos fuisse ab aliquo scriptore memorat, qui hoc scelus ita exaggerat: *Vet non credebant ipsi, SS. litteras à S. Spiritu dictatas, et sunt infideles; vel se S. Spiritu prudentiores astimant, et fatui sunt.* 10º S. Athanasius decretorio decernit in Exposit. Psalm. utriusque Testimenti libros integros dictante (vel inspirante) S. Spiritu scriptos fuisse. 11º S. Ambrosius in Epist. ad Justum ait, aliquos inficiari, SS. scriptores arte scripsisse: seque ejusdem esse sententiae; non enim arte, sed per gratiam omni arte maiorem scripsisse, eò quod scriperint que S. Spiritus dicaret. 12º Abhinc nubes integra interpretum sequitur, qui omnes nullo interpretandi modo, et in omnibus apicibus divinos sensus venândo, satis ostendunt sensa sua de divinâ origine integræ Scripturæ.

Atque hic sensus publicus ac summè concors Ecclesie totius catholicæ est, per omnia secula sequentia ad nos usque conservatus; quanquam, quoad res omnes in Scripturis divinitus scriptas affirmat, nullo unquam solenni Ecclesie definitione confirmatus. Etenim concilium Tridentinum ecumenicum sess. 4, in Decreto solemni de Scripturis et traditionibus divinis, traditum Dei verbum scriptio æquiparare contentum, aperte abstractum ab eo, an præter *salutaria veritatis et morum disciplinae* dogmata, res etiam cæteræ in Scripturis contentæ divinitus aut revelatae, aut dictatae, aut quoquo modo scriptæ sint. Postquam enim dixit, id, *quod promissum ante per prophetas fuisse*, nempe ut sublati erroribus puritas Evangelii in Ecclesiâ semper conservetur, D. N. J. Christum, Dei Filium, proprio ore primian promulgâsse; deinde per suos Apostolos, tanquam omnis et salutaris veritatis et disciplinae, prædicari jussisse; sic pergit: *Perspiciens (SS. synodus) hanc veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis et sine scripto traditionibus, quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt: orthodoxorum Patrum exempla secula, omnes libros tam veteris, quam novi Testamenti, cùm utriusque unus sit auctor, necnon traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel orationes à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, et continuâ successione in Ecclesiâ conservatas, pari pietatis ac reverentia sensu suscipit, et veneratur.* Ecce! de solâ veritate salutari et disciplinâ in libris sacris contentis memorat Tridentinum, ac proficitur, se idcō, quia hanc in illis ac in traditionibus contineri ex equo nōsset, et has et illos, scilicet pari pietate suscipere.

22. — Sensus Ecclesiae catholicae publicus et communis de divinitate integrae Scripturae veteris ac novi Testamenti ipse regitur à Spiritu sancto, ac proin falsus esse non potest. 2^a Certi ergo ex Ecclesiae concordi judicio sumus, universam Scripturam quoad res omnes in ea narratas non minus quam quadogmata divinitus esse scriptam. Regitur enim ille sensus Ecclesiae à S. Spiritu, si is suo influxu impedit, ne in istâ re Ecclesie fallatur integra (5). Atqui S. Spiritus reip̄a ita influit in eundem. Promisit enim Christus hanc S. Spiritus assistentiam, ut nec erret ipsa unquam integra, nec errorem doceat in materia fidei divinae, sive docendo aliquid contrarium dogmatibus divinitus acceptis, sive proponendo aliquod dogma cu[m] divinitus acceptum, quod tale non est. Jam vero erraret Ecclesia in materia fidei, si res omnes in Scripturis narratas, inquit vel uiam aliquam ex eis, proponeret cu[m] à Spiritu sancto inspiratam, aut suā divinā auctoritate confirmatam, ac proinde credendam propter Dei auctoritatem; qua talis non esset. Ergo, etc.; quod primum. Ex hoc vero alterum ultrò consequitur.

Addit: Si Apostolus aliquis, cui immediatè promissa in docendo Evangelio Christi assistentia S. Spiritus est, idem declarasset de quocumque Evangeliorum libro, ex gr. S. Luca, judicium ejus vi divinae promissionis Iesu Christi foret, et ab omni christiano rectè haberetur erroris expers, et falli nescium. Atqui promissum Christi stabile est, nec solos attinet Apostolos, sed vel maximè eorum successores episcopos, atque caput ipsum Ecclesie; maximè vero ipsam universalem Ecclesiam, quam Christus Matth. 16 promittit fore in omne tempus suo *fundamento* ita immobiliter *inadficatam*, ut *portae inferi adversus eam non prævaleant*.

Opponit huic argumento vir eximius Joannes Anadeus Tollner, theologie et philosophiae doctor publicus in academiâ Francofurtensi ad Oderam, in exactissimo ac exteroquin sincerissimo calamo scripto opere de divinâ inspiratione S. Scripturae a. 1772 edito; quo penè exhaustus praesentem primi in christianâ Ecclesiat nominis questionem; ita ut aliud mihi non superesset, nisi ut inde succum precipuum exacerperem; quod ipsum sincerissimè fateor; opponit, inquit, vir eximius in illo opere, § 56, quod sequitur. Fataetur in primis, tam concors Ecclesiat christianat judicium de integrae Scripturæ Testamenti utriusque divinitate, quod mox inde ab editis ipsis Scripturis communi sententiâ invalidit, ipsa suâ antiquitate omnem veritatis speciem habere. Amplius vero hanc verisimilitudinem illius crescere ex ortu, quem verisimiliter habuerit hoc ipsum universæ christianæ Ecclesiat judicium. Scusa enim id genus Ecclesiat de veteri Testamento abs dubio orta fuisse ex eo quod Christus iuxta atque Apostoli verbis et facto ipso non solum nunquam impugnarint opinionem et conceptum, quem Judai de divinitate illius pridem haberent; sed insuper tum totum Canonem pro collectione Scripturarum à Deo inspiratarum declararint; tum vero camdem passim argumentis ex ea petitis cu[m] infallibile et

divinum planè fidei principium repræsentârint. Itaque Ecclesia judicium de his Scripturis Christi et Apostolorum judicio consentaneum tulit. Sed hoc ipso non poterat non ferre simile idemque prorsus judicium de Apostolorum scriptis. Quis enim christianus seriò credat, scripta Prophetarum non nisi supernaturali influxu Dei exarata fuisse, quin hoc ipso per aliquid evenisse in scriptis apostolicis idem sibi per suadeat? Si enim Deus immediatè est cooperatus, ut revelationes sue ante Christi ætatem factæ, saltem præcipue, nobis authenticè transcriberentur; profectò multò amplius id ipse immediatè efficerit, ut de revelatione per Christum et Apostolos factâ scripto authenticò edoceremur. Præterea notum fuisse primis Christianis, Apostolos auctores esse Scripturarum novi Testamenti: quo sine adjuncto istas pro divinitus inspiratis nunquam habuissent; quod ipsum judicium inversè probet, illas pro Apostolorum Scripturis habitas fuisse. Jam vero Apostolos fuisse communis sententiâ estimatos pro hominibus à Deo motis; qui, quidquid docuisserint, ex Dei illustratione didicissent. Quod ipsum judicium prouum erat, ut ad illorum scripta extendetur. At enim, pergit præfatus scriptor, hoc quidem erat judicium Ecclesiat inde à principio conceptum; haec verisimillima origo ejusdem. Sed an judicium hoc Ecclesiat vim testimonii authenticæ habet de facto, quod in questione est? Rationes, ex quibus formari id Ecclesiat judicium potuit, quidem in ejus veritatem ac verisimilitudinem influunt: sed inde nequid id qualitatem et vim talis authenticæ testimonii attingit. Est enim testimonium affirmatio, qua rationem sufficientem præbère possit, ut factum aliquod pro vero habeatur. Atqui hæc asseratio non nisi in illum cadit, qui aut proprio sensu id expertus ipse est, aut certè ab oculatis testibus id exceptit. Si judicium Ecclesiat sufficiente ratione nititur, tantum illud valebit apud nos, quantum ista ratio, quâ nititur: sed ipsum ratio sufficiens nobis esse non poterit, ut ei adstipulemur. At testimonii vices si gerat; Patres, qui divinam Scripturæ inspirationem affirmant, ipsi oportet testantur, se ab Apostolis ipsis audivisse, quod isti sese inspiratos à Deo intime sentirent, dûm scriberent. Negari non potest, fieri potuisse, ut Patres hoc ab Apostolis testimonium accepterint: at enim ut, quod actu ita accepserint, certi esse possemus opus esset, ut vel christiani doctores aliqui id ipsum certâ fide testarentur, vel certe ut alius modus non suppetet ostendendi, quo pacto ad illud de Scripturis judicium adducti essent. Atqui neutrum reip̄a evenire videmus. Nec Patres testantur, Apostolos de acceptâ rerum omnium à se scriptarum divinâ inspiratione quidquam affirmasse; nec nobis desunt rationes aliae, ex quibus ortum verisimillimum illius Ecclesiat concordis judicis explicare possimus. Manere itaque bis christiana totius Ecclesiat sensis vim veri fundatiæ judicij, sed nequaque testimoniū authentici. Verum huic peracto quidem ratiocinio et oppositioni breviter respondeo. Seu merum judicium hoc sit Ecclesiat de Scripturarum universarum

divinitate, eo pacto et ex illis rationibus ortum, quo divinitatem scriptor iste eximiens; sive reipsa testimonii rationem habeat; cuius tamen primi auctores, qui ex ore ipsorum Apostolorum id factum excepterint, ignorantur: nihilominus nec id iudicium ob rationes, ex quibus formatum est, nec testimonium precisum ob fidem testium merè humanam, ita erroris expers est, ut certissimam ei fidem habere et possimus et debeamus; sed quia tam concors istud seu iudicium, seu testimonium Ecclesiæ in argumento ad fidem pertinente, vi promissionis à Christo factæ certissimè à Spiritu sancto regitur. Etsi ergo certis ex documentis probare non possumus, merone iudicio ex dictis rationibus concorditer lato, an verò certis ex attestatiōnibus sacerorum ipsorum scriptorum, concors iste sensus Ecclesiæ totius christianæ de Scripturarum divinitate exortus sit; tamen de infallibilitate ejusdem in asserendâ eadē aliunde, ex Christi nimurū promisso, certi sumus, atque ex eo item quod Ecclesia ionumeras res pro materiis fidei divina falsò proponebat, si in illâ de Scripturarum divinitate sententiâ tam concordi à vero aberraret. Hanc responsionem eximio scriptori, de quo dixi, ipsimet sic probatum iri confido, ut in eâ nihil signillat à sententiâ mea discrepet, si semel mecum Ecclesiæ Christi iudicium falli nesciam in universis rebus fidei à Christo attributum concedat. Sed enim

Opponunt hanc in parte 2° communier Protestantes Catholicis, circulum apertè vitiosum ab his committi, et Scripturæ divinitatem per Ecclesiæ auctoritatem, istamque vicissim ex divinâ Scripturæ attestatione probari. Ego verò fidem vestram require, viri astimatisimi! Probatur equidem auctoritatem illam falli nesciam judicij Ecclesiæ in rebus fidei ex divinis Christi ipsis verbis; sed nusquam hæc alter in Evangelio quam merè humanitâ, quanquam fide summâ humanâ, ab Apostolis conscripta supponitur. Non ergo Ecclesiæ auctoritatem illam ex Scripturâ divinitus scriptâ attestatione, sed ex locutione divinâ Christi probamus, quam interim solùm humanâ fide scriptam assumimus. Evidenter itaque abest circulus in demonstratione nostrâ. Unde hoc ipso, non alio sensu, pridem S. Augustinus celebre illud dictum edidit contra Epist. fundam. c. 5: *Evangeliō non crederem (scilicet non in omnibus) nisi Ecclesiæ auctoritas me moveret.* Est enim notior ista Ecclesiæ auctoritas, quam rerum omnium divina in Scripturis exaratio.

Opponunt 3° velut à priori. Deus non facit miracula sine necessitate. Atqui nulla erat necessitas supernaturalis influxus Dei in Scripturas sacras ad hoc, ut servirent perpetuò veluti pro tabulario publico et summè authentico dogmatum christianæ religionis à Christo traditorum. Neque enim sine tali miraculo debeat sacris scriptoribus seu sufficiens rerum scripturarum notitia naturalis, neque fides authenticâ et sinceritas. Addunt, salis saltem futurum fuisse, si illorum scripta merè humanitâ exarata, postmodum relecta probasset vñ alius, ex. gr., Apostolus, à Deo

hac in parte illustratus, et auctoritate praeditus. Respond. 1° quid sacris scriptoribus necessarium de altiore concurso Dei fuerit, scitissimè perspexerit ipse Deus. Si ergo semel aliunde satis de immediato Dei influxu ex Ecclesiæ iudicio constet, inferamus oportet, illius immediati influxus determinatam necessitatem Deo probè perspectam fuisse. 2° Deus etiam solius utilitatis et majoris salutis causâ miracula facit; si hec ad istam necessaria esse, nec illam sine his obtineri possit intelligi. Aliqui utile profecti, inò necessarium esse hoc miraculum potuit, ut sacri scriptores huiusmodi etiam in dogmatibus, præsertim profundioribus, referendis errarent: ad quem certè finem Christus Apostolis S. Spiritum promisit; item ut ne quid utilium dogmatum oblivione quâdam, vel neglectu omitterent. Denique necessarium esse provideri potuit, ut ne SS. scriptores errarent in reliqua narratione historicâ: de quo errore si postea convincenter, fides illorum etiam in dogmatibus redderetur suspecta. Vide dicta (19). Et verò cum Theistæ multi tantoperè elaborant in erroribus chronologicis, historicis, geographicis, etc., in SS. Scripturâ detegendis, nisi ut per istos fidem SS. scriptoribus etiam in divinis revelationibus referendis eripiant.

Opponunt 4° à posteriori, et ex notis intrinsecis constare, Scripturas non esse divinitus scriptas. Nam 1° sepè obscure sunt; lingue et styli imperitiâ, aliisque defectibus laborant passim. 2° Antilogia plurime in illis occurunt. 3° Subinde in illis contra bonos mores peccatur, tum facto, uti cùm Psaltes Ps. 108 male inimicis suis imprecatur; S. Paulus Act. 23, 3, summum sacerdotem conviciatur, eidemque male precatur, etc.; tum doctrinâ, ut cùm Christus Matth. 5, 43, dixisse fertur: *Dictum est antiquis: Odio habebis inimicum tuum.* 4° Alias certi errores historici reprehenduntur. Sic Matthæus 27, 9, pro Zachariâ citat falsò Jeremiā. Marcus 1, 2, loco Malachie allegat Isaiam. Resp. ad 1: Id solùm probat, divinam directionem solùm ad id sese extendisse, ut ne falsum uspiam scriberent. Cur obscuritatem permisit Deus, alibi explicatur (vide Bonfrer. cap. 9, sect. 4 et 5). Ad 2, antilogias esse merè apparentes, et solvi ab interpretibus; eti non omnes aperte explicari possunt, in causâ est aliquis defectus eruditiois circa mores et regionis indolem, chronologię certioris, geographicę, etc. Ad 3: Prophetæ mansuetissimi non imprecações male, sed vaticinia sunt, queis obvenitura oppressoribus innocentia à Deo supplicia praedit. Passim enim Hebrei futurum indicativi et imperativi inter se permutare solent. *Constitue super eum peccatorem,* idem est ac *constitues* Act. 23; etsi facto materialiter saltem errasset S. Paulus, tamen divinitus scribi factum à S. Lucâ potuit. Interim potuit S. Paulus Dei inspiratione moveri ad exprobram summo Sacerdoti etiam sibi ignoto hypocrisin, quòd accusans ipse Paulum violat̄ legis, actu contra legem peccaret jubendo ipsum percuti. Christus Matth. 5, non dicit, *lego Mosis præceptum fuisse ini-*

micorum odium, sed malâ interpretatione Judgeorum id licitum fuisse creditum. Ad 4 : Error Matthaei ex opinione Origenis. Eusebii Cæsareensis lib. De monst. Evang. dem. 4, et S. Hieronymi in Psal. 77, à librariis describentibus primum exortus est. Opinantur alii, eamdem sententiam olim et apud Jheremiam scriptam exitisse; sed non omnia amplius Jheremie scripta et vaticinia extare. Interiu in fonte syriaco nullius prophetae nomen expressum legitur, sat verisimili indicio, Jheremie nomen non esse Matthei autographon, sed merum glossema, quod margini forte adscriptum per librarios, demum in grecum et lati- num irrepserit. In Marco ex mente S. Chrysostomi illa verba : *Sicut scriptum est in Isaia*, non referuntur ad omnia ea quæ sequuntur; sed ad id tantum : *Vox clamantis in deserto*, etc. Illa vero : *Ecce ego mitto angelum meum*, etc., tanquam de sue Evangelista addidit; quod facere iure potuit, quamvis eadem in alio Prophetâ reperiantur. S. Hieronymus ait, Evangelistam non de verbis, sed de sensu fuisse sollicitum : omnia vero illa que ibi sequuntur, ab Isaïa scripta fuisse, non secundum verba quidem, sed secundum sensum; qui enim *vocem clamantem*, etc., aperte dixit, is angelum cumdem esse sensit, qui viam Domino prepararet. Addi secundum responsum S. Hieronymi potest, Malachiam non nisi repetuisse Isaia vaticinium, nullâ re novâ additâ : proin utriusque prophetæ expressionem repetuisse Marcum, sed non nisi eum allegasse Prophetam, qui primus illius auctor exxit.

Opponunt 5° testimonia ipsorum SS. scriptorum potius contrarium innuere. Nam aliqui aperte profertur se scribere *quæ ipsi viderint, et audierint*, ut S. Joannes 1 Epist. 1, 1 : et S. Lucas ait, *se omnia à principio diligenter assecutum esse ab iis, qui ab initio ipsi viderunt, et tradiderunt nobis*. Veteris Testamenti scriptores allegant documenta publica, ex. gr., librum Bellorum Domini, etc. Adde SS. scriptores saltem insipianum testari de sue scriptoriorum divina inspiratione et directione; idque silentium ipsum satis pro contrario probare. Resp. : Illa testimonia tantum probant, SS. scriptores non omnia que scripsere novâ revelatione divinâ sub ipsâ scriptione accepisse; sed solum motos esse inspiratione ad ea scribenda quæ alioquin perspecta satis habebant, et directos divinitus, ne falsum uspiam miscerent (6). Quod attinet silentium eorumdem de divina inspiratione et directione suâ, certum est, vel testatos fuisse ipsos SS. scriptores de illâ, si Ecclesia hoc factum dicit ex eorumdem immediato testimonio; vel, si Ecclesia etiam solummodo communi quadam iudicio intulit illorum inspirationem divinam generalē, ex testimonio quidem Christi et Apostolorum de veteri Testamento (16-14), ex Christi promissione vero Apostolis factâ de novo Testamento, hanc seu traditionem Ecclesiae, seu iudicium, de isto facto falso esse non posse (22).

§ IV. *De qualitate et gradu influxus immediati divinae auctoritatis in Scripturas sacras: ex quo planè ostenditur, SS. Scripturas non posse unicam sufficientem fiduci regulam confidere.*

23. — FACTA HISTORICA HUC PECTANTIA. — 1° SS. Patres christiani Ecclesiæ plerique vel confusè exprimit gradum divinitate inspirationis SS. scriptorum, vel hos ut meros amanuenses Dei, et instrumenta physica, vel saltē moralia describunt. Vide supra (21) in primis Justinum M., S. Ambrosium, etc. S. Chrysostomus in hom. 15 in Genes. c. 2, ait, *in omni verbo et syllabâ Scripturarum thesaurum inesse, ne esse nisi verba Spiritus sancti*. 2° Interiu sunt aliqui ex scriptoribus ecclesiasticis, qui parcūs de istâ regimur primis seculis sensere. Sic Papias apud Euseb. 3, 59, scripsit : *S. Marcum sermones et facta Christi preces ex memorâ narrare, prout ea tenuisse ex narratione S. Petri; indeque nec illos verbis ipsis Christi, qua ipse non audiisset, nec ista ordine temporis referre*. S. Hieronymus S. Pauli dictionem scipiūs perstringit seu vitiōsam. Nam in Psal. 81, de illo ait : *Vide te Paulum, qui solacismos facit in loquendo, et totum orbem subegit*. In Epist ad Ephes. 5, dicit illum sermone triviali uti; sive passim illum corripit Hieronymus, ut apologiam denique hac in parte pro se scribere necessare habuerit. Nos, inquit in Epist. ad Gal. 3, *quotiescumque solacismos, aut tale quia adnotamus, non Apostolus pulsamus, ut malevoli circumfantur, etc.; et ad Gal. 6, de eodem Apostolo ait : Quod profundos sensus alienâ lingua exprimere non valuerit, nec curarit magnoperè de verbis; cum sensum haberet in tuto*. Et ad Tit. : *Non iuxta humilitatem, ut plerique vestimenta, sed verè dicit Paulus se sermone imperitum esse*. Denique ad Gal. 3 dicit : *Stultum cum stulti Galatis factum, simplicioribus solummodo usum argumentum, et quo stulti possent intelligere, et penè de trivio; adeò ut nisi premisiisset; secundum nomine dico, sapientibus displicere posset*. Enimvero hec satis innubunt, Hieronymum non credisse, S. Paulum scribenti omnia verba dictata fuisse. Similia vero de illo scribit ad Algasiam q. 11, et ad Hidibiam q. 11. S. Basilius lib. 5 contra Eunomium, cap. penult., aperte hoc discrimen asserit inter ipsum locutum Dei Spiritum, et inter quemvis hominem, ex. gr., S. Paulum scribentem; nempe quidem Dei Spiritus semper loquatur, quæ Dei sunt; homo autem aliquando sua, aliquando quæ Dei sunt, loquatur: solius autem Spiritus Dei verba omnia Dei ipsius verba esse; non item ea quæ S. Paulus de suo dixit, scribens : *De virginibus praeceptum non habeo*. Ubi sanè S. Basilius solum negat, S. Paulum ibi Dei verba proferre; non item quid est ipse suum verbum proferat dirigente Deo, ne erret. 3° A. 1587, Duacensis, et a. 1588, Lovaniensis academiæ damnavere has theses a. 1586 à Lessio et Hamelio Jesuitis traditas : I. *Ut aliiquid sit Scriptura sacra, non est necessarium singula ejus verba inspirata esse à Spiritu sancto*. II. *Non est necessarium ut singula veritates et sententiae sint immediatæ à Spiritu sancto ipsi scriptori inspiratio*. III. *Liber aliquis (qualis forte est secundus Machabœorum) humanâ industria sine assistentiâ Spiritus sancti scri*.

plus, si Spiritus sanctus¹ postea testetur nihil tibi esse falsum, efficitur Scriptura sacra. Interim fassi sunt theologi prædicti Societatis Jesu, parenthesis postrema propositionis, quæ est de secundo libro Machabeorum delendam esse: fateri enim se, illum esse divinitutem scriptum, se verò questionem solum proposuisse de possibili, non de facto. Vide dicta (9). Interim nomine *inspirationis*, quod in prop. 2 negabant esse necessariam, intelligebant theologi illi novam *revelationem*, non autem motionem internam et excitationem ad hoc præ alio scribendum; ut patet ex Lessii responsione ad Censuram Lovaniensem: istam quippè ipsi requirebant ad omnes veritates et sententias. Censebant itaque, prophetias et dogmata fidei SS. scriptores, vel ante, vel sub ipsam scriptiōnem, omnia accepisse immediatā Dei revelatione; historias et facta, quorū ipsi testes immediati fuerant, vel quæ à certis et indubitatebus testibus immediatis audierant, sine speciali revelatione, non tamen sine inspiratione et directione divinā scrisse è propriā memoriā: verba denique, dictionem, et stylum ejusque scriptoris ingenio, indolē, ac peritiae relicta fuisse. 4° Et verò primas duas propositiones jam ante annos amplius quinquaginta docuerat Cajetanus comment. in Lucan; Melchior Canus de Loci theolog. lib. 2, cap. 18. Post illam Censuram Jesuitis Lovaniensis adhuc consensere Bellarminus tom. 2 de Verbo Dei c. 45; Cornelius à Lapide in 2 Tim. 3, 16; Bonfrerius in Pentat.; Frassen disquis. Bibl.; Calmet in Dissert. de SS. librorum inspiratione; Tournay tom. 1, disput. præviā, q. 4, de Loc. theol., aliisque plurimi.

Cùm Tridentinum (21) ab hac questione prorsus abstrahat, nec SS. Patres in ejus solutione consentiant, patet, controversiam mērē scholasticam esse de gradu inspirationis divinae, seu immediati influxū divinae auctoritatis, in SS. Scripturas. Interim tamen, cùm ab hac questione regulæ quedam magni momenti dependeant, quæ in SS. Scripturarum interpretatione observandas sunt alias atque aliae, pro eo atque in hanc vel illum partem questio ista decisa fuerit, breviter quidem, non tamen indiligerenter, sed per propositiones probè determinatas (ut in logica vocamus) eam resolvere placet.

24 — In SS. Scripturis plura continentur, quæ Deus ipse immediatè vel ipsi SS. scriptoribus, vel aliis revelavit, ex quibus ea SS. scriptores immediatè acceperunt. Talia sunt tum propheticæ omnes, tum universum systema religionis, tam veteris iudaicæ, quam christianæ; item quæcumque in eis referuntur seu locutiones immediate ipsius Dei ad homines, seu singulares, seu ad integrum plebem, etc.

25. — Deus ut plurimum in SS. Scripturis non ipse immediatè loquitur, sed solum SS. scriptores, quos ipsos immediatè loqui permittit, inspiratione suā moveret, ut ea præcisè loquantur, vel scribant, quæ actu scribunt, simulque dirigit ita ut ne unquam falsum scribant. SS. scriptores enim passim et constanter sic scribunt, et in suis scriptis loquentur, ut nuspianè profiteantur Deum ipsum immediatè per se loqui,

ita ut ex ipsis singulorum propriis scriptis immediate ne quidem colligere possemus, eos sigillatum sub inspiratione et directione divinā loqui; nisi id ex sensu Ecclesie, vel Christi testimonio, aut promisso nobis innotesceret. Non enim, quid Deus de rebus, quas scribunt, de factis juxta ac dogmatibus propositis, judicet, Deus ipse significat in SS. Scripturis; sed soli fermè scriptores loquuntur, et produnt sua judicia tum de factis, tum de acceptā à Deo notitiā dogmatum. Unde dogmata revelata et prophetias ipsis narrant ipsi, non Deus per illos. Ipsi referunt verba Christi, ipsi docent, probant dogmata sua, subinde obsecrant, excusant libertatem scribendi (Rom. 15, 13); petunt sibi conniveri errores, imò fatentur se contraxisse in synopsi jam scripta ab aliis, ut auctor 2 Machab. 2, 23; aiunt se *minus sapienter* logi (2 Cor. 11, 1). In Apostolis scribentibus ipsum munus apostolicum exigebat, ut ipsi suo nomine loquerentur; probarent sapè doctrinas suas, sicuti Christus ipse sua asserta sapè probabat ex veteri Testamento. Ipsi Prophetae solum inducent loquentem Deum, non sub ipsa scriptiōne, sed qua antehac ipsis in visione præteritū locutus esset. Sermones Dei non nisi historicè referunt, dicentes: *Hæc dicit Dominus: Dominus juvat: audite, cœli! audi, terra! quia Deus haec locutus est.* Denique in quibusque Prophetis proprium stili et dictionis discriminem observatur, et indeoles propria Prophetae. Atqui ista singula totidem sunt indicia Dei non immediatè loquentis in suā personā, sed loquentis alterius (5); quem tamen ex Ecclesiæ sensu (que SS. Scripturas simpliciter divinas judicat (21-22) constat, Deo inspirante et dirigente scrisse (9). *Denique de veteris Scripturæ auctoribus* ait S. Petrus 2 Epist. 1, 21: *Non voluntate humana, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.* Ergo etiam de novi Testamenti auctoribus secundum totius Ecclesiæ sensum rectè id ipsum credimus (1).

(1) Hic duo sunt annotanda ad mentem auctoris; primum, adfuisse inspirationem scriptoribus sacris quæ Deus eos moveret ad scribendum; secundum, hanc inspirationem se extendere ad omnes partes Scripturarum, omnes proinde sententias.

Quod primum *haec inspiratio certò admittenda est*; nam 1° Scriptura sacra est *verbum Dei*, non hominum, ut liquet ex Apost. ad Thess. 2, 13; at verò si Spiritus sanctus tantum assistenter scriptoribus sacris ne falsum scriberent, non autem eos saitem moveret suā inspiratione ad scribendum, res et sententias suggereret, Scriptura esset verbum hominum et non Dei. 2° Juxta conc. Trid. sess. 4, Scriptura sacra fuit à Deo dictata; sed nullā ratione dictata diceretur à Spiritu sancto, nisi illo Spiritus concepitus inspiraret, moveret ad scribendum ea quæ actu scribuntur... Idem conc. declarat omnes libros tam veteris quam novi Testamenti pari pictatis affectu suscipere ac venerari, quia Deus utriusque *est auctor*; porrò Deus nequīt esse auctor nisi à sua inspiratione Scriptura suam existentiam sortita sit, siquidem omnne auxilium infra inspirationem, non positivè infuit in scriptiōne; ergo primum adfuit scriptoribus sacris divina inspiratio. Et assertione medianam teneamus inter duo extrema: nimisrum non requirimus immediatam pro omnibus revelationem, nec sufficere putamus simplicem assistantiam, multò minus subseqentem approbationem à Deo datam libro *spiritu*

26.—SS. Scriptores plurima scribendo narrant, que vel ipsi divinā revelatione non accéperē omnino, vel saltem non sub ipsā scripture. Plurima enim facta et res scribunt, que constat illis, vel ceu testimoniis oculatis, vel ex id genus testimoniū certo testimonio, humano conscripto (9), ut quidam volvēre. Vide Bonfrerium, cap. 8, sect. 3.

Quoad secundum, haec inspiratio se extendit ad omnes res et sententias: eadem possent adduci argumenta; magis specialia eligimus, unde 1^o S. Petrus 2 Ep. v. 1, S. Paulus ad Tim. 2, c. 3, nos docent prophetiam non humanā voluntate esse allatum, sed spiritu sancto inspiratus locutus esse sanctos Dei homines... omnem scripturam divinitatis inspiratam, utilem esse ad docendum, etc. Haec verba sunt generalissima, et nullam admittunt restrictionem; omnes libros spectant, omnes illorum partes, quales Judaei habebant ad quos Apostoli scribabant; hos textus non alio modo interpretati sunt SS. PP. 2^o Conc. Trid. sessione mox laudata, anathema pronuntiat in eos qui libros integrōs scripture cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesiā catholicā legi conseruerunt, pro sacris et canoniciis non suscepient; porrò non tenetur singulas omnes partes librorum pro saecis habere, si ad has omnes et singulas partes non se extenderet inspiratio divina; per partes autem illas de quibus loquitur concilium, intelligendae veniunt, non solum ea que ad fidem et dogma attinent, sed etiam quae histriam spectant, ut ipso textu appareat manifestō. 3^o Sententia contraria multūm detraheret auctoritatem Scripturarum, et constantissime traditioni adversaretur; nam si nihil in Scripturis foret inspiratum præter partes doctrinales et ea quæ cum doctrinā habent necessariam connexionem, vel auxilium speciale Dei, unam partem libri, non alteram spectaret, assignandum foret medius quo alia ab aliis secerrentur; aliqui novatores facilē eluderent vim testimoniorum que contra illos afferrentur; ut nullum hujusmodi medium extat; non iustus assignat Ecclesia qua ipsa protestatur se omnes partes Scripturarum pari pietatis affectu venerari; non ipsā naturā rerum certō designaretur; haec enim sunt sepe valde difficultia, et que levia sunt secundum captum humanum, ea tamen non sunt secundum inscrutabile judicium Dei, et gravia continent documenta pro moribus. Ergo, etc.

Haec ultima assertio dirigitur contra nonnullos qui sunt arbitrati, multa scripture sacre non fuisse inspirata; his adhuc videat Holden, *Analysis fidei*, lib. 1, cap. 5. Ibi numerū contendit assistantem Spiritus sancti ad errores præcavendos pertinere ad sola doctrinalia, atque ad ea quæ haec proximè aut necessariè respiciunt. Nonnulli alii assurterunt, Spiritum sanctum autores ab erroribus levioribus haud præservavisse, illosque humana divinis admiscebisse. Quod cum Holdenii opinione coincidit.

At non digne di Deo summè provido cogitant, qui existimant illum hujusmodi legatos verbique sui ministros elegisse, qui falsa ac heterogenea divinis infallibilibusque veritabilibus permisissentur.

Hoc nostro nonnulli dubitant, utrum assistentia Spiritus sancti ad præcavendos errores necessaria sit scriptoribus historicis, eo quod historia à viris sinceris, rerumque benē gñaris scripta, sat ampli auctoritate polleat.

Ast hi non perpendunt, doctrinam Religionis magnā ex parte historiis biblicis imitū; quare, si ipse historie ab omni dubio immunes haud essent, et auctoritatis divinæ, nec doctrina Religionis illis superstructa talis foret. Dein libri historici maximam partem Scripturæ sacre constitut, et Christus et Apostoli libris sacris divinam auctoritatem, sine ullā restrictione attribuerunt. D. Paulus vero (Rom. 15, 4), omnia quæ in Scripturā sacra sunt, ad doctrinalia referit, cum ait: *Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scribita sunt* (Virceburgenses et Janssens).

notissima fuisse absque omni revelatione. Tum verò nullo argomento verisimili probatur, eis de rebus eisdem sibi alioquin satis perspectis fuisse factam de novo revelationem; non aliquo testimonio divino; non ipsorum proprio testimonio; non ex sensu aliquo communī Ecclesiæ ejusque Patrum (23); non à priori (11); nec à posteriori; quippe cùm id genus influxū et revelatio Dei nova nullo pacto necessaria fuerit ad ea scribenda que jam alioquin sciebant. Denique Deus miracula superflua patrare non solet. Atqui id genus nova revelatio protectō miraculum fuisse planè superfluum. Ergo, etc.

27.—Deus SS. Scriptoribus scribenda non dictavit de verbo ad verbum; sed verba, horumque ordinem, dictiōnem, stylum (quoad salvis dogmatibus et veritate, per verba expressis, item salvā Ecclesiæ utilitate à Deo intentā, fieri poterat) ipsorum ingenio, peritiae, indoli permisit. Probatur hoc tum codem argumento negativo, quo § præc. usus sum; tum verò ex eo quod secis eadem ubique styli et dictiōnis, inō et peritiae idiomatis, perfectio, et isticus idem gradus, relucere in SS. Scripturis universis deberet. Atqui multiplex discrimin et gradus in his diversissimis perfectionis observatur in diversis sacris libris. Non eadem est claritas et distinctio in methodo proponendi in Isaia et Jeremiā, licet, paucis exceptis, idem argumentum trahent: prius admodū obscurus, clarissimus alter est. Cæterum Isaías, homo nobilis et urbanus, elegante, Ezechiel temperato, Amos pastor duro et inculo sermone uititur. Psalmi multò majorem peritiam poeticam, quam libri historici historicam præ se ferunt. Attamen Deus profectō aequè bonus historicus ac poeta est. Novi Testamenti scriptores græcum loquuntur, quale Iudea tunc usitatum erat. Paulus longas parentheses amat. Joannes sermone diffuso, ac subinde tautologiā uititur. Marcus initio penè nimirū brevis, postea verò satis prolixus sèp in suā narratione est. Lucas, ut græci sermonis peritior erat, ita multò elegantiū ceteris scribit, Hieronymo ipso id adnotante (1).

(1) Hanc doctrinam his ratiociniis confirmat Virceburgensis, de Scripturā sac. art. 3 :

« 1^o Ut Scriptura sacra dicatur verè ac propriè verbum Dei, adeoque summam et divinam habeat auctoritatem, sufficit res omnes et singulas sententias esse inspiratas, verba autem saltem confusè à Spiritu sancto fuisse simul subministrata; tum quia ratio verbi divini plus non exigit, ut patet in traditionibus divinis, quæ commune genus verbi divini cum Scripturā sacra participat; tum quia infallibilitas loquentis Dei non tam ex vocibus aut verborum figuris, quam ex veritate ac sensu dependet; ergo specialis inspiratio etiam verborum ac phraseos necessaria non est; ergo, cùm aliunde ostendit nequeat actualis inspiratio verborum facta, Deus non videtur sacros scriptores semper inspirasse quoad singula verba eorumque phrasin. Si princeps aut rex amanuensi generatim duntaxat declarat, quid epistola continere debat, quo stilo eam velit exarari, humiliori scilicet aut sublimiori, sine aut cum testificatione honoris et observantie, erga eum ad quem dirigitur, sic exarate litteræ habentur et leguntur ut principis literæ et epistola regis, in iisque solus rex aut princeps et nullatenus

Dixi: *Quoad salvis dogmatibus, etc., fieri poterat. Nam specialem divinum influxum etiam s̄epissimè ad ipsum verborum delectum sese extendisse, patet tum quod eo quod verba essent media ad sensum et res ritè et ex vero exprimendas; ergo, si res divino speciali concursu scribebantur, etiam Deus efficere suò influxu debebat, ut ne verba inepta, aut falsum exprimenter, aut planè non intelligibili SS. scriptoribus adhiberentur, praesertim in dogmatibus subinde obscurioribus diffluctioribusque exprimendis, explicandis et probandis: tum ex eo quod Christus et Apostoli, dogmata fidei probaturi, in ipsis verbis SS. Scripturæ veteris Testamenti se precipue non semel fundent. Sic Christus ex eo, quod Psalmista Ps. 81, magistratus publicos Deos vocet: Ego dixi: Di es sis; item quod David Messiam vocet Dominum Ps. 109, et S. Paulus ex eo quod in Ps. 42 Messias à Deo Patre filius dicatur: Filius meus es tu, - probant divinitatem personæ istius.*

amanuensis loquitur; ergo, cùm in Scripturis saeris exarandis non tantum idem, sed plus etiam à nobis asseratur, hæc licet quod verba singula specialiter non inspirate, erant nihilominus verè ac proprie verbum Dei.

2º Moses precepta Decalogi, Evangeliste vocent Domini post Christi baptismum de celo factam, idem et Paulus institutionem Eucharistie diversis vocabulis et vocabulorum constructione referunt: sed nisi dicamus sententias tantum esse inspiratas, sacri scriptores ab errore et falsitate, aut Spiritus sanctus à mendacio excusari nequeant: ergo, in primo Moses Exod. 20, v. 1, sic profatur: Locutusque est Dominus cunctos sermones hos; Deut. 5 autem, v. 5 et 6, ita loquitur: Facit ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis..... et ait. In secundo autem Matth. 3, v. 17, haec habentur: Et ecce vox de celis dicens; Marc. 1, v. 11: Et vox facta est de celis; Luc. 3, v. 22: Vox de celo facta est. In tertio denique Matthæus 26, v. 27, Marc. 14, v. 24. Luc. 22, v. 19 et 20, Paulus 1 ad Cor. 11, v. 24, præmittunt consecrationis formulae has voces: Dicens, ait, dixi: ergo cùm his vocibus exprimantur verba Dei aut Christi verè et propriè talia, et tamen in ipso sermone relato habeatur diversitas vocabulorum et phraseos; sequitur ad veritatem et proprietatem verbi divini sufficere inspirationem sententiarum, nec illam vocabulorum esse necessariam.

3º Trident. sess. 4, in dec. canonicis Scripturis vulgatae editioni latine tribuit auctoritatem divinam et rationem verbi Dei, dum ita inquit: Si quis autem libros ipsos integras cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesiâ catholica legi consueverunt, et in veteri Vulgata latina editione habentur, pro sacrificiis et canoniciis non suscepit..., anathema sit; sed omnino certum est, editionis nostræ vocabula omnia et phrasim dici non posse divinitus inspirata; et Ieronimus Ep. 3, de translatione libri Judith à se facta testatur, magis sensum è sensu, quam ex verbo verbum fuisse translatum: ergo. Idem conc. sess. eadē in decreto. de editione et usu sacr. lib. statuit et declarat, ut hac ipsa vetus et vulgata editio, quæ longo tempore seculorum usu in ipsa Ecclesiâ probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, predicationibus et expositionibus proauthenticâ habeatur; et ut nemo illam rejiceat quovis praetextu audeat vel presumat; sed nisi sufficeret inspiratione sententiarum, versio vulgata non foret habenda tanquam authenticâ, possetque rejici ex hac maxime causâ, quod etiam in rebus ad fidem et motus pertinentibus vocabulorum et constructionis diversitas hic occurrat; ergo. .

28. — Sacra Scriptura, prout nunc re ipsa etiam diuinis scriptis extat, non potest esse regula se sola sufficiens, aut communiter sufficiens universale medium respectu vulgi hominum ad cognoscenda omnia dogmata religionis, quæ Christus docuit, et ab Apostolis suis omnes homines doceri voluit; sive moraliter saltem impossibile est, ut vulgus hominum ex solis Scripturis discat omnia dogmata à Christo tradita, prout tamen ea doceri omnes Christus certò voluit. Demonstro illud eā ipsa demonstratione, quæ in loco proprio demonstratur moralis impossibilitas, ut homines vulgo sine divinâ revelatione perveniant in notitiam dogmatum religionis etiam solum naturalis. Nam ex solis SS. Scripturis vulgus hominum, seu homines christiani communiter, dogmata à Christo tradita dicere non possunt, nisi ope certe interpretationis et intellectio ipsarum Scripturarum. Atqui hanc obtinere homines christiani communiter saltem moraliter non possunt, nec per viam demonstrationis naturalis, ob imperitiam in linguis autographis, et obscuritatem insitam Scripturarum, atque ipsorum codicum autographorum, græcorum imprimis, plurimas variationes et originalium exemplorum defectum; nec per viam auctoritatis merè humanae, ob incertam peritiam et fidem versorum, tum latinorum, tum vernaculorum, et summant eorumdem inter se variationem; nec per viam auctoritatis immediate divine, sive Dei revelantis interioris, vel exterioris, sensum Scripturæ; quia Deus nec sigillatum, nec publicè quid porrò revelat: qui enim spiritum privatum, id est, privatas Dei révélationes de sensu vero Scripturæ allegant, sibi mentiri possunt, non mihi, nec aliis, qui tales nullas experimur, nec in nobis discernere possumus. Alia denique veritatis criteria circa sensum genuinum scripture alicujus locum non habent; quippe qui nec sub sensum communem, nec sub sensum externum, nec intimum cadit. Ergo.

Ciociriteriorum veritatis doctrina completa perspecta ex bona logia est, is certò adverteret, demonstrationem istam de insufficientia Scripturarum in ratione regulæ complete credendorum aquæ perfectam esse, atque illam quæ de insufficientia solius naturalis rationis in noscenda religione naturali alibi affertur; ac proinde quām præter istam nobis moraliter necessaria fuit relatio divina; tam item moraliter nobis præter SS. Scripturas necessariam esse aliam adhuc regulam, vel potius magisterium, quod ipsam Scripturam fidelium multititudini communiter interpretetur.

29. — Supposito quod Deus ipse immediate hominibus loqui, aut sensum Scripturae revelare, porrò non velit; sola auctoritas Ecclesiæ à S. Spiritu inspirata, vel saltem directe (9), criterium est universæ idoneum ac sufficiens pro omnibus Christianis, doctis aquæ ac rudibus, in cognoscendis certâ notitâ omnibus quibuscumque dogmatibus à Christo immediate traditis, et in ipso intelligendo sensu SS. Scripturarum. Nec enim ratio naturalis demonstrativa, nec sensus communis natura, nec ipsa Scriptura, nec auctoritas aliqua merè humana ad hoc sufficit (præc. in demonstratione ipsa): ergo, solum aliqua auctoritas di-

vina sufficere potest. Atqui inspiratio et directio divina saltem quoad res scriptas iu scriptoribus sacris sufficit jam, ut coru scripta evadant divina, et divinam obtineant auctoritatem (9). Ergo etiam Ecclesiae oracula, si Deo inspirante et dirigente edantur, tum circa dogmata à Christo tradita, tum circa ipsum sensum SS. Scripturarum, in his item obtinebunt auctoritatem re ipsa itidem divinam: ac prainde, si de hac inspiratione et directione divina oracularorum Ecclesia satis certò constat: eadem erunt criterium unicè idoneum et sufficiens, etc., supposito quod Deus ipse immediatè nobis porrò loqui et aliqua revelare porrò non velit.

50.—I. Sicut itaque ex Scripturâ evangelicâ, adhuc spectatâ ceu purâ (sed summa) fide humana scriptâ, certò jam alias constat, Ecclesia rectoribus, cum ejusdem capite et fundamento unitis, competere auctoritatem falli nesciam in universis dogmatibus fidei et morum, à Christo traditis, promulgandis ac declarandis; imò, sicut ex isto unico capite directè, ex ipso testimonio divino probatur divina inspiratio et directio Apostolorum Christi in suis Scripturis saltem quoad eadem dogmata (13); ita vienissim ex modo et obscuritate multiplici, quâ SS. Scripturæ conscriptæ sunt, velut à posteriori rectè infertur necessitas istiusmodi auctoritatis falli nescie, non soli Apostolis à Christo collatæ, sed conservandæ in eorum successoribus in omne ævum. Neque enim alia nisi divina auctoritas explicande obscuritati Scripturarum in rebus quidem gravissimis sufficere potest; ex gr., de necessitate baptismi in parvulis, de veritate præsentia Christi in SS. Eucharistiâ, etc. Atqui auctoritas divina vel directio novis revelationibus et propriâ Dei locutione, vel inspiratione solùm et directione loquentis alterius indirectè, exercere se potest (8).

51.—II. Finis itaque Dei inspirantis et dirigentis SS. Scriptores non potuit esse plena Christianorum de universis dogmatibus fidei per solas Scripturas instrucio et certa institutio (28-29-30): sed solùm primò, ut de institutione divinâ utriusque ecclesiastice societatis, iudaicæ et christiana, sub certâ lege fundamentali et determinatâ regimînis formâ, authenticum documentum ab oculatis fermè, vel certè proximis testibus publicè conscriptum, extaret; sine quo utriusque illius Ecclesiae auctoritas et potestas legislatrix in decursu seculorum satis contestari non posset; secundò, ut doctrinae semper ejusdem ab Ecclesie rectoribus in omni decursu temporum Christi nomine proponenda antiquitas et divina origo saltem in plerisque magisque necessariis capitibus, etiam alio quodam ex criterio, divinam auctoritatem habente, id est, ex Scripturis divinis multis saltem in locis satis clara; adversus eos probari facilius posset, qui pravis affectibus abrepiti, solius Ecclesie viva oracula essent contempturi: tertii denique, quatenus etiam facta et res à dogmatibus diversas divinus ille immediatus ac specialis influxus attingit; ut ne error aliquis in his rebus et factis narrandis commissus, quæ sèpè ad ipsa dogmata, vel ad occasiones factæ divine institutionis intelligen-

tas necessariae sunt, absolute auctoritati scriptorum et Scripturarum prejudicium crearet (19).

52.—III. Unde ex hoc fine gradus æquè ac modus divinae inspirationis atque directionis, SS. scriptoribus adhibitus, metiendus est; siquidem Scripturae universæ nonnisi mediæ rationem respectu illorum finium habent, cujus perfectam aptitudinem ope illius specialis divini in ipsas influxus obtinuerit.

53.—IV. Nonnisi ope istiusmodi conceptus de fine Scripturarum, et divina illarum inspirationis ad eos fines limitate, explicari possunt variae apparentes illarum imperfectiones; quæ tamen sub eo ipso conceptu nullam formalem imperfectionem Scripturarum in ratione mediæ ad fines à Deo intentos important; nec verò, ceu in opere extensus verè divino, importare possunt. Nam 1^a in ipso argumento SS. Scripturarum nullum certum propositum communis systematis, nec commune quoddam consilium appetit, SS. scriptores salutis universas doctrinas et completam istarum synopsin scribere collatâ operâ decrevisse; sed sì guli illorum solùm pro datâ occasione, et pro necessitate immediate præsentium lectorum suorum hanc vel illam doctrinam in particulari, nunc breviis, nunc diffusiis, eamdemque subinde sèpius repetitam, explanârunt; certi videlicet, ceteræ necessariae instructioni magisterium Ecclesie nullo tempore defuturum. Quid quòd doctrinae gravissimæ sèpè minus diligenter et distinctè, quâminus necessariae, explicitur: ex gr., de baptismi in parvulis necessitate, quibus tamen unicum est salutis remedium; de fide ad salutem necessariâ; an debeat esse propriâ talis, et qualium veritatum; de peccato originali non nisi ad Romanos Apostolus satis distinctè loquitur. Moses contra bis leges describit. Regum historia bis repetitur. Eadem dicta moralia in Salomonie bis occurunt. Niuirum ista omnia probè concipiuntur, si à singulis non ex communi aliquo consilio et fine universis Ecclesiae necessitatibus collatâ operâ simul et semel in omne tempus prospiciendi, sed ex cuiusque singulari ac præsente solùm proposito et fine immediato, ac pro particuliari necessitate, scripta, atque eodem proposito à Deo scriptio directè inspirata fuisse assumuntur. Ex adverso si Dei solius, hoc uno remedio Scripturarum universæ fidelium instructioni propiscientis, consilio, revelatione, et dictatu singulorum, secundum conceptum vulgarem in primis Acatholicon, et pro unicâ regulâ fidei, haec ita scripta sint; profectò concepi non potest, quo pacto Deus id genus propositum consiliumque suum tam imperfèctè exqueretur, aut potius planè dissimularet. Profectò enim, si completam atque unicè sufficientem regulam esse SS. Scripturas in omne tempus Deus voluerit, ut clarissimè in eis scriberentur omnes doctrinæ fidei, et in certo systemate dispositæ, et in idiomate omnibus faciliè noscendis, procuraverit oportet. Atqui tanto tamque amplio fini illæ, ut modò scriptæ sunt, ne quidem mediocriter pro medio sufficient: sufficient verò prorsus universis finibus illis n. 31 recensitis, si solum in subsidium alterius vivæ regulæ Dei consilio

adjuncta sunt, quam Ecclesiae auctoritas et institutio offert. 2º Alia imperfectio apparet in SS. litteris sunt antilogiae apparentes tum in historiis factorum, tum in relatione dogmatum, locis plurimis observari so-lita. Priorum exempla sunt. I. Matthæus 8, 5, narrat, cùm Jesus introisset Capharnaum, accessit ad eum centuri, rogans eum; Lucas è contra 7, 6, sic habet: Cùm jàm non longè esset (Jesus), misit ad eum centuri amicos, dicens: Domine! non sum dignus, etc. II. Matthæus 5, 4, refert verba Christi: Beati qui lugent, quoniam consolabuntur; S. Lucas verò eadem 6, 21, sic enuntiat: Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis. III. Matthæus 6, 21, rursus ita Christi verba recitat: Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, etc.; Lucas contra 6, 4b, sic: Quid vocatis me: Domine, Domine; et non facitis qua dico, etc. Quòd si neges fortè, sermonem Christi in monte à Matthæo relatum eundem esse cum ejusdem sermone campestri, quem Lucas narrat: IV. certè verba institutionis SS. Eucharistiae eadē Christi verba sunt; et tamen Matthæus 26, 2, Christum ait dixisse: Hic est sanguis noui Testamenti, qui pro multis effundetur: secundum Lucam verò 22, 20, eadem sic habebant: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Sed neque antilogiarum in dogmatibus, apparentium videlicet, exempla desunt; puta, de solù fide sine operibus iustificante apud S. Paulum ad Rom. 5, 28, et de eadē fide sine operibus mortuā apud S. Jacobum in Epist. 2, 20 et 24; item de peccatis in S. Spiritu; que non remissum iri dicit Christus Matth. 12, neque in hoc seculo, nec in futuro; cùm tamen Deus apud Ezechielem 18, 21, poenitenti omnium iniquitatum veniam plenissimam promittat, etc. 3º Citationes item, quibus scriptores novi Testamenti allegant loca Testamenti veteris, admodum sèpè imperfecta sunt. Citant ea prorsus, prout tune, cùm scriberent, memoriam tenebant; nunc ex textu autographo, nunc ex versione 70, nunc ex neutro istorum; nunc tantum quoad sensum et substantiam, nunc etiam ex versione non accuratâ. Enimverò, si prater SS. Scripturas alia regula à Deo constituta non esset, antilogias saltem in doctrinis etiam solum apparentes prohibere eundem Deum inspiratione et directione sui internâ aquâ oportuerat atque ipsas falsitates. Rursus verò, si inspiratio et directio divina cum novâ revelatione, aut etiam solum suggestione accuratâ veritatum scribendarum, quin et verborum dictatu, conjuncta fuisset, numquid Deus, dictans omnia singulis, idem factum idemque dogma diversis, Luxe et Matthæo, etiam eodem modo dictasset? Certè nullus acculturior scriptor idem in diversis locis diverso modo narraverit; quin saltem variationis rationem aliquam reddat. Idem verò in se ipso citando profectò multo precisiō erit. Evidens itaque est, permisisse Deum SS. scriptoribus, ut in scribendo propriâ memorie et ingenii perititia uterentur; nec aliud fecisse ut plurimum nisi ut inspiratione

sua dogmatum ad Ecclesia institutionem necessario-rum scriptiōnem satis accuratam saltem in omnibus SS. scriptoribus simul junctis procuraret, ac de cetero singulos in minimis quibusque rebus conscriben-dis sie dirigeret, ut nunquam falsitatis quidpiam im-miscerent; de cetero verò expressionis claritatem, precisionem, selectum etiam adjunctorum facta scđpè determinantium (ex quorum omissione apparentes anti-logiae oriuntur) citationum accurrationem, etc., singulorū propriæ peritie, industrie, memorie, reflexioni, atque etiam indoli permitteret. Ex quo ipso patet, immediatum illum ac specialem Dei influxum in SS. litterarum scriptiōnem non semper eundem, nec in eodem gradu fuisse; sed modò cum revelatione conjunctum, modò sine istâ, modò cum inspiratione praeceps veritatis, ejusdemque accuratâ suggestione, modò solum cum inspiratione substantiæ ejusdem; semper verò cum directione, errorem excludente; et universè necessitati presenti tum SS. scriptorum, tum totius Ecclesie, commensuratum fuisse.

34. — I. Acatholici quicunque, et in specie Protestantes, qui Ecclesiae etiam universæ judicis in argumen-to fidei divine auctoritatem falli nesciam et certam Dei directionem abjudicant; nullo certo arguento probare, sed solum conjecturis verisimilibus divinare possunt, SS. Scripturas, praesertim novi Testamenti, ex integro, et secundum omnes rerum et veritatum, in illis assertorum, minutias, esse divinitus scriptas, et virtute immediati induxas divinae auctoritatis ab omni prorsus errore etiam in factis merè humanis re-censendis immunes. Patet ex dictis.

II. Idem tamen solidè ex Christi et Apostolorum testimoniis probare possunt eandem divinitatem tum dogmatum in SS. litteris consignatorum, tum scriptiōnium eundem, in novo quidem Testamento saltem per Apostolos, Matthæum et Joannem, non item per Marcum et Lucam; quia solis Apostolis (ceu episcopis) cum Petro conjunctis, promissiones supra n. 13 recensite à Christo facta sunt; à quibus Marci et Luxe scripta secundum eadem dogmata quidem judi-cio falli nescio approbari, ac proinde aliquam divinam auctoritatem (8), sed non rationem Scripturæ divinæ obtinere (9) poterunt.

III. Idem Acatholici errant, cùm Apostolis solis di-vinas illas promissiones vindicant, et eorum successoriis episcopis item convenire negant, atque idcirco Ecclesiae judicis in fidei materiâ Dei directionem ab-judicant: cùm tamen in multis dogmatibus à Christo traditis ex ipsis Scripturis ritè colligendis eadem sit necessitas istius privilegii à Christo promissi, que erat ante Scripturas novi Testamenti conscriptas, propter Scripturarum ipsarum obscuritatem, vulgo Christianorum nequaquam perviam (28); atque Christi pro-missa alioquin vi verborum perpetua sint. Non præ-valebunt portæ inferorum. Vobiscum ero usque ad con-summationem seculi.

VEITH VITA.

VEITH (Laurentius) natus est Augustae Vindelicorum reparate salutis anno 1725. A parentibus piissimis nactus educationem similiter piissimam , ad omnem virtutem pulcherrimè adolevit. Litteras humaniores , et philosophiam Augustæ didicit, fuitque ornamentum Gymnasi primùm, deinde et Lycei. Theologia cùm nondum Augustæ tunc traderetur, ad eam descendam Dilingam abiit, ubi post primum annum cursus theologicus summà laude confectum, in Societatem Jesu suspectus est. Landspergan , ubi locus tunc erat tyrocinii pro Germania superioris provinciæ, venit anno Domini 1744, decimo calendas Octobris, pridiè festi S. Matthœi, de cuius postea Evangelio erat præclarè meritus. Ibi toto religiosi tyrocinii biennio implevit partes omnes novitii, non hori, sed optimi. Adiri non poterat, quin vel scribentem, vel orantem, vel consulentem libros, vel consulentibus respondentem invenire esset. Non erat liber, quem ille non noverat, imò quem non legerat; non angulus bibliothecæ, quem non excusserat. Unde querentibus de scriptore quovis promptissimè respondebat, deque libri argumento, de ejus merito, de orthodoxia, de modo probandi, etc., notitiam dabant utilissimam, ei omnino securam. Unde mirum non est, quòd tantà eruditione ac doctrinâ vir præclaros illos libros conscripsit, quos omnes novimus. Sunt, 1° Dissertatio Theologica de primatu et infallibilitate Romani Pontificis. — 2° Edmundi Richerii sistema de ecclesiastica et politica potestate singulari dissertatione confutatum. — 3° Dissertatio de gemini delectatione ecclesiæ ac terrenâ relativi victrice. — 4° Monita et Regula, Scripturam legere volentibus utiles ac necessarie. — 5° Scriptura sacra contra incredulos propugnata. Dignatus est Papa optimus testari fiduciam quam in Laurentii nostri doctis laboribus reponeret. En Breve quod ei scripsit :

Pius pp. vi. — «Dilecte Fili, salutem, et apostolicam benedictionem. Gratum nobis accedit opus à te inscriptum : Pentateuchus Moysis contra incredulos propugnatus —, quæ sanè elucubratio in publicam lucem data religionis confirmat studium, quo non solum juventutem sacræ disciplinis pergis instituere, sed facilem cunctis aditum præbcre contendis ad confingendas impiorum hominum in sacros codices fallacias. Quæ animo nostro inest de te, deque tuis in isto catholicō Lyceo assecis bene merendi voluntas, eam jadu compartam habes, ac postremis litteris tuis pietatis plenissimæ effecisti ardentiorem; interim paterni animi nostri pignus ad te mittimus certissimum, apostolicam Benedictionem, quam tibi, dilecte Fili, cunctisque auditoribus tuis intimo cordis affectu, ac per amantes impertimus. »

Per aliud Breve ejus *dissertationes* adversus Richerium egregiè laudabantur, et ei facultas impendebatur eujuscumque generis libros, ne uno quidem excepto, legendi.

Has litteras Romanas sibi perhororificas dissimulasset fortassè R. P. Laurentii modestia, nisi aliunde de illis innotuisset, et ita locus eas occultandi jam non superesset. Erat enim vir probissimus, unius gloriae divinae studiosius, sanctior adhuc quām doctor. Non est virtutum vel una, à qua ille ornamentum non accepert.

Fuit humilis, fuit mitis. Nunquā edidit verbum, quod famam proxini minoraret aut quovis modo loderet. E contrario semper in excusandis aliis industrium fuisse fertur; aliquando etiam ridiculum fieri maluisse, quām proximum destituere patrocinio suo. Irasci omnino non posse videbatur, nisi sibi, et iis quibus etiam Deus irascit, quibus peccatum est non irasci. Pauperes in R. P. Laurentio perdidere plurimum. Ad cum veniebant veluti ex condito et petendi titulos afferebant varios.

Ubi charitas proximi est, abesse non potest charitas Dei. Inde natum est et illud studium orationis, quod in eo mirabantur; oravit quotidie horas multas, et, quod majus est, oravit intensissime; intensius, quām ferret et corporis et sanitatis conditio. Creditus est ab omnibus nimirū actuum, maximè theologorum, intentione sibi mortem accelerasse. Sed excusat illa virtus, quam habentibus teste Paulo omnia cooperantur in bonum. Inde nata sunt et ceteræ virtutes omnes, puta : Contemptus rerum mundanarum. Habitabat vilissimè. Erant in cubiculo omnia misera, sella lacera, mensa incommoda, supellex modicissima, nudi parietes, ornamentum nullum, nisi incola. Patientis item, quā crucem ferrebat annosau simul, et plus quādici possit, pœnam. Intelligo scrupulos, quos visus est ad quenlibet ferè passum incurvare. Tamen sub extremos vitæ annos hoc purgatorium potissimum in purissimam animam deservit. Commiserationem movebat omnibus, qui videbant vel ad aram operantem, vel sacramentum penitentie ministrantem. Timebat etiam ibi, ubi alii exemplum capiebant. Amor item tenerrimus in matrem Dei, quam unā saltē coronā in dies singulos demerebatur. Ultimis vitæ diebus cùm id non posset solus, faciebat cum socio. Tandem voce articulata ferè penitus destitutus, Mariae tamen ac Jesu pretiosa nomina, ut poterat, et invocabat adhuc, et tandem in hoc nobili conatu defecit. Inde denique et nata est vigilantia illa, quam Christus Dominus tam graviter in Evangelio inculcavit, quā paratos esse nos jubar ad adventum Domini, quācumque horæ venerit. Inventæ sunt post ejus mortem schedulae, et chartarum laetitia viles et hominum oculis contempta, sed Deo et Angelis pretiose, quibus singulæ minutiae accuratè et ad scrupulatum continebantur : puta, quid dedisset, aut accepisset mutuò; quos cubiculi libros non liceret tangere, nisi habentibus facultatem; quā pecuniā, quo fine empti essent.

Sic igitur preparato R. P. Laurentio et jam præcinctos lumbos habenti supervenit infirmitas novissima.

Agon ultimus fuit sesqui horæ circiter, quo leniter perfunctus commendat à sacerdote Creatori anima, expletis ætatis suæ annis septuaginta ac decem mensibus ad eum migravit, cuius gloriæ majori unicè semper vixerat.

SCRIPTURA SACRA

CONTRA INCREDOLOS PROPUGNATA.

—————

Pars prima.

PENTATEUCHUS MOYSIS.

Ego enim fatior charitati tuæ, solis eis Scripturarum libris, qui jam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse, firmissimè credam. Ac si aliquid in eis offendero litteris, quod videtur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse, quod dictum est, vel me minime intellexisse, non ambigam.

(S. AUGUSTINUS, epist. XIX ad S. Hieronymum.)

Prefatio.

Quanquam christiano saltem cuivis homini circa difficultates, loca obscuriora, vel apparentes, ut vocant, SS. litterarum antilogias, satis esse judicium Ecclesiae catholicae debet; que, cœu *columna et firmamentum veritatis*, in ecclomniacâ Tridentinâ synodo libros tam veteris quam novi Testamenti cum omnibus partibus suis, prout in Ecclesiâ catholicae legi consueverunt, recipi jubet, atque in iisdem falli nescium Dei verbum contineri declarat; sunt tamen, proh dolor! hâc nostrâ ætate sanè quam multi, qui, ejusdem Ecclesiæ sive nati atque educati, Matris optimæ fastu propomodum incredibili contemnunt, et neglectâ solemnis sponsionis, quam se in baptismô Deo Religionis revelatae auctori ac Ecclesiæ dudum obstrinxerunt, fide, ad impia theismi, naturalismi, materialismi, etc., castra transfugientes, nescio quæ absurdâ, falsa atque inter se pugnantia in codice sacro videre sibi videantur.

Igitur opere pretium fore duximus, si exemplo M. Augustini in LL. de Civ. Dei contra Paganos, Origenis contra Celsum, etc., item clarissimorum inter recentiores virorum, Innetii, episcopi Abricensis, Bergier, Bullet, Nonnotte, de Feller, etc., adversus revelatae Religionis hostes ostenderimus, nihil in SS. paginis, quod reverâ repugnet, nihil, quod falsitatem redoleat, absurdum nihil, aut τοῦ ἀδύνατου occurrere; idque humanis etiam (quas respire homines, philosophorum nomine cœu proprio gloriantes, haud oportet) rationibus magnam partem evincere conati fuerimus. Initium autem a Pentatecho Moysis ducimus, quem turba incredula et crebrius vulgo et vehementius impugnare consuevit.

Tu quidem, benevolè lector, tenuem opellam nostram æqui bonique consulito, tuo, quâ potes, commodo utere, ac benè valeto.

PENTATEUCHUS

CONTRA INCREDOLOS PROPUGNATUS.

SECTIO PRIMA.

DE MOYSE, EJUSQUE PENTATEUCHO GENERATIM SPECTATO.

Pentateuchus, vox græca à πέντε, quinque, et τεῦχος, vas, aut volumen, quasi quintuplex volumen, quinque libros *Moyisis* (1) nimirum Genesim, Exodum, Leviti-

(1) In decursu hujus Operis semper scriberimus Moyses, et non (ut ali volunt) Moses. Nam ita scribunt 70 Interpretes Moyses, Moyses. Ita etiam scribendum censem Cl. Weiterauer in Notâ Exod. 2, 10, adjecta, ubi hunc in modum ratioinatur: *C. Sicut Joseph Gen. 41, v. 45*, à Pharaone tunc regnante non he-

cum, Numeros et Deuteronomion significat; quos Iudeum, sed copticum seu ægyptiacum nomen accipit, veritique (rex) nomen ejus, et vocavit eum lingua ægyptiacâ, salvatorem mundi: ita filia alterius eiusdem Pharaonis adoptato suo filio ex aquis, quibus in fiscella scripèa expositus erat, extracto nullum hebreum, sed copticum nomen imposuit, Exod. 2, v. 10, *vocavitque ejus nomen Moyses, dicens: Quia de aqua iuli cum Nau* (prout Athanasius Kircherus in Prodromo Copto, c. 5, ex velutissimis copticis libris ostendit) *yes* in coptico idiomatice significat extractus vel liberatus, mo verò, mos, moy aquam denotat. Quare nullum aliud nomen in illum infantulum aquis

dai una voce *Thora, Legem, quasi summarium Judaicæ religionis, fœdus Dei ac leges Israelitæ datas complectentes, vel gemino vocabulo Chamischach Chumaschin, quinarius volumen vocant. Ejusdem voluminis scriptor fuit Moyses, prout infra (1) videlimus. Quare in primis de *Moyse*, dein de chronologâ Moysicâ, aliasque ad Pentateuchum generatim spectatum pertinentibus per varias propositas quæstiones agemus.*

CAPUT PRIMUM.

De persona Moysis.

1. Querēs I: *An Moyses persona vera, vel ficta sit?*

Resp. *Voltaireius* in suo philosoph. Lexico manuali, aliqui increduli nostre etatis hoc dubium moventes, idem faciunt, quod ille faceret, qui in dubium vocaret, an unquam Cyrus, Alexander M., Cæsar, etc., extiterint. *Æqualis enim, imò majoris auctoritatis* testimonia Moysis memoriam ad nos usque transmisere, que et qualia evincunt, *Cyrum, Alexandrum M., Cæsarem, etc.*, olim extitisse. Nam 1^o, ut nihil dicam de vetustissimo libro Josue, *Judicum, Regum, ceterisque sacris voluminibus*, quæ toties Moysis mentionem faciunt; tota gens Judaica ab antiquissimis temporibus constanter Moysem legislatorem suum agnoscit. Et profectò, si ab hodiernis Judæis per singula secula usque ad tempora Josue regrediamur, videbimus quòd tota gens Judaica semper sibi persuasiuum habuerit, se Pentateuchum et legem suam scriptam à Moysi accepisse; prout insigniter demonstratum invenies in Hermanni Goldhagen *Religions-Journal* (2). 2^o Moysen verè extitisse, et legislatorem esse populi Judaici fatentur ipsi adeò Samaritanii infensissimi Judæorum hostes; idipsum concedunt Julianus Apostata, Celsus, etc., quorum maximè intererat, id negare. 3^o Idem asserunt autores ethnici et profani vetustissimi, Diodorus Siculus, Strabo, Eupolemus, Numenus, alii que, quorum verba Cl. Nonnotte (3) adducit.

Verum his non obstantibus Voltaireius loc. cit. querit his verbis: *An veritatem consentaneum est, Moyses extitisse? Si homo tali naturæ prodigiè imperans apud Ægyptios viciisset, nunquid tam stupenda facta præciuam ægyptiacæ historiæ partem conficerent? Nunquid Sanchoniaton, Manethon, Megasthenes, Herodotus ea*

à filiâ Pharaonis creptum melius quadrabat, quam nomen *Moyses* id est, *ea aquæ extractus*. Praeterea Flavius Josephus, Philo et Clemens Alexandr. jam antiquius observabant, nomen *Moyses* non ex hebreo, sed ægyptio idiomate derivari. Neque verisimile est, quod filia regis ægyptiaci ex aliâ, quam ex ægyptiacâ seu copticâ lingua nomen filio suo adop̄tivo imposuerit; imò rex Pharaon infensissimus Hebreorum hostis nunquam passus fuisset prolem, quam suum ex filiâ nepotem putabat, hebreo nomine insigniri. Hencque laudans auctor, qui insuper, cit. loc., ostendit nomen *Moyses* non recte ex hebreâ radice derivari. Omnis ergo perensis potius scribendum esse videtur nomen *Moyses* quam *Moses*, salvo tamen aliorum iudicio.

(1) Quæst. III.

(2) Ad ann. 1777, 2 Bandes IV. Stück, pag. 360 et seqq.

(3) In philos. Lexico Relig. artic. *Moyses*.

commemorassent? Josephus historicus, quamvis omnia ex antiquis scriptoribus corraserit, quo in laudem Judæorum cedunt, non tamen ausus est asserere vel unicun scriptorem ex iis quos citat, aliiquid de Moysi scriptisse. Vah callidum Voltairii consilium! Appellat ad illos ipsos scriptores, qui ei è diametro repugnant, et ipsius vel incertum, vel fraudulentem manifestè detegunt. Nonne enim Manethon apud Josephum (1) expressè ait: « Politiam et leges compositu cis (Hebreis) e sacerdos quidam Heliopolites, qui et vocatus est « Moyses? » Neque obest, quòd Moysem vocet sacerdotem Heliopolitanum. Ejusmodi enim errores circa rerum vel personarum circumstantias, sepenumerò apud historicos salvâ historicæ veritatis substantiâ reperi est. Manethoni ægyptio addi potest alter ægyptius Chæremon, qui in suâ *Ægypti* historiâ exitum Hebreorum ex *Ægypto* duce Moyses describit, quamvis fabulas veris admisceat (2). Porrò Megasthenem adducendo Voltairius denuò incertiam suam prodit. Megasthenes enim non de *Ægypto*, sed de Indiâ historiam scripsit, olim summoperè estimatam, sed hodiè non amplius existantem (3). Quod Herodotum attinet, is quidem parentis historias vocari solet, sed à Cicero (4) pater mendaciorum appellatur; à Manethone vero arguitur errorum in iis, que de *Ægypto* scripsit. *Manethon Ægyptius*, ait Josephus (5), frequenter uruit Herodotum in *Ægyptiacis ignoratione* mentitum. Porrò nec Sanchoniaton ab incredulis jure hic adducitur. Ejus enim aliqua tantum fragmenta extant, qua ab Eusebio conservata sunt: imò dubitant aliqui, an unquam hujus nominis historiographus (6) apud Phœnices existerit. Denique etiamsi autores à Voltario modò citati de Moysi siluiscent, sufficiunt testimonia et scriptores de Moysi loquentes, quos supra citavimus (7).

2. Querēs II: *An Moyses omnibus legislatoribus, et scriptoribus gentilibus antiquior sit?* Resp. affirmativè. Nam teste Pererio, Torniello, Cornelio à Lupide, aliqui, primus in Atticâ rex tempore Moysis fuit Cœrops, qui coudidit Athenas, post quem ferè omnia contigerunt, quæcumque Græci aut historiis tradidit, aut fabulis permixta narrant de suis heroibus, diis, sapientibus, legislatoribus, aliqui memorabilibus. Post Cecropem enim fuit partus Apollinis, Cadmus Thebas condidit, Dionysius seu Liber Pater Indos subegit, Orientemque domuit, Minos leges Cretensibus

(1) L. I. contra Appionem.

(2) Vide Natal. Alex. Hist. Eccl. IV, mundi atat. c. 6, artic. 1.

(3) Vide Calmet Dictionar. biblic. Item Lexicon univ. Lipsiens. v° *Megasthenes*.

(4) L. de naturâ Deorum.

(5) L. I. contra Appionem.

(6) Sic Dodwel nobilis Anglus ostendere coatur, Sanchoniaton nunquam extitisse, et operis, quod eidem attribuitur, versionem in græcum idioma esse Philionis partum.

(7) His accensendus est etiam Artabanus perveritus scriptor, qui teste Clemente Alex. L. I. Stromat. non tantum prodiga Moysis in Exodo recensita commemorat, sed alia insuper addit, sapientes Mempheos et Heliopoleos in testes vocans.

dedit, *Aesculapius medicina gloria excelluit*. Post Cercopem Persei victoriae, Herculisque labores celebrantur, et poetæ, à quibus profluxit Græcorum theologia, Amphion, Linus, Orpheus et Museus floruerunt. Post Cercopem quadringentis minimum annis bellum Trojanum gestum est, quo bello minimum centum annis posterior est Homerus. Igitur Moyses non solum tempore longè præcessit Homerum antiquissimum Græcorum scriptorem (1), sed etiam alios omnes Græcæ et gentilium sapientes et legislatores, puta Hesiodum, Thaletem, Pythagoram, Socratem, Solonem, Lycurgum, et his seniores Orpheum, Linum, Museum, Herculem, *Aesculapium*, Apollinem, qui et ipsum Mercurium Trismegistum, qui omnium fuit antiquissimus, et philosophicu apud Egyptios princeps et inventor. Nam, ut D. Augustinus (2) refert, Mercurius Trismegistus nepos fuit Mercurii majoris, cuius maternus avus Atlas astrologus et æqualis Promethei eo tempore floruit, quo Moyses vixit. Similiter Sanchoniaton (si tamen aliquis hujus nominis historiographus apud Phœnices unquam extitit), teste ipso Porphyrio infensissimo Hebreorum et Christianorum hoste, tempore posterior Moyse extitit (3). Ex his palam est, Moysen; qui Cercopi coœvus fuit, omnium, quorum nunc extant scripta, vel quorum nomen in gentilium scriptis proditum est, primum fuisse theologum, philosophum, historicum, et nomine Dei legistatorem. Consule hâc de re Huctium (4), Cornelium à Lapide (5), Berti (6), Eusebium Pamphili (7), ipsumque S. Augustinum (8).

3. Corollarium I. Moyses suam doctrinam non ex gentilium poetarum philosophorum aut legislatorum libris, sed hi potius (utpote multè juniores Moyse) ex hujus Pentateucho, aliisque S. Scriptura voluminous ea hauserunt, quæ veritati consona acutè dixerunt, aut sapienter docuerunt. Ita testantur veteres Patres, Clemens Alex. (9) fusè detegens furtu poetarum, historicorum et philosophorum gentilium, Tertullianus (10), Ambrosius (11), Theodoretus (12). Prolixè quoque hoc assertum nostrum probat illustriss. Huetius (13), qui simul ostendit, quomodò per colonias Phœnicum, aliaque Judæorum cum fuitimis populis commercia Pentateuchi ceterique sacri libri pervenerint ad Græcos, reliquaque gentes. Vide etiam Calmet (14).

(1) Teste Josepho Jud. L. I contra Appionem, nullam habet Græcia scriptionem poemate Homeri antiquiore.

(2) L. 18 de Civ. Dei, c. 39.

(3) Vide Eusebium de Preparat. Evang. L. 10, c. 3. Item Lexicon Univers., Lipsiens. v^r *Sanchoniaton*.

(4) Demonstr. Evang. Propos. 4, c. 2.

(5) Comment. in Exod. c. 2, v. 2.

(6) Tom. II Theol. Discipl. L. 11, c. 1, num. 2.

(7) Loc. cit.

(8) L. 18 de Civ. Dei, c. 37 et 39.

(9) L. 6 Stromat.

(10) in Apolog. c. 70.

(11) L. 2 Epistolarm, Epist. 7 ad Simplicianum.

(12) L. 4 de Curatione græc. affectionum.

(13) Demonstr. Evang. Proposit. IV, c. 2, 3, 11 et 12.

(14) Dissertat. ante Commentarium in Proverbia.

4. Coroll. II. Turpiter denuò errat Voltairius, dum loc. cit. ait: *Multis ante Moysem seculis Orientalium fabulae omnia illa mira attribuebant Baccho, quæ postea Judæi Moysi affingebant*. Turpis profectò anachronismus his verbis comprehenditur, cùm Bacchus ille dormitor ludicr non ante Moysem, sed hic ante illum diu extiterit. Nam Semele mater Bacchi erat filia Cadmi regis in Phœnicia, qui urbem Thebe an. M. 2520 edificavit. Moyses verò juxta præstantissimos chronologos natus est an. M. 2433, et Hebreos ex Aegypto an. M. 2513 eduxit. Concludat jam æquus rerum cestimator, quanto tempore Moyses extiterit ante Bacchum. Idipsum confirmat Eusebius (1), qui, dum antiquitatem Moysis ex instituto demonstrat, inter alia ait: « Cadmus, à quo litteras Græci haberunt, multò & posterior Moyse inventur. » Ceterum tantum abest, ut historia Moysis sit imitatio fabularum de Baccho confictiarum, ut potius fabula de Baccho ex corrupta à gentilibus historia Moysis censemde sint natæ, prout Vossius, Bocharodus, Huetius, aliique eruditè ostendunt (2).

5. Quæres III: *An Moyses sit auctor Pentateuchi?* Resp. affirmativè. Id enim pro explorato semper habuere unanimi tot seculorum consensu tam Judæi quam Christiani, ut Huetius (3) demonstrat. Patet id etiam ex iis, qua Moyses de seipso in Pentateucho scriptis (4), et ex verbis Philippi ad Nathanaelem in Novo Testamento (5): *Quem scripsit Moyses in Lege et in Prophetia, invenimus Iesum filium Joseph à Nazareth.* Item ex verbis Christi (6): *Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi; de me enim ille scripsit.* Verum, cùm Spinosa, Hobbesius, Bolingbrock, Voltairius, aliique increduli, ut S. Scripturæ auctoritatem et auctoritatem statim in limine subrauerat, præfactæ negent Moysem esse Pentateuchi auctorem, providè ipsorum cavillationes confutârunt Huetius (7), Calmet (8), Goldhagen (9), Didacus à S. Antonio (10), Nonnotus (11), aliique. Nos idem præstabimus incipiendo à Voltairii deliris, qui in suo Lexico manuali

6. Obicit I, et ita querit: *Verumne est, quid Moyses certas leges à regibus Hebreorum servandas in Deuteronomio, c. 17, v. 14 et seqq., prescripserit eo tempore, quo Hebrai nondum habebant reges, sed ab illis sumumoperè abhorrebat? Siccine Moyses statuit leges regibus non nisi post octo circiter secula extititis; tacuit autem de sunnis sacerdotibus et judicibus, qui ipsum proximè erant secuturi? An non hæc reflexio po-*

(1) L. 10 Prepar. Evang. c. 3.

(2) Sic Huetius loc. c. 4, fusè ostendit, quid Moyses ab Egyptis inter deos relatus, et Theuth sive Mercurius, item alii nominibus Bacchus, Apis, Serapis, Anubis, etc., dictus sit.

(3) Demonstr. Evang. Propos. IV, c. 1 et 2.

(4) Exod. c. 17, v. 14, et c. 24, v. 4, et Deuteronom. 31, 24.

(5) Joan. 1, 45.

(6) Joan. 5, 46.

(7) Demonstr. Evang. Propos. IV, c. 14.

(8) Praefat. in Genesim.

(9) Introduct. in S. Script. Prop. II, sect. I, p. 49.

(10) Tom. I Enchir. Script. Prelud. 3 Dissert. I.

(11) Lexic. Philos. v^r *Moyses*,

tius evincit, Pentateuchum non nisi tempore regum Hebraeorum compositum fuisse? Certè plures docti aiunt, ex ipsa S. Scripturâ probari, quod primum Pentateuchi exemplar, de quo constat, non nisi tempore Josie regis (4 Reg. 22, et 2 Paralip. 34) inventum sit. Ad fallaces has Voltairii cavillationes resp: Is, qui leges illas pro regibus Hebraeorum statuit, valde difficilia onera et officia regibus imponit, dictat eis leges perquam imperiosè, eosque aliis hominibus plurimū assimilat, ut legenti citatum locum patebit. Jam verò talem secum loquendi et agendi modum reges tolerare non solent. Unde concludendum, leges illas non tempore regum, sed antequam hi constituerentur, scriptas esse. Porro Moyses tanquam præcellens propheta (1) prævidit futura, et certas regendi regulas extititis post quadragesitos (2) annos (non post octingentes, ut Voltairius falso ait) regibus præscriptis observandas. Falsissimum autem est, Moysem tacuisse de futuris summis sacerdotibus et iudicibus, nullasque eis leges servandas præscriptisse. Contrarium aperte legitimus in LL. Levit. Num. et Deut. pluribus in locis (3). Falsum quoque est, primum Pentateuchi exemplar non nisi tempore Josie regis repertum esse. Nam ex ipsa S. Scripturâ constat, libros legis Mosaicæ jam tempore Iudicium Hebrais notos et summopè estimatos fuisse. Sic in L. Josue, c. 8, v. 51 et 52, dicitur: « Scriptum est in volumine legis Moysi, et scriptis super lapides Deuteronomium legis Moysi. » Igitur viri illi docti, quorum Voltairius meminit, non sunt verè docti, sed ignorantes, aut male fidei scriptores.

7. Objicit II, et querit: *Si Moyses est auctor Pentateuchi, quā lingua eundem scriptis? nūnq[ui]d ēgyptiaca?* Nam ipse et ejus populus in Ēgypto nō est, ac proin non alii quām ēgyptiaca sermone utebantur. At Ēgyptiū tunc nondum papyro utebantur, sed characteres suos hieroglyphicos marmori vel ligno insculperant. Igitur si Moyses in deserto Pentateuchum scriptis, debuit quinque magna volumina politis lapidibus aut lignis insculpera. Verisimiliter est, tam artificiosos sculptores in deserto datos, in quo nec sartores, nec su-

(1) Sic Moyses, Num. 14, 30 et 31, predixit, omnes à viginti annis et supra, exceptis Caleb et Josue, in deserto morituros, parvulosque eorum terrā ipsis promissa potiūs, quod etiam factum est. Præterea Lev. cap. 26, et Deuter. cap. 28, v. 56, 49 et seqq., prædictis Israelitas terrā promissionis iterum expellendos, et in exilium deportandos fore: id factum iri à gente quādam remota, ejus lingua non callebunt; habituos eos tunc regem, et hunc uā cum ipsis in exilium translatum iri; urbes eorum cingendas, et uā cum Sanctuario vastandas; tempore obsidionis horrendam fore famēm eosque, ut liberos parentes sint devoraturi; Judæos dispersandos per omnes gentes inglorios: multos in Ēgyptum deportandos et vendendos; Deum tandem eorum pœnitentiā motum, fœderis sui aliquando recordatorum, iisque opena laturum; que omnia postea ad anumsum, evenire. Adde, quod etiam Deut. 34, 10, de Moyse scriptum sit: *Non surrexit ultra propheta in Israel, sicut Moyses, quem nōasset Dominus facie ad faciem.*

(2) Vide Tabulam chronologicam Calmeti, aut aliorum scripturistarum.

(3) Levit. c. 18 et 19, Num. c. 18, Deuter. c. 16 et 25.

tores reperire erat? Ingeniosa profectò argumentatio! Moyses natus est in Ēgypto; ergo nullam aliam linguam calluit, nisi ēgyptiacam. Hæc illatio similis est huic: Voltairius natus est in Galliā; ergo nullam aliam linguam calluit, nisi gallicam. Porro meminisse dubuisse Voltairius, Hebreis, quamprimum in Ēgyptum venerant, regionem Gessen, que in extremis finibus Ēgypti Arabiā respicit, ad inhabitandam concessam fuisse (4). Ibi proin Hebræi habitatabant, ab Ēgyptiis separati, et veterem linguam suam, scilicet hebreicam, quam à patribus suis didicerant, refinebant. Neque opus fuit, ut Moyses Pentateuchum lapidi vel ligno insculperet. Unde enim probat Voltairius tempore Moysis nondum esse inventam papyrus ēgyptiacam? Certè eruditissimus Marchio Maffei, in opere de re Diplomatica testatur, papyrus antiquissimis temporibus fuisse in usu, et Mabillonius (2), ac Calmetus (3) expressè advertunt, chartam quā veteres ad scribendum utebantur, ex papyri plantæ foliis in Nili ripis crescentiis fuisse certa ratione preparatam. Quid quōd veteres etiam in membranis seu pelibus animalium scripserint? Sed Moyses, inquit adversarius, vastum suum opus characteribus hieroglyphicis scribere debuisset. Quasi verò non ipse Moyses esset inventor litterarum alphabeticarum hebraicarum, aut (ut alii volunt) hæc jam ante Moysen non extitit sent (4).

8. Objicit III, et querit: *Cur Moyses, si Pentateuchum scriptis, in eo urbium meminit, quæ Moysis tempore nondum steterunt?* Resp. hanc et similes objectiones jam ante seculum effutissime Spinosam, sed ab Hueto aliquis viris doctissimis pridem solutas ac explosas esse. Equidem fatetur, Hebronis nomen urbis in Pentatecho iterato (5) exprimit, quæ tamen urbs hoc nomen primū post mortem Moysis juxta probabilem multorum opinionem ab Hebrane Caleb filio accepit. Dan item urbis nomen illi diu post Moysis mortem inditum est (6), etiam si haec urbes jam tempore Moysis steterint, alio nomine insignitae (7). Sed

(1) Genes. 47, 6 et 27.

(2) De re Diplomatica, L. I. c. 8

(3) Dissert. de libris veterum, ante Commentarium in Genes. Item in Dictionario Bibl. v^o *Papyrus*.

(4) Inter eruditos controversum est, utrum litteræ hebreæ veteres, id est, samaritanæ, à Moysi primis inventæ sint, vel jam ante Moysen extiterint? Primum defendit Nierenbergius de origine S. Scripturæ, L. 2, c. 8 et 9, habetque duces et patronos sua sententia non paucos PP., et duos antiquissimos scriptores, Eusepionem et Artapanum. Alterum verò verisimiliter est, ac defenditur ab Hueto Demonstr. Evang. propos. IV, cap. 13, Natale Alex. de Historiâ exoticâ 4 mundi etatis, tom. I, cap. 7, § 6; Berti, tom. IV, Theol. L. 20, cap. 7, num. 14, aliquis sequentibus D. Augustinum, qui, lib. 18 de Civ. Dei, c. 39, ait: « Non ita quidem est, hebreas litteras à lege crepisse, quæ data est per Moysen; sed potius per illam successionem Patrum (seu Patriarcharum) memoratam linguam cum suis litteris cū solitam. »

(5) Genes. 23, 2, et c. 35, v. 27.

(6) Jud. 18, 29.

(7) Urbs Hebron tempore Moysis vocabatur Arbee, vel Cariath Arbe, id est, *Civitas Arbe*, cui fuit pater

nihil vetat cum Cornelio à Lape (1) et aliis interpretibus dicere, illa nomina *Hebron*, *Dan*, aut pauculas sententias post obitum Moysis ab aliis quibusdam scriptoribus agiographis additis esse; quo non obstante Moyses, qui omnes Pentateuchi partes (exceptis paucis illis, que postea accesseré) meritò auctor Pentateuchi dici potest (2).

9. At oppones 1. Auctor Pentateuchi in variis locis de Moyse velut de tertia quādā persona loquitur; ergo scriptor Pentateuchi non est ipse Moyses. 2. Auctor Pentateuchi Moysem vocat *vīrum mītissimum* (3), *Deo maximē familiarem* (4); sed Moyses salvā modestia sūa non potuit ita seipsum laudare. 3. Multa in Pentateuco continentur, qua Moyses scire non potuit, nempe res gestas ante diluvium, aut res diu post obitum suum eventuras; ergo Moyses Pentateuchum non scripsit.

Resp. ad primum, nego cons. Nam Christus ipse et Apostoli non semel de seipsis quasi de aliis in tertia personalia loquuntur. Sic Christus in Evangelio de seipso loquens ait *Filius hominis*, aut *Filius Dei*, loco *ego*. Similiter S. Matthaeus (5) de seipso scribit: *Et cū transiret inde Jesus, vidi hominem sedentem in telonio,*

Enaci gigantis, et quo prognati sunt Enacim gigantes. Vide Iosue 15, 17. Genes. 23, 2, et 35, 37. Similiter urbs Dan tempore Moysis vocabular Lais vel Lesem (vide Iosue 19, 47); et ita in Pentateuco Genes. 14, 14, scripsit Moyses; sed qui hęc diaira Mosis digestis, pro *Lais* substituit nomen *Dan*, qui post Moysen vocata est illa urbs. Itaque sedulò advertendum est, Moysen Pentateuchum simpliciter conscripsisse per modum diarii vel analiū; alium tamen scriptorem agiographum eosdem hos Moysis annales in ordinem digessisse, distinxisse, sententias nonnullas aut nova quādā nomina addisse, et intextuisse; fermè sicut propheta Jeremie à Baruch digesta, et in ordinem redacta est, ut Cornelius à Lapide ostendit prefatione in Jeremiā, vel sicut parabolam Salomonis, non ab ipso, sed ab aliis, ex ejus scriptis congesta et digesta sunt, ut patet Proverbi. 25, 4. Huc etiam referendum est totum caput ultimum Deuteronomii, ubi mors ipsius Moysis narratur, quod juxta Cornelium à Lap., Bonfrerium, etc., non ab ipso Moysi, sed à Josue vel alio scriptore agiographo, id est, divinitatis inspirato fuit additum; sicut Josue mors ab alio addita est Josue ultim. v. 29. Imò probabile est, caput illud Deuteronomii ultim. aliquando exordium fuisse libri Josue: abstractum verò inde, et Deuteronomio adjunctione esse tanquam complémentum historie de Moysi, quam nocturnā diurnaque manu versare debebant Israhelite. Vide de his Cornelium à Lap. Prefat. in Genes. et ejusdem Comment. in Genes. 14, 14, aliosque S. Scripturae interpres.

(1) Loc. cit.

(2) Possit adhuc alia dari responsio ad objectam difficultatem, et dici, potius Spiritu propheticō haec nomina urbium *Hebron*, *Dan* Moysem scripsisse, quām à quoquam postea libris ejus inserta, cū aliunde constet Moysem multa alia aīa seris post mortem suam temporibus eventura prædictissse; vide supra, num. 6. Item Menochium Comment. in Genes. 23, 2, et 35, 27. Sic etiam Philo in fine L. 3 de vitā Moysis, putat Moysen ipsum de se suāque morte, propheticō Spiritu scripsisse caput ultimum Deuteronomii. Verūm necesse non est, ad hanc alteram responsionem confugere; sufficit nostra superius data.

(3) Num. 12, 5.

(4) Deut. 34, 10.

(5) Cap. 9, v. 9.

Mattheum nomine. Quare haud mirum, quod Moyses quoque de se quasi de alio (1) scribat: *Dixitque Dominus ad Moysem*, et sic alibi sapi-simé. Advertunt hunc morem loquendi Scriptura jam pridem SS. Augustinus (2) et Gregorius (3). Imò hic mos etiam in historicis profanis, e. g., in *Commentariis Caesaris*, in *historiā Josephi de Bello Judaico*, in *historiā Procopii*, observatur.

Ad secundum in primis responderi potest, hanc laudem non à Moyse, sed à Josue vel Esdrā fuisse additam; sicut pauli ante (4) alia quedam à scriptore quadam agiographo post mortem Moysis Pentateuchu addita fuisse diximus. Dein omissa hęc responsione, rectè dici potest, quod, sicut S. Paulus se ipsum (5) laudat, et S. Joannes se passim vocat *discipulum, quem diligebat Jesus*, sic etiam Moyses altiori instinctu laudem suam scripsit, e. g., mansuetudinem suam ad magis explicandam duritatem et ingratitudinem Israelitarum, familiaritatem verò suam cum Deo ad predicatione magnalia Dei et virtutem gratiae divinae in seipso. Scripsit, inquam, hęc altiori instinctu et sine fastu ac elatione, cū non minus infirmitatem et errorem suum à Deo puniūt scripto publicarit (6). Adde, quod cuivis fas sit, vera de se scribere, ubi tempi et res id postulat aut suadet; angustique ac pusilli est animi, egregia sua decora, ubi loquendum est, non posse absque vanā gloriā commemorare.

Ad tertium respondeo: Moyses eventus futuros ex revelatione scire potuit et scivit. Multa enim propheticō Spiritu predixit, quae postea ad amissim implita fuere (7). Ea autem, quae ante ipsum et ante diluvium ab origine mundi contigerunt, facilè scire potuit ex traditione majorum, quod sic demonstro. Ex tabulā chronologicā generali historie Biblicā (8) patet, quod Adam mortuus sit anno Mundi 930; Mathusalem verò natus est an. M. 687; ergo Mathusalem Adamo cōtempnante fuit 243 annis. Porrò Mathusalem mortuus est

(1) Exod. 6, 4.

(2) Erat eorum, inquit S. Augustinus, tract. 61 in Joan., *huc consuetudo, qui sacras litteras nobis ministraverunt, ut quando ab aliquo eorum divina narrabatur historia, cum ad se ipsum veniret, tanquam de alio loqueretur.*

(3) Similiter S. Gregorius in Praef. Moral., cap. 2, ait: *Moris Scripturarū sacre est, ut ipsi qui scribunt, sic de se in illā quasi de aliis loquuntur. Hinc est enim, quod Moyses ait: «Erat Moyses vir mitissimum....» Hinc Joannes dicit: «Hic est discipulus illius, quem dilegebat Jesus....» Joannes Baptista citat, (apud Mattheum 3, 5), *convertentes sermonem ad se in teritā personā*, ait: «Hic est enim de quo dictum est per Iesum prophetam: Vox clamantis in deserto: parate viam ē Domini.»*

(4) Vide supra responsionem ad primum.

(5) 2 Cor. cap. 11 et 12.

(6) Nun. 20, 12.

(7) Vide supra, num. 6.

(8) Ejusmodi tabulas chronol. Biblic. exhibent praeter alias Calmet ad finem sui Dictionarii Biblici, Windenhofer ad finem tom. I S. Scripturæ dogmatic. et polem. explicate, Goldhagen ad finem P. III Introduct. in S. Scripturam. Et quamvis hęc tabula non prorsus in omnibus inter se convenient, discrimen tamen neutiquam est tantum ut propagationi traditionis ab Adamo usque ad Moysem obsit, prout consideranti potebit.

an. M. 1656; Noe verò natus est an. M. 4056; ergo Noe Mathusale coetaneus fuit 600 annis. Similiter, quia Sem filius Noemi (vid: Calmeti tabulam Bibl. chronol. et ejusdem Commentar. in Genes. 5, 31, natus est an. M. 1558, patet Semum Mathusale coetaneum fuisse 98 annis. Per Semum itaque et Noemum traditio de rebus ante diluvium gestis facilè potuit post diluvium usque ad Moysen propagari. Noe enim vitam suam post diluvium ad 550 (1), Sem verò ad 500 annos (2) produxit. Porro Sem etiam Isaacum vidi. Nam Sem mortuus est an. M. 2158; Isaac verò natus est an. M. 2108; ergo Isaeo Sem per dimidium seculum coetaneus fuit. Deinde Isaac mortuus est an. M. 2288; Levi verò natus est an. M. 2254, vel juxta tabulam chronol. Calmeti an. M. 2248; ergo Levi Isaeo ultra triginta annos coetaneus fuit. Pari modo Amram, pater Moysis, et nepos patriarchæ Levi (3), huic aucto suo ad minimum ultra 20 annos coetaneus fuit. Nam Levi mortuus est ante exitum Hebreorum ex Aegypto 122 annis (4): Amram autem ante eundem exitum obiisse dicitur 13 vel 20 annis, (5); ergo Amram post Levi mortuus est 122 — 13 = 109 annis, vel 122 — 20 = 102 annis. Cum igitur Amram universim vixerit 137 annis (6), sequitur Amramum patriarchæ Levi coetaneum fuisse 28 vel 35 annis. Nam 137 — 109 = 28, vel 137 — 102 = 35. Denique Amram anno ætatis sue circiter septuagesimo (7) Moysen genuit; ergo, cum vitam suam juxta dicta ad 137 annos produxerit, potuit filium suum Moysen in scientiâ sacrâ et traditione patrum per dimidium seculum et ultra instruere. Ecce quomodo traditio religionis revelatae et rerum ante diluvium gestarum potuerit per quinque vel sex homines Mathusalem, Noe et Semum, Isaacum, Levi, Amramum ab Adamo, usque ad Moysen propagari. Tam longevi nimirum tunc erant homines, ut quinque vel sex viri traditione rerum gestarum ab Adamo ad Moysen usque perficerent potuerint. Præterea, quae Moyses ante se gesta narrat, magnum partem ediscere potuit ex monumentis Patriarcharum Abraham, Isaac et Jacob, quæ licet ipse non viderit, communī tamen famâ et certâ aliorum narratione descripita intellexit. Extabant enim adhuc in terra Chanaan et apud circumiacentes populos, monstrabanturque variae, quas Patriarchæ illi flexerant, habitationes, putte quos effoderant, montes in quibus Deo immolaverant, lapides quos in titulos erexerant, etc. Denique

(1) Genes. 9, 28.

(2) Genes. 41, 41.

(3) Juxta Exod. 6, 18, et Genes. 46, 11, Amram fuit filius Caathi, et Caath fuit filius Levi; ergo Levi fuit avus Amrami, et Amram nepos istius Levi, adeoque ex tribu Levi.

(4) Vide memoratas tabulas chronol. Bibl. Hermanni Goldhagen, vel Franc. Xav. Widenshofer.

(5) Vide Cornelium à Lapide Commentar. in Exod. 6, 20, ubi testatur, Amramum juxta Eusebii Chronicum obiisse 13 annis, juxta Alexandrum Polyhistor. verò 20 anni ante exitum Hebreorum ex Aegypto.

(6) Exod. 6, 20.

(7) Vide Cornelium à Lap. loc. cit., aut Bonfrerium Commentar. in Exod. 2, 2.

multa quoque Moyses scire potuit ex Canticis. Novimus enim tum apud Hebreos, tum etiam apud alias gentes tune moris fuisse, eventus conspicuos carminibus celebrare. Legimus ejusmodi Cantica in ipsis libris Moysis (1).

10. Scholion I. Quanquam Moyses ea quæ populo Israelitico tradidit documenta ex divina inspiratione et directione accepit; enī tamen in praesenti dom contra incredulos agimus, ut merum historiographum consideramus, cui tantò major fides etiam humana debetur, quod certiore is rerum, quas narrat, notitiam ex incorruptâ traditione Patrum habuit, et quod vicinior primæ et secundæ mundi ætati fuit. Omnibus enim, quorum vel opera vel fragmenta supersunt, scriptoribus antiquior est (2). Quapropter, cum quilibet testis aliquo fide dignus ēd majorem fidem mereatur, quod propriū ad ætatem rerum gestarum accedit, et quod sinceriore de iisdem notitiam accepit, hoc ipso Moysi præ reliquis omnibus scriptoribus de rebus antò diluvium et ab ipsa Mundi origine gestis maxima adhibenda est fides. Indomines alii, quamprimum in diversas a Moyse sententias abeunt, jam nullam amplius fidem merentur, cum ex turbidis duntaxat lacunis haurire ea potuerint, quæ Moysen non habent auctorē, de quo solo constat ipsum ex fonte bibisse.

Scholion II. Nulla in Moysen suspicio cadit, quod studiosè voluerit decipere, quæ certè onerari non potest, sive integrum mentis candorem, qui undique in Pentateuchō relucet, sive styli simplicitatem ab omni fallendi artificio alienissimam, sive animum ab omni proprii commodi cupiditate remotum (3), sive demum ipsam rerum quas narrat, seriem, et personarum, quorum mentio fit, characterem primæ hominum infantie ac ruditati tam exactè respondentem consideremus.

Scholion III. Moyses ea quæ in Pentateuchō scripti, partim traditionē, partim divinâ revelatione, partim oculari inspectione didicit et accepit; nam quæ in Exodo, Levitico, Numeris, et Deuteronomio narrat, ea præsens ipse vidit et gessit (4).

CAPUT II.

De chronologiâ Mosaicâ, aliisque ad Pentateuchum generatim spectatum pertinentibus.

11. Quæres IV: *An chronologia Mosaica de duratione mundi chronologie Aegyptiorum, Chaldaeorum, Sinensis et Indorum præferenda sit?* Resp. affirmativè. Antequam autem assertionem meam probem, observo, mira esse, quæ de origine et antiquitate dictarum gentium in libris variorum scriptorum cum antiquorum, tum recentiorum legimus. Pauca commemoro. Dio dorus Siculus, lib. 4, narrat sacerdotes ægyptios, facta suppuratione temperum, à regno solis ad Alexand-

(1) Exod. 16, 1 et seqq. Deut. 4 et seq. Num. 21, 17 et 18.

(2) Vide supra num. 2.

(3) Vide supra num. 9, ad secundum.

(4) Vide Cornelium à Lapide Commentar. in Pentateuchum, p. 23

dri transitum in Asiam circiter viginti tria millia annorum numerare. Siniilia et adhuc majora de antiquitate Chaldaeorum, Sinensium leguntur. Illud certum, annales Siniicos multum ultra tempora Adami excurrere, adeoque nullatenus cum chronologiâ Mosaicâ convenire. In secula item innumera Indorum computum porrigitur. Ex quibus omnibus theistæ aliqui increduli inferunt, Moysem in suâ chronologiâ errasse, falli aut fallere, ac proin Pentateuchum non esse opus Deo inspirante conscriptum.

Verum fabulas de antiquitate dictarum gentium in primis generali responsione explodemus; tum carum dem fragmenta sigillatum disjiciemus. Ac primò quidem apud eruditos omnes in confessu est, in historiâ profanâ certi nihil, fabulosi plurimum habere primorum regnum et populorum origines. Patet hoc ex ipsa historiarum profanarum hac de re discordia multiplici. Unde quavis historia profana de prima gentium origine tractans, si Pentateuchu contradicit, meritè est rejicienda. Plus enim credendum est Moysi, utpote scriptori agiographo ac vetustissimo (1), qui antiquissimis illis temporibus multò vicinior in regione, nempe in Mesopotamia, Exod. cap. 2, habitabat, quæ post diluvium omnium gentium seminarium fuit (2).

12. Jam verò, ut de singulis illis vetustissimis populis, de quibus supra mentio facta est, paulò distinctius loquamur, in primis de Ægyptiis notandum est, quod teste Herodoto, lib. 2, nuspian certi aliquid in eorum historiâ reperiatur ante Psammetichum, qui annis ante Christum sexcentis, vel septingentis in Ægypto regnavit. Similiter Diodorus Siculus, lib. 1, assent, se in rebus ægyptiacis nullam firmitatem fide dignam ante Trojana tempora reperire, et inane esse Ægyptiorum commentum, quod de diuturnâ regum suorum (quos deos ipsos aut semides esse volebant) serie jactarent. Ipse quoque S. Augustinus (3) fabulosam Ægyptiorum antiquitatem deridet. Equidem Manetho, scriptor ægyptius, ex quo cæteri hanc fabulam descripsérunt, recenset plurimas dynastias deorum, semideorum et mortalium per multa annorum millia in Ægypto regnantium. Verum hujus auctoris hac in re auctoritatem et fidem historicam parvpendunt post Josephum Eusebium, Gregorium, Syncellum, eruditissimi viri

(1) Vide supra, num. 2 et 10.

(2) Quomodo post diluvium varii populi orti, ei in omnes orbis partes diffusi sint, narratur Genes. cap. 10; à Bonfrerio et Calmeto aliisque interpresibus Commentari. in hunc locum summâ eratione ostenditur. Vide etiam in Calmeti Dictionar. Bibl. v^o Mesopotamia.

(3) L. 18 de Civ. Dei cap. 40, ubi S. Doctor ita loquitur: « Frustra itaque vanissimâ presumptione garrium quidam dicentes, ex quo rationem siderum computavit Ægyptus, amplius quam centum annorum millia numerari..... Quonodo non isti ridendi potius quam refellendi sunt, qui spatio temporum tam diversa, et huic explorante veritati tam contraria persuadere conantur? Cui enim metius narranti præterita credimus, quam qui etiam futuri prædicti, que presentia jam videmus? Nam et ipsa historicorum inter se dissontiam copiam nobis præbet, ut ei potius credere debeamus, qui diuina, quam tenemos, historiae non repugnat. » Ilucusque S. Augustinus.

Petavius, Jacobus Cappellus, Hermannus Conringius, aliqui. Multi tamen hodiè putant, Manethonis historiam cum historiâ Mosaicâ conciliari posse, nominatum Richerus, qui Manethonis cum sacrâ chronologiâ conciliandi viam valde expeditem detexisse videtur (1).

13. Quod Chaldaeos attinet, de his Diodorus Siculus, lib. 2, ait: *Chaldei mundi naturam sempiternam esse sentiunt*, etc. En errore crassissimum! Lactantius verò, lib. 2, c. 14, inquit, *Chaldei*, ut Cicero tradidit, L. 1 de Divinitate, *quadrunginta septuaginta milia annorum monumentis comprehensa se habere delirant in quo quia se non possa argui putabant, liberum sibi crediderunt mentiri.* Et profectò Ctesiae et Berosi fragmentis universa nütur chaldaica historia. Atqui Ctesias vanus siveque in multis indignus scriptor visus jam olim fuit quam plurimis, Straboni, Plutarcho, aliisque etiam recentioribus (2), inter quos est etiam Hermannus Conringius in Advers. Chronol., et Cl. Bernard. de Montfaucon (3); Berossus verò, etsi multa vera scripsit, ac Mosaicâ historie non dissentanea (4), fabulas tamen veritati immiscuit. Casterum Berossus in statuenda Chaldaeorum origine nobis reip̄si non est contrarius. Scribit enim (6), Chaldaeos originem à Saturno Babylonico ducere, quem Huetius (7) et Berti (7) ostendunt, esse Nembrod filium Chus. Porrò adversarii jactant quidem vetustissimas et ultra chronologiam Mosaicam retrò longè excurrentes observationes astronomicas Chaldaeorum et Ægyptiorum. Verum de his nihil memorant antiqui astronomi, Ptolomeus, Hyparchus, Aristarchus, aliique; recentiores verò historici et mathematici easdem explodunt tanquam confictas.

At oppones: Plinius affirms, lib. 30, Zoroastrem philosophie et astronomie in Chaldaea parentem, sex annorum millibus ante Platonis obitum extitisse: ergo observationes astronomicae diu ante Adamum apud Chaldaeos fuere in usu. Resp. adeò incerta sunt omnia circa Zoroastris patriam, personam, et tempus, quo extiterit, ut nihil solidi ex re tam dubiâ inferri possit (8). Id solum certum est, quod tempore Cambysis Persarum regis (id est, mille circiter annis post Moysem) vir Zoroaster dictus extiterit. Cæterum Huetius existimat, veteres nomine Zoroastris denotasse ipsum Moysem, et hunc ab illo re non differre. Cl. Berti verò (9) contendit, Zoroastrem esse aut Chiam, aut filium ejus Chus, aut filium ipsius Chus Nembrodum. Denique Diodorus Siculus Justinus, et alii gra-

(1) Vide Trivoltiens ad annum 1744, Septemor. art. 31.

(2) Vide Lexicon Universal. Lipsiens. v. *Ctesias*.

(3) L. de Veritate historie Judith, p. 120, seq.

(4) Hac de causâ à Josepho L. 1 contra Appionem, et à Theophile Antiocheno L. 3, ad Autolicum laudatur.

(5) V. Wolfgangum Latinum, L. 1 de Migratione gentium, p. 14.

(6) Den. Evang. Proposit. 4, c. 10, num. 6.

(7) Tom. 2, L. 12, cap. 1, num. 15.

(8) V. Calmeti Dictionar. Biblic., vel Lexicon Univers. Lipsiens. v. *Zoroaster*.

(9) Tom. 2. L. 10, cap. 21, num. 7.

ves autores Zoroastrem aqualem faciunt Nino regi, à quo bello victus dicitur, regnoque spoliatus; à Nino autem ad obitum Platonis non sex millia annorum, sed duntaxat paulò plures sepingentis et mille annis numerantur (1).

14. Verum major difficultas videtur esse in conciliandis annalibus Sinensium cum chronologia Moysis. Ast neque ex his annalibus, neque ex astronomia sinicâ sofidi quid contra chronologiam sacram evinci potest. Non ex annalibus Sinicis; nam imperator Sinicus Chi-hoang-ti, qui 250 vel 250 annis ante Christi adventum regnavit, in mandatis dedit, ut omnes bibliothecae in toto imperio Sinico, librique (exceptis iis, qui de arte medica, jurisprudentiâ et architectonicaâ agerent) comburantur, intentata mortis pena transgressoribus infligendâ. Atque hoc edictum, teste Du Halde, aliusque, qui de rebus Sinicis scripsere, summâ severitate ubique executioni datum est. Tandem non nisi 60 annis post mortem dicti imperatoris, hoc est, 160 circiter annis ante adventum Christi, unus ex successoribus ejusdem imperatoris facultatem concessit conscribendi ea, quae de rebus Sinicis orali traditione et memorâ hominum conservabantur. Enim istum fundamentum annalium Sinicorum. Praeterea in ipso Kang mo seu magnis fastis Sinensibus, qui apud Sinas maximam auctoritatem habent, apertè dicitur, de iis, quae ultra 200 aut 300 annos ante æram christianam in Sinis fuere gesta, non posse haberi certa monumenta historicâ. Idem testatur episcopus Eleutheropolitanus, in suo eruditio opere de chronologia Sinensium an. 1729 Romæ edito et eò magis aestimando, quia idem episcopus viginti quinque annis in Sina docebat, et Sinensis lingue et historie optime erat peritus. Imò ipse Confucius jam suo tempore, id est, 600 circiter annis ante Christum, conqueritur, quod rerum monumenta, ex quibus annales Sinici componi possent, intercederint: *Libri et Sapientes, inquit (2), qui existunt hoc tempore, haud sufficiunt (ad scribendos annales Sinicos), haud, inquam, sunt, à quibus atlas nostra testimonium satis luculentum petat.....* alioquin si sufficient, tunc et ego possem testificari;.... nunc autem cum mihi desint presidia tam necessaria, quorsum frusta labore, et prologuar ea quae posteri non credant? Denique annales Sinici, qui per multa millia annorum monarchiam Sinicam extendunt, primis Sinarum imperatoribus Fohi, Xin-Num, Hoamti multa planè falsa et fabulosa tribuuunt, e. g., quod imperator Fohi caput humana quidem formâ fuerit, sed corpus serpentinum; quod mater Hoamti fecit ediderit quatuor et viginti post mensibus, quam conceperit, et alia hujusmodi (3). Certe historia tot scatens fabulis suspecta fidei est, et proin contentinenda, si cum chronologia sacrâ conciliari nequeat, secundum

(1) Vide Pererium in illud Genes. 1, 1: *In principio.*

(2) Hæc Confucii verba roferit Bayerus Regiomontanus publicus in academiâ Petropol., græcarum romanarumque antiqui professor in suo *Museo Sinico*.

(3) V. Natal Alexandrûm *Histor. Eccles.*, tom. 1, ad primam mundi ætatem, dissert. 8, prope finem.

certissimam illam S. Augustini regulam, de vanitate chronologie Ägyptiorum ita loquentis, lib. 18, de Civ. Dei, c. 40: *Nos in nostrâ religionis historiâ, nulli auctoritate divinâ, quidquid ei resistit, non dubitanus esse falsissimum, quoniamlibet se habeant cetera in secularibus litteris.*

At neque ex astronomia Sinicâ, quidquam contra chronologiam Moysis evincitur. Astronomia enim, cui tanquam fundamento chronologia innititur, Sinenses sunt parum periti, prout ante duo circiter secula Missionarii Europæi in Chinam penetrantes deprehenderunt (1). Demonstrabat tunc Sinensibus P. Verbiest, ipsorum calendarium esse plenaria erroribus astronomiis, et factâ hæc demonstratione Sinenses illud emendabant, et à Missionariis in mathesi et astronomiâ melius instruti, Europeos pro suis in astronomiâ magistris agnoscabant. Ante hos autem, teste Bayero supra citato, Persas et Judeos in suum tribunal astronomicum accepere, que sanè magna in scriptis confessio fuit. Unde haud mirum, quod observations astronomicae Sinenses à D. Cassini (2), aliusque celebrissimi astronomi parvi pendantur, et exigua eis fides adhibetur. Si autem tam defectuosa est Sinarum astronomia, num fidendum erit ipsorum chronologiae, cuius fundamentum astronomia est?

Jactant quidem Voltairei, aliqui amplificatores antiquitatis regni Sinici (3) aliquam eclipsim solarem, quam aiunt in annalibus Sinicis contineri, eamque 2155 annis ante Christum natum, hoc est, ducentis circiter annis post diluvium contigisse. Ex quâ concludunt, jam tunc regnum Sinense, et in eo peritos astronomos extitisse. Verum hoc argumento necuntur evincitur. Nam 1^o in annalibus Sinicis non dicitur, quod hæc eclipsis à Sineisibus, existente jam regno Sinensi predicta, aut observata fuerit. Verisimilimum est, quod aliqua notabilis eclipsis solaris, que fortè ducentis post diluvium annis contigit, in memoria hominum conservata, et ab illis qui in regionem que postea China dicta est, primò migrarunt, vel ab eorum posteris, in annales Sinicos relata fuerit. Verum ex hoc minimè sequitur, Sinense regnum jam ducentis post diluvium annis (4) extitisse, aut Sinenses ab antiquissimis temporibus insignes fuisse astronomos. Esto enī, quod idem aliquas solares eclipses, per traditionem à suis progenitoribus acceptas noverint, suisque fastis inscripserint; id ipsi nostri ruricole simili modo facere, et eclipses à suis majori-

(1) Ita testatur celeberrimi viri, Bergier: *La certitude des preuves du Christianisme*, tom. 2, chap. 11, § 4, pag. 435, edit. Paris. 1771; *De Feltre*, Catéchisme philosophique, n° 267, 2 vol. p. 102, edit. Leod. 1805; Nonnote, *Dictionnaire philosophique de la religion*, art. *Chinois*.

(2) Mém. de l'Acad. des Sciences, tom. 8, p. 300. (3) Vida Bergier loc. cit. p. 436; Nonnote art. cit., vol. 4, pag. 488, edit. Paris. 1818.

(4) Initia monarchia Sinensem anno mundi 2006, id est, 400 aut 500 circiter annis post diluvium, sive 2000 circiter annis ante Christum natum posita sunt per Fohi, vel per regna Yao et Xun. Vide tabulam Chronol. Biblic. Hermanni Goldhagen ad finem partis tertiae Introd. ad S. Scriptur.

bus observatas diariis inscribere possent, quin idèo tanquam præcellentes astronomi à quoquam suspecentur (1).

15. At fortassis litteratus lector originem et causam scire cupit, ob quam Sinenses tam stupendam regni sui antiquitatem confinxere? — R.: Verisimiliter id factum est ex emulatione et studio exaggerandi vetustatem gentis sue ad imitationem vicinorum populorum, maximè Indorum, inter quos Malabares teste Ziegenbalgio (2) numerant ab orbe condito 10, 720, 486, 400, hoc est, plusquam decies milles, septingentos viginti milliones annorum. Bayerus verò supra citatus ait, opinionem Brachmannum (3) ante annos circiter mille et septingentos à Sinenibus adoptatam esse, quā jactabant, perpetuam mundorum conversionem infinitis ante nos seculis extitisse, ut alii ex aliis nascerentur; hunc quoque praesentem mundum aliquandò desiturum, et alterius mundi relictum semina. Verum non vacat, tam exoticā Indorum deliria, nullā probabili ratione nixa, pluribus confutare. Conantur quidem increduli etiam ex observationibus geographicis et rationibus philosophicis demonstrare, mundum jam ante quatuordecim millia annorum extitisse, etc. Verum has docē refutat Cl. De Feller in suo Catechismo Philos. tom. 2, à n° 298 ad 385, pag. 178, art. 4: *Erreurs physiques reprochées à l'Écriture sainte.*

16. Querēs V: *An Moyses mira, quae de ipso in Pentateuco narrantur, re ipsa patravit?* Hoc dubium movet Rousseau, in suo *Emile*, tom. 3, his verbis: *Æquumne est, inquit, totum humanum genus obligare, ut credat Moysi aliqua mira patranti; quae duntazat in conspectu ignobilis Hebreorū populū facta sunt, et de quibus totum reliquum humanum genus nūlī scit, nisi quod de iis narrari audit?* — Resp.: *Æquissimum est.* Moyses enim, qui Pentateuchi auctor (4) est, narrando haec mira, decipere nec voluit, nec potuit. Non voluit; si enim decipere voluisse, tunc suum decipiendi con-

(1) Doctiss. D. Bergier, canonicus eccles. Paris., loco supra citato ad objectionem ex memoratiā eclipsi solari petitam similiiter respondet, dūm ait: *Qui ita objiciunt, vel ignorant, vel sese ignorare simulant, quid quis ope a tronometricā tabularum in notitiā omnium præcedentium eclipsiū usque ad creationē mundi venire possit.* Unde talis astronomica computatio et notitia antiquarum eclipsiū minimè probat antiquitatem computantis, nisi aliunde ostendatur, dictas eclipses eo ipso tempore, quo contingunt, ab eodem computante fuisse predictas, aut observatas. Jam verò ex annalibus Sinicis demonstrari nequit, quid illa eclipse solaris, que 2155 anni ante Christum natum contigit, et in annalibus Sinicis commemoratur, ab ipsis incolis regni Sinensis predicta aut observata fuerit; ergo ex narratione memoratae eclipses in annalibus Sinicis contentā neutiquam probatur, regnum Sinense aut astronomos Sinenses tempore hujus eclipses jam extitisse.

(2) Ziegenbalgius Regio Danicus in Indiā Orientali per plures annos Missionarius, prater lexicon Malabaricum et grammaticam Malabaricam, etiam de morali doctrina Malabarum, atque ethnica superstitione Indorum Orientalium scriptis.

(3) Brachmannes sunt Iudici philosophi, quorum quedam species etiam est apud Sinenses.

(4) V. supra, quest. 3, num. 5 et seqq.

silium vel inscio, vel consentiente populo Israeliticō executus fuisset. Non inscio populo; stultissimus enim, et in arte fallendi minimè peritus (1) fuisset, si apud integrum Judaeorum gentem fraudes suas, eā insciā et inconsultā, nectere voluisse, et quidem in narratione publicorum factorum, quorum ea gens testis esset. Non conscientia et consentiente populo; qui enim conscientia aliquo dolos machinatur, animum ejus disponit et demuleat, nihil nisi quod gratum ipsi est, facit et dicit. At Moyses Israelitarum culpas et sclera toti orbi in Pentateuco (2) detegit, et severè objurgat. Dein quis credat Moysem fraudis sue secretum tot hominum millibus credidisse, aut creditum tam constanter per tot secula à tantā multitudine fuisse servatum? Certè repugnat, hominēm sanum id sperare, et fidelitatem tam diuturnam sibi promittere à populo, alijs tam durō et rebelli. Præterea, etiamsi Israelite in has fraudes consensissent, et silentium servassent, non tamen aliae finitiae gentes consensissent, quarum intererat, non esse vera illa mira, qua in Pentateuco narrantur. Quæ enim ibi referuntur, non sunt ita soli Judaicæ genti propria, ut non etiam alios populos perstringant, et non raro quandam infamie notam iis aspergant. Unde si facta in Pentateuco contenta conficta essent, si plague aegyptiacæ, si transitus maris Rubri totidem essent fabulae, certissimè Aegypti Moysem et Hebreos, tanquam infames impostores mendacii et caluniae postulassent. Verum id tantum abest, ut potius, quidquid ferè à Moysē relatum est, id omne consensus scriptorum etiam profanorum et gentilium firmatum sit, prout Grotius (3) cum aliis ostendit, et nos ipsi mox ostendemus. Ex his omnibus abundè patet etiam alterum membrum nostræ assertione supra posita verum esse, scilicet Moysem in iis quæ scriptis, decipere ne quidem potuisse, etiamsi voluisse.

17. Querēs VI: *An etiam historici profani et gentiles de rebus in Pentateuco, vel aliis in veteri Testamento contentis mentionem faciant?* Resp. affirmativè. Ostendunt hoc Josephus Judeus (4), Tatianus natione Assyrius (5), et ex his Eusebius (6), ostendunt, inquit, hoc ex ipsis antiquis Aegyptiorum, Chaldeorum et Phoenicium (id est, gentium Judæis conterminarum) scriptoribus, quorum libri illo tempore adhuc extabant, et in omnium manibus versabantur. Sic apud Eusebium, loc. cit., Berossus Chaldaeus, Hieronymus Aegyptius, et Abydenus historicus de Noemi diluvio; Manetho Aegyptius, Berossus, et Graeci complures de longa Patriarcharum atque diluvium astate; Abidenus, Eupolemon, et Estius de turre et confusione Babelicæ; Ilæcatus, Berossus, Eupolemon, Melo de Abrahamo; de Isaaco autem, Jacobo et Esaū, Alexander Polyhistor; idem quoque de Josepho prorege Aegypti, de familia Jacobi in Aegyptum adventu, Moysisque exortu

(1) Increduli verò quidam contendunt Moysem in arte decipiendi fuisse versatissimum.

(2) Exodi cap. 16, 17, 52, etc.

(3) De veritate Religionis Christianæ.

(4) L. 1 contra Appionem.

(5) L. contra Ethnicos.

(6) In Praevar. Evang. l. 9, c. 4.

Scripsere. Similiter Eupolemon de Samuele, Saule, Davide, Salomonem, temploque per hunc ædificato, de Arcâ fœderis, de vasis templi, hujusque divitias accusatè scriptis (1). Quod autem scriptores Ægyptii non ex quæ ac Moyses transitum maris Rubri, et plagas, quibus à Deo Hebreorum afflitti sunt, suis fastis inseruerint, haud infrandom est. Scimus enim, quantoper quævis natio ea, qua in suum dedecet et infamiam cedunt, occulta aut immixta studeat. Porro causam, cur Hebrei Græcis alisque dissitis gentibus minus fuerint cogniti, quam Phoenicibus, Tyriis, Ægyptiis alijsive sibi finitimi gentibus, Josephus potissimum hanc assignat, quia parum vel nihil populo Hebreo cum Græcis aut alijs remotoribus gentibus commercii fuit per totam illam ætatem, ad quam libri canonici Judæorum pertinunt. *Nosigitur*, inquit, loc. cit., neque regionem maritimam habitamus, neque mercimonios gaudemus, neque per hoc alterutris peregrinationibus fugitamur. Sed nostræ civitates procul à mari sita sunt, regionemque uberrinam possidentes in eâ assiduè laboramus, incubentes ad legum custodiâ et pietatis traditionem. Addit, nil esse novi, quod populus aliquis ab alijs remotis populis ignoraret: *Et hoc apparet etiam*, inquit, circa Europam contigisse; quando de Romanorum civitate tam vetustâ atque bellicosâ neque Herodotus, neque Thucydides, nec ullus qui fuit cum istis, fecit aliquam mentionem, sed serò tantum et vix ad Græcos potuit eorum venire notitia. Idem asserit de Galliâ et Hispaniâ dicens, de his valde tenenui habuisse notitiam scriptores grecos. Tum subdit: *Quomodo ergo mirari decet*, si neque nostra gens plurimis erat nota; neque ad scribendum de se aliquam dedit occasionem, et ita dissita procul à mari, et talibus instituis vivens? Hucusque Josephus Jud. Ceterum de totâ praesenti questione eruditè disserunt Huetius, loc. cit., et Statlerus (2). At di eos: Tametsi Mosaicæ historiæ quedam vestigia in libris gentilium deprehendantur, tamen in his res gestæ saepè cum alijs nominibus et circumstantiis, quam quas Moyses narrat, referuntur ita, ut historia profana in multis cum Pentateucho conciliari nequeat; ergo Pentateuchus de sua veracitate merito suspectus est. — Resp.: Conc. ant., neg. cons. Discordia hujus inter historiam Mosaicam et profanam causa est, tum supersitio scriptorum gentilium fabulas suorum deorum veris historiis non raro immiscuentur, tum junior ætas historiæ profane, quæ secundum potissimum partem multò seriùs conscripta est, quam libri veteris Testamenti, presertim Mosaicæ seu Pentateuchus. Preterea illius discordia causa est; quod regiones, urbes, reges, alijs personæ plura diversa nomina habuerint, quodque populi pro diversitate linguarum suarum et idiotismorum hæc nomina diversimodè verterint. Unde nomina propria in historiâ profana plurimique aliter sonant, quam in sacro codice, imò aliter in uno historicâ profano, quam in altero. Denique non tanta accuratio, nec tam ingenua ver-

tatis indeo ac sinceritas observatur in historiâ profana, quanta ex omni parte eluet ex Pentateuchoballis que libris S. Scripturæ, uti aperte fatetur ipse, in suo *Emile*, Jacobus Rousseau, famosus theista. Igitur si alicubi inter historiam sacram et profanam contradictione occurrit, hæc ex illâ, non illa ex hac emendanda est, presertim cum jam alias authentias et divinitas S. Scripturæ passim à theologis orthodoxis (1) demonstretur, et ipsa etiam ratio naturalis dicit, quod, quæ documentum de rebus ab aetate nostrâ remotissimis queritur, iis auctoribus major adhibenda sit fides, qui antiquiores sunt, omnesque veritatis notas præ se ferunt. Atqui Moyses scriptorum omnium, de quibus nobis constat, est antiquissimus, omnesque veritatis notas præ se fert, ut supra (2) ostendimus, et alii cum Laurentio Berti (3) ostendunt.

18. Queres VII: An Pentateuchus usque ad nostra tempora integer conservatus sit? Resp.: Licet autographum Pentateuchi Mosaici, seu primævus et originalis codex quem Moyses exaravil, non amplius extet (4), tamen Pentateuchus adhuc Integer in suis apographis seu exemplaribus existit. Nam corruptioni aut amissioni Pentateuchi semper obstitit et obstat 1^a divina Providentia; Dei enim est, operum suorum integrati et conservationi providere. 2^a Judæorum indeo, ac in Pentateuchum Moysis reverenter. Summo enim zelo libros Moysis semper custodiebant, tanquam sibi specialiter revelatos et concretos, in quibus totum ius reipublicæ Judaicæ, et omnia ejus sacra, spes et promissiones Judæis à Deo factæ continerentur. 3^a Adulterationi aut amissioni horum librorum sese constanter oppôsuit quotidianus eorum usus et publicitas. Omnim enim manibus Pentateuchus tenebatur; quotidie à Judæis pervolvebatur; libro hoc deperditio et è memoria deletio, Judæi oblivisci debuissent suarum legum, et constitutionis reipublicæ suæ. — Sed opponitur I. Helcas Pontifex legem Moysis seu Pentateuchum improvisò inventum in templo (5),

(1) V. Statlerii Demonstr. Evang. § 305, usque ad § 309; Hermanni Goldhagen, Introduct. in S. Scripturam p. 1. sect. 1, quest. 1 et 2.

(2) Num. 2, 9, ad 2, 10 et 16.

(3) Tom. 2 theolog. Disciplin. l. 11, c. 4.

(4) Equidem Sextus Senensis l. 2 Biblioth. sanct., verbo: *Esdræ Pentateuchus*, ita ait: *Pentateuchus unicæ et oblongæ membranæ, ipsius, ut Hebrei credunt, Esdræ manus conscriptus absque ullis vocalibus, pincis servator summae veneratione in cenobio nostro Prædicatorum Bononiæ. Verum Sextus Sen. non absolutè asserit, hunc Pentateuchum ab ipso Esdræ esse exaratum, sed tantum ait, *Judeos ita credere: « Ut Hebrei credunt. » Imò ipsi Judei hæc de non omnibus conveniunt, sed in assignando loco discrepant, in quo autographum Pentateuchi ab Esdræ conscripti habeatur. Unde potius rumor vulgi, ut in veteris quibusdam monouenientis contingere solet, antiquum illum Bononiensem codicem, falsa persuasione Esdræ vindicavit. Certè si alieni hoc autographum asservaretur, maximè undique ad illius concursus fierent, ut apographa seu transumpta juxta illud essendarentur. Denique dato etiam, quod Esdras codicem illum exaraverit, id non est contraries, quia hic non loquuntur de autographo Esdræ, sed de autographo ipsius Moysis ex Dei inspiratione conscripto.**

(5) 4 Reg. 22, et 2 Paral. 34.

(1) Vide Huetii Demonstr. Evang., proposition. 4, c. 2.

(2) In Demonstr. Evang. §§ 204 et 317.

isque et huic Pontifici, et regi Josiae, omniq[ue] populo ante prorsus incognitus erat; omnes enim ad ejusdem libri lectionem obstupuer[unt]; ergo Pentateuchus tempore Josiae regis omnino perierat, unico excepto exemplari tunc reperto; quod tamen facile corrumpi potuit. — Resp.: Conc. ant., neg. cons. Ex toto hoc facto nil aliud colligiur, nisi quod probabilitas tunc ipsum autograpum Pentateuchi, vel saltem Deuteronomii repertum fuerit in templo ad latus Arcæ, ubi a Moyse positum fuerat; considerato enim textu sacro, intelligimus regem non tam libri inventione, quam aspectu tam venerandi thesauri, et verbis legis minas intentantis commutum esse. Hinc rex eo reperto non dixit: *Magna ira Domini succensa est contra nos*, quia non noverunt, sed, quia non audierunt *patres nostri verba libri hujus*. Et sanè certissimum est, legem Moysis omni aetate usque ad Josiam regem integrum fuisse conservatam. Erat enim ea, ut supra jam observavimus, sommè connexa cum Iudeorum republica, ita ut lex Moysis everti aut corrumpi non potuerit, quin et ipsa Iudeorum res publica rueret; quod tamen usque ad Josiam non esse factum, ex historiâ sacrâ scimus.

Oppon. II. L. 4 Esdræ, c. 14, v. 21 et seqq., dicitur, omnes libros legis combustos fuisse, et ab Esdrâ per 40 dies et noctes quinque scribis iterum dictatos; ergo Pentateuchus Moysis aliquando penitus interierit. — Resp.: Conc. ant., neg. cons. et suppositum, quod liber 4 Esdræ sit canonicus aut auctoratis divine. Continet enim plures fabulas (1). Dein quando in l. 4 Esdræ loc. cit. dicitur, quod lex *incensa sit*; id intelligi nequit de omnibus exemplaribus Pentateuchi in toto orbe extantibus, sed duntaxat de iis quæ, captâ à Nabuchodonosore Hierosolymâ, unâ cum templo exusta fuere. Eo enim tempore decem tribus Israelis jadu[m] gemebant oppresse, captivitate Assyriorum, utpote ante 130 et amplius annos in eam abstractæ, in quibus multi erant p[er]i Israelitæ, e. g., Tobias, aliquippe (2), qui haud dubie libros sacros secum tulerunt. Praterea undecim annis ante illam Hierosolymæ versionem Ezechiel, Daniel, et alii plures Deum timentes in Babylonem cum rege Joakim asportati fuerant (3), qui sine dubio libros illos pariter secum tulerunt. Denique, ut libri sacri omnes regni Judeæ in illo Hierosolymitanio incendio perissent, si omnes ex toto regno Judæ (quod tamen nullibi legiuri, factum esse) debuisseint in templo prius transferri, aut ibi fuisse repositi.

Oppon. III. Satellites Antiochi Epiphanius, 1 Mach. 1, 59, 60, et libros legis *Dei combusserunt, igni, scindentes eos, et apud quemcumque inveniebantur libri Testamenti Domini, trucidabant eos*; ergo Pentateuchus cum aliis libris veteris Testamente tunc interierunt. — R.: Conc. ant., neg. cons. Nam haud verisimile est, omnia legis exemplaria ab Antiocho fuisse inventa, nulla per totam Iudeam loco secura abscondita, nulla in

(1) Vide Dissertat. Calmeti Commentar. LL. Esdræ prefaxam.

(2) Tob. 1, 2. Item 4 Reg. 17, 27, 28.

(3) Ezech. 1, 1, 2, et 40, 1. Item Esth. 2, 6.

exteris bibliothecis, ne quidem versionem 70 Interpretum presertim Alexandriæ extra ditionem Antiochi residua fuisse, nulla denique in manib[us] Judeorum, aut Israëlitarum, qui apud exteris gentes morabantur, haesisse. Certè post furem Antiochi expederunt Iudei in Maspâ congregati *libros legis*, ibid., 3, 48, et Jonas ac universus Iudeorum populus in Epistola ad Spartiatas, ibid., 42, 9, sribunt, solatio sibi fuisse libros sacros.

Oppon. IV. Multi ex SS. Patribus Iudeos incusant, quasi sacrorum codicum corruptores; ergo nec Pentateuchus, nec alii libri veteris Testamenti hodiè integreri et incorrupti extant. — Resp.: Dist. ant.: Incusant Iudeos tanquam corruptores sacrorum librorum stante etiannum Synagogâ, neg. ant.; tanquam corruptores, nimirū ex odio in Christum et Christianorum legem, Synagogâ et republicâ Iudeorum post mortem Christi dissolutâ, trans. ant. et neg. cons. Plura in confirmationem hujus nostræ responsionis card. Gottî (1), et Natal. Alexander (2) disserunt. Ceterum, etiam si transmittatur vetus Testamentum à Iudeis dicto modo in quibusdam textibus corruptum esse, id incredulius nihil patrocinatur, quia Iudei non omnia exemplaria, quorum innumeris tunc jam erant in Christianorum aut aliarum gentium manibus, corrumpere, adeoque nec impide poterant, quominus Pentateuchus, alii que V. T. libri integri ad nos pervenirent. Accedit, quod Patres in objectione memorati vel non loquantur de corruptione ipsius *fons hebrei*, sed de Aquilâ, Theodosione et Symmacho Iudeis apostatis, qui fontem suis grecis versionibus corrupserunt, vel loquantur solum de ineptis S. Scriptorâ expositionibus judaicis, non verò de verborum et litterarum S. textû corruptione, vel Iudeos reprehendant de corruptione *quorundam duntaxat exemplarium*, non omnium, ctc. (3).

SECTIO II.

DE QUINQUE LIBRIS PENTATEUCHI SPECATIM SUMPTIS.

CAPUT PRIMUM.

De Libro Genesis.

Primus Pentateuchi liber hebraicè, *Bereschith*, seu in principio nuncupatur, nomine indito ab ipso libri initio, quemadmodum ceteris quoque libris Mosaicis contigit; grecè verò Ιερατε, id est, *Origo*, dicitur, eo quod originem seu creationem mundi, ac presertim hominis enaret. Nam à capite 1, usque ad caput 7, mundi hominisque originem, primorum parentum lapsum et peccatum, propagationem hominum, eorumque multiplicia scelerâ exhibit; à cap. 7, usque ad cap. 12, fabricationem arcæ, diluvium, confusione linguarum Babelicam, ac genealogiam filiorum Noe, à quibus gentes post diluvium ortæ sunt, recenset; à cap. 12, usque ad cap. 50, seu ultimum, gesta primorum Pa-

(1) Tom. 4, verit. Relig. Christian. Dem. tract. 3, c. 8, num. 6, 7, 15, 16 et 17.

(2) Tom. III, secul. 2, dissert. 11, q. 1, art. 4, conclus. 3.

(3) Consulte hâc de re card. Gottî, et Natalem Alex loc. cit.

triarcharum usque ad mortem Josephi commemoratur. Unde Genesis annos mundi 2369 complectitur. Totidem enim à creato mundo usque ad mortem Patriarchæ Josephi fluxere. Porro quo tempore et loco Moyses Genesim scripsit, dubium est, inque duas diversas sententias auctores abeunt. Una à Moyse scriptam Genesim ait, cùm in terrâ Madian opinione ageret, et Jethronis gregem pasceret; altera et communior vult, tam Genesim, quām ceteros Pentateuchi libros post acceptam in monte Sinai legem à Moyse deserto scriptos esse (1). Expendamus jam præcipuas difficultates, quas increduli contra hunc primum Pentateuchi librum nobis partim objicunt, partim ob apparentem antilogiam aut difficultatem objicere possent.

§ I. — *De mundi creatione.*

49. Quæres VIII : *An Genes. 1, 1, legendum sit : In principio creavit Deus cælum et terram, ut nostra Vulgata habet, vel : Fecerunt dñi cælum et terram, ut Voltairius (2) vult?* Ait enim, in hebreo textu legi *bala Elohim*, hoc est, *fecerunt dñi*, aut *fecit dñi*. Addit, Hebreos vetustam de pluralitate deorum doctrinam à vicino et potente Phœnicum populo didicisse, et libro Genesis inseruisse, cùm servi, quales respectu Phœnicum fuissent Hebrei, suorum dominorum sensa sectari solant. Verum resp. ineptissimam esse Voltairii versionem citati textus, crassaque is hoc loco lingua hebraica ignorantiam suam prodere. Nam nomen plura-le *Elohim* cum verbo singulari *bala*, *fecit*, conjunctum, non multitudinem, sed excellentiam significat. Unde *bala Elohim* est hebraismus, quem plurale dignitatis vocant, et passim usurpant, nominativum pluralem cum verbo singulari numeri conjugentes, nemine Hebreorum propterea plures res, e. g., plures deos suspicante. Ille auctor nostræ Vulgatae citatum textum optimè vertit hoc modo : *In principio creavit Deus cælum et terram*, et sic eundem verterunt, atque intellexerunt per 17 secula usque ad nostra tempora omnes doctores omnium Ecclesiærum, tam græci, quām latini, syri, arabes et ægypti.

Porro fallit aut fallitur Voltairius, dum asserit, Phœnices fuisse potentem populum, à quibus Hebrei tanquam ipsorum servi doctrinam de pluralitate deorum didicissent. Quamvis enim Phœnices ob commercium cum aliis populis, et colonias in variis alias regiones ledueas inclinarerint, nunquam tamen erant potens populus, sed angustum terre tractum ad fines maris Mediterranei possidebant, qui quoad magnitudinem cum Palestiniæ nequitiam comparandus est. Præterea, liber Genesis scriptus fuit priusquam Hebrei Palestinae occuparunt (3), et antequam cum Phœnicibus commercium habuere. Qui ergo Hebrei doctrinam de pluralitate deorum (ante librum Genesis à Moyse scriptum) haurire poterant? Denique ubinam Voltairius legit, Hebreos fuisse servos Phœnicum? Nullus hucus-

(1) Vide Bonfrerium Appendix. ad cap. 7, Præloq. in S. Script. sect. 5.

(2) In suo Lexico Philosophico.

(3) Vide paulò supra, Praefat. in librum Genesis.

que alius scriptorum (4) vel verbulo de hac servitute mentionem fecit.

20. Quæres IX : *Qualis fuerit illa lux primo die creata, Genes. 1, 3, 5, et an tres dies dari potuerint sine sole, qui primum quartâ die factus est?* — R. : Lux primigenia primo die creata, fuit vel ignis, vel aether vel certè aliquid diversum à sole perfectè formato, quippe qui die quartâ primum perfectus est. Dixi : *Aliquid diversum à sole perfectè formato.* Duplex enim hæc de re interpretum sententia est. Beda, Lyranus, Tostatus, etc., defendunt, primam illam lucem non fuisse solem, sed corpus quoddam lucidum instar nubis languide luentis, et instar tremule aurora. Auctor verò de divinis nominibus, c. 4, S. Thomas (5), Pereira (3), Quadros (4) dicunt, lucem primâ die creatam eamdem fuisse cum luce solis, solernque quoad substantiam primâ quoque die formatum fuisse, sed ejusdem et lunæ, ceterorumque astrorum lucem usque ad quartum diem extitisse informem et imperfectam; quartâ autem die eamdem fuisse formatam in globum solis, lune et astrorum quoquoversum perfectè illuminantem; fermè sicut Deus ab initio creavit terram informem, quam paulatim herbis, arboribus ac animalibus ornari voluit (5). Quid jam in hæc totâ explicatione absurdum, aut impossibile?

21. Quæres X : *Quanam sint illæ aquæ, quæ Genesis cap. 1, v. 6 et 7, dicuntur esse super firmamentum, et divisæ ab aquis existentibus sub firmamento?* Hæc verba Genesis, inquit Voltairius, sapiunt errorrem veterum, qui coelos credebant solidissimos, et super eos tanquam super forniciem crystallinum disposita esse putabant hydrophylacia, fenestras et cataractas, quæ reserari et claudi possent. Verum iniquæ populares hos errores Moysi vel Hebreis affingit impius ille derisor. Nam in textu hebreo loc. cit. ponitur nomen *Rakah*, quod latine significat *expansum seu extensem*, quodque aeri maximè conuenit, sibiisque de coelo in libris divinis dicitur. Quare Genes. 1, 7, ubi Vulgata nostra dicit : *Et fecit Deus firmamentum*, textus hebreus ait : *Et fecit Deus expansum*, i. e., *extensem spatium*. Quomodo autem inde concludes, hoc spatium esse durum et solidum? Evidem Vulgata nostra voce *firmamenti* utitur, sed non eo sensu, quasi cælum sit corpus durum et firmitudine suâ aliis corporibus resistens, sed quia est opus stabile et per tot secula perdurans : quâ ratione ab Eliu, Job. 37, 18, così poetice appellari poterant *solidissimi quasi ære fusi* (6). Porro per *aquas supra firmamentum* probabilius intelliguntur aquæ subtiliores, seu vapores aquei non supra cælum siderecum, sed supra aerem nostrum

(1) Vide Nonnotte, in Lexic. Philosoph. artic. Cration.

(2) P. 1, q. 67, à 4, et q. 70, à 1.

(3) Commentar. in Genes. c. 4.

(4) Tom. 1, decad. 2, q. 4.

(5) Vide Apol. de la Relig. Chrét., c. 10, § 2.

(6) Ceterum hoc effatum de celorum soliditate in S. Scripturâ duxat narratur tanquam dictum ab Eliu prolatum, cuius tamen sermones à Deo mox improbantur sequenti cap. 38, 2, his verbis : *Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis?*

inferiorem existentes, que suo tempore de nubibus deflunt ad irrigationem terre. Sensus igitur illorum verborum Genes. 1, 7: *Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quae erant sub firmamento, ab his quae erant super firmamentum*, est iste: Fecit Deus aeren, divisitque aquas, quae sub aeris atmospherâ erant, ab his quae erant super aeren, seu in parte superiori aeris. Aquarum enim pars gravior et suo statui relicta infra aeren constituit; subtilior et rarefacta supra eum clara est. Ita citatum Genesis locum expouerunt preter Rabbios Hebreorum glossa interlinealis, Tornielius, Perierius, Valentia, Lorinus, Syarez, de Operâ sex dierum, aliisque (1). Neque obstat, quod dñbi, neque Psalm. 148, 4, dicatur: *Et aquæ, quæ super cœlos sunt, quasi aquæ darentur non tantum supra aeren, sed supra omnes cœlos*. Etenim ita dictum est, ut S. Chrysostomus (2) observat, secundum phrasim lingue hebraicæ, in quâ nomen *cœli* caret singulari solitumque pluraliter dicitur *schamayim cœli*, sicut duntaxat in numero plurali latine dicimus Athene. Parisi, Venetie.

22. Quæres *XI: An, et quoniam situs Paradisi Genes. 2, 10 et seqq., descriptus cum hodiernâ geographia conciliari possit?* — *Nulus in orbe terrarum locus datur,* inquit D. Freret (3), ubi *Tigris et Euphrates cum duobus aliis fluviis* (prout tamen cit. loc. Genes. narratur) eruantur. Et Voltairius, in suo philos. Lex., hunc Scripturæ locum contemptum ita traducit: *Secundum hoc caput Vulgatae Paradisus per tertiam fermè Asiam atque Africæ partem se extendebat. Euphrates et Tigris in origine suâ plusquam 60 milliaribus majoribus distant à se invicem. Fluvius et Gehon, qui circuit omnem terram ē Aethiopie, non potest esse alius, quam Nilus, in origine suâ distans ab origine Euphratis et Tigris plusquam 70 milliaribus. Phison vero, siquidem is dicatur esse fluvius Phasidis, in Scythia oritur. Res sanè mira,*

(1) Equidem scio, multos insignes interpres et antiquos Patres, ac inter hos ipsum S. Augustinum, l. 2 de Genesi ad litteram e. 3, per *aquas super firmamentum* intellexisse aquas propriæ dictas et fluidas super ipsum cœlum sidereum positas. At etiam scio, quod idem S. doctor ibidem, c. 4, nostram de his aquis sententiam valde commendabat verbis: *Hanc ergo diligenter (sic explicandi aquas super firmamentum) considerationemque laude dignissimam judico. Quod enim dicit (defensor hujus explicacionis) neque contra fidem est, et in promptius posito documento credi potest.*

(2) Homil. 4 in Genesin, ubi hic S. Pater ita ait: *Quis igitur post tantum doctrinam ferret eos qui ex suo capite loqui, et contra divinam Scripturam multos cœlos dicere audent? Porro dicunt: Ecce beatus David (Psalm. 148) laudem Deo offerens, dixit: Laudate eum, cœli cœlorum. Ne turberis, dilecte, neque patres S. Scripturam sibi ipsi alicubi adversam.... Licet igitur qui lingua ejus (hebraica) gnari sunt, cœli nomen plurimi numero ab Hebreis vocari, quod constentur, qui et Syrorum linguam sciunt. Et nemo eâ lingua dicit cœlum, sed cœli. Et idcirco sic dicitum est, quod a beato David dictum, copii cœlorum: non quid multi sunt cœli;... sed quia mos est linguae hebraicae, unam rem nominare numero plurali. Illeuscens S. Chrysostomus.*

(3) Vide D. Bergier supra num. 14, in notis citatum, pag. 100, § 2. Porro de Duo. Freret sermo redibit infra num. 26, quæres XV.

*quid origo fluminis in Scythia, et origo alterius fluminis Gehon in Africâ in uno eodemque Paradiso sita sint.... Denique difficile captu est, Adamo hortum 700 aut 800 milliarium assignatum esse, ut illum coleret et custodiret. Verisimiliter socii hujus laboris eidem adjuncti sunt. Hucusque Voltairius. Sed nemini mirum videi debet, quod situs terrestris Paradisi in libro Genesis descripsi, difficulter à nobis determinari, et haud facile cum hodiernâ geographiâ conciliari possit (1). Verisimiliter enim intra lapsum tot seculorum, quæ ab origine mundi hucusque fluxere, nomina fluminum Paradisi saltem aliquorum mutata sunt, sicut passim urbium et locorum nomina hodiè alia sunt, quam antiquitâ fuere. Fors etiam cursus et altevi dictorum fluminum tempore universalis diluvii, et alias mutati sunt, cum haud dubiè terre facies intra decursum tot seculorum, et maximè tempore diluvii per ingentes terræ motus, quæ omnes fontes abyssi magnæ rapti sunt, Gen. 7, 11, plurimum immutata fuerit (2). Præterea, ut quis de situ Paradisi solidè scribat, aut loquatur, veteris geographia, veterumque linguarum notitia bene instrutus sit, oportet: hâc autem geminâ notitiâ nec Voltairius, nec plerique alii excellunt. Nihilominus non desunt doctissimi quidam viri, qui geminâ illâ notitiâ adjuti, terrestris Paradisi situm, saltem verisimiliter inveniunt, ac omnia, quæ Moyses de eo scriptis, vera esse deprehenderunt. Sie, si cum Cl. Nonnotte (3) Paradisus ad fines australis regionis Babylonicae inter 32 et 33 gradum latitudinis ponitur, facilè intelliguntur ea quæ sacer textus de Paradiso profert. Invenitur ibi tractus terrarum amoenissimus, in quo post diluvium maximi Asiae monarcke sedem suam fixerunt. Ibi erat famosa urbs Babylon apud Assyrios, Persas, Græcos et Arabes celebratissima. Invenitur ibi fluvius, qui terrestrem Paradisum irrigavit, in 4 capita divisus. Fluvius iste est Tigris et Euphrates, qui ibidem in unum alveum conjuncti per magnum terra tractum uniti volvantur, donec de novo divisi duo flumina efficiunt, quæ Phison et Gehon dicuntur, et ambo in sinum Persicum sese precipitant. Phison facilè dignoscitur ex notis, quibus cum Moyses, Genes. 2, 11 et 12, describit, dicens: *Ipse est qui circuit omnem terram Hevilath, ubi nascitur aurum. Et aurum terræ illius optimum est, ibique invenitur bdellium, et tapis onychinus. Omnes hæ note quadrant occidentali tractui Euphratis, qui versùs Arabiam cursum suum dirigit, et adhuc hodiè Schat-el-Arab seu Fluvius Arabus dicitur. Hevilath enim juxta multorum opinionem est Arabia, in quâ aurum optimum, et bdellion, et onychinus, omnisque generis gemmæ præstantissimæ reperiuntur, ut Diodorus Siculus, lib. 2, Plinius, lib. 12, c. 9, et Strabo, lib. 16, testantur.**

(1) Illic non mirum, quod variae et diversæ de situ Paradisi terrestris opiniones tam antiquorum, quam recentiorum scriptorum dentur, quæ plerasque Cartier in dissertatione de situ Paradisi tomo 4 Bibliorum plura à se editorum adnexâ recenset.

(2) Vide infra, num. 26, resp. ad 2.

(3) In suo Lexico Philosophi, verbo: *Paradisus terrestre.*

Invenimus hucusque tria Paradisi flumina, Tigrim, Euphratem et Phison. Superest, ut quartum seu Gehon investigemus, de quo Moyses in hebreo textu ait, quod terram Chns, seu, ut Vulgata nostra habet, *terram Aethiopie circumeat*. Ubi advertendum est, quod nomen *Aethiopia* non solum *Aethiopie* propriè dicta, sed pluribus aliis regionibus tam à S. Scripturâ, quam à profanis scriptoribus attribuatur, uti Calmetus (1) ostendit. Sie, e. g., Sephora, Moysis uxor, *Aethiopissa* dicitur, Numer. 12, quo ex Madian ad mare Rubrum orinunda erat. Haec inter regiones nomine *Aethiopia* compellatas, est etiam regio Susiana ad sinum Persicum sita, que hodiè Chusistan, voce à nomine *Chus* derivatà dicitur; imò eruditissimus geographus Marius Niger testatur, Chusitanos adhuc hodiè regionem suam appellare *terram Chus*. Cum igitur omnes geographi fateantur, regionem Chusitan esse *terram Chus* (quam nostra Vulgata *Aethiopiam* vertit) et eamdem orientali Euphratis alveo adjacere, ubi hic fluvius in sinum Persicum sese exonerat, sequitur, fluvium, qui adhuc hodiè in regione Chusitan reperitur, esse illum ipsum, quem Moyses ante ter mille et trecentos annos nomine Gehon appellavit. Ecce invenimus in pulcherrimo climate et amenissima regione partem terra, quam fluvius in duo superiora et alla duo posteriora capita divisus irrigat. Præterea vidimus, quod regiones, quas quatuor illa flumina permeant, designatas à Moysi notas habeant. Igitur locus et situs Paradisi, quasi in l. Genesis describitur, hâc ratione *saltum verosimiliter* detegitur (2), ac consequenter S. Scriptura in descriptione Paradisi nullius manifeste contradictionis aut falsitatis argui potest, sed ejusdem veritas in firmâ possessione manet; præsertim quia pro veritate tam S. Scriptura, quam totius christianæ religionis aliunde plura et potentissima evidens creibilis motiva pugnant, prout theologi orthodoxi in tractatu de Fide seu Religione ostendere solent.

Neque curanda sunt Voltairei dictoria demirantis, quod tam vastus terre tractus Adamo excolendus traditus sit, ut operaretur et custodiret illum, Gen. 2, 15, intellige à férī et animalibus, ne sata et plantata concūlarent, ac destruerent, etc. Haec enim cultura et custodia non soli Adamo, sed simul toti ipsius posteritati, quam Adam in sessu tanquam Protoparcus totius generis humani quodam modo continebat et repræsentabat, à Deo eit. loc. commissa est; quia, si Adam non peccasset, etiam ejus liberi et posteri in Paradiſo collo-

(1) In suo Dictionario Biblico, verbo : *Aethiopia*.

(2) Si hinc clarissimi Nouello explicatio de situ Paradiſi alicui non ex toto placeat, poterit aliam aliorum hâc de re probabilem opinionem amplecti, e. g., illam Tirini, qui Commentarij, in c. 2 Genes. v. 8, ita ait: *Nou est impossibile, neque improbabile, quod S. Augustinus et alii Patres dicunt* (nam est ferè omnium antiquorum communis sententia) *hos fluvios vere ex euna eodemque Paradiſi fonte scaturire primum, sed mox subterraneis caniculis et meandris etiam longissimis abscondi, atque iis denum locis, quibus nunc se produnt, rursus emergere* (ut de Alpheo, Arethusa, hispano Aná, et aliis quibusdam fluminibus constat). *Deo sic occultante primam scaturiginem, ne locus Paradiſi hâc via mortalibus innotescat.*

cati, eumdem colere et custodire debuissent. Cæterum Adam Paradiſum colere et operari Jesus est non ad victimum comparandum, vel ad fatigacionem, sed (ut interpretes cum S. Chrysostomo passim exponunt) ad honestum exercitium, recreationem et fugam otii; quia ne in illo quidem innocentia statu otiani licebat homini, cum otium non diù cum innocentia consistat.

Pro coronide totius hujus questionis de situ Paradiſi illud quoque observo, nos penitus latere, qualibus mappis geographicis Voltairius usus sit, dum Euphratem et Tigrim in origine suâ plus quam 60 milliaribus majoribus à se invicem distare asserit; cùm tamen Xenophon, oculatus testis (1), Procopius, Quintus Curtius, et maximè *Relationes Missionis Curdistanicae* anni 681, testetur, fontes Tigris non multum distare à fontibus Euphratis.

§ II. — *De lapu primorum parentum.*

23. Quaræ XII : *An ea, que Genes. cap. 3, de serpente Evam tentante narrantur, fide digna sint?* — Resp. nullam dari rationem, hanc narrationem in dubium vocandi. Equidem increduli varia contra eamdem effutunt, et sarcasticè querunt 1^o, cur Eva cum serpente sermones miscuerit? Mulieres enim alia ne quidem aspectum serpentis ferunt. — R. : In statu innocentiae, cùm needum ad serpentem dictum esset: *Inimicitias ponam inter te et mulierem, etc.* (2), nihil in hâc vel alia bestiâ fuit, quod Evam terrorret, cùm Deus jam antea Eva et Adamo dederit dominium in universa animantia (3), et ferae ante lapsum primorum parentum (divinâ providentiâ tunc arcente omnia noxia) homini minimè nocive fuerint. Querunt 2^o, quare Eva admiratione non capta sit super loquente bestiâ? et cur tam innocens et sapientia præstans persona accusationibus Dei sine indignatione auscultarit? et vicissim ex incredulis quero: Vel sermo est de admiratione indeliberata rationem præveniente et turbante, vel de deliberata? Si primum, negamus suppositionem, quod in illo felici statu innocentie aliquis motus admirationis indeliberatus, vel alia passio indeliberata seu rationem præveniens data fuerit. Si secundum, ulterius respondeo et dico actum admiratiois deliberaatum in Evâ tunc dari potuisse, et probabilius datum esse, quanvis de hoc Scriptura expressè nihil enuntiat. Nam cùm Eva adverteret, animal irra-

(1) Initio libri 4 de Expeditione Cyri Minoris, Xenophon ita ait: *A captiis enim accepserant (milites)... se ad Pigretis ipsius (qui haud dubie Tigris est) fontem, qui in Armenia est, venturos, à quo non longe Euphratis etiam fons abesset.*

(2) Genes. 3, 15, in quem locum Cornelius à Lapide cum exterioribus interpretibus observat quod, quia Deus hominem ob peccatum dominio in bestias privavit, hinc serpens homini experit esse noxious et lethalis, et vicissim homo coepit serpentem horrere et perseguiri, cùm ante peccatum nec antipatia, nec horror, nec odium, nec nocendi studium fuisset inter hominem et serpentem.

(3) Genes. 1, 28, Deus post creationem primorum parentum ad eos dixit: *Crescite et multiplicamini — et dominumini piscibus maris, et volatilibus celi, et universis animalibus, quae mouentur super terram.*

tionale scilicet serpentem loqui, ratiocinari, et sermones contra Deum evomere, ipsa ratio eidem facile dictabat, hanc rem esse valde miram, et quoddam ens rationale sive spiritum quemdam malum serpente tanquam organo ad se seducendam uti. Non tamen ideò cohorruit Eva, quia (ut supra ad quesitum primum jam indicavimus) sciebat, se in illo statu innocentiae, quādū in eo permaneret, à Deo diligiri, paternè protegi, sibiique dominium in universa animantia datum esse. Quādū autem sic intellectā malā fraude dæmonis non statim recessit, sed loquenti serpenti auscultare perrexit, jam coepit aliquo modo delinquare. Nam peccatum veniale, quale fuerit illa auscultatio ad verba serpentis, etiam in illo statu innocentiae locum habuit. Vide Augustinum, lib. 3 de libero Arbitrio cap. 24, ubi subtiliter in illud inquirit, cur primi parentes cūm præstarent sapientiā, nihilominus perverti se tam faciliē sint passi? Adde 1. 14 de Civit. Dei, c. 11. Ceterum nemini mirum videri debet, quod de rebus ab Adamo et Evā ante lapsum gestis difficulter disseramus, quia in peccato nati, et ignorantiae, concupiscentiæ, ac plurimis inordinatis ac indeliberatis passionum motibus obnoxii, de felici illo innocentiae statu, in quo primi parentes ante lapsum erant, difficulter claram et distinctam ideam formamus. Querunt 3°, cur Deus, Genes. 3, 14, maledixerit serpentis, poenamque injunxerit, si non serpens, sed diabolus, serpente tanquam organo usus, pervertit hominem? Injustum est enim ut quis poenam lati aliena culpe. Dein cur Deus serpentis de se innocentis in poenam denudavit: *Super pectus tuum gradieris, et terram comedes*, etc.? quasi verò serpens, nisi dæmoni ad decipiendum hominem serviisset, terram non comedisset, nec super pectus suum reptasset. Ita denuo cum aliis quibusdam incredulus Voltairius (1). Resp. has incredulorum cavillationes à SS. Patribus (2) et interpretibus catholicis pridem fuisse solutas et exposas; juxta quorū expositionem maledictio et dira illæ potissimum quidem in serpentem figuratum seu dæmonem primam mali causam, simul tamen etiam in serpentem verum, tanquam dæmonis organum, quo hic ad seducendam Eavam usus est, cum adjuncta poena merito prolate sint. Sed fortè, inquit S. Chrysostomus homil. 17 in Genes., dixerit aliquis: *Cum diabolus serpentis operā usus, malum attulit consilium, cur bestia illi poena infligitur?* En ipssimam incredulorum nostri temporis objectionem. Et quid ad eam S. Pater respondet? *Est et hoc* (pergit) *ineffabilis misericordia Dei opus. Nam sicut clementissimus pater puniens eum, qui filium suum occiderit, et gladium et ensim, per quæ filius suus occisus, destruit, et in multas partes dividit; eodem modo Dcūs egit. Quippe serpens quasi gladius quidam diabolica servivit malitiæ, unde et perpetua ipsi poena intentata est.* Porrò poena illa: *Super pectus tuum gradieris, et terram comedes*, etc., non est propriè poena, sed tantum quasi poena, aut potius probrum et

(1) In suo Lexico Philos. verbo: *Genesis.*

(2) Hos Patres Perierius, Tirinus aliqui interpretes citant Commentar. in Genes. 3, v. 14.

dedecus. Nam ista serpentis erant naturalia jam ante lapsum primorum parentum, scilicet humi reptare (1), terram comedere, etc. Quod autem alicui est naturale, non est propriè poena, nisi praecedente aliquo delicto (2), cuius serpens animal irrationalē erat inceps. Nihilominus ista, que serpentis ante lapsum Eva et Adami erant naturalia et minimè probrosa, jam eidem ex Dei sententiā destinantur in probrum et dedecus, jugemque memoriam, quod dæmon per serpentem primos parentes deceperit, eosque cum suis posteris in summam miseriam precipitaverit. Sapè enim id, quod de se naturale aut honestum est, intercedente culpā vel judicis sententiā, poena, vel quasi poena et probrum fieri potest. Sic Adamo quoque et Evā post lapsum quedam deputantur in poenam, quae etiam in statu innocentiae fuissent ipsis naturalia, v. g., uxorem subdi marito, herbis vesci, terram ipsis germinare spinas (3), et alia. Sic ligna cedere, et aquam comportare ad usum domus Domini, opus honestum et religiosum est; sed Gabaonitis à Josuā ob fraudem impositam, poena ac dedecus erat. Similiter ergo proreptatio serpentis supra pectus et terram comedio ante peccatum serpentis ignominia et probro non fuerunt; post lapsum autem primorum parentum illa proreptatio et comedio serpentis præ aliis animalibus ad ignominiam, contemptum et horrorem ex Dei sententiā fuere. Atque hanc sententiam Deus ferre potuit, et tulit pro summo suo jure in animalia, causâ hominis creata: daturus isti documentum, quām ingens malum patrasset, cūm hujus mali causā irrationalē animal, quod nihil participasset de culpā, tamen poenam aut quasi poenam participaret. Querunt 1°, unde serpens loquendi facultatem accepert? et quo idiomate locuta sit hæc bestia? Resp.: Non tam serpens, quām dæmon per serpentem locutus est, hujus bestia lingua utens velut organo quodam; fernè sicut per energumenos loqui solet (4). Quod autem spectat genus sermonis, facillima responsio est. Locius est dæmon codem idiomate, quo Eva. Id adhuc observo, quod jam olim Julianus Apostata hoc geminum dubium moverit, per ludibrium querens, unde serpentis facultas sermonis, et quo idiomate locuta sit bestia? Sed idèo à S. Cyrillo Alexandrinio (5) graviter confutatus est.

(1) Necesse enim non est, ut cum Josepho Jud., l. 1. Antiq. c. 1, dicamus serpentem, antequam Eavam tentaret, erectum incedere consuevisse; in poenam verò illius tentationis à Deo damnatum fuisse, ut repereret.

(2) Sic mors homini et humano corpori ex elementis contrariis composito, est quasi naturalis (immortalitas enim in statu innocentiae seu ante lapsum primorum parentum erat donum speciale, et natura humana indebitum), sed post hominis lapsum est pena peccati.

(3) Genes. 3, 16 et 18. Vide etiam hæc de re Tirinus Commentar. in Genes. 3, 14.

(4) Varios alios modos explicandi locutionem serpentis ad Eavam recenset Calmetus Commentar. in Genes. 3, 1.

(5) L. 3 contra eundem Julianum.

tem accipere duntaxat allegoricè, intelligendo per serpem nil aliud, quam tentationem veneram, et per lapsus primorum parentum consensum in hanc temptationem? — Resp. negative. Antequā autem responsione mean probem, prius exoticæ illius sententiae defensores, eorumque hāc de re doctrinam breviter recenseo. Jam primo Ecclesiæ seculo Philo Jud. (1) docuit, serpente Evæ deceptore nil aliud fuisse, quam voluptatem. Id ipsum, sed multò petulantius cum quibusdam recentioribus scriptoribus docuit pestilentissimus liber primum gallico, tum germanico idiomatico vulgatus (2), qui totam humani lapsū historiam amandat ad allegoriæ. Nempe ex sententiâ hujus libri titillations carnis, ex mutuo conspectu oris, fuerunt illa tentatio, quæ nomine serpenti hic designatur: ejusque pellecut Adam et Eva induci se siverunt ad venerem, nondū ipsis concessam. Verum allegoria hæc expositio nullatenus sustineri potest. 1^a Quia juxta effatum S. Scripturæ concupiscentia carnis et pruritus ad sexum jungendum non precessit (prout damnabilis ille liber docet), sed subsecutæ est lapsus primorum parentum; non fuit causa, sed effectus pœnae peccati, seu comesti pomi (3). Videlicet cùm peccasset comedendo ponum vētūm, agnoverunt se esse nudos, et rebellionem carnis experti sunt; ante peccatum verò nuditas tam parum ipsis pudori erat, quam parvulis usum rationis nondū adeptis. 2^a Certè is ipse est sensus Ecclesiæ, omniumque interpretum, Patrum atque doctorum, ut ostendere solent theologi in tractatu de Peccatis, ubi agunt de concupiscentiâ, vel in tractatu de Dōo Creatore hominis, ubi de primorum parentum statu post lapsus agunt. 3^a Rursum universa Ecclesiæ constantissimè per tot secula hunc lapsus non allegoricè, sed ad litteram intellexit, ac firmiter sibi persuasit, serpentem Evæ deceptorem fuisse verum serpentem, quo dæmon tanquam organo usus est; et licet illud commentum, quo quidam tentationem illam Evæ per serpentem duntaxat allegoricè explicant, nonnullis antiquis jam venerit in mentem, expłosum tamen illud fuit semper, neque uspiam potuit fidem reperire (4). Illicet etiam ab communissimâ theo-

logorum merito rejicitur opinio Cajetani, qui in c. 3 Genes. docuit, diabolum tentasse Evam per solam suggestionem interiorem, sicut nos nunc tentare solet, metaphorice intelligens qua dicuntur de serpente. Nihilominus scriptor supra memorati pestiferi libri opponit 1^a: Si historia lapsū primorum parentum dicto modo allegoricè explicetur, evitantur multæ difficultates, quibus hæc historia, ad litteram intellecta, obnoxia est; ergo. — Resp.: Talibus in rebus, quæ si dēm tangunt, non major explicandi facilitas, sed concors interpretum, Patrum atque doctorum orthodoxorum, seu universæ Ecclesiæ sensus et auctoritas spectanda est. Certè Ecclesia, Pref. in missâ de Cruce supponit, lapsus primorum parentum non fuisse peccatum luxuriæ, sed gulae, sive comeditionem vētūm pomi de ligno seu arbore, dūm ita orat: *Qui salutem humani generis in ligno crucis constitūisti, ut, unde mors oriebatur, inde vita resurgeret, et qui in ligno vīcebat, in ligno quoque vinceretur.* Cæterū, apparentes illæ difficultates, de quibus objectio loquitur, jam supra à nobis, num. 23, q. 12, soluta sunt.

Opponit 2^a: Scriptor sacer turpibus in argumentis utitur semper in volucris quibusdam verborum, ne pudicum lectorem offendat; ergo etiam temptationem et lapsus primorum parentum solum allegoricè subfigurâ serpentis, comesti pomi, etc., describit. — Resp.: Nego, quod scriptor sacer res obscenæ valde abscondat. Nam in hoc ipso libro Genesis obviis verbis narratur peccatum Chami, incestus Lothi, iniquitas Sodome, etc. Simplicitas illorum temporum, ut Cl. Weissenbach (1), præsentem questionem discutiens, rectè ait, longissimè aberat à nequitia ætatis nostræ, ubi quidem, quod magis profligantur mores, eò honestiora queruntur verba ad spurentias tegendas; cùmque homines ruunt magno impetu in omne genus libidinis, ad ejus solam mentionem cohorrescere videri volunt. Sed tum scilicet scapham scapham appellabant.

Sed quare (instat, et querit auctor illius damnabilis libri) Adamus et Eva post lapsus occultarunt sese, et consuerunt folia ficis et fecerunt sibi perizomata, Gen. 3, 7, si non peccarunt per libidinem? — Resp.: Jam supra dixi, id non fecisse eos ob libidinem admissam, sed ob adeptam post peccatum seu comeditionem pomi vētūi scientiam, sensumque concupiscentiæ, sibi ante prorsus ignote. Audiamus verba Rupertii Tuitiensis, qui cum ceteris Patribus et interpretibus hanc rem ita (2), explicat: *Aperti sunt oculi amborum (primorum parentum); statim namque (post comeditionem pomi vētūi) concupiscentia rebellis ultramque peccatorem ob superbie meritum injussis (id est, in deliberalis) motibus similiter colaphizare incepit. Ignominiam hujus cipue ætate interpretantur, juratum suum promissum semper implere studeant, dūm tanquam professores publici, aut alia dignitate vel officio publico in Ecclesiæ Dei fulgentes, in emittenda formâ Professioñis filii dei Catholicae à Tridentino præscriptâ, jurato spopordanter in hac verba: Item sacram Scripturam... nuncquam, nisi justa unanimen consensum Patrum, accipiunt et interpretabor.*

(1) In novâ forma Theolog. Biblic. tom. 4. qu. 12.

(2) Commentar. in Genesin. L. 2, cap. 10.

(1) *De Opificio mundi*, prope finem, et *de Agricultura* ultra medium, quo ultimo loco verba Philonis ex græco in latinum versa ita sonant: *Itaque illum mulieris insidiatorum serpentem... voluptatem esse dicimus repenteñ sinuosis orbibus..... ad sola terrena pronam, foveas querintem in corpore, velut scrobes hiatusque, et in quovis sensu stabilitudem, hominis consiliariam, meliori contradicentem, etc.*

(2) Titulus hujus libri est: *L'état de l'homme dans le péché original*, imprime 1714 et 1740. Versionis autem germanie: *Philosophische Untersuchung von dem Zustand des Menschen in Erbsünde*. — 1746.

(3) Suffici hic notasse verba Genes. 3, 11: Cui dixit Dominus: *Quis enim indicavit tibi, quod nudus eses, nisi quod ex ligno de quo preceperam tibi, ne comederes, comederis?* Ecce violatio precepti processit, et fuit causa cognitionis, quæ primi parentes adverterunt suam nuditatem et confusionem ex eo, quod sentirent in se motus concupiscentiae rebelleris rationi, præsertim libidinis ad invicem. Ita Cornelius à Lapide cum ceteris interpretibus in Genes. 3, 7 et 11.

(4) Utinam omnes, qui S. Scripturam nostrâ præ-

passionis puaendam esse, natura sponte cognoscit, sine doctore intelligi, ultronea fuga confitetur. Cur hoc? quia rationali creature inesse non debuit, sed ab offenso Deo non intelligenti honorem suum imposita est, ut comparetur jumentis.

Dices : Multa in S. Scripturis solum allegoricè interpretatur Origenes; ergo etiam tentatio Evaè per serpentem solum allegoricè explicari potest. — Resp.: In primis Origenes nullibi serpentem Eva deceptorem duntaxat allegoricè exponit, sed potius serpentem verum suisse supponere videtur in (1) his verbis : *Et primò quidem in Genesi serpens Ewam seducisse describitur; de quo in ascensione Moysi (cujus libelli meminit in Epistolâ suâ Apostolus Judas) Michael archangelus cum diabolo disputans de corpore Moysi, ait diabolo, inspiratum serpentem (quid aliud est inspiratus serpens quam verus serpens à demone inspiratus?) causam extitisse prevaricationis Adæ et Evaè. Atque iterum (2) : Fuit quippe Adam in Paradiso, sed serpens captivitatis ejus causa extitit, et fecit, ut veniret in locum hunc lacrymarum. Serpens hostis est contrarius veritati. Contrarius autem non à principio creatus est, neque statim super pectus et ventrem suum ambulavit, neque fuit ab initio maledictus. Certè Origenes neque hic, neque in alio loco nomine serpentis voluptam, aut utilitatem carnis intellexit. Dein, etsi Origenes omnia penè ad allegoriam trahat, tamen cù ipsa de causâ ab aliis Patribus vehementer carpitur. Sic S. Basilios (3) contra Origenem et Appollinarium ait: *Et quidem isti praetextu anagogici sensus et sublimioris intelligentia, ad allegorias se transferunt... asserentes potentias quasdam spirituales expertesque corporis tropicè significari per aquas; et supernè quidem supra firmamentum præstabiliores mansisse, infernè verò in terrenis et materialibus locis subedisce, quæ erant maligniores.... His igitur et ejus generis sententias, ut quæ somniis et anilibus fabellis conferenda venient, relegatis aquam, nos ut aquam intelligamus, etc.* Et rursùm (4), contra eundem Origenem laudatus S. Pater inquit : *Nori leges allegoriarum, etsi non à me inventas, ab aliis tamen elaboratas teneo. Nam qui non acceptant sententias Scripturarum communes, ii non aquam, ut aquam, accipiunt, sed aliam quendam naturam inquirunt esse; et pisces ad id, quod ipsis videtur, suā permittunt interpretationem. Reptilium etiam ortum, atque ferarum, ad suas sententias deflectentes interpretantur perinde, ut somniorum interpres, qui ad id respicientes, quod sibi proposuerunt, eorum que secundum quietem visa sunt, interpretationes afferre solent. Ego verò cùm fenix audio, fenix intelligo; et stirpem, et pisces, et feram, jumentum; omnia uti dicta sunt, ita accipo. Non enim me pudet Evangelii. Similiter S. Hieronymus (5) effatur: Origenem loquor, et Eusebium Phamphilum; quorum alter liberis allegoriae spatiis evagatur, et interpretatis**

(1) T. 1, 1, 3 de Princip. seu Periarchon, c. 2, initio.

(2) Ibid. Homil. 1 in Ezechielem.

(3) Homil. 3 in Hexameron, prope finem.

(4) Homil. 9 in Hexamer. initio.

(5) Commentar. in Isaiam, l. 5, in Prologo.

nominibus singulornm, ingenium suum facit Ecclesiæ sacramenta; alter historiacum expositionem titulo reprobiens, interdum oblitiviscitur propositi; et in Origenit scita concedit. Et profectò id, quod SS. Basilios et Hieronymus loc. cit. Origeni objiciunt, maximè in exponendo opere sex dierum, et lapsi primorum parentum Gen 1, 2 et 3, locum habet. Cum enim Moyses hic historiam mundi conscribat, patet, narrationem ejus non symbolicam, non allegoricam, sed historicam, simplicem et planam esse; ac proinde ea, quæ narrat de Paradisi, Adami, Eve et rerum omnium creatione spatio sex dierum successivè peractâ, item de tentatione per serpentem, lapsuque primorum parentum, etc., historicè et propriè, ut sonant, accipienda esse (1).

§ III. — De Arcâ Noe et universalì diluvio.

Variis incredulorum cavillis arca Noetica et diluvium universale exposita sunt. Unde

25. Queres XIV : *An de Arcâ Noe sequentia sint fide digna?* 1^o Quòd ingentem hujus Arcæ fabricam Noe cum tribus filiis suis perficere potuerit? Quòd omnes omnium animalium species cum suis alimentis in Arcâ sufficiens spatium et locum invenerint? 3^o Quòd ex remotissimis terris, et ultimis Americae plagiis omnes animalium species ad Arcam venerint? 4^o Quòd manuocodiata (*den Paradysvogel*) in Arcâ commorari potuerit, cùm solo cœli rore nutritari, et pedibus carrens nullibi consistere valeat, sed in perpetuo volat sit?

Resp. ad primum : Vir dives et nobilis (qualis fuit Noe) facilè potuit operarios conducere, qui, si non fidem de futuro diluvio, manus tamen Patriarche ob pactam mercede præbabant. Nonne enim frequenter videmus, plures homines operi, quod ceteroquin non probant, manus accommodare unius stipendiū aut mercedis causâ?

Ad secundum, antiquam hanc esse Celsi, aliorumque incredulorum objectionem, quam Origenes (2), et S. Augustinus (3) pridem confutauerunt; quamvis ad eam solvendam opus haud sit, cum predictis Patribus ad cubitos geometricos, aut cum aliis ad cubitos sacros, quos Moyses in Arcæ descriptione (4) intellexerit, confugere; sed sufficiunt cubiti vulgares, qui cubitis geometricis aut sacris sunt minores. Nihilominus enim Arcæ capacitas et amplitudo fuit tanta, ut omnium specierum animalia, quot in eam introducta fuisse S. Scriptura commemorat, cum alimentis congruis, Noeum ac ejus familiam cum annona et utensiliis, facile contineret, prout Buteo Angelus, et cum

(1) Vide Cornel. à Lapide, Canone 1 in Comment. Pentateuchi.

(2) L. 1 contra Celsum, et Homil. 2 in Genes.

(3) L. 15 de Civ. Dei, c. 27.

(4) Genes. 6, 15, ubi Deus ad Noe ait : *Et sic facies eam : Trecentorum cubitorum erit longitudine Arcæ, quinganginta cubitorum latitudine, et triginta cubitorum latitudine illius.*

eo Natalis Alex. (1), Pererius (2), Bonfrerius (3), Calmet (4), aliquae demonstrarunt. Ponamus enim, Moysem, Gen. 16, 5, loqui de cubito vulgari seu ordinario, qui sesquipedalis (5) est; ergo tota Arca area, ejus longitudinem in latitudinem ducta, cubitorum hujusmodi quadratorum milia quindecim, seu 33,750 pedes quadratos capiebat. Porrò quoniam Arca non habuit formam navium, quibus hodiè utimur, sed erat instar rectanguli parallelopipedi aedificata, tres ejusmodi de areæ tribus contignationibus qua in eâ erant, respondentes dabantur. In imâ configuratione sive areâ poterant consistere animantes quadrupedes et repentes. In tabulato medio, seu contignatione alterâ locus sat amplius erat annone pro hominibus et animalibus, etiam dolis aquæ dulcis ad potum et lotionem. In supremâ avibus et hominibus cum culinâ, molâ, lignorum cellâ et penu. Infra imam aream seu tabulatum infimum saburâ et sentina, ubi etiam serpentes ac virulenta animalia locari poterant. Cæterum enumera cum Gesnero, Aldrovando, et aliis antiquioribus omnes animalium species volantium, repentium, ambulantium; addic insuper, quotquot ad nostra usque tempora per tot navigationes in provinciis transmarinis reperita sunt; ad ducentas tamen species quadrupedum et repentium non pervenies, multòque minus eamdem summam in volucribus obtinebis. Porrò magnitudinem animalium si species, terrestrium sex tantum species novimus equo maiores, non multas ei pares, plures arie minores; avium paucæ majores cygnio, minores pieraque sunt. Revoca nunc in memoriam, Arce aream cubitorum quadratorum 15000 fuisse; quod spatium, cum ob triplicem contignationem triplum fuerit, profectò tam amplum erat, ut in eo consistere totus hominum exercitus potuisset. Nostræ bellicæ nave sunt exiguae machine comparatæ ad arcam Noe; et tamen præter homines et milites, a nonnam et apparatum bellicum, integræ greges animalium in illis asservantur. Cui ad extremum addas velim, non fuisse in Arcâ commodatissimæ causâ adhibendam laxitatis curam, sed à divino arcitecto imperatas tantum mansiunculas, hebraicè מִנְסָדֶת, nidos, seu cellulas. Nec enim Noe commodatissimæ aut oblectamentum animalium, sed necessitatim eo tempore serviebat.

Unde si quæras, an et quomodo tunc de carnibus prospectum fuerit carnivoris animalibus, leonibus, ursis, aquilis, lupis, etc.? — Resp., non erat Arca is locus, ubi gulae indulgeretur, sed ingenti beneficio consuleretur vita, ut possint vivere, inquit, ad Noe Dominus, Gen. 6, 20, 21: *Tolles tecum ex omnibus escis,*

(1) T. 4 in primam mundi ætatem, dissert. 10, art. 1.
(2) Commentar. in Genes. I. 10, Disput. 8. Et 1. 11, Disput. 9, usque ad fineum Disput. 14.

(3) Commentar. in Genes. 6, 15.
(4) Comment. in Genes. 6, 15.

(5) Palmus minor, sive romanus, est spatium 4 digitorum; pes continet 4 palmos minores, seu 16 digitos; cubitus communis sive romanus habebat 6 palmos minores seu 24 digitos; cubitus vero sacer habebat 7 palmos minores seu 28 digitos. Cubitus geometricus æquivalit 6 nostris cubitus, ut Origenes et Augustinus tradiderunt.

quaæ mundi possunt, et comportabis apud te, nulla carnis facta mentione; simplex enim alimentum ad secessitatem vitæ servandæ, non sagina ad voluptatem concedebatur. Equidem predictæ fere gaudent carnibus ubi suppetunt; sed non idœ enecantur fame, cum desunt. Nec sufficiens appetit causa, feras tam tristis tempore alendi carnibus, quas gustare ipsis hominibus nondum licet. Plura de his et similibus, e. g., de transpirationibus hominum et animalium ex Arcâ emissis, de sordibus animalium ex illâ ejectis, etc., vide apud Cornelium à Lapide (1), aliasque interpres.

Ad tertium. Non est opus, ut animalia ex regionibus tam remotis in Arcam venisse, asseramus. Ex omnibus enim speciebus in Asiâ quedam potenter adesse, Deo ita disponente temporibus Noe, licet fortassis post diluvium una aut altera animalium species migraverit tota in Americam, aliasve orbis partes indoli et naturæ sue aptissimas. Si autem id jam ante diluvium contigit, Dei interererat, illa animalia in Arcam compellere, quemadmodum Patriarchæ Noe promiserat, dicens, Gen. 6, 20: *Bina de omnibus ingredientur tecum*, id est, ut S. Augustinus (2) exponit, ultrò venient. Et quis demùm mortalium negare ausit, id Creatorem omnipotente suo imperio efficere potuisse? unde plerique doctores cum D. Aug. asserunt, voluntate ac potestate Dei, ministerioque Angelorum, aut singulari quodam animalibus iuditio instinctu ea omnia undique congregata et deducta esse ad Arcam. Neque via et modus debeat, illa ex remotissimis insulis, ipsaque ex Americâ in Asiam deducendi, ut infra (3) ostendemus. Denique illud quoque animadversione dignum, quod quamvis quedam bestiarum species non deprehendantur alibi, quam e. g., in Americâ, non tamen statim concludendum sit, casin sola America existere; fermè sicut botanici olim putarunt, certas plantarum species in solis Indiis reperiuntur, que postea majori adhuc industriâ deprehensæ sunt in Europâ circa Pa-

(1) Commentar. in Genes. 6, 16. Ceterum fortassis studiosus lector scire cupit, quot pedes Parisinos vel Augustanos tripla dimensio Arcae Noeticae complexa fuerit? Arca Noetica longitude complectebatur pedes Parisinos 497, 03, hoc est, quadringtones nonaginta septem pedes Parisinos, et tres centesimas, si tempore unus pes Parisinus dividatur in centum aequales partes: latitudine, continebat pedes Parisinos 82, 84; altitudo pedes Parisin. 49, 69. Pedes vero August. 545, 12 longitudi; 90, 85 latit.; 54, 58 altitudo Arca complectebatur. Haec omnia demonstrari possent, si cumulus materialium longiorem calculum permitteret; prout patchit expendenti, quod juxta Genes. cap. 6, 15, longitude Arce fuerit trecentorum cubitorum (probabiliter hic intelligitur cubitus Judaicus communis, qui juxta precedentem notam minor erat cubito sacro); latitudo quinquaginta cubitorum; altitudo triginta cubitorum. Jam vero, si pes Parisinus in 1440 aequales partes dividatur, cubitus Judaicus communis continebit ejusmodi partes 2383, 85; cubitus vero sacer 2783, 49; pes Judaicus 1590, 57; pes Augustinus 1513. His suppositis predictum calculum per regulam auream eruerre poteris.

(2) L. 15, de Civ. Dei, cap. 27.

(3) Vide sequentem quæst. 15, ad septimum.

risios aut alibi, quamvis in minore copia, et fors minori vigore et virtute prædictæ.

Ad quartum cum Menochio (1), non esse verisimile, quod avis ista in perpetuo volatu sit, cum quolibet animal quandoque quiescere debeat. Accedit, quod aves post tempus partus ovis suis incubent, quod pariter sine quiete fieri nequit. Porrò teste Ulysses Aldrovando memorata avis non rorere celi, sed muscis, et aliis insectis in aere volitantibus, vel aliis, quæ arboribus adheserunt, alitur; et quamvis pedibus careat, instructa tamen est duobus veluti filis, quibus quandoquiescere cupit, arborum ramis adhaeret. Potuit igitur hæc avicula in Arcâ esse, Deoque providente convenerienti aliquo pabulo refici. Plura de manuociditia habent Canicularies Maioli pag. 413, ubi ex Melchiori Guillardino Borrusio tanquam teste oculato qualitates hujus volucris fusæ describuntur; vocatur autem eadem volucris alio nomine avis Paradisiaca ob venustatem varietatemque pennarum, et in solis Moluccis insulis visitur.

26. Quares XV: « Quid incredulis respondendum ad sequentia de diluvio dubia? » 1^a Estne credibile, quod diluvium fuerit universale, et totum globum terrestrem operuerit? 2^a unde tanta aquarum quantitas et abundancia? 3^a Aut quem in finem aqua totum globum terrestrem operuerit, cum humanum genus tunc solum Asian habitaret? 4^a Unde columba finito diluvio oleam attulit, cum oliva in Armeniâ non crescant, nec ea anno intergo, quo diluvium duravit, sub aquis virere potuerint? 5^a Quomodo verba illa Vulgate latine, Gen. 8, 6 et 7: *Noe... dimisit corvum, qui egrediebatur, et non revertebatur donec siccarentur aquæ super terram, conciliant cum texu hebreo dicente: Exiit (corvus) egrediendo et redendo, donec, etc.*? 6. Quomodo iris, Gen. 9, 12, 13, post diluvium est signum foederis inter Deum ethomines, quasi verò ante diluvium nulla iris unquam apparisset? 7^a Quâ viâ homines et animalia post diluvium (siquidem hoc universale fuit, et omnia animantia intererunt) pervenire potuerunt ultra lacus et maria in remotissimas insulas, ipsamque Americam à reliquis orbis partibus immenso mari sejunctam?

Resp. ad primum. Quamvis Voltairius (Lex. phil.) dicat, diluvium juxta philosophorum effatum esse mysterium fidei, in eo consistens, ut credamus, quod ratio non credit, multique increduli, Praeadamitas (2)

(1) Centuriâ 3, cap. 93.

(2) Praeadamite dicuntur ii, qui asserunt, jam ante Adamum extitisse homines. Systemati autem Praeadamitico jam olim Julianus Apostata, et præter Muselmannos quidam Rabbini, ac famosus apo tata Jordana Brunus præluserant. Sed quod isti præconceperant systema, explicant protulit, et in libro hæc de re edito multis argumentis stabilire conatus est Isaacus Peyrearius domo Burdigalensis, religione Calvinistaan. 1635. Postea tamen Romanus adiens calviniam dogmatum sub Alexandre VII Pontifice ejuravit, et Praeadamiticum quoque systema decantavit. Verum non obstante hæc palinodia quidam systema Praeadamiticum recouiere aust sunt, et nostrâ maximè atate increduli eo ad impugnandam Pentateuchi auctoritatem abutuntur. Porrò memoratum Peyrerii systema est hujusmodi:

hæc in resecuri, universitatē diluvii Noeticū, tanquam commentum explodant; tamen ipsa sana ratio dictat, quod Deus omnipotens plura possit, quām finitus intellectus noster capere valeat; imo quod omnia possit, quæcumque nullam contradictionem involvunt; atque universalitas diluvii nullam contradictionem involvit, nec ulla ab incredulis ostendi potest: ergo universalitas diluvii fui possibilis. Actualis verò ejusdem existentia patet ex S. Scripturâ (1), cui non solum unanimis PP. et interpretum orthodoxorum consensus, sed etiam persuasio omnium populorum, ipsaque experientia accedit. Nam teste Josepho Jud., lib. 1 Antiq. cap. 5, *hujus diluvii et Arcæ meminerunt omnes barbaricæ historiæ scriptores, et in his Bererosus Chaldeus..... ei Hi ronymus Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum scripsit, et Manaseus Damascenus*. Similiter teste Eusebio (2) Assyriorum scriptor Abydenus narrat, Sisithrum à Saturno certiore factum fuisse de diluvio terram inundaturo, et ad vitam salvandam eoncindisse navim, cuius ligna ad lucin Armeniâ invenirentur, et remedium hominibus adversus multos morbos afferrent.

Deus, inquit, diu ante Adamum pluressimul homines, masculos et feminas in omnibus terre partibus creavit, sicut ubique terrarum arbores et plantas produxit; et primos hos homines fecit capita et parentes gentilium; diu autem postea creavit Adamum et Eman, ut essent capita et parentes sui populi Israëlitici. Moyses enim, aut Peyrearius unicè intentus tradende Hebreorum historiæ, ceterarum gentium, quarum nullum tunc cum Hebreis commercium erat, historiam neglexit. Diluvium verò Noeticum, addit citatus anterior, non totum latè orbem inundavit, sed eam tantum regionem, quam posteri Adami incollabant. Vide Calmeti dictionarium Bibl. verbo: *Praædamita*. Verum hoc sistema nullatenus sustineri potest, utpote S. Scriptura multiplici ex capite aperiti contrarium, et à Calmeto loc. cit., et Commentar. in Genes. 4, 17, Billuarto tom. 5 de Peccatis, in digressione histor. ad finem sextæ dissertationis, Zaccaria in Thesauro theol., tom. 2, Controvers. 4, Opusculo 3, pluribusque aliis solidè refutatum.

(1) Dixit enim Deus, Genes. 6, 13 et 17, ad Noe: *Finis universæ carnis venit coram me. Ecce ego adducam aquas diluvii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter colum: universa, quæ in terra sunt (adæque omnes homines, omniaque animalia terre, ruris paucis exceptis) consumantur*. Porrò Genes. 7, 13, 19, species animalium ingressæ sunt ad Noe in arcem, bina et bina ex omni carne, in quæ erat spiritus vitæ. — *Etaque prævaluerunt nimis super terram, opertæ sunt omnes montes excelsi sub universo caelo. Quintadecim cubits altior fuit aqua super montes quos operularunt. Consumptumque est omnis caro, que movebatur super terram, volucrum, animalium et bestiarum, omniumque reptantium, quæ repulant super terram; universi homines, et cuncta, in quibus spiracula vitæ est in terrâ, mortui sunt. An non sat clarè S. Scriptura his verbis exprimit universalitatem diluvii?* Præterea S. Petrus in sua Epist. 2, cap. 5, v. 6, de diluvio loquens, ait: *Tunc mundus aquâ inundatus perit*. Non aut, tunc Palestina, Mesopotamia, vel Asia, sed mundus perit. Denique à tribus filiis Noe, Sem, Cham, et Japhet Genes. 8, 9, *dissennatum est omne genus hominum super universam terram, totusque globus terraqueus, tanquam vacua possessio divisa est filiis et nepotibus ipsius Genes. 10, 5;* manifesto argumentum, non solam Palestinam vel Asiam, sed universam terram cataclysmo exhaustam fuisse.

(2) L. 9. Præpar. Evang. cap. 4.

Item teste S. Cyrillo Alex., lib. 1 advers. Julian., narrat Polyhistor, et explicitè docet, quadrupedes, reptilia, et volucres in navi suis servatos. Imò teste Grotio, in diluvii historiam fermè omnium gentium memoria desinit, claro indicio, quòd diluvium fuerit universale, omnesque homines paucis exceptis, suffocarunt. Præterea diluvii universalis vestigia sunt tot conchyliorum, pisces, aliave corpora petrificata, que in altioribus etiam montibus longissimè à mari dissitis, fermè in omnibus terræ partibus inveniuntur, prout naturalium rerum scriptores etiam acatholici in suis libris non raro testantur.

Reponit quidem Voltairius, et ait, in Americâ non reperiiri tractus conchyliorum, aut vestigia corporum marinorum. Sed turpiter errat. In historiâ enim Pennsylvaniae, in historiâ Telliamedi, in inquisitionibus philosophicis (1) copiosè narratur, quâm multæ conchyliorum species reperiantur in Pensylvaniâ, Virginîâ, Mavrlandiâ, in montibus Peruvianis, Chilensis, et alibi. Præterea, si Hispanis, aliisque in Americâ degentibus, aut ex illâ redeuntibus fides est, Ameri- cani diluvium universale nôrunt, unicam familiam in diluvio servatam, linguisque multiplicatas. Canaden- ses post diluvium aiunt, orbem fuisse reparatum à Mesou, hoc est, à Messia. Similiter in regionibus, Cuba, Mechoakana, Nicaragua, diluvii, animalium servatorum, quin et corvi et columbae Noetice antiquissima memo- ria servata est.

Alla incredulorum responsio est dicentium, conchyliâ et marina corpora, qua in altissimis montibus à mari remotissimis non raro inveniuntur, haud esse effectum diluvii, sed transmigrationis maris, quod intra spatium multorum seculorum ex una regione in aliam, e. g., per Italianam, Germaniam, ceterasque regiones successivè migrat. Sed nego suppositum, quòd detur ejusmodi transmigrationis maris. Nam si ea daretur, hodiè deberet esse alias terre et marium situs, quâm fuerit ante duo vel tria millia annorum. Jam verò sive Strabo, sive Pomponius Mela, magni illi cosmographi consul- lantur, qui ante 16 vel 17 secula scripserunt; deprehen- demus, quòd hiscriptores eodem loco portus et littora Hispaniae, Gallie, Italiae, Graeciae, Asiae, Africae sita descriperint, quo hodiè sita intuemur, e. g., Calpem, seu Gibraltar, Carthaginem, Barcellonam, Massiliam, Genuam, Neapolim, Constantinopolim, Sidonem, etc. Neque dicas, mare intra tempus 500 annorum recessisse à Freio, Aiguesmortes, Ravennâ, ubi olim portus maris erat, et circiter duobus milliaribus post se reliquise terram sine aquâ; ergo intra spatium temporis duorum millionum, ducentorum et quinquaginta millionum annorum idem mare globum ter- restrem totum suâ transmigratione circuire potuit; verumtamen causas, cur mare a predictis locis re- cesserit, esse specialem situm harum urbium, vel neglectum culturâ et portuum ibi extlectorum, etc.; que ratio non suadet, mare per totum globum terra- que unum, et ultra præaltos illos montes, in quibus con-

chyliâ, pisces, et corpora marina petrificata inveniuntur, migrare, aut aliquandò migrasse. Aut edicant adversarij : ubinam tunc temporis, quandò mare transgressum est Alpes, montes Pyrenæos, aliaque mon- tana telluris, ubi, inquam, tunc erant homines et animalia? Certè, juxta leges æquilibrii fluidorum tunc totus globus terra debuisse aquâ fuisse circumfusus, adeoque adversarii deberent admittere aliquid omnino simile universalis diluvio, quod negant. Adde quòd ob- jectio ab iisdem allata supponat, mundum jam ultra duos miliones annorum existere, et mare successivè ex una regione in aliam migrare, quorum primum chronologicâ Mosaicâ jam alibi stabilitate reputnat; alterum verò sine ullâ ratione sufficiente asseritur. Quamvis enim multi recessus et mutationes à mari in inundationibus facte sint; non tamen sive ex historiâ sive aliunde constat, quòd integrum mare ex regione in regionem, et multo minus circum totum globum terrestrem migraverit.

Denique contra universalitatem diluvii etiam illud objicitur, quod D. Freret (1) Scripturistis explicandum proposuit : *Magni operis et laboris est, inquit, diluvii universalitatem cum illâ hominum multitudine conciliare quæ brevi post diluvium terram inhabitavit.* Addit et citat ob hanc rem D. abbé Lenglet, qui affirmat, in sola Ægypto ducentis vel trecentis post diluvium anni tantam populi multitudinem extitisse, cui capienda ne quidem viginti millia urbium sufficerent. Verum cur D. abbé Lenglet nulla documenta aut argumenta adducit, ex quibus suum assertum de tam stupenda hominum multitudine brevi post diluvium in Ægypto existentium probet et demonstret? Forsan illam multitudinem apud Herodotum invenit, qui primum post duo millia annorum à tempore finiti diluvii scriptus? Præterea quadringentis etiam post diluvium annis adhuc solem illam Ægypti partem, quæ Delta (2) vocatur, ab incolis cultum et habitatum scimus, et ne quidem hodiè tota Ægyptus octo millia urbium con- tinet. Quis igitur credit, olim unicam partem brâus regni tam populosam fuisse, ut viginti millia urbium inquinilis implere potuisset? Quis, inquam, hoc credat, aut unde illud D. Lenglet, seu quivis alius scire

(1) Ita testatur Cl. Bergier : *La certitude des preuves du Christianisme*, t. 2, pag. 134. Porro D. Freret in Praefatione suorum scriptorum, affirmat quidem, se non malo fine varias objectiones contra religionem christianam in medium proferre, sed ut viri profundè docti melius et solidius, quam hucusque à scripto ribus christianis factum esset, ad illas responderent. At hoc consilium D. Freret vehementer improbat Cl. Bergier loc. cit. t. 1, pag. 1, § 4, et addit : *Quod ad D. Freret excusationem dici potest, id solum est, quod non ipsemet huc sua scripta ad typum pronoverit, sed eadem haud dubiè suppressisset, si illa in manibus suis etiamnum habuisset.*

(2) Delta à græcis et latinis scriptoribus inferior pars Ægypti vocatur, quæ ab urbe Memphis usque ad mare extenditur. Nomen illud inde ortum est, quia Nilus propè Memphis in duos præcipue amnes dividitur, quorun unus prope Pelusium, alter prope Canopus in mare sese exonerat : unde regio inter hos duos amnes intercepta formam græca literæ Δ seu *Delta* præ se fert, et hoc nomine appellata est.

(1) *Recherches philosophiques*, tom. 1, pag. 24 et 123.

poterit, cùm de antiquissimis illis temporibus (nimirum de rebus brevi post diluvium gestis) non alia documenta fide digna extent, nisi S. Scriptura, et speciatim Pentateuchus Moysis (1), ubi tamen nihil de stupenda illà multitudine hominum in *Egypto* brevi post diluvium existentium commemoratur?

Ad secundum. Nos non ignorare demonstrationes physicas vel geometricas, quas Vossius (2), Pelletearius (3), Henric. de Justi (4), aliqui philosophi nostrorum temporum contra possibilitem et existentiam universalis diluvii altissimos montes aquas operientis (5) in medium proferunt. Aiuu, aquas omnium fluminum et marium non sufficere ad implendas simul cavitates et alveos terræ, ac tegendos in universo orbe altissimos montes; pluvias verò non aliunde, quā ex fluminum, mariumque vaporibus provenire. Igitur ad operiendum totum globum terrestrem cum altissimis montibus Deum nojas aquas creare debuisse, easdemque finito diluvio iterum annihilarē, quod non facile theologi admittent. Addunt, altissimos montes, quales sunt Olympus in Graciā, Athos in Thraciā, Atlas in Africā, etc., altitudine medianam regionem acris, in quā imbræ, nives ac venti generantur, multū superare, adeoque pluvias tempore diluvii non potuisse in hos montes decidere aut eosdem operire, nisi denū novum adstruatur miraculum; et quae sunt his similia. Sed

Observo 1^o, mirum profectò esse, quod philosophi christiani argumenta conquirant, ut impossibile ostendant illud, quod factum esse Scriptura clare affirmat, Gen. 7, 19, 20 : *Opertus sunt omnes montes excelsi sub universo caelo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat.* An quia Vossius ejusque sequaces id philosophicè explicare non possunt, Moses mentitur? Quām multa, queso, vel in ipsa rerum natura sunt, quæ, quomodo fiant, aut facta sint, ignoramus? Cæterū potius miracula admittenda sunt, quām manifestis S. Scripturæ effatis fides deneganda.

(1) Vide supra, ad finem numeri 17.

(2) Epist. ad Coluvium. Item Opusc. de atate mundi, p. 28.

(3) Opuscul. de Arcâ, c. 56.

(4) In historiâ de globo terraquo.

(5) Notandum contra hos philosophos, quod nequam sufficiat, admittere diluvium particolare, e. g., solam Palæstinam vel Asiac quamdam partem inundans (vide supra, num. 26, ad primum de Preadamitis). Nam in particuliari diluvii hypothesis nou salvantur textus S. Scripturæ, prout consideranti Genesis textus patet. Dein hac hypothesis egisse Deum contra rationis leges supponit. Nulla enim necessitas suberat, ut Deus Arcam extrui juberet, ut illic animantium cogoret, atque intus octo compelleret homines, ad diluvium particolare, quod non nisi aliquam terra partem inundatorum esset, evitandum; cum hominibus his significare potuisset, ut in eas regiones secederent, quod aquæ diluvii non essent pervertere. Denique in hac suâ hypothesis adversari id quod intendunt, non obtinent, scilicet evitacionem miraculorum. Nam sine miraculo aquæ ad quindecim cubitos supra cacumina montium efferriri unâ in regione non potuerint, quin ad eamdem altitudinem contiguae terræ et regiones aquis obrata fuerint; ut ex aequilibrio fluidorum constat.

Audiamus S. Augustinum similes hodiernis philosophis argutiationes his verbis exhibantem, lib. 15 de Civ. Dei. c. 27 : *Opinanur quidam, tam magnum fieri non posse diluvium, ut altissimos montes quindecim cubitis aqua crescendo transcederet, propter Olympi verticem montis, supra quem perhiberent nubes non posse condescendere... Nec attendunt, omnium elementorum crassissimam terram ibi (in hijs montis vertice) esse potuisse... Quid itaque rationis afferunt, quare terra gravior... locum cali tranquilliore invaserit per volumina tot annorum, et aqua levior... permissa non sit hoc facere saltē ad tempus exiguum?*

Observo 2^o varios ad explicandum diluvium universale excogitatos esse modos et systemata. Talia profervunt Burnetus Anglus (1), et D. Pluche (2). Aliud hæc de re sistema fabricavit Whiston (3) Anglus coevus ac familiaris Neutono. Iterum aliud est sistema illius Galli, qui in Actis Parisinis rem ita explicat, supponens, terram circa solem moveri. Deus, inquit, subiit motum vertiginis terræ circa exensem suum. Hinc omnia maria et flumina ob motum vertiginis prius conceptum, deserts suis alveis et meatibus subterraneis, maximâ vi effusa sunt supra superficiem et altissimos montes telluris, acceditibus copiosis 40 dierum imbrisbus ē celo deciduis. Si autem queras, cur hæ aquæ non statim iterum in suas voragine relapsæ sint? Poterit responderi, id eâ de causâ factum esse, quia effusis ultra montes aquis, Deus terræ motum vertiginis mox iterum restituit; unde aquæ supra terram et montes excessæ permanescunt in illâ distantiâ instar aquæ in sephyo, vel lapidis in fundâ rotati, donec Conditor placuit, eas in suis alveos et abyssos remittere. Huic simile sistema etiam Cl. Bergier, loc. cit. tom. 2, p. 450, format. Supponit hic auctor globum terrestrem ante diluvium, quemadmodum de facto saltem quoad dimidiā sui partem, aquis marinis circumfusum fuisse, simulque ponit, axem terræ tempore diluvii, à Deo fuisse inclinatum, simulque punctum aequilibrium seu centrum gravitatis mutatum. His suppositis aquæ Oceani et marium necessariò effusæ sunt in partes terræ siccæas, easque operuerunt juxta illud Gen. 7, 11 : *Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, hoc est, Oceanus et alia maria effusa sunt alveis et meatibus suis.* Porrò adhuc aliud sistema est, si dicamus, Deum ab eterno prævisâ hominum malitiâ cursum causâ.

(1) In Libro, cui titulus : *Archæologia philosophicæ.* Hoc sistema etiam recenset, sed non unâ de causâ improbat Calmet, Commentar. in Genes. 7, 11, prope finem.

(2) *Spectacle de la Nature*, tom. 3, p. 515, édit. Paris. 1763.

(3) V. Lexicum universal. Lipsiens., tom. 55, verbo : *Whiston.* Docuere nimis iste Whiston et Worton, ambo Angli, tempore diluvii apparuisse cometam, qui suâ candâ aquosis vaporibus plenâ globum terrestrem, ad quem proprius accessit, quadraginta continuis diebus et noctibus involverit; postmodum autem, cum in suâ orbitâ satis propinquâ ad solem accessisset, et vehementer incalasset, denū ad terram finito diluvio reversum esse, ut excessum aquarum abundantium exsiccatet, et velut evotaret, ut Worton censuit.

rum naturalium ita ordinasse, ut statuto tempore per ignes et ventos subterraneos vehementissimos maria et flumina ultra superficiem terrae et demum ultra altissimos etiam montes intumuerint, accedentibus densissimis et diuturnis de celo imbris, et ingenitus terra crustis ac montium ruinis ob horrendos terra motus in ima hinc inde subsidentibus, donec tandem juxta definitum à conditore tempus et ordinem vehementia illa ventorum subterraneorum et motuum terrae remisit, et maria ac flumina successivè detumescientia suos in alveos et abyssos redire. Atque hinc systemati pariter, ut consideranti facile patet, multùm faventilla Gen. 7, 11, verba: *Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, et cataractæ cali apertæ sunt.* Confirmatur haec explicatio paritate aquæ aut alterius liquoris in olla calida effervescentis, qui quamvis ab initio vix dimidiata olla repleat, vehementer tamen calore conceptio exundabit. Quidni simile quid tempore diluvii contingit, prasertim cum in globo terreo major aut certè æqualis sit aquæ copia massa terrestri solidâ comparata (1), ut proin aqua ab ignibus et ventis subterraneis, meatibus et alveis suis extrusa, massam terræ ob ingentes motus hinc inde subsidentem facile potuerit denique totam obruere? Denique etiam illud memorasse juvat, quod ultimus nostris temporibus simplicissimam machinam, qua diluvii rationem commodè exhibeat, videre licuerit Parisiis apud Tremelium, mechanicum ordinarium Delphini (2). Ecce quot modos explicandi diluvium sine aqua de novo creatæ et postea iterum annihilatæ humana ratio et dexteritas invenerit. Conclude, quont facilius Deus omniscius et omnipotens aliquem ex his, vel alium modum noverit, quo diluvium universale, prout in libro Genesis narratur, procurare ac exequi potuerit.

Addé, falso esse illud adversariorum assertum, quod montes Olympus, Athos, etc., surgant ultra illum aeris regionem, in qua pluvia et nives generantur. Nam, quod Solinus commemorat, reliquias sacrificiorum in Olympi montis vertice nec ventis diffilatas, nec imbris dilutas, sed elapsò anno ita planè repertas esse, prout relicta fuerant, fabulam esse testatur Franciscus Philelphus, qui hunc montem concendit, referente Ludovico Vives (3). Imò Xenagoras altitudinem Olympi geometricè dimensus, reperit eam esse ad perpendicularum non nisi decem stadiorum cum extante, ut Plutarachus in Æmilio Paulo refert. Quod Atlantem spectat, ejus verticem nive semper cooperatum experientia probat. Similiter Galli astronomi Bouguer, Condamine, et Goudin jussu Ludovici XV, ad aquatorem pro gradibus terræ dimetiendis missi, item

(1) Vide Piccolominum 1. de Quantitate terre et aquæ. Item Iuliani Scaligerum, Exercit. contra Cardanum. Item Philosophiam Eclectic. Monteiro Lusitan., tom. 5 Geographiae physic. p. 3, Lection. 5, de Telluris globo.

(2) Bullet Réponses, tom. 1, de Déluge. Item Mémoires de Trévoux, l'an 1767, mois de Mars.

(3) Commentar. in S. Augustini l. 15, de Civ. Dei, c. 27.

Missionarii recens ex Americâ reversi unanimiter tēstantur montes Americæ omnium in toto orbe altissimos, e. g., Chimboraco, Cayambe aliosque toto anno in vertice nivibus tectos esse. *Mons Chimboraco*, inquit D. Bouguer (1), *illorum, quos observavi, altissimus est. Ascendit supra libellam maris 3217 perticis. Tegitur pars illius 800 perticis nive. Nubes multam infra ipsius verticem moventur. Observantur autem særissimè etiam in distantia trecentarum, aut quadringentarum perticarum nubes, quantum à longinquò observari potest, supra illius verticem.* Potuerunt igitur tempore diluvii imbris in altissimos etiam montes decidere, quibus coniuncte aquæ marini et fluminum exundantes, et ex imo in sublime intumescentes, denique cacumina altissimorum montium operuerunt.

Ad tertium, negando suppositum, quod ante diluvium homines in solâ Asiâ extierint, aut fuerint numero pauciores, quam hodie sint. Nam omnes ferè geographi, factis quam plurimi calculis in eo convenient, terrestrem globum tempore diluvii longe majorem (vigecuplo majorem dicunt plurimi mitioris calculi assertores) habitatorum numerum habuisse, quam modo habeat; quod quidem ex eo demonstrant, quia per sedecim secula ab origine mundi usque ad Noe patriarcham ob robur et fecunditatem illorum temporum plures nascabantur, et ob longissimam vitam plurimos filios et filias gignebant, et tardius è vitâ discedebant. Neque difficile fuit illis hominibus in remotissimas orbis plagas, et insulas etiam, ac transmarinas regiones deferriri, easque incolere; cùm tellus tunc esset fertilissima, et aliquo navigii genere lacus et maria tranare potuerint. Quod enim jam ante diluvium navigationes in usu fuerint, sive ratibus, sive pellibus (qua naves teste Plinio 1. 4, c. 16, Britannis usitatæ erant) perquam verisimile est. Certè Noe ante acceptum à Deo mandatum de-construendâ Arcâ, navium rationem cognitam habuisse videtur; quia Deus de formâ navigi, cui tanquam basi Arca incumberet, et in aquis commodè hinc inde nataret, nihil planè praecepit, sed id Noe prudentiae commisit. Fuit autem navigi forma omnino necessaria.

Ad quartum, falsa esse, quæ increduli vera esse, ibidem supponunt. Negat enim Voltairius in Armeniâ, ubi Arca quievit, oleas crescere testem adducens Tournefortium. Verum quas oleas Tournefortius in Armeniâ desideravit, eas Strabo geographus antiquus et celeberrimus, ideisque in Cappadociâ Armeniæ finitimâ natus et quidem à perpetuo viro celebres prædicavit. Quod si hodiè ibi desiderantur, nemo mirabitur, qui maximas globi terraue mutaciones perpenderit. Confer agrum Romanum hodiernum cum antiquo, Hollandiam aetate Caesaris cum hodiernâ, et mirari desines. Alii increduli, qui querunt, quemodò olea anno integro, quo diluvium duravit, potuerit sub aquis virere, legant naturalium rerum scriptores, præsertim Plinium, lib. 3, cap. 5, et ab eo discent, etiam in mari Rubro sylvas vircre,

(3) In actis Parisinis, ad annos 1744.

• lanrum maximè et olivam ferentem baccas. • Plura hanc in rem scriptorum testimonia recenset Natalis Alex. (1). Potuit ergo olea illa sub aquis diluvii annum integrum folia sua naturaliter servare, quemadmodum etiam S. Chrysostomus (2) asserit; quamvis eam miraculosè sub aquis germinasse aut conservatam esse existinet S. Ambrosius, lib. de Arcâ, c. 19.

Ad quintum, hæc facile conciliari, si dicamus, evolasse corvum recuperata libertate letum, et cadaverum carnibus ita cupiditate expluisse, ut identidem revolans in Arcâ tecto quiesceret, neque tamen in eam recipi se pateretur. Sic utrumque veritati consentaneum erit, et rediisse corvum, et non rediisse; rediisse ad Arcam, non rediisse in Arcam.

Ad sextum dico: Iris, quæ jam ante diluvium haud dubiè sapientia apparuit, et fuit duntaxat signum naturale nubium roscidarum et pluvie, destinata est à Deo post diluvium in *signum ad placitum* promissionis divine de diluvio universalis non amplius immittendo; fermè sicut proreptatio serpentis post lapsum primorum parentum erat serpenti in poenam et probrum, quæ ante aera ipsius motus præcisè naturalis (vide supra, num. 23).

Ad septimum, varias esse vias et modos, quibus et homines et animalia post finitum diluvium (idem etiam de animalibus ad Arcam adductis ante coptum diluvium proportionaliter intelligi debet) in remotissimas insulas ipsamque Americam pervenire potuerint. Et homines quidem navigi vel de industria, vel casu aliquo aut tempestate potuerunt illic deferri, vel etiam sine navigiis. Asia enim non solum coheret cum Europâ, sed etiam prope mare Rubrum cum Africâ, cum ex Palestiniā in Agyptum proficiscentibus nullum fretum sit superandum. Satis quoque compertum hodiè habetur, ipsam adeò Americanum inter septentrionales Russiae provincias Siberiae et Kamtschakam per continentem continuam Asiae conjungi; quod quidem an. 1738 primus detexit Gulielmus Georgius Stoller, Windesheimensis Franco professor academiæ scientiarum Russicæ Petropoli. Poterant igitur Seytæ vel hâc viâ, vel per fretum glaciatum migrare in Americam; poterant colonia ex portibus Orientalkibus Tartariae et Japoniæ navibus proveli in Americam. Quamvis enim America à Japoniâ et Tartariâ Chinensi 800 aut 900 circiter milliaribus distet, spatium tamen illud intermedium copiosis terrarum tractibus seu insulis sibi maximè vicinis interpolatum est; ut videre est in mappâ geographicâ, quam D. L'isle post confectum à se per hoc mare iter exaravit (3).

Similiter animalia iisdem fermè, quibus homines, viis modisque in remotissimas insulas ipsamque Americam pervenire potuerunt. Nam in proximas insulas, ubi angustum est fretum, natando pervenire poterant;

(1) Tom. 1 in primam mundi ætatem dissert. 10, artic. 4, Object. 5.

(2) Homil. 26 in Genesia, ubi etiam ait, dispositione divinâ factum esse, quod columba ramum olivæ inuenierit, et ad Noe attulerit.

(3) Vide Cl. Nonnott, l. contra errores Voltairii, de populatione Americae.

in remotiores ab hominibus navi transvehi, ut eorumdem species ibidem propagata, venationibus, spectaculis aut aliis usibus humanis serviret. Fors etiam feræ in ingentibus glaciatibus frustis, quæ circa polum mari frequenter innatant, subito avulsis, in insulas remotiores, ipsamque Americam septentrionalem fuere transportatae, aut hyeme, dum mare conglaucatum est, illuc pervenire sive sponte, sive ab hominibus venando propulse. Ecce quot viæ sint, quis homines et animalia post diluvium in remotissimas regiones ipsamque etiam Americam pervenire potuerunt.

§ IV. — *De annis Patriarcharum ante diluvium.*

27. Quæres XVI: *An anni primorum hominum et Patriarcharum ante diluvium viventium fuerint nostris annis pares?* Occasionem huic questione dederunt quidam existimantes, S. Scripturam narrantem, quod primi homines Adam, Seth, Enos, Cainan, Jared, Mathusalam ad nongentos et amplius annos vixerint, non esse intelligendam de annis solaribus, quales nostri sunt, sed ex lunæ cursu metiendo, et non nisi monstruos, aut non multò majores fuisse, hoc est, 36 dierum, ita ut annus unus solaris denos hujusmodi annos abbreviatus comprehendenderet, ne nimirū fateri cogantur, primos illos homines vitam ad tam longa annorum spatiæ produxisse præ nostri ævi hominibus. Iuno famosus illi *Horus* adhuc breviores facit annos primorum Patriarcharum, ut ex corollario ad finem hujus questionis ponendo patetib.

Sed omnino dicendum est, primorum illorum hominum annos fuisse solares, seu pares nostris annis, adeoque 12 mensium. Probari id potest 1º ex astronomia et siderali scientiâ, quam primi illi homines, Sethique posteri invenerunt, ut Josephus, lib. Antiq. c. 2, scribit, imò verius ab Adamo accepérunt. Cùm igitur non decesser illis scientia, ut annum ad solis cursum ordinarent, planè dicendum, id eos fecisse. 2º Si dicti anni tantummodo menstrui vel 36 dierum, quorum deni unum annum solarem conficiunt, fuisse, sequeretur, quod quidam primorum hominum statim post annum solarem sextum aut septimum extatis sua generint. Sic Cainan septennis genuisset filium suum Malaleel, et Henoch sexennis Mathusalam. Nam vixit Cainan septuaginta annis, et genuit Malaleel... Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis, et genuit Mathusalam (1). Quis autem credit, puerum sexennem jam fuisse puberem et parem generandis prolibus. 3º In eo uno anno, quo duravit diluvium, fit mentio (2) secundi, septimi, et decimi mensis. Et ne quis possit fingere, menses illos fuisse trium duntaxat diecum, memoratur ibi decimus septimus dies mensis secundi (3), et vigesimus septimus mensis septimi (4). Quinimodo, si dies, quos memorat Moses in descriptione diluvii per unum illum annum sexcentesimum Noe, quo diluvium duravit, recenseantur, reperientur il-

(1) Genes. 5, 12 et 21.

(2) Genes. 7, 11 Genes. 8, 4 et 5.

(3) Genes. 7, 11.

(4) Genes. 8, 4.

ad trecentos sexaginta (1). Ergo anni illi nongenti quos vixisse memorantur homines illius aetatis, non fuere menstrui, sed solares seu pares nostratibus annis. Tura in hanc rem disserunt S. Augustinus (2), Bonfrerius (3), Natalis Alex. (4), aliquique. Verum

Dices I. Homines non solent exspectare usque ad centesimum annum solarem, ut incipient generare; atqui si anni illi primorum hominum fuissent solares, Patriarche ante diluvium expectassent usque ad annum centesimum solarem et amplius, donec inciperent generare. Legimus enim (5) : *Vixit autem Adam centum et triginta annis; et genuit filium... Vixit quoque Seth centum quinque annis, et genuit Enos.* Et sic de reliquis. — Resp. cum D. Augustino (6), hanc difficultatem dupli solutione posse emolliiri. Aut enim, ait S. Doctor, *tantò senior fuit proportione pubertas, quantò vita totius major annositas; aut, quod magis video credibile, non hic primogeniti filii commemoratis sunt, sed quos successionis ordo poscebat, ut perveniretur ad Noë, à quo rursus ad Abraham videmus esse per ventum.* Igitur hos tantummodo genitos voluit Scriptura recensere, quia ex his Noë, et sic omnes deinceps post diluvium homines fuerunt propagati; fermè sicut in genealogiâ Salvatoris descriptâ apud S. Matthæum, cap. 1, non perpetuò primogeniti, sed hi, per quos rectâ linea ab Abraham Christus ducebat originem, annotatis sunt; idque clarè constat in Davide et Salomonie, qui indubiè primogeniti non fuere.

Dices II. Saltus anni primorum Patriarcharum non fuerunt solares, sed lunares; quia Hebrei festa sua et neomenias celebrabant juxta lunares variationes. Ita aliqui, qui quidem admittunt annos primorum hominum non fuisse menstruos, sed nostris annis solaribus prope aequales, nimisrūm fuisse annos lunares, quorum unus duodecim lunationes seu conjunctiones luna cum sole, ac universis 354 dies neglectis scrupulis complectitur. — Resp.: Quamvis Hebrei usi fuerint mensibus lunaris ad celebranda sua festa (7), tamen annos suos lunares per embolismos seu intercalationem quamdam redigebant ad annum solarem, ut suum annum cum plerisque aliis gentibus inchoarent, sumque computum, genealogias, ipsamque chronologiam ad morem aliarum gentium accommodarent; idque apud Hebreos usitatum fuisse à temporibus Moysis, tradit Aben Esra. Consultatur etiam D. Augustinus, loc. cit. cap. 14 et 15.

Corollarium. Ex dictis patet quām crassē hallucinetur auctor impii libri *Horus* dicti, dūm annos vitæ Adami, et cæterorum Patriarcharum, quos Moyses in L. Genesis enumerat, fuisse tantum totidem menses

(1) Genes. 7, 24, et 8, 3, etc.

(2) L. 15 de Civit., cap. 12 et 14.

(3) Commentarii in Genes. 5, 3.

(4) Tom. 3, Secul. 2, Dissertat. 41, artic. 1, Object. 5.

(5) Genes. 5, 3 et 6.

(6) Loc. cit., c. 15.

(7) Sic neomenia debebat celebrari in novilunio, et Pascha decima quarta mensis Nisan.

lunares, neutiquā autem annos solares asserit, in Præfatione detestandi operis sui ita prouuntians: *Was die vielen Jahre (Patriarcharum ante diluvium viventium) betrifft: so sieht man offenbar, dass es nur Monden (seu menses lunares, quorum unus 29 dies cum aliquot horis et minutis, ut ibidem ipse Horus ait, complectitur) waren. Man darf nur allemal mit zweifeln dividiren, und man erhält niemals mehr, als etwa siebenzig bis achtzig Sonnenjahre, oder das gewöhnliche Alter der Kandidaten des natürlichen Todes.* Ita Horus contra quem sic argumentor: Si anni vite Adami, et cæterorum primorum hominum et Patriarcharum ante diluvium degentium non nisi totidem menses lunares fuissent, sequeretur, quosdam illorum primorum hominum, dūm aetatem duntaxat duorum vel trium annorum solarium implerant, proles genuisse, quod asserere, apertissima insania est. Veritas autem dictæ sequelæ patchbit, si primorum illorum hominum aetatem in mensibus lunaris computatam ad annos solares reduxeris. Cum enim mensis lunaris, qui ab uno novilunio ad alterum computatur, constet 29 diebus, 12 horis, et 4 minutis primis; annus vero solaris 365 diebus, 5 horis, et 49 minutis primis; manifestum est quid, si per annos primorum hominum duntaxat menses lunares intelligentur, quidam eorum, e. g., Sale, Pheleg, Sarug, genuissent, dūm erant infantes 2 annorum solarium et circiter 6 mensium. Nam genuerunt, cum essent 30 annorum, Gen. 11, 14, 18 et 22, seu juxta Horum, cum essent 50 mensium lunarium; sed 30 menses lunares conciunt 2 annos solares cum dimidio; quippe 30 menses lunares — 1275720 = 2 annis solaribus et 6 circiter mensibus. Nacher autem, qui cum esset 29 annorum, ibid. 24, genuit filium suum Thare, genuisset, dūm erat infans 2 annorum solarium, et 4 circiter mensium. Nam 29 menses lunares — 1233196 = 2 annis solaribus et 4 circiter mensibus. Quanta autem insania est asserere infantem 2 aut 3 annorum solarium generare? Et tamen hujusmodi delirii et stultitiae repletus est impius et insanus liber *Horus* dictus, cuius auctor unus ex primipilis incredulorum est.

Cæterum juvat hic in mentem revocare illa quæ Josephus Flavius (1) de longâ Patriarcharum ante diluvium existentium vitâ scribit his verbis: *Nec est, cur aliquis præsentem vitam, annorumque ejus paucitatem cum priscorum rebus conferendo fidem nobis abroget, aut quia nunc eam non peraequâ prorogari videt, conjecturam hinc de eorum longævitate faciat. Illi enim Deo chari ciam essent, ipsiusque recens etiam tum opificium, et commodiore victu ad diuturnitatem uterentur, merito per tam multos annos vivebant..... Praeterea tum propter studium virtutis, tum proper utilitatem inventarunt atrium ut astronomie ac geometrie, Deus illis prolixiorum targitus est vitam, quarum certitudinem assequi non volerant, si minus 600 annis vixissent; ex toto enim MA-*

(1) L. I. Antiquitat. Judaic. cap. 3.

GENS ANNUS (1) constit. Attestantur autem mihi omnes, qui græcas, barbaricasve antiquitates litteris prodiderunt. Nanque et Manetho ægyptiacarum rerum scriptor, et Berosus chaldaicarum, ad hæc Mochus, Hestiaëus, Hieronymus Ægyptius, qui Phœnicum res prosecuti sunt, nobiscum consonant. Hesiodus quoque cum Hecatœvo, Hellanicus, et Acusilius, Ephorus, et Nicolaus narrant, priscos illos ad mille annos vitam produxisse. En quod testes gravissimi (à Josepho Flavio citati) contra insanum auctorem libri Horus dicti, asserentem annos, quos in Genesi legimus, esse tantum totidem menses lunares! Piura adhuc de longævitate primorum illorum Patriarcharum invenies apud Natalem Alexander. (2), Pererium (3) aliosque.

§ V. — De rebus post diluvium gestis.

28. Quæres XVII : An credibili sint omnia que de rebus post diluvium gestis in libro Genesii narrantur? Sic 1^o an credibile est quòd Noe posteri voluerint adificare turrim, cùjus culmen pertingat ad cælum, Genes. 11, 4? Ad quod cœlum quarit Voltairius, lunæ, an Veneris? 2^o An Loth uxoris Genes. 19, 26, verè in statuam salis conversa est, et quidem quoad corpus et animam? 3^o Quomodo Jacob, Rachele jam mortuā, ad filium suum Joseph, Genes. 37, 10, dicere potuit: *Num et ego et mater tua adorabimus te super terram?* 4^o Quomodo verum esse potuit illud Josephi de pistorum Pharaonis praefecto vaticinium, Genes. 40, 19: *Pharao auferet caput tuum, ac suspendet te in cruce?* An malefactores amputato capite suspenderunt?

Ad primum, ineptum est illum Voltairii sarcasmum. Licuit enim Ciceroni dicere, orat. pro domo : Ad cœlum extrixit villam. Num mirandum superbos Noachi posteros dixisse : *Faciamus turrim ad cælum pertingen-tem?* Est nimurūm hyperbolica hæc locutio, quasi dicitur : *Facianus ingentis altitudinis et magnificientiae turrim* (4).

Ad secundum. Nemo hic suspicetur totius substantiae factam conversionem, quasi etiam anima in salem conversa sit. Id enim neque necesse est hic asserere, neque (ut Bonfrerius rectè ait) ullo modo verisimile, esse factum, cùm anima suâpte naturâ sit immortalis. Corpus tamen uxoris Lothi verè conversum est in statuam salis. Nam quamvis non defuerint, qui verba illa Scripturæ : *Versa est in statuam salis,* figurat duntaxat sumpserint, pro monumento scilicet perpetuo mansuro, sicut in Scripturâ pactum inviolabile *pactum salis* nominatur, vel quòd tantum igne cœlesti adusta, et piceo fumo velut incrustata instar status lapideæ examinis jacuerit; tamen communis interpretum verba Scripturæ hic strictè sumenda, et feminam illam verè in statuam salis conversam fuisse asserit, cùm nulla

(1) De hoc magno anno sexcentorum annorum solarium consule astronomiam D. de la Lande, tom. 1, pag. 6, 2, editionis prime.

(2) Histor. Ecclesiast. tom. 1, in primam Mundi æatem, Dissertat. 9.

(3) Commentar. in Gen. L. 7, disput. de longitudine vite priscorum hominum ante diluvium.

(4) Mira et varia de hæc turri recente Calmet aliisque interpres.

sit necessitas, S. Scripturam hoc loco impropriè sumendi. Imò Josephus Jud., lib. 1 Antiq. c. 11, dicit hanc salis statuam adhuc suo tempore exitisse; et Bochartus P. 1, cap. 7, scribit eam adhuc extare inter montem Engaddi et mare Mortuum. Ibidem etiam eam Adriachomius in suâ descriptione Terræ sanctæ constituit. Eamdem adhuc supercesserunt pariter affirmant R. Eliezer, R. Benjamin, etc. Si autem aliquis sciolus ironice querat, quomodo salis statua tamdiu inter tot pluvias et tempestates perdurare potuerit? resp. eam in lapidis morem fuisse duratam, ut nullæ pluviae, nulla tempestates eam liquefacere aut disturbare potuerint. De hujusmodi sale lapideo meminèrunt Plinius (1), Isidorus (2), Aulus Gellius (3), Solinus (4), Olaus Magnus (5). Imò Plinius refert, apud Uticam acervos esse salis ad collum speciem, qui ubi solè lunâve indurnèrè, nullo humore liquecant, vixque etiam ferro cædi possint. Præterea ex chymia constat de sale Tartari vitriolato, id non dissolvit, nisi ab aquâ valde calida.

Ad tertium nomine matris Josephi hic non intelligi Rachele, neque Liam, sed Balam, Rachelis ancillam, et Josephi nutricem, que jam mortuā Rachele in matris locum successerat. Accedit quòd apud Hebrewos nutrices vocatae sint matres, prout notat R. Massases Ben-Israel (6). Ita objecta S. Scripturæ verba Lyranus, Tostatus, Bonfrerius explicant.

Ad quartum duplex est interpretum responsio quarum quilibet nodum solvit. Prima est Bonfrerii et aliorum dicentium, Josephum per hebraismum quo caput pro homine symtut, pistori mortem imminenter prædicere, quasi diceret : *Pharao auferet te de numero viventium.* Tun mortis genus significat, scilicet suspensum iri in patibulo. Altera est responsio Calmeti, qui eruditè ostendit, sonitus caput plerunque obruncatum fuisse, antequâ eorum cadavera suspenderentur (7). Sic Jeremias, Thren. 5, 12, narrat, principes Judeorum, qui in captivitatem à Chaldeis abducti fuerant, manu suspensos fuisse, quia jam fuerat illis antea caput amputatum. Item Philistæ cum Saülis cadaver inveniissent, preciso capite truncum corpus suspenderunt in muro Beisan, 1 Reg. 31, 10.

CAPUT II.

DE LIBRO EXODI.

Liber hic hebraicè Velle schemoth, id est, *hæc sunt nomina*, nuncupatus, à græcis ἔγειρος dicitur, quem titulum Latini retinuerunt, et significat *Exitum* filiorum, scilicet Israel de Ægypto, ut in terram Chanaan proficerentur. Scriptus est hic liber à Moysi in deserto, ut Præfat. in L. Gen. diximus, et capitibus quadraginta narrat Hebreorum ab Ægyptiis oppressionem,

(1) L. 31, cap. 7.

(2) L. 16, cap. 2.

(3) Noct. Attic. L. 2, c. 22.

(4) Cap. 30.

(5) L. 13, c. 5.

(6) L. 4 de Resurrectione, c. 1.

(7) Vide Philonem L. de Joseph.

duramque servitutem, Moysis nativitatem, gesta et decem plagas Aegypti, exitum Hebraeorum ex Aegypto, et transitum per mare Rubrum, continuationem itineris per desertum, legem datam in monte Sinai, denique fabricam tabernaculi, et variam ejus suppellectilium. Itaque iste liber gesta annorum 145 complectitur, puta à morte Patriarchæ Joseph usque ad alterum annum ab egressu Hebraeorum ex Aegypto.

§ I. De prodigiis Mosis et Magorum Aegypti coram rege Pharaone.

29. Quæres XVIII : *An virgæ horum Magorum, Exod. 7, 11 et 12, in veros serpentes versa sint?* Resp. Triplex est auctorum hæc in re sententia. Prima asserit, serpentes Magorum ægyptiacorum coram Pharaone exhibitos, tantum fuisse phantasticos, et non veros acales. Ita sentiunt Josephus Jud. (1), Justinus M. (2) vel quicunque est auctor Responsionum ad Orthodoxos, etc., Ambrosius (3), Hieronymus (4), Gregorius Nyssen. (5), Rupertus (6), et Sedulius (7). Secunda sententia docet, eos fuisse veros serpentes operæ demonum productos, aut aliunde allatos. Ita censet Theodoritus (8), Augustinus (9) et doctor Angelicus (10). Nec tamen ex hæc doctrinæ sequitur, à demônibus posse patrari vera miracula, sed tantum serpentes ab illis celerimè allatos, aut applicando activa passivis productos fuisse, prout S. Augustinus (11) explicat. Tertia sententia est Scipionis Maffei (12), Constantini Grimaldi (13), Don Ferdinand. Sterzinger (14), et quorundam aliorum, qui putant, magos illos, cùm à Pharaone vocarentur, potuisse serpentes infra suas vestes abscondere, et deinde mira celereitate vellit in momento virgarum loco projicere. Verum haec opinio ab aliis meritò improbatur, quia neque in SS. Patribus, neque in S. Scriptura fundamentum habet, sed huic et illis potius contraria est. Nam quando Patres opera illorum magorum fallacias, mendacia, aut illusionem oculorum vocant, non intelligent dexteritatem purè artificialem (*eine pure Taschenspielerey*), sed prestigias diabolicas et opera phantastica dæmonum (15).

(1) L. 2 Antiq. c. 5.

(2) In Quæst. orthodox. respons. ad quæst. 26; item in Dialog. cum Tryphonie.

(3) In cap. 3 Epist. 2 ad Timoth.

(4) Quæst. 44 ad Algasianum.

(5) L. de vita Moysis.

(6) L. 4 in Exodum, c. 50.

(7) L. 4 Caronium.

(8) In Exod. quæst. 18.

(9) L. 3 de Trinit. cap. 7, 8 et 9. Item L. 83 Quæst. 76.

(10) P. 4, quæst. 414, a. 4.

(11) L. 5 de Trinit. c. 9.

(12) L. 3 Arte magic. annihil. cap. 2.

(13) Dissert. sopra le tre Magie, § 20.

(14) Dissert. de Magiâ deceptrice, § 56.

(15) Sic S. Justinus M. Respons. ad cit. quæst. 26, ait: *Quæ ab incantatoribus (ægyptiacis) facta sunt, operæ demonum facta sunt, qui spectantum oculis eas prestigias offuderunt, ut qui serpens non esset, eum viderent quasi serpente.* Et S. Hieronymus loc. cit. comparat prestigias illorum Magorum ægyptiacorum cum prestigiis Antichristi, que haud dubiè diabolicae erunt, dum ait: *Quomodo enim signis Dei, que (Deus) operabatur per Moysem, Magi suis resistitorunt mendacis, et*

Atque hoc denotare videtur textus hebreus Exod. 7, 11 : *Vocavit autem Pharaos sapientes et maleficos, ubi in textu hebreo loco maleficos ponitur vox hebreæ mechasschephim, quæ malas artes sonat, et, ut Hebrewi volunt, propriè significat præstigiatores et inanibus formis hominum sensibus illudentes (1) : in textu greco verò ponitur vox Φάραως, quæ pariter veneficum, seu Magum habentem commercium cum dænone significat. Similiter in verbis immediate sequentibus de Magis magiam diabolicam exercentibus sermo est. Nam in textu hebreo dicitur : *Et fecerunt etiam ipsi MECHASSCHEPHIM (malefici) Ἀ'egyp'ti per CHARTUMMIM (incantationes) eodem modo.* In textu autem græco : *Et fecerunt Ἰάκωβοι INCANTATORES Ἀ'egyp'tiorum φαρεξιας INCANTATIONIBUS suis similiter.* Denique in Vulgata latinitate dicitur : *Et fecerunt etiam ipsi per INCANTATIONES ægyptiacas et ARCANA quedam similiter.* Ubi per incantationes et arcana videntur verba magica, quæ ferè à Magis usurpari solent, intelligi; ut et in textu hebreo et græco, immo et in textu chaldeo, qui voce licet utitur, quæ müssilationem, susurrationem somat, ut Bonfrerius (2) observat. Certè voces *venefici, malefici, incantatio, incantatores*, non meram artificialem dexteritatem (*eine bloße Taschenspielerey*) denotant.*

30. Quæres XIX : *An non sit contradicatio inter Exod. 7, 20 et 21, ubi dicitur quid aqua versa sit in sanguinem, et in totâ terrâ Aegypti fuerit sanguis, et inter v. 22, ubi dicitur quid Magi ægyptiaci fecerint similiter? Quomodo enim hi fecerunt similiter, eam non amplius fuerit in Aegypto aqua, quam mutarent in sanguinem?* Ilanc quæstionem jam proposuit S. Justinus M. (3) vel quicunque est auctor Responsionum ad Orthodoxos, et eamdem solvit his verbis : *Omibus aguis quæ super terram erant in sanguinem conversis, cogebantur Aegyptii circa flumen fodere puteos (vide Exod. 7, 24) et haustæ inde aquâ seipsos suaque animalia et pecora sustentare. Ex hæc aquâ ex puteis haustæ fecerunt incantatores (Aegyptii) sanguinem, nec ulla pacto falsus est sermo.* Alias responses dant alii. Tostatus et Lyranus putant, aquam pro maleficiis ægyptiacis celerimè aliunde fuisse alkatum in Aegyptum, nimiriū vel ex vicino mari (nam solus Nilus cum aliis fluviis videtur in sanguinem versus fuisse per septem dies, v. 24), vel, quod verisimilius est, ex terrâ Gessen, seu ex sedibus Hebraeorum, ubi aquæ in sanguinem conversæ non fuerant, ut notat liber Sapientiae, 11, 5. Denique S. Augustinus (4) et Bonfrerius (5) autumant, Magos prestigiis suis effecisse, ut, qui reverè erat sanguis, aqua appareret, dein prestigiis iterum solitus esset et appareret sanguis.

virga Moysis devoravit virgas eorum; ita mendacium Antichristi, Christi veritas devorabit. Et Rupertus Tuitiensis loc. cit. ait: *Virga (Aegyptiorum) erant quod fuerant, sed per incantationes ægyptias et arcana quedam fascinaverant Magi oculos hominum, ut virgæ viderentur eius speciem habere draconum.*

(1) Vide Bonfrerius in c. 7 Exodi, v. 11.

(2) Vide Bonfrerium in c. 7 Exodi, v. 11.

(3) Respons. ad quæst. 26.

(4) Q. 28 et 26 in Exod.

(5) Comment. in Exod. 7, 22.

31. Quæres XX : *An non sit contradicatio inter Exod. 9, 6, ubi affirmatur quid mortua sint omnia animantia Ägyptiorum, et v. 9, ubi animantia ulceribus inficienda prædicuntur : ERUNT IN HOMINIBUS ET JUMENTIS ULCERA.* Si jam ante mortua fuerunt omnia animantia, undenam fuere illa jumenta, in qua sequens plaga ulcerum deseruit? Resp. cum Calmeto, textum illum, mortuaque sunt omnia animantia, intelligendum esse de illis omnibus que in agris deprehensa sunt, neque in stabula reverti potuerunt, non verò de illis animantibus que in urbibus vel domibus; prout colligitur ex versu 3 præcedente, ubi haec plaga prædictitur his verbis: *Ecce manus mea erit super agros tuos: et super equos, et asinos, et camelos, et boves, et oves, pestis valde gravis.* Idem etiam colligitur ex versu 49 et 23, ubi illa solùm animalia grandine persecutienda et percussa narrantur, quæ fuerunt in agris. Alia responsio ad eamdem objectionem dari potest, dicendo hebraicum *kol, omne*, non semper in Scripturâ denotare omnia et singula individua, sed interdùm solummodò multa paucis exceptis, interdùm multa ex omni genere et specie, quod etiam hic locum habere potest; ferè sicut de Christo, Math. 4, 23, dicitur: *Sanans omnem languorem*, hoc est, omnis generis infirmitates, vel sicut de linceo, quod S. Petrus vidit, scriptum est, Act. 10, 12: *In quo erant omnia quadrupedia terræ*, h. e., omnis generis quadrupedia.

Ex his etiam colliges, incredulos cum impio Zapata (de quo sequenti numero 32 sermo redibit), perperam querere, unde Pharaoni post mortua omnia animantia tam numerosus equitatus, quo fugitivos Hebreos persecutus est, residuus fucrit?

§ II. De exitu Israelis ex Ägypto, et transitu maris Rubri.

32. Quæres XXI: *An Moyses fuerit dux Hebræorum arrogans et truculentus?* Resp.: Increduli qui Moysem tanquam ducem populi fugitiivi ambitiosum et barbarem describere solent, denū crassam suam ignorantiam, aut impudentem criminandi libidinem manifeste produnt. Edicant enim nobis, si possunt, quibus in rebus aut factis Moyses se ambitiosum aut truculentum exhibuerit? Nullibi in saeris litteris vestigium extat, quod vel sibi, vel liberis suis dominatum ampliare studierit; ipsem juxta jussum divinum inaugurarit successorem suum et populi ducem Josue filium Nun, qui neque ex cædē cum Moyse tribu, neque ex eadem erat familiâ; Moyses enim erat ex tribu Levi, Josue ex tribu Ephraim (1). Præterea Moyses ipsem fatetur (2), se non transitum Jordanem in terram promissam. Ubi ergo vestigium ambitionis Mosisca (3)? Neque crudelitatis à Moyse exercitæ exemplum increduli affere possunt. Quod enim aliquem Ägyptum, qui Hebreum persecutiebat, occiderit, justè id fecit, vel omnino ex inspiratione divinâ, aut si hoc facto

(1) Deut. 31, 7. Exod. 2, 1 et seq. Num. 13, 9, 17, et 27, 18.

(2) Deut. 31, 3.

(3) Vide supra, num. 9, ad secundum

erravit, tunc id non tam effectus truculentiae, quam zeli nimii et adhuc inculti (1). Quod autem Chanaanorum excidium prædixerit, et horum detestationem Israelitis instillari, fecit id jussu Dei, et propter Chanaanorum scelerâ: Propter istiusmodi scelerâ debet eos (Deus) in introitu tuo, ait Moyses ad populum Israel (2). Cæterum humilitas et mansuetudo Moysis vel inde patet, quod sepè murmur populi, calumniis, probris, etc., impetus, immotâ blandâ facie persistit, ultus se non minis, sed precibus ad Deum pro populo fusis; meritò proinde Deus eum hoc celebratelogio (3): *Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines.* Vide etiam infra de Moysis mansuetudine numer. 43, argumentum 1 solutionem.

33. Quæres XXII: *Quare Moyses cum sexcentis milibus bellatorum, qui armati exierant de Ägypto (Exod. 12, 37, et 13, 18), fugit coram Pharaone, et non potius expugnavit totam Ägyptum, recente primogenitorum morte consternatam?* Ad hanc larvati Zapata (4) quæstionem, resp. rationem esse, quia Israelite, licet armati, non tamen erant armis assueti, nec bello, sed oneribus et jugo; præterea Deus Moysi non mandavit pugnare adversus Pharaonem, sed populum ex Ägypto educere. Exod. 3, 10.

34. Quæres XXIII: *An in transitu Hebræorum per mare Rubrum miraculuni intervenerit?* Resp. affirmativè contra deistas, aliosque incredulos atatis nostræ, qui, sicut alia prodigia pro veritate religionis revelata edita, ita etiam istud exinanire omni modo laborant. Nam prodigium nature vires superans fuit, mari ad virginem sublatam illicè diviso, aquas ex utriusque parte (ut Scriptura narrat) ad dexteram et sinistram murorum instar constitisse immobiles, et quidem sic bifurcata diviso mari, factam esse in medio maris viam tam amplam, ut universus Hebræorum populus transire posset incolumis. Hinc S. Scriptura in pluribus locis (5) hujus rei tanquam ingentis prodigi meminit, ut videoz quod Deus iterando testimonia sua de hoc miraculo velut munire id voluerit, cum probè sciret successu temporis illud à temerariis hominibus quam maximè impetendum. Tota quoque Hebræorum natio, quæ transitum illum maris Rubri fecit, eum semper pro ingenti prodigio habuit, et filiis ac posteris suis tanquam stupendum miraculum in gratiam ipsorum à Deo factum enarravit. Porrò hâc de re præ aliis legi merentur epistola Claudii Sicard, superioris Missionum Cairo in Ägypto, quam dedit anno 1722, cùm regiis sumptibus iter Israëlitarum ad usque montem Sinai

(1) Vide Cornelium à Lapide in Exod. 2, 12.

(2) Deut. 18, 12.

(3) Num. 12, 3.

(4) *Zapata* nomine scipsum designat petulans ille scribulator opusculi *les Questions de Zapata*, cui et alia plura similia anonyma adscribuntur. Plures hujus nigriventilis questiones contra S. Scripturam discutit et solvit Cl. Stattlerus Demonstr. Evang. § 268, num. 5, et §§ 273 et 313.

(5) Judith. 5, 12. Ps. 77, 13. Sapientiae 10, 17 et 18; item 19, 7. Habacuc 3, 15.

per se ipsum emensus esset (1), item Cl. Schaw (2), qui ambo accurata omnia illa loca lustrarunt, ipsumque transitus locum (quem Arabes hodie vocant *Tiah beni Israel*, vadum filiorum Israel, vel *Baideah*, ob stupendum illius loci miraculum) recognoverunt, et planè transitum illum non sine grandi miraculo fieri potuisse agnovere. Sed audiamus argumenta adversariorum.

Argumentum I. Ipse Josephus (3) incertum dicit, an via Israelitis patuerit per mare Rubrum voluntate Dei, vel naturæ sponte, et hunc Israëlitarum transitum comparat cum transitu Alexandri M. per mare Pamphylike, qui haud dubiè sine miraculo contigit; ergo.—R.: Dùm Josephus dicit: *Via per mare patuit, sive Dei voluntate, sive nature sponte*, sese accommodat gentilibus, seu ethniciis, quibus ista scribebat, ut quâcumque demùm ratione hoc ipsis portentum credibile redderet. Interim tamen non absolutè asserit id naturaliter factum esse, sed solum disjunctivè: *e sive Dei voluntate (et per miraculum), sive naturæ sponte, e subdens: Sed de his, ut cuique libet, ita sentiat.* Quid verò ipse senserit, satis prodit tum cit. cap. 7, tum cap. 6 præcedente. Nam Moysen inducit ad Hebreos dicentes, transitum per mare Rubrum esse viam *divinitatis datam*; item fatetur, Hebreis tunc nullum fuisse effugium, nullam fugæ spem, si humana spectemus. Cæterum, etiamsi Josephus transitum Israëlitarum per mare Rubrum merè naturalem credidisset et asservisset, majoris longè præ illo auctoritatis est Moyses et tota ratio Judæorum constanter id habens pro ingenti prodigio. Accedit quòd Josephus in sua historiâ etiam alias sèpè hallucinetur, ut ostendunt critici (4).

Porrò, dùm transitus Israëlitarum per mare comparat cum transitu Alexandri M. per mare Pamphylike, id denuò solum adducit tanquam argumentum ad hominem, ut nimirum ethniciis possibiliterem transitus maris Rubri ostenderet ex alio eventu, quem ipsi historici gentiles referabant. Reipsà autem nulla est paritas inter transitum Israëlitarum, et Alexandri M. per mare. Nam in primis Israëlitæ semper erant persuasi, transitum suum non nisi divinitus potuisse fieri; at verò Alexander M., teste Plutarcho (5), mul-

(1) Vide Joseph Stocklin Welt-Both, tom. 13, Epist. 2, Sicard.

(2) Voyages de Barbarie et du Levant, tom. 2, pag. 51.

(3) L. 2. Antiq. c. ultimo, ubi ait: « Nemo autem mirari debet tanquam incredibilia, si (Israëlitis) de salute periclitantibus vi per mare patuit, sive Dei voluntate, sive nature sponte; quandoquidem... Alexandri ducta Macedonibus Pamphilum mare cessit et alijs viam non habentibus illâc iter aperuit, cum Deus ejus operâ ad destruendum Persarum imperium uti decrevisset. »

(4) Natalis Alex. tomo 1 Histor. Eccles. in IV Mundi actetam, c. V.

(5) In vita Alexandri M., ubi ita scribit: « Excursio verò Pamphiliæ ingentem plurimos historicis scribendi materiam..... exhibuit, quod divina quâdam sorte mare ipsum... cesserit Alexandre.... Alexander autem in epistolis suis nihil tate monstri

lum miraculum suspicatus est in transitu maris Pamphyliæ. Strabo quoque (1) hunc transitum describit sine ullâ vel levissimâ miraculi suspicione his verbis: *Est mons nomine Climax, Pamphylico mari adjacens; is transitum per angustum in littore relinquit; qui mari tranquillo aquis ita nudatur, ut iter facientibus sit pervius; pelago autem affluentे totus convegitur. Transitus porrò per montem tum arduus est, tum etiam prolixus; quare tranquillo mari via, quæ in littore est, capitur ab omnibus. Alexander verò in hyemem incidens et maximam partem rerum stuarum fortunæ permittens, priusquam fluctus redirent, movit; sed oppressus à fluctibus contigit ut totâ die iter faceret in aquâ, umbilico tenus.* Hæc Strabo.

Argum. II. Historici profani antiqui nec verbulo mentionem faciunt de eventu tam mirabili (scilicet de transitu Israëlitarum per mare Rubrum), quem sanè, cùm grandius nil occurrat in historiâ, omittere nullus poterat, si quid veri subfuisse. Resp.: Falsissimum est veteres scriptores profanos de hoc eventu tacuisse. Artapanus enim pervetus scriptor ethnicus, in Opere de Judæis, ait memoriam transitus Israëlitarum per mare Rubrum apud ipsos quoque Ægyptios conservari, quanvis ii de ratione et modo hujus transitus in duas abierint diversas sententias. *Memphitas enim dicere, cùm magnam locorum Moyses haberet peritiam, refluxum mariis observasse, ac ita cum populo transiisse. Heliopolitas autem propter gazam, quam Judæi mutuò abstulerunt, regem communum magnâ manu in Judæos profectum fuisse. Moysen verò percussisse baculo mare, ut callesti voce admonitus fuit, et si diviso mari transiisse.* Hæc sunt Artapani verba, prout ea refert Eusebius (2). Similiter Diodorus Siculus pariter scriptor antiquus (3) ita scribit: *Traditum est à majoribus fama, iis, qui prope Ichthyophagos habitant, magno quadam ejus sinu fluxu mari ad oppositum litus secedente, omnibusque locis ejus sinu arefactis, terram funditus colore viridi apparuisse; ex immenso rurus maris refluxu aquam in priorem locum restitutam.* Quæ verba, ut Calmetus (4) rectè observat, aliud quanvis in Hebreorum transitu prodigium spectare vix credimus, cùm ordinarius refluxus maris nudet solum aqua littora, vel littoribus propinquâ loca; medium verò mare nudare aquis, et fundum ipsum detegere nec refluxus, nec illa potest causa naturalis. Igitur hujus miraculi (transitus Hebreorum per mare Rubrum) memoria et fama cum ingenti admiratione et terrore diu viguit apud omnes vicinos populos, ut etiam patet ex verbis Rahab mereiticis ad exploratores à Josue missos (5); item ex verbis Achioris, ducis

« simile perscribens, iter narrat se fecisse per Climacam appellatam (id est, per montem; qui ἀλπας seu *Scala appellatur*), atque ex Phaselide progressum, eam peragrassæ. »

(1) L. 14 Geographiæ.

(2) L. 9 Præpar. Evang. c. ultimo, propè medium.

(3) L. 3 sua Bibliotheca c. 5, ultra medium.

(4) In Dissertat. de translatatione maris Erythraei per Hebreos.

(5) Josue 2, 10, ubi Rahab ad exploratores ait:

Ammonitarum ad Holofernem, quem monuit, ne te-
merè contra Israelitas à Deo tam mirabiliter conser-
vatos pugnaret (1).

Argum. III. Observatus antea à Moyse aestus maris expedita et obvia est ratio hunc eventum sine miraculo explicandi, prout jam observarunt Memphite *Ægyptii* in cit. loc. Artapani. Resp.: Quamvis Memphite transitus Hebreorum per mare sic explicare conati sint, aliter tamen sensere sacerdotes Heliopolis, qui traditionem de hoc prodigo eo prorsus modo, quo à Moyse in sacris litteris narratur, conservarunt (2). Quòd autem non omnes *Ægyptii* (nominatim Memphite) transitum maris Rubri et suffocationem Pharaonis cum toto suo comitatu ingens prodigium fuisse, fassi sint, mirandum haud est. Scimus enim quoniam tempore quævis natio, qua in suum dedecus et infamiam cedunt, occultare aut imminuere solet. Cæterum explanationem Memphitarum (et incredulorum hos sequentium) non sufficere, dum dicunt, Moysem observasse refluxum maris Rubri, ejusque tempus et durationem; sicutque populum Hebreum per eum locum aquis denudatum traduxisse, patet ex multiplici ratione. Nam 1º inter tot millia *Ægyptiorum* haud dubi plures norunt naturam aestus marini, qui inde à condito orbe constanter quovis die acciderat. Quòd si autem norunt, cur Hebreis dederunt spatium utendi hoc aestu? cur ipsi *Ægyptii* cùm se immisissent in alveum maris, incipiente refluxu aquarum ad littus non recurrerunt; quod facilè erant assecuturi, si initium refluxus in tempore attendissent? Sex enim horis mare aestuans paulatim à littore recedit ad certum spatium; et postquam quadrante uno substituit, rursus aliis sex horis paulatim ad littus se iterum adjungit. 2º Falsum est quòd Moses studiosè prestituerit, Hebreos tempore aestus per mare traducere. Nam omnia adjuncta evincent, illum non animo premediato, verò necessitate et Dei imperio, id fecisse, cùm non aliis patret effugio locus, prout Calmetus (3) invictè demonstrat. 3º Aestus non denudat totum fretum, sed aquas dunatbat ad certum spatium à littore reducit; et quod ad Erythræi maris aestum spectat, qui rem sedulè examinaverunt, viri eruditæ testantur (4) ejus aquas, cùm maximus est aestus, 250 vel 500 circiter passibus à littore recedere, ita ut imus quidem fundus per aquas tralucens appareat. Cæterum medius alvei sinus, aquis vel maximè à littore recessentibus, arescit nunquā, ut Julius Scaliger (5) observat. Ex quo, inquit idem Scaliger, vir planè neque facilis neque credulus, colligimus, hostes S. Scripturæ per summam prorsus

Audivimus, quòd siccarerit Dominus aquas maris Rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex *Ægypto*.

(1) Judith. 5, 12 et seqq., ubi Achior ad Holofernem ait: *Fugientibus* (Israelitis) *Dens cœli mare aperit, ita ut hinc et inde aquæ quasi murus solidarentur, et isti pede siccō fundum maris perambulando transirent. In quo loco dūm innumerabilis exercitus *Ægyptiorum*, etc.*

(2) Vide respondentem ad præcedens Argum. II.

(3) In Dissert. citata.

(4) Bernier, lettre à M. de Chaumont, évêque d'Acqs. et Moriz. Voyage du mont Sinai. L. 1, c. 4.

(5) Apud Drus. in Exod. 15, 4.

impudentiam asseruisse, captam à Moyse aestus occasione fuisse in transitu ejusdem maris.

Sed instant. Propè portum Suez mare Rubrum in fretum adeò angustum cogitur, ut illius latitudo, teste Bellonio (1), ibi non sit major, quam latitudo Sequane inter Harfleur et Honfleur fluentis: ergo Hebrei facilè ibi trajecterunt, præsentim quia tunc erat aquinoctium, ubi aestus solet esse maximus, et aquæ plurimi recedunt à littore. — Resp.: Etsi Hebrei ibi transitum tentasse ponantur (quod nemo potest ostendere), tamen neque spatium se extendendi, neque tempus elabendi habuissent in loco tam angusto. Assignemus enim cum Calmeto (2) pro freti hujus latitudine, ubi minima est, 300 tantummodo passus (3); neque tamen brevem hunc tractum trans vadari Hebreos potuisse credimus exiguo eo temporis spatio, quod inter fluentes refluentesque undas intercedit. Adnumeratis quippe feminis, parvulis, etc., erant ad minimum duo milliones, ut Calmetus (4) observat; imo, juxta Cornelium à Lap. (5), facilè tres milliones hominum, præter currus et jumenta, etc. Cogita jam tecum animo in valle illâ aquis nudatum, consistere duos vel tres milliones hominum cum tot impedimentis; et quidem de nocte inter summum pavorem, tumultum, festinationem, quod fit semper in casibus magnis minime expectatis; atque, quod est caput rei, cùm inter recessum et accessum maris intercederet unicuius quadrans, qui pervium illis vadum præberet. Cogita, inquam, hec omnia, et conclude, num verisimile sit, totum populum Hebreorum occasione aestus marini per angustum illud fretum aquis nudatum transisse. Plura hæc de re apud Calmetum (6) invenies.

Argum. IV. Potest cum Spinozâ et quibusdam aliis dici, totâ illâ nocte, quâ Israelites mare transierunt, flavisse vehementem ventum, qui aquas à fundo removerit, et hunc exsiccatum transiturus apernerit; hoc autem naturaliter sine miraculo potuit fieri. Resp.: Hæc Spinoza explicatio risu potius aut commiseratione, quam refutatione, digna est. Quis enim sane mentis hominè credit, ventum vi suâ naturali posse dividere mare, et immensam aquarum molem murorum instar ex ultrâ parte erectam per aliquot horas immobilem tenere? Numquid ventus adeò vehemens Israelitas vadum ingressos oppressisset, suffocasset, aut certè à transitu plurimum impeditisset, cùm esset orientalis ventus, quemadmodum in textu hebreo et chaldæo appellatur, adeoque Israelites itinerantibus contrarius? Iter enim tunc faciebant contra Orientem, et contra mare Rubrum, quod respectu *Ægypti* ad Orientem situm est. Igitur Moyse extende virgam super mare, mox non ventus, sed Deus vel Angelus jussu Dei divisit mare; ventus verò à Deo im-

(1) Obser. L. 2, 58.

(2) In Dissert. citata.

(3) Certè minor latitudo statui nequit, ut ex cit. Dissert. Calmeti perspicies.

(4) In cit. Dissert.

(5) Commentar. in Exod. 14, 21.

(6) In cit. Dissert.

missus est tantum ad hoc, ut alveum aquis vacuatum exsiccaret et solidaret, auferendo quidquid in eo reliquum erat humidi et lutulenti (1).

Corollarium. Neque satisfacit opinio Jo. Clerici (2), qui transitum Israelitarum per mare Rubrum explicat partim per aestum maris à Moyse observatum, partim per ventum prodigiosum, quo Deus hunc aestum seu recessum aquarum à littore subito auxerit, aquasque in altum murorum instar sublatas continuerit, donec populus Israeliticus per exsiccatum alveum transierit. Nam ventus tam vehemens potius impeditivisset (ut modò ostendimus), quam facilitasset transitum Hebreorum. Dein si prodigium seu miraculum admittitur in vento illo, melius illud adstruitur in ipsa exaltatione aquarum immediatè à Deo, vel Angelo facta, vento duntaxat ad exsiccationem fundi maris concurrente, ut ex dictis patet.

Argum. V. Etiam catholici scriptores putant, Hebreos non in litus oppositum, sed descripto velut semicirculo ad ejusdem littoris superiora evasisse; sed hoc tempore astus marinī, quando aquæ ab illo littore recesserunt, potuit fieri sine miraculo. Resp.: Dist. maj., id putant aliqui scriptores catholici, sed longè plures et communis sententia id ipsum negat, et illi respectivè pauci nibilominus fatentur, in describendo memorato semicirculo intervenisse miraculum, conc.; secùs, nego. Evidem Tostatus, Paulus Burgensis, Didacus à S. Antonio, aliique, quibuscum hac in re etiam sentit S. Thomas (3), putant Hebreos non totam maris Rubri latitudinem transmeasse, ita ut ex uno littore ad alterum usque litus oppositum evaserint; sed potius parte aliquà alvei tractæta, reflexo postea itinere ad evitandos invios scopulos solitudinis Ethan, iterum reversos fuisse ad ejusdem littoris, per quod ingressi erant, oram aliquam, ita ut hoc suo itinere in alveo quedam semicirculum descriperint, cuius unum crus erat in una, alterum crus in aliâ ejusdem littoris parte. Miraculum tamen in hoc Hebreorum itineris semicirculo describendo intervenisse dicti auctores non negant, nec negare possunt (4); sed solum à communi sententiâ, quæ Israëlitæ per totam maris latitudinem usque ad oppositum litus evasisse docet, recedunt ob apparentes quasdam difficultates evitandas, quas tamen Cajetanus, Pererius, Calmetus commodè solvunt. Quare cum his communis sententia omnino tenenda videtur. Nam ex uita parte vetustissimi Hebreorum Josephus (5), et Philo (6); item Gregorius Nyssen. (7), omnesque veteres Ecclesiæ Patres semper erant in eâ opinione, quod Hebrei

(1) Vide Cornelium à Lap. loc. cit.

(2) In Dissert. de Trajectu maris Idumæi.

(3) Commentar. in 1 Cor. c. 10.

(4) Naturaliter enim fieri non potuit, ut duo vel tres milliones hominum uno horæ quadrante, qui inter recessum et accessum maris intercedebat, semicirculum illum in fundo maris aquis nudato descripserint. Vide responsiones nostras ad precedens argum. III et IV.

(5) L. 2 Antiq. c. 7.

(6) L. 3 de Vitâ Moysis.

(7) In l. de Vitâ Moysis.

per medium fretum in oppositum litus evaserint; ex alterâ parte adversa Tostati et aliorum sententia nullo nitiuntur satis solidò fundamento, ut supra laudati auctores ostendunt, ac præterea falso nisi supposito videntur, putantes vocem *Ethan* significare locum particularem, cùm sit nomen genericum, universè desertam regionem denotans (1).

At oppones: Hebrei vix quatuor vel summum quinque horis intra alveum maris morati sunt; nam ultra medianam noctem flavit ventus iurens et desiccans fundum maris, postea ingressi sunt hinc fundum Hebrei: egressis autem ipsis ex mari, suffocati in aquis sunt Egypci autem sine vigiliæ matutinæ, hoc est, prope ipsum diluculum; que circumstantia ex S. Scripturâ (2) colligi possunt. Jam verò spatio 5 horarum non potuisset tota maris latitudo, quæ satis magna est, ab ingenti illâ Israelitarum multitudine transmitti. Ergo non per totam maris latitudinem transierunt, sed per semicirculum ad ejusdem littoris, per quod ingressi sunt, oram aliquam reversi sunt. — Resp.: Dux Moyse cum Israëlitis mare Rubrum non transiit, ubi est latissimum, sed ubi est breve fretum, quod paucis horis traci potuit. Joannes de Barros (3) isti freto Arabico, eo loco, ubi à Moyse divisum fuit, duntaxat novem millia passuum assignat; Claudius Sicard verò supra (4) citatus admittit latitudinem illam esse 5 vel 6 horarum. Illud tamen presens obiectio adversariorum evincit, illam maris Rubri per virgam Moysis divisionem fuisse valde magnam secundum freti longitudinem; quoniam per eam intra paucas horas omnia castra Hebreorum transire debuerunt, que, ut supra (5) advertimus, facilè tribus hominum milibus constabant. Porrò, an exercitus Hebreorum per unam tantum viam an per duodecim vias transierit, pro numero videlicet duodecim tribuum populi Hebrei, ut per antiqua tum Hebreorum, tum christianorum traditio fuit; eruditè examinat Pererius (6) eligens primam sententiam, et cum S. Hieronymo, ac plerisque recentioribus merito defendens, unam tantum in mari viam factam esse; præsertim cum miracula absque necessitate multiplicanda non sint. Idem sentit etiam Calmetus (7).

§ III. De vitulo aureo, et itinere Israelitarum per desertum.

35. Quæres XXII: *Quomodo vitulus aureus, Exod.*

(1) Claudius Sicard, in sua Epistola supra ad initium num. 33 citata, contendit, sententiam istam (quod Israëlitæ per semicirculum ad idem litus reversi sint) ex merâ ignorantia lingue hebraice ortum habere. Cum enim Hebrei tam ante quam post transiit maris Rubri metati sint in Ethan, num. 33, 6 et 8, putarunt multi, eos ex mari non in Aramiam, sed ad partem superiorem Egypci reductos esse. Nesciebant ergo vocem Ethan non significare locum particularem, sed universè desertam regionem, pentusque reclusam magnam vallem.

(2) Exod. 14, 21, 22, 23 et 24.

(3) In suis de Asia historis Decad. 2, l. 8, c. 4.

(4) Ad initium numeri 33.

(5) Argum. III: Sed instant, etc.

(6) Comment. in cap. 14 Exod., disput. 2.

(7) In citata Dissert.

32, 20, potuerit à Moysi conteri usque ad pulvarem, et hic pulvis potabilis reddi? Antequām respondeam, observo, Zapamat (1) fateri, se chymiae imperitum, proin nescire se utrum Moyses vitulum aureum verè reduxerit in cinerem, Vollarium (2) verò absolutè negare, aurum hujus vituli à Moyse potabile redditum. Hoc praeנות dico, interpres minimè convenire in citato textu explicando. Plerique censem, Moysem validissimis iictibus malleorum contudisse vitulum aureum; ac denique sub moà contritum, puverem effecisse. Corpora enim auro longè duriora possunt abradi, conteri ac comminui in tenuissimas particulas. Favet etiam huic explicationi alias locus S. Scripturae (3). Cæterū usus pulveris auri olim communis fuit (4); censem, aurum non simpliciter, sed arte quādam chymicā à Moyse solutum in pulvrem esse; ut aquæ permixtum instar liquoris hauriretur. Certè Emmanuel Sà, notissimus interpres, fidenter pronuniat, peritum alchymistam aurum ob oculos suos in pulverem redigisse. Praxim quoque aurum in pulvrem chymicē dissolvendi exactè describit Statterus (5), idque fieri posse testantur celeberrimi chymici atatis nostræ D. Senac, D. Macquer, D. Ruelle, D. Baro, D. Stahl (6). Taceo alias magno numero quā medicos, quā historiæ naturalis scriptores, quorum aliqui inter socios ipsius academicæ regie scientiarum tam Parisinæ quā Londinensis sunt.

At inquires: Si verum est, quòd aurum dissolvi possit, ac potabile reddi, non sequitur, hanc artem etiam antiquis, nominatim verò Hebreis, aut Moysi fuisse compertam. Resp.: Ex gracie scriptoribus certissimum est (7), quòd Ægyptii jam inde à temporibus primorum regum artes fundendi, et purgandi metallorum cognoverint. Ita Diodorus Siculus, Agathochides, et alii. Igitur in tantâ multitudine Hebreorum, qui diù inter Ægyptios versabantur, facile fuerit reperire hominem mysterii illius non ignarum. Imò cùm ipse Moyses in aula regia educatus et eruditus fuerit omni sapientiâ Ægyptiorum, et fuerit potens in verbis, et in operibus suis (8), nihil mirum inter ceteras

(1) Vide supra, num. 32.

(2) In Lexico philosoph. et tractatu de Tolerantia.

(3) Moyses Deut. 9, 21 ait: « Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est, vitulum, arripiens igne combussi; et in frusta comminuens, omninoque in pulvrem redigens proeci in torrentem, qui de monte descendit. » Autographum hebraicum habet: « Contrivi illum molendo benè, donec in pulvrem comminuatus esset, » etc. Textus chaldeus indicat vitulum in mortario contusum; arabicus lîmâ tamdiu abrasum, donec penitus in pulvrem abiret.

(4) Josephus, l. 8 Antiq. c. 2, narrat. juvenes aulicos Salomonis auri pulvere crines inspersisse. Stephanus verò ad Saxonem Grammaticum à pag. 70, observat, auri pulvere conspersas dapes esse.

(5) Demonst. Evang., § 315. Et in Mineralogia p. 1, §§ 85, 125 et 169.

(6) Omnim loco potest esse Stahlii Dissertatio de auro potabili, quæ legitur inter Opuscula ejus minora.

(7) Vide Cl. Weissenbach. tom. 1 Theologæ Bi-blicæ, p. 477 et 478.

(8) Actorum 7, 21 et 22.

etiam istam artem dissolvendi aurum, ad Moysem et Hebreos manasse.

36. Queres XXIV: *Cur Moyses Hebreos per desertum iterare 40 annorum duxerit, cum eos intra spatum aliquot dierum ex Ægypto in terram promissionis deducere potuisse?* Resp.: Potuisse quidem Deus aliquot dierum itinerem Israelitas ex Ægypto in Terram promissionis deducere. Nam teste Aben Ezrâ ex Ægypto in terram Chanaan per regionem Philisthiūm erat iter decem duntaxat dierum, quin opus fuisse transire mare Rubrum. Deus autem, et Moyses juxta divinam dispositionem tam brevi itinere Hebreos in Palæstinam deducere noluit ex ratione non unâ. Prima fuit, ne primis statim diebus à formidulis hostiis (Philisthæis) lacerreti, in Ægyptum redditum pararent; fermè sicut regredi voluere, cum exploratores à Moyse missi in Chanaan, ac inde reversi munitarent, quā fortis et bellicos homines illam regionem possideant (1). Certè hanc ipsam rationem allegat S. Scriptura (2) his verbis: *Igitur cùm emisisset Pharaon populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philisthiūm, quæ vicina est, reputans ne fortè paniteret eum, si vidisset adversum se bella consurgere, et reverteretur in Ægyptum. Sed circumducit per viam deserti, quæ est juxta mare Rubrum.* Altera ratio, cur Deus tam longo et laborioso itinere Israelitas in Palæstinam deduxerit, fuit, ut eos aerumnis et laboribus in dies magis assuefaceret, et eorum in servandis preceptis divinis constantiam experiretur. Id clare iterum indicat S. Scriptura (3) dicens: *Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus 40 annis per desertum, ut affligeret te atque tentaret, et nota fierent, quæ in tuo animo versabantur, utram custodiens mandata illius, an non.* Tertiā et quartā rationem affect Josephus (4) his verbis: *Moyses autem hæc viâ Hebreos ideò duxit, ut, si Ægyptii mutata sententia persequi eos vellent, penas malitiae violatique pacti persolverent: neve Palestini, quos ob veterem similitatem infensose habebat, de hæc profectione certiores fieri posset.... Quapropter omnissimâ viâ, quæ in Palestinam (per terram Philisthiūm) ducit, per desertum viâ dispendiosâ ac difficulti voluit Chananæam invadere.* Ut autem ista Josephi verba melius intelligas, inspice chorographiam Terra sanctæ prefiam tomo 4 Commentar. Tirini. Denique quinta ratio addi potest haec: *Quia copiosissimum Hebreorum populus, antequām Palæstinam occuparet, imbuendus erat novis legibus et ritibus, novâ regimini formâ, quam Deus prescripsit, et quæ per quindecim secula quibus Hebrei Palæstinam possidebant, observanda erat.* Jam verò ad hunc finem diuturna in deserto commoratio Hebreorum optimè serviebat, ut Cl. Nonnotte (5) recte observat.

At dices: Prima ex allatis quinque rationibus pa-

(1) Num. 14, 3 et 4.

(2) Exod. 13, 17 et 18.

(3) Deut. 8, 2.

(4) L. 2 Antiq. c. 6.

(5) In Lexic. philos. Relig. art. Moyses, § 6.

rūm probare videtur; quia Israelitas in itinere per desertum aquæ cum hostibus Amalecitis (1) dimicare debuerunt; sicut ipsis pugnandum fasset cum Philisteis, si viâ longè breviore per terram Philistium in Palæstinam profecti essent. Resp.: Magna est disperitas. Nam pugna cum Amalecitis primum post 40 vel adhuc plures dies ab egressu ex Ægypto contigit. Facta enim est hæc pugna in Raphidim, ubi erat undecima Israelitarum statio; unde proximè venerunt ad montem Sinai die 47 post egressum ex Ægypto (2), ubi ipsorum duodecima statio (3) fuit. Præterea, cùm ab Amalecitis invadebantur, jam erant confirmati interitum Ægyptiorum in mari Rubro, visisque alii prodigiis (4) in ipsorum gratiam patratis, nec facilis erat regressus in Ægyptum, cùm non possent cùi venire, nisi post longum iter, et transiendo iterum mare Rubrum, vel ipsius sinum circumdeundo (5). E contrario, si per terram Philistium iter fecissent, primis statim diebus cum hoste formidando fuissest dimicandum, et longè facilius fuissest regressus in Ægyptum, sine trahitu mari Rubri, etc.

Neque replices: Deus Israelitas contra Philisteos defendere potuisset, sicut eosdem contra Ægyptios in transitu mari Rubri, vel contra Amalecitas in deserto defendit. Resp.: Potuisset hoc Deus, sed alio modo et viâ multò longiore voluit per desertum illos in Chanaan deducere, ex rationibus paulò ante allegatis.

CAPUT III.

De libro Levitici.

Liber hic hebraicè Vajjikra, à primâ voce *Vocavit* (6); latine verò et græcè *Leviticus* nominatur, qui pro tribu Levi à Moysi in deserto (7) scriptus est, cùm leges ad sacerdotes et levitas pertinentes contineat. Tractat enim capitibus vixenti septem de offerendis sacrificiis et hostiis, de sacerdotibus et levitis, de eorum ordine et ministerio, deque diebus festis celebrandis. Porrò generatim observandum, quod omnia illa antiqua sacrificia legis Mosaica figura fuerint sanctissimi sacrificii quod Christus in cruce obtulit cruento modo, incruento verò quotidie in Missâ Patri divino offert; prout SS. Patres et doctores orthodoxi unanimiter tenent et docent.

37. Quæres XXV: *Ad quid profuerint innumeræ leges ceremoniales in libro Levitici et Deuteronomii contenentes, quibus populus Israeliticus onerabatur?* — Resp. contra Voltaireum, aliosque incredulos in leges has

(1) Exod. 17, 8.

(2) Vide Exod. 19, 1 et 11; vide etiam Commentar. Cornelii à Lapide vel aliorum interpretum in eundem locum.

(3) Vide tabulam chorographicam Terræ sanctæ præfixam tomo 4 Commentar. Tirini.

(4) Vide Exod. 15, 23, 24 et 25; Exod. 16, 12 et seqq.; Exod. 17, 6.

(5) Vide tabul. chorograph. Terra sanctæ Tirini aut aliorum interpretum.

(6) Vide supra Praefat. in 1. Genesis.

(7) Ibidem.

cæmoniales impudenter debacchantes, ac dico, nec multititudinem nec varietatem harum cæmoniarum sanctitati legis Mosaicæ obesse, sed easdem ob fines sapientissimos à Deo institutas esse. Et tamen quidem in tanto prurite Hebraeorum, hominum ruidum, erga sensibilia, ad temporum illorum infantiam se Deus quasi demisit; atque ne soli viderentur Hebrei habere religionem nudam, planèque à sensibus abstractam, variis ritibus ac cæmoniis eos ab idolis finitimarum poplorum avertiri, ut observat S. Augustinus (1); et ne demoni maectarent victimas, potius sibi maectari jussit, ut docet S. Chrysostomus (2). 2^a Hæc cæmoniae erant totidem symbola, seu figura, qua morum sanctitatem respiciebant, vel eventus futuræ legis Christianæ premonstrabant. Cæterum eruditis compertum est, apud omnes ferè gentes maximè Orientales fuisse semper in more positum, ut mysteria theologie sue sub velo ænigmatum, atque parabolaram tradicerent, et partem maximam religionis in imaginibus ritibusque repositam haberent. Quare nihil est mirum, Deum quādam sapientissimā indulgentiā gessisse morem ingenio populi, ex Ægypto tum recenter egressi, et partem religionis magnam variis ritibus et signis involvisse; ista tamen necessariā cautione ubivis adhibita, ut procul abasset omne illud, quo plebs rudi et superstitiosa ad aliquem creaturarum cultum induci posset. Ita gravissimis semper verbis vetuit simulacra ob periculum idolatriæ (3). Quod verò cæmoniae et sacrificia legis Mosaicæ præluserint mysteriis legis Evangelicæ tanquam horum figura, interpretes ad oculum ostendunt collatione utriusque Testamētū institutā. Imò, si ritè inspexeris, non ritus solum, sed cætera quoque hue omnia V. T. gesta et facta ferebantur, ut legem Christi novam significanter, juxta illud D. Pauli 1 Cor. 10, 11: *Omnia in figurâ contingebant illis.* 5^a His cæmoniis Judei distinguébantur ab aliis populis: neque facile commisceri cum illis poterant, à quibus gravissimis de causis (ne nimis in idolatriam aliaque vita finitimarum gentium incidenter) segregari debuerunt. *Moyses quid sibi in posterum gentem firmaret,* inquit Tacitus (4), *novos ritus, contrariosque ceteris mortalibus indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos sacra, rursus concessa apud illos, quæ nobis incesta.* Quod etiam Tertullianus (5) probè notavit.

(1) Tract. 10 in Joan. dicens: *Illi populo pro ejus carnalitate et corde adhuc lapideo, talia data sunt, quibus teneretur, ne ad idola deflueret.*

(2) In Psalmum 49.

(3) Vide Cornelium à Lap. Commentar. in Deuter. 5, 8.

(4) L. 2 Historiarum, cap. 4.

(5) L. 2 contra Marcionem, c. 18, ubi ita ait: *Sacrificiorum quoque (in lege Mosaicæ) onera et operationum et oblationum negotiosas scrupulositas neno reprehendat, quasi Deus talia sibi desideraverit... sed illam Dei industria sentiat, quæ populum pronun in idolatriam et transgressionem, ejusmodi officiis religioni sue voluti adstringere, quibus supersticio seculi agebat, ut ab eis avocaret illos; sibi jubens fieri quasi desideranti, ne simulacris faciendis delinqueret.*

Sed oppones : Ipse S. Petrus (4) de jugo legis Moysae dicit : *Quod neque Patres nostri, neque nos portare potimus;* ergo jugum illud (præsertim tot leges ceremoniales) fuit intolerabile. Resp.: Conc. ant., dist. cons. : fuit intolerabile, id est, valde difficile, conc. : fuit simpliciter intolerabile, neg. cons. Scriptura, quod valde difficile est, solet moraliter impossibile vocare, ut ex pluribus ejusdem locis (2) patet. Moraliter autem impossibile non est simpliciter impossibile. Certum enim est, quod Deus non præcipiat impossibilia, cum talia præcipere, tyranicum sit. Imò constat, multos jugum legis antiquæ olim portasse, ut de Josue (3), Davide (4), Asa (5), Josiá (6), Elisabeth et Zachariá (7), et pluribus aliis (8) Scriptura testatur. Ceterum jugum legum ceremonialium, seu, ut Augustinus (9) loquitur, *sarcina innumerabilium observationum* durae Judeorum cervicis à Deo sapientissime fuit imposta, ne ad idolatriam, ut jam supra observavimus, deflecterent, et ut in exercendis illis ceremoniis continuò occuparentur, sique decesset tempus sculpendi idola, et spreto vero Deo exercendi ritus ethnicios; prout S. Augustinus (10) et Tertullianus (11) rectè notant.

38. Quares XXVI : *Quomodo leges ceremoniales de illico esu quorundam animalium, salvè veritatem historicam rerum naturalium, explicari possint; e. g., dñm Lev. 11, 6, esus leporis ex hac causa prohibetur, quia lepus ruminat quidem, sed ungulam non dividit; quod falsum est atrumque. Item dñm Lev. 11, 13, Israelitis prohibetur, ne gryphem comedant; cùm tamen incertum sit, an gryphes dentur.* — Resp. : Moyses minimè in his erravit, quia hæc ex inspiratione Dei, qui nec in dogmaticis, nec in historicis fallere aut falli potest (12), asseruit. Et profecto ab incredulis ostendi nequit, ad ductis S. Scripturæ locis ullam subesse falsitatem. Nam quod leporum attinet, qui loc. cit. ruminari dicuntur, id falsum esse nequaquam demonstrari potest; cùm ipsi historicæ naturalis scriptores hæc in re concordes non sint. Sic *del Sign. di Buffon* (13), quamvis ipse contraria opinio sit, tamen fatetur, quod aliqui auctores pro certo affirment, leporum ruminare. Item fatetur, in lepore inventam luisse valvulam membranaceam subtilissimam, ejusdem ferè consistente,

(1) Actor. 15, 10.

(2) Matth. 19, 24. Hebr. 6, 4, et 10, 26.

(3) Josue 11, 43.

(4) Actor. 15, 22.

(5) 3 Reg. 15, 41.

(6) 4 Reg. 23, 25.

(7) Luc. 1, 6.

(8) Vide Origenem contra Celsum, l. 4 et 5.

(9) Sermo. 9 de verbis Domini.

(10) Locis paulò ante citatis.

(11) Loc. cit. Item ibidem cap. 19, ubi ait, *Judeos observatione tot legum ceremonialium fuisse occupatos, ut istis legalibus disciplinis ubique occurrentibus, ne illi momento vacarent à Dei respectu.*

(12) Benò notandum, quod Deus scriptoribus, theopneustis, i. e., divinitus inspiratis, qui libros S. Scripturæ primis scriperunt, ita adseritur, ut nec in dogmaticis et moralibus, nec in historicis unquam errarent. Vide Widenhofer Prolegom. in S. Scriptur. quæst. 4.

(13) *Historia naturale*, tom. 6 della Lepre, pag. 142,

quæ est in stomacho animalium ruminantium. Similiter in Valsontii Dictionario Hist. natural. lepus, artic. *animalia ruminantia*, ruminat; articulo *lepus* non ruminat (1). Possunt autem haec duo inter se conciliari dicendo, quod lepus verè ruminet, sed non adeò manifestè, sicut alia animalia ruminantia, quæ quadruplicem ventriculum (2), et ungulam bisulcam habent, uti oves, boves, capræ. Rem hanc distinctè explicat Joan. Jacob. Scheuzerus Academicus imperial. naturæ curios. Leopoldino-Carolinae adjunct. et Socc. Regg. Anglicæ ac Prussice membrum (3) his verbis: *Vidimus supra, occasione cuniculi, simplicitatem ventriculi non obstat ruminatio, et ventriculum his animalibus (cuniculo et aliis leporibus) non tam simplicem esse, quam duplice, saltem valvula membranacea eminenti interstitium. Structuram hanc (duplicis in leporibus ventriculi) accurate, ut solet, describit Peyerus (4).* Ruminatio aliud indicium (in leporibus) est coagulum (in stomacho illorum reperiri solitum), cuius et meminit Aristoteles (5), ruminantibus (aliis animalibus) commune. Et paulò ante, nimirū pag. 281, idem laudatus auctor de cuniculo ita scribit: *Non quidem ruminant adeò manifestè digitata hæc (animalia) ut bisulca, neque illorum ventriculi sunt, adeò ut horum, distincti, non quadruplices, sed nec simplices; discriminat (illorum stomachum) et œsophagi insertio, et valvula membranacea eminens in duos (ventriculos). Pinxit eum F. I.* (Et reverè hic auctor ibidem stomachum cuniculi in figurâ exhibet.) Accedit experientia. Mandunt hoc genus animalia semihorâ post cibum; et sufficit ventriculi duplicitas ad ruminatio negotium, cùm unicus sufficerit hominibus, qui ruminasse leguntur. Hucusque Schenckzerus. Porro etiam teste De Feiler in Catechis. Philosoph. tom. 2, n. 304, p. 195, vir ruminans Bristolii in Angliâ anno 1757 extitit, et Peyerus varia exempla hominum ruminantium memorat. His omnibus perspensis, spectata etiam ratione humana, illi audiendi non sunt, qui dubitant, aut omnino negant, leporum ruminare; sieque auctoritas et veritas S. Scripturæ leporis ruminacionem asserentur, quæ jam aliunde potentissimis credibilitatis motivis stabilita est, manet in suâ inconcussâ possessione.

Quod autem alterum criminacionis membrum attinet, dñm liber Leviticæ erroris incusat, quia in eo loc. cit. dicitur: *Lepus... ungulam non dividit*, miror sanè, Zapatan (qui hoc objicit, et enjus jam supra,

ubi ait: *Alcuni auctori han dato per certo, che le lepri ruminino.* El pag. 167, ita habet: *Il solo spirale, che cicondava esteriormente il cieco, si trovava alla radice d'una lamina membranosa sottilissima, è di consistenza simile a quella dello stomaco chiamato BERETTA degli animali ruminanti.*

(1) Ita testatur D. Feller, loc. mox citando.

(2) Animalia ruminantia quadruplicem stomachum plerumque habent, quorum primus ventriculus magnus, alter reticulum, tertius omasus, quartus abomasus appellatur, uti refert Lexicon Universal. Lipsiens. tom. 55, p. 2104.

(3) In Physicâ sacrâ, tom. 2, tab. 256, p. 283.

(4) Ruminat. l. 2, cap. 6.

(5) De partibus animalium l. 3, c. 18.

num. 52, meminiimus) tam patenter aut suam multiam, aut suam lingue nature ignorantiam prodere, etsi de cetero integros satyrici salis modios ad res longè religiosissimas proterve irridendas in idiomate suo gallico jugiter prodigat. Existimat enim homo iste incredulus, leporem habere ungulam divisam, haud dubie hæc de causa, quia lepus habet unguis plures et aculeatos; adeoque putat, aut se putare singit, quod unguila idem sic ac unguis; id quod falsissimum est. Seçus enim equi unguis habent, et volucres unguis, quod nemo sans mentis dixerit. Cum igitur lepus nullam ungulam habeat, hoc ipso verissimum est, quod Moyses cit. loc. ait: *Lepus... ungulam non dividit.* Divisam enim ungulam habere non potest, qui nullam ungulam habet. Pauci: Sensus verborum cit. loc. (prout Cornelius à Lap. rectè observat) est iste: *Lepus non habet ungulam seu basin osseam et continuum, quam dividat, sed loco ejus habet unguis varius et aculeatus.* Dicat nunc Zapata cum suis: Quid in hæc propositione falsi? Illud solum adhuc addo, valde paradoxum esse, et incredulos sibimet ipsis manifestè contradicere, dum ex una parte Moysem calumniant, et depingunt tantum vaferinum et maximum impostorem, qui scientia Ægyptiorum et variis ad decipiendum artibus instructissimus populum Hebræorum aliasque homines turpissimè deluserit; ex altera vero parte crassos eidem errores contra physicam et historiam rerum naturalium impingere conantur; e. g., cum arguant, quod in lege à se promulgata scriperit, leporem ruminare, cum tamen non ruminet; non habere ungulam divisam, cum tamen talem habeat; esum gryphum Israelitis esse prohibitum, cum tamen gryphes nulli dentur. Profectò, si hæc accusatio aliiquid probaret, clare sequeretur Moysen non fuisse callidum et expertum impostorem, sed legislatorum imperitum, qui legi sue crassos errores contra rerum naturalium veritatem historicam inserendo, et se, et legem suam publico derisu ac contemptui exposuerit. Verum plura jam de gryphe.

Itaque ad objectionem de *gryphe*, cuius esus Lev. 11, 13, Israelitis prohibetur, cùm tamen incertum sit, utrum gryphes dentur, resp. negando suppositionem, quod hœc loco sermo sit de gryphe illo, quem describunt Herodotus lib. 3, Alianus, lib. 4, cap. 26, Philostratus, lib. 3 de Vitâ Apollonii, et alii, quique animal sit quadrupes, auritum, pennatum, alis et facie aquilarum, leoninis unguibus ac jubis totoque reliquo corpore in scythicis aut hyperboreis Asiae montibus habitans, aurum, quod iis in locis copiosum est, ab Arimasporum, qui monoculi sunt in eâ regione populi, rapinâ custodiens, ob idque cum iis perpetuum bellum gerens; hæc enim omnia merito à Plinio, lib. 10, c. 49, Alberto Magno et aliis passim recentioribus, fabulis accensentur. Et vero, quorūm ejus animalis esum prohibetur Scriptura, quod nec in Judeâ nasceretur, nec Judæis esset notum? Addo, quod nec in rerum naturâ reperitur; et à quo, si reperiatur, satis per se natura abhorret, sicut nec tigrides, nec leones Scriptura inter prohibitos cibos nominat.

Accedit, non fuisse speciatim id genus animalis exprimentum, cùm, etsi alicubi extaret, generali illâ sententiâ et inhibitione Lev. 11, 20, omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit robis, esset ejus esus prohibitus. Igitur melius hæc gryphis nomine interpretes intelligunt accipitrem, vulturum, vel aliud simile animal rapax et pennatum, sic dictum à rostri et unguim aduncitate. Vox enim greca Γρύψ, avem aduncro rostro, et hebreæ pere (quaerit loc. adhibetur) nasum, certe speciei aquilam significat. Sunt enim in genere accipitrum vel aquilarum plures species, quibus diversa esse potuerunt nomina. Nec vero desunt, qui aquilan, cit. loc. Lev. v. 13, ossifragam interpretentur, protus testatur Bonfrerius in cit. locum Leviticus; et sanè hanc avem ex aquilino esse generem, probabile facit, quod eodem versu 13, aquila antecesserit, et mox haliaeetus subjugatur (1), que etiam aquilæ species est, scilicet ea, que aquila marina dicitur. Præterea, cùm nomen hebraicum *pere* à radice hebræâ *paris*, fidit, frexit, derivetur; aptè significare creditur avem seu aquilam ossifragam, quae capte prede carnibus devoratis, etiam ossa frangit, ut medullâ potiatur. Verum, quid quid de hoc sit, Scriptura certè non prohibet esum ejus animalis, quod Judæis prorsus esset incognitum; sed, sicut Moyses haud dubiè sciverit, quale volacrum rapacium genus, prohiberet ita Judæi, sciverint quid prohibeatur.

39. Queres XXVII: An lex Lev. 2, 1, dicens: *Anima cùm obtulerit oblationem sacrificii Domino, simila erit ejus oblatio; fundetque super eam oleum, et ponet thus, non contradicat legi Lev. 5, 11, que sic habet: Offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimam. Non mitet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet; quia pro peccato est?* An præcipere, et prohibere idem (nimirum affusionem olei, et impositionem thuris) non sunt leges sibi oppositæ? Resp.: Haec duas leges nequam sibi opponuntur, quia diversa respiciunt sacrificia. Nam in primâ lege est sermo de sacrificio gratiarum actorio, in alterâ vero de expiatorio seu satisfactorio pro peccato, ut admetnet ipse citatus versus; quia pro peccato est. Oleum enim et thus ad delicias et jucunditatē faciunt, non ad penitentiam. Ita cum aliis interpretibus Cornelius à Lap. (2) dictas leges inter se conciliat, secutus hæc in re S. Cyriillum, Procopium, et Theodoretum, quos citat.

40. Queres XXVIII: An ritus circumcisionis originaliter sit ex præcepto divino (3) Abrahamo dato, et Israelitis in libro Leviticus (4) per Moysem promulgato, vel an jam ante Abrahamum apud Ægyptios usitatus fuerit? Resp.: Originaliter est ex memorato præcepto divino. Antequam autem id pluribus ostendam, ob-

(1) Nam Levitic. 11, 13, dicitur: *Hæc sunt quæ de avibus comedere non debetis, et vilanda sunt vobis: aquilam et gryphem, et haliaeutum.*

(2) Comment. in Lev. 5, 11.

(3) Genes. 17, 10 et seqq.

(4) Lev. 12, 3.

servo, quod Celsus (1), et Julianus Apostata (2), qui bus hæc in re Marshamus, Joan. Clericus et Voltaireius adspicuntur, contendant, ritum circumcisionis jam ante Abramum apud Ægyptios in usu fuisse. Ad hanc suam sententiam confirmandam Voltaireius (3) adducit testimonium Herodoti, lib. 9, ita dicentes : *Nam et Phœnices, et Syrii, qui sunt in Palæstina, didicisse id (nimurum ritum circumcisionis) ab Ægyptiis et ipsi confiserunt.* Verum Herodotus testimonium, undat taxat innixum relationi sacerdotum Ægyptiorum cærenomias et vetustatem suæ gentis jactantium, parvi facienda est. Qui enim fieri potuisset, ut circumcisione esset signum speciale pacti seu federis à Deo cum Israëlitis initi, quod Hebreos à gentilibus distinguere, si eadem apud Ægyptios et alias gentium nationes jam prius fuisse usitata? Præterea Herodotus à pluribus tam antiquis, quam recentioribus scriptoribus, Ctesia, Strabone, Diodoro Siculo, Plutarcho, Josepho Jud., Ludov. Vives, Bodino, etc., (quamvis quidam respectivè pauci, Ald. Manutius, Joach. Camerarius, Montfaucon, causam Herodotus defendendam suscepint), pro fabulatore habetur (4). Confirmatur hæc assertio ex ipsis Herodotii verbis supra adductis. Nam ait, populos *Palæstinæ confiteri, se circumcisionem ab Ægyptiis didicisse.* Verum populi Palæstina tempore Herodoti, qui (utpote an. mundi 3501 natus) Esdrae vel Nehemia coævus erat (5), erant Juðæi, Philistæi et Phœnices. At Juðæi nunquā confessi sunt, se circumcisionem ab Ægyptiis didicisse. Philistæi verò in S. Scripturâ passim nominantur *in-circumsci.* Similiter Phœnices nunquā usi sunt circumcisione. Qui verò scribunt, eos hunc ritum servasse, nomine Phœnicum intelligent Samaritanos sive Cuthæos, qui hunc ritum unū cum Moysis lege sibi adoptarunt, adeoque ex Moysis lege didicerunt. Phœnices verò exterios à circumcisione alborruisse, liquidò constat, ut Calmetus (6) ait. Falsum igitur est, Palæstine populos ritum circumcisionis ab Ægyptiis didicisse. Imò Ægyptios inter gentes incircumcis ponit Jeremias (7) dicens : *Super Ægyptum... et super Edom, et super filios Ammon, et super Moab... quia omnes haec gentes habent præceptum.* Noverat enim verò Jeremias Ægyptios; habitabat inter eos; Ægyptii et Judæi illo tempore multū habebant inter se commercii. Præponderat igitur testimonium hujus prophetae (etiam si duntaxat ut humanum spectetur testi-

(1) Vide Origenem contra Celsum I. 1 et 5.

(2) Vide Cyrillum contra Julianum, I. 10.

(3) Vide Cl. Nonnotus philos. Lexicon. tom. I, artic. *Circocision*, § 1. Idem Cl. auctor cit. loc. § 8, etiam recentes et refutat effatum Voltairii dicentes, non esse mirandum, quod Deus, qui baptismum apud Asiaticos ab antiquissimis temporibus usitatum ad rationem sacramenti elevavit, etiam circumcisionem apud Africanos æquæ vetustam sanctificaverit.

(4) Ita testatur Universal. Lexicon. Lipsiens. tom. 12, verbo *Herodotus*.

(5) Insipce tabulam chronol. biblic., de qua mentionem fecimus supra, num. 8, ad tertium.

(6) In Dictionario Biblico v^o *Circumcisio*.

(7) Jerem. 9, 25 et 26.

monium præter supra memoratos, prescindendo ab inspiratione divinâ, quam is habuit) narrationi Herodoti, scriptoris græci, de quo Cicero (1) ait, quod apud illum *innumerabiles fabulæ* reperiantur. Præterea, cùm nemini ignotum sit, quām severè Deus per Moysen et Prophetas Hebreis prohibuerit, ne genitum ritus sibi adsciscant, quis credat, Moyse et Prophetis non solum permittentibus, sed approbantibus et nomine Dei jubentibus, Hebreos circumcisionem ab Ægyptiis sibi adscivisse?

Circumcidabantur quidem apud Ægyptios aliqui, sed soli sacerdotes et philosophi, ut testatur Origenes (2), qui ipsem Ægyptius erat, utpote Alexandriæ natus. Admittebant autem sacerdotes et philosophi Ægyptiaci hunc ritum verisimilime ex hac ratione, quia sciebant, eum in signum divini ejusdem pacti esse institutum; quare et ipsi per hoc signum se à vulgo discernere, et instar hominum Deo specialiter consecratorum, longèque supra ignobile vulgus eminentium haberi volebant. Igitur non Israëlitæ ab Ægyptiis, sed hi ab illis ritum circumcisionis vel immediate, vel mediately didicerunt. Bochardus non immediate ab Hebreis, sed ex Arabibus hunc ritum in Ægyptum fluxisse autumat; quod probabilius videtur. Nam Ægypti circumcisione non utuntur octavâ post nativitatem die, ut Hebrei; sed primum decimo tertio zetatis sue anno, -ut Arabes faciunt, Ismaelæ, à quo descendunt, imitaturi, qui 15 annos impleverat tempore circumcisionis sue, Gen. 17, 25. Dein pars Arabiae erat contermina Ægypto, et teste Strabone, regionem quæ inter Nilum et mare Rubrum interjacet, Arabes incolebant. Præterea scriptores quidam contendunt, reges pastortios, qui Ægyptum dñi ante Grecorum gentem occupabant, ex Arabiæ venisse; quæ occasione circumcisionis apud Ægyptios aliquis usus induci potuit. Porrò quod ad ipsos Arabes et Ismaelitas spectat, extra dubium est, eos hunc ritum ex Abrahamo recepisse, quem non secùs ac Hebrei generis sui auctorem illi agnoscunt. Idumæi verò, quamvis ex genere Abraham et Isaac, non tamen nisi postquam à Joanne Hircano debellati sunt, circumcisionem et Moysis legem à victore populo traditas subierunt (3). Denique Æthiopes, qui pariter circumcisione utuntur, hunc ritum similiter ab Arabibus didicerunt, ut non vana conjectura est. Arabia enim ab Africâ et Æthiopâ solo freto Babelmandeo distinatur, et Africani ac Æthiopes olim, sicut hodiè, magnū habebant cum Arabibus commercium, quod occasio esse potuit introducende in Æthiopâ circumcisionis. Omnes igitur populi qui circumcisionis ritum damitterebant, vel admittunt, eum ab Hebreis vel immediate vel saltem mediately receperunt; Hebrei autem iussu Dei ab Abrahamo, ac dein à Moyse, qui cit. loc. in libro Levitici legem circumcisionis Hebreis solemniter promulgavit. Qui plura de origine circumcisionis

(1) L. 4 de Legibus

(2) L. 2, cap. 2, in Epist. ad Roman.

(3) Vide Josephi Antiq. I. 13, cap. 17.

scire desiderat, consulat Calmetum (1), Nonnotte (2), de Feller (3), aut alios.

Scholion. Modò laudatus de Feller cit. loc. rectè observat, nostris temporibus morem invalescere negandi, quòd doctrina et ceremonia legis Mosaicæ in origine suà fuerint Hebreis propriae et à Moyse primis traditæ. Nam juxta hodiernorum philosophorum (ut sese appellant) cœfatum Moyses easdem ab exteris gentibus mutuatis est : « Hexameron, inquit, seu creationis mundi spacio sex dierum factæ historian Moyses didicit à Phœnicibus, Chaldæis, Indis, et Persis; circumcisio jam ante Moysem et Abrahamum apud Ægyptios usitata fuit, etc. Paucis : Moyses terrarum orbem percur-savit, ad colligendos ornatum gentium errores, et Pentateuchu suo inserendos. » Verùm hæc et similia sunt nuda vanorum hominius asserta, nullo solidò nixa argumento. Omnes enim eruditæ consentiunt, quòd Moyses cunctis scriptoribus profanis antiquior sit; quòd veteres poëtæ, gentiles philosophi et legislatores magnam partem sue doctrinae ex Pentateuco, aliisque libris veteris Testamenti desumpserint, prout referunt Clemens Alex., Justinus, Tertullianus, Eusebius, Augustinus, etc. (4). Res mira! tantæ antiquorum auctoritatibz contradicit hodierna novantibz libido, et quod tota veneranda Patrum antiquitas sibi persuasum habuit, id post octodecim æræ christianaæ secula negant novatuentes philosophi, ac asserunt, gentiles non ex sacris Hebreorum libris didicisse, sed potius Moysen et Hebreos suam doctrinam et ritus ex genitilium doctrinâ et ritibus hausisse; asserunt id, inquam, sed minimè probant.

CAPUT IV.

De libro Numerorum.

Vocatur hic liber ab Hebreis *Vajdabber* à primâ libri voce *locutusque est*; à Latinis verò *Numeri*, quemadmodum etiam à Græcis ἀριθμοῦ, propterea, quòd hic liber multus sit in variis dinumerationibus faciens, e. g., bellatorum Israel, cap. 4, primogenitorum et levitarum cap. 3, etc.; quanquām non hæc tantummodo hoc libro contineantur, sed et multa alia partim historicæ, partim præcepta ceremoniaæ ac judicialia nonnulla. Complectitur autem idem liber gesta annorum ferè trintigia novem, nempè à mense secundo anni secundi egressus Hebreorum ex Ægypto, usque ad finem penè vitæ Moysis, sive peregrinationis 40 annorum in deserto, prout ex Num. 1, v. 1, et Deuter. 1, v. 3, liquet.

41. Quæres XXIX: *Utrum verisimile sit, tam grandes uvas in Palestina crescere, aut olim crevisse, ut duo viri exploratores (5), unam earum ex palmite pendentes in*

(1) In Dissert. de origine circumcisionis, tom. 1, ante Comment. in l. Genes. Item in Dictionario Biblical. v. *Circumcisio*.

(2) Loc. cit.

(3) *Catechisme Philos.* tom. 2, p. 138, n° 280 et 281.

(4) Vide supra, quæst. 2, num. 2, 3 et 4.

(5) Num. 13, 24, ubi narratur: *Pergentesque usque ad torrentem botri, abscederunt palmitæ cum uvâ suâ, quem portaverunt in vecte duo viri.*

vecte portaverint? Resp. Id omnino verisimile est. Nam in primis aptius portare uvam non poterant, nisi in vecte non tam propter ejus magnitudinem aut pondus, sed ne comprimeretur, aut alio modo lesa putresceret. Dein neque illud incredibile est, uam fuisse mira magnitudinis et ponderis. Qui enim hoc assertum in suspicionem falsitatem adducunt, in regiones exteras deducendi sunt, ut alibi esse multa intelligent, quibus domi parent. Doctiss. Calmet in hunc S. Scripturæ locum, exempla uarum grandium ex auctoribus gallicis collegit. Sic, ut alia taceam, in valle Sorec reperiunt uvae vulgares librarum duodecim, generosissime ad viginti quinque, Damasci ultra quadraginta. Plinius (1) affirmat, in inferiori Africæ parte uvas nasci, quæ magnitudinem infantium puerorum exsuperant. Strabo (2) refert, gigni botros in Carmânia, qui ad duos cubitos in longum extenduntur. Joan. Forsterus (3) narrat, se Norinbergæ novisse virum quemdam religiosum, Acacium nomine, divini verbi in ea urbe praecomen, qui octo annos in Palestina transegerat. Hic tunc hydrope laborans, cùm in dies singulos, quòd se recrearet, granum tantummodo ex racemis aliis in Terrâ sanctâ à se visis desiderare diceret, interrogatus à Forstero de horum botrorum magnitudine, respondebat, unum hujusmodi botrum agrè gestari posse à duobus viris, eosque gigni in valle Hebron (ubi etiam botrum suum reciderant Israelitarum exploratores) ac ab incolis lingua barbarorum *Musi* appellari.

42. Quæres XXX: *Sitne credibile, quòd asina Balaam (4) locuta sit, cum tamen locutio rationem supponat?* Resp.: Quamvis brutum loqui non possit propriè, atque ita ut intelligat quid loquatur (istud enim necessariò requirit usum rationis); tamen intactâ bruti naturâ aliquis spiritus sive bonus sive malus ejus organum velut instrumento uti potest ad sonos formandos, quin horum sententiam brutum ipsum intelligat. Quòd si ne hoc quidem portentum capis, homo incredule! age, an facilis capis, quomodo olim dæmon ex idolis, vel per ventriloquos et pythones ex imo ventris fuerit locutus? Numquid etiam solâ arte humana psittaci, picæ, etc., condocefieri possunt, ut voces articulatas proferant? Nonne plura ejusmodi exempla brutorum sive ope dæmonis (5), sive sine hac (6) ar-

(1) L. 14, c. 1.

(2) L. 2, 41.

(3) In Dictionar. hebraico, n° 1623, in Rad. *Schachat*. voce *Esel*.

(4) Num. 22, 28, ubi narratur: *Aperuitque Dominus os asinæ, et locuta est: Quid feci tibi? cur percutis me? ecce jam terito!*

(5) Vide Thesaurum Biblic. collectum à Reverendiss. Carolo Stengelio, abbate Anhusano p. 2, cap. 4, ubi inter alia narratur, quod canis Simonis Magi tum alios, tum D. Petrum si allocutus, prout testatur Glycas in Annalibus. Item, quod eo tempore, quo Tiburis violentiore quam aliæ unquam impetu alveo digressus, urbique illatus plurima tum publica tum privata evertit monumenta, bos fuerit locutus et dixerit: *Roma, tibi cave*, ut refert Julius Obsequens in l. de Prodigii.

(6) Sie memorat Cœlius Rhodiginus, psittacum

ticulatè loquentium extant? Itaque dicendum, quòd à Angelus communoverit asinæ Balaam lingua, atque aerem in ore asinæ ita colliserit et alliserit ad organa oris asinæ, ut sonus ederetur articulatus, vocie humanae quām simillimus. Nihil enim in hoc est vel absurdum, vel in decentius, vel incredibilis, ut ex dictis patet.

Corollarium. Fallunt, aut falluntur increduli, dum exclamant: *Papa' quale prodigium, quòd asina loquitur! Tales eventus vix ubili repertas, praterquam apud poetas, et in libris à Deo inspiratis.* Errant etiam i*l* qui locutionem illam asinæ non nisi in mente, cogitationeque Balaami, quemadmodum alii illud colloquium serpentis cum Evâ (1), admittere volunt. Nulla enim est necessitas ita torquendi S. Scripturam, et in sensu improprio sumendi; præsertim, cùm etiam in novo Testamento S. Petrus hanc historiam de asinâ Balaami loquente aperte confirmaverit (2), dicens: *Correptionem verò (Propheta Balaam) habuit suæ vesaniae; subjugare mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit propheta insipientiam.*

Neque replices cum incredulis interrogantibus: Si asina locuta est, cur ergo sessor nulla tactus est admiratione? Nam Scriptura, etsi admirationem non exprimat, eamdem tamen non negat. Cæterum si Balaam nulla admiratione est captus, talibus monstris, utpote ariolus et necromantes (3), jam assueverit oportet: vel cum Bonferrio (4) dici poterit, ob iram vehementem, que cum quodammodo excercerat, factum esse, ut audiens asinam loquentem non expaverit, aut obstupuerit, imò ei etiam animus ad respondendum fuerit.

43. Quæres XXXI: *Utrum credibile sit, quòd Deus (uti Num. cap. 25, narratur) propter fornicationem aliquis Israelite cum scorte Madianitide commissam, cædem virginis quatuor millium Israelitarum precepérunt,*

Ascanii cardinalis perpetuâ serie recitasse latino idiomate fidei Symbolum nullo admisso errore. Et Macrobius, l. 2 Saturn. narrat. de corvo, qui ex Actiaco prælio revertentem Octavium salutavit his verbis: *Ave, Caesar Victor Imperator.* Alia hujusmodi exempla invenies in laudato Thesauro Biblic., loc. cit.

(1) Hinc Philonis et quorundam aliorum colloquium serpentis cum Evâ duntaxat allegoricè explicantium opinionem semper à theologis et interpretibus S. Scripturæ fuit rejecta; ut supra num. 24, ostendimus. Item merito rejecta semper est sententia Cajetani, qui in c. 3 Genes. docuit, diabolum tentasse Evans per solam suggestionem interioriem, sicut nos nunc tentare sollet, metæphorice intelligens, que dicuntur de serpente.

(2) In sua primâ Epistola, c. 2, 16.

(3) Num. 22, 5, expressè vocatur ariolus, et Num. 24, 1, indicatur, quòd vanus augur fuerit. Hoc non obstante simili fuit verus Propheta Dei transenter, et velut per accidentem, præter alia quedam etiam Num. 24, 17, prædicendo adventum Christi Domini; sicut Caiphas (quamvis malitiósus et Christicida), Joan. 14, 31, prophetauit; et sicut multi ex reprobis in die extremi judicii dicent: *Nomine tuo prophetavimus?* Matth. 7, 22. Nam propheta nequaquam certum est sanctitatis hominis, cui Deus hoc donum elargitus est, indicium. Ejusmodi enim dona gratis data sine fide et charitate nihil prouunt ad salutem ejus, cui data sunt, ut S. Paulus, 1 Cor. 13, 1, 2, 3, rectè monet.

(4) Comment. in Num. 22, 28.

aut approbarit? Antequam respondeam, observo D. de Voltaire vehementer dolere, tam multum humani sanguinis fusum, ad noxam unius minimè capitalem piandum, ac denique concludere, factum hoc esse incredibile, et librum, qui id refert, alterius quām Moysis esse. Ita ille, teste Cl. Weissenbach (1) ex sententiâ magistrorum suorum, videlicet Tindalii, Collini, etc., decernit in tractatu de Tolerantiâ et alibi. Cui paucis resp.: Cedes illa tot hominum longè alter in libro Numerorum narrator, prout legenti citatum caput 25 ad oculum patebit. Non enim ibi dicitur tot homines caesos unius Israëlitæ causâ, qui ad scortum divertisset. Minimè. Sed illud apertissimè declaratur, tam multis hominibus neci datos, quòd omnes seclusi idolatriæ cum publicâ libidine, et offendiculo aliorum conjunctum, per se ipsi admisissent. Porrò, quod alterum spectat, id genus facinoris non esse capitale aut tam grande nefas, ut morte sit piandum, id unum observasse sufficiat, alia esse iudicia Dei, alia hominum, maximè Voltarii, ejusque similium, qui flagitia quæcumque cum venere conjuncta inter noxas leviores, minoraque piacula computare, ne dicam ipsis rectè factis adjumperarer solent. At profectò, cùm divinus Judex potissimum ob vitium carnis ferè totum humanum genus universali diluvio deleverit, Sodomam pluvia ignis et sulphuris exusserit, imò ob culpam respectivè levem et alienam Davidis populum suum numerantis 70 millia virorum pestilentia vivis sustulerit; quid mirum, quòd 24 millia Israelitarum ob seclus idolatriæ cum luxuriâ conjunctum exterminari voluerit? Legantur interpres Lorinus, Bonferrius, Cornelius à Lap., Calmet in hunc Scripturæ locum, et cessabit admiratio.

44. Quæres XXXII: *Utrum verisimile sit, quòd à cœsis Madianitis ingens illa preda, que Num. cap. 31, describitur his verbis: « Fuit autem preda, quam ex exercitus ceperat, ovium sexcenta septuaginta quinque milia; boum septuaginta duo milia; asinorum sexaginta milia et milie; animæ hominum sexaginta feminæ, que non cognoverant viros, triginta duo milia, » reportata fuerit?* Resp.: Equidem quām plurimum sibi tribuit Voltarius in Evangelio rationis, in tractatu de Tolerantiâ, et alibi propter narrationis hujus biblicæ perspectam plauè (ut ille blasphemat) absurditatem. Quoniam verò non est opera pretium ad singula ejus in hunc locum Scripturæ maledicta pluribus respondere, compingamus ea in cumulum, et quām brevissimè fieri poterit, hominem expediamus.

Itaque opponit 4º: *Non est credibile, quòd tam copiosa præda in castris Madianitarum reperta sit.* Resp.: Sacer textus non dicit, hanc prædam de solis castris, sed ex totâ provinciâ Madianitarum devictâ, occupatâque abactam esse. Sie enim cit. loc. v. 7 et sequentibus dicitur: *Cumque pugnassent contra Madianitas, atque vicissent omnes mares occidérunt... ceperuntque mulieres eorum et parvulos, omniaque pecora, et cunctum supellectilem, et quidquid habere potuerant*

(1) In novâ formâ Theol. Biblic. tom. 1, p. 205.

depopulati sunt, tam urbes quam viculos, et castella flamma consumpsit. Et tulerunt prædam, et universa quæ ceperant, tam ex hominibus quam ex jumentis.

Oppon. 2º: Terra Madian non extenditur ultra octo vel novem leucas; ergo incredibile est hanc ingentem prædam ibi factam esse. Resp.: Vicini ejus regionis, nimirum Josephus Jud. Eusebius, Hieronymus, quādō de Madian loquuntur, alut silent de dimensione hujus provincie, à Voltairio asserta. Hodiè post tot vicissitudines rerum dictæ terre fines accuratè non possunt definiiri. Sufficit autem Scriptura, quæ reges vel principes quinque regionis Madian numerat. Ait enim hoc ipso capite, v. 7 et 8: *Cumque pugnassent (Israelites) contra Madianitas, atque vicissent, omnes mares occiderunt, et reges eorum Evi, et Recem, et Sur, et Hur, et Rebe, quinque principes gentis.* Adde, quādō alibi, nempe Judie. 6, 4 et 2, Scriptura dicat, à Madianitis Israelitas dūra servitute septem annorum fuisse oppressos: *Fecerunt autem filii Israel malum in conspectu Domini; qui tradidit illos in manu Madian septem annis. Et oppressi sunt valde ab eis.* Ex quo iterum patet, quādō Madianite tunc fuerint copiosa et potens natio. Ceterū, quādō regio 8 vel 9 leucarum valde magnum incolarum numerum (et majorem, quam loc. cit. 1. Numer asseritur) capiat, nonnullis exemplis illustrari posset, præcipue Romanorum, qui sub rege Servio supra ducenta millia hominum numerabant, cùm tamen eorum regio vix 8 leucas quadratas aquaret. Vid. *Lettre VII de quelques Juifs Portugais et Allemans.*

Oppon. 3º: Terra Madian infrequens est, sterilis et petris horrens; ergo manet argumentum. Resp.: Hodierna regionis Madian infrequentia est fatum commune cum optimis Asiae provinciis Turcarum. Sultano subjectis, quas non obstante Turcarum polygamia hodie infrequentes esse, periti testantur. Ex hoc tamen nequit sequitur, easdem olim fuisse tam infrequentes, et parum populosas. Ceterū habet quidem terra Madian petras et montes, sed pinguis illos, et ut plurimum ita fertiles, ut planitiem ipsosque agros fecundatissime superent. Certè Thomas Schaw, doctissimus medicus Anglus, in Itineribus per varia loca Barbariae et Orientis, id affirmat de plerisque jugis et editoribus terris tractuum illorum. Atque hoc ipsum etiam inde colligitur, quia teste S. Hieronymo (1), et Adrichomio (2), regio Madian *habet camelorum, ovium, caprarumque multitudinem; utque his opibus ferè vicitant incoleæ: quod sanè magnam illius regionis fertilitatem indicat.*

Oppon. 4º: Regio Madian octo tantum leucarum spatium continens tantam copiam hominum et jumentorum, quanta in illa præda fuit, non caput, minus alit; ergo. Resp. 1º: Solutio hujus objectionis facile colligitur ex paulo ante dictis, præcipue oppon. 2, 3. Resp. 5º: Si usquamalibi, hic certè sua Voltarium philosophia longissimè destituit. Loquamus primùm de in-

colarum numero, et sumamus que probabilissima sunt: 1º numerum femellarum, quod ubique terrarum usuveneri cœperimus, notabiliter excedere numerum masculorum, servareque illum numerum ad hunc rationem 4, 3, 2. Numerum innuptorum ad numerum omnium incolarum esse, uti 1, 3 (1). His suppositis, cùm sacer textus commemoret, femellas innuptas in terrâ Madian fuisse 32000, per consequens dati fuerint masculi pariter innupti 24000. Et hinc summa innuptorum 56000, atque adeò summa omnium incolarum 168000; quot nempe vel inter nos reperire hodie dūm est in unicâ civitate nec maximâ, nec populosissimâ (2). Denus autem (quod nimis liberale est) terram Madian, etsi S. Hieronymus, aliique (3) eam à fertilitate tantoperè commendent, tantam tamen fructuum copiam simu suo progerminare haud potuisse, quanta tot incolis alendis sufficeret, quos tamen lacticiniis potissimum vitam sustentasse, ex Adrichomii, aliorumque probatissimorum scriptorum testimonio (4) compertum habemus. Quid inde consequitur? Nem illud quod tantus numerus incolarum in terrâ Madian non potuerit subsistere? Minimè id quidem. Numquid enim ex finitimiis regionibus Amalecitarum aliarumque orientalium nationum (5) eò comportari frumenta, ceteraque ad vitam necessaria potuerunt? Numquid hodie dūm Helveti, Tyrolenses, aliique passim monticola tali subsidio exterorum vicitant? An id fieri non facilimè potuit communione pecorum aut mercium, cùm Madianitas hos, sicut illos quibus Joseph à fratribus suis venditus est (6), mercaturam exercuisse perquam verisimile sit? Adde multitudinem pecorum, de quâ jam supra (7) locuti sumus, et mox iterum dicemus, et quorum carnis pars incolarum magna sustentari potuit. Ut adeò Voltairius necesse non haberet, in tantâ ovium, boum et asinorum multitudine, etiam hircocervos venari. Sed de pecoribus terræ Madian loquamur.

Quādō si passum geometricum 5 pedibus, lencam 2400 passibus censeamus, et terram Madian, ad quadratum redactam, adocto duxitaxat leucas cum Voltairio extensam sumamus, subducto ritè calculo reperiatur, eam 207,900 jugera complecti, quorum quodlibet 40000 pedibus quadratis constabit. Demus insuper, tractus à Madianitis habitatos, strata viarum, vada et ripas fluminum, etc., jugera omnino 7900 contineat, quæ in computum non veniant. Restabunt nihilominus jugera fertili 200000.

(1) Quamvis in nostris regionibus plures soleant esse innupti, quam nupti; tamen ex nimia liberalitate ponimus, in terrâ Madian (ubi probabiliter plerique juvenes et pueri, quamprimum nubiles facti sunt, nuperunt) triplo plures fuisse nuptos et nuptias, viudos et viudas, quam innuptos et innuptas.

(2) Nam in populosissimis urbibus longè major datur hominum numerus. Sic Londini incolae numerantur circiter 960000, Parisii 800000, Viennæ Austriae in urbe et suburbis 500000.

(3) Vide solutionem præcedentis objectionis.

(4) Ibidem.

(5) Vide Judic. 6, 3.

(6) Genes. 37, v. 25 et 28.

(7) Vide solutionem præced. object.

(1) Commentar. in Ezech. c. 55.

(2) in theatro Terræ sanctæ, in tribu Ruben et confinis ejus, num. 45.

Quod si verò leucam gallicam cum astronomis
3000 passuum censemus, continebit terra Madian
jugera omniꝝ 300000, denuptisque infertilibus 60000
jugeribus, habebit jugera fertilia 300000. Si ergo
comparatio instituatur inter regionem nostram et illam
Madianitarum multa sane fertiliorem, perspicuum est
eam pecorum multitudinem, quam sacer textus Nu-
mer. 31, 32 et sequentibus apud devictos Madianitas
inventam commemorat, ali omnino sustentarique in
illa regione potuisse. Sunt enim in vicinia nostra pra-
edia, quæ ex 100 circiter pratorum jugeribus, quæ bis
in anno tondentur, alunt oves 300, vaccas et boves 80,
equos 14, porcos 60. Facta igitur proportione, si 100
jugera pratorum sufficiunt
alendis ovibus 300.

— *babus* 80. Tunc in eadem nostrâ regione.

equus 14

sufficient ingera 300000 alendis oxyibus 900000

bobus 240000

equis 42000

Facta ergo hypothesi nimis liberali, quā ponim

terram Madian ad octo solium leucas extendi (

Facta ergo hypothesi nimis liberali, quā ponimus 1° terram Madian ad octo solum leucas extendi (1) ; 2° unum jugerum 40000 omnino pedes quadratos contine, cū tamē nostris partibus sep̄ non plus quam 30000 pedes quadrati jugero tribuantur; 3° regionem nostram terra Madianitarum fertilitate æquiparandam, sequitur regionem Madianitarum, ultra numerum pecorum, quem sacer codex commemorat, alere potuisse oves omnino 225000; boves 168000, substitutis, pro 61000 asinis, 42000 equis, quem defectum, si tamen aliquis esse censcat, Voltairio insigni porcorum grege, cui insuper nutriendo regio illa nostra sufficit, possumus compensare. Igitur omnibus consideratis, impossibilitas ista, quam Voltairius somniaverat, in terrā Madian collocandi et aliendi assertam à S. codice in illā prædā hominum et jumentorum copiam, extra unius illius hominis insatum caput nusquam reperitur.

Oppon. 5^o: Moyses in suum socerum Jethro Madianitam, à quo beneficis maximis erat affectus, ingratissimus fuit, populares ejus omnes nimirū Madianitas exscindendo. Resp. : 1^o Si socer Moysis, qui prope mare Rubrum habitabat, etiam ipse pertinuit ad hos Madianitas, de quibus hoc loco sermo est, regio Madian jam non ad octo (ut Voltairius asserit), sed ad quinquaginta leucas extendebatur. Si verò (id quod probabilis et satis certum est) ad aliros Madianitas (2) regione longè diversos pertinuit, frustra

(1) Ipse Voltarius alibi, nempe in Philosophia Histor. articulo : *Sacrificia humana*, terram Median ad novem leucas extendit, teste Cl. Weissenbach, in formâ Theol., bibl., tom. 1, p. 207.

(2) Teste Calmeto et Bonfrerio Commentar. in Numer. c. 22, regio Madian est duplex. Una est illa Madian, cuius mentio fit Exod. 2, 15, quôd è Moyses occiso Ægyptio profugit, queque sita est ad mare Rubrum, et monti Sinai vicina; quo circice et iuxta Sinai montem pascebant fugitivis Moyses greges Jethro socii sui, alio nomine Rague vocati. Altera verò Madian est regio à mari Rubro et monte Sinai remotior, Moabitis contermina, et sita in Arabia Petreia. Atque de hac

Moysi vitium ingrati animi objicitur, ut considerant patet. Resp. 3: Non Moyses, sed Deus imperavit ex-
cidium illius impiae gentis, que Israelitas seduxerat,
prostituendo eis illas suas, ad fornicationem et ad ido-
lolatriam Beelzebub (1). Unde Numer. c. 31, ubi illa
cedes Madianitarum, et præda ab eis relata narratur,
statim v. 1 et 2, dicitur: Locutus est Dominus ad Moy-
sem, dicens: Uleiscere prius filios Israel de Madiani
tis, etc.

45. Quæres XXXIII : An odium *Hebreorum erga Chananeos*, quale Num. 33, 50 et sequentibus, velut à Deo Israelitis præceptum describitur, fuerit iustum et licitum? Antequam respondeam, observo, quod odium humani generis iam inde à multis seculis scriptores antiquissimi *Judeis exprobabant*. Quos inter Tacitus, (2) disertè affirmat, quod ipsis « adversus omnes alios » hostile odium sit. » Multò plures ætate nostrâ id ipsum *Judeis exprobant*. Quos inter Christianus Edelmann, et Voltairius cum Anglis quibusdam hac de causa planè execravit *Hebreum* genus; imò ex Moyse tyramnum effingere modis omnibus adlaboravit. Sed contra eos, aliosque precones tolerantiae, ita statuo. Odium *Hebreorum*, vel potius eorum severitas adversus *Chananeos* in sensu mox explicando (3) licita ac justissima fuit. Nam *Chananei à Deo*, supremo rerum omnium Domino, anathemati erant devoti; cum quibus nullum sive fedus, sive pacem licebat sancire. Cesset ergo omnis disputatio necesse est, quandò Deus ipse *Hebreis*, velut lictoribus suis volebat ut ad istos sceleratos excindendos. Verùm huic nostræ probatio non acquiescent adversarii, sed sequentia argu menta opponunt.

Argumentum I : Moyses ubique solitus est, suam voluntatem sub prætextu divini imperii Hebreis inculcare, ut nimirūm sua ambitioni et crudelitati indulgeret. Resp. : Moysen non fuisse ambitiosum et crudele tyrannum, jam alibi, Num. 31 pluribus demonstravimus, quibus adeo testimonium libri Ecclesiastici, cap. 45, v. 1 et 4, ubi de Moyse ita perhibetur : *Dilectus Deo et hominibus; cuius memoria in benedictione est.* Et iterum : *In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne.* Nempe nulli sciebat irasci, præterquam Dei causā. Maledictis atque injuriis sibi illatis rependebat beneficia et preces; imò pro salute inimicorum devovebat se ultrò (4), vitamque offerebat, ad illos poenis ac internecioni eripiendo. Hæc autem, ni fallor, non sunt hominis ambitioni, cruenti atque tyranni. Certè tyraanni non solent esse dilecti Deo et hominibus, corum memoria non est in benedictione, non sunt lenes et hominum omnium mitissimi super terram, prout iterum alibi

terrā Madjar. Num. cap. 31, sermo est, ubi narratur illa cædes Madianitarum, et præda ab eis relata.

(1) Vide Numer. 25, 1, 2, 3, 6, 17 et 18, cum Commentario Cat.neti in hos versus.

(2) L. 5. Historiarum, cap. 5.

(3) Vide solutionem sequentis argumenti adversariorum.

(4) Exodi 32, 11, 12, 13, 31 et 32. Item Deut. 9, 24, et seqq.

nempe Numer. 12, 3, de Moysi dicitur; neque pro hominibus sibi molestis aut adversantibus devotent se, neque injurias benefactis ulciscuntur.

Argum. II : Hebrei erant homines, humanitatis omnis expertes, qui ceteris nationibus negarunt communia officia debita ipso jure naturae, et internecinum ac implacabile odium adversus illas fovebant idque duce et instigatore Moyse; quod planè illicitum ac intrinsecè malum est. Resp. : Nego suppositum, quod Deus per Moysem Hebreis jussiter, Chananæos aut alias nationes odio habere. Jussit tantum eos deleri, nullumque fedus sive pacem cum illis sancire, non tamen eosdem odio habere; sicut iudex jubet occidi reum, non tamen eum odit, sed amat; curat enim ut culpam et scandalum à se datum emendet, pro cæque Deo et reipublica satisfaciat; sic et miles in bello justo hostem licet cedit, sed non odit. Est enim executor sui ducis, quasi judicis. Nam etiam legem veterem præcepisse, ut non solum amici, sed et inimici diligantur, patet Exodi 23, 4, ubi dicitur : Si occurrabis bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum, etc. Item Lev. 19, 18 : Non queraris ultiōnem. Lex enim naturae jubet, omnes homines, etiam inimicos, etiam exteriores nationes sine ullâ exceptione diligi.

Neque dicas, post illa verbi Levitici : Non queraris ultiōnem, statim subditur, nec memor eris injurie civium tuorum (sive ut Septuaginta, habent : Nec contra filios populi tui furore corripires). Diliges amicum tuum sicut te ipsum : ergo Hebreis duntaxat prohibuit erat, odisse amicos et populares suos, non vero gentes exteriores. Hinc Christus ipse Math. 5, 43, dixit, in lege veteri præceptum suisodum inimicorum : Audistis, quia dictum est : Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ne, inquam, sic ratiocineris. Nam Christus non ait, id dictum esse à lege, sed duntaxat, id dictum esse, nempe non à lege, sed à Scriptis legem interpretantibus (1). Hi enim, ex eo quod cit. loc. Levitici dicitur : Diliges amicum tuum (vel, juxta Hebreicam textum, proximum tuum), infrehant : ergo odio habebis inimicum tuum. Per amicum autem vel proximum ipsi intelligantur proximum cognomine et gente, puta Iudaum, quasi à Iudeis soli Iudei essent diligendi; ceteræ vero gentes, quæ ex Abraham et Jacob non sunt progenitæ, præsertim Chananæos, odio habendæ; qui manifestus est error. Unde Christus apud Math. cit. loc. 44, hunc errorem correxit, legemque explicavit, videlicet per amicum et proximum cit. loc. Levitici intelligi quemvis hominem, etiam extraneum, gentilem et inimicum; omnes enim homines ad invicem proximi sumus in primo patre Adamo, utpote ex eis progeniti, idèò fratres; et in secundo parente Christo, per quem regenerati sumus ad eamdem Dei similititudinem, vocatiæ ad eamdem Dei Patris bæretatem in celis. Ita S. Hieronymus, S. Augustinus, Theophylactus, et alii apud Cornelium à Lap. (2).

Argum. III : Quod si Deus ipse sic voluit, ut Hebrei interneçinâ hostilitate ceteras gentes, maximè Cha-

næos insectarentur, multò major difficultas exsurgit. Quis enim id credat de illo, qui ipsa bonitas, et nihil agit sine sapientissimâ causâ? Resp. : Dist. : Deus est ipsa bonitas, et nihil agit sine sapientissimâ causâ vel notâ nobis, vel ignotâ, concedo; nobis notâ semper, negro. Quanquam non adeò incognita hic est causa. Duce enim preter alias erant justissimæ causæ, ob quas Deus jussit deleri Chananæos. Una istorum populorum horrenda flagitia (1), ob quæ meriti sunt penitus ex scindi et deleri; altera, ne scandalo essent Hebreis, hosque suis idolis ac vitiis polluerent et seducerent. Ob similes graves causas Deus etiam præcepit vindictam sumi ab Amalecitis (2) et Madianitis (3).

CAPUT V.

De libro Deuteronomii.

Hic liber ab Hebreis de more à primis hujus libri verbis *Elle haddebarim, hæc sunt verba*, à Græcis vero et Latinis Δευτερονόμιον, Deuteronomium dicitur, hoc est, secunda lex; quia est repetitio legis in Exodo, Levitico et Numeris contentæ, et inculcatio facta à Moyse, aliquibus etiam legibus additis, aut explicatis. Promulgavit autem hanc secundam legem, seu Deuteronomium Moyses Israelitis sub fine anni quadragesimi itineris per desertum, paulò ante mortem suam, priusquam Jordane transmissio Chananæam terram Israelite si bū vindicarent.

46. Quæres XXXIV : An non sit contradictio, dum Deut. 4, 1, dicitur : « Hæc sunt verba que locutus est Moyses ad omnem Israel trans Jordanem; » cum tamen alibi, nempe Deut. 32, 52, dicatur, quid Moyses Jordanem non sit transiit? Resp. : Si D. Bolingbrock (4), qui hoc objicit, linguam hebraicam bene

(1) Chananæorum sceleræ fuere idolatria, quæ etiam proprios filios igni comburendo diis immolabant, libido nefanda, adulteria, sodomitæ, bestialitates, etc. Hæc ita abominandæ fuerunt, ut terra non potuerit eos amplius sustinere, sed eos evomere sit coacta, ut ait Scriptura Levit. 8, § 24 et 25, his verbis : « Ne polhamini in omnibus his, quibus contaminante sunt universæ gentes, quas ego ejiciam ante conspectum vestrum, et quibus polluta est terra: eujus ego sceleræ visitabo, ut evomat habitatores suos. » Vide etiam l. Sapientiae 12, 3, 4, 5.

(2) Exod. 17, 14, legimus : Dixit autem Dominus ad Moysen : Scribe hoc monumentum in libro et trade aribus Josue; delbo enim memoriam Amaelec sub celo. Porrò tulit Deus in Amalec tam severam sententiam, eò quod Amalecite Exod. 17, 8, immuni bello appetiissent innoxios vacillantesque Hebreos, et in vocazione sua in terram Chanaan novitos, ut eos à Dei ductu sequendo absterrent, quodque, ut dicitur Deut. 25, 18, extremos agminis Israëlitarum lassos, et faine labore que confectos interficerent. Ut hinc discamus, quæ gravis sit offensa Dei, teneros recentesque Dei asseclas ab ejus vocatione et sequela, p. à verâ fide, vel religione statuque perfectionis avertire.

(3) Deus de Madianitis vindictam sumi jussit, quia ipsi provocarunt Israëlitas, prostitudo eis filias ad fornicationem et idololatriam, Numer. 25, 6, 17 et 18. Item Numer. 31, 1 et 2.

(4) D. Bolingbrock fuit deista. Mortuus an. 1751, qui in suis scriptis auctoritatem S. Scripturæ, religionem revelatam, et christianam impugnat, sed ab aliis, præsertim ab Hervey et Leland refutatus est. Plura de illo refert Paulin. Erdi in der ge-

(1) Vide Calmet Commentar. in Matth. 5, 45.
(2) Commentar. in Matth. 5, 45.

calluisset, haud dubiè perspectum habuisset, vocem hebream heber, quam latinus interpres hoc loco per prepositionem *trans* verit, idem significare, ac in viciniâ, *juxta, prope*, ita ut textus hebraicus ad litteram sumptus significet : *Hæc locutus est Moyses ad Jordanem, scilicet juxta locum, ubi Jordanes trahiebat; prout Calmet (1) eruditè observat. Imò juxta linguas hebraicas grammaticos (2) memorata vox hebraica seu *cis*, seu *trans* denotare potest, prout nimirum contextus exigit. Verit autem latinus interpres *trans Jordanem*, quia, ut Cornelius à Lap. (3) ait, respectu terra promissæ sive Palestine (juxta quam Scriptura solet consignare plagas et situs locorum) regio illa, ubi Moyses haec verba ad omnem Israel locutus est, *trans Jordanem* erat. Hinc eadem regio etiam alibi *trans Jordanem* vocatur. Sic Num. 32, 32, filii Gad et filii Ruben dixerunt : *Ipsi armati pergerimus coram Domino in terram Chanaan, et possessionem famam suscepimus nos confitemur trans Jordanem*, hoc est, arte transiit Jordanis. Vide Joannem Lorinum in hunc locum.*

47. Queres XXXV : *Quomodo explicitentur verba Deut. 4, 2, ubi Moyses dicit : « Non addetis ad verbum quod vobis loquor ; » cùm tamen postea, Josue, Judges, David, Salomon, et omnes prophetæ plurima addiderint ? Resp. Moysen loc. cit. non vetare omne additamentum, sed duxat aliquid additamentum contrarium legi. Igitur *ad verbum*, idem est quod, *contra verbum*; sicut Paulus Galat. 1, 8, anathema dicit iis qui aliud evangelizant, prater id quod ipse evangelizavit, *præter*, id est, *contra*; agit enim de iis qui Judaismum addere volebant Christianismo, et sic evertent Christianismum. Hisce igitur veribus : Non addetis, tantum præcipit Deus per Moysem, ut nihil legi repugnans et contrarium addatur, præsertim quid Becliphægor (de quo sequenti versu tertio sermo est) vel alterius falsi numinis aut idoli cultum inducat. Ille enim nova numina, novamque religionem et ritum sacrorum excludere toto hoc cap. et passim in Deuteronomio intendit Moysem, seu Deus per Moysem loquens. Cùm enim Hebrei proclives admodum essent in idolatriam et superstitiones ritus gentilium, prohibetur illis tale quid attentare, etiamsi id vellent facere in honorem veri Dei, e. g., proles vivas cremare prout a Chananeis fecerunt in honore falsi numinis, et similia. Hinc Deus alibi, Deut. 12, 50, ad populum hebreum, ait : *Cave ne imiteris eas (gentes), postquam te fuerint introeunte subversæ, et requiras ceremonias eorum dicens : Sicut coluerunt gentes istæ Deos suos, ita et ego colam.**

48. Queres XXXVI : *Quomodo hi duo textus, Deut. cap. 12, 15 : « Occide et comedie, sive immundum fuerit, et sive mundum, » et Deut. cap. 14, v. 3 : « Ne comedatis quæ immunda sunt, » inter se conciliuntur ? Ante-lehrten Geschichte der christlichen Religion, 2 Bande, § 215.*

(1) Commentar. in Deut. 4, 1.

(2) Vide Ignat. Weitlaner Hierolexicon linguarum Orientalium, p. 240, aut Franc. Haselbauer Lexicon Hebraico-Chaldaicum, littera γ, Columna 40.

(3) Commentar. in Deut. 4, 1.

quām respondeam, observo, in veteri lege aliqua animalia fuisse immunda absolutè, alia secundum quid tantum. *Absolutè*, immundum erat, quod nec comedie, nec in sacrificiis immolari licebat. Talia erant lepores, sues, cherogrilli, et alia plura, quæ Deuter. cap. 14, et Levit. cap. 11, describuntur. Immundum *secundum quid* erat illud quod comedie quidem poterat, non tamen in sacrificiis offerri; cujusmodi erant bubalus, cervus, caprea, oryx et alia, de quibus Deut. 14, 5. Item illa animalia, quæ munda aliquin, ut capra, ovis, bos, sed maculâ seu vitio aliquo laborabant, ideoque in sacrificio offerri prohibita, ut si fuerint cæca, clauda, mutila (vide Levit. 22, 22). Itaque sensus primi textus est : Occide et comedie, sive secundum quid immundum fuerit, sive absolutè mundum. Textus hebraeus idipsum innuit, ita sonans : *Immundus et mundus comedet eam (carnem), sicut capream, et sicut cervum. Sensus vero textus posterioris est iste : Ne comedatis quæ absolutè immunda sunt. Ita Menochius et Bonfrerius.*

49. Queres XXXVII : *An Deuteronomion cap. 16, 2 dicens : « Immolabis phase de ovibus et de bovis, non contradicat libro Exodi 12, 3 et 14, ubi non nisi agnus pro phase immolari permittitur ? Resp. : Per phase Deut. 16, non intelligitur paschalis illa victimæ, que ad vesperam diei decimæ quartæ à Judæis erat immolanda (hæc enim debebat esse agnus vel hædulus); sed intelliguntur varia sacrificia, que septem diesbus solemnitatis paschalis fiebant (1). Unde S. Augustinus (2) in hunc locum ait : Quid hic sibi volunt boves ? an propter alia sacrificia ipsius diebus azymorum immolanda ? Vide etiam Calmetum, aliosve interpretes in hunc locum.*

50. Queres XXXVIII : *An omnia, quæ de Palæstina seu Terrâ sanctâ in Pentateuco, vel in libro Josue dicuntur, sint verisimilia ? Nimirum 1^a an mercatur dici SPATIOSA, aut LATISSIMA, prout dicitur Exod. 3, 8, et Josue 13, 1, cùm S. Hieronymus ipsomet fateatur, eam esse regionem exiguum ? 2^a An verisimile sit, in regione tam exigua ante adventum Hebraeorum regnasse TRIGINTA ET UNUM REGES, prout Josue cap. 12, narratur ? 3^a An tan FERTILIS et FOECUNDA fuerit Palestina, prout Deut. 8, 7, 11, et cap. 32, v. 13 et 14 à Moyse describitur ? Resp. : Qnq. tantum verisimilia, sed etiam vera hæc omnia sunt, debito sensu intellecta, et ab homine non obstinatè incredulo perpensa. Nam ad primum dicimus et fatemur quidem quod terra sancta sit exigua regio, prout testantur S. Hieronymus, Brocardus et Adrichomius huius regionis spectatores. Et S. Hieronymus quidem (3) ei à Dan usque Bersabee, id est, secundum longitudinem considerata, assignat duxat 160 millaria, quorum duo et dimidium fermè conscienti milliare unius horæ, teste Adrichomio; secundum latitudinem vero S. Doctor tantum numerat 46 ejusmodi millaria. Guil. Postellus (4) ait : *Chananeorum regio**

(1) Vide Numer. 28, 16, 25.

(2) Quest. 24 in librum Deuteronomii.

(3) Epist. ad Dardanum.

(4) In Cosmographiae compendio.

nequaquam Galliam Cisalpinam cum montosis locis *equat*. Bonfr. (1) Huaci in provincia Flandro-Belgicā S. Scripturę professor, scribit his verbis: *Itaque, ut concludam, tota Terra promissa dimidium nostri Belgii non attigit, vix etiam partem tertiam.* Arias Montanus, Genebrardus, Abulensis octo, novem, vel decem die run iter Terrae sanctae secundum longitudinem attrahunt (2). Nihilominus erat et dici poterat spatiosa, latissima, et magna, non quidem absolutè, sed respectivè, nempe respectu terra Gessen longè angustioris, in quam Israelites in Aegypto ante exitum suum compacti erant. Dein Terra sancta erat spatiosa respectu populi Hebrei, qui tunc temporis comparativè ad hanc tergam fuit exiguis, et ab illa facilè capi et ad delicias usque nutriti poterat. Præterea memorati auctores tantum loquuntur de terra ab Israelitis occupata; latior autem fuit illa promissa; sed propter peccatorum suorum magnitudinem illa tota potius nūquam sunt (3). Denique cœlestis patria est satis ampla et spatiosa, qua per Terram sanctam præfigurabatur, neque Israelitis terrestris haec gleba primariò promissa fuit, sed illa spiritualis et cœlestis, cuius typus et figura erat Terra promissionis.

Ad secundum. Meminius oportet ex Aristotele (4), Strabone (5), Plinio (6) et Genebrardo (7), olim reges vocari solitos singularum ferè urbium majorum dominos, maximè si municipia quedam accessissent. Urbes autem et oppida in Palestina antiquis illis temporibus erant copiosa. Quavis enim haec regio non ita magna sit, tamen quia frequentibus et perquam frugiferis montibus vallibusque referta erat, multis aliendis urbibus, oppidis et pagis plurimis satis commoda, opportunaque adeò exitit ut, teste Josepho Jud. (in vita sua), in solā Galilæa ducentæ et quatuor urbes ac vici numerentur. Alibi verò (8) idem scriptor testatur, in singulis Galilæa urbibus ac viciis etiam minimis reperi rit plusquam quindecim millia capitum. Si jam multiplicetur hic numerus colonorum cum singulis urbibus et viciis Galilæa, erant in solā Galilæa tres millions et sexaginta millia incolarum. Similia Josephus scribit de Samariâ et Iudeâ. Idipsum confirmat Princeps Radzivilius, qui Terram sanctam ipse met lustravit, postea testatus, adhuc hodiè ex frequentibus civitatum oppidorumque ruinis apparet, eam fuisse populosissimam. Neque dicas, hæc in re Josepho non esse fidem adhibendum, qui utpote Judeus encumia Palestinae immodice exaggeraverit. Nam quavis Josephus alios in sua historiâ errores contineat; haud tamen verisimile est, quod de integrâ regione, et maximè de Galilæa, falsum scribat, cuius ipse in-

(1) Commentar. in Exod. 3, 8.

(2) Vide Tiriun Commentar. in Josue 42, 24. Et Cornel. à Lap. in Exod. 3, 8.

(3) Vide Boniferum, et Serarium in Josue c. 1, et Calmetum in Josue 4, 3.

(4) Polit. 5.

(5) L. 16.

(6) L. 6, cap. 9.

(7) In Psal. 134.

(8) L. 3 de Bello Judaico c. 2.

cola, imò praefectus fuit, ubi ad initium bellū Judaici contra Romanos memoranda plurima gessit. Adde quod hæc scripserit eā ætate, quā plurimi eum aperti mendaci arguere potuissent, siquidem hæc confinxisset.

Ad tertium responsio colligitur partim ex dictis, partim ex confessione ipsius Rabsacis, principis regis Assyriorum, et infesti hostis Iudaicorum, qui hos ita, 1 Reg. 18, 32, est allocutus: *Transferam vos in terram, que similis est terræ vestræ, in terram fructiferan et fertiliem vini, terram panis et vinarum, terram olivarum olei ac mellis.* Ergo ex confessione ipsorum hostium Palestina erat regio valde fertilis, qualis in libro Deuteronomii describitur. Idem ipso facto testati sunt tot gentes et reges, Aegyptii, Assyrii, Babylonii, qui opulentia et seracitate Terræ sanctæ invitati, ad eam deprendandam et capiendam toties advolaverunt. Accedunt testimonia D. Hieronymi (1) expressè dicentes, *nihil terræ promissionis pinguis esse*; et illustriss. Radzivili assertores, Epist. 2, *tantam esse in Galilæa sitiù amoenitatem, ut difficulter describi ac verbis explicari possit; soli fertilitatem insignem hinc apparere, quod tict propter incursiones Arabum agri non excolantr, optimarum tanen herbarum vim maximam producat; item aliorum viatorum testantium, ad hanc usque diem in Palestina passim nullis et cere odorem perlare, velut qui ex proximis alvearibus dimanat* (2). Denique audiamus Adrichomium oculatum testem et spectatorem hujus regionis, qui in Præfatione theatri Terræ sanctæ profatur his verbis: *Terra promissionis... regio est nobilissima Syriæ... Ob singularem autem cœli tempus, aeris salubritatem, soli ubertatem, pecorum, avium, piscium, frumenti, vini, olei, sacchari, balsami, fecum, malorum granatorum, herbarum, florum, frugum omnis generis copiam, Dei ore lacte et melle, sapienter dicta est. Ut partim propter hæc, partim propter insignium montium, camporum, fontium, fluviorum, nemorum, urbium, castellarum, pagorum, et hominum frequentiam, ob rerum denique omnium abundantiam, ceu paradisi Domini, ac figura cœli reliquias sub celo mundi partes longè excellere dicenda sit.*

At inquires: Palestina multorum opinione est hodiè sterilis, semperque debuit esse talis, cum sit valde montosa, saxicola et montibus instar Helvetiarum rigeat, ut Voltairius jocatur. Quis ergo credat, infert idem irrisor S. Scripturæ, Palestinam aliquando fuisse tam fertilē, prout à Moyse describitur? Resp.: Hæc multorum falsa persuasio de Terræ sanctæ sterilitate pridem refutata est à supra citatis scriptoribus, Brocardo (3), Adrichomio (4), aliisque testibus oculatis; etsi non negaverimus, terram illam hodiè multum à pristinâ bonitate ac fertilitate defecisse. Quid enim mirum, si vel ob neglectum culturę (5) vel ob peccata Iudaicorum

(1) Commentar. in Isaiae cap. 5.

(2) Vide Calmet Commentar. in 1 Reg. 14, 25.

(3) Part. 2, c. 4.

(4) Loc. cit.

(5) Ferebat Palestina exquisitus fructus presertim postquam Hebrewi, ac forte iam priores incolæ, ope

et Saracenorum steriles effecta est? Fertilitas enim illius tempore veteris legis erat partim naturalis è terra ipsius bonitate, partim ex speciali Dei providentia continua, quamdiu ab Israelitis studioso cultu honorabatur, ut et non uno Scripturae loco (1) colligitur. Unde cessante pietate Israelitarum, haud mirum defecisse speciale illam benedictionem celestem ipsorum terram fecundantem. Præterea aliunde novimus, è praesenti rerum conditione non semper argumentum duci posse ad præteritum aliquius regionis statum. Sæpè enim regio aliqua fecundissima per eluviones, bella, neglectum culturae, aut alias causas seu naturales seu civiles ita devastari potest, ut sibi non amplius sit similis. Sic, ut alia taceam, regio Gazam inter et Aegyptum squalidè tota sterilis, quæ suos olim habuit incotos. Uno enim geographorum consensu totus litoris mediterranei tractus inter Gazam et Pelusium urbem Aegypti ad ostium Nili orientale, et ad Palæstinam adjacentem olim habuit urbes Raphæ, Anthedonis, Rinocorura, Bethaphu, Ostracina; imò nostra etiam aëtate plura adhuc manere columnarum et ædificiorum rudera, veteris magnificecia vestigia, testantur itineraria (2). Sed redeamus ad ipsam Palæstinam. Hecatæus (3), vir collectaneus Alexandri M.,

scalprorum montes steriles atque saxosos secassent scalrum in morem, imò in formam amphitheatri redigissent. Porrò in plana gradum è locis subjectis acceptam terram translaterunt, illique et vineas implantaverunt, et semiua commiserant. Nam absque tali subsidio industriae a speciali cultura nunguani videtur potuisse Iudea tam multos homines alere; sed nec sine singulari benedictione et liberalitate Dei quam cultoribus pollicitus est, ut mox dicam.

(1) Deus ipse, Deuter. 11, 10-18, Israelito populo predixit, Terram promissionis ad fecunditatem suam indigere singulari divinâ benedictione, his verbis: *Terra enim, ad quam ingredieris possidendum, non est sicut terra Aegypti, de qua existi: ubi jacto semine in horotorum morem aquæ ducuntur irrigare; sed montosa est et campestris, de celo expectans pluvias, quam Dominus Deus tuus semper invisi, et oculi illius in ea sunt à principio anni ad finem ejus. Si ergo obediieritis mandatis meis que ego hodiè præcipio vobis... dabit pluviam terre vestre temporaneam et serotinam; ut colligitur frumentum, et vinum, et oleum; famumque ea agris ad pascenda jumenta, et ut ipsi comedatis, et satureremini. Cavete, ne forte decipitur cor vestrum, et recedatis a Domino, servialisque diis alienis, et adoratis eos; iratusque Dominus claudat cælum, et pluviae non descendant, nec terra det germin suum, pereantque velociter de terrâ optimâ, quam Dominus datus est vobis.*

(2) Thévenot. Itiner. Oriental. p. 2, cap. 35, et Petr. della Valle, Epist. 13.

(3) Apud Josephum contra Appionem.

qui sub Ptolomæo I scribebat, Palæstinam tanquam solum feracissimum, frequentissimumque cultoribus exhibet; uno verbo eam esse dicit provinciam optimam ac fructibus omnis generis feracem. Similia ferme habet Plinius, lib. 5, cap. 14, 15, tradens, Jerosolymam urbem esse inclytam non inter Judaicas tantum, sed inter Orientales omnes; cursum Jordanis tanquam amnis lætissimi describit, effert lacum Genesareth, balsamum et palmetta Judeæ. Tacitus, lib. 15, cap. 6, Ammianus Marcellinus, et veterum plerique, cum per occasionem de Palæstina mentionem faciunt, nunquam vacant à laudibus. Mahometani, quos melius nosse regionem par erat (1), exaggerant quidem aliquandò Palæstinæ laudes, sed eximia ejus fecunditat luculentum ferunt testimonium. Affirmant præter duas illas principes urbes Eliam, et Aribam, i. e., Jerusalem et Jericho, tractum illum disseminatum esse mille vicis amoenissimos, hortis maximè insignibus, ibi maturescere uvas quarum racemus onus esset quinque hominibus vix ferendum; olim in eo tractu sedes habuisse immanis corporature gigantes è stirpe Amalech, etc. Ipsi itinerantes recentiores, qui de praesenti Terra sanctæ sterilitate testantur, non negant tamen manere ibi certis in locis vestigia plura veteris fertilitatis, ubi fructus omnis generis benignum solum nullâ satum culturâ reddit; crescit etiam aliquicubi luxurians herba. Ex quibus omnibus abundè demonstratur, Moysen nullius mendaci aut falsitati argui posse, dum Terram promissionis seu Palæstinam tanquam apprimè ferilem et fecundam describit et dilaudat. Cæterum illud denuò monitum velim, Deum promittendo Israelitis terram bonam, terram lacte et melle fluentem, primariò designasse et promisso terram viventium et cœlis, quæ utique est verissimè lacte et melle fluens, hoc est, gaudiis superabundans; Palæstinam autem terrestrem tantum designasse secundariò tanquam typum et figuram illius coelestis. Ita S. Hieronymus (2). Denique observo quod, præter jam landatos aliosque plures scriptores, insigne testimonium de fertilitate Terræ sanctæ perhibeant Salomon (3), Cl. Bullet (4), et Epistolæ Judæorum ad D. de Voltaire (5).

(1) D. Herbelot, Biblioth. Orient.; pag. 336.

(2) Epist. ad Dardanum.

(3) Prolegom. 41.

(4) Réponses Critiques, p. 129 et 137, ubi scriptorum veterum ac recentiorum, Palæstinæ miram fertilitatem ostendunt, scriém recensct.

(5) P. 5, Epist. 2.

Pars ij.

LIBRI JOSUE, JUDICUM ET RUTH.

Tantum id conantes pro modulo nostro... efficere, ne aliqua absurditas vel repugnancia pectoretur esse in Scripturis sanctis, quæ opinionem lectoris offendat, et dum existimat fieri non potuisse, quæ facta esse Scriptura commemorat, vel resiliat à fide, vel non accedat ad fidem.

(S. August. 1. 5. de Genesi ad litteram, cap. 8.)

SECTIO PRIMA.

DE LIBRO JOSUE.

Auctor hujus libri incertus est; communior tamen

sententia tenet, ipsum Josue (1) hunc librum conscri-

(1) Josue, filius Nun seu Nave (nam Græci pro Nun

psisse, et ad calcem Pentateuchi adjecisse; quamvis fatendum sit, aliqua ab altera, quam Josue, manu (4) addita fuisse, inter quae est mors Josue, et quae hanc secuta sunt. Narrantur autem in hoc libro capitibus 24 transitus Jordanis, expugnatio civitatum Jericho et Iiae, prodigiosa solis statio, Chananæi ab Israelitis debellati, illorumque terra occupata, et inter duodecim tribus Israëlitarum distributa. Itaque hic liber gesta Josue per annos septendecim, quibus principatum gessit, complectitur.

1. Queres I : *An transitus Jordanis Josue 3, 16 et 17 fuerit miraculum?* Resp. : Fuit grande miraculum. Quamvis enim auctor libri de la Philosophie de l'Historie, h. e., Voltairius cum deistis et Socinianis, qui miracula omnia ut plurimum eliminare student, hoc prodigium more suo elevare conetur, dicens, sine miraculo tantillo fluvio (nimirūm Jordani) 40 pedes lato pontem facile imponi, quin et Israelitas vado transmeare potuisse; contrarium tamen constat ex relationibus corum, qui Jordanem eo etiam loco, ubi ab Israëlitis siccò pede transitum est, accuratè explorarunt; prout Cl. Bullet pluribus horum adductis testimonis (2) invictè demonstrat. Inde enim constat, Jordanem ordinariè quinque circiter supra septuaginta pedes latum, valde rapidum et profundum esse, ut proin nullibi vadous sit; saepius autem crescere et supra ripas effundi, prout effusus erat illo ipso tempore (3), quo Israe-

ponunt Nave à Scripturâ passim (Exod. 24, 13, Deut. 1, 58, etc.) Moysis minister seu famulus appellatur. Primum illius nomen Num. 43, 9 et 17, erat Osee (Greci pro Osee legunt Auseum, Hebrei vero Hoschea) cui Moyses divino suggestore Spiritu et ~~et propheta eius~~ Dei nomine syllabam sive literam Jod praefixit, sicque illud in nomen Jehoschua seu Josue, h. c., Jesus sive salutem Dei mutavit Num 43, 17. Hinc etiam à Grecis Josue, Ἰησοῦς, Salvator nominatur. Et prefecto Josue non solum nomine, sed et re gestis egregium Jesu Christi, seu Salvatoris mundi typum gessit. Nam Iebavilli hostes Israëlitarum, seu populi electi; huic salutem attulit, euandemque in Terram promissam introduxit. Unde Ecclesiasticus, c. 46, 1 et 5, de eo magnificum texit elogium his verbis : Fortis in bello ; Jesus Nave, successor Moysi in Prophetis, qui fuit et magis secundum nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentis hostes, ut consequeretur hereditatem Israel. >

(1) Vid. Calmet, prefat. in L. Josue.

(2) Réponses critiques, tom. 1, num. 29, ubi oculatos testes hanc in rem adducit, nimirūm Antonium Regnaut, Doubdan, Maundrell, Morison, Naud, et Schaw, qui de Jordanis profunditate et rapido cursu luculenter testantur. Sic Itegnaut Jordanum comparat Tiberi, aitque illius aquam esse valde rapidam et profundam; Schaw assertit, se in Barbariâ nullum Jordane majorem fluviū vidisse, excepto Nilo. Similiter Iohannem exteri.

(3) Josue 3, 15 : *Jordanis autem ripas alvei sui tempore menses impleverat.* Ille notandum, quid sicut Nilus et Tigris, ita etiam Jordanis exundare soleat; prout legitur 1 Paral. 12, 15, item Eccli. 24, 36. Atque id ipsum testatur etiam Aristeus, qui 70 Interpretum historiam conscripsit. Nimirūm in illa regione tempore menses hordaceas, seu mense Nisan (qui nostro ferè Martio responderet) ob nives, quae sub id tempus à monte Libano liquefacta defluunt, Jordanis intumescit et exundat. Elegit verò Deus tractitus Hebraeorum tempus istud exundationis, ut tanto majus ac patentius esset miraculum; et ut animos iisdem adderet; Chana-

lite eundem transibant. Ex quo simul patet crassa ignorantia Voltairii asserentis, tunc Jordani pontem facile imponi potuisse. Accedit, quid fabrica pontium Hebreis tunc incognita, vel certè inusitata fuerit. Nomen enim pontis in totâ Scripturâ non nisi semel occurrit, et quidem seris temporibus Machabæorum (1); quamvis in libris canonici Hebreorum non raro de bellis sermo sit, quæ Hebrei trans Jordanem gesserunt, ubi proin obvia occasio fuisse de pontibus (siquidem per hos exercitum transmisissent) facient mentionem.

2° Queres II : *An muri urbis Jericho, Josue cap. 6, absque miraculo collapsi sint?* Resp. negativè. Quamvis enim quidam (2), ut parcent prodigiis, causam collamenti murorum repeatant ex certâ soni à clamore populi et clangore buccinarum orti proportione ad muros sternendos; tamen risu potius explodenda, quam refutanda est haec explicatio. Quis enim unquam physicorum aut mathematicorum tantam sono inesse vim prudenter suspicatus est, ut compaginem moenium solvat? Dein quis duci Josue tam insigni stratagema ex arcaniore physiciâ petitum suggestit? Ad hec si vi soni tubarum vocumque dejecti fuerunt muri urbis Jericho, cur non potius corpora proxima, in quæ sonus citius incurrebat, nimirūm arbores obvias aliquæ inter castra Israëlitarum et urbem posita fuere prostrata? cur non ii ipsi, qui clamarunt, se ipsos sternebant, et alii alios? Denique cur prefecti militiae, qui artem militarem hodiè ad summum ferè perfectionis gradum elevunt, urbibus obsidens et expugnandis adducunt tot numero tormenta, mortaria, tantum pulveris pyrii, globorum missilium et tormentariorum apparatus? Nonne faciliori longè operâ, et minori sumptu dispensando advocari possent centies milie Homericæ Stentores, iisque maxima cornicinium, liticinium, tubicinium et tympanistarum multitudo associari; pueri etiam et pueri cum nolis et crepitaculis aggregari, ut ingenti vociferatione, et reduplicato diversissimorum instrumentorum sonantium clangore ac strepitu muros prosterrentur. En in quantas absurditudes memorata explicatio desinat, et quam ex omni parte ridiculum illius eminet.

At inquires : Vis soni ad frangenda corpora negari nequit. Notum est Nicolai Petteri cenopole Amstelodamensis exemplum, qui solo vocis prolate sono vitra quevis disfragit. Præterea sonus ejusque effectus in locis montibus aut alio modo clausis intenditur. Adde, quid exercitus Israëlitarum in circulo circa urbem Jericho positus, pleno gutture vociferatus sit. Et

næos verò ad interitum maturos terrore completeret.

(1) 2 Machab. 12, ¶ 13.

(2) Inter hos non solum sunt hostes religionis, sed iisdem etiam ali quidam hanc in rem argumenta philosophica suppeditarunt, nimirūm P. Marinus Marsenus commentator in Genesim, et Daniel Georgius Morhofius in *Hiatoclaste*, sive libello suo de scypho vitro per certum humanæ vocis sonum fracto, qui prodiit Kilic Holsatorum an. 1683. Sed demum ambo hi duo celebres viri, postquam omnes Philosophie naturalis angulos perpetraverunt, nullumque explicanda sine miraculo huic rei sat aptum modum invenerunt, ingenue fassi sunt, collapsum murorum Hierichontinorum accensendum esse miraculis.

quid si ipsi hujus urbis muri fuerint vetustate exesi, et ad ruinam proni? quid si infirmo nixi fundamento? quid si gravitatis centrum pristinum jam mutaverit situm? Certè quòd hec moenia jam fuerint suffossa, ad laosum prona, ac sono, quo sternentur, recipiendo aptissima, inde colligitur, quia in libro Talmudico *Tamid. c. 3, § 8*, narratur, in Hierichunte urbe auditum fuisse sonum, quoties aenea templi porta Jerosolymis fuerat aperta. Resp. : Omnia haec argumenta, quamvis incertum imponeant possent, tamen probè examinata citius quām Jerichuntini muri corrunt. Nam vitrum à sono ad octavam surgente, vel eam superante dirumpi hand murum est; sed murum, dejici muros; vitri constructio alia longè, quām murorum est. Haud procedit argumentatio à minori ad majus, à minimo, fragili, tenso vitro, ad maximum, ad firmissimam murorum compagem. Porrò fuit Jericho urbs non in angusta valle, montibus undique clausa, sed sita in planicie, cui mons nudus ac sterilis imminehat; lita describitur à Josepho (1). Neque vociferatio aut clangores circumventis exercitus Israëlitici muros sternere poterant, ut jam supra ostensum est; ac ex eo patet, quia sonus tubarum et populi confusus non recta versùs Jerichuntinos muros tendebat, ut solent hodiè tormenta bellica in eadē vel parallèla directionis linea locari contra fortalitii muros; sed ad latera quaquaversus diffundebatur in omnem aera. Imò, etiam si eamdem et recta versùs muros Jerichuntinos omnis sonus habuisset directionem, nil efficeret; sicut tormenta bellica non sono dejiciunt muros, aperturasque faciunt, sed glōbi multarum librarum ferreis, ingenti vi explosio. Ceterum, posito licet, fuisse muros Jericho vetustate exesos et ad ruinam pronomos, collapsi fuissent vel sponte, vel non hāc praecepsē solemni occasione, vel non omnes, sed hic ibi aliquæ partes. Jam autem collapse sunt omnes, ut infra, quest. 3, ostendetur; item collapse sunt in circumstantiis planè singularibus licet ad murorum ruinam naturaliter nil conferentibus prorsus, videlicet institutæ per septem dies processione, septem tubis, quarum in jubilæo usus erat, etc. (2). De quibus omnibus id tandem concludere licet, quod Paulus prædicat Hebr. 4, 30: *Fide muri Jericho corruerunt, circuitu dierum septem*, q. d.: Non suffosione, non arictibus, non impactu soni, aut aliis mediis naturalibus, sed fide, quā et Josue et Hebrei crediderunt, et obediverunt Deo promittenti, quòd circumveniendo urbem septem diebus cum Arcâ clangore tubarum et clamore populi, muri ejus, licet firmissimi, corruerent, muri hi reip̄a corruerunt. Unde etiam S. Chrysostomus (5) de murorum Jerichuntinorum dejectione loquens, ait: *Non enim sonus tubarum potest muros dejicere, etiam si mille annos sruerit; sed fides potest omnia*.

Scholion I. Mira illa soni propagatio à templo Jerosolymitano usque ad urbem Jericho, de quā in præcedente objectione, ex libro Talmudico *Tamid* mentio-

(1) *De Bello Judaico*, I. 5, cap. 4.

(2) *Josue* 6, 3, 4, 5, 12, 15, 14, 15 et 20.

(3) *Homil. 27 in Epist. ad Hebreos*.

facta est, fabula esse videtur. Teste enim Calmeto (1) septem circiter miliauribus Jericho distat à Jerosolyma. Quis autem eredat, strepitura aperturæ portæ aeneæ in templo Jerosolymitano per septem miliaurias propagatum esse? Accedit, quòd in eodem libro Talmudico, loc. cit., alia quoque vix ac ne vix quidem credibilia narrantur, e. g., quòd in Jericho etiam auditus fuerit sonus organi cujusdam in templo Jerosolymitano pneumatici: item sonus sacerdotiis collegas officii sui admonentis. Adhuc absurdius despiciunt illi cabalistæ Rabbini, qui eversionem murorum urbis Jericho explicatur ad astrologiam confugiant, dicentes, tubas sacerdotum singulari astrorum influxu ab intelligentiis celestibus, in primis Sephiroth (2), ita fuisse tensas, et veluti animatas, ut murorum collapsus sequi necessariò debuerit.

Scholion II. Dejectioni murorum Jerichuntinorum simile exemplum etiam in lege gratia reperimus. Cum enim Robertus, Francorum rex, Avallonem urbem obsideret, intereaque temporis precibus vacaret, unāque cum sacerdotibus palleret; illius muri subito corruerunt, sieque obsidentibus copiis in urbem aditus patractus est, uti narrant Espencæus (3) et Lipsius (4).

3. Queres III: *Quid sentiendum sit de illa querundam (5) sententiâ, qui putant, non omnes in toto ambitu urbis Jericho muros fuisse collapsos, sed eos præcipue, qui exercitu Israëlitico fuisse expositi?* Resp. : Hæc opinio non concordat cum S. Scripturâ, præterea juxta sensum 70 Interpretum accepta. Neque enim dubium est, urbem ciuitatem undique fuisse ab exercitu hostili juxta præceptum Domini, *Josue*, 6, 3, quod Septuaginta his verbis exprimunt: *Circumdate civitatem omnes viri belli in circuitu urbis. Sat certum quoque est*; omnes in toto ambitu urbis muros fuisse collapsos juxta illud, *ibid. 20: Et cecidit murus in circuitu.* Ita quoque ascendere poterat unusquisque in urbem per locum, qui contra se erat, *ibid.*, aggressu universali in omnibus (ut ita loquar) peripherie punctis.

4. Queres IV: *An sol ad imperium Josue verè steterit (6), ita, ut dies reapsè prolongatus fuerit?* Antequam respondeam, synopsin sacre hujus historie

(1) In Dictionario Bibl., v^o *Jericho*.

(2) *Sephiroth*, hebraea vox, *Splendores* significat. Plura de his Calmet in Dictionario suo Biblico.

(3) *Tractatu de Eucharistiâ*.

(4) Lib. Exemplorum Politicorum, c. 2.

(5) Hæc opinio teste Scheuchzero, tom. 2 *Physicae sacre*, pag. 452 (quamvis ipse eamdem non amplectatur) est Isidori Clari, Ludovici de Tena, Quistorpi, et quorundam aliorum.

(6) Hoc loco non examinamus, sed philosophis et mathematicis examinandam reliquimus celebrem illam questionem physico-astronomicum, utrum sol circa terram (ut Tychoñi volunt), vel vicissim terra circa solem (ut Copernican contendent) moveatur? Abstrahendo igitur ab hāc controversiâ inter ipsos etiam Catholicos in utramque partem dispartiri solitâ, id unum contra deistas, aliosque incredulos hic inquirimus, an ad imperium Josue sive sol, sive terra verè steterit, ita ut dies reapsè fuerit prolongatus, prout in lib. *Josue*, c. 19, narratur.

enarrare juvat. Cum dux Josue hostes Israelitarum in fugam dedisset, Deo ipso lapide grandine hostilem exercitum conterente, jamque sol in occasum vergeret, Josue, fusi ad Deum precibus, et fiducia incredibili in solis et luce Creatorem animatus, solem et lunam jussit consistere, ne nimis vicina nox praeisdit hostibus foret. Verba S. Scripturæ hanc rem narrantis Josue cap. 10, haec sunt: *Cinque (hostes) fugerent filios Israel in descensu Bethorom, Dominus misit super eos lapides magnos de celo usque ad Azeca; et mortui sunt multo plures lapidibus grandinibus, quam quos gladio percusserunt filii Israel. Tunc locutus est Josue Domino... dixitque coram eis (Israelitis): Sol contra Gabaon, ne movearis, et luna contra vallem Aialon. Stetitque sol et luna, donec uiciseretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro justorum? Stetit itaque sol in medio celi, et non festinavit occupare spatio unius diei. Non fuit antea nec postea tam longe dies, obediens Domino voci hominis, et pugnante pro Israel. Narratione mirabilis hujus facit premissi, jam queritur: An sole lumina ad imperium Josue steterint? Qui hoc miraculum negant, diversos S. Scripturæ verba interpretandi modos excogitarent. Rabbi Levi filius Germonis, aliquis nonnulli Illehrorum magistrorum, ne concedant Moysen a duce Josue inhibiti solaris cursus gloria superatum fuisse, dicere non dubitabunt, solem reipsa non substituisse, neque ducem Josue id petuisse, sed verbis illis: *Sol, contra Gabaon ne movearis, etc.*, id optasse unum, ut ante noctem hostes penitus profligaret; perinde ac si dixisset: *Da, Domine, ut prius quam sol et luna occidant, populus tuus plenissimum de hostibus victoriam obtineat*, Deumque id unum effecisse, ut Israelites brevi illo, quod supererat, ejus diei spatio, tantam ediderint hostium stragem, cui perficienda solidus dies vix sufficiens esset (1).*

Aliam fabulosam sacri textū expositionem afferunt Sem Tob Judeus, et David Kimchi, qui volunt, Deum post solis occasum novi generis corpus in celo condidisse, quod solem representaret, et ejus vice orbem terrarum illustraret, dum hostium strages ab Israelitis plenissime confecta esset. Ab hac interpretatione non multum recessum Spinoza (2), aliisque è naturalistarum grege, qui ut miraculum de statione solis ad imperium Josue eluderent, et ad communes naturæ leges revocarent,

(1) Hanc explicationem probabilem vocare ausus est Grosius, quanquam non neget, quod Deus cursum solis c'ntinere, aut ejus imaginem, etiam post occasum, refractis nomine in objecta nube radiis representare supra nostrum horizontem potuisset. Verba Grossi Annot. in Josue sunt haec: *Maimonides et Hebrei, quos citat Masius, nullum hic miraculum agnoscunt, sed phrasim poeticas, quasi sol expectasset, donec occasio hostium perfecta foret... Et iam sequetur, Deum voci hominis s' accommodasse, non quidem soleri sistendo, sed pugnando, id est, pugnatibus viris et invictum contra labores animam subministrando, immunitudo preterea lapides pro grandine. Hoc ita non improbabiliter dici possunt: quanquam impossibile Deo non est, solis cursum morari, aut etiam post solis occasum speciem ejus in nube supra horizontem extanti per representationem ostendere.*

(2) In Tractatu Theologico-Politico, cap. 2.

pronuntiarent dictam solis stationem nihil aliud fuisse, quam luminosum quoddam phenomenon in aereâ Palestini ecclie regione conspicuum, sive Parelion in grandinosâ quad. De eiusdemmatum. Sic Spinoza, loc. cit., ait Judaos ut physice prorsus rudes, ac inexpertos, ex ruente tum grandine ortani radiorum solarium refractionem habuisse pro ipso sole. Verum omnes hasce opiniones in summa commentarium in l. Josue D. Clericus collegit, adoptavitque, quin et plus aliquid adjiciendum illi visum est; prout testatur Calmet in sua Dissertatione hac de re.

Resp., et dico: « Sol et luna reipsa steterunt, Deo ad votum Josue miraculum operante. » Probatur haec propositio ex Scripturâ sacra, id clarissimum verbis supra recitatis referente et assente. Qui enim hac verba Scriptura dimitat phrasim poeticaem esse censem, iisque solummodo tantum Josue in conficienda hostium internectione innuere celeritatem volunt, ut dies prolongatus esse videretur, ii turpiter hallucinantur. Quis enim auctor aut sacer aut profanus ita unquam celeritatem descripsit? Quis orator vel poeta, nedum historicus, hujusmodi metaphorâ vel hyperbole usus unquam est, ad alienus imperatoris velocitatem in bellicis expeditionibus exprimendam? Qui verò dicunt, novum corpus vicarium solis Deum supra horizontem creasse, quod post illius occasum orbem illustraret, nova fugient miracula, dum è contrario illud miraculum impudenter ac temere negant, quod Scriptura sacra disertè commemorat. Denique illi, qui dictam solis stationem nihil aliud fuisse asserunt, quam parelion, aut refractionem solaris lucis, non attendunt, quod hoc ipso miraculum admittere debeant in conservando tandem post solis occasum parelio, ut sol occiduus spatio unius diei cursum sistere videretur. Nam vel sol infra horizontem demersus cursum suum continuavit, vel non? Si primum, ergo parelion spatio unius diei naturaliter perdurare non potuit, ut quilibet non unquam rudis facilè perspicat. Parelion enim seu refractione lucis solaris tam vivax, ut imaginem solis dicimque exhibet, planè non potuit tandem perjurare, siquidem sol reipsa occubuisse, et infra horizontem cursum continuasset. Si secundum, ergo hoc ipso miraculum solis in suo cursu inhibiti admittitur. Dein, si adversari stationem solis ad imperium Josue per phenomenon parelii explicare velint, debebunt eodem modo stationem lunæ per paralelum explicare: *Stetitque sol et luna*, Josue 10, 13. Quomodo autem circa miraculum parelion ex intensis radiis solaribus reflexis, et paralelæ ex debilißimi ejusmodi radiis ortum in celo simul apparere potuerunt, et quidem tanto tempore, ut una dies fieret quasi duo? Eccli. 46, 5.

Confirm. I. Juxta regulam D. Augustini (1) interpretandi S. Scripturæ ab omnibus orthodoxis interpretibus et theologiis receptam, verba S. Scripturæ in sensu proprio et litterali accipienda et explicanda

(1) L. 8 de Genesi ad litteram, cap. 7.

sunt, quando nihil ex illis sic acceptis sequitur falsi, absurdii, impossibilis, vel contra veritatem fidei aut bonos mores. Quod autem sol reipsa steterit inaudito antea miraculo, nihil continet falsi, absurdii aut impossibilis, nec pugnat contra veritatem fidei aut bonos mores. Certè nihil tale ostendere possunt adversarii. Illa igitur statio solis propriè accipienda est, et miraculo tribuenda (1). Atque ita accepit Habacuc Prophetæ cap. 3, ubi inter alia divina miracula, quæ ibi enumerat, istud commemorâsse videtur his verbis : *Sol et luna steterunt in habitaculo suo. Sic accipit etiam Jesus Sirach, Ecclesiastici cap. 46, dicens : An non in tracundia ejus (id est, ex zelo et irâ Jehoschua contra hostes Dei) impeditus est sol, et una dies facta est quasi duo? Invocavit Altissimum potenter in oppugnando inimicos undique, et audiuit illum magnus et sanctus Deus in saxis grandinis virtutis validè fortis. Impetum fecit contra gentem hostilem et in descensu perdidit contrarios, ut agnoscant gentes potentiam ejus, quia contra Deum pugnare non est facile. Profectò hæc tam sunt perspicua et manifesta, ut si victoria ducis Josue cum statione solis et lunæ sine miraculo solis nature viribus effecta est, scriptores sacri velut quâdam conspiratione incauti lectoribus imponere voluisse videantur.*

Confirm. II, ex SS. Patribus tam græcis, quam latini, qui apertè asseverant, solem ad imperium Josue

(1) Neque dicas : Si verba S. Scripturæ de statione solis ad imperium Josue in sensu proprio accipienda sunt, omnino sequitur, quod sol circa terram verè moveatur, quod tamen Copernicani et plerique philosophi et mathematici hodie negant. Nam non diximus absolutè et absque illâ limitatione aut exceptione verba S. Scripturæ propriè et in stricto literaliter sensu sumenda esse, sed addidimus hanc limitationem : *Quando ex verbis Scripturæ sensu proprio et stricto acceptis nihil falsi, absurdii, etc., sequitur; sicut nihil tale sequitur, si sacer textus de statione solis ad imperium Josue sic intelligatur, quod sol sive verè sive apparentia ita steterit, ut dies rapesc, verè et proprie fuerit prolongatus. An verò sol rapesc vel apparente duntaxat tunc steterit, est quæsto impertinens ad alteram questionem, utrum dies tunc verè prolongatus fuerit; sive enim sol, sive terra rapesc tunc steterit (dummodo alterutrum contigerit), jam verissimum est, quod dies tunc verè prolongatus fuerit; quod unicum contra incredulos hic propugnandum suscipimus. An verò sol (ut Tychoñici volunt) vel terra (ut Copernicani, vel Neutonian-Copernicani, contendunt) tunc steterit, est quæsto astronomico philosophica; sive Copernicani pro suo sistente veram demonstrationem attulerint, aut jam attulerount (id quod philosophi et mathematici examinandum relinquimus) Ecclesia non erit invita, si sol ad imperium Josue solim apparente stetisse dicatur. Ita jam olím P. Honoratus Fabri, Romæ ad S. Petrum Penitentiarium (prout Acta philos. Societ. Regie Anglic. ad annum 1665, mense jun., testantur) cuidam Copernicano in hæc verba recrispit : *Ex verbis coryphaeis non semel quaestum est, utrum aliquam haberent demonstrationem pro terre motu adstruendo, nunquam ausi sunt id asserere. Nihil igitur obstat, quin loca illa in sensu litterali Ecclesia intelligat et intelligenda esse declaret, quandiu nullâ demonstratione contrarium erincentur, quæ si forte aliquando à vobis exco-gietur, in hoc casu nullo modo dubitabili Ecclesia declarare, loca illa in sensu figurato et improposito intel-ligenda esse.**

non sine coelesti prodigo stetisse. Sic ex Gracis S. Iustinus M. ad Tryphonem Judæum ait : *Acceptistis Terram (promissionis) tantâ virtute fusis fugatisque hostibus, ut sol ipse cursum suum sisteret, spectando res gerentem ducem Jesum recens cognominatum, et per triginta sex horas differret occasum. Alia quoque inter vos patrata sunt prodigia, etc. Et S. Chrysostomus (1) : Cogita, inquit, quanta res sit vir justus. Dixit Jesus Nave : « Stet sol contra Gabaon, et luna contra vallem Aialon, » et factum est. Veniat ergo universus orbis terra, imò verò duo, et tres, et quatuor, et viginti orbes terre, et dicant, et hoc faciant. Sed non poterunt. Dei autem amicus, amici imperabat creaturis; imò verò amicum suum rogavit, et cedebant, quæ serviebant, et inferior imperabat supernis. Ex latinis vero Patribus Tertullianus (2) inquit : *Jesus Nave debellantem Amorrahos, prandisse illâ die existinamus, quâ ipsi elementis stationem imperavit?* Stetit sol in Gabaon, et luna in Aialon.... Non fuit dies talis retrò et in novissimo; utique tam prolixus, ut excudiret Deus hominem, etc., scilicet ducem Jesu. Sicut litera S. Hieronymus (3) ita scribit : *Jesus, filius Nave, stationem imperavit solis et lunæ, et medium plus quam unius diei, victoris exercitus protelavit.* Denique S. Augustinus (4) ait : *Nos autem in divinis libris legimus, etiam solem ipsum stetisse, cum hoc à Domino Deo petivisset vir sanctus, Jesus Nave, donec cæptum prælium victoriâ terminaret... Sed ista quoque miracula, quæ meritis sunt concessa Sanctorum, quando credunt isti (gentiles) facta, magicis artibus (5) tribuant. Sed audiamus argumenta adversariorum.**

Opponunt I. Si sol (vel juxta systema Copernicanum terra) ad imperium Josue verè stetisset, prodigium hoc attentum habuisset universum orbem; et tamen nullus profanorum scriptorum vel verbo ejus meminit; ets' eorum haud pauci res multas alias minoris momenti accuratè persecuantur. Resp. : Scriptores profani omnes, quorum notitiam habemus, Josue sunt multò junioris. Nam non est scriptor aliquis gentilis assignabilis, qui sit antiquior aut coævus Moysi et Josue, ut Jam alibi (6) demonstravimus. Et quamvis fortassis ante Moysen fuerint aliqui sapientes seu philosophi gentiles, ii tamen vel nihil scripto posteris reliquerunt, vel certè ipsorum scripta et libri jamdiu interierent. Nec enim gentilium libri, quorum notitiam habemus, quidquam eorum, que ante bellum Trojanum acciderunt, commemorant præter pauca, quæ ipsa ex sacris litteris cum perceperissent alieni à verâ religione homines, sua consupercrunt vanitate. At bello Trojano vestigiæ sunt res à Josue gestæ annis circiter trecentis aut omnino mille, si Theophilo Alexandrinô ad Av-

(1) Homil. 27 in Epistolam ad Hebreos.

(2) L. de Jejunis, cap. 10.

(3) L. 2 contra Jovinianum.

(4) L. 21 de Civitate Dei, cap. 8.

(5) Solemne quippe fuit gentilibus, imò et haereticis miracula sanctorum magicis artibus adscribere, ac nihil divinitatis eis inesse, impie blasphemare. Vid. Michael Medinam lib. 2 de rectâ in Deum Fide, cap. 7.

(6) Vide p. 1. S. Scripturæ contra Incredulos propugnante, sect. 1, quest. 2.

tolycum scribenti credimus, ut Andreas Masius (1) cum aliis ait.

At quæres : Cur posteriores scriptores ethnici Josuanum miraculum ex libro Josue non descriperint, et in scripta sua transtulerint? Resp. : Causam potuisse esse multiplicem, videlicet quia tam stupendum, et aliquot aut etiam multis retrò seculis patratum miraculum non crediderunt, aut quia librum Josue ad manus non habuere, aut denique quia noluerunt rem enarrare in laudem Hebraeorum et religionis Judaicæ, qua idolatriam et idololatras tantoperè detestabatur. Ceterum aliquod vestigium memorati grandis miraculi deprehendimus in perpetuissim Sinenium annalibus, in quibus teste Martino Maritino (2), narratur, quod regnante Yao septimo Sinenium imperatore, *sol diebus decem non occiderit*; cui narrationi miraculum solis ad imperium Josue stantis et apud Sinas quoque visibile occasionem dedisse videtur; quamvis Sinenses illi annalistæ, quemadmodum in aliis (3) faciebant, fabulam admiscerint, et rem exaggerantes, uni dici, quo sol ad imperium Josue stetit, decem dies substituerint.

Oppon. II. Apostolus in Epistolâ ad Hebreos, c. 41, recensens prodigia Testamenti veteris, de isto (nempe de statione solis ad imperium Josue) altum silt; licet hoc unum ex precipuis dicendum esset. Resp. : Silencium hoc magni ponderis foret, si Paulus loc. cit. prodigia Testimenti veteris non aliqua solim, verum omnia percensuisset. Sed tantum summatum nonnulla ibidem attingit, ut consideranti patebit, aliaque non pauca et Moysis, et aliorum miracula prætermittit, quæ tamen in dubium revocari non possunt. Unde Apostoli silentium de miraculo stationis solis ad imperium Josue tam parum probat, id factum non esse, quām parūm unius Evangeliste silentium probat, falsum esse, quod ab altero narratur. Præterea, quamvis Paulus ad Hebreos miraculi illius Josuani non meminerit; tamen illud Ecclesiasticus, cap. 46, v. 5, inter laudes ducis Josue commemorat.

Oppon. III. Hac ratione Josue gloriâ miraculorum superässet Moysem, qui nunquā solem stare fecit; sed hæc sequela admitti nequit, cùm juxta S. Scripturam, Deut. 34, 10 et seq., Moyses gloriâ miraculorum ceteros viros divinos omnes antecelluerit. Resp. : Moyses quidem plura fecit miracula, habuitque majorēm præ alias Prophetis familiaritatē cum Deo, et quod omnia simul spectata, seu quod Prophetastrum doles et munia simul sumpta alias Prophetis anteferrēdus est, ut S. Thomas 22 quest. 174, art. 4, distinctè explicat; nullibi tamen S. Scriptura asserit, quod Prophetastrum nemo tam magna miracula in particulari fecerit. Nam et alii Prophetæ et viri sancti quedam paria et majora patrārunt. Sic Moysem mortuos suscitasse non legimus, quod tamen ab aliis fa-

(1) Comment. in l. Josue 10, 12.

(2) In Sinenis Historiæ, l. 1, p. 25, edit. Monacens. an. 1658.

(3) Vide p. 1. S. Scripturæ contra Incred. propugnat. sect. 1, quest. 4.

ctum est. Equidem Deuter. cit. loc. dicitur : *Non surrexisse ultra Prophetam in Israel, sicut Moyses*, quem nōset Dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, ut faceret in terra Ægypti... magna que mirabilia, quæ fecit Moyses coram universo Israel. Sed hæc solū probant, quod nemine mortalium vel ante vel post, usque ad Christum Dei Filium tam sit familiariter usus Deus, atque Moyse usus est; quod nemo tot et tam terribilia miracula patraverit, quot et quām terribilia ille patravit in Ægypto, et coram universo Israele; non autem, quod nemo majora et admirabiliora fecerit. Quanquam majus non sit solem et lunam sistere, quām mare dividere, et per medium illius, stantibus hinc et inde murorum instar aquis, populum sicco itinere traducere. Nam universim loquendo, in patrando uno prodigio non est major difficultas, quām in altero; omnia enim sequē superant communes naturæ leges. Denique cùm Christus (1) dixerit, eos qui in ipsum crediderint virtute fidei similis facturos miracula his quæ ipse fecit, et his majora; quid mirum, si etiam Josue majus miraculum patraverit, quām Moyses?

Oppon. IV. Si dies tamdiu durässet, ut una fieri quæ duo, Eccli. 46, 5, milites ducis Josue diuturno astui expositi et præliaentes omnibus viribus defecissent. Resp. : Cùm æstus interior exterior prevalet, multa possumus, quæ solitæ vires ferre non possent. Sed et auctas Israelitis vires divinitus reor, ut tamdiu pugnarent. Nos igitur omnem hanc curam, sollicitudinem omnem, quomodo milites Josuani tamdiu pugnare potuerint, Deo remittimus, qui manus populi sui redidit pugnaces, et animos fortis, tantique momenti miraculo socias pro immensâ suâ potentia valuit jungere vires. At

Quæres : Quomodo stare possit veritas illorum Scripturæ verborum, Josue, 10, 14 : *Non fuit antea, nec postea tam longa dies?* Siquidem dies Ezechiae regis 4 Reg. 20, 11, longior fuit, quippe horarum triginta duarum; sol enim retrocessit decem gradibus; decem ergo horæ consumptæ sunt in retrocessione, et totidem in reversione ad priorem locum. Accedit, quod etiam in regionibus polaribus longè diuturnior sit dies, quām fuerit illa tempore Josue. Resp. : Juxta communem interpretationem S. Scripturæ (prout alibi (2) ostendimus) certum non est, quod sol tempore Ezechiae regis sensim regressus sit, et in illa reciprocatione, quā à linea decimâ ad primam revocabatur, decem solidas horas consumperit. Potuit enim, ita volente Deo, uno quasi momento transilire, ac deinde à primâ linæ sensim ad decimam alias horas decem conficeret. Sieque totus ille dies horis viginti duabus fuerit abso-

(1) Christus. Joan. 14, 12, ait: *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet.* Quasi dicat: Qui credit in me ut Filium Patri consubstantiale, hic vi et virtute hujsus fidei similiam miracula et opera divina faciet qualia ego facio, imò majora faciet, quām faciam ego. Ita Timonis cum aliis interpretibus.

(2) De hoc redibit sermo in questionibus in librum 4 Reg.

latus; cum Josuanus minimum virginum quatuor duraverit (1). Addit Natalis Alexander (2), quod in objectis S. Scripturæ verbis neget quidem historicus sacer, ullam diem tam longam vel antea vel postea fuisse, nempe usque ad ea tempora, quibus hac scripsit: at non negat, diem longiorem post sua tempora futuram.

Porrò, quod de longâ diei duratione in regionibus polaribus in objectione dictum est, minimè obstat veritati S. Scripture. Nam et verbum Dei verum est, et assertio mathematicorum de longâ duratione diei prope polos vera est. Verum est, neque fuisse antea, neque postea tam longum diem in regione Gabaonitide, qualis fuit præcipiente miraculum Josue. Sed non extendendum miraculum illud et longitudi diei illa extra Gabaonem ad regiones alias. Verissimum enim est, in regionibus polaribus longiores multò fuisse et futuras dies die illâ, quâ ad imperium Josue sol stetit, et una dies facta est quasi duo; dantur enim sub polo habitantibus dies, non quasi duorum dierum, sed reverâ 182 dierum, et ultra.

Oppon. V. Observaciones astronomicæ omnes fallunt, si tantâ intercapido, ac veluti geminatus ad imperium Josue dies adstruktur. Resp. cum Cl. Usserio (3), et dico: Cum sol et luna simul et cœperint et desierint stare; hæc mora nihil turbat calculos astronomorum. In concentu musico harmonia salva manet, modò voces in signo aliquo concursum quiescent, et post ad suas quaque vox leges symphoniam prosequantur. Perturbatione tunc oritur, si discrepant soni et confundantur, vel calculi concurrentes semper nunc ita repente varient, ut uniri ac componi jam minimè possint. Paucis: Sole et luna ad imperium Josue quiescentibus quiescebant simul et cæstra astra; progressis iterum et illa resumpserunt intermissum cursum.

Oppon. VI. Juxta optimos quoque astronomos et philosophos non sol terram, sed terra solem circumvit; ergo Josue non solem, sed terram alloqui et sistere debuisset. Resp.: Tametsi terra reapsè circa solem moveri ponatur, ut Copernicani volunt; tamen Josue coram rudi exercitu ineptè dixisset: *Sta, terra, sed recte* dixit: *Sol, contra Gabaon ne movearis.* Ipsi cuius astronomi hodierni, utut systema terræ motæ ex animo amplectantur, tamen non modò in sermone vulgari, sed etiam in tabulis et ephemeredibus suis utuntur his et similibus loquendi formulis: *Sol oritur, occidit, meridianum attingit, declinat qd Boreum vel Austrum,* etc., ut minirūm communī hominum usui sese accommodent, receptasque loquendi formulas non deserant. Quantò igitur minus, ait Kleperus celeberrimus mathematicus (4), exigendum erit à Scripturis diuinitus inspiratis, ut repudiata vulgari loquendi consuetudine,

(1) Vide Tirinum, aliosve interpretes Comment. in Josue 10, 14.

(2) Histor. Eccles. tom. 2, in quartam Mundi aetatem dissertat. 13, in fine.

(3) In Annalibus veteris Testamenti, parte 1, aetate 4 ad annum Mundi 3291.

(4) In epist. astron. ad fin. L. I.

verba sua ad scientie naturalis amussim aperienda, abstrusisque et importunis locutionibus, de rebus ultra captum erudiendorum, populum Dei simplicem perturbent, eaque re viam ipsius ad scopum suum longè sublimorem interspiant!

Neque dicas cum Clerico, quod Josue ne quidem in sensu vulgi potuerit dicere: *Sol, contra Gabaon ne movearis*, quia sol in eo jam erat, ut occideret. Nam Josue prælim inierat mane diei ejus; hostes fugarèt, et fugientes itinere aliquot horarum insecessus erat à Gabaone ad usque Bethhoron. Tum autem sol, ut habet v. 13, erat in medio celi, id est, medium cursus sui peregerat, seu non multum ultra meridiem processerat. Igitur Josue hostes ad internectionem deleterus, cum maximam eorum partem adhuc superesse videret, prolongari diem volebat. Stabat autem ad occidentalem plagam Gabaonis, et facie retrò ad urbem conversâ dixit: *Sol, contra Gabaon ne movearis*, h. e., ne contra Gabaon in occasum vergas. Vide Calmet (1). Sed

Inquies: Si terra ad imperium Josue subito stetisset, in tantâ rapiditate motûs propter subitam quietem omnes milites debuissent humili affligi. Resp. 1°: Hæc objecio in systemate Tychoño terra quiescentis cessat, ut patet. 2° Etiam in systemate Copernicano terræ motæ circa solem facilis est responsio. Nam in primis opus non erat, ut terra (quemadmodum objecio supponit) uno velut momento, puncto que temporis sistetur, aut post quietem subito iterum moveri inciperet. Dein, et si hoc uno velut momento fuisset factum, potuit Deus eadem facilitate, quâ fecit stare solem, etiam impeditre prolapsionem militum. Hoc enī era quasi complementum grandis illius miraculi, quo sol ad imperium Josue stetit.

Oppon. VII. Historia hec tota de statione solis et lune ad imperium Josue ex libro, quem vocant *Justorum*, eoque poetico desumpta est, libroque Josue inserta; ut patet ex illis verbis Scripture, Josue 10, 13: *Nonne scriptum est hoc in libro Justorum?* Solleme est autem poetic elata, et hyperbolico stylo loqui. Quare ejus libri seu carminis auctor turgentii hæc phras. *Stetuntque sol et luna,* duntaxat designare voluit, utrumque illud astrum segnissus in occasum ruere eâ die visum esse, sive quod radii utriusque sideris insuetâ quâdam refractione diutius super horizonte emicuerint, etiam post solis occasum, ut apud Lappones contingit, ubi perpetua dies in solsticio aestivali datur, quanquam aliquin sol in Occidente demergitur; sive quod divinâ virtute, seu Angelorum ministerio factum esset, ut micanti aliisque phænomeno solis et lune defectus suppleretur. Ita Clericus, cuius hæc de re opinionem jam supra in prolatione assertionis nostræ confutavimus, quique ecclæm putidissimo velut certum assumit, quod erat maximè probandum, scilicet auctorem *Libri Justorum*, dum de statione solis et lune ad imperium Josue loquitur, voluisse duntaxat hyperbolice et poetice loqui. Nemo

(4) Commentar. in Josue 10, 12.

hunc librum inspexit; mentio illius nonnisi hoc loco, et libro 2 Reg. cap. 1, v. 18, occurrit. Videtur esse (1) Commentarius rerum memorabilium ab Hebrais gestarum, stylo sublimi, vel etiam versibus ligato magnam partem ornatis, sed non idè falsa, aut hyperbolice dicta de statione solis et lune continens. Multa enī in Scripturis sacris, poetice vel per modum carminis originaliter scripta sunt, quin idè solum hyperbolice dicta contineant, ut patet ex variis Canticis, e.g., Moysis, Debore et Barac, Judith, etc., in quibus mirabilis per mare Rubrum transitus, occasio Sisare et Holofernis, et similia non sensu hyperbolico, sed stricto et literaliter scripta et intelligenda sunt.

5. Quæres V: *Quomodo concilientur verba Josue, cap. 11, 21 et 22: « Josue interfecit Enacim..... Non reliqui unum de stirpe Enacim, » cum verbis Judic. cap. 1, v. 20, ubi dicitur: « Caleb delevit ex Hebron tres filios Enacim. Si Josue jam omnes de stirpe Enacim interfecit, quomodo potuit Caleb eorum aliquos delere? Josue quidem interfecit Enacim, nec uni de hac stirpe pepercit, quos videlicet invenit in civitatibus à se captis. Verum quia ipse non omnes civitates cepit, ut Geth, Gazam, et Azotum, haud mirandum quod Caleb quosdam residuos filios Enac postmodum de-*

(1) *Quis sit Liber Justorum, Josue 10, 13, citatus, varie variorum sunt opiniones, quas Sextus Senensis in Catalogo sacrorum librorum, Andreas Masius, Serarius, et Calmet Commentar. in cit. locum L. Josue, accurate recensent. Probabilior opinio est, quod Hebrei veteres in ipsis reipublice sue primordiis summa cura in annales retulerint quidquid earum nationi memoria dignum contingere; hac autem monumenta in tabernaculo servabantur, vel in templo, atque Liber Justorum vel Justi seu Recti (ut in hebreo et arabico textu legitur) appellabantur, quia de recto et recte trahant, h.e., in iustis aequisque rebus docent de summis Dei erga homines beneficiis, et de horum erga illum officiis et ceremoniis; vel etiam quia recta et optimæ fidei atque serie res apud Dei cœtum gestas enarrant, aut quia Israelitici populi facta contineant, quem populum Jeschuron, h.e., rectum, tum Moyses Dent. 52, 15, tum Isaías 44, 2, vocarunt. Porrò non nulli putant Librum bellorum Domini, qui Numer. 21, 4, citatur, eundem esse ac Librum Justorum, vel hunc illius esse partem, quod sat est probabile, quamvis perspicue satis id nequebat demonstrari. Nemo vero miretur, illiusmodi annales seu libros jam nullos superesse. Postquam enim historia sacra, ut nunc habetur, ex illis annalibus sive per Esdram, sive per alias scriptores agiographos seu divinitus inspiratos extracta fuit, levior visa est illorum jactura. Et quis iacet, qui modò Regum historiam et Paralipomena vel facilianter legit, quam multa alia sacrarum rerum scripta monumenta interierint? Talia sunt liber sermonum dierum Juda, 3 Reg. 14, 29; liber verborum dierum regum Israel, ibid. 19; liber verborum dierum Salomonis, 3 Reg. 41, 41; liber Samuelis videntis, 1 Paral. 29, 29; liber Nathan Prophetæ, ibidem; liber Gad videntis, ibid.; liber Ahie Sitonitis, 2 Paral. 9, 29; liber Semeiae Prophetæ, 2 Paral. 12, 45, et plura alia, que non amplius extant saltem integra, vel non sub illis nominibus, sub quibus in sacris literis citantur. Denique, quenam horum scriptorum amissionis seu jacture fuerit causa, an quod gens perrivax Iudeorum tam scipie ob sua scelerata sollem vertere coacta est, an vero divino consilio acciderit, non est praesens loci disputare.*

leverit. Res nimirūm, ut Masius ait, ita contigit: Filii Enac seu gigantes à Josue partim cœsi, partim pulsi sunt ex Hebron, Dabir et Anah, cum ipse illos urbes vicerit percurseret. Pulsi vero ac profugi, qui scilicet Josue manus evaserunt, sese receperēt in Gazam, Geth et Azotum, quæ erant urbes Philistinorum. Unde post mortem Josue viribus resumpsis, majorum suorum sedes, scilicet Hebron, Dabir et Anah recuperarunt, rursūque occuparunt, donec tandem à Caleb et Othoniele funditis fuere deleti. Vide Cornelium à Lap. (1).

6. Quæres VI: *Quomodo liber Josue secum ipso concordet, dum urbem Jerusalem modò tribui Benjamin (2), modò tribui Juda (3) assignat?* Resp.: Ita optimè sibi concordant. Nam tribus Juda et Benjamin secundum Terræ sanctæ partitionem sese contingebant, et urbem Jerusalem dividebat ea linea quæ tribum Juda et Benjamin separabat, siccus Jerosolyma ad utramque hanc tribum spectabat. Superior quidem hujus urbium pars, continens montem Sion, ad tribum Juda, pars autem inferior cum interjacente monte Moria, in quo templum positum erat, ad tribum Benjamin pertinebat. Unde haec urbs in S. Scripturā modò uni, modò alteri ex duabus illis tribubus attribuitur (4).

Neque dicas: Deus subinde in Scripturis dicitur habitasse, templumque fuisse in monte Sion; ergo falsum est quod templum non in monte Sion seu parte urbis superiore, sed in monte Moria seu parte ejusdem inferiore collocatum fuerit. Nam idè Deus in monte Sion habitasse, vel templum in eo fuisse dicitur, quia non rarè mons Sion pro tota urbe Jerosolymitanā per figuram synedoches sumitur; vel etiam quia coequatà à Salomonem voragine Mello (5), quæ inter montem Sion et montem Moria interlacebat, uterque hic mons videri unus mons, et qui major erat (videlicet mons Sion) alteri communicare nomen suum potuit (6).

7. Quæres VII: *Quomodo verba Josue cap. 11, v. 8, 19 et 23: « Ita percussit (Josue) omnes, ut nullas ex eis dimitteret reliquias.... omnes civitates bellando cepit.... Cepit Josue omnem terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, quievitque terra à præliis, » concordent cum cap. 17, v. 12, et cap. 18, v. 2, quibus plurimos adhuc Chananæos, urbes et arces expugnandas superfuisse perhibetur?* Resp.: Josue percussit omnes, qui nempe ipsi resistebant, omnesque civitates expu-

(1) Commentar. in Josue 11, v. 21.

(2) Josue 18, 28: *Et Sela, Eleph, et Jebus, quæ est Jerusalem.... Haec est possessio filiorum Benjamin iuxta familiias suas.*

(3) Josue 15, 4 et 8: *Igitur sors filiorum Juda per cognationes suas ista fuit.... ascenditque per cornualem filii Ennon ex latere Jebusæ ad meridiem, haec est Jerusalem. Similiter Psal. 77, v. 68, mons Sion, qui erat pars Jerosolymæ, attributus tribui Juda his verbis: Sed elegit tribui Juda, montem Sion quem dilexit.*

(4) Vide Tirinum Commentar. in Deuter. 33, 13. Et Josue 18, 28.

(5) Vide interpretes S. Scripturæ Commentar. in 5 Reg. 9, 15.

(6) Vide Bonfrerium Comment. in Dent. 33, 42; Lyranuni in Genes. c. 28; Calmeti Dictionar. Biblic. v^a Mello.

gnavit, quas scilicet bellando adiit, ac omnem terram texit, sed quoad eas partes solùm, quas suis victoriis pertransiit. Ita S. Augustinus (1), et Cornelius à Lapid. (2).

8. Quares VIII : *Quonoddò Josue Israelitas in Sichem congregatos potuerit sistere in conspectu Domini, et ponere lapidem in Sanctuario Domini, Josue 24, 1 et 26; cum Sanctuarium et Arca tunc, Josue 18, 1, non fuerint in Sichem, sed in Silo?* Resp. : Josue tunc Arcam ex Silo transferri fecit in Sichem, ut coram eâ fœdus populi Israeliticum cum Deo sanciret. Causa autem, cur Josue in Sichem potius quam in Silo hoc fœdus renovaverit, fuit, quod Deus per Moysen, Dent. 17, 4, jussicerat in Sichem in monte Hebal (3) sanciri dictum fœdus, repetique primum fœdus iunctum in Siâ, Exod. 19. Atque hoc mandatum divinum Josue jam executus erat, cap. 8, v. 50. Sed cap. 24, paulò ante mortem suam idem fœdus instaurat. Voluit nimirūm Josue ad exemplum magistri sui Moysis (4) legis et fœderis cum Deo repetitione suis Israelitis ultimum valedicere; idque in Sichem, ut ubi Abraham Chananeam ingrediens primum Deo sacrificium obtulit, Gen. 12, 6, 7, designatus est, ibid., ibi posteri ejus, hereditate hâc jam adiit, in Dei legem solemniter jurarent, ibique aeternum religionis et juramenti sui haberent monumentum (5).

SECTIO II.

DE LIBRO JUDICUM.

Liber hic, hebraicè, *Sophim*, id est, *Judicum* inscribitur, quia qui eo tempore apud Israelitas rempublicam gubernarunt, Judices vocabantur; eorumque hic gesta à morte Josue usque ad Heli et Samuelem capitibus 21 recensentur. Auctor libri est incertus. Sunt qui non unum scriptorem hujus libri esse potent, sed plures. Singulos enim judices vel eorum scribas, que cujusque judicis temporibus accidissent, in Commentarios retulisse existimant. Sed verisimilius est, Esdram, vel potius Samuelem, aut alium scriptorem sacrum predicta antiqua judicem diaria et annales collegisse, et in hunc librum scribendo redegitte.

9. Quares I : *Quid nomine *Judicum* hoc in libro intelligatur?* Resp. : *Quid *judex* sit, nemini, qui latianam linguam calleat, ignotum. Sed quia non generatim hic, quid nomine *judicis* intelligatur, sed definitè quinam hoc in libro sint, queritur, dicendum breviter est cum Serario (6) fuisse hos principes, qui *Israeliticum populum* è servitibus et malis, quibus tum premebatur, vindicabant, eumque toto vita tempore postea ex legum prescripto, senatorumque consilis reverunt; ad hoc ipsum non generis aut opum prærogativâ constituti, sed aut mirabiliter à Deo excitati, aut à populo ipso electi et invitati. Omnia vero et singula, quæ hic posui,*

(1) Quæst. 17 in librum Josue.

(2) Commentar. in Josue 12, 23.

(3) Mons Hebal erat propè urbem Sichem, è regione montis Garizim.

(4) In toto Deuteronomio, maximè cap. 32.

(5) Vide Cornel. à Lap. Comment. in Josue 24, 1 et 26.

(6) Comment. in L. *Judicum*, cap. 5, in Paracese-
vastice, quæst. 1.

patchebunt legenti historiam de his judicibus in memorato libro S. Scriptura contentam. Nam 1º dixi eos *principes* fuisse, quia hoc ipso quid judices siebant, principatum in populo tenebant. Dixi 2º *vindicasse populum* è servitibus et malis, quibus vicine gentes Philistini, Moabites, Ammonites, Madianite, etc., Israelitas affligebant, quia hic ferè fuit scopus, à quo judices incepserunt omnes, et cuius causâ hoc ad munus vocabantur. Dixi 3º *toto eos vita tempore populum gubernasse*, ne principatus eorum intelligeretur certo circumscriptus tempore, ut apud Romanos consulatus et dictatura. Dixi 4º, *ex legum prescripto, senatorumque consilio*, ne judices potuerit fuisse reges, aut qui arbitrio sui imperarent domini, de quo plura paulò infra (1). Addidi 5º et postremò initium ac modum, quo haec istis imponebatur functio, perpetuaque dignitas. Fiebat nimirum id interdum *clarè ac palam à Deo*; interdum à populo, qui tamen et ipse à Deo ad hoc movebatur, licet minus perspicue, de quâ re Azor (2).

10. Corollarium I. *Judicium officium* crat *triplex*. Primum fuit, populum Israeliticum è servitu liberare, uti jam dixi. Secundum, bello praesesse; erant enim hi judices quasi belli duces et imperatores. Unde Josephus eos vocat *στρατηγούς*, (3) id est, imperatores. Tertium, propriè judicare, id est, jus populo dicere, eorumque lics justa sententia dirimere, ut fecit Samuel et Ilclii. Unde nonnulli judices, ut Thola, Abejan, Abialon, Abdon, nulla leguntur gessisse bella, sed tantum populo præfuisse et ius dixisse. Nam licet ipsi non haberent absolutum jus necis è vita, reos tamen juxta legem Dei morti adjudicabant et plectebant.

Coroll. II. Cūm judices populum regerent, et populum sanè non minimum (nempe *Israeliticum*), quidni et reges potuerint vocari? presertim, cūm et Josue vocetur in Samaritanorum Chronico (4) *primus Israelitarum rex*, et Aristoteles (5) quintuplicem regis notiōnem, seu quinas regum formas ac species constitutat, quarum prima et quarta in judices, de quibus hic loquimur, congruit optimè. Quia tamen in hujusmodi nomenclationibus præter nudam nominum originatem, considerantur etiam alia quædam hisce nominibus subjecta, ut modus regendi et gubernandi, ac alia, ipseque loquendi et in Scripturâ et in scriptoribus aliis usus, non sunt hi propriè loquendo reges vocandi. Nam nec novas leges condere, nec tributa populo imponere poterant, uti possunt reges, nec diadema et sceptro utebantur, nec satellitio regio cincti erant, nec ungebantur, uti unguntur reges, nec hereditario iure succedebant, ut faciunt filii regum, sed electione Dei vel populi creabantur. Electus tamen per omnem vitam manebat judex, id est, princeps; quare non erat

(1) Num. 10, corollar. II et III.

(2) Parte 2 Int. Moral. lib. 10, c. 2.

(3) Vide Serarium loc. cit., quæst. 5, ubi ait quid judices populi Israeliticum à Josepho Judaro appellentur modò ἀρχόντες, modò ἄρχομένες, interdum etiam στρατηγοί et πολιάρχοι.

(4) Apud Scalig. Isag. p. 218.

(5) L. 3 Polit.

dominus nec propriè rex, sed conservator duntaxat et curator reipublicæ.

Coroll. III. Israeliticae reipublicæ forma tempore judicium monarchica aristocraticæ mixta fuit. Antequam hoc declarem, observo, triplex posse aliquus reipublicæ regimen esse, videlicet democraticum, cùm *ēgōs*, id est, populus, seipsum regit, in quo pluralitas vocum prævalet, remque dubiam definit, uti teste Joanne Hübnero (1) sit apud Helvetos, salem in 6 minoribus pagis, seu (ut vulgo vocantur) *cantonibus* (2). Aristocraticum, in quā *ēpōs*, id est, optimates imperant, uti erant olim Itonæ consules et senatores, ac etiamnum sunt Venetiis, Genue, et alii in locis. Monarchicum, in quo *μέρος*, id est, unus solus imperat, uti monarchæ in regnis suis sunt reges et principes absoluti, ac Cesares. His notionibus præmissis, dico: Judices, de quibus hic loquimur, habuerunt regimen non democraticum, nec aristocraticum, sed monarchicum aristocratico mixtum. Unus enim solus iudex suo tempore prærerat populo. Monarchiam ergo obtinebat, at non regiam regum propriè dictorum, ut jam supra (3) observavimus. Porrò monarchia hec judicium mixta erat aristocraticæ. Nam judices in rebus difficilioribus supremi consilii, quod *Sanhedrim* dicebatur, sententiam exquirere, ejusque decretis stare debabant (4); in ceteris verò legem Dei sequi, ac juxta eam populum gubernare. Unde non tam ipsi, quam Deus Deique lex populum regebat. Hoc est, quod Deus dixit Samuelsi judici, 1 Règ. 8, 7: *Non te abiecerint, sed me, ne regnum super eos*. Et Gedcon, iudex Israel, cùm ipsi ejusque posteris iuxta regum consuetudinem populus summam rerum detulisset his verbis: *Domina nostri tu, et filius tuus, et filius filii tui, quia liberasti nos de manu Madian*, respondit Jud. 8, 23: *Non ego dominabor in vos* (id est, non ero rex), *nec filii mens; sed dominabitur in vos Dominus Deus vester*.

11. Quæres II: Utrum Israelite tempore judicium certum et definitum veræ religionis sistema habuerint? Occasioneum huic questioni præbuit auctor impii libri, *Dieu et les hommes* inscripti, qui teste Cl. Bullet (5) contendit, Israelitas tempore judicium nulli certe religioni fuisse addictos. Id evincere conatur ex illis iudicis Jephé ad regem Ammonitarum verbis, Jud. 11, 24: *Nonne ea, quæ possidet Chamos Deus tuus, tibi jure debentur?* Quæ autem Dominus noster victor obtinuit, in

(1) Im *Staats-Zeitungs- und Conversations-Lexicon* von der Schweiz, Helvetia.

(2) His sex minores pagi seu cantones sunt Uri (latinè *Urtiensis pagus*), Schwitz (*Suitia*), Unterwalden (*pagus Untervaldensis*), Zug (*pagus Tiguriensis*), Glaris (*pagus Glaronensis*), et Appenzell (*Abbatiscella*); reliqui septem cantones majores, nimurum Zürich (*pagus Tigurinus*), Bern (*Berna*, vel *pagus Bernensis*), Luzern (*Lucerna*, vel *pagus Lucernensis*), Solothurn (*Solodurum*, vel *pagus Solodurius*), Schafhausen, (*Schafthusia*, vel *Schaphusia*, aut *pagus Schaphusius*), Basel (*pagus*, vel *tractus Basileensis*), Freyburg (*Friburgum*, vel *pagus Friburgensis*), teste eodem Hübnero reguntur regime aristocratico, aliquantum tamen admixta democratica.

(3) Immediate corollario II.

(4) Vide Cornelium à Lap. *Praefat.* in *librum Judicium*.

(5) Réponses critiques, tom. 2, num. 29.

nostram cedent possessionem? Quasi diceret: Tu occupas regiones illas, quas Deus tuus Chamos tibi dedit; ergo pari jure nos Israelite occupamus terram, quam pro nobis pugnans victor Dominus Deus noster nobis dedit. Ex quo memorati impii libri auctor infert, Israelitas illo tempore in opinione fuisse, quod Chamos sit verus Deus, et credidisse quemlibet populum habere suum peculiarem Deum, ac proin illos tunc nondum certum religionis sistema de uno veroque Deo colendo habuisse. Sed quicunque Pentateuchum Moysis, et librum Josue vel obiter lustrarit, huic ad oculum patebit, Israelitas jam tempore Moysis et Josue, adeoque multò magis tempore subsequentium judicium certum ac definitum de uno vero Deo colendo habuisse religionis sistema. Numquid enim Israelitarum religio, modusque colendi unum verum Deum jam in deserto, cum ad montem Sinai morarentur, formata est? Exod. 20 et seq. Numquid fædus inter Deum et populum Israel jam tum sancitum est, oblatis etiam Domino sacrificiis, federisque sanguine in populum resperso (1)? Numquid vivente adhuc Moysi Israelitis à Deo prohibita est gentium societas et idolatria, dataque præcepta de primogenitiis, sabbato, azymis, ceterisque festis celebrandis, ibid. 34, 12, 11? Numquid jam tum ex jussu divino formatum est tabernaculum, arca, propitiatorium, Cherubim, mensa, candelabrum, lucerne, altare thymiamatis, altare holocaustorum, etc., item pontificalia, sacerdotaliaque confecta ornamenta, totumque Moysi à Deo inunctum opus, et apparatus ad religionem Mosaicam exercendam perfectum, ibid. c. 36 et seq.? Numquid, quando tabernaculum erectum et consecratum est, operuit nubes tabernaculum testimonii, et gloria Domini implevit illud, nec poterat Moyses ingredi tectum fædis, nube operiente omnia, et majestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat, ibid. 40? Quis ergo sans mentis homo negare ausit, Israelitas jam tempore Moysis (adeoque multò magis tempore judicium) habuisse certum ac definitum religionis nimurum Mosaicæ sistema, Deumque unum ac verum adorasse? Præterea, numquid Josue senex, jamque moribundus exhortatus est filios Israel ad servanda Dei præcepta, et cavendam societatem cum gentibus? Numquid servivit Israel Domino cunctis diebus... seniorum qui longo vixerint tempore post Josue, et qui noverunt omnia opera Domini, quæ fecerat in Israel, Jos. 24, 20? Quis

(1) Exod. 24, 3, 9, ubi ita legimus: *Venit ergo Moyses, et narravit plebi omnia verba Domini, atque iudicia; responditque omnis populus una voce: Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus. Scriptor autem Moyses universos sermones Domini; et manu consurgens edificavit altare Domino ad radices montis, et duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Misitque juvenes de filiis Israel, et obtulerunt holocausta, immolaveruntque victimas pacificas Domino, vitulos duodecim. Tulit itaque Moyses dimidiatum partem sanguinis, et misit in crateras; partem autem residuum fudit super altare. Assumensque volumen fæderis, legit audiende populo, qui dixerunt: Omnia, quæ locutus est Dominus, faciemus, et erimus obedientes. Ille verò sumptum sanguinem respersit in populum, et ait: Hic est sanguis fæderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.*

ergo, repeto, sanæ mentis homo dicet, aut sibi persuadet, Israelitas tempore judicum habuisse religionem informem, nullamque certum religionis sistema de Deo uno et vero tenuisse?

Equidem verum est, quod pars Israelitarum in deterso in idolatriam prolapsa sit; sed particulares impiorum prævaricationes non tollant publicum veræ religionis exercitium. Similiter verum quidem est, quod tempore intermedio inter mortem Josue et seniorum, ac institutionem regum hebreorum, id est, tempore judicum, Israelite scepis ad idolorum cultum defecerint, sed pœnitentes iterum ad Deum verum hujusque cultum rediisse, non uno in loco (1) legimus. Numquid similes prævaricationes Judæi ædificato jam templo communiserunt? Quis ideò dicere ausit, religionem Judæorum tunc adhuc informem fuisse, eosque nullum certum ac definitum religionis sistema habuisse, cùm tamen sciat quantâ solemnitate sacræ ceremoniæ, cultusque Dei in magnifico illo ædificio quotidie exercita fuerint?

42. At inquies cum auctore supra memorati impi libri: Si Hebrei tempore judicum tantum unicum Deum, qui universum mundum considerit, agnovere, qui potuit Jephite, Jud. 4, 24, per suos ad regem Ammonitarum nuntios Deum Chamos cum Deo Israelitarum comparare: *Nonne ea quæ possidet Chamos Deus tuus, etc?* Ut hæc quæstio apparetur difficulter solvatur, et penitus dilucidetur, meminisse oportet quâ occasione et ad quos Jephite hæc locutus sit. Rex Ammonitarum ab Israelitis certum terræ tractum, qui aliquando ad Ammonitas pertinebat, sibi restitu possebat. Qualibet autem vicinarum gentium peculiarem Deum suum colebat, cuius auxilio ac protectione distinctionem suam se possidere existimabat. Porrò Israelite ab Ammonitis oppressi et affecti clamabant ad Dominum pœnitentes, et omnia idola de finibus suis proiecserunt, Jud. cap. 10, ac proin tunc longè aberant, ut Chamos crederent esse Deum; nihilominus Jephite Israelitarum princeps et iudex, ut Ammonitarum falsa præjudicia in suum suorumque communodium verteret, ac arguimento (ut scholæ loquuntur) *ad hominem* ostenderet, quâm iniquum sit illorum postulatum, ab Israelitis terram, quam hi Deo Israelitis dante occuparunt, reponcentium, ita contra regem Ammonitarum à simili argumentatur: Tu occupas regiones illas, quas Deus tuus Chamos tibi dedit; ergo pari jure nos occupamus terram, quam pro nobis pugnans vicerit Deus noster nobis dedit. Antecedens non absolutè asseritur aut conceditur, sed per quamdam solummodo permissionem et ex Ammonitarum tantummodo sententiâ loquitur, quasi dicere: Quæ tibi tuus, quemadmodum tu quidem putas, dedit Chamos, ea judicas justè te

(1) Jud. 5, 9, 6, 7 et 10, ubi v. 10, 15 et 16, ita legimus: *Et clamantes (Israelite) ad Dominum, dixerunt: Peccavimus tibi, quia dereliquerimus Dominum Deum nostrum, et servivimus Baalim... Dizeruntque filii Israel ad Dominum: Peccavimus; redde tu nobis, quidquid tibi placet; tantum nunc libera nos. Quæ dicentes, omnia de finibus suis aliorum Deorum idola proiecserunt, et servierunt Domino Deo, qui doluit super miseriis eorum.*

possidere; ergo de iis, quæ à nostro nobis data sunt Deo, similiter à te judicandum est. Ita Cornelius à Lap. cum aliis. Sed

43. Instat memoratus auctor, et ait: Jud. 4, 19, *Adonai (i. e., Dominus) montana possedit; nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.* Ergo Deus Israelis tunc juxta persuasionem Judæorum tantum erat Deus presidens montibus, non autem vallibus: sicut vicinarum gentium dii (Chamos, Moloch, Beelphegor, Astaroth, etc.), tantum ad certum quilibet territorium, sum extendere dominatum credebantur. Resp.: Allatus textus manifestè corruptus est. Genuinus enim sic sonat: *Fuitque Dominus cum Iuda, et montana possedit; nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.* Ex quibus verbis patet, quod dictus auctor illud, quod S. Scriptura de Iuda dicit (videat quod non potuerit delere habitatores vallis), impiæ sacri textū corruptione Deo Israelis attribuat, quasi hujus dominium duntaxat ad loca montana, nequaquam autem ad valles sese extenderet.

Dixi: Impiæ sacri textū corruptione. Manifestum enim est, quod is qui non potuit delere habitatores vallis, ille ipse sit qui montana possedit: sed hic fuit Judas, juvante Adonal, seu Domino Deo Israelis. Semper enim genuinus sacri textū est: *Judas (i. e., tribus Iuda) auxiliante Domino montana obtinuit; nec potuit delere habitatores vallis, etc.* Id patet ex toto contextu Jud. 4, 18, et 19, qui ita habet: *Cepitque Judas Gazam cum finibus suis, et Ascalonem, atque Accaron cum terminis suis. Fuitque Dominus cum Iuda, et montana possedit (nempe Judas); nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.* Adhuc clarius ostendit Paraphrasis chaldaicae (vide Polyglotta Biblia Card. Ximenii) hunc locum Scriptura exprimens his verbis: *Et subegit Jehuda Chazam et terminum ejus, et Askalon et terminum ejus, et Chebron et terminum ejus. Et fuit verbum Domini in auxilium domis Iehuda, et extirpaverunt habitatores montis; post sic (quid peccarunt) non potuerunt ad extirpandum habitatores planitiæ; nam currus ferri illis.*

44. Verum opponit teste Gl. Bullet alias incredulus, vel potius idem auctor paulò supra memoratus, sed alia larvâ tectus, ac ait: Valde mirabile est quod Judas auxilio Domini munitus non potuerit delere habitatores vallis. — Resp.: Volenti Domino et adjuvantи nullis utique currus, nullas aut falces, aut ferratas espides posse obsistere, ideoque duplèciter hic expositionem esse, quarum qualibet solvenda objecta apparenti difficultati sufficit. Una Cajetani, qui ex non exterminatione habitatorum vallis colligit, Judæis ad exterminandos hostes in valle habitantes auxilium divinum defuisse. *Divina, inquit, providentia fert opem secundum mensuram sue dispositionis, et propterea utrumque dicit Scriptura, et quod fuit Jehovah cum Iudda (ad montana obtinenda), et quod non fuit cum eo ad expellendos habitatores vallis. Non enim hebraicè scribitur: «Et non poluerunt, sed: Et fuit Jehovah cum Iudda, et haereditavit montem, quod non ad excellendum.*

« habitatores vallis, » hoc est, fuit Jehovah cum Iudà ad hoc, ut possidere montem, ita quòd non ad expellendum habitatores vallis. Altera expositiō est S. Augustini, fuisse Dominum cum Iudà tam ad expellendum montanos, quām ad expellendos in valle habitantes Chananeos. Et hoc magis congruerit videtur sacro textui, quānquam verbis potius quām re expositiones hae duas discrepant. Cū enim nobis omniibus presens adsit semper Deus, quando præcipue dicitur esse cum aliquo, ea ejus presentia intelligenda est secundūm effectum aliquem. Effectus verò hic vel est opitulatio ad finem aliquem, verbi causā, victoriā, vel à finis ejusdem adēptione impeditio. Utrumque siquidem bonum; et licet sc̄pē ignoremus hoc bonum, novit tamen divina sapientia. Cum Iudeis igitur fuit Dominus ad montana obtinenda, et cum iisdem fuit ad impediri, ne vallem hostium tum obtinerent. Impediti verò illos, vel solā sui auxiliī privatione, ut Cajetanus supra citatus censem, vel tam auxiliī privatione, quām rei aliecujs effectione, s̄t aut metum terremque iis injecti Dominus, aut si eos considerare fecit ingens hostium robur, terribiles quadrigas, formidabilem bellī totius apparatum; unde metum ipsi ac pavorem conciperent, seque adversus illa nimium quām infirmos ac debiles putarent.

Sed quares ulteriū : *Car Deus Iudeos ad obtinendam hostium vallem non adiuvit, eosque siuit perterriti, aut terrem iisdem injecti?* — Resp. : Chaldeus Paraphrastes, cuius verba supra ad finem numeri 13 recitavimus, id generatim propter peccata qua in Iudeis tunc erant, factum tradit, dicens : *quod peccarunt*. Et specialiter hoc peccatorum genus putat Arias Montanus fuisse diffidentiam in Deum, et ignaviam. Sed D. Augustinus, quæst. 5. in librum Judicūm, existimat id factum propter futura potius avertenda Iudeorum peccata, bonumque horum aliquod efficiendum, ut modestiæ nimirū quedam occasio Iudeis ipsis relinqueretur; et ut in tot tantisque rebus secundis aliiquid, quod utiliter pertimescerent, superesset. *Quis*, ait, non intelligat, etiam hoc ipsum ad id pertinuisse, quod erat Dominus cum Iudà, ne totum repente obtinendo extolleretur? Et postea : *Car autem tinuerit, cum quo Dominus erat, si queritur, hoc est, quod prudenter intelligentium est, restringere Deum propitiū etiam in cordibus suorum nivis prosperitatis excessus, ut in usum eorum convertat inimicos, non solum quando vincuntur inimici, sed etiam quando metuuntur. Illud ad commendandam largitatem suam; illud (istud) ad eorum reprehendendam elationem.*

Tertia expositiō (quam Cl. Bullet amplectitur) negat suppositionem, quòd in objecto textu Jud. 1, 19, haec verba : *Nec potuit delere habitatores vallis, impotentiam significant, prout objectio supponit; sed verba illa, inquit Bulletus, intelligi possunt, perinde ac si legeretur : Judas (i. e., Iudei) notuit delere habitatores vallis. Nam non posse sc̄pē idem significare, ac nolle, constat non solum ex idiotismis variariorum linguarum, sed etiam ex non uno S. Scriptura loco, e. g., Gen. 32, 25; Gen. 57, 4; Marci 6, 5. Nihilominus nos, re-*

licta hāc tertia expositione, inhāremus prime et secunda expositioni, tanquam magis conformib⁹ menti S. Scripture.

15. Denique instat incredulus auctor, de quo ad initium numeri 13 mentionem fecimus, ac ironiè ait, *se nolle inquirere, an habitatores montosæ illius regionis falcatos currus labere potuerint, cū non alia junesta, quām asinos haberint.* Prorsus ineptum est hoc hominis increduli argumentum, quasi verò in montanis regionibus Chananeorum non etiam hinc inde date fuerint sat magnæ planities, et prater asinos equi, qui falcatos currus trahere potuerint. Numquid in Helvetiā, Tyroli, aliosque montanis regionibus prater asinos et mulos etiam equi, et prater montes hinc inde spatiōse planities dantur? Numquid de Palestiniā quantumvis montosæ idipsum dici potest? Nunquid Deut. cap. 11, cū dux Josue regem Jabin cum aliis plurimi regibus vicisset, jussu Dei equos eorum subnervavit, currusque combussit igni? Numquid idem Josue cepit omnem terram montanam et meridianam, terranque Gosen, et planitiam? etc. Josue 11, 16. Numquid 3 Reg. 4, 26, habebat Salomon quadriga mīlia præsepiæ equorum currīlum, et duodecim mīlia equestrīum? Ad quid tot equi et currus, si in montosæ regione Palestiniæ nullus equorum et curruum usus fuit?

16. Queres III : *Quo sensu, Jud. 1, 8, Jerusalem datur ab Israelitis capta et tota exusta; cū tamen diu postea, 2 Reg. cap. 5, David eam, pulsis Jebusitis, priuū expugnārit?* — Resp. : Jerusalem quidem iamdiu erat capta et exusta; prout in lib. Judicūm loc. cit. narratur his verbis : *Oppugnantes ergo filii Juda Jerusalem, ceverunt eam, et percasserunt in ore gladii, tridentes cunctam incedio civitatem.* Séd hoc intelligentium est solum de inferiore parte civitatis Jerosolymæ. Num superiore partem, que erat arx Sion munissima, Israelite nunquam (1) Jebusitis extorquere poterant, donec David tandem eam expugnavit; quā occasione Joab insigne specimen fortitudinis edidit, 1 Paral. 11, 6. Porri pars haec superior civitatis ad tribum Juda, pars verò inferior ad tribum Benjamin pertinebat.

At inquires : *Juxta modò dicta pars inferior civitatis à filiis Juda seu à tribu Juda expugnata est; ergo videtur pertinuisse ad tribum Juda et non tribum Benjamin.* — Respondeo : *Cone. ant., neg. cons.* Quamvis enim pars inferior Jerosolymæ ad tribum Benjamin pertinuerit, tamen à filiis Juda expugnata est, quia Benjamita viribus suis disidentes, eam expugnandam tradiderunt Iudeis. Vide hāc de re Cornelium à Lap. (2).

17. Queres IV : *Car tribus Dan, Jud. 18, 4, quæserit possessionem sibi, ut habitaret in eā; et si jam ante, Josue 19, 40, unā cum aliis tribub⁹ partem suam accepit?* — Resp. : Licit Danite jam prius ad instar aliarum tribuum suam in Palestiniā sortem acceperint, magnam tamen illius sortis partem Amorrhæi

(1) Vide Jud. 1, 21. Item Josue 15, 62

(2) Commentarij. in L. Jud. 1, 8.

adhuc occupabant (1); postea vero Danite sortem quærebant ampliorem, et tantæ sue multitudinis sat capacem (2).

18. Quares V: *An verisimilia sint, quæ de prælio, quod Barak comitante Debora iniit cum Sisarà, belliduce Jabin, regis Chanaan, in libro Judicum cap. 4 narrantur?* Huic questioni ansam præbet *Encyclopediæ*, cuius falsitates titulo *Barak* propositas refutare, religionem christianam defendere est. Itaque auctor *Encyclopediæ*, loc. cit., prout Cl. Bullet (3) testatur, ita disserit: *Nolumus inquirere, inquit, quâ die ad montem Thabor in Galilæa Debora (scilicet Barak jussu Debora) prælium inierit cum Sisarà, qui trecenta milia peditum, decem milia equitum, et tria milia falconum curruum, si Josepho (4) credimus, in aciem eduxit.*

Nos hæc in re Josephum non defendimus, ut ipso apparatum bellicum Jabin regis Chanaanorum cit. loc. ultra modum exaggerat, prout Calmet (5) aliquique observant. Scriptura enim duntaxat 900 falcatos currus (6) regi Jabin attribuit: numerum autem ipsius milium ne quidem designat. E contrario Josephus ait, regem Jabin habuisse 3000 currus falcatos, 300000 pedites, et 10000 equites. Sed auctor *Encyclopediæ*

19. Instat I, et ait: *Ad radicem montis Thabor prope torrentem Cison hoc prælium fuit commissum..... At inter hunc montem et vicinas rupes exigua planities sili-cibus obsoita invenitur, quo hæc ipsa de causâ bellicis exercitationibus, equitum præcipue, impedimento erat. Extenditur autem hæc planities solum ad quadrungentos aut quingentos passus. Profectio haud verisimile est Sisaram in loco tam angusto sua trecenta milia virorum in aciem disposuisse. Adde etiam, quid sua tria ratiæ curruum falconum ibi difficulter circumagi potuerint.*

Dico: Adversarius allatis verbis locum prælio destinatum talem delineat, qualem instituto suo perficiendo aptissimum credit, ut nimirum S. Scripturam apertè falsitatem convincat; ut ipso quæ ingens prælium commissum fuisse narret in loco, ubi vix duæ legiones consistere potuerint. Verum quâm aptè illa loci descriptio quadrat ad impium dicti auctioris propositum, tam procul à vero abest. Audiamus hæc de re oculatos testes. *Mons Thabor*, inquit Morison (7), à *Deo in celebri illâ planitiæ Galilææ positus est, quam Scriptura magnum campum Esdrelon aut Maggedo appellat. Similiter Maundrell (8) ait: *Thabor est mons sublimis, rotundus et amarus, qui solus in aspectabilis planitiæ Galilææ positus est... Ex vertice hujus montis pulcherrimus prospectus patet, qui difficultatem, quæ in**

(1) Vide *Judic.* 4, 34.

(2) Vide Calmet, aliosve interpretes *Commentari.* in *Jud.* 4, 1.

(3) Réponses critiques, tom. 2, num. 30, v° *Barak.*

(4) L. 3 Antiq. Judaic. c. 6, ubi ita scribit: *Israelite vero... imperio Jabini Chanaanorum regis subjungi sunt. Is... peditum alebat milia trecenta, equitum decem, præterea currus bellicos habebat ter mille. His co-vis prefecitus Sisaras, etc.*

(5) *Commentari.* in *Jud.* 4, v. 15.

(6) *Jud.* 4, v. 3 et 15.

(7) *Voyage de Jérusalem*, pag. 209.

(8) *Voyage d'Alep*, pag. 190, 191.

*ascensione hujus montis superanda est, abunaæ compen-sat... Circum circa conspicuntur amplæ et anænaæ planities, magni campi Esdrelon et Galilææ, quæ ob oculos ponunt varia loca, ubi Filius Dei miracula patravit. Eodem modo loquitur P. Naud (1). Campus Esdrelon, inquit, est una pulcherrimarum, maximè fertilium, et amplissimarum planitierum, quas unquam vidi. Haud dissimile testimonium de monte Thabor jam olim perhibuit S. Hieronymus, qui magnam vitæ sue partem in Palestinâ consumpsit. Ejus verba (2) sunt: *Est autem Thabor mons in Galilæa, situs in campestribus (3) rotundus atque sublimis, et ex omni parte finitus aequaliter. Tot testibus adjungimus duos alios non qui dem oculatos testes, atamen ob vastam suam in rebus S. Scripturar historicis et geographicis eruditio-nem celeberrimos, idèque fide omnino dignos. Primus est Adrichomius, qui in *Theatro Terræ Sanctæ* (4) campum magnum Esdrelon, in cuius medio mons Thabor teste Calmeto (5) situs est, his verbis describit: *Campus magnus, qui et campus Maggedo, et campus Es-drelon et planities Galilææ (est)... adeò rebus omnibus afflit, ut qui suis oculis aliquando conspexerunt, affir-mant sese nihil unquam perfectius, et in quod natura æquæ omnia sua contulisset, aspergitiss. In hoc campo Josias, rex Juda, a sagittaris Nechao regis Ægypti vul-neratus, interiit; et in his Sisara, et omnis exercitus ejus, Barac vincente, prostratus est. Alter est eruditiss. Calmet, qui in Dictionario suo Biblico (6) de monte Thabor et magno campo Esdrelon eadem testatur.***

Caterium idem celeberrimus interpres S. Scripturæ distinctè explicat (7) modum, quo Barac Sisaram vicerit. Descendit nimirum Barac cum suis decem milibus pugnatorum de monte Thabor, quem prius occupaverat, et repentinum impetum in Sisaram fecit, qui ad torrentem Cison (8) in vastâ planicie copias

(1) *Voyage de la Terre Sainte*, pag. 620.

(2) *Comment.* in *Osee*, cap. 5.

(3) Campestria vocantur magna planities. Ubi notandum est quod duplex sit *Magnus Campus*, quo nomine ab historicis et geographicis duas Palestinae valles satis ample appellantur. Haruna altera à Tiberiade ad Segor 1200 stadiorum spatio in longitudinem, ac 420 in latitudine protenditur. Altera vero ab oriente in occidente a Scythopoli ad Legionem usque longitudine ferè 73 milliarum producitur. Atque haec vallis (de quæ etiam in presenti questione de prælio Baraki cum Sisara commiso sermo est) ab iis urbibus, quas ambitu suo continet, *Campus Esdrelon*, *Legionis*, vel *Israël* subinde appellatur. Vide Calmeti Dictionarium Biblicum, verbo: *Campus*.

(4) De tribu Issachar num. 18, *Campus Magnus*, etc.

(5) In Dictionario suo Biblico, verbo *Thabor*.

(6) Ibidem. Item verbo *Barac*, *Sisara*, *Campus*.

(7) *Comment.* in *Jud.* 4, 7, 9, 15.

(8) Torrens Cison, qui alijs *Cisson*, hebreicè autem *Chison* dicuntur, ex pede montis Thabor securit, et medianæ planitiæ campi latissimi intersecat ad montis ejusdem meridiem; hic Sisara copias suas in aciem explicit, cum curribus suis; Barak vero è montis vertice per præcipites anfractus et rupes cum decem bellatorum milibus descendens in ipsum im-petum fecit, sicutque dans se suosque prælii periculo, se cum suis videbatur præcipitare in vallem, et profundam exiti septerique fossam; quemadmodum *Jud.* 5, 15, narratur: *Qui quasi in præcepis, ac barathrum se discriminavit dedit.*

suis in aciem explicuit, cum curribus suis : cùmque simul Dominus Sisaram, omnemque hujus multitudinem ad conspectum Barac perterruiisset, ille cum omni suo exercitu in fugam effusus est. Tota haec narratio desumpta est ex Jud. c. 4, v. 6, 7, 12, 13, 14, 15 et 16. Item c. 5, v. 13, 20, 21 et 22. Sed redeamus ad scriptorem *Encyclopediæ*. Is

20. Instat II., et ironicè ita pergit : *Jabin, qui erat rex alicuius vici nomine Azor, plures habebat milites quam Turcarum sultanus. Miserez nos ipsius summi ducis Sisaræ, qui prælio victus... quadrijugo currus desiliens, pedibus fugit, ut scilicet celerius aufugere posset. A sancta quidam muliere Iudaæ hospito recipi flagitavit, quæ ei lac potandum præbuit, et eundem dormientem clavo per tempora adacto interfecit.*

Resp. et quero ex *Encyclopediâ*, ubinam S. Scriptura dicat, Jabinum regem plures habuisse milites quam Turcarum sultanus? Nam assertum Josephi Jud. hic in re non defendimus, ut jam supra num. 18 à nobis observatum est. Cæterum Jabinum regem ingentem habuisse exercitum, extra dubium est; quamvis S. Scriptura numerum militum ejus explicitè non exprimat, sed tantum dicat, ipsum habuisse nongentos currus falcatos, et multitudinem exercitus (1). Prorsus autem impudenter et sine omni solidio fundamento Azor (alio nomine Asor, *Asor, Asorum, Heser, etc.*) ab *Encyclopediâ* vocatur vicus; cum tamen antiquissimus scriptor libri Josue eam appellet *urbem nuntiassimam* (2), eaque antiquitus totius regionis Chanaan metropolis et caput fuerit (3), atque inter omnia Chanaæorum regna tenuerit principatum. In quâ habitavit potens ille rex Jabin (alias à Jabino rege, de quo in presente questione loquimur), qui cum pluribus aliis regibus (4) innumerabilem hominum multitudinem, quæ arenam maris aquæ videbatur, contra Josue eduxit, ac eum eo ad aquas Meron pugnavit. Quibus devictis Josue primariam illam ac munitissimam civitatem Asor mox cepit, eamque rege et incolis illius trucidatis, flammâ consumpsit (5). Quam cùm postea Chananei restaurassent, alias Chanaæorum rex et ipse Jabin dictus (de quo in praesenti questione sermo est) in ea regnavit (6). Hic Israelitas ob idolatriam justo Dei iudicio, suo subjugavit imperio, et subjugatos viginti annis videnter opprescit. Quibus evolutis Deus Opt. Max., ut resipiscentes Israelitas à tam gravi jugo Chananei regis liberaret, ejus militie ducem Sisaram ad montem Thabor à Debora propheticè et Barac vinci et fugari curavit. Porrò commemorat Scriptura (7), civitatem illam Asor etiam à Telaphalasar, Assyriorum rege, captam esse. Jam verò,

(1) Jud. 4, 3, 13, 15 et 16.

(2) Josue, 11, 13.

(3) Josue 10, ubi expressè dicitur : « Asor enim antiquitus inter omnia regna haec principatum tenebat. »

(4) Ibid. 4.

(5) Ibid. 10 et 11.

(6) Jud. 4, 2 et seqq.

(7) Reg. 15, 29, in quem locum Calmet ita commentatur : *Asor vetus civitas ac celebris, quæ ante Josue primi sibi vindicabat locum inter urbes Galilææ.*

g. s. iv.

cùm scriptores antiquissimi (nimirūm Josue, vel quiscumque est auctor libri Josue; item scriptores libri *Judicium*, et libri quarti *Regum*), quorum sætæ vetus illa et celebris in Galilæa urbs Asor (1) existebat, talia de hac urbe scripserint, quis satis miretur proterviam et impietatem supra memorati *Encyclopediæ*, qui ter mille annis post laudatos illos vetustissimos scriptores sacros negare audet, Asorum fuisse urbem et id solummodo vicum (een Dorp appellat); hocque facit sine probatione, sine documento, sine ullâ alia ratione, nisi ut S. Scripturæ contradicat. Daturne in republicâ Doctorum simile exemplum?

21. Dùm autem idem adversarius Scripturam irridet, quod Sisaram narret currus desiliisse, ac pedibus fugisse, quasi verò quis pedibus celerius, quam currus et equis sese in fugam dare posset, dico, ex triplici causa hanc Scripturæ narrationem etiam infidelibus omnino verisimile reddi posse. Nam 1° benè obseruat Arias Montanus (2) : *Sisara fugam quærebatur, idque pedes, quod faciliter et sese expedire, et, si evadendi opportunitatem nancisceretur, latitare posset; ratus hoc pacto hostem fallendum, currus nimirūm, qui certis insignibus notabilis esset, in aliam; se verò in aliam usque partem fugiente, atque in sequentis currum hostis impetu declinante, ita ut qui currum fugientem viderent, ducem in curru quoque esse existimarent, atque ita quidem ille Barakum effugeret.* 2° Fors equi currus, quo Sisara vehebatur, in tantâ perturbatione et effusâ totius exercitus fugâ suêre consternata, et eversionem ac ruinam tam currus, quam in eo sedentis minitabantur. Certè id Sisara meritò timere poterat, præsertim quia, teste Scripturâ sacrâ, Jud. 4, 15, Deus ipse perterritus Sisaram, et omnes currus ejus, universaque multitudinem in ore gladii, ad conspectum Barac, etc. Evidet Josephus (cui hac in re interpres fidem non denegant), et testatur (3), in Chananeos vehementem è cœlo demissam fuisse tempestatem, grandinem, pluviam, quæ omnia, cùm in faciem Chanaæorum, et in capita equorum quadrigam Sisare trahentium vento ferrentur, quid mirum, hæc animalia fuisse consternata, ducemque coegisse, ut currus desiliret, et in pedibus salutem quereret. 3° Etiamsi daremus, imprudens et inconsultum tunc fuisse, relicto curru pedibus

(1) Hic notandum, quod teste Calmeto non una fuit hujus nominis Asor civitas, prout idem interpres Comment. in Josue 15, 25, observat. Sic etiam erat *Asor nova*, Josue 15, 25, ita dicta, ut à veteri Asor urbe, ubi olim Jabin rex Chanaan imperitat, distinguatur. Erat autem Asor nova ad Ascalonis orientem posita, ad camique spectabat. Vide Calmetum, loc. cit.

(2) Commentar. in Jud. 4, 15.

(3) L. 5 Antiq. Judaic. c. 6, ubi ita ait : *Itaque commissâ pugnâ velenens imber mixtus grandine supervenit, quem venitus in adversos Chanaæorum vultus ingens, et prospectus adimens, iniutiles eorum jaculatori ac funditores reddidit. Israelitas verò tempestate tergo imminens non solùm minus offendebat, sed alacriores etiam faciebat, manifestario Dei præsentis ac faventis signo accensos.* Porrò, quamvis de hac tempestate nihil explicitè legamus in Scripturâ, potuit tamen Josephus hanc relationem ex veterum traditione hancisse.

fugere, neutquam tamen sequeceretur Scripturam falsum narrasse, sed solummodo, Sisaram vehementi terrore perculsum inconsultè egisse. Quis enim nescit, subitis terroribus usum rationis turbari, itisque non rarò homines in illud ipsum periculum aut exitium, quod vitare volunt, præcipitari? D. du Bellay in suis adversariis luculentia eâ de re exempla in medium profert, quæ Cl. Bullet (1) adductis propriis auctoris illius verbis recitat. *Cum imperii marescallus de Bourbon*, inquit D. du Bellay, l. 3, *Roman obsidet, singularis casus accidit; nam, cum aliquis signifer apud collapsum quendam murum excubias ageret, et marescallum de Bourbon cum aliquot militibus, situm loci explorantem, per vineas adventare cerneret, ita perterritus est, ut putans, se versus urbem retrogradis, rectâ antorsum per ruinas murorum progrederetur, vexillum manu tenens...* Cum verò trecentis ferè passibus ita extra urbem processisset, et in castris hostilibus bellicum audiret, repente agnovit errorem suum, et instar hominis ex alto sopore vigilantis eidem viâ, quâ egressus est, ad urbem regrediebatur, ac per eundem ruinaram hiatum, per quem egressus erat, se iterum recepit. Simile exemplum idem scriptor alibi, L. 1, refert hunc in modum: *Dux Yville*, inquit, *propugnaculam ad portam urbis Dourlens (2) positum defendendum suscepit... Ejusdem ducis signifer, vir ceteroqui strenuus et expertus, cum in propugnaculo, vexillum manu tenens, staret, et hostem incursionem facurum appropinquare cerneret, ita perterritus est, ut, cum in urbem se recipere vellet, per aperturam explodendo tormento bellico paratum penetravit, et cum vexillo in manu directe ad hostem properavit, à quo occisus est. Jam iterum ex adversario quero, mirumne, aut omnino incredibile fore, si Sisara ingenti terrore perculsus, præposteriorum fuga medium arripuisse; quamvis fugam illius pedibus quæsitam, ineptum in illis circumstantiis fugiendi medium fuisse, nunquam concesserim; ut ex supra dictis (3) patet. Id solum cum Calmeto (4) adhuc observo, quod etiam apud Homerum, Iliad. 5, Trojanus quidam miles terrore captus de curru desilierit, ut è Diomedis manu dilabetur; quod ipsum aliud fecit, ut Achillem figeret, ibid. 20. Nimirum ipsorum equi non eâ, quâ optabant, celeritate ferebantur.*

22. Denique id quod Encyclopedista de facto Jahelis occidentis Sisaram falsè pronuntiat, nobis minime obest. Nam necesse non est Jahelis factum quoad omnes circumstantias excusare, cùm inter ipsos Catholicos tres hâc de re sint diverse opiniones. Calmet (5) in eam propendet sententiam, quod Jahel pecârit, non solum mentiendo, quandò Sisaram in tentoriu suum invitavit, dicens: *Intra, ne timeas*, Jud. v. 18; sed etiam quia illum occidendo jura hospitalitatis violavit, pacemque, quam ipsius maritus Ha-

ber Cincus cum Jabino rege Chanancorum inierat, ibid. 17, sic fregit; quamvis ceteroquin ob suam virtutem et animum jure commendanda sit. Abulensis (1) verò cum Lyrano et Joanne Arboreo existimat, non peccasse quidem Jahelem occidendo Sisaram, peccasse tamen leviter fictis quibusdam blanditiis ac mendaciosis. Tertia denunia opinio est, nihil omnino peccasse, sed istâ in eâde fecisse omnia prudenter, justè ac rectè. Sic Arias Mont. (2), Serarius (3), Cornel. à Lapide (4), Cl. Bullet (5), quos, si lubet, aliosve interpres (6) consulte.

23. Quæres VI: *An S. Scriptura in voto Jephite abominabilem quarundam gentium morem homines velut victimas diis suis immolandi approbat?* — Resp. negativè. Contraria enim clarè constat ex Deut. c. 12, v. 30 et 31, ubi Deus ad populum Israeliticum ait: *Care, ne imiteris eas (gentes), postquam te fuerint intronuate subversæ, et requiras ceremonias earum, dicens: Sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita et ego colam. Non facies similiter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quas aversatus Dominus, fecerunt diis suis, offentes filios et filias, et comburentes igni.* Falsum itaque est quod Deus in lege veteri gentium illarum ritum approbarit, quæ dii suis seu demoniis humanas hostias immolare solebant. Aliud est, quod Deus, tanquam absolutus dominus vite et mortis, in uno altero singulari casu ex altissimis finibus preceperit aut voluerit hominem immolari, nimisrum filium Isaæc ab Abrahamo, vel fortassis etiam filiam Jephë à patre suo.

Dixi: *fortassis*. Nam valde dubium et controversum est, utrum Jephite filiam suam cruentâ morte sacrificaverit, vel solum incruenta civili, et in estimatione morali, eam Deo in perpetuum sacrando, ita ut illa absque spe consequendi mariti et prolium perpetuò celebs manserit, sicut in estimatione Iudeorum civiliter mortua fuerit. Hoc ultimum preter Rabbinos defendant viri doctissimi Le Clerc, Marsham, Vatablus, Paginus, Lyranus, Bullet, et Nonnotus cum plerisque recentioribus; favetque huic sententiae ipse sacer textus, Jud. 11, 37, 39, ita sonans: *Dixitque (filia Jephite) ad patrem: Hoc solum mihi praesta, quod deprecor; dimitt me, ut duobus mensibus circumneam montes, et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.... Expletisque duobus mensibus reversa es ad patrem tuum, et fecit ei sicut voverat; que ignorabat virum: h.e., ad inplendum votum tuum pater curavit, ut ea ab omni hominum conspectu et consuetudine sequestrata, et civiliter sic mortua, vivetur uni Deo;* que proin mansit virgo absque spe consequendi mariti et prolium. Id adhuc clarius exprimunt textus graecus, et paraphrasis Chaldaica, quæ ambo loco verbo-

(1) Réponses critiques, t. 2, num. 30, *Barak*.

(2) Dourlens, seu *Duriens* est parva munita civitas in Picardia.

(3) Relege primam et secundam responcionem hoc numero positam.

(4) Comment. in Jud. 4, 15.

(5) Comment. in Jud. 4, 17.

(4) Hoc loco, quæst. 24.

(2) Comment. in Jud. 4, 18 et 21.

(3) Comment. in Jud. 4, quæst. 22.

(4) Comment. in Jud. 4, 17 et 18.

(5) Loc. cit., ubi Jahelem excusat, saltem ab omni peccato formaliter.

(6) Ubi in Jud. cap. 4 commentantur.

rum quo ignorabut virum habent et illa non cognovit virum (1).

24. Nihilominus, quia SS. Patres et interpretes antiquiores, quos Serarius (2), et Calmet (3) longa serie citant et sequuntur, communissime defendunt, filiam Jephite cruentem à patre suo fuisse sacrificatam; ultrius dico: Etiam si hoc verum esset, tamen non sequeatur, Deum approbasse abominabilem barbararum illarum gentium consuetudinem, que solebant homines immolare diis suis, sed duntaxat (ut supra jam diximus) in uno altero casu ad immolandum hominem speciali instinctu (4) stimulasse, non quidem ac si Deus humanis victimis secundum carnalem affectum delectaretur, sed ob aias altissimas causas, et fines sapientissimos. Audiamus hanc de re disserentem S. Augustinum. *De filia Jephite*, inquit (5), quod eam pater in holocausta obtulit Deo... solet esse magna et ad iudicandum difficultaria quiescit; quibusdam quid sibi hoc velit, nosse cupientibus et piè querentibus; quibusdam verò, qui Scripturis his sanctis imperita impietate adversantur, hac maxime in crimen vocantibus, quod legis et Prophetarum Deus etiam humanis sacrificiis fuerit delectatus. Quarum columnis si primis respondemus, ut Deum legis et Prophetarum... nec illa sacrificia delectaverint, ubi pecorum holocausta offerebantur: sed quod significativa fuerint et quedam umbræ futurorum, res ipsas nobis, quae his sacrificiis significabantur, commendare voluisse... ne verè secundum carnalem affectum ta-

(1) Textus græcus in latinum translatus ita habet: *Et factum est post finem duorum mensium, et rediit ad patrem suum, et perfecit Jephite votum suum quod votit, et haec non cognovit virum, et facta est in preceptum Israel.* Similiter paraphrasis Chaldaica in latinum translata sic sonat: *Et fuit à fine duorum mensium, et rediit ad patrem suum, et fecit illi votum suum quod votit; et illa non cognovit virum, et fuit ad statutum in Israel, sive, ut Vulgata latina habet, exinde mos increbuit in Israel, ut scilicet filiae Israel singulis annis convenient, et plangent filiam Jephite, prout sacer textus mox subiungit. Vide Polyglotta Biblia Ximenii cardinalis archiepiscopi Toletani.*

(2) Comment. in l. Jud. cap. 11, quest. 16.

(3) In Dissert. de voto Jephite.

(4) Sic Serarius loc. cit. quest. 47, cum aliis quibusdam censem, Jephite ex speciali Spiritu S. instinctu edidisse et implisse votum illud, de quo hic agitur; quauis S. Augustinus loc. supra cit. dubitet, alii verò omnino négent, Jephite hoc votum ex Spiritu S. instinctu conceptum esse. Variis enim suis hac de re auctoribus sensa, que Serarius loc. cit. accuratè recenset. Aliqui enim cum SS. Augustino et Hieronymo dubie loquuntur; alii verb sententiam quidem unam definunt, sed ita ut in quatuor opinionum genera videri possint divisi. Nam 1^o quidam aiunt, Jephite judicem peccasse: *vovendo*, sed non *implendo*. 2^o Alii peccasse *implendo votum*, non autem *vovendo*. 3^o Alii estimant peccasse Jephitem et votum illud *vovendo* et ipsum *implendo*. 4^o Nonnulli demum censent illum neque *vovendo*, neque *votum* illud peccasse; horumque duas rursus sunt secta. Quibusdam enim videtur Jephite S. Spiritus instinctu vovisse, atque quod voverat, explesse. Aliis videtur, Jephite judicem votum illud concepisse non quidem ex speciali Spiritu S. instinctu, atnam ita prudenter et cautè, ut neque in *vovendo*, neque in *explicatione voti*, peccati quidquam sit. Plura de his vide apud Serarium, loc. cit.

(5) Comment. in l. Jud. quest. 49.

libus Deum delectari putaremus.... Deinde... Dominus in ipso Abraham filio (nimis rūm Isaaco) talibus sacrificiis (humanis) quid non delectaretur, ostendit; cum patrem, cuius fidem jubendo probaverat, à filii tamen interfectione prohibuit, ac arietem, quo sacrificium licet secundum veterem congreuam temporibus consuetudinem compleretur, apposuit. Hucusque S. Augustinus. Similia etiam habet S. Chrysostomus (1).

At inquires: Si Jephite illud votum suum ex speciali instinctu divino conceperisset, Deus saltem cruentam humanum voti executionem impeditivisset, sicut actuali Isaaci immolationem inhibuit. — Respondeo: Nego illatum et paritatem. Nam Deo tanquam absoluto domino vita et mortis liberrimum fuit, unius cædem impedire et alterius exigere. Causæ autem speciales Jephite filia actuali immolationem exigendi, aut saltem permittendi poterant esse sequentes. 1^o Ut mundus universus intelligeret, quā inviolatæ vota Deo reddi debeant, etiamsi gravissime difficultates occurrant, ut ex S. Ambrosio observat Turrianus (2). 2^o Ne-homines allicerentur ad simile votum scipius concipiendum. Si enim, ait S. Chrysostomus, loc. cit., post votum et promissionem illam (patris Jephite executionem hujus voti Deus) prohibuisset, multi etiam post Jephite Deum sperantes non suscepturn, multa votivis sent hujusmodi vota, et pergentes in filiorum cædem incidissent; nunc verò illud opere permittens impleri, posterius omnes prohibuit (à similibus votis)... Et quod non conjectura (vana) sit, quod dicitur, *finis demonstravit. Post illud enim sacrificium, nemo tale Deo votum votit.* 3^o Ac præcipue, ut sic in morte cruentâ filiae Jephite esset mortis, quam Christus amore nostrâ pertulit, figura clarissima, que morientem Christum non tantum quoad voluntatem morienti, ut Isaacus, sed quoad ipsam pacis toleriantem representaret. Præterea per innocentem Jephite filiam cruentem immolatam significatur innocens Christi caro in passione dilaniata, sicut per promptissimam illius voluntatem morienti (3) prafigurabatur promptissima Christi Domini voluntas, qui (4) *oblatus est, quia ipse voluit*, et (5) *factus est obdies usque ad mortem*.

25. Corollarium I. Impie errarunt illi infideles, qui teste S. Augustino (6), et Chrysostomo (7) ex voto Jephite intulerunt, Deum legis et prophetarum esse crudelem, et humanis cædibus oblectari. Contrarium constat ex omnibus supra dictis.

Coroll. II. Crassè quoque errat Voltairius, dūi non uno in loco sui Lexici philosophici (maxime ubi de voto Jephite agit) audacter asserit, in veteri lege ap-

(1) Homil. 44 ad populum Antiochenum.

(2) L. 1 de Vatis, pag. 1, et l. 2, pag. 28.

(3) Jud. 11, 16 — (4) Isai. 53, 7;

(5) Ad Philipp. 2, 8.

(6) Loc. supra cit. nimis in l. Jud., quest. 49.

(7) Verba S. Chrysostomi homil. 44 ad populum Antiochenum sunt: *Et novi quidem, quod infidelium et multi crudelitatem et inhumanitatem nobis impræterant propter hoc sacrificium (filia Jephite). Ego verò multæ providentiae et clementiae (divinae) demonstratione permissionem in hoc sacrificio factum esse dicem, etc.*

probari ἀνθρώποις, seu sacrificia cruenta hominum. Neque enim is dici potest humanarum victimarum approbator, qui eas severissime prohibet; prout easdem Deus, Deut. 12, 30 et 31, prohibuit, et non nisi in uno altero singulari casu easdem prescrispsit, et quidem sic, ut eas semel in effectu impeditret, ut factum est in Isaaco, semel autem justissimas ob causas permitteret, ut juxta multos permisit in filia Jephite; quamvis alii non sine gravi ratione negent, eamdem à Patre suo reapsè et morte cruentâ fuisse immolatam, ut supra ad initium hujus questionis ostendimus.

26. At instat Voltairius. Legi Mosaicā, inquit, omnes homines, qui Deo erant consecrati, debebant immolari juxta illud Levit. 27, 29: *Et omnis consecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur.* Vi hujus legis etiam Samuel regem Agag in frusta concidit, cui Saul pepercerat; ergo in veteri lege sacrificia humana approbantur, imò prescribuntur. — Resp. Voltairium in hoc quoque argumento turpiter hallucinari. Nullibi enim in Scripturā dicitur, quod homines Dei consecrati seu sanctificati occidendi sint; neque loc. cit. dicitur: *Omnis homo Deo consecratus*, etc. (prout Voltairius corruptè exponit); sed: *Omnis consecratio quæ offertur ab homine, non redimetur*, etc., hoc est, omnis res, seu omne animal, quod offertur ab homine. Vel si sermo etiam est de homine Deo consecrato, tamen sensus non est, quod talis morte cruentâ, sed solum civili mori debeat, ita, ut sensus sit: Omnis consecratio quæ offertur per modum Cherem seu anathematis (1), morte morietur, scilicet vel naturali, vel civili, juxta diversitatē materie et conditionē rei Deo consecrata. Animalia quippe, quæ sic offerebantur, mori debebant morte naturali et cruentâ; homines autem, aut res inanimatae, v. g., domus, agri, sic oblate, solummodo mori debebant morte civili, quatenus absque spe aut potestate ea redimendi, vel in profanum usum convertendi, in perpetuum manebant Deo consecrata, vel ad ministerium templi et cultum divinum obligata. Atque in hoc sensu ibidem versus immediatè precedente dicitur: *Omne quod Domino consecrat, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino.* Hac tamen lex solum intelligenda erat de rebus vel personis Deo consecratis per modum Cherem seu anathematis (quale etiam fuit votum Jephite), non verò de consecrationibus in veteri lege eruditissimis Bonfrerius et Cornelius à Lapei Comment. in Levit. 27 et 28.

(1) Plura de Cherem et diversis consecrationibus in veteri lege eruditissimis Bonfrerius et Cornelius à Lapei Comment. in Levit. 27 et 28.

(2) Vide Bonfrerius et Cornelius à Lapei, loc. cit.

(3) Deut. 25, 17, 18, 19. Vnde 1 Reg. 15, 3.

ab que liberis mulieres gladius tuus, sic ab que liberis erit mater tua.

27. Quares VII: *Quoniodò historia de examine apum et favo mellis in ore leonis à Samson occisi reperto, Jud. 14, 8, congruat cum experientia et testimonio Aristotelis (1), Varonis (2), Plinii (3), et aliorum unanimiter asserentum, apes procul à putredine fugere, nec unquam illuc accedere, ubi fæda sunt cadavera, vel sanguis, vel caro, vel adeps?* Quoniodò igitur apes adhæserunt leonis carni, cuius lues præ aliorum animatum tabe est putida?

Ad hanc difficultatem ab incredulis contra librum Judicum objectam, omissis aliis quorundam resonibiosis, quas apud Calmetum (4) inventire poteris, amplectior ejusdem celeberrimi interpretis solutionem, quam etiam Blasius Ugolinus (5), et Bullet (6) solidè tenuerunt, ac nego suppositum quod Samson in ore leonis adhuc putrescentis favum mellis invenerit, sed eumdem reperit in leonis sceleto osseo et exsiccatō, cum iam carnes penitus fuissent absumpæ, et tabes cadaveris defluxisset et exaruisset. Certe ita hunc locum Scriptura accepit Syrus interpres, qui Jud. 14, 8, non simpliciter posuit vocem *cadaveris*, sed vertit *cadaver oscum*, seu, quod idem est, *oxætor*, id est, corpus exsiccatum atque arefactum, in quo nihil superstes præter compagem osseam (7). In tali autem sceleto quidni potuerit apum examen consistere, et mel suum confidere, sicut in Onesili capite ad Amathuntis portas suspenso? Ita enim habet Herodotus, lib. 5, cap. 114: *Onesili capit Amathusii, quia ipsos obsederat, amputatur, et Amathuntum delatum supra portas suspendunt. Illud autem suspensum, cum exsiccatum jam esset, examen apum ingressum, favis implevit.* Et in sepulcro Hippocratis, medicorum principis, si Sorano credimus in ejus vita, *mellificantum apum examen diu fuit*, Al-drovandus quoque (8) narrat, Verone in S. Crucis templo, in tumulo binarum celebris jurisconsulti Bartholomai Vitalis sororum virginum, quarum una anno 1558, altera anno 1562 decesserat, apes habitasse, melisque favos copiosè admodum inter utrumque cadaver consecisse, donec tandem anno 1566 fulmine absque illâ vel illorum cadaverum vel etiam favorum lesione apertum sepulcrum, favos ipsos, apesque nu-

(1) L. 9 de Historiâ animalium, c. 40, ubi ait: *Car-nem (apis) non tangit nec obsouium (carneum) appetit.* (2) Rustic. l. 5, cap. 16, Varro sic habet: *Nulla harum (apium) assidet loco inquinato, aut eo, quæ male oleat... Non ut musca liguriunt, quod nemo has videt (ut illas) in carne, aut sanguine, aut adipite.*

(3) Plinius, l. 11, cap. 21, de vespis et crabronibus inquit: *Omnes carne ruscuntur; contra quam apes, quæ nullum corpus attingunt.*

(4) Commentar. in Jud. 14, 8.

(5) In Thesauro Antiquitatum sacrarum, tom. 29, p. 247, edit. Venet. an. 1765.

(6) Réponses critiques, tom. 3, de reple Leonis à Samson dislocata.

(7) Textus enim syriacus Jud. 14, v. 8, sic habet: *Reversus... deflexit ad evidendum osseum cadaver leonis.*

(8) L. 4 de Insectis, cap. 1, pag. 47, edit. Frankfurt. an. 1618.

merosissimè ac diligentissimè mellificantes coram omnibus demonstraret

28. Sed dices : Juxta modò dicta cadaver leonis , quandò Samson ad illud visendum rediit , jam fuit totum consumptum , et sola compages ossea seu sceloton sine carnibus aridum et exsiccum residuum erat ; sed hoc est falsum et incredibile ; nam intra spatium paucorum dierum cadaver illud non potuit ita consumi , ut esset sceloton sine omni carne aridum et exsiccum . Scriptura autem ait , Samsonem occiso leone rediisse post aliquot seu paucos dies ad visendum cadaver occise bestie . Rem enim hanc Scriptura narrat , Jud. 14, 6 , his verbis : *Et post aliquot dies (ab occisione leonis clapsos) revertens , ut acciperet eam (Philisthaeum mulierem in uxorem) , declinavit , ut videtur cadaver leonis , et ecce examen apum in ore leonis erat ac fatus mellis.*

Ad hanc replicam Calmet , Ugolinus , Bullet locis supra (1) citatis , item Arias Montanus (2) , et Rabbinii à Calmeto citati respondent , Samsonem nonnisi post longius tempus , nimisrūm unius anni , vel aliquot mensium rediisse ad visendum cadaver occisi leonis . Nam in textu originali hebreo simpliciter ponitur vox dies hoc modo : *Et reversus est post dies ad accipendam eam.* Similiter versio græca 70 Interpretum sic habet : *Et reversus est post dies accipere eam.* Et Chaldaica paraphrasis ait : *Et rediit ad tempus dierum ad accipendum eam.* Jam autem vox dies numero plurali posita (hebreicè יּוֹם) in Scripturā non raro tempus longius unius anni , aut aliquot mensium significat . Sic (ut plura alia exempla ab auctoribus supra laudatis reccensita taceam) Gen. 4, 3 , in textu hebreo ad litteram dicitur : *Factum est post dies seu in finem dierum* , id est , sub anni finem , ut offerret Cain de fructibus terrae munera Domino . Et Exod. 13, 10 : *Custodies huiuscmodi cultum statuto tempore à diebus in dies* , id est , ab anno in annum , seu quotannis , ut Calmet (3) , Cornelius à Lap. (4) , aliquique interpretes exponunt . Taceo alia ejusmodi exempla , in quibus vox dies in S. Scripturā pro tempore unius anni aut aliquot mensium accipitur .

Instabis : Quamvis negari non possit vocem dies numero plurali positam in sacris litteris quandò annum significare , tamen id perpetuum non est , et sèpè (5) pro diebus naturalibus seu nycthemeris aliquot (6) accipitur , ita ut , num pro anno , an pro aliquo duntaxat diebus pluralis hebreus iam accipientibus sit , è loci cujusque circumstantiis expendi oportet .

(1) Vide hujus opusculi præcedentem num. 15.

(2) Commentar. in 1. Jud. 14, 8 , ubi Arias Mont. ita ait : *POST ALIQUOT DIES. Hebraicus idiotismus annum integrum significat , qui post sponsalia , ex gentium more illarum , permittebatur liber pueris ad sui ipsarum curationem , ut ex hoc loco et ex Abrahami historiâ adnotauimus.*

(3) Comment. in Exod. 13, 10.

(4) Comment. in Exod. 13, 10.

(5) Deut. 34, 8. Levit. 12, 2, 4, 5, 6 , et in pluribus aliis Scriptura locis .

(6) *Nychthemerus* significat tempus unius dici et noctis seu spatiū temporis 24 horarum :

teat . Jam verò in loco Scripturæ , de quo hic agimus , nulce apparent speciales circumstantiæ , ob quas modò dicta vox potius annum aut longum tempus , quam aliquot duntaxat dies naturales significet . Resp. : Ad sunt speciales circumstantiæ , et specialis ratio . Nam tempus intermedium inter occisionem leonis , et rediitum Samsonis ad visendum bestie illius cadaver erat illud tempus , quod inter sponsalia Samsonis cum illa muliere Philisthae (1) , et ipsum matrimonium cum eadē initum intercedebat , prout patet legenti totum cap. 14 in 1. Jud. , presertim v. 2, 3, 6, 7, 8, 10 et 20 . Jam autem tempus intermedium inter sponsalia et matrimonium cum sponsa initum apud Hebreos ordinariè erat tempus unius anni , quo nimisrūm sponsus et spousa vestes et ornamenti nuptialia , aut alia ad ineundum matrimonium prærequisita præpararent , prout manifestum est ex Misna (2) vocabulo *Chetuboth* , quod significat *Regulas nuptialium pactorum* , cap. 5 . Videri etiam hác de re potest Calmet (3) , et Serarius (4) , praeter alias .

COROLLARIUM I. Non est magnopè mirandum , quòd S. Hieronymus in suà versione latínâ , quam nostra Vulgata continet , Jud. 14, 8 , tempus longum seu unius anni afferat per hæc verba : *Post aliquot dies.* Iste enim , teste Ario Montano (5) , est idiotismus hebraicus , et simile exemplum habemus in paraphrasi chaldaicâ . Nam Genes. 4, 3 , ubi textus hebreus habet : *Factum est sub finem dierum , seu (prout interpres communiter exponunt) sub finem anni ;* nostra Vulgata verò : *Factum est post multos dies ;* paraphrasis chaldaica ait : *Et factum est post aliquot dies.*

COROLLARIUM II. Quoniam juxta dicta cadaver occisi leonis per longum tempus vel annum integrum sub diu jacuit carnivoris feris et avibus , aeri , ventis ac ardentinibz solis raditis expositum , donec Samson ad illud visendum rediret , facile , id interim in sceloton , seu compagem osseam , carnibus exutam , aridam et exsiccum converti potuit , in quā examen apum veluti in alveari sedem ligere et mel colligere poterat . Imò , Cl. Bullet (6) censet , intra spatium dierum non adeò multorum cadaver illius bestie in sceloton converti potuisse , presertim quia illa regis tantà vulpium multitudine abundat , ut ea ipsi caprarum gregibus non modicum nocumentum inferat ; prout teste eodem Bulleto asseveravit D. Hasselquist , qui anno 1751 in Palæstinam profectus est . Cæterū nos ipsi de ingenti vulpium copiâ in Palæstinâ existentium plura inferius , quest. 6 , dicemus . Jam verò tam copiosæ ac rapaces fere , cùm gregem pecorum quantumvis à pastoribus custoditum non raro invadant et devorent ,

(1) Mulier hæc Philisthaea non fuit Dalila , ut infra demonstrabimus num. 51 , in *Scholio* .

(2) Misna corpus est juris hebraici , de quo plura vide in Dictionario Biblico Calmeti .

(3) Comment. in Jud. 14, 8.

(4) Comment. in Jud. cap. 14, quest. 10.

(5) Vide Biblia polyglotta card. Ximenii de hoc loco Scriptura .

(6) Réponses critiques , tom. 3 , *d i melle leonis & Samsonem dilacerati* .

haud dubiè cadaver occisi leonis sub dio jacens et in custoditum avidè invaserunt, et intra paucos dies consumptis carnibus in skeletor converterunt.

29. Quereres VIII : *Quomodo verisimile reddi possit, quid Spiritus Domini, Jud. cap. 14, v. 6 et 19, item cap. 15, v. 14, in Samsonem irruerit, ac eidem insolitum illud corporis robur, quo stupenda et vires humanas longè superantia facta patravit, concesserit; etiam si Samson fuerit peccator, graviterque deliquerit contra legem Dei, Exod. 34, 12, Deut. 7, 5, ducento uxorem exteram, Jud. cap. 14, mulierem Philisthaem?* Resp.: Etiam si Samson mulierem illam Philisthaem in uxorem eligendo graviter peccasset, inde nequit quād sequeatur quod Deus insigni eum ad Philistheorum excidium robore non afficeret. Nam corporis robur potest à Deo etiam peccatoribus dari, sicut et omnia animi charismata que *gratia gratis* datae appellantur. Ubi non aliquid quod theologum cum D. Thomā (1) præter alias divisiones gratiæ supernaturalis gratiam etiam dividere soleant in gratiam gratis datum et gratum facientem. Gratia gratum faciens dicitur ea que confertur primariò ad recipientis propriam salutem, ut gratis et acceptus Deo reddatur, aut formaliter, ut fit per gratiam sanctificantem, aut dispositivè ac preparativè, ut fit per gratias actuales. Gratia autem gratis data sic dicitur, non quasi ipsa sola gratis detur (omnis enim gratia, prout hic accipitur, est donum gratis datum), sed quia proprio et specifico nomine caret, et vulgo nomen generis accommodari solet speciei ignobiliori; jam vero gratia gratis data est ignobilior, quia non ita immediate hominem conjungit cum Deo, sicut gratia gratum faciens, sed primariò confertur ad salutem aliorum, licet secundariò etiam conducat ad salutem illius qui illam recipit. Variae autem species gratiæ gratis datae ab Apostolo (2) enumerantur, inter quas sunt donum prophetie, donum loquendi peregrinis linguis, donum patrandi miracula, etc., quas Suarez (3) fuisse explicat. Ex dictis colliges, gratias datas quandōque etiam improbis conferri, ut patet exemplo Balaamī, qui, cūm esset homo impius, nihilominus donum habuit prophetiae (4), et Caiphæ, qui, quamvis iniquè ad mortem Christum condemnaret, reipsa tamen prophetavit (5); imò id patet etiam ex illis Christi verbis (6) : *Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo diabolina ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis : Quia nunquam novi vos, discidete à me, qui operamini iniuriam.* Donum ergo miraculorum vel aliæ gratiæ gratis datae non raro dantur etiam peccatoribus, et nequaquam certa sunt sanctitatis eorum, quibus Deus eas est elargitus, indicia. Ex his deinceps concluso, Samsonem, etiam si mulieri Philisthae nubendo, aut Dalilam inordinato amore prosequendo graviter pec-

(1) 1-2, q. 111, art. 1.

(2) 1 Cor. 12, 8 et seqq.

(3) De divina Gratia, p. 1, Prolog. 3, cap. 6.

(4) Vide Num. c. 22, v. 5, et c. 24, v. 17. Item Bonifacii ac Calmeti Comment. in Num. 22. 3.

(5) Joan. 11, 49, 50 et 51.

(6) Matth. 7, 22.

casset, tamen à Deo potuisse miraculoso illo corporis robore instrui. Hoc enim erat donum gratis datum, principaliter in bonum aliorum, scilicet Hebreorum à iugō Philistheorum, sub quo tunc gemebant, liberandorum Samsoni à Deo concessum. Ex dictis simul colliges, Samsonis vires fuisse supernaturale ac miraculosum quoddam donum; nam à *Spiritu Dei*, qui in ipsum irruebat (1), proveniebant: erant etiam permanentes donum, atque habituale voluntate Dei ipsius comitè et Nazareto adhucrens (2).

30. Dixi : *Etiam si Samson graviter peccasset, etc.* Nam nequaquam certum est, Samsonem contra legem divinam delinquisse, dum mulierem Philisthaem uxorem duxit. Quamvis enim id aliqui affirment, citantes in favorem sententia sue Theodoretum, Serarius tamen contraria sententiam dicit probabiliorē (3), et pro cā citat Lyranum, Cajetanum, Arianum Montanum, altiosque, quibuscum etiam Cornelius à Lap. (4) hāc in re sentit ex eā potissimum ratione, quia Scriptura dicit, Jud. 14, 4 : *Parentes autem ejus (i. e., Samsonis) nesciebant quid res* (nempe attentatio matrimonii cum muliere Philisthae inuenidi) à *Domino fieret*, i. e., Deo impellente ac in lege suā dispensante. Causa autem justa dispensandi erat, ut Philisthei his mutuī conciliarentur cum Hebreis, vel ut Samson (si Philisthei Hebreis arroganter dominari pergerent) occasionem propinquam nancisceretur. Philisthae gravis damna inferendi, sicut Hebreos à servitio Philistinorum liberandi; eo enim tempore *Philisthiū domunabantur Israel* (loc. cit.), et Samson à Deo destinatus erat, ut esset populi sui liberator.

31. Scholion. Mulier Philisthaea, de quā numero precedente locuti sumus, non erat Dalila. De hāc enim dubium et controversum est, utrum uxor Samsonis fuerit, pluresque celeberrimi interpretes, nominatim Serarius (5), Cornelius à Lap. (6), Calmet (7), Tiri-nus (8) id negant. E contrario mulier illa Philisthaea, de quā numero precedente loquebamur, fuit vera uxor Samsonis, ut patet legenti cap. 14, in libro *Judicium*, imò ibidem expressè et iteratō (9) vocatur *uxor Samsonis*. Præterea, sequenti cap. 15, 6, narratur quod Philisthaei hanc mulierem cum ejusdem patre combussent. Dein cap. 16, primum sermo fit de Dalilā, hujusque consortio cum Samsone. Ex quibus manifestum est aliam fuisse mulierem illam Philisthaem, de quā Jud. cap. 14 et 15 sermo est, et aliam Dalilam, de qua cap. 16 mentio fit.

32. Quereres IX : *An non fabula potius quam historia illud sit, quod Scriptura, Jud. 15, de vulpibus Samsonis narrat? Quis enim credat, 1º unum hominem, nimis rursum Samsonem, trecentas vulpes cepisse? 2º Quis cre-*

(1) Jud. 14, 6 et 19. Item 15, 14.

(2) Vide Calmeti Comment. in Jud. 14, 6.

(3) Commentar. in Jud. 14, quæst. 3.

(4) Commentar. in Jud. 14, 4.

(5) Commentar. in Jud. cap. 16, quæst. 5.

(6) Comment. in Jud. cap. 16, v. 4.

(7) Comment. in Jud. cap. 16, v. 4.

(8) Comment. in Jud. cap. 16, v. 4.

(9) Jud. 14, 15 et 20.

*dat, Samsonem caudas harum vulpium ad caudas juncere, et faces in medio ligare potuisse? 5° Cur non Samson ipsem in segetes Philistaeorum ignem injectit? Cur non loco vulpium canes, feles, aut leporis adhibuit? Antequam respondeam, observo, quod haec, quam explicandam suscipio, Samsonis historia una ex iis sit, que hostibus religionis revelata, et universè omnibus rerum sacrarum irrisoribus ansam dat narrationes S. Scripturaræ falsè deridendi, et ejusdem ~~adversariæ~~ ac divinitatem impie negandi. Imò Serarius (1) jam de suo tempore loquens, testatur his verbis: *Audio, superioribus histis annis, in Rheni hujus nostri urbe quādam, virum fuisse, ceterā bonum ac prudentem, qui diceret, posse omnia, quae in sacris litteris sint, credere se; unum hoc non posse, tot à Samsonē captas vulpes. Ut igitur imaginaria haec difficultas penitus tollatur.**

Resp. ad primum: Eruditus notissimum est, Palæstinam (2) vulpibus scatere, quod etiam ii qui Palæstinam lustrarunt, apertissimè testantur. Id patet testimonio D. Hasselquist, supra (3) adducto; item ex testimonio D. Morison, qui illam ipsam ingentem plaustrum, in quâ Samson trecentas vulpes tædis ardentiibus onustas in segetes Philistaeorum immisisse dicunt, in itinere suo per Palæstinam contemplatus est. Is enim contra incredulos ita, lib. 2, cap. 51, scribit: *Si critici increduli scirent, sicut ego compertum habeo, Philistæum regionem maximè multitudine vulpium affluere, haud ulterius in incredulitate subridentes inquirerent quomodo et quo in loco Samson tot vulpes potuerit reperire. Addit, se gaunitus vulpium ex frutetis, ædificiorum ruderibus et ruinis, aut ubi haec animalia ferme sine numero foveas suas habent, audivisse. Accedunt testimonia S. Scripture, quæ in pluribus locis clarè indicat, Palæstinam vulpibus abundare. Sic Cantorum sponsus (4) ait, eas scatuisse in tantum, ut demolirentur florentes vineas: Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoluntur vineas. Prophetæ Jeremias (5) inquit: Propter montem Sion, qui desperit, vulpes ambulaverunt in eo. Et Ezechiel (6) loquens du pseudo-prophetis, qui erant in Israel, eos vulpibus deserti comparat: Quasi vulpes in desertis propnetæ tui, Israel, erant. Præterea sacer codex non pauca Palæstina loca commemorat, quibus nomen à vulpibus, quæ ibi*

(1) Comment. in Jud. cap. 15, quæst. 3.

(2) Ex Philistæis, qui portionem aliquam Palæstina latius accepte occupabant, *Palæstina* nomen originem trahit. Dixi: *Palæstina latius accipit. Læxior enim et strictior sensu Palæstina accipi potest. Si Palæstinam strictiori sensu usurpes, Philistinos seu Palestinos designabis, eam Terræ promissionis partem occupantes, quæ juxta Mediterraneum, à Gazâ ad meridiem, Lyddam usque ad septentrionem protendit. Si vero latius Palæstinam sumas, omnem regionem Chanaan ad utrasque Jordanis partes, seu Terram promissionis intellige; quoniam sepiissimè ad citeriorem Jordanis ripam restringitur, adeò ut postremis temporibus Iudeæ et Palæstina synonyma haberentur. Vide Calmeti Dictionarium Biblicum, verbo *Palæstina*, et *Philistæum*.*

(3) Num. 28, corollar. II.

(4) Cant. 2, 15.

(5) Threnor. 5, 13.

(6) Cap. 15, 4.

complures aderant, accessit; e. g. (1), *erets schual terra vulpis* (2). *Chatzar schual, atrium vel habitat vulpis, urbs in tribu Iudæ: alia ejusdem nominis in tribu Simeonis* (3). Copia igitur vulpium, quas caperet, Samson non defuit; neque eidem dexteritas et modus eas capiendi deerat. Cum enim Deus specialiter ipsum elegerit ad Philistinos affligendos, et Spiritus S. eidem à primâ adolescentiâ fuerit comes, rector et magister (4), haud dubiè ei dedit non solùm singulare corporis robur et fortitudinem, sed etiam miram dexteritatem et velocitatem similem illi, quam Asael (5) habuit, qui *cursor velocissimus fuit, quasi unus de capris quæ morantur in sylvæ*. Ex his planè liquet, nequaquam incredibile esse, quod Samson brevi, aut per paucis certè diebus, adhibitis fortassis quibusdam retibus aut aliis instrumentis venatoris, et adjutoribus venationis sociis, trecentas vulpes ceperit.

Dixi: *Adjutoribus venationis sociis. Nam quod quis per alium facit, id censetur ipse facere, aiunt jurisconsulti. Et profectò nullibi legitur, quod Samson solus aut intra unum diem tot vulpes ceperit. Partem carum forsan ceperunt servi, amici, coloni; imò fortè ad mandata judicis et principiæ sui parati erant vicini omnes ex hebreæ gente, tunc temporis sub Philistæorum jugo gementes. Adde quod idem Deus, qui flante vento innumeræ coturnices in castra Israel egit, Num. 11, 31, pariter plurimas vulpes in casses Samsonis, hñjusque adjutorum poterat impeilere.*

Ad secundum: Nec impossibile, nec incredibile est, quod Samson (accidente verisimiliter plurim vulorum adjutorum opera) binas quasque ex illis trecentis vulpes fune ad caudam alligato, in cuius medio teda posita erat, junxit, ita tamen ut cum easdem jam vellet emittere, tædam primùm accenderet, prout satclarè indicat textus sacer, qui post illa verba: *Caudasque earum junxit ad caudas, et faces ligavit in medio, subdit: Quosigne succendens, dimisit, ut huc illuc discurrent: vel, ut textus græcus 70 Interpretum habeat: Et accendit ignem in facibus, et misit in manipulos Philistinorum*, Jud. 15, 5.

Cæterum exemplum simile huic strategemati habemus in *Vulpinalibus* Romanorum, quæ hoc loco silentius præteriri haud debent, cum ostendant, neutiquam incredibile esse, quod Samson vulpes cum tædis ardentiibus ipsarum dorso impositis in segetes immiscerit. Igitur Vulpinalia erant annum Romanorum festum, medio aprilis celebrari solitum. Tunc enim Romani plures in circu vulpes cum tædis ardentiibus dorso aligatis decurrere permittebant. Originem autem hujus festi Ovidius (6) narrat his versibus:

Cur igitur missæ junctis ardentia tædis

Terga ferant vulpes, causa docenda mihi est.

Causam verò ille subiungit hanc, quod Carseolanus (7)

(1) 1 Reg. 15, 17.

(2) Josue 15, 28.

(3) Josue 19, 5.

(4) Jud. 15, 25; et 14, 6, et 19.

(5) 2 Reg. 2, 18.

(6) Lib. 4 Fastorum.

(7) Carseoli olim Italæ civitas erat 4000 passus

quidam adolescens, cum cepisset vulpeculam, eamque stipula fœnoque involvisset, illi ignem applicerit, ut eam combureret; verum cùm animal celeriter aufugisset, flamas intulerit segeti, quæ jam erat matura ad messem; cuius rei, ut perenne monumentum existaret, inquit Ovidius, comburebantur vulpes in circos, eas dimittendo, cùm tergo incensæ tæde alligatae fuisserent. En dicti Poete versus :

*Is (adolescens) capi extreui vulpem convalle salicti,
Abstulerat multas illa cohortis aves.
Captivum stipula fœnoque involvit, et ignes
Admovet, urentes effugit illa manus.
Quà fugit, incendi vestitus messibus agros,
Dannosis vires ignibus aura dabat.
Factum abiit; monumenta manent : nam vivere captam
Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.
Utque tuat pœnas genus hoc cereatis ardet,
Quoquo modo segetes perdidit, illa perit.*

Ita quidem Ovidius. Sed Serarius (1), et Bochartus (2) hujus poete sententiam de spectaculi istius origine refellunt; atque id factum fuisse à Romanis contendunt ad imitationem illius, quod Samson fecit adversus Philistium; quamvis post annos et secula memoria Samsonis apud Romanos obliterata fuerit, et Carseolanii adolescentis fabula successerit. Constat enim poetarum fabulas quæ plurimas è rebus verissimis, quas memoria Moyses, aliique divini proddiderunt valtes, ortum ducere. Quare valde videtur credibile, aliquam de Samsonis vulpibus famam ex Oriente in Occidentem, è Palestinâ Romam, è Thannathais aliisque Philisthaeos ad Carseolanos et Romanos pervenisse; aliquodve anniversarium Philisthaæ gentis spectaculum ad memoriam hujus rei conservandam institutum Romanam traductum esse; quod, ut alia quæ vera fuerunt, ab idololatriis oblivione, falsisque narrationibus, et superstitionibus obscuratum ac inquinatum, ad Nasonis tempora usque manserit.

Ad tertium : Ope bestiarum Samson hoc incendium disseminare maluit, quæ hominum, quia sic citius et minore sui suorum periculo voti siebat compos. Neque enim ipse solus, imò nec plures homines, tam citiò, tam longè tamque latè ultrices has perferre flamas potuerint, nisi sese in illas penè medias, magno cum vîte suæ periculo, ineptâque temeritate voluissent identidem inferre. E bestiis verò omnibus ad disseminandum incendium Samsoni merito visæ sunt aptissimæ vulpes, quia hac animalia non solum iis in locis sunt numerosissima, sed etiam oblongior ipsorum cauda optimè facibus deferendis inservire poterant, quas adnectere illis volebat; et quia eadem animalia ignium sunt maximè metuentia, et pedibus velocissima, semperque hac illâ obliquè feruntur, sique præ ceteris animalibus melius flamas per segetes atque in Philistinorum agros diffundere pote-

distans à loco ubi hodiè est Civita Carentia, prout ex Holstein narrat Lexicon Universal. Lipsiens. tom. 5, p. 1149.

(1) Comment. in Judic. c. 15, quest. 7.

(2) Hieroz., p. 4, l. 5, cap. 13.

rant, quæ instinctus naturaliter illa proripiebat, ut extinguerent ignem, qui ea sequebatur et incendebat. Nihil ergo Samson eligere poterat consilio suo accommodatus quæ vulpes.

33. Queres X : 1^a An verisimile sit, quod Samson, Jud. 15, 15, maxilla asini mille viros interficerit? 2^a Quod aqua (ibidem, 19) ad levandum Samsonis stitum de maxilla asini scaturit? 3^a Quid hic fons Samsonis (ut interpres communiter asseverant) per multa secula fluxum suum continuaverit, et fortassis etiamnum continuet?

Ad primum : Asini uti magna habent duraque capita, sic et maxillas, praesertim in Syriâ, ubi sunt grandiores et fortiores nostratibus. Accedit, quod maxilla illa fuerit asini haud ita pridem mortui, utpote Betithio, humens et tubo adhuc fluens (ut paraphrasis chaldaica habet), adeoque magis tenax et minus fragilis, quæ si fuisse exsiccata et arida. Hoc insuper habito, naturaliter vix fieri poterat, ut Samson unâ maxilla occideret mille viros; sed Dei virtus (1) ei adfuit, quæ et maxillam in suo robore conservavit, ut tot icibus alissa duris corporibus non rumperetur, ac Samsoni vires dedit, ut hoc instrumento mille viros necaret. Hoc fecit Samson, qui erat judex et vindicta illius populi, cui Dens in l. Levitici 26, 8, si præcepta servaret, promisi : *Persequentur quinque de vestris centum alienos, et centum de vobis decem millia. Imò in l. Josue 23, 10: Unus è vobis persecuetur hostium mille viros, quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut politicus est.*

Ad secundum : Deus miraculosè (neque illa impli-cantia aut impossibilitas hujus miraculi ab incredulis ostendi potest) fontem eduxit ex molari dente maxillæ; atque in prodigi illius monumentum, locus ille appellatus est *fons invocantis de maxilla usque ad tempus auctoris*, qui librum Judicum conscripsit (2). Controversum autem est, quid hic per *dentem molarem* intelligatur, an dens molaris maxillæ asini, quâ Samson mille Philisthaeos interfecit, quem sensum verba Vul-gata, et 70 Interpretum, prout jacent, accepta exhibent, quemque plerique sequuntur interpretes. An verò petra, quæ ibi erat, et cui nomen *dens maxillaris*, propter formam, quam præ se ferbat, erat inditum, quem sensum paraphrasis chaldaica (3) exprimere videtur, et Josephus (4) amplectitur, quique Cal-

(1) Sicut aliâs, quando Samson ejusmodi stupenda fortitudinis seu roboris corporis specimina dedit (Jud. cap. 14, v. 6 et 19); ita etiam hic non viribus merè humanis, sed extraordinarij robore coelitus confortatus, id factum præstisit, prout satis indicant haec verba : *Irruit Spiritus Domini in eum*, Jud. 15, 14.

(2) Textus enim sacer, Jud. 15, 19, ita habet : *Aperiuit itaque Dominus (en miraculum) molarem dentem in maxilla asini, et egressæ sunt ex eo aquæ... Idcirco appellatum est nomen loci illius, Fons invocantis de maxilla, usque in praesentem dient.*

(3) Jud. 16, 19, Hebr. : *Rupit Deus rupem, quæ in maxilla, et exierunt ex ead aquæ. Quæ verba videntur habere hunc sensum : Aperiuit Deus petram quæ in loco techi, id est, Maxilla dicto sita erat, et exierunt ex ead aquæ. Hic etiam observare juvat, quod Josephus, lib. 5 Antiq. Iudei., cap. 10, dicat nomen huius loco, ubi fons illæ scaturit, postea fuisse *Saxæ, Maxilla.**

(4) *Verba Josephi loci cit. ; nonne lib. 8 Antiq. Iudei.*

meto (1) magis arridet precipue ex sequentibus rationibus. 1^o Miracula non sunt multipliceanda sine necessitate. Nonne satis magnum miraculum fuerat, Deum petram aperuisse, ut inde aqua emanaret? Igitur necesse non est cum Serario (2), Tirino et Cornelio à Lap. (3) dicere, quod aqua ex terra, in quam Samson maxillam asini projecerat, erumpens in maximam, et per hujus dentem molarem scaturierit, aut cum adhuc ibi jaceret asinina maxilla, ex hac solâ fluxerit, ipsâ verò post remotâ, è terra cœperit scaturire. 2^o In sententiâ Calmeti explicatur facilè, quomodo fons ille eodem in loco persistere potuerit plurimum seculorum spatio, qui fortè ad hanc usque diem perseverat. Ruptâ enim semel per miraculum petrâ, aquæ ductibus subterraneis hic directe, continuârunt postea fluxum juxta nature leges. Certè, qui credidere fontem hunc adhuc existere in Palæstinâ, non id profectò existimârunt, illum ex maxilla asini adhuc emanare. Si autem dicas, eumdem, quandò ortus est, miraculosè tam ex terra, quām ex dente molari maxilla asini profluxisse; postea verò, cūm Samson sitim extinxisset, et vires suas refocillasset, cessasse fluxum aquæ ex mandibula, sed continuatum esse ex terra, multiplicas miracula absque necessitate. 3^o Hebreis usitatum erat *dentium* nomen abscissis rupibus impnere (4). Igitur verisimile est, quod petra in loco *lechi*, id est, *maxilla* dicto sitæ, vel ob formam, quam præ se tulit, vel post factum illud Samsonis maxilla asini mille Philistæos occidentis, ac in eventu hujus gratiam, nomen *Machtes*, id est, *dens maxillaris* seu molaris, fuerit inditum, non secus ac *lechi*, seu *maxilla* nomen inditum fuit loco, ubi Samson maxilla asini fuderat Philistæos. Quibus suppositis, sensus S. Scripturæ Jud. 15, 19 prodit iste: *Dominus rupit Machtes seu dentem molarem* (id est, rupem hujus nominis), *quæ erat in lechi* (id est, in loco *maxilla* nominato), *ataque inde egressæ sunt aquæ, et Samson bibit; et spiritum* recepit, et vixit (sese collegit); *Idcirco dedit illi (loco) nomen fontis clamantis seu invocantis* (orante enim et Deum invocante Samsonem obtenta fuerunt hæque, et ideò locus illius (5), ubi fons erupit, *Een hakauro*,

daicarum, cap. 10., sunt hæc: *Deus eduxit è lapide,* qui ibi erat, *fontem aquæ dulcis, atque abundantis.*

(1) Commentar. in Jud. 15, 19.

(2) Loc. cit. quest. 16.

(3) Commentar. in Jud. 15, 19.

(4) Sic 4 Reg. 14, 4, dicitur: «Eminentes petre ex utrâque parte, et quasi in modum dentum scophuli binc, et inde prarupi, nomen uni *Boses*, et non men alteri *Seno*.» Item 1 Reg. 7, 12: *Inter Marphat, et inter Sen, etc. Ubi notandum, quod vox hoc hebreia *Sen*, sive *Schen* *TV*, dentem significet, et ab Hebreis usurpetur de cautibus praruptis instar dentium.*

(5) Hic enim Menochio Comment. in Jud. 15, 18, benè notandum, quid totus locus, ubi Samson mandibulam asini projecit, et ad levandam situm aquam à Deo petit et obtinet, dictus sit *Ranaitlechi*, elevatio *maxillæ*, prout Jud. 15, 17, narratur; peculiaris verò locus, in quo eruperant aquæ ex dente molari, appellatus sit *Fons invocantis*, v. 19. Porrò, quando Vulgata nostra hoc versu dicit: *Idcirco appellatum est nomen loci illius; Fons invocantis de maxilla, usque in pre-*

*id est, fons invocantis appellatus est) qui (fons) est in loco (seu in loco *maxilla* nominato) usque ad diem hanc.* Certè hunc sensum et paraphrasis chaldaica (1), et textus græcus 70 Interpretum, saltem quoad ultima verba (2), etiam textus originalis hebraeus ad litteram accepitus (3), præ se fert, idcōque hoc sensu etiam verba Vulgate intelligenda sunt. 4^o Confirmat Calmetus suam sententiam auctoritate plurimorum atque eruditissimorum interpretum, citans pro se Ariam Montanum, et plures alios (4).

Ad tertium; Evidem non negamus, sed cum S. Hieronymo (5), Glycâ (6), et communis interpretum

*sentem diem, verba illa de maxilla vel non debent accipi ut conjuncta cum voce *invocantis*, sed potius cum voce *loci*, vel si accipiuntur ut conjuncta cum voce *invocantis*, solim sic accipi possunt, hoc sensu, quod Samson Deum invocaverit de *maxilla*, id est, in vel è loco, qui *maxilla* dictus est. Fatur id ipse Serarius loc. cit., et declarat his verbis: «Non dixit (latius interterps) in *maxilla*, sed de *maxilla*; quod tamen non est cum voce *invocantis* jungendum, sed cum voce *loci*, ut conexio (seu sensus) sit: *Appellatum est non men loci illius de maxilla*; id est, è toto illo qui *maxilla* vocatus erat, campo, certi et particularis, quem occupavit fons, loci nomen erat, *Fons invocantis*. Si tamen (has voces: *de maxilla* cum *invocantis*) vellet quis connectere, posset interpretari, *Fons invocantis de maxilla*, id est, è loco, qui *maxilla* dictus est.» Ita Serarius, cui hæc in re etiam paraphrasis chaldaica, textus græcus 70 Interpretum, et ipse textus hebraeus originalis suffragantur, ut ex sequentibus notis mox videbinus.*

(1) Verba paraphrasios chalda. Jud. 15, 19, (prout in Polyglottis card. Ximenii inveniuntur) sunt *haec: Propterea vocatum est nomen ejus, Fons, qui datum est in oratione Samsonis: ecca ipse constans in lechi (id est, in loco *lechi* seu *maxilla* dicto) usque ad diem hanc.*

(2) Textus græcus 70 Interp. ita sonat: *Idcirco appellatum est nomen illius. Fons invocantis, qui est in maxilla, usque ad diem hanc.*

(3) Jud. 15, 19: *Idèo vocavit nomen ejus fontis clamantis, qui est in lechi usque ad hanc diem.*

(4) Eamidem sententiam Doctiss. Calmet repetit et confirmat in Dictionario suo Biblico, verbo *Lechi*, dicens: «Aspera ac præripita saxa aliquando apud Ibleos dentes appellantur, 1 Reg. 14, 4 et 5; Jobi 39, 28; quare Deus è saxo cui nomen *dens molaris*, (Jud. 15, 19), fortè in loco Victoria Samsonis mandibula pro relate occurrens, venant aquæ eduxit; unde loco nomen *lechi*, sive *mandibula*. Cum verò eodem loco, et saxum *dens molaris* dictum, et non *men mandibulae* conjungerentur, inde autunârunt plures, fontem illum non è saxo, sed è dente mandibula asini eductum, quod quidem monstri loco esset. Verisimilius nos, et minori prodigi hunc fontem è saxo deducimus; nec nos tantum, sed et Iosephus; et paraphrasest Jonathan, et interpretes plurimi.»

(5) Verba S. Hieronymi in Paulæ Epitaphio sunt haec: «Transihi ad Ægyptum, et in Sochoth, atque apud fontem Samson, quem de molari dente maxilla produxit, subsistam paulisper, et arentia ora colluum, ut refocillatus videam Morasthim, se pulcrum quondam Michææ Prophetæ, nunc Ecclesiæ.»

(6) Glycas in annalium parte 2 inquit: «Demaxilla, quam objicerat Samson, ingens aquæ copia promovavit. Atque hic fons in hodiernum usque diem in Eleutheropolis suburbio conspicitur, et fons maxilla nominatur.» Observat autem Serarius, interpretem latinum (nam Glycas erat monachus græcus, et annal-

ad cœlum, fontem illum Samsonis multis post seculis perdurasse, et fortè etiamnum perdurare: sed in hoc continuo fluxu aquarum explicando non est difficultas, ut patet ex allatā responsione ad secundum. Sive enim cum Calmeto etiatis dicas, aqua profluisse non ex dente molari maxille asini, sed ex saxe ibi posito, *Machis*, seu *dens molaris* appellato; sive cum communio interpretum contendas, quod aquæ ex terrâ, sed per loculum dentis mortariolum dentis molaris maxille asini fluxerint, utroque facile capi potest, quod aquæ solùm ex terrâ, vel rupe fluxum suum iuxta nature leges, aquæ ductibus subterraneis semel huc directis, continuârint, quamvis extincta Samsonis siti, ex maxilla asini (si tamen ex hac prius fluere) fluere cessarint.

34. Quæres XI : An verisimile sit, 1° quod Philisthai, cum audissent, Jud. 16, 2, quod Samson urbem Gaza ingressus sit, et ibidem apud mulierem meretricem divertat, hujus domum non invaserint, ut Samsonem ibi jaculis confoderent, vel crenarent unâ cum domo? 2° Quod Samson ambas urbis Gaza fore, ibid. 3, cum postibus suis et serâ ad verticem montis portaret? 3° Quod tam latos humeros haberit, ut iisdem ambas portae fore imponeat poterit? Nequis enim constat, quod statuam corporis giganteam haberet. 4° Quod custodes, qui ad portam civitatis, Jud. 16, 2, tota nocte cum silentio prestatabant, ut facto mane exēcūtum occiderent, Samsonem ab egressu et violentâ ablatione forim portæ urbis non impediérunt? — Resp.: Multa sunt, et sunt vera, quia non sunt verisimilia; sicut vieissim multa sunt verisimilia seu probabilita, que tamen falsa sunt. Quamvis igitur in sacro codice non pauca sint, quae spectando solam rationem humanam non sunt satis verisimilia, minimè sequitur, illa esse falsa aut impossibilia. Aliud enim est, esse falsum aut omnino impossibile, et aliud spectatà ratione humanâ, aut iuxta ordinarium naturæ cursum, et communem hominum agendi modum non esse satis verisimile.

Cæterum ad primum non una est interpretum responsio. Calmetus ait, Philisthaeos veritos fuisse palam et in orbe suâ Samsoni inferre bellum, ne heros iste sese defendens illam cede repleret; sed posuerunt insidas in portis urbis, ut nisi adeo viribus praestarent, ut illi possint obsistere, saltem ei portas clauderent, ne ad suos sese posset recipere. Hac eadem videtur esse ratio, quamobrem domui, ubi aderat ignem minimè apposuere. Silentium autem servârunt, ne leonem hunc excitarent ad totius civitatis excidium. Abulensis addit, Philisthaeos putasse, quod si eum intra domum capere vellent, potius eum occiderent, quam capere; et tamen ipsi desiderabant, ipsum viventem capere, ut, antequam eum interficerent, in eo ludibriæ exercerent; sicut postea fecerunt. Ideo expectarunt, donec egrederetur domo, quia extra hanc

les suos originaliter græcè scripsit) *Suburbium* forte vocasse, quod suburbanum alii. Porrò Glycas non nisi sex vel septem seculis nos antecepit. Num legitur extitisse anno 1150, et annales suos continuavit usque ad Joannem Commennum imperatoris Alexiū quium.

putabant eum vivum capiendum. Præterea non potuerunt eum capere intra domum mulieris, nisi vel dirueretur domus, vel incenderetur: et cum existimarent, se aliter posse eum capere, noluerunt hoc damnum domui inferre.

Ad secundum: Hæc et plura similia Samson utique non potuit per vires naturales, sed per robur supernaturale, quod ipsi habitualiter (1) præstò fuit, donec illud culpâ suâ (2) amitteret. Certè qui magni hujs herois gesta vel obiter et per transennam aspicit, mira ubique videt, inò miracula; in nativitate, vita, morte (3). Neque Deo omnipotenti difficultas est, miraculorum respectu nostri majus patrare, quâm minus, ut jam alibi (4) observavimus, et ex eo patet, quia Deo nihil difficile est. Omnipotentiae enim divine, id est, potentie infinitæ nullus effectus est productu facilior aut difficilior altero, sed omnium et singulorum productio (dummodò possibles sint, seu nullam impli-cantiam seu contradictionem involvant) est æquæ facilis. Atqui increduli neque in factis Samsonis, neque in aliis mirabilibus S. Scriptura implicantiam seu contradictionem ullam unquam ostendere potuerunt, nec unquam poterunt. Cæterum Samsonem extraordinaria prospers, et humanas vires longè superantia fortitudinis specimena edidisse, etiam inde elucescit, quia fama de stupendo ejusdem factis adeo in orbe inclaruit, ut gentiles, quemadmodum alii multa ex saeculis litteris desumpta ad ethnicas fabulas suas detorserunt, ita etiam Herculem Samsoni similem ambitiosus mendacio confinxerint. Verus itaque Hercules, cuius occasione gentilium fabulæ de suo Hercule vel Herculis progenate sunt, erat Samson; ut ex multis indiciis probant Serarius (5), Cornelius à Lap. (6), et Calmet (7), comparando vera Samsonis facta cum fictiis Herculis gestis.

Ad tertium: Quamvis Samson ob eximiam roboris sui præstantiam, rerumque ab se uno gestarum magnitudinem atque admirabilitatem per tropum non inepti gigas vocari possit; tamen propriè gigas non fuit, nec gigantei corporis mole ac figuram habuit. Nam 1° id verbo aliquo innuisset Scriptura, ut in Goliath, et aliis; sed Scriptura nullibi Samsonem vocat gigantem, nec dicit, eum giganteum corporis mole et statu fuisse. 2° Non petiissent ab eo per Dalilam Philisthaei (8) quâ in re sum haberet collocatum robur. Omnium enim fuisset persuasio, in vastâ illâ corporis magnitudine (siquidem cam Samson habuisset) situm illud esse. 3° Fortitudo Samsonis non in gigantea corporis mole, sed in capillis sita erat. 4° Momenti nullius est argumentum, quod Samson utrasque portæ fore humeris imponere non potuisset, nisi eos ingenti lati-

(1) Vide suprà, num. 29 ad finem.

(2) Jud. 16, 17, 21.

(3) Jud. 15, et sequentibus usque ad c. 17.

(4) Vide supra, quest. 4, de libro Josue, oppen.

III. in solutione.

(5) Comment. in Jud. cap. 16, quest. 36

(6) Comment. in Jud. cap. 16, v. 30.

(7) Comment. in Jud. cap. 16, v. 31.

(8) Jud. 16, 5.

indine habuisset extenos. Nonne enim quāmplurimi quāmplurima, que ipsorum humeris latiora sunt, ferunt? Nonne valvau valva imponere, sicut ferre potuit? Præterea, quandō vires supernaturales sunt, non requiritur, ut amplum, magnum, immaneque supra consuetum modum corpus sit; cūm et in mediocri corpore illas progignere possit Dominus. Hinc ad solvendam modō allatam objectionem neutiquā nēcessē est cum Rabbino Simeone Hachasid (1) dicere, Samsoni humeros adeo latos fuisse, ut inter eorum utramque essent cubiti sexaginta; prout de hoc Thalmudico Rabbino narrant Serarius et Corn. à Lap.

Ad quartum: Dico cum Abulensi (2), verosimile esse, quād, cūm mediā nocte Samson egredieretur, custodes ad portam urbis contremuerint, nec ausi sint mouere manus adversūs eum, sed potius metu mortis fugerint. Sciebant enim, quād ipse solus fugaverit totum agmen Philistinorum et occiderit mille viros (3). Unde Samson nullo impediēte dejecit januas urbis ad terram, et asportavit eas. Cæterū Deus sapientissimum finem habuit, Samsoni concedendi supernaturales vires ad fores portae urbis cum proþro hostium suorum asportandas. Samson enim mediā nocte tollens ambas portas fores urbis Gaza representabat Christum, post medianam noctem ē sepulcro resurgentem, ac lapidem sepulcri amoventem, insuper portas mortis et gehennæ auferentem, indeque Patriarchas et Prophetas, sanctosque omnes cum triumpho educentem. Ita S. Augustinus (4), S. Hieronymus (5), S. Gregorius M., qui ita (6) pronuntiat: « Quem nisi Redemptorem Samson ille significat? Quid Gaza civitas nisi infernum designat? Quid per Philistæos nisi Iudeorum persidia demonstratur? Qui cūm mortuum Dominum viderent, ejusque corpus in se pulcro jam positum, custodes illicè deputaverunt, et eum, qui auctor vita claretur, in inferni clausis retentum, quasi Samsonem in Gazā se deprehendisse iactati sunt. Samson verò mediā nocte noui solum exiit, sed etiam portas tulit; quia videlicet Redemptor noster ante lucem resurgens, non solum liber de inferno exiit, sed et ipsa etiam inferni claustra destruxit. Portas tulit, et montis verticem subiit, quia resurgendo claustra inferni abstulit, et ascendendo colorum regna penetravit. Nam ergo resurrectionis ejus gloriam, fratres charissimi, que et priùs demonstrabatur ex signo, et post patuit ex facto, totā mente diligamus, pro ejus amore moriamur. »

35. Quæres XII: An credible sit, quād Deus Samson, Jud. 16, 28, 29 et 30, supernaturales vires concesserit ad duas columnas domis concutendas, et sic ulciscendum se de hostibus suis, et tam hos, quād se ipsum communī ruīnā adficii occidendum; cūm tamen

odum inimicorum, et occiso sui ipsius sint contra ius naturæ?

Equidem intrinsecè malum scu jure naturæ prohibitum est odium inimicorum, hoc est, si quis inimico vult vel infert malum ut malum, sive hoc fine, ut ipsi malè sit; non verò si inimico vult vel infert quidem aliquod malum vel molestum aut damnosum, sed ex ali sapiente fine, e. g., ut inimicus justè puniatur, aut gloria Dei vel reipublica felicitas defendatur, aut lœsa recuperetur. Jam verò, licet Samson, antequā columnas domis concuteret, privatum tantum execrationis sua ultionem à Deo flagitaverit, dicens, Jud. 16, 28: *Domine Deus, memento mei, et redde mihi nunc fortitudinem præsquam, Deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis, et pro amissione duorum luminum unam ultionem recipiam;* tamen quia ipse publicus erat populi sui iudex vindicque, et quia Apostolus, Hebr. 11, 32, eum à fide et fortitudine commendat, illumque inter sanctos V. T. enumerat; hinc omnino verosimile est, ipsum tanquam personam publicam, judicem et vindicem populi Israëlitici omnem hanc ultionem retulisse ad Dei honorem et reipublica sue bonum utque laudes idolo Dagon à Philistæis ob se captum attributas (1) adimeret, et Deo vero restitueret: qui finis erat sapientissimus et sanctissimus. Accedit, quād lex naturæ de dilectione inimicorum (2) tunc nondū fuerit ita nota hominibus, sicut est in lege evangelicâ à Christo Domino clarè promulgata (3). Unde Samson illam potuit vel ignorare vel in illis angustiis publicaque confusione non adeo expeditisse, intentione suā potissimum ad Dei honorem vindicandum, et bonum populi sui procurandum directā.

36. Neque Samson peccavit *seipsum occidendo*. Quamvis enim sibi ipsi proprio consilio ac voluntate mortem inferre fas nemini sit (4); tamen Samson, se communī ruīnas illi domis collabentis exponendo, siquicū sic mortem conscientendo, non peccavit; quia id non humano aut proprio consilio, sed instinctu Spiritus S., qui est Dominus vita et mortis, fecit; prout S. Augustinus ex tantarum, que tum temporis et ad opus illud conficiendum (puta, ad concutendas columnas) illi à Deo inditæ sunt, virum miraculo colligit. « Nec Samson, inquit (5), aliter excusat, »

(1) Sic enim legimus Jud. 16, 23 et 24: *Et principes Philistinorum convenerunt in unum, ut immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, et epularentur, dicentes: Tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. Quod etiam populus videns, laudabat Deum suum, eademque dicebat: Tradidit Deus adversarium nostrum in manus nostras.*

(2) Vide interpretes, Cornelium à Lap. aliosque in Matth. 5, 45, aut Pentateuchum contra incredulos à nobis propugnatum, sect. 2, cap. 4, quest. 33.

(3) Matth. 5, 44; Luc. 6, 27 et 33.

(4) Hanc in Christianorum legibus certissimam doctrinam Serarius, Comment. in Jud. cap. 16, quest. 31, etiam ethnicorum philosophorum effatis luculentè confirmat, ac inter alia ait: « Ipse vero Plato, l. 9 de Legibus, qui seipso interficerent, eos à communione aliorum arceret sepulturā, vultique obscuros, et sine statu, sine inscriptione ullā suis in sepulcris computrescere ignorabiles. »

(5) L. 1 de Civit. Dei, cap. 21.

(1) In Sutach cap. 1, fol. 40.

(2) In Jud. cap. 16, quest. 4.

(3) Jud. 15, 15.

(4) Serm. 107 de Temp.

(5) In cap. 4, ad Ephes.

(6) Homil. 21 in Evang.

¶ quòd seipsum cum hostibus ruinā domūs oppressit, nisi quia Spiritus latenter hoc jucserat, qui per illum miracula faciebat. » Et alibi (1) ait : « Quòd cum mimicis occidit et seipsum Samson, quandò super se et super illos dejeçit domum, mortem, quam mox ab eis fuerat perpressurus, communem voluit cum illis habere quia non posset evadere. Quod quidem non sùa sponte fecit, sed hoc Spiritui Dei tribuendum est, qui usus est eo, ut faceret, quandò illi adfuit, quod facere non poterat, quando idem Spiritus defuit. Eamdem doctrinam tertio loco (2) incusat, docens, « Samsonem hoc fecisse non humanitas decepit, sed divinitus jussum nec errantem, sed Deo obedientem. » Tum subdit haec verba : « Cùm autem Deus jubet, seque juhere, sine ullis ambigibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? Quis obsequium pietatis accuset? »

Confirmatur I. Apostolus ad Hebr. cap. 4, Samsonem à fide et fortitudine commendat, eumque inter eos, qui fide et morum sanctitate prestatabant collocabis verbis : *Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus euanterent de Gedeon, Barac, Samson, Jephite, David, Samuel et Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt recompensationes, obturaverunt ora leonum.* Atqui tam insigne elogium de Samsone Apostolus non dixisset, si existimatasset, Samsonem domūs illius ruinā se obraendo peccasse, sieque in mortali culpā mortem obliisse maximè subitam.

Confirm. II. Non tantum S. Augustinus sed etiam S. Ambrosius à peccato excusat Samsonem, seipsum dicto modo occidenteum; immo ait, eundem in morte seipsum vicesse : « Etsi incomparabilis, inquit (3), in hac vita fuerit, tamen in morte seipsum vicit, et insuperabilem gessit animum, ut contemneret, et quasi pro nihilo haberet vitæ finem omnibus formidolosum. Virtutis igitur fuit quòd victoriarum numero dem clausit, nec captivum exitum sed triumphalem inventit. Denique non teis, sed cadaveribus hostium pressus, homatus est, proprio tectus triumpho. » Similiter S. Paulinus (4) de Samone ait : « Qui servus gloriante vixerat hoste, obruto vinctus cadit. » Denique sanctus vetusque auctor Bachirius (5) Samsonem omnino vocat martyrem, quòd pro Dei religione et honore ultrò occubuerit, sed (ut Cornelius à Lap. ait) abusivè. Sic enim milites contra hereticos vel Turcas pugnando occumbentes essent martyres, quod nemo dicet; martyr enim propriè talis non pugnat, sed patitur.

(1) L. 4 contra Gaudentium cap. 31.

(2) L. 4 de Civit. Dei cap. 26.

(3) Epist. 70

(4) Ad Cytherium.

(5) Epist. ad Januarium de recipiendis lapisi ait : Ecce in fine seculi consistimus. Instans pro Christi nomine prælia passionis. Quid mirum, si ille quem formicationis hasta percussit, in passionis congesione superaverit? Quid, si vinctus fuerit in martyrio, quem vicerat incontinencia et libido? Nonne sic fecit Ilo Nazareus et repromissione natus? quem in pernitem aut, malitia blandimenta viles

37. Porro ad excusandum Samsonem à peccato, dum seipsum cum Philistheis ruinā domūs oppressit, interpres Serarius, Cornelius à Lap., aliique plurimi solent afferre adhuc aliam rationem distinctam à speciali Spiritu S. inspiratione, quæ id fecit Samson. Nam ita argumentantur: Etiam si Samson nullam particularem divinam inspirationem ad hoc habuisse, tamen sola virtute muneri sui, scilicet judicis ac liberatoris Israel, potuit hostibus populi sui interitum moliri, quamvis prævideret, se mortem effugere nequaquam posse, verum cum aliorum clade se quoque interitterum; dummodo hanc in re ad hostium detrimentum, et Dei gloriam, veluti primam præcipuumque rationem, animum adverterit; mortem autem suam indirecè duxat voluerit, aut potius permisit, veluti quid necessarium, ut rectum, laudibvsque dignum facinus exequatur. Atqui hanc intentionem Samsonem habuisse, nullatenus dubitandum est. Primum enim ipsius consilium fuit, gloriam Dei ulciendi; alterum verò pro illa vitam quoque suam tradendi, quanquam eam servare maluisset, si id cum interitu hostibus illato fuisset possibile. Quòd autem, quamvis directè, primariò ac per se suam ipsius mortem deligere, procurare ac efficere non licet, licitum tamen sit, indirectè, secundariò ac per aliud, seu in alio velle seu potius permettere, quod per se bonum et honestum est, sed non potest nisi morte nostrâ obtineri; patet in quotidianis bellica fortitudinis, sanctissimæque religionis et martyri exemplis. Non eligitur, inquit Cajetanus, in hujusmodi casibus mors propria in seipso; sed per se eligitur mors hostium, et concomitans propriæ mors toleranda admittitur propter bonum ultionis.... Sic princeps exercitus prostratus hostes, mortem (sui ipsius) concomitantem non respuit. Itaque Samson hic propriæ seipsum non occidit, ut fecisset, si gladio se transfodisset, vel caput ad columnas allisisset; sed permisit tantum se commuui cum hostibus ruinā opprimi; sicut Eleazar videns elephantern regium, illi se supposuit, eumque occidit, ac ejus ruentis mole obrui se permisit, ut populum liberaret, 1 Malach. 6, 46.

38. At oppones: Samson non tantum permisive, sed directè sui ipsius occisionem voluit et positivè intendit; prout satis indicant haec ejus verba, Jud. 16, v. 30, antequam columnas concuteret: « Moriatur anima mea cum Philistheis. » — Resp. cum Serario et dico haec Samsonis ultima verba partim videri votiva, partim permisiva. Votum seu optatio est, ut moriantur Philistheï; permisio, ut ipse simul moriatur, quasi dicaret: Opto et volo, Philistheos mori, et hujus ruinā domūs obrui, et hoc ut fiat, non recuso quin et ego cum iis moriar, simulque obruar; quemadmodum, ut paulò ante ex Cajetano audivimus, « princeps exercitus prostratus hostes, mortem propriam concomi-

sent, postmodum in fine obitūs sñ sub martyrii passione maiorem inimicorum exercitum prostravisse, quam ante, quandò Nazareus, hoc est, immaculatus fuerat, reperitus. »

« tantem non respuit. » Vel cum Angustino dicendum est, id Samsonem ex speciali Dei inspiratione, qui est Dominus vita et mortis, dixisse et fecisse. Sed

Instabis : S. Augustinus (1) et S. Bernardus (2) expressè dicunt, aliter Samsonem excusari non posse, quām per latētē internumque Spiritū S. jussum ; ergo altera ratio, quōd tantum indirectē et permissivē mortem suam intenderit, cumdem à peccato non excusat. — Resp. 1^a : Etiam si duxerat prima ratio (nimirū specialis instinctus Spiritū S.) Samsonem à peccato excusaret, inconcessa tamen maneret principalius nostra assertio, videlicet Samsonem non peccasse, scipsum ruinā dominū obruendo. Resp. 2^a, miri nil fore, si prior tantum SS. Augustino et Bernardo in mentem venisset ratio, sed à posterioribus posterior inventa esset ratio theologis. Nam, ut Serarius (3) ait : *Dies dici eructat verbū*. Vult dicere : Sicut dies edocet diem aliā, et singuli dies nova identidem praebeant divine sapientiae argumenta ; sic veritates novae et novae successu temporum deteguntur ; proin mirum non fore, si Augustinus non omnem rationem excusandi Samsonem à peccato occisionis sui ipsius pervidisset, quam posteriores theologi detexere. Addit tamen idem auctor, camdem secundum rationem, quam posteriores theologi ad excusandum Samsonem affere solent, ipsi etiam occurrisse Augustino, idque colligi posse ex allato supra contra Gaudentium loco S. doctoris ; solum tamen laudasse rationem priorem, qua hæc clarior, et ab obscurioribus aliis disputationibus, quibus secunda ratio adhuc obnoxia est, sejunctor.

39. Corollarium. Cū Samson ex singulari Spiritū S. inspiratione (ut SS. Augustinus et Bernardus contendunt), vel certè heroico, ac eximiè religioso actu (ut ex SS. Ambrosio, Paulino, et Bachiorio supra adivimus) sese communi illā donū ruinā involvendo vitam finierit ; ac præterea ab ipso S. Paulo ad Hebr. c. 41, inter Patres V. T. fide et sanctitate illustres colloctetur, haud dubiè aeternam salutem consecutus est. Neque enim verisimile est, quod summa Dei bonitas Samsonem, per irrisiones et opprobria Philistæorum humiliatum, et pœnitentiā iam expiatum, sed nihilominus publicam Israëlitici populi, sanctissimamque religionis causam, ad quam natus, et à puerō divinitus destinatus erat, strenuè agentem, tamque serio et medullitiis preces ad Deum, antequān columnas dominū concuteret, funderent (4), nunc in extremo vite tempore siverit gravissimā homicidii culpā contumaciam, et per illud ipsum, quod tum patratabat miraculum, non corpore solum, sed animo etiam occidi.

(1) L. 4 de Civ. Dei, cap. 21.

(2) De Praecept. et Dispensat. c. 5 ait : « Quod utilissimum factum (Samsonis seipsum dominū ruinā obruentis) si defenditur non fuisse peccatum, priusquam habuisse consilium indubitanter credendum est. »

(3) Comment. in Jud. 16, quest. 31, prope finem.

(4) Jud. 16, 28, ubi de Samson scriptum est : *At ille invocato Domino ait : Domine Deus, memento mei, et reddo mihi nunc fortitudinem pristinam, Deus meus, ut uliscar me de hostiis meis*, etc. Cojus sacri textus expositionem vide supra. num. 35.

At dices : Samson non credit animæ immortalitatem, sed eamdem cum corpore interitaram putavit; quoniam ultima ejusdem verba, antequān columnas domū concuteret, erant : *Moriatur anima mea cum Philistim*; ergo Samson non est aeternū salvus. — Resp. : Sensus horum verborum : *Moriatur anima mea*, etc., non est : *Intereat aut morte extinguatur anima mea*, id est, ipse spiritus vivificans corpus meum, sed est figura syncedoches, quā pars pro toto (nimirū anima tanquam principia pars hominis pro toto homine) ponitur (1), quasi diceret : *Moriatur ego*. Aut certè anima mori dicitur non in se, sed corpori, quasi diceret : *Moriatur anima mea corpori*, ut illud « deserat, nec amplius viviscet. » Nam, ut Arias Montanus Comment. in hunc locum eruditè observat, hoc loco (2) in textu hebreo, *nephesh*, usurpatur, quod animam significat, in quantum ea est forma corporis, istud vivificans, seu in quantum corpus nutrit, vegetat, aspirationi et respirationi continenter operat, et corporis membris motum ac sensum sufficit ; in quantum verò anima intelligit, judicat, ratiocinatur, et liberè eligit, propriè *ruach* appellatur (3). Sie etiam antiquis et doctis Latinis facultas intelligendi mens vel *animus*, facultas verò sentiendi *anima* dicitur iuxta illud veteris poete Juvenalis, satyrā 13 :

. Mundi

Principio induxit communis Conditor illis (brutis)

Tautum animas, nobis animum quoque.

Quando igitur Samson dixit : *Moriatur anima mea*, non intellexit animum seu mentem (certè hoc à nemine probari potest, presertim quia animalium immortalitas semper sanctum erat apud Israelitas et Judæos, exceptis Sadduceis et uno altero Rabbino, æquè ac apud Christianos dogma, prout Cahnetus (4) eruditè ostendit); sed solum dicere voluit : *Cesset nephesh*, id est, *desinat anima mea vivificare corpus*.

Instabis : In revelationibus, quæ S. Mathildis appetellantur, dicitur, velle Deum hominibus ignotum esse quia misericordia sua cum Samsonis, Salomonis, Orogenis et Trajani animabus fecerit ; ergo incertum est utrum Samson salvus sit. — Resp. cum Serario (5), et dico, revelationes, quæ dicuntur S. Mathildis, pseudonyma esse atque commentitias, prout Baronius (6) fas est ostendit, concludens his verbis : « Sed absit ut credam, quod hujusmodi divinitus pronuntiatur... Nec fiat ut credam quid hujusmodi fuisse sanctissimis et feminis (Mathildi vel alteri) revelatum, vel ab ipsis

(1) Sic anima pro toto homine ponitur, Genes. 14, 21 : *Dixit autem Rex Sodomorum ad Abram : Da mihi animas, caetera tolle tibi*; h. e., da mihi cives et subditos meos captivos. Item Genes. 12, 5 : *Abraham et Loti tulerunt secum animas, quas fecerant in Haram*, h. e., tulerunt liberos, servos, ancillas, quos genuerant, emerant, aut permutarunt.

(2) Jud. 16, 30.

(3) Vide Lexicon hebraico-chaldaicum Franc. Haselbaur littera 7, columnā 58 et 42.

(4) In Dictionario Biblico, v^o *Anima*.

(5) Comment. in Jud. c. 16, quest. 31.

(6) Annalium tom. 8, ad annum Domini 604, num.

« fuisse conscriptum, sed tantum ipsarum nomine ab aliis promulgatum. Abeant igitur vana commenta, silent prorsus inanes fabulae, sepianturque æternō silentio. »

40. Queres XIII : *An non melius scriberetur et dicereur Simson, prout in textu hebreo scriptum est, et ab hebraizantibus pronuntiatur, quam SAMSON, prout legitur in Vulgata latīna, et in textu græco 70 Interpretum?* Eadem questio institui potest de omnibus aliis nominibus propriis originaliter hebraicis in S. Scripturā occurribentibus. « Utrum nimirū scribi et pronuntiari debeant, prout in textu originali hebreo scripta sunt, et ab hebraizantibus pronuntiari solent; vel potius prout in Vulgata latīna et in textu græco 70 Interpretum scripta sunt, et à nobis communiter pronuntiantur? »

Antequām respondam, observo, hanc quæstionem inter eruditos esse celebrem et controversam, eamque Salmeronem (1), et Jacobum Gretserum (2) jam suo tempore fusè discussisse. Atque hi duo quidem auctores defendunt, nomina propria que usus 70 Interpretum et veterum PP. cum totâ Ecclesiâ jam ad inflexionem græcam et latinam emollivit, non esse ad hebream formationem revocanda, idèoque predicta nomina esse scribenda et pronuntianda juxta morem septuaginta Senum, et SS. Patrum, ac Ecclesiæ latine, nimirū juxta morem nostræ Vulgatæ. Rabbini verò, et novelli eorum sectatores (fors non pauci id faciunt ad ostendandam suæ linguae hebraicæ peritiam), contendunt, voces originaliter hebraicas, que in græco aut latino textu aliter, quām in hebreo scribuntur aut terminantur, esse hoc ipso corruptas, nec juxta græcum, latīnum, sed juxta hebraicum codicem scribendas ac pronuntandas.

Sic loco *Eva* dicunt *Chava* חַוָּה disyllabum, *Noe* — *Noach* נֹחַ monosyllabum; nam patach sussuratum non facit syllabam distinctam, sed cum praecedenti coalescit in unam. Sic loco *Mathusala* dicunt *Metueshelach* מְתֻשֵּׁלָח quadrisyllabum: penultima longa. *Samson* — *Schimschon* שִׁמְשׁוֹן. *Salomon* — *Schlauemoth* שְׁלָמוֹת disyllabum: prima longa. *Job* — *Jiob* יְהֹוָב disyllabum. *Nabuchodonosor* — *Nhuchadn̄ētsar* נְהֻכָּדֶנְצָר quadrisyllabum: penultima longa. *Cyrus* — *Coresch* כּוֹרֵש disyllabum. *Darius* — *Duriæwesch* דּוּרְיָאשׁ trisyllabum: secunda longa. *Ezechias* — *Chizquijahu*, vel *Chisqijahu* חִזְקִיָּהּ quadrisyllabum: penultima longa. *Messias* — *Maschiach* מְשִׁיחָה disyllabum propter patach sussuratum. *Jesus* — *Yehoschua* יְהֹוָשָׁעַ trisyllabum propter patach sussuratum: secunda longa. *Maria* — *Miriam* מִרְיָם disyllabum. *Esaias* — *Jeschajahu* יְהֹשָׁעָה quadrisyllabum: penultima longa. *Hieremias* — *Jirmeiahu* יְהֹרְמַיָּה quadrisyllabum: penultima longa. *Ezechiel* —

(1) Proleg. 9 in SS. Evangelia. can. 18 et 19.

(2) Tom. 8, in defensione Operum Bellarmini, tractatu de novis sectariorum translationibus biblicis, cap. 3, ubi ad finem hujus capituli carpit Pagninum, quod hanc Rabbinicam pronuntiandi rationem, etiam in novum Testamentum à se ex græco in latinam linguam conversum, traducere conatus fuerit planè contra ipsam Evangelistarum et Apostolorum consuetudinem.

Jechézkel, D. Guarin legit *Jehhésquel* יהְהִזְקֵל trisyllabum: secunda longa. Sic loco *Abdias* dicunt *Hobadiā* הָבְדִיא trisyllabum: secunda longa. *Habacuc* — *Chabuqq* חָבָקָק trisyllabum: secunda longa. *Michaës* מִיכָּאֵה disyllabum. *Sophonias* — *Tsephaniyah* טְפָנִיָּה trisyllabum: secunda longa. *Zacharias* — *Zechariyah* זְכָרִיָּה trisyllabum: secunda longa. *Judea* — *Yehuda* יְהֻדָּה trisyllabum: secunda longa. *Samaria* — *Schomeron* שְׁׁמְרֹן trisyllabum: secundi brevis. *Jerusalem* — *Jrusckalaim* יְרֻשָּׁקָלִים quadrisyllabum: penultima longa. *Sion* — *Tzjion* צִיּוֹן disyllabum. *Damascus* — *Damēseq* דָמֵסְקָע disyllabum: secunda longa. *Sodoma* — *Sedom* סְדוֹם disyllabum — *Gomorrha* חֲמֹרָה trisyllabum: secunda longa.

Hæ igitur, similesque sunt voces, in quibus novelli hebraizantes differunt à pronuntiatione communi, quâ nostra Vulgata hæc nomina juxta usum 70 Interpretum et veterum Patrum scribere consuevit (1). Ego verò cum Salmerone, et Gretsero dico, has voces juxta usum septuaginta Senum, et nostræ Vulgatae latiuse esse scribendas et pronuntiandas, ex sequentibus causis.

I. Maxima pro nostrâ assertione stat auctoritas. Nam jam per trecentos ante Christum natum annos septuaginta Interpretes voces illas seu nomina propria hebreæ ad formam græcam inflexerunt, quorum hæc in re consuetudinem S. Hieronymus (licet lingue hebreæ optimè peritus), aliquie SS. Patres secuti sunt. Jesus quoque junior, qui librum Ecclesiastici ex hebreo in græcum vertit, quique erat nepos senioris Iesu, filii Sirach, is, inquam, licet longè ante adventum Christi scripserit, et natione Judæus fuerit, hebreæ tamen nomina nonmis eo modo, quo ab Ecclesiâ catholica pronuntiantur, in græcum eloquium vertit. Sic exempli causa, Eceli. 44, 17, scripsit Noe, *Noe*, non *Noah*, ibid. 48, 19, *Ęzeras*, *Ezekias*, non *Chizquijahu*. Adde etiam Evangelistas, et Apostolos, quorum nobis debet esse sacro sancta auctoritas, qui pariter scripsere et dixerè *Isaías*, non verò *Jeschajahu*; ut ex græco textu (2) Evangelii S. Luke et S. Joannis (3), et ex D. Paulo patet, qui frequenter citans Esaiam, eum semper *Ἠσαῖας* vocat (4). Numquid igitur nobis ab Apostolis et Evangelistis ad novellos Rabbinicos est relabendum, et ab his potius, quā ab illis discenda nominum pronuntiations? Præterea Josephus et Philo, qui et ipsi Judæi fuerant, et græcè et hebreicè doctissimi, hæc in re nobiscum sentiunt.

(1) Vide præter Salmeronem et Gretserum, modò citatos, etiam Sextum Senensem, l. 1 Bibl. Sancte.

(2) Evangelia SS. Luke et Joannis originaliter ab his Evangelistis græcè scripta sunt, et probabilius etiam Epistola ad Romanos mox citanda D. Pauli; quanvis quidam censeant, hanc Epistolam originaliter scriptam esse latīnū; sed in ordine ad præsentem nostrum finem perinde est, sive originaliter græcè, sive latīnū scripta sit, ut consideranti facilè patet.

(3) Luc. 3, 4, item 4, 17. Et Joan. 1, 23, item 12, 38, 39 et 41.

(4) Ad Rom. 9, 27 et 29, item 10, 16 et 20, item 15, 12. Poteris autem texum græcum (sicut etiam hebreum, etc.) S. Scripturæ invenire in Biblis pœ. lyglottis card. Ximenii.

Josephus enim non veretur dicere Adamum, Abramum, Salomonem, et ita de reliquis nominibus hebraicis, ea in singulis casibus inflectendo juxta consuetudinem grecas et latinæ linguae. Et profectò hæc inflexio inservit plurimū ad maiorem casuum cognitionem, et significationem accipendam; in quo sacer̄ hebraica deficiunt, quia causas non habent, et si articulos habent, quos de more nominibus præfigunt; quibus cùm Latinī careant, non ita facilē nomen indeclinatum, indicat casum, sicut declinatum, sed orationem reddit ambiguous. Ceterū idem auctor (1) dicitur, *Esaiam*, prophetam vocat, non *Jeschahiahū*, et n̄ḡt̄ *Ezechiam*, non *Chizqujahu*, et (2) īsp̄t̄ *Hieremiam*, non *Jirmehahu*. Atque (3) rationem reddens, cur hebraica nomina non hebraicè proferat, respondet solere hebraea nomina, cùm grācē vertuntur, leniri, quò moliliis et blandiū sonent. Similiter Philo Judeus (4) vocat *Hieremiam*, et *Esaiam*, *Sodomam* et *Gonorrham*, non *Sedom* et *Homorah*. Accedit auctoritas S. Hieronymi, qui, quamvis lingua hebraica optimè esset peritus, tamen in suis operibus nomina hebraica non hebraicè, sed juxta morem Ecclesie et nostræ Vulgatæ (quæ potissimum ex hujus S. Patris versione, vel emendatione composita est) pronuntiat.

II. Ratio ipsa nos docet, retinendam pronuntiationem nominum hebraeorum, prout ea de facto in Vulgatâ nostrâ, et ab Ecclesiis proferri solent. Quis enim nescit totam pronuntiandi rationem inconstantem prorsus esse, et incertam, ac ab usu potissimum pendere, *quem penè arbitrium est, et jus et norma loquendi*, ut (5) Hor. canit. Sic aliter profert hebraicas voces Iudicus Occidentalis, et aliter Orientalis, et inter Occidentales aliter Hispanus, vel Lusitanus, aliter Gallus, aliter Italus, aliter Germanus. Porrò ex omnibus hacten dictis flunt sequentia corollaria.

41. Corollarium I. Mala est hæc novellorum Rabbinorum argumentatio: Hoc nomen non profertur more hebraeo, aut non scribitur cum omnibus literis, quibus in hebreo textu scriptum est, aut non habet terminacionem hebraeam: ergo est corruptum, aut vitiatum. Nam, ut Salmeron, loc. cit., recte ait: « Nominata propria, que usus 70 Interpretum et veterum Patrum cum totâ Ecclesiâ, jam ad inflexionem grācam, aut latinam emollivit, non opus est ad hebreacem formationem revocare. Durum est enim et auribus latinis et grācis, pro *Esaia*, dicere *Jeschahiahū*; pro *Hieremiam*, dicere *Jirmehahu*; pro *Nabuchodonosor*, *Nbuchadnetzar*.... et multa his similia, que nostrorum nonnulli, etiæ aliqui viri docti et prudentes, à Judaeis religionis praetextu decepti accepterunt, et in Ecclesiam Dei invexerunt, atque illi (Ecclesiis ministrum) tanquam egregium et singularē munus obtulerunt; cum tamen reverâ aut parùm aut nihil ad rem facere, et tantum novitatem sapere

(1) L. 10 Antiq. Jud. cap. 4.

(2) Ibidem, cap. 10.

(3) L. 2 Antiq. Jud. cap. 1.

(4) De Cherubin et romphaea, et de ebrietate.

(5) De Arte, laud procul ab initio.

viderentur, et de illis cum Paulo, 1 Tim. 6, 20, dicere possimus: *O Timothee, depositum custodi; devitans profanas vocum novitates, etc.* » Hucusque Salmeron. Ceterū ipsimet illi novelli hebraizantes non semper institutum suum observant, sed nomina hebraea quandò emolliunt, eaque, ne nimis dura et aspera auribus illabantur, aliter scribunt et pronuntiant, quā in textu hebreo scripta sunt. Sic passim dicunt et scribunt *Simson* loco *Samson*; cùm tamen, si textu originalem hebraeum exactè sequi vellent, non deberent dicere et scribere *Simson*, sed *Schim-schon*. Nam omnibus, qui vel leviter linguâ hebraicâ tintinet sunt, notum est, quòd valor littera hebraica (v) in orthographiâ cum puncto in dextro cornu (w) sit Sch; cum puncto verò in sinistro cornu sit S. Cùm igitur in nomine hebreo שִׁמְשׁוֹן, in utrāque littera (v) punctum sit in dextro cornu (ut patet legenti textum hebraicum, e. g., Jud. cap. 15 et 16), pariter consequens est, stricte ad literam hebraicam scribendum et pronuntiandum esse *Schimson*, et non *Simson*.

Coroll. II. Absurdum et absurdum est, in versione originalis textū hebrei in lingnam latinam passim hebraizare, et nomina propria hominum, locorum, et simillium in veteri Testamento posita ita transformare, et ab usitatâ scribendi et pronuntiandi formâ detinquare, ut, quæ aliquo ipso etiam plebi notissima, et apud vulgus ex antiquo uso vulgarissima sunt, vix à doctis intelligentur, nisi quis mentem attentè advertat. Id ut clarius patefacaret, integrum aliquem catalogum ejusmodi novarum versionum hebraizantium textūt Jac. Gretserus, loc. cit., ex quo paucā duntaxat huius rei exempla profero. O Ecolampadius principium *Esaiae* prophetae, quod in nostrâ Vulgatâ ita sonat, *Visio Isaiae filii Amos, quam vidit super Iudam et Jerusalem in diebus Oziae, Joathan, Achaz, et Ezechiae, regum Iuda*, aliter latine verit hoc modo: *Visio Jesuahai filii Amoz, quam vidit super Iehudam, et Jerusalem; in diebus Yziahu, Jotham, Achaz, Jelhizkiahu regum Iehudah*. Quis, queso, ista intellegit, et quis dicat, se hæc latine, latinisque auribus consuetò proferre? Sed huic fortassis incommodè remedium attulit versio Junio-Tremmeliana. Audi et judica: *Visio Jeschahiae filii Amoz, quam vidit de Iehudâ et Jerusalahim, à temporibus Huzziae, Jothami, Achazi, Jehiskiæ, regum Iehudæ*. Ubi nescias, num latinum, slavonicam, vel dolmaticam lingua audias. Alterum exemplum sit initium Hieremie Prophetæ quod in nostrâ Vulgatâ ita sonat: *Verba Jermiae prophetæ filii Helcie, de sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terrâ Benjamin*. Versio verò latina Junio-Tremmeliana sic habet: *Verba Jirmeiæ filii Chilkiæ, ex sacerdotibus, qui erant Hanathots in terra Benjaminis*. Tertiū exemplum sit septimus versiculus primi capituli Danielis, ubi in nostrâ Vulgatâ sic legimus: *Et imposuit eis præpositus eunuchorum nomine Danieli, Baltassar; Anania, Sidrach; et Azaria Abdennago*. Sed Junius et Tremmelius hunc versiculum latinè ita reddiderunt: *Imposuit Danieli nomen Beltscharazis; et Chanania, Schadraci; et Mischaeli, Me-*

ARGUMENTA CONTRARIA.

chaci; ac *Hazaræ Habet regonis*. Finis nullus foret, si omnia persequi velim. Confer versiones latinas Junii, Tremmeli, Munsteri, et similes cum editione vetere et receptâ scribendi et proferendi hujusmodi nomina ratione, que in nostrâ Vulgatâ latinâ observatur; vix ac ne vix quidem intelliges, quinam aut quenam res illis nominibus significantur; quod non tantum factum est in nominibus propriis hominum, sed et regionum, popolorum, fluviorum, urbium; unicum adhuc exemplum addo, nimirum clausulum libelli Ruth, que in nostrâ Vulgatâ (1) ita habet: *Hæ sunt generationes Phares; Phares genuit Esron, Esron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai genuit David*. Haec clausulum Junius et Tremmellius Calvinista ita vertunt: *Hæ sunt generationes Peretzi: Peretz genuit Chetzronem. Chetzron autem genuit Ramum, et Ram genuit Hamuninadabum, Hamuninadab autem genuit Naschonem, et Naschon genuit Salmonem, Salmon autem genuit Bohazum: et Bohaz genuit Hobedum, Hobed autem genuit Iischaim: et Iischai genuit Davi- dem. Sed satis de his.*

Coroll. III. Cum toti christianæ antiquitatæ, et universis Patribus tam græcis, quam latinis, et communis omnium Christianorum veterum sensu et consensu hæc novitas (scilicet *nomen propria* in sacris litteris contenta, in idiomate græco aut latino, aut alio à lingua hebraicâ distinto scribendi aut pronuntiandi juxta morem novellorum hebraizantium) adversetur, jure optino vel hoc solo nomine à nobis exploditur; præsumt quia jam ante exortum christianismus eadem novitas septuaginta Interpretibus prorsus erat incognita, qui hebraicæ et græcæ lingue peritissimi, procul dubio non ignorabant, quomodo nomina propria originaliter hebraea, si in aliam lingua, e. g., græcam (idem est de latinâ) vertenda essent, scribenda et efferenda sint. Nam quod post tot annos, in secula, quidam nuper primi Hebreiciste et Rabbinisticæ eos accusant, quasi nec hebraicæ, nec græce satis doctos, id, inquit Gretserius, loc. cit., aperte est columna, quam ut refutationem mereatur, solo risu, solisque sibilis digna. Idem auctor addit auctoritatem septuaginta Interpretum, ipsum quoque Zwinglium, quantumvis novatorum maximum, non parum movisse, quod minus peregrinam illam novellorum hebraizantium pronunciationem approbat.

Omnibus ergo perpensis nomina propria originaliter hebraea scribenda et pronuntianda sunt juxta consuetudinem septuaginta Interpretum, et nostræ Vulgatae latine. Aut numquid cogendi Christiani, ut non amplius cum Apostolis et Evangelistis Servatore nostrum appellant Jesum, sed *Yehoshua*, neque amplius dicant: *Ave, Maria, gratia plena*, sed cum Panagnino pronuntient: *Ave, Miriam*, etc? Verum audiamus.

(1) Ruth. 4, 18 usque ad finem capituli.

42. Argum. I. Ipse S. Hieronymus (1) ait: « Dilecti gentem et studiosum lectorem admonendum puto, si tamen scientiâ Scripturarum, et non vanis orationis declamationibus ducitur, ut sciat omnia verba hebraica, et nomina, que in græca, et latini translatione sunt posita, nimis vetustate corrupta, scriptorumque vitio depravata; et dum de inemendatis scribantur in commendatione, de verbis hebraicis facta esse sarmatica, imo nullius gentis, dum et hebraea esse desierint, et aliena esse non ceperint. » Eamdem sententiam hic S. Pater confirmat alibi (2) his verbis: « Liberò vobis loquor; ita in græcis et latinis codicibus hic nomen liber (loquitur de libro Paralipomenon) vitiösus est, ut non tam hebraea, quam barbara quedam et sarmatica nomina conjecta arbitrandum sit; » ergo, cum iuxta ipsum S. Hieronymum nomina hebraea in translationibus seu versionibus græcis et latinis adeo corrupta sint, merito ea scribenda et pronuntianda sunt prout in textu originali hebreo scribuntur.— Resp.: S. Hieronymus non loquitur de versione septuaginta Interpretum, aut nostrâ Vulgatâ latinâ, sed de aliis versionibus græcis aut latinis, in quibus nomina hebraea dicto modo erant corrupta et vitiosa. Nam in posteriore loco (scilicet Prefat. in l. Paralipom.) post illa verba: *ut non tam hebraea, quam barbara quedam et sarmatica nomina conjecta arbitrandum sit*, immediatè ita pergit: « Nec horum septuaginta Interpretibus, qui Spiritu S. pleni, ea, que vera fuerint, transtulerint, sed scriptorum (id est, describebunt) culpæ adscribendum, dum de emendatis inemendatae scriptulant, et scipè tria nomina subtractis è medio syllabis in unum vocabulum cogunt; vel è regione unum nomen propter latitudinem suam in duo vel tria vocabula dividunt. » Hucusque S. Hieronymus doctè monens, eos codices, qui tunc circumferantur, sive græci, sive latini, multis vitiis fuisse depravatos. Non tamen hoc in universum de omnibus asseverat, nec nos de nostris Biblicalis emendatis (puta, de nostrâ Vulgatâ latinâ) id asserere audere debemus. Cùm enim ipse S. Hieronymus ex fonte hebreo novam et emendatam versionem latinam veteris Testamento conficerit, ex quâ nostrâ Vulgata vetus Testamentum potissimum (3) constat, isque etiam in aliis suis scriptis et operibus nomina propria hebraea scripserit, prout nostra Vulgata latina et septuaginta Interpretes eadem exprimunt, planè cuncti non sumus, dum illa nomina propria juxta consuetudinem septuaginta Interpretum, et nostra Vulgata seu ipsius S. Hieronymi scribimus et pronuntiamus.

43. Argum. II. Negari nequit, quod in nominum propriorum pronunciatione septuaginta Interpretes, et

(1) Commentar. in Ezechiel. cap. 40.

(2) Prefat. in l. Paralipomenon, sive (quod idem est) Epist. 108 ad Domnionem et Rogat.

(3) Dixi potissimum. Nam Psalterium, libri Sapientie, Ecclesiastici, et Machabeorum in nostrâ Vulgata non sunt ex versione S. Hieronymi desumpta, sed ex veteri Vulgata seu Italiâ.

nostra Vulgata multum discrepant à textu hebræo, præsertim punctis vocalibus Masorethicis hodi instructio: ergo vel Masorethæ (1) errarunt, vel septuaginta Interpretes, et nostra Vulgata latina. — Resp.: Conc. ant., neg. cons. Nam septuaginta Interpretes, et Interpres latini nomina propria originaliter græci et latinis auribus, quantum potuere, accommodarunt. Quapropter non solum ultimas syllabas græcæ aut latinæ terminacione sœpius donarunt, verum etiam ceteras, quantum per earum naturam licuit, molire conant sunt, addendo, vel omitendo, aut mutando vocales aut consonantes. Ex nominibus itaque propriis aliter ab Hebreis, et aliter à Græcis vel Latinis scribi ac pronuntiari solitis nec adversus septuaginta Interpretes et Vulgatam latinam, nec adversus Masoretharum punctuationem firmum colligi potest argumentum. Masoreth nomina illa, prout ab Hebreis semper pronuntiata sunt, et pro lingue hebrææ, ex quæ deducuntur, inde punctis vocalibus instruxerunt; septuaginta vero Interpretes, et Interpres latini (nempe S. Hieronymus), cuius versionem latinam Vulgata nostra continet, plerumque nomina hebraea juxta consuetudinem græce vel latine lingue, ut par erat, inflectebant.

At inquires: Hoc ipso quod illa nomina in textu græco aut latino aliter terminentur, et pronuntientur, quam in hebræo incorrupto, evidens signum est quod in græco et latino vitiata sint. — Resp.: Nego hoc illatum. Nam non sunt vitiata, sed prudenti consilio immutata, ut ex dictis abunde constat. Accedit, quod hæc mutatio seu inflexio græca vel latina nominum originaliter hebraicorum plurimum inserviat ad maiorem casuum cognitionem, ut jam supra (2) observavimus. Denique omnia hæc de re hucusque dicta confirmo hæc paritate: Si quis, v. g., dialogum inter Petrum, Joannem et Georgium habuit ac germanico idiomatico conscriptum in linguam latinam verterer, retenter nominum propriorum terminacione germanicæ, et, e. g., sic verteret: *Peter ad Johann et Georg dicebat*, etc., malè ageret, et cachinnos contra se excitaret. Debuisset enim nomina propria juxta morem lingue latine terminare hoc modo: *Petrus ad Joannem et Georgium dicebat*: sic à pari nomina propria originaliter hebræa in versione græca aut latinæ juxta morem græcæ aut latinæ lingue inflectenda et terminanda sunt.

SECTIO III.

DE LIBRO RUTH.

Liber Ruth dicitur, quia, licet in eo etiam Booz et Noëmi, ac aliorum gesta contineantur, quæ tamen de

(1) *Masora vox hebreæ traditionem significans*, de iaurax ex verbo hebreo *Masar*, quod tradere significat. Doctores hebraeorum Masorethæ dicti sunt, qui lectionem sacri textus S. Scripturae determinarunt, additis punctis vocalibus indicatibus, quomodo textus ex antiqua Patrum traditione legi debeat. Unde illis nomen Masorethæ, eorumque opere *Masora*, sive traditio inditum. Vide Calmet Dictionar. Biblic. v^o *Masora*.

(2) Num. 38, probat. I, ex auctoritate.

Ruth (cujus adversam primū, dein secundam fortunam exponit) referuntur, plura sunt mirabilia, et mysteriorum plena. Aliqui hujus libri auctorem faciunt Ezechiam regem, alii Esdram, alii Samuelem; quæ ultima opinio plures habet patronos, et verior videtur, tum quia Samuel sub hoc tempore vixit, tum quia ipse librum primum Regum conscripsit, ad quem, ut mox videbimus, liber Ruth viam sternit.

44. Quæres I: *Cur liber Ruth medius ponitur inter librum Judicum et quatuor libros Regum?* Resp. cum Cornelio à Lap. (1) hoc idèo fieri, quia bellus Ruth est appendix libri Judicum, et manuductio ad libros Regum. Ac in primis est appendix libri Judicum, non ratione materiae, quasi ad publicam judicium, vel populi Israeliticæ sub judicibus historiam quidquam facret (exponit enim fermè ea duntaxat quæ privatum in Boozi ædibus et familiâ gesta sunt), sed ratione temporis, quia Judicum ætate historie Ruth contigit, ut legimus in principio hujus libri Ruth 1, 1: *In diebus unius judicis, quandò judices præerant, facta est famæ in terra*. Hoc itaque sensu liber Ruth est appendix libri Judicum; unde et ab Hebreis illi annectitur. Sed etiam est præludium et quasi manuductio ad libros Regum, quia Davidis genealogiam et originem capitulo recenset, adeoque historiae regni Davidici et regum ab eo descendantium veluti præludit.

45. Quæres II: *Cur Elimelech, Ruth. 1, 1, dicitur fuisse de Bethlehem Juda, cum ejus filii, ibid., 2, appellentur Ephrataei, quasi ex tribu Ephraim?* Evidem nomen Ephræti quandoque in Scripturā usurpat ad inmaudum virum quenpiam ex tribu Ephraim (2); sed hic significat hominem è Bethlehem Juda. Vetus enim nomen civitatis Bethlehem erat Ephrata (3), et hoc nomine etiam apud Michæam (4) nuncupatur. Indò idipsum clare indicatur in objecto loco Scripturæ (nimis Ruth. 1, 2). Nam ibi expressè dicitur: *Duo filii (Elimelechi), alter Mahalon et alter Chelion, Ephratae de Bethlehem Juda.* Scriptura enim plerumque eam Bethlehem Juda vocat, ad distinctionem alterius Bethlehem in tribu Zabulon (5).

46. Quæres III: 1^o *An filii Elimelechi, natione Iudei, licet accepint, Ruth. 1, 4 et 13, uxores Moabitides?* Eadem quesitus reddit: *An Booz, Ruth. 4, 13, licet nupserit Ruth Moabitidi, cum tamen prohibutus fuerit Hebreis, ne uxorem Moabitidem ducerent, juxta illud Deut. 23, 3: « Ammonites et Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in aeternum? » — Resp. cum Ruperto Tuitiensi, filios illos Elimelechi præ nimiâ fame in regionem Moabitidem peregrinatos, non lege, sed necessitate excusat eos esse à peccato. Juvenes erant; etatis fervor prolixus amor conjugium suadebant; in peregrinâ autem terra responsæ Israeliticæ nullæ, sed sola Moabitides. Pro testimoniis.*

(1) Præf. in l. Ruth.

(2) Jud. 12, 5. Et 1 Reg. 1, 1. Et 3 Reg. 11, 26.

(3) Genes. 35, 19. Et cap. 48, 7.

(4) Cap. 5, v. 2, ubi dicitur: *Et tu, Bethlehem Ephrata, parvulus es in millibus Juda.*

(5) Josue 19, 45. Vide etiam Calmet Dictionar. Biblical. v^o *Bethlehem*.

rea sperare poterant, successu temporis has ad Iudaicam religionem conversum iri, quo casu (si nimurum mulier alienigena convertebatur ad veram, seu Iudaicam religionem) licebat Hebreis alienigenas ducere. Tunc enim cessabat ratio legis prohibitiua, nempe perversiois periculum. Unde Deut. 21 expressè permittitur Hebreis, ut, si è captiis in bello mulieribus alienigenis cernereant aliquam, quâcum matrimonium inire vellent, fierent cærenonia quædam, quæ erant abjuratio publica prioris false religionis feminæ illius parate, n̄ ponitur, transire ad religionem Iudaicam; et sic acciperent illam. Accedit, quòd etiamensi pars alienigena non fuerit conversa ad religionem Iudaicam, tamen licebat cum illâ inire matrimonium in casu raro contingente (1), si scilicet nullum fuit morale periculum seductionis. Tunc enim iterum cessabat ratio præcipua legis prohibitiua. Undesicut, e.g., Esther hac de causa licet inuit matrimonium cum Assuero, ita duo filii Elimechii (videlicet Mahalon et Chelion) eadem de causa licet accepérunt duas uxores Moabitidas Orphan et Ruth, quarum ultima tam parum erat infesta religioni Iudaice, ut eam postea defuncto suo marito Mahalone (2) professa sit, ad Noëmi socrum suan dicens (3): *Populus tuus populus meus: Deus tuus Deus meus*: *Orpha* verò, quamvis idolorum cultum nunquàm deseruerit, tamen tam bonam ei docilem indolem habuit, ut, marito suo Chelione pariter mortuo, exulare à patriâ et cum paupere socru suâ Noëmi in Bethlehem inigrare voluerit, et migrasset, nisi ab hac ad remanendum fuisset persuasa (4). Itaque duo illi Elimechii filii licet poterant has Moabitidas ducere, presertim in regione, in quâ, ut supra dixi, nullum Hebream poterant nancisci. Addit tamen Calmet (5) meritò aliquam imitationem, et dicit, illos nihilominus non debuisse hoc matrimonium contrahere, nisi postquam religionis veri Dei rudimenta memoratis uxoris radidissent, easque impolissent, quantum in ipsis erat, ut inane superstitiones suas descreverent.

Hinc facilis jam est responsio ad alterum, nempe de matrimonio Boozi cuñ Ruthâ. Licitè enim id Booz inuit: quia Ruth jam erat proselyta et conversa ad Iudaicatum (6). Præterea lex illa (Deut. 25, 5): *Moabites... non intrabit Ecclesiam Dei in æternum*, non de feminis, sed de solis viris intelligenda est. Solorum

(1) Dixi: *In casu raro contingente*. Ordinariè enim, et generatim loquendo, respectu Hebreorum in idolatriam tantoperè propensorum (si paucos exceptis), proximum erat seductionem periculum, si ipsis communiter licuisset inire matrimonium cum alienigenis, prout constat ex scelerato consilio, quod Balac dedid regi Balac, atque ex infelici effectu illius (Num. cap. 25, 14, etc.; et cap. 25, 3 et 9). Unde lex (3 Reg. 11, 2) generaliter prohibebat illa communia, cum illa empliasi: *Certissime enim auertent corda vestra*.

(2) Ruth 4, 10, ipse Booz appellat Ruth Moabitem uxorem *Mahalonis*, jam defuncti.

(3) Ruth. 4, 6. — (4) Ruth. 1, 8, 15.

(5) Commentar. in Ruth. 1, 4.

(6) Hoc colligitur ex verbis Ruthre ad Noëmi socrum suam (Ruth. 1, 16) paulò ante citatis: *Populus tuus populus meus: Deus tuus Deus meus*

enim virorum, inquit Augustinus (1), pro suâ sententiâ citans l. Numeri 22, 5, culpa fuerat, ob quam poena ista Moabitis inficta esset. Aliam adhuc causam, cur hec lex de solis viris statuta sit, affert Abulensis (2) dicens: Nolebat Deus Moabitis concedere hunc honorem, quòd aliqui de progenie eorum essent pars populi hebrei, et per hoc intrarent in Ecclesiam Dei; atqui hoc fuisse consuecuti, si Moabitæ ad Iudaicatum conversi potuissent accipere uxores de Israelitis, quia filius de progenie patris est. Viciissim, si mulieres Moabitidas acciperent ab Israelitis in uxores, istud non sequitur, quia filii non nominantur de stirpe matrum, sed patrum; inò sie nunquàm Moabitæ intrarent Ecclesiam Dei, quia filii mulierum Moabitidarum non erant Moabitæ, sed Judæi, cùm patres illorum essent Judæi; filii autem virorum Moabitarum erant Moabitæ, eti matres illorum essent Hebreæ.

47. Quæres IV: *An ab suo in Iudeam comitatu Ruth et Orphan dehortando, Ruth. 1, 8, etc., non peccavit Noëmi?* — Resp.: Equidem peccasse videtur Noëmi. 1º Quia ex idolatrico illas exire loco bonum erat. 2º Quia eas jubet in falsorum deorum tenebris perstare, neque à vanâ dæsciscere superstitione. Nam de redditu non in Moabitidem modo, sed ad deos etiam locutam fuisse Noëmi, cùm ad Ruth et Orphan diceret, v. 8, 11 et 12: *Revertimini*, patere videtur ex eo, quòd, v. 15, Orphan ait, non *ad suum tantummodo populum*, sed *ad deos etiam suos revertisse*. Deinde cùm hoc ipsum dixisset, disertè ipsi Ruth præcipit, *vade cum eâ*, hoc est, ipsam sequere. Fac quod fecit illa. Illa verò non ad populum modò suum reversa est, sed ad deos etiam. Reverttere igitur eti, non ad illum modò, sed ad istos etiam. 3º Noëmi, his monitis magnam Ruth et Orphan ad Deum verum sese convertendi occasionem eripuit. In Judeâ enim tanquam terrâ divino deditâ cultui, inter viros bonos, inter feminas Deum timentes habitare, magna hominibus non omnino scleratus illecebra erat.

His omnibus tamen insuper habitis illâ in dehortatione à Noëmi factâ, culpan abesse judicant Abulensis (3), Serarius (4), et alii interpres ex sequentibus rationibus. Quidquid à Noëmi dictum est, ad duo revocari potest capita. Unum est urbanitatis, alterum religionis. Urbanitatis erat, non sine, ut Ruth et Orphan, suâ unius (id est, Noëmi) causâ, è patriâ, à parentibus, ab amicis et notis in alienam terram (nimicium in Judeam) ad alienos et ignotos emigrarent, siveque pauperiem variosque casus, qui peregrinantes et inopes comitari assolent, subire cogentur. Religionis, aut religiose certè sapientiae erat, praecavere, ne gemine illæ feminine Moabitidas, si in Judeam deducerentur, ethnica superstitio scandalo sint aliis, aut, si ibidem ad veram religionem converterentur, sed ex inconstantia animi, aut ob occurrentes et non satis previsas in lege Mosaicâ servandâ difficultates

(1) In Deuter., quæst. 55.

(2) Commentar. in l. Ruth. cap. 4, quæst. 78.

(3) Commentar. in l. Ruth. cap. 4, quæst. 47.

(4) In l. Ruth. cap. 4, quæst. 25.

iterum à fide deficerent, religioni Iudaice, ipsique Noëmi dedecus pariant. Hinc eadem Noëmi voluit eorum experire constantiam, proponendo ipsis motiva suadientia, ut in regionem Moabitidem redeant. Cognitâ autem Ruth voluntate constanti, huic non amplius susasit, ut in patriam suam redeat, Ruth. 1, 18. Unde Rabbi Abahu, aliquie Rabbini teste Serario, loc. cit., ex hoc Noëmi facto probant, solliciti discutiendos proselytorum, antequād ad sacra, Deique gentem admittantur, animos. Imò videmus in Christianis quoque religionis aditu ea, quæ illius difficillima sunt, catechumenis proponi, ut etiam atque etiam expendant, num servare illa velint. Verbi causâ, an abjurare Satanam, mundum, ejus pompas et illecebras? An Ecclesiæ legibus morem gere, summumque hujus in terris visibile caput, Pontificem Maximum agnoscere? An unâ uxore contentum, christianam vitam traducere; et similia, quæ aut personæ, aut loca postulant. Ex his jam facile erit, ad ea, qua supra contra memoratum Noëmi factum objecta sunt, respondere. Nam

Ad primum, bonum quidem esse, ex idololatrico exire loco, dum benè id sit; dum ad eum redeundi non est animus; alioquin fixum ratumque manet illud (1): *Melius erat illis, non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem, retrorsum converti, ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.* Et illud S. Augustini, in psalm. 50, conc. 2: *Pejus vivunt mali in sacramentis meis, quādri qui ad illa nungād accesserunt.*

Ad secundum: Quando Noëmi ad Ruth dixit, cap. 1, v. 15: *En reversa est cognata tua (nempe Orpha) ad populum suum (id est, in regionem Moabitidem), et ad deos suos, vade cum eâ, non jussit, Rutham ad deos redire, sed tantum permisit; imò illud, vade cum eâ, refert Abulensis, quest. 17, tantummodo ad populum, non ad deos, ita ut duntaxat sensus sit: Vade cum eâ ad populum tuum.* At etiamsi hac verba referantur ad deos, non obest, dummodo permisive verba ea sumantur, quemadmodum illa Joan. 13, 27: *Quod facis, fac cito.* Permissionem verò hanc suam imperativi et suasoris quodammodo verbis Ruthæ proponit Noëmi, ut sic illius exploret accuratiū animum et constantiam.

Ad tertium: Noëmi dehortatione illa Ruthæ et Orphæ non eripuit occasionem sese convertendi ad Deum verum, sed ideò hasce suas nurus à peregrinatione in Iudeam repellebat, ut eorum expiscaretur ac intelligeret animum, ardorem et constantiam; atque hanc in Ruth dum vidit, lubens ac lata Bethlehemiticam ei protectionem annuit; neque dehortatorum addidit verbum ullum amplius. In terran igitur cas sauctam, ait Serarius, adducere optabat Noëmi; sed si honestas constantisque mentis essent, idque indagare ipsa, et omnino, quantum fieri posset, introspicere satagebat.

Corollarium. Quando Noëmi (2) ad Ruth et Orphan teratò dixit: *Revertimini, filia mea, cur venitis mecum?... Revertimini, filia mea, et abiite, non positiue*

(1) S. Petri 2 Epist. 2, 21.

(2) In Ruth. 1, 11 et 14.

jussit, ut in regionem Moabitidem redeant, sed solùm ex urbanitate id eis liberum esse voluit, simulque eorum constantiam in bono proposito exploravit, quasi diceret: « Nol, mèa unius causa, è solo patrio, è domibus, à parentibus, ab amicis et notis in alienam terram, ad alienos et ignotos emigretis; et pauperiem, liberorum orbitatem et alios casus, qui peregrinantibus et pauperibus comites esse solent, subire cogamini. Nolo etiam, mèa solius causâ religionem mutatis, ne fortè malorum, qua Iudaicam fidem amplexis, sed minùs in eâ constantibus evenire solent, ignorare et scandalum aliis, et vobis existium, et mihi probrum creantis. » Ita, ut jam supra monui, Abulensis, Serarius, et alii.

48. Quares V: *An Noëmi non peccarit, dando Ruthæridiculum, penique lenoninum consilium, Ruth. 3, 4, et ostendens eidem modum querendi matrimonii cum Boozo inuenio?* Imò, rionne peccavit ipsa Ruth, ibidem, 7, exequendo hoc consilium, dum se noctu ad Boozum, id est, ad virum mulier solum sola, cubantem, jacentem, largioreque canâ et potius hilariorem, lauta et nuptiarum cupida contutit, et proximè applicavit? Antequâm respondebam, observo, quòd in hac questione solvendâ ipsimet interpretes non unanimiter consentiant. Lyranus enim Noëmi graviter accusat, Rutham verò propter solam ignorantiam excusat. Similiter Dionysius hoc consilium Noëmi et factum Ruth accusat, quasi pardum honestum et illecebrosum; imò ipse S. Ambrosius (4) videtur in eamdem sententiam esse propensus. At contrarium sentiunt, et utramque (tan Noëmi quam Rutham) excusant Theodoreus, auctor Operis imperfecti, Abulensis, Serarius, aliquie interpretes communiter, tum quia illæ hoc omni apparatu et illecebris de se adiaphoris, nec intrinsecè malis non aliud quâm legitimum matrimonium intenderunt; tum quia tam Booz quâm Ruth erant grandevi, probate, et castæ vite (2), ut eis de fornicatione non esset metuendum; tum ac præcipue, quia hac res dirigebatur à Noëmi, quæ sapiens et pia erat matrona, ac magis à Deo, qui hoc conjugium contrahi volebat, ut ex eo nasceretur Obed (3), ex hoc Isai, ex Isai David, et ex eo Christus. Unde auctor Oper. imperfecti (4) ait, Ruth hebraicæ idem esse quod inspiratio, et quòd inspirata à Deo hoc egerit: *Nisi, inquit, inspiratio Dei fuisset in Ruth, nou dixisset quæ dixit, nec fecisset quæ fecit.* Nam aliis feminis et viris hoc factum Ruth non est imitandum, quia, si communem et ordinarium hominum operandi modum spectemus, illud periculo-um est, et ad fornicationem illiciens. Pergit auctor Oper.

(1) Lib. 3 de Fide, c. 5.

(2) Ipse Booz scivit, Rutham esse feminam insignis castimonia et virtutis. Hinc (Ruth. 3, 8 et 11) ad eam dixit: *Benedicta... es à Domino, filia... quia non es sequuta juvenes pauperes, sive divites. Noli ergo muliere, sed quidquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te esse virtutis.*

(3) Ruth 4, 21 et 22. Item Matth. c. 1, et Luc. c. 3.

(4) In c. 4 Matth.

imperfecti: « Quid primum laudatur in eâ (Ruthâ) ? dilectio generis Israel ? aut simplicitas ? aut fides ? » Dilectio quidem generis Israel, quia sic desiderabat suscipere filios ex semine Israel, et una fieri ex populo Dei. Si enim communicationem viri desideras- set quasi puella lasciva, aliquem juvenum potius appetisset. Quoniam autem non lascivit sue, sed religioni satisfacere cupiens fuit, familiam potius sanctum elegit, quam juvenilem cætatem. Simplicitas autem, quia ultronea sub pallium ejus ingressa est, nec cogitavit ne fortè sperneret eam, quasi vir justus lascivam pueram, aut ne deluderet eam, et quod gravius erat, contemneret delusam, sicut faciunt multi; sed obaudiens facta socrus sue consilii fidem ter creditit, quod prosperatus fuerat Deus actum ipsius, sciens conscientiam suam, quia non libido ad hoc eam compulerat, sed religio erat hortatrix. » At

Oppones : Ipse S. Ambrosius loc. cit. de hoc facto Ruth ait, id non sine pudore et horrore posse legi: ergo Ruth non potest excusari. Resp.: Hic S. Pater hoc dicit quidem, si historia Ruth precisè secundum litteram, et secundum depravatum communemque hominum morem, quo talia flēti solent, intelligantur; non autem si Noëmi et Ruthæ dicta et gesta secundum finem bonum et rectum, secundum quem dicta et gesta sunt, aliasque circumstantias hanc prohibitas considerantur. Verba enim S. Patris loc. cit. sunt hæc: « Historia (Ruth) simplex, sed alta mysteria. Aliud enim cerebatur, aliud figurabatur. Nam si secundum litteram sensum torqueamus, propè quidam pudor et horror in verbo est, si ad mixtionis corporeæ consuetudinem sententiam intellectumque referamus. Designabatur autem futurus ex Judæis (ex quibus Christus secundum carnem), qui proximi sui, hoc est, populi mortui, semen, doctrinæ coelestis semine suscirebat. »

Instabis : Quando Ruth obsecuta consilio Noëmi, ad pedes Boozi dormientis adrepigit, cum rogavit, c. 3, v. 9, ut expanderes pallium tuum super famulam tuam. Quid est hoc aliud, quam alicere ad fornicationem? — Resp.: Hæc non fuit invitatio ad fornicandum, sed modesta verecundaque petitio conjugii. Unde verba illa : *Expande pallium tuum-super famulam tuam*, Paraphrasis Chaldaica ita verit: *Vocetur nomen tuum super ancillam tuam, ad accipiendo me in uxorem*. Erant nimis verbis illa, *expande pallium*, etc., quoddam proverbium, quo Ruth implorat Boozi protectionem ac tutelam, non qualemcumque, sed maritalem, quæ uxori à marito debetur. Apud Judeos enim, cùm sponsus sponsæ fidem promittit, sponsus partem vestimenti sui solet imponere sponsæ; quod Vatablus, Serarius, Tirinus aliique interpres (1) studiosè observant. Itaque Ruth non procaciter et lascivè se in-

sinavuit in thorum dormientis sed modestè, ac ingenuè rei justissima desiderium ostendit. Cùm enim pauperrima esset, ac omnibus relictis exulatum venisset, et primi sui mariti Mahalonis jam defuncti semen per novum matrimonium cum illius propinquuo initum resuscitandum esset; ejus partes erant, ut conjugium cum Boozo Mahalonis propinquuo et viro divite sibi procuraret. Etsi ergo hic artes intercesserint, ac lenocinia, nil aliud tamen præter nuptias secundum legem ineundas, spectabatur. Licitum autem est, ut docet S. Thomas (1), hujuscemodi quibusdam signis et honestis significacionibus ad matrimonium ineundum invitare. Sed

Inquies : Adjuncta et loci, et nocturni temporis, etc. debuisse suspicionem periculi movere.— Resp.: Noëmi, ut jam supra indicavimus, tum cætatem grandævam, cùm Ruthæ virtutem et continentiam secum reputans, tutò sperare potuit, consilium suum honestè executioni dandum.

Dices : Saltem in eo peccârunt Noëmi et Ruth, quod illa snaserit, hæc verò illius suauum matrimonium petierit cum Boozo ineundum, cùm tamen alius propinquior esset, qui juxta legem (2) habebat jus ineundi matrimonium cum Ruthâ, ad resuscitandum semen defuncti Mahalonis primi Ruthæ mariti. Cùm enim Ruth à Boozo nuptias petiisset, iste ultrò fassus est esse alium propinquiorum, qui jus haberet eam ducendi, dicens, Ruth. 3, 12 : *Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior*. Ad hanc replicam insignis interpres Serarius (3) respondet ac dicit, hanc alterius majorem propinquitatem tunc ignorassè Rutham, ipsamque fortassis Noëmi. Vel si eam sciebat hec, ejus tamen hanc memor erat; vel si erat, previdebat id quod comprobavit eventus, cap. 4, 6, eam alterius illius propinquai vel duritiam vel fastum esse, ut, etiamsi peteretur, recusaret tamen et aspernaret pauperculæ Ruth conjugium. Ita Serarius. Addi potest, quod Noëmi præterea crediderit, illum alterum propinquum Boozi reverentia facillimè inducendum, ut cederet iure suo.

Corollarium. Expensa tota Ruthæ et Noëmi historia luculenter clarescit, ab eis omnia sapienter, temperanter et ad leges honestatis hic dicta et gesta esse; quamvis carnalibus, si ad solam litteram attendant, aliter appareat. Paucis : Quemadmodùm castis omnia casta, ita impudicis philosophis sunt omnia impudica (1).

(1) 2-2 quest. 154, a. 4, et quest. 169, a. 2.

(2) Deut. 25, 5; vide etiam Bonfrerii Commentar. in hunc locum.

(3) In l. Ruth. c. 3, quest. 9.

(4) *Voltairius*, quo spurciore scriptorem vix apud Ethnicos invenies, iudicat in *Lexico Philosophico*, art. *Ezechiel*, etiam verba communissima, quibus in libro Ruth. cap. 4, v. 13, res matrimonii indicatur. Vide Cl. Guenée, *Lettres de quelques Juifs*, etc., tom. I, pag. 133 et 146, édit. Par. an. 1821.

(1) In eundem libri Ruth locum.

Pars iii.

LIBRI IV REGUM, II PARALIPOMENON, ET II ESDRÆ.

Ne turberis, dilecte, neque putes sacram Scripturam sibi ipsi alicubi adversam : sed discere potius dictorum veritatem, et tenens diligenter illius doctrinam, obtura aures illis contraria dicentibus.

(S. CURSOSTOMUS, homil. 4 in GENES.)

SECTIO I.

DE QUATUOR LIBRIS REGUM.

Quisnam horum librorum auctor fuerit, certò non constat. Communis ferè sententia est, librum primum à Samuele esse conscriptum usque ad caput 25, ubi de ipsius morte agitur; ab hoc autem loco usque ad finem libri secundi auctores esse Nathan et Gad Videntes, id est, Prophetas; tertii verò et quarti libri Esdras, vel Jeremias. Alii, inter quos est Sanctius (1), putant, reges Israel et Juda habuisse, qui quod singulis diebus dignuni videretur publicâ memorâ, in annales referrent; Ezechiam verò regem, aut eo jubente alias ex his annalibus concinnasse seu in ordinem redegisse hanc regum historiam, prout hodiè in 4 libris Regum extat. Porrò, ex quatuor hisce libris, priores duo ab Hebrais vocantur *liber primus et secundus Samuelis*, haud dubiè, quia Samuel est libri primi auctor; posteriores verò duo libri, qui à nobis nominantur *liber tertius et quartus Regum*, ab Hebrais vocantur *liber primus et secundus Regum*. Ceterum synopsis horum quatuor librorum est sequens. Liber 1, capitibus triginta et uno, describit vitam Heli Pontificis, virtutes et gesta Samuelis, electionem Saülis, gesta Davidis et Jonathæ. Liber 2, capitibus viginti quatuor, recenset acta Davidis jam regis. Liber 3 et 4 prosequuntur historias regum usque ad captivitatem Babylonicam, nimirum à Salomonе usque ad Sedeciam et Osee, illum Iah, hunc Israelis reges ultimos. Complectitur autem liber tertius capita viginti et duo; liber verò quartus capita viginti et quinque.

CAPUT PRIMUM.

De libro 1 Regum.

1. Quæres I: *Quomodo Elcana, 1 Reg. 1, 1, dici possit Ephrathæus, quasi ex tribu Ephraim oriundus; cum tamen 1 Paral. 6, 36, aperte dicatur fuisse ex tribu Levi?* Resp.: Vir Ephrathæus vocatur Elcana, non quod genus duxerit ex tribu Ephraim (nam erat ex tribu Levi), sed quia habitavit in monte Ephraim, et in civitate leviticæ Ramâ (2), sita in tribu Ephraim, natus erat et educatus. Quo modo in Actis Apostolorum, cap. 2, multi Judei appellantur *Cretes, Arabes*, etc., eà solum de causâ, quod in Cretâ, Ara-

(1) Proleg. I in libros Regum.

(2) Ut hoc melius intelligatur, notandum est, quod tribus Levi in divisione Chauanæe non accepérunt solum propriam, uti ceteræ tribus, sed per eas sparsa sit, adeoque in iis sua habuerit oppida, inter quæ erat Rama. Vide Cornel. à Lap. Commentar. in 1 Reg. 1, 1.

bìa, etc., vel educati essent, vel domicilium fixissent.

2. Quæres II: *Quomodo veritas illorum verborum Domini ad Heli, 1 Reg. 2, 52 : « Videbis ænulum tuum in templo, » etc., salva possit subsistere? Vel enim hic per æmulum intelligitur Samuel; vel, ut interpres communiter asserunt, Sadoc summus Pontifex? Non primum; quia hoc loco sermo est de ænulo, qui sit Sacerdos summus, juxta illud (cit. loc. 33): « Et suscitabo mihi Sacerdotem fidem; » sed Samuel nunquam pùi Sacerdos. Non secundum; nam non appetit quomodo Deus de Sacerdote Sadoc ad Heli dicere potuerit: « Videbis ænulum tuum, » cum Heli diu ante Sadoc mortuus fuerit. Resp.: Per ænulum intelligentius est Sadoc, qui Abiathari summo Sacerdoti ex Heli oriundo postmodum à Salomone rege est substitutus. Salomon enim Abiathar pontificem descendenter ex Heli à pontificato amovit, eò quod contra se cum Adoniâ conspirasset; ac Pontificem constituit Sadoc, qui oriundus erat ex Eleazaro, juxta illud 3 Reg. 2, 27: *Eject Salomon Abiathar, ut non esset Sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem locutus est supra domum Heli in Silo.* Et ibid., v. 35: *Sadoc Sacerdotem posuit pro Abiathar.* Hanc autem vicissitudinem spectare non potuit Heli, qui octoginta annis, antequam hæc mutatio pontificatus accideret, mortuus est. Undò illâ voce videbis, Deus alloquitur non tam Heli, quâm ejus posteros, ita ut sensus sit: *Videbis in posteris tuis*, quod in prædictiis propheticis, teste Sanctio, (1) infrequens non est. Sic, quæ promissa sunt Abrahe, in suis posteris impleta sunt. Sic etiam quod hoc loco minatur Deus: *videbis ænulum tuum*, non vidit Heli; vidit tamen, qui quartus ab eo summus Pontifex fuit, Abiathar. Nam pontificatus in familiâ Heli mansit per quinque posteros, scilicet Phinees, Achitob, Achias, Achimelech et Abiathar; inde rediit ad Sadoc et familiam Eleazari, in eâq[ue] mansit usque ad Christum (2). Vide etiam infra, quest. 36.*

3. Quæres III: *An Samuel, 1 Reg. 7, 17, licet edificari altare in Ramathâ, etsi tunc tabernaculum foderis fuerit alibi?* Resp.: Licitè hoc fecit Samuel. Quamvis enim tabernaculum foderis tunc in Ramathâ non fuerit, sed vel in Maspeth (3), vel in Nobe (4), neque regulariter licuerit aras erigere et sacrificare extra locum tabernaculi foderis (5); tamen subinde

(1) Comentar. in 1 Reg. 2, 52.

(2) Vide Cornel. à Lap. Comment. in 1 Reg. 2, 30

(3) 1 Reg. 7, 5. — (4) 1 Reg. 21, 1.

(4) Lev. 16, Josue 22, 10 et 19.

viris sanctitate spectatissimis id ex speciali dispensatione et privilegio indultum legimus, ut, exempli causa, Gedeoni (1), Manue (2), Davidi in area Areuna Iesu-saei (3), Elie in Carmelo monte (4), in quibus locum non habebat ratio legis id vetantis, puta, periculum idolatrie, cum essent viri pietate et sanctitate morum conspicui. Atque idem censemus est etiam de Samuele. Ita Abulensis, Cajetaus et Serarius.

4. Queres IV : *Quomodo Samuel inter judices populi Israelitici Badan ponere potuerit, 1 Reg. 12, 11, dicens : « Misit Dominus Jerobaal, et Badan, et Jephé, et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum ; cum tamen nullus inter judices sciatur, BADAN nomine ?* Resp.: Hoc loco nomine Badan vel, ut in hebreo est, *Bedan* intelligitur, ut habeat textus grecus 70 Interpretum, vel Samson, ut habeat textus chaldeus, vel Jair ex tribu Manasse, qui viginti duobus annis Israelem indileavit (5), ut existimat Calmet (6). Neque enim in Scripturā infrequens est, quod una eademque persona habeat plura diversa nomina; adeoque ille Jair potuit alias nomine vocari Badan, sicut Gedeon alias nomine vocatus est Jerobaal (7), prout ipsum etiam hoc ipso loco (8) Sammel nominat.

5. Queres V : *Num verisimile sit, quod Saül tam enormous exercitum habuerit, qualis, 1 Reg. 41, 8, his verbis : « Et recensuit eos in Bezech; fueruntque filiorum Israel trecenta milia, » describitur ? Antequam respondeam, observo, quod D. de Voltaire (9) hebreum regem rideat, qui duos, non amplius, gladios (10) habens in omnibus, sibi subjectis provincialis nempe unum, quo ipse, et alterum, quo filius suus Jonathas accinctus erat, exercitum tamen ter centum milium confidasset, talem scilicet, qualem nec sultanus Turcarum haberet, et qui satis foret ad orbem universum subigendum.*

Resp : Numerus ter centum milium militum in exercitu Hebreorum loc. citato nihil est exaggeratus. Hebrei enim iam tum, cum Jordanem transirent, innumerabilem populum conflabant. Præterea notandum, quod ille populus non habuerit specialiter conductum et exercitatum militem (sicut nostris tempo-

(1) Jud. cap. 6.

(2) Jud. cap. 13.

(3) 2 Reg. 24, 23.

(4) 3 Reg. 18, 19, etc.

(5) Jud. 10, 3.

(6) Comment. in 1 Reg. 12, 11.

(7) Jud. 6, 52.

(8) 1. Reg. 12, 11.

(9) Vide Cl. Weissenbach., tom. 2, *Nova forma Theologie Biblica*, quæst. 11, pag. 52.

(10) Nempe, ut ait Scriptura 1 Reg. 13, 19, etc. : *Faber ferrarius non inventebatur in omni terra Israel; caverant enim Philistini, ne forte facerent Hebrei gladios, aut lanceas. Descenderet ergo omnis Israel ad Philistinum, ut excuteret unusquisque vobrem suum, et si jonen, et securum, et sarculum. Reince itaque erant actes romerum et liguronum, et tridentum, et securum, usque ad stimulum corrugandum : cumque venisset dies prælii, nos erant inventus ensis et lancea in manu totius populi, qui erat cum Saüle et Jonatha, excepto Saül et Jonatha, filiis ejus.*

ribus ferri solet), sed proclamato semel bello, omnes ferendis armis idonei confluabant; ubi quisque, quod obvium, aptumque erat ad hostes vulnerando, arripuit. Neque enim prisca illa secula componere debemus cum nostris, ubi ipse usus bella in artem rededit. Ceterum qui plura de re militari veterum Hebreorum scire cupit, legit Calmeti dissertationes duas de militia Hebreorum. Taceo alios, qui hac de re scripsérunt.

Neque dicas : Limites duodecim tribuum in Palestina nimis angusti videntur ad tot millia militum capienda. Nam si sola urbs Thebe in Ægypto per singulas centum portas suas, ut Pomponius Mela (1) narrat, eodem tempore decem millia armorum, adeoque integrum millionem militum emittere potuit, cur non tertiam hujus partem denus universa Palestinae? Item, si Londini incole numerantur circiter 900,000, Parisiis 800,000, etc., cur in totâ Palestina non inventi fuerint 300,000, qui ferendis armis idonei erant?

At inquires : *Si in omni terra Israel, non inventebatur faber ferrarius, qui Israelitis arma cederet et suppeditaret, nec in die prælii ensis aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saüle et Jonatha, inventa est, excepto Saül et Jonatha, filio ejus, prout in Scripturâ (2) expressè legitur; quomodo aut quibus armis Saül Ammonitas aliosque Israelitis hostes (3), et Jonathas (4) Philistheos superare potuit?* Resp. : Non dicit Scriptura, omnes Israelitas ensibus et lanceis caruisse, sed tantum sexcentos illos viros qui erant cum Saüle (5). Erant autem multi alii Israelites, qui venerant ad pugnam, scilicet illi, qui prius erant cum Philistheis, ascenderuntque de terrâ eorum (6) ut se Israelitis associant, omnesque qui se prius abscondierant in monte Ephraim (7). Præterea, si legatur totus contextus capitulū 13 et 14 libri primi Regum, apparebit, valde verisimile esse, sexcentos illos viros fuisse plerosque ex Gabaa, quæ illis cum Saüle communis erat patria. Gabaitæ autem ad pugnandum non indigebant ensibus et lanceis, sed fundâ plurimum valebant (8), ita ut hujus potissimum adminiculo fermè adversus universum Israel ali-

(4) L. 1, cap. 9. Idipsum refert etiam Lexicon Unitense. Lipsiens., tom. 45, pag. 472, addens, quod hic Theba Ægyptice græce etiam dicantur *Exaraptois* (*Hecatompylos*), id est, Urbs *centum portarum*. Dixi : *Theba Ægyptæ*. De his enim solis hic loquimur, non vero de aliis urbibus Theba dictis. Sic aliae sunt Thebae Bœotia in Græcia, etc.

(2) 1 Reg. 13, 19 et 22.

(3) 1 Reg. 14, 47.

(4) 1 Reg. 13, 3; item 1 Reg. 14, 13 et 14.

(5) 1 Reg. 13, 15, 49 et 22.

(6) 1 Reg. 14, 21.

(7) Ibidem, 22.

(8) Unde de habitatoribus Gabaa Jud. 20, 16, legimus : *Septingenti erant viri fortissimi, ut sinistrâ ut dextrâ preludentes, et sic fundis lapides ad certum jacabant, ut capillum quoque possent percutere. Porrò hæc armorum species (nempe fundis), in qua Israelites maximè excellebant, catena hostium arma ad vim inferendam parata, mania fermè efficiebat. His enim usus esse non poterat, nisi cum manus compunctus consereretur,*

quando (1) egrediē obstiterint. Unde non improbabile est, eos alia armorum genera neglexisse; quemadmodū postea David cum Goliatho pugnaturus. Certè etiam pugnatores illi egredi, qui Davidem à Saûle fugientem comitabantur, non nisi ex singulari peritiā jaevalandi, ac torquendi utrāque manu fundam commendantur (2). Vel etiam dici potest, quod Israelitæ cum Saûle et Jonathā adversus Israelitæ hostes pugnantes, quamvis caruerint ensibus et lanceis, habuerint tamen prater fundas et arcus alia armorum genera, aut rustica etiam instrumenta, vomeres, ligones, secures, sarculos; prout indicat ipsa Scriptura, dum post illa verba (3): *Porr̄a faber ferrarius non inventebatur in omni terra Israel. Caverant enim Philistini, ne fortē facerent Hebrei gladium aut lanceam, immēdiatē (4) subdit: Descendebat ergo omnis Israel ad Philistinum, ut excœveret unusquisque vomerem suum, et ligonem, et securim, et sarculum.* Poterant ergo his et similibus instrumentis obvius, quia scēpē erant priscorum arma, adversus Israelitæ hostes pugnare; ac fortē ea igne liquando aliquando flamfant in perticas, pugiones et gladios, sed rudes et impolitos; fermè sicut Samgar judex (5) vomere aratri occidit sexcentos Philisthaeos, vel sicut Hebrei insignem victoriam de Sisara retulerunt, etiamsi nec clypeum, nec hastam haberent (6). Denique, etiamsi maxima pars Israelitarum, qui ibant cum Saûle, ab initio inermes fuissent, postea tamen occuparunt arma multa Philistinorum, que ab his fūre relicita Israelitæ subito irruebantur. Videntes enim Philisthaei quasi viginī viros e suis in mediā parte jugeri à Jonathā et armigerō ejus occisis, obstupnē, et hinc illuc disfugientes, in istā perturbatione seipso mutuā cæde interficerunt (7), multique ex his teste Josepho (8) arma in viâ reliquerunt, ut faciliter sibi per fugam consulerent.

(1) Jud. 20, 16 et seqq.

(2) 1 Paral. 12, 1 et 2, ubi dicitur: *Hi quoque venierunt ad David in Siceleg, cim adhuc fingeret Saûl, filium Cis, qui erant fortissimi et ege, ii pugnatores, tendentes arcum, et utrāque manu fundis saxa jacentes, et dirigentes sagittas.*

(3) 1 Reg. 13, 19.—(4) Ibidem, 20.

(5) Jud. 3, 31.

(6) Sic enim Debora et Barac in suo Cantico post illam victoriam cœcinerunt, Jud. 5, 8: *Nora bella elegi Dominus, et portus hostioris ipse subvertit; clypeus et hasta si apparuerunt in quadraginta milibus Israel: hoc est, non apparuerunt in quadraginta milibus Israel; sive, in toto exercitu Israel nec hasta erat, nec gladius; sed debuerunt Israelitæ armari fustibus, ligonibus, vomeribus, et quasi inermes adversus Sisaram prodire. Unde et soli Deo, quo duec ille prouligatus est, omnis victoria et triumphus debetur; prout hunc locum exponit Tirus cim aliis. Is ipse interpres ad initium sui tomī 1, de idiotismis lingue hebreac et grecac in Scripturā occurrentibus, obseru. 43, notat, quod particula si apud Hebraeos subinde significat non; sicut in textu pauli ante allato. Sie etiam 5 Reg. 17,*

Elias dixisse narratur: Visit Dominus... si erit annis his ros et pluvia, nisi iuxta oris mei pluvia, h. e., non erit ros et pluvia, nisi, etc. Et Iasi. 22, 14: Si dimittetur iniquitas, hęc, etc., h. e., non dimittetur. Et Psalm. 94, 11: Juravi in irā mēd: Si intrubant in requiem pacam, h. e., non intrubant in requiem meam.

(7) 1 Reg. 14, 16 et 20.

(8) In 8 Apoll. 8, 7.

Corollarium: Ex his sapiens lector facilē colliget, quid anonymo illi incredulo, de quo infra, quast. XVI, num. 47, mentio redibit, respondendum sit dūm in suo scripto ad D. Joannem Christoph. de Zebuesnig dato ita inquit: *Si nullus faber ferrarius in omni terrā Israel tunc inventus est, qui Israelitis arma cuderet, et Israelitæ omnibus armis excuti erant, unde tam citò tota milia ensium (tempore pro armundis trecentis milibus Israelitarum) suppeditata sunt? Hoe planè mirum. D. Nonnotte demonstrare debuisset, quid Judaici fabri ferrarii feliciter ex hostili captivitate evaserint, vel quid rex Israel exteris fabros ferrarios adseverit, quod tamen neutrū ostendatur, prout ex nostris observationibus supra allatis facile euilibet patet.*

6. Quæres VI: Quomodo solus Jonathas et armiger ejus, 1 Reg. 14, 14, poterint percutere riginti Philisthaeos, cim tamen hi eos, ibid., 11, riderint adventantes? Resp.: Jonathas et armiger ejus non ascenderunt ex illa parte, ubi à Philistheis conspicuti sunt, sed ex aliquā aliā parte, ut cum Josepho (1) Menochius, et nonnulli sentiunt; et haec quidem gesta sunt, ut idem Josephus narrat, dilucido dūm homines adhuc solent esse sopiti. Philisthaei autem inopinatum hunc ascensum videntes conterriti sunt nimis, ita ut præ stupore efficerent immobiles instar lapidum, et facilē à Jonathā ejusque armigerō acceleratis ictibus occidi possent; quod indicat Scriptura (2) dicens: *Et factum est miraculum in castris, sive ut textus græcus septuaginta Interpretum habet: Et factus est stupor in castris, ita quidem, ut Philisthaei videntes duos viros tantam stragem edere, putarunt omnes hostes super se irruere, ac in tantum perturbati sint, ut metu excœcati, et (ut Josephus narrat) sole nondūm plenē orto se invicem nou cognoscerent, sed socios suos putarent esse hostes, ac proin mutuā cæde sese laniarent; fermè sicut in bello, quod gessit Gedeon contra Madianitas, contingit (5).* Fuit autem haec consternatio prorsus extraordinaria, et (ut Cornelius à Lap. aliisque contendunt) à Deo Philistheis singulariter immissa. Probant id ex eo, quia sacer textus in fine versū supra citati (4) repetit, hoc fuisse miraculum, et quidem quasi à Deo.

(1) Loc. cit. ubi rem hanc bis verbis narrat: *Cumque (Jonathas, et armiger ejus) propria ad hostilias castra accederent aperte tenetem jam die, Philistini (id est, Philisthaei) ubi, hoc viderint, inter se dicebant: Ita autris et cuniculis prorepunt Hebrei. Deinde Jonathas cum armigero inclamabat: Venite hinc daturi pœnas audacia. Quam vocem Scuti filii cupide arripiens, ut indubitate omni omen victoria, tunc quidem recessit ē loco in quo conspicuti fuerant. Sed ex illa parte ad rupem acrederentes propter situm incustoditum, magno labore difficultate loci supererat evaserunt ad hostem, aggrissisque sopitis virginis ex his interficerunt, et totum exercitum stupore ac consternatione repleverunt, ut abjectis armis in fugam se darent.*

(2) 1 Reg. 14, 15.

(3) Jud. 7, 21 et 22.

(4) 1 Reg. 14, 15, ubi sic dicitur: *Et factum est miraculum in castris, per agros; sed et omnis populus status eius (Philistinorum), qui erant ad prædanum, obstupuit, et confusa est terra, et accidit quasi miraculum a Deo. Vide Sanctum Commentar. in hunc locum,*

Denique Josephus (1) addit adhuc aliam circumstan-
tiam, ex quā facile intelligi potest, quod Jonathas
ejusque armiger viginti Philistheos interfecerint,
nempe seipatos.

7. Quares VII: *An Propheta Samuel regimen despoti-
cum tyrannorum approbaverit, dum, 1 Reg. 8, 11 et seqq.,
jus regis ita descripsit: Hoc erit jus regis, qui impera-
tur est vobis: filios vestros tolliet, et ponet in curribus
suis facient sibi equites et praecursors quadrigarum
suorum... agros quoque vestros, et vineas, et oliveta optima
tolliet, et dabit servis suis. Sed et segetes vestras, et vinea-
rum redditus addecimabit, ut det eunuchs et fanulus suis.
Servos etiam vestros et ancillas, et juvenes optimos et asi-
nos auferet, et ponet in opere suo. Greges quoque vestros
addecimabit, vosque eritis ei servi.* Nonne Samuel hāc de-
scriptione juris regii despotismū regum solemniter appro-
bavit? Resp.: His verbis Samuelem nequaquam despoti-
sum regum approbat, neque describit quid reges
jure à Deo sibi dato possint, sed quid iure putatio et
usurpatō audeant, et, prout Sanctius (2) ait, pro supre-
mā potestate, quam habere se putant, contra naturae le-
ges, et omnem humanitatem tyramnicē decernant. Distingui-
endum nimirū est (3) inter jus regium regum Hebreorū antiquū à Moyse intimatum, et Deo pro-
ptio datum ac dictatum, et inter jus regium usurpatū magis, quam datum. Jus regium vetus, ac à Deo
datum, seu potius regule, quæ regi eligendō sint ob-
servandæ, extam Deut. cap. 17, ubi v. 14 et seqq. ita
legimus: *Cum ingressus fuerit terram, quam Dominus
Deus tuus dabit tibi et possederis eam, habilaverisque in
illā, et dixeris: Constitutam super me regem, sicut ha-
bent omnes per circuitum nationes, eum constitues, quem
Dominus Deus tuus elegere de numero fratrum tuorum.
Non poteris alterius genitus hominum regem facere, qui
non sit frater tuus. Cumque fuerit constitutus, non mul-
tiplicabili sibi equos... non habebit uxores plurimas, quæ
allicitant animum ejus, neque argenti et auri immensa
pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui, de-
scribet sibi Deuteronomiū legis hujus in volavine, ac-
cipiens exemplarū à Sacerdotib⁹ levitatem tribūs, et habe-
bit secum, lequeget illud omnibus diebus vita sua, ut
discat timore Dominum Deum suum, et custodire verba
et ceremonias ius, quæ in lege præcepta sunt. Nec ele-
vetur cor ejus in superbiam super fratres suos, neque
declinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo
tempore regnet ipse, et filii ejus super Israel. Alterum
jus usurpatū magis fuit, quam datum, Deoque irato et irritato non approbatum, sed permittum, quod Sa-
muel verbis supra in objectione citatis (nimirū 1
Reg. 8, 11 et seqq.) non tam dictat, quam presagitat.
Uli cùm Samuel jus regium proponit, sine dubio non
loquitur de iure justo et legitimo. Longe enim hoc ab
illo antiquiori iure discrepat; neque dūm ait: *Hoc erit**

*jus regis, dicere voluit: Hoc erit verum et legitimū
jus, sed dūtaxat prædict: Hoc erit à regibus usurpa-
tum jus. Non tamen idē Propheta de nudo facto lo-
quitur; nihil enim esset in eo singulare, cùm injurias
facere etiam privati privatis soleant; sed de tali facto,
quod conjunctum erat cum obligatione subditorum ad
non rebellandum, ut nihil superesset, nisi penitens
ad Deum vindicem provocatio. Porro, quā gravia
reges Hebreorū, hoc jus senti, subditis imposuer-
int vectigalia, docuit Salomon, qui populum sic gra-
vavit, ut eo defuncto principes populi ad ejusdem si-
lium Roboam novum regem mox accurrerint, dicentes,
3 Reg. 12, 4: *Pater tuus durissimum jugum imposuit
nobis; tu itaque nunc inimicu paululum dūm imperio pa-
tris tui durissimo, et de jugo gravissimo, quod imposuit
nobis, et seriemus tibi.* Nec filius leviora cogitabat, sed
sic respondit inclementer et barbarē, ibid., v. 11: *Pa-
ter meus aggravavit jugum restrum; ego autem addam
jugo vestro; pater meus cecidit vos flagellis, ego autem
cedam vos scorpionibus.**

Corollarium I. Ex descriptione juris regii à Samuele
factā increduli apud Cl. Bergier (1) pessimè et prorsū
ineptè inferunt, Scripturam veteris Testamenti conti-
nere perniciose et ab omni humanitate abhorrentes
leges politicas. Neque enim Propheta ibi de legitimo et
in iure nature ac positivo divino humanoque fundato
regum jure, sed de illegitimo et tunc temporis à regi-
bus gentium iniquè sumpto et usurpatō loquitur, quos
brevi postea Hebreorū reges imitati sunt. Hinc idem
Propheta immediate addit, 1 Reg. 8, 18: *Et clamabis
in die illā facie regis vestri, quem elegistis vobis;
et non exaudiet vos Dominus in die illā, quia petistis
vobis regem.*

Corollarium II. Errat (ut mitissimè loquar) comes de
Boulainvilliers, dūm M. Bossuet Meldersi episcopo
dicam impingit, quod in suo opere, *Politica ex SS. lit-
teris extracta, inscripto, abutens sacro codice, nova
vincula opprimenda hominum libertati apta fabricārit,*
fastomque ac duriorem regum nimium quantum auxer-
it (2). Errat, inquam, ille comes; nam Bossuetus in
memorato suo opere non fundat jus regum in usur-
patō illo jure regio, quod Samuel loco supra citato 1
Reg. 8 describit, sed potius illud fundat in amore, quæ
omnes homines mutuō sibi debent, et in mutuō
necessitatibus principiū et subditorum (3). Prae-
terea docet, et ex S. Scripturā probat, quod regia
auctoritas debeat esse paterna (4); quod principes ipsi
legibus subjaceant (5); quod arbitrarium et despoticum
regimen sit barbarum ac detestabile (6).

8. Quares VIII: *An Samuel fuerit vir ambitiosus, et
an idē petitio populi Israelici regem petentis ipsi dis-
plicuerit, quia prævidit sic jus judicis super Israel sib-*

(1) Traité historique et dogmatique de la vraie Religion, tom. 6, chap. 5, art. 3, § 10.

(2) Encyclop. art. Vingtîme, ajouté p. 862.

(3) Politique tirée de l'Écriture sainte, lib. 1, art. 4.

(4) L. 5, art. 3.

(5) L. 4, art. 4, prop. 4.

(6) L. 8, art. 2.

(1) Loc. cit.

(2) Commentar. in 1 Reg. 8, 11.

(3) Hanc distinctionem Jo. Conr. Dannhauerus af-
fert et explicat in sua Politica Biblica, quamque Blasius
Ugolinius, tom. 24 Thesaur. Antiquitat. sacrarum, edit.
Veneti. 1761, col. 249 et 250, refert.

filiique suis adimendum? Resp. : Inqua et vana est hæc incredulorum suspicio Samuelem criminantium, ac dicentum, idèo tam tetris coloribus (1) euudem Prophetam jus regium descripsisse, ut populum à petitione regis averteret (2). Verùm numquid Samuel ipsomet (qui juxta communem sententiam est auctor l. 1 Regum) fatetur et asserit, se ex Dei jussu debuisse cedere voluntati populi regem petentis? *Dixit autem Dominus ad Samuelem*, 1 Reg. 8, 7 et 9 : *Audi vocem populi in omnibus quæ loquantur tibi, non enim te abjecerunt, sed me, ne regnum super eos...* Nunc ergo vocem eorum audi, veruntamen contestare eos, et prædic eis ius regis qui regnaturus est super eos. Ambitious et malè contentus, quòd substitutione eligendi regis ipsi régimine populi excludatur, talém confessionem de voluntate Dei obsecundandi petitioñi populi non inseruisset libro suo. Prædictus quidem Samuel Hebreüs, quād durè à futuro rege habendi essent. Sed experientia tempore Salomonis et Roboami gravissima onera cīs impotentium (3), item tempore Achabi et Jezabelis, innocentis Naboth vineam injūstè occupantium, 3 Reg. 21, lucenter ostendit utrūm ipsius prædictio fuerit falsa. Planè iniquum est, idcò aliquem vituperare, quia futura prævidit; et veritatem aperte prolocutus est. Præterea, cūm populum p̄miteret quòd regem petierit, mētūcūtū, ne cā de causā à Deo puniatur, Samuel cumdem sedavit et solatus est. *Dixit autem Samuel ad populum : Nolite timere... nolite recedere à tergo Domini, sed servite Domino in corde vestro..... Et non derelinquet Dominus populum suum, propter nomen suum magnum; quia juravit Dominus facere vos sibi populum. Absit autem à me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis*, 1 Reg. 12, 20 et seqq. Suntne hæc verba hominii ambitiosi aut inordinatè contristati, quòd rege constituto régimen populi sibi suisque filiis subtrahatur?

9. Quares IX : 1° *An fundata sit suspicio, quid Samuel Saïlem non ex instinctu divino, sed ex compacto seu conventione cum eo pridem initia regem elegere, ex spe, Saïlem in regendo populo nil nisi ex voluntate et iussu suo (i. e., Samuels) acturum?* 2° *An Samuel Saïlem neoelectum regem domum redire jussiterit; ipse vero loco Saïlis populum multis adiuc annis regere perrexerit, novo rege interim vitam privatam ducente?* Resp. : Utrumque est vana suspicio, putidumque incredulorum (4) commentum. Quòd enim Saïl non ex conventione humana, sed jussu et voluntate Dei in regem electus unctusque sit, non solum clarè dicit Scriptura, 1 Reg. 9, 16 et 17, sed etiam inde patet, quia cūm Samuel Saïlem secretō in regem unxit, id se Dei jussu fecisse triplici signo Saïli dato, et accuratè impleto confirmavit. *Et hoc tibi signum* (dicebat Samuel) *ad Saïlem recent unctum regem*, ibid. 10, 1, 9, *quia unxit te Deus in principem. Ciam abieris hodiè à me, in-*

(1) 1 Reg. 8, 11 et seqq.

(2) Esprit du Judaïsme, cap. 4, p. 69, Bible expliquée, pag. 294.

(3) Vide precedentem quæst. 7.

(4) Esprit du Judaïsme, c. 4, p. 69, Morgan. t. 1, p. 293.

venies duos viros juxta sepulcrum Rachel in finibus Benjamini, in meridie, dicentque tibi : Inventæ sunt asinæ, ad quas ieras perquæendas... Cimicæ abieris inde, et ultra transieris, et veneris ad querum Thabor, inventient te ibi tres viri ascendentibz ad Deum in Bethel, unus portans tres hædos, et alijs tres tortas panis, et alijs portans lagenam vini..... Post hanc venies in collem Dei, ubi est statio Philistinorum; et cùm ingressus fueris ibi in urbem, obviabit eis Deus cor aliud, et venerunt omnia signa hæc die illâ. Præterea, quid Saïl non ex compacto cum Samuele inito rex constitutus sit, etiam ex eo elucescit, quia sorte electus est ad regendum populum. Et applicuit Samuel, 1 Reg. 10, 20 et 21, omnes tribus Israel, et cecidit sors tribus Benjamin. Et applicuit tribum Benjamin et cognationes ejus, et cecidit cognatio Metri, et pervenit usque ad Saïl, filium Cis. Denique si hæc electio fuisset callidum inventum Samuels, is haud dubiè stirpem suam prætulisset; jam verò sors cadebat, non super tribum Levi, ex quâ erat Samuel (1), sed super tribum Benjamin, ex quâ erat Saïl. Neque dici potest, idèo Samuelem non ex sua tribu, sed ex tribu Benjamin, constituisse regem et motum populi non contenti sedaret. Nam Samuel jam prius Saïlem secretō unxit in regem, in scio populo; ergo causa, cur Samuel Saïlem ad munus regis promoverit, non fuit motus populi, sed alia, nimis voluntas seu jussum Dei.

At inquires : Si Saïl jam ante jussu Dei fuit unctus in regem, superflua erat regis electio per sortem postea instituta. — Resp. cum Cornelio à Lap. (2), et dico : Samuel quidem jam ante ex Dei jussu Saïlem unixerat in regem, sed secretō; posteà verò, ut cumdem à Deo electum toti populo ostenderet, sortem jecit instinctu Dei, qui Samuels suggestit, sc̄ ita sortes has directurum, ut non in alium, quād in Saïlem cadent. Prudenti consilio id fecit Deus, ne quis à Samuele, non à Deo electum Saïlem ob privatam amicitiam, spes et commoda arbitraretur. Porrò sors hec fuit divinatoria, sed à Deo suggesta, idèo licita (3).

Restat ut breviter ad alteram quæstionis partem, utrum Saïl in regem unctus domum redierit, ita volente Samuele, ibique multis adhuc annis privatam vitam duxerit, etc., respondeamus. Falsitas hujus asserti inde patet, quia Saïl, postquam in regem electus est, non nisi uno mense (non verò multis annis) vitam privatam duxit. Nam postquam Saïl neoelectus rex abiit in domum suam in Gabaâ (4)... factum est quasi post mensem, ut Naas Rex Ammon voluerit viris Jabel

(1) 1 Paral. 6, 33, vide etiam Cornel. à Lap. 1 Reg. 4, 1.

(2) Comment. in 1 Reg. 10, 20.

(3) Vide Cornel. à Lap. Comment. in Actor. cap. 1, et Jonæ cap. 1, de sorte triplici.

(4) 1 Reg. 10, 26. Et 1 Reg. 11, 1.

Galaad eruere oculos dextros. Quo audito Saül cogebat exercitum, et cedebat castra Naas ad interrecionem; Hebrei verò applaudebant Saüli, eique regnum confirmabant in Galgalâ (1). Addé, quòd etiam teste Josepho (2) Saül electus rex, uno tantum mense à regio munere abstineret.

10. Queres X: *An Samuel 1, Reg. 15, 22, 33, ex puro et laudabili zelo Saülem regem inreperitur, ac à Deo abiectum pronuntiarit, ed quòd ite crypto rege Agag ex humanitate et misericordia pepercit? Item: An decuerit virum sanctum, qualis dicitur fuisse Samuel, miserum et captivum regem (ibid. 33) innisericorditer in frusta concidere?* — Resp.: Hæc et similia dieteria ab incredulis (3) in Samuelem ob hoc factum congesita virum cordatum, et solidè doctum minime moyent. Nam imprimis tantum abest, ut Samuel ex inordinato et amaro zelo Saülem reprehenderet, ut potius, posquam ex Domino Saüli peccatum intellexit, vehementer contrastatus fuerit, et clamaret ad Dominum totà nocte (4), antequā ad objurgandum Saülem accederet; post factam verò objurgationem et declarationem, quòd Saül à Domino reprobatus sit, abiit..... in Ramathâ..... et lugebat.... Saülem, quoniam Dominum penitebat quod constitisset eum regem super Israel (5). Amavit igitur Samuel Saülem; nec ex immodiçâ irâ, aut spurio, sed justo zelo animatus, eum reprehendit, quòd contra expressum Dei mandatum (6) non fonditus deleverit Amalec, Agag regem, multamque predam reservans. Imò ipse Saul fassus est se peccasse: *Dixitque Saül ad Samuelem: Peccavi, quia vrevaricatus sum sermonem Domini et verba tuc* (7). Porrò nihil fuit indecens in eo, quòd Samuel regem Agag in frusta conciderit, quia, ut Scriptura (8) clare ait, *in frusta concidit eum..... coram Domino, quasi scleratum in victimam anathematis justitiae divinae sacrificans*; idque non ex saeviâ, sed ex zelo justæ vindictæ (9), qualem zelum

(1) Ibidem, 14 et 15.

(2) L. 6 Antiq. Judæi., c. 5.

(3) Bible expliquée, p. 310, seqq. Morgan. t. 1, p. 298.

(4) 1 Reg. 15, 11.

(5) Reg. 34 et 35.

(6) 1 Reg. 15, 5: *Nunc ergo vade, et percutte Amalec, et demolire universa ejus; non parcas ei, et non concupiscas ex rebus ipsius aliiquid; sed interfice à viro usque ad mulierem, et parvulum atque lactentem, boven et ovem, canem et asinum.* Vide etiam hanc in rem, Exod. 17, 8 et 14.

(7) 1 Reg. 15, 24.

(8) 1 Reg. 15, 35.

(9) Hinc, antequā regem Agag in frusta concideret Samuel, dixit ad il'um, 1 Reg. 15, 33: *Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque filiis inter mulieres mater tua.* Præterea omnes Amalecite à Deo erant interrecioni destinati, quia Israëlitæ ex Egypto per desertum ascendentibus restitierunt in Raphidim, et contra eos pugnauerunt. Unde Exod. 17, 14, dixit Dominus ad Moysen: *Scribe hoc monumenum in libro..... debeo enim memoriam Amalec sub celo.* Et iterum, 1 Reg. 15, 2 et 3, Samuel Propheta ad Saül ait: *Hac dicit Dominus exercitum: Recensui quatuorū facit Amalec Israel, quomodo resistit ei in via, quem occideret de Egypto, Nunc ergo vade et per-*

etiā habuit Phinees occidens Zambri Israëlitam, et Cozbi mulierem Madianitidem (1); et Elias Prophetæ occidens sacerdotes Baal (2). Accedit, quòd, quamvis haec verba Scriptura, *in frusta concidit eum*, intelligat Serarius cum aliis hoc sensu, quòd Samuel propriâ manu occiderit regem Agag; tamen, ut Cornelius à Lap. (5) observat, Josephus ait id factum esse per alios iussu Prophetæ. Verba Josephi (4) sunt: *Post-hac adductus est ad eum* (Prophetam Samuelem) *Agag rex Amalecitarum, qui, cùm, à NORTEN AMARAN excludasset, audiuit à Prophetâ: Quemadmodum tu multis Hebreorum matribus, cassis earum filiis, lumenta et luctum attulisti, ita cœquum est ut ipse matri tuae mæstitionem afferas. Jussitque eum ibidem in Galgalis interfici;* ipse verò reversus est Ramatham.

11. Queres XI: *An Samuel fuerit vir seditus, et turbaram in regno Israel, ac dissidiū inter regem Saül et Davidem auctor?* Antequā ad hanc incredulorum caluniam respondeam, observo, quòd si Samuelem depingant tanquam virum ambitiosum et seditus, qui pro plenitudine potestatis sibi arrogatè regem creârit, et iterum deposuerit. Sic aiunt, Samuelem ideò Davidem occultè unxisse in regem, 1 Reg. 16, 13, ut annulm regni contra Saülem excitaret quibus insidiis et machinis intellectis, Saül rex in profundissimam tristitiam seu melancholiā demersus sit; Samuelem verò in nomine Domini prædicâsse et excitasse seditionem et turbas in regno Hebreorum, hanc fuisse originem continui dissidiū et discordiarum inter reges Hebreos et prophetas, sicutque ortas fuisse apud superstitionis Hebreorum populum geminas potestates perpetuò invicem pugnantes, unam regum, alteram Prophetarum. Ita increduli (5). Porrò auctor omnium harum calumniarum, teste Cl. Bergier (6), addit, res eodem modo se habere in religione christianorum.

Tota hæc objectio nihil aliud est quām congeries falsitatem et calumniarum adversus sanctum Prophetam Samuelem et religionem christianam. Nam falsum est quòd Samuel reges pro arbitrio suo creârit aut deposuerit. Saül enim non ex gratiâ hujus Prophetæ, sed sorte in regem electus est, ut supra, quæst. 9,

cute Amalec;.. non parcas ei;.. sed interfice à viro usque ad mulierem, et parvulum atque lactentem, etc. Enī quām j̄sto zelo Samuel Prophetæ regem Amalecitanum, quem Saul vivum reservavit, interficere potuerit.

(1) Num 25, 10 et seqq., ubi Deus ipsi Phinees dat pro mercede perpetuum Sacerdotium, cō quod divino zelo Zambri et Cozbi pugione confidisset: *Dixitque Dominus ad Moysen: Phinees... avertit iram meam à filiis Israel, quia zelo meo communotus est contra eos... idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem faderis mei, et erit tam ipsi, quām scirra ejus pectus Sacerdotii semper immunit, quia zelatus est pro Dō, et expiavit scelus filiorum Israel.* Erat enim Zambri Israëlitæ, qui pugnaverunt cum Cozbi muliere Madianitide.

(2) 5 Reg. 18, 40.

(3) Comment. in 1 Reg. 15, 33.

(4) L. 6 Antiq. Judæi., cap. 9.

(5) Esprit du Judaïsme, cap. 4, pag. 72; Bible expliquée, pag. 311; Morgan t. 1, pag. 299.

(6) Traité historique et dogmatique de la vraie Religion, tom. 7, t. 6, art. 1, § 17.

demonstravimus. Neque is à Samuele, sed à Deo (Samuel duxit sententiam divinam promulgante) depositus, regnoque privatus est, et quidem solum in actu primo (1) ut schola loqui solent. Præterea falsum est, quod Samuel ad excitandam contra Saûlem seditionem prædicarit, seu ad populum dixerit; id enim nullo probabili arguento ab incredibili evinci potest. Falsum quoque, quod Samuel seditionis aut alio inordinato affectu humano Davidem occulte in regem unixerit, sed id fecit, postquam miserando Saûlis lapsu vehementer indoluit, expressè jussus à Deo. Nam Reg. 15, 35, lugebat Samuel Saûlem, quoniam Dominum panitebat, quod constitueret eum regem super Israel. Dixitque Dominus ad Samuelem : Usquequid tu lugas, Saûl, cum ego progercerim eum, ne regnet super Israel. Imple cornu tuum oleo, et veni, ut mittam ad te Isai Bethlehemitum ; providit enim in filiis ejus mihi regem (nempe Davidem). Et ait Samuel : Quomodo vadam ? audiet enim Saûl, et interficiet me..... Tulit ergo Samuel cornu olei, et unxit eum in media fratribus ejus. En ! non motu proprio, sed jussu divino adactus Samuel Davidem in regem unxit, atque hoc

(1) Quamvis enim nonnulli putent, Saûlem, quandū ad eum Samuel, 1 Reg. 16, 23, dixit : Pro eo ergo quod abieciisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex, à Deo actu privatum esse regno, ut amplius non fuerit rex, sed Israhel rex fuerit David : ipseque S. Chrysostomus (homil. de David cum Goliath) dicat Saûlem regem putari, Davidem verò esse ; tamen melius illi cum Cornelio à Lap. censem, Saûlem cit. loc. duxitataxat privari regno quasi in actu primo, non secundo, hoc est, potestate regis illius dejici, sed permitti tamen ei illius usum et administrationem ad dies vite, aut potius denuntiari ei privationem regni, cuius privationis realis execuſio postea facienda erat in ejus clade et morte. Nam Saûlem mansisse regem usque ad mortem, patet primò, quia ipse eō usque regnum continuo gubernavit, perinde ut fecerat ante. Secundò, quia populus etiam posthac eum ut regem suum habuit et coluit. Tertiò, quia David semper professus est Saûlem esse regem, se verò ad regnum actu gubernandum jus non habere, nisi post ejus mortem. Nec alius voluit Chrysostomus, dicens Davidem regem esse, scilicet à Deo designatum, ut Saûl abdicato morienti succeederet, ac regnum ad posteros suos (i. e., Davidis) transmitteret, in iisque perpetuaretur. Denique ipse Samuel post hanc privationem, Saûli honorem regium detulit, eumque ut regem securus est, 1 Reg. 16, 31. Alioquin enim Israel caruisse rege; nec enim David, ut dixi, rexit ante mortem Saûlis. Quod ergo ait Samuel Propheta : Abiecit te, ne sis rex, sensum habet : Abiecit te, ne diu in regno perseveres. Decreuit enim tibi regnum cum vita brevi aſferre, illudque in Davidem transfrere; quare non tui, sed Davidis posteriori in regnum succederet, eruntque reges continuo Israëlis. Si enim Saûl Deo semper fidelis et obediens permanisset, regia dignitas et potestas mansisset apud ejus posteros; cùm autem factus sit inobediens, translatum est regnum sensu paulò ante explicato ad Davidem et hujus posteros, prout Samuel, 1 Reg. 15, 15 et 14, Saûl predicit his verbis : Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quae precepisti tibi. Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Tribui Juda verò promissio absoluta facta est, et diu ante fieri potuit; cùm diu ante, nempe ab eterno Deus præviderit, Saûlem conditionem sibi ponendam, non impleturum. Ita Sanctius cum aliis.

quidem ita intelligendum, non ut statim actu regnaret, sed ut Saûli mortuo in regno succederet. Sicut autem incredibilis ille calumniator, de quo supra, loc. cit., mentio facta est, impudenter singit dissidia et turbas adversus Saûlem à Samuele seditiosè excitatas : ita somniat nescio quas similes continuas lites et discordias inter alios Prophetas et reges Hebreos Saûlis successores tumultuose suscitas. Denique per modum epiphonematis addit, res eoden. modo se habere in religione christiana, quā crisi (ni vehementer fallor) dicere vult, similiter apud nos christianos perpetuam esse collisionem inter potestatem sacram et profanam. Verùm animadvertere debuisset, ejusmodi collisionem, si quae datur, non ex intrinsecā utriusque illius potestatis constitutione, aut barum potestatum segregatio oriri (multi enim dabuntur, aut dantur principes ecclesiastici et seculares, qui non ita colliduntur), sed ex errore, ignorantia, prajudicatis opinionibus hominum, ex infligatione pseudo-politicorum, vel similibus causis, prout theologi et Canonicisti orthodoxi passim ostendere solent.

Corollarium. Ex dictis facilis colliges, omnes accusationes, quibus deistæ (maxime Thomas Morgan, doctor medicinas in Angliâ, in parte 3 sue *moralis Philosophiae*), nescio que crimina sanctissimo viro Samuelei impingunt, nullo negocio difflari, et à sola horum incredulorum dicacitate studioque criminandi ortum habere. Ceterum porquā concinnē ac verissimè hic observat Cl. Bergier, quod increduli nostræ etatis argumenta sua, quibus christianam religionem impugnant, ex Anglicanis deistis tanquam insignes plagiarii describant, Anglicani verò deistæ echo quedam sint veterum christianarum religionis hostium.

12. Quæres XII : Quomodo Deus preparare, id est, confirmare in aeternum potuerit regnum Saûli, qui erat ex tribu Benjamini, juxta illud 1 Reg. 13, 13 : « Quod si non fecisses (i. e., si mandata Dei non violasses), jam præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum ; » cum tamen jam multis ante seculis sceptrum Israel promissum fuerit tribui Juda? Sic enim Patriarcha Jacob, Gen. 49, 10, de Judâ vaticinatus est : « Non auferetur sceptrum de Judâ, et dux de semore ejus. » — Resp. : Saûli, ejusque posteris promissum fuit sceptrum Israëlis tantum sub conditione, seu ex hypothesi, quod Dei mandatis morem gesturus sit, ut patet ex illis ipsis verbis Samueли ad Saûlem loc. cit. Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quae precepisti tibi. Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Tribui Juda verò promissio absoluta facta est, et diu ante fieri potuit; cùm diu ante, nempe ab eterno Deus præviderit, Saûlem conditionem sibi ponendam, non impleturum. Ita Sanctius cum aliis.

13. Quæres XIII : Quomodo explicari possint verba illa, 1 Reg. 13, 1 : « Filius unius anni erat Saûl, cum regnare capisset; duobus autem annis regnaret, » cum tamen utrumque falsum sit, et quod Saûl unius duxit annis filius fuerit, quandū regnare caput, et quod duabus annis regnare regnaret? — Resp. : Utrumque in sensu

S. Scripturæ ritè intellecto verum est. Duplex autem celebrior, magisque commendata hujus sacri textū expositio est. Primam afferit Hieronymus, Abulensis, Cajetanus, pluresque alii, dicentes, sensum allati textū esse hunc : *Saül, sicut parvulus infans unius anni, innocens et sine culpe fuit, cum ad solium regni eveneretur; et in edēm innocentia regnavit super Israel.* Favet huic expositioni Targum Jonathan, seu paraphrasis chaldaica, quæ ita habet : *Sicut filius anni, in quo non sunt culpe, Saül (era) quando regnavit, et duobus annis regnavit super Israel.* Altera, et hebraico textui conformior videtur expositio Cornelii à Lap., et aliorum contendentium, haec verba : *Filius unius anni erat Saül, cum regnare cœpisset; duobus autem annis regnavit super Israel; et elegit sibi Saül tria millia, etc.*, esse velut superioris capitatis undecimi (caput duodecimum non nisi allocutionem Samuels ad populum Hebreum continet) conclusionem, ac veluti proœmium, vel, si mavis, epocham eorum quæ consequuntur, ita ut sensus sit : *Saül parta victoriā, de Naas, rursus in regem à Samuele uncus, cap. 11, v. ult., agebat primum sui regni annum, ac inchoabat secundum; quo exacto elegit tria millia milium prædiariorū.* Hic sensus, ut dixi, conformior est textui hebraico, qui ad verbum sic habet : *בְּנֵי שָׁנָה בְּנֵי שָׁנָה, Filius anni Saül, in regnando ipsum, quasi dicat: Jam regnabit Saül unum annum; jam agebat primum regni sui annum, cum hæc gesta sunt, videlicet cum victoriā de Naas retulit, idēque comparatā sibi uncotoritate et gratiā populi, rursus in regem à Samuele uncus est.*

Corollarium I. Verba hæc : *Filius unius anni erat Saül, cum regnare cœpisset*, est hebraismus; nam *filius anni*, juxta Hebreos, illum significat, qui natus est, vel qui incepit ex anno, de quo sermo est (1). Porrò initium regni, seu ea dies, quæ aliquis ad solium pervenit, in principibus habeatur velut dies nativitatis eorum; ab hoc tempore eorum anni recensebantur (2). In hoc sensu etiam Saül appellatur *Filius anni*, h. e., eo anno factus rex.

. Corol. II. Verba illa objecti textū : *Duobus autem annis regnarit, non sic accipienda sunt, quod Saül duobus tantum annis universim regnaverit, sed quod biennio regnaverit tunc, quando tria millia de Israel elegit, qui sibi à prætorio essent, ut ex contextu placitum est. Sic enim habet Vulgata nostra : Duobus annis regnavit super Israel, et elegit sibi Saül tria millia de Israel.* Et adhuc clarius textus syriacus ita sonans : *Cum autem anno uno vel duobus regnasset Saül in regno suo super Israelem, elegit sibi Saül tria millia virorum ex Israele.* Et textus arabicus, dicens : *Cum autem regnasset Saül uno, duobus, vel tribus annis è regno suo super filios Israel, delegit Saül ex Israëlitis tria millia virorum, etc.* Igitur nulla est necessitas, verba illa sacri textū : *duobus autem annis regnavit intelligendi*

(1) Vide Calmeti et Cornelii à Lap. Commentar. in 1 Reg. 13, 1.

(2) Vide Calmeti Commentar., loc. cit. Item ejusdem Commentar. in Matth. 14, 6.

de annis regni Saül universim sumptis; quamvis non desinent graves auctores, qui acriter contendunt, Saülem biennio solo regnasse, et solo biennio contingere commodè potuisse, quæcumque de rege Saüle tote primo libro Regum recensentur. Ita censem Hebrai in Seder-Olam, Gaspar Sanctius, Tirius, Arias Montanus, Gerardus Mercator, Adrichomius, et quidam alii. Argumenta, quæ in oppositum afferuntur, vide soluta apud Sanctum (1), et in Chronicō sacro Tirini, cap. 26, 27.

14. Queres. XIV : 1^o *Quomodo intelligenda verba illa, 1 Reg. 16, ult. : « Igitur quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saül, David tollebat citharam, et percutiebat manu sud, et refocillabatur Saül et lenius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus. »* Quis est iste spiritus Domini malus? 2^o *Si fuit spiritus Domini, quomodo simul potuit esse malus?* 3^o *Qualis est spiritus, habituo aut vis musices, seu pulsus citharae ad fugandum spiritum?*

Ad primum. Quamvis aliqui hunc spiritum nequam, qui insiliit in regem Saül, et tam atrociter eum exagitavit, potest nihil aliud fuisse, quam morbum melancholicum, atroque bilis, aut omnino mania; alii vero contendant, fuisse spiritum seu angelum bonum, qui missus sit à Deo, ut excruciatet Saülem, et penas ab eo sumerat violati præcepti; tamen communis est Patrum, doctorumque sententia, emergumentum fuisse Saülem; id est, obsessum, et intus exagitatum à demone, seu spiritu malo. Ita Gregorius, lib. 2 Moral., cap. 6, Theodoretus, quest. 38, Rupertus (2), Lyra, Abulensis, Serarius, Sanctius, Cornelius à Lap., alii que interpres passim. Ac profectò invita trahitur et omnino contorta S. Scripturæ littera in aliam sententiam.

Ad secundum. Dicitur loc. cit. *dæmon spiritus Domini, cùm tamen sit malus, quia ejus ministerio usus est Dominus ad afflendum Saülem. Cùm enim dæmones vel inviti parent Domini voluntati, licet mali sint, spiritus tamen Domini esse dicuntur, quia servilem ei operam navant. Quare hanc in rem optimè Gregorius, loc. cit., inquit : Diabolus, licet afflictionem justorum semper appetat; tamen si à Deo potestatem non accipit, ad tentationis articulum non convalescit, unde omnis voluntas ejus injusta. Ex se enim tentare appetit; sed eos, qui tentandi sunt, et prout tentandi sunt, Deus justè tentari permittit. Idēc idem spiritus et Domini appellatur, et malus; Domini, per licentiam justæ potestatis; malus, per desiderium injustæ potestatis.* Hæc enim potestas ex parte Dei punientis Saülem per diabolum, erat justa; ex parte vero diaboli tyranicæ Saülem excruciantis, erat injusta. Diabolus autem in Saülem nil poterat, nisi potestate à Deo accepta, qui illam limitavit, ut tantum et non amplius eum affligere posset, ut fecit in S. Job.

Ad tertium. Vim ad sedandas, componendasque passiones tum animi, tum corporis, magnam esse in musicā, sicut est in lituis et tubis ad easdem in prelio

(1) Commentar. in 1 Reg. 13, v.

(2) L. 2 in cap. 1 Reg.

excitandas inflammandasque, plurimis rationibus et exemplis docent Plutarchus (1), Seneca (2), Basilius (3), Vallesius (4), Delrio (5), aliquie. Igitur etiam valebat ad compescendam agitationem demonis, qui passionibus istis et humorum commotionibus sese ingerit, iisdem utitur ad animum occupandum, vel magis exagitandum. Cæterum illa Saülis resocillatio non à sola musica seu pulsu cithara proficisci potuit, cum spiritus malus dicatur etiam recessisse à Saüle, 1 Reg. 16, v. ult., seu fugatus fuisse per Davidem, quod nullis sonis quantumcumque numerose modulatis convenire potest. Censeo itaque cum Tirino (6), id potius adscribendum sacris psalmorum et hymnorum verbis, quin et piis precibus et votis, quibus David pro regis incolumitate Deum interpellabat; pene eo modo quo nunc Ecclesia per preces et sacra verba, per adjurations et exorcismos expellit cacodæmonas ex ener-gumenis. Ita ferè Theod. aliquie.

13. Quæres XV : *Quomodo explicari possit illud 1 Reg. 18, 10 : « Invasit spiritus Dei malus Saül, et prophetabat in medio domus sue ; » cum tamen propheta sit boni, et non mali spiritus ?* Resp. : Quamvis propheta juxta communem significacionem idem sit, ac futura prædicere, in S. Scripturâ tamen etiam in variis aliis sensibus (7) hæc vox adhibetur; et hoc quidem loco neutiquam significat futura ex afflato divino prædicere, sed insanire, id est, agitatione corporis ab ob-sidente dæmoni impulsu, et more fanatico fundendo verba aliena ac absurdâ, prophetarum motus ineptè imitari. Unde textus chaldaeus ita habet : *Manṣūt spiritus matus... super Saül, et insanivit intra domum.* Similiter, 3 Regum 18, v. 29, ubi nostra Vulgata de sacrificiis Baal ait : *Postquam autem transiit meridies, et illis (sacrificiis) prophetantibus venerabilis tempus quo sacrificium offerri solet, textus chaldaeus habet : Et fuit cum transiit meridies, et insanirent, usquequod offerri solet manus* (8).

(1) L. de Musica. — (2) L. 5 de Irâ, cap. 9.

(3) De libris Gentilium. — (4) Philos. sacræ c. 28.

(5) L. 3 Disquis. Magic.

(6) Comment. in 1 Reg. 16, 23.

(7) Hæc vox *Prophetare*, præter communem notio-nem, quæ est futura prædicere, aliquandùm in S. Scripturâ significat Deum laudare. Sic 1 Reg. 10, 5, Samuel Saüli dicit : *Obvium habebis gregem prophetarum... et ante eos psalterium et tympanum et tibiam, et citharan ipsorum prophetaentes*, h. e. psalmos et hymnos in honorem Dei cantantes. Alibi significat Scripturas in-terpretari. Sic 1 Cor. 14, 3, legitimus : *Qui prophetat* (h. e., qui Scripturas explanat) *hominibus loquitur ad aedificationem.* Iterum alibi significat prophetiam con-firmare. Sic Ecclesiastici 49, 18, de Joseph Ägyptio dicitur : *Et ossa ipsius visitata sunt, et post mortem prophetaverunt*, h. e., prophetiam ab ipso editam con-firmarunt. Cum enim iuxta ipsius predictionem ossa ejusdem ex Ägypto exstant, ipsa ossa translatâ declaraverunt, illum verum fuisse Prophetam. Alibi vero vox prophetare significat miraculum edere. Sic de Eliseo, Ecclesiastici 48, 14, dicitur : *Et mortuum prophetavit corpus ejus*, h. e., miraculum edidit mortuum suscitando, qui in ejus sepulcrum projectus erat. Denique interdum significat insanire, ut responsione ad propositam quæst. 15 ostendimus.

(8) Vide Biblia polyglotta card. Ximenii in hunc S. Scripturæ locum.

16. Quæres XVI : *Quomodo explicetur illud 1 Reg. 15, 33 : « Non vidit Samuel ultra Saül usque in diem mortis sue ; » cum tamen postea 1 Reg. 19, 24, Saül coram SAMUELE TOTA DIE PROPHETARIT ?* Resp. nullam hic esse antilogiam seu contradictionem. Nam post illud bellum adversus Amalecitas non vidit Samuel ultra Saül, id est, non amplius eum invisit honoris, officii vel amicitiae gratiâ, quomodo prius eum invisere solebat, ut illum scilicet in administratione regni dirigeret, admoniceret, reprehenderet. Sciebat enim cum esse reprobatum à Domino, neque ab illo amplius quidquam sperabat sanum, aut ex usu reipublicæ; quamvis perrexerit eum intrinsecus amplecti charitate, quâ proximum suum proseQUI tenebatur, et miserando ipsius lapsu omnibus diebus vita sua sit illacryma-tus. Paucis : Samuel et Saül non amplius occurrerunt sibi veluti amici, et mutuâ familiaritate utentes. Verum hoc insuper habito contigit, ut Samuel videret Saülem cum ceteris prophetantem; fermè sicut spectamus oculis imaginem, arboreum, seram, aut aliud objectum; quod casu sèpè contingit. Ita Sanctius, Calmet, aliique interpres passim. Imò teste Sanctio (1), sunt qui dicunt, visum quidem tunc à Samuele Saülem pro-phestantem, non autem à Saüli Samulem, additique idem auctor hæc verba : *Quod mihi verisimile est, cum alienatus à mente fuerit Saül, quo tempore fuit in cœtu prophetarum.*

17. Quæres XVII : *Quorsum, 1 Reg. 24, 4; narretur quid « Saul ingressus fuerit speluncam, ut purgaret ventrem ? » An non hoc, et plura alia similia in Scripturâ sunt inutiliter dicta, inò eloquio Dei indigna, et indecentia ?* Hanc vel similes quæstiones et dubia move-re solent quidam rudes mechanici, ut loquitur D. Chrysostomus (2), et dissoluti celsisque indigni, qui multa in sacris litteris superflua contineri dicere au-dent. Ita quoque ante 13 annos scriptor ille anonymus, qui se regis Borussiae officialem bellicum dixit, aut finxit, variaque dubia contra divinam S. Scripturæ auctoritatem in prolixiore suo scripto ad D. Joannem Christoph. de Zubueisnig (3) dato accumulavit, quæ-

(1) Commentar. in 1 Reg. 19, 24.

(2) Homil. 31 in Epist. ad Roman.

(3) Cum D. Joan. Christoph. de Zubueisnig orbi litterario ob p̄eclarium suum opus, *Historische und critische Nachrichten von dem Leben und Schriften des Herrn von Voltaire, und anderer Neu-Philosophen unserer Zeiten*, notissimum, aliud quoque insigne opus Cl. Nonnoti cui titulus, *Philosophisches Lexicon der Religion* ex gallico in idioma Germanicum verterit, occasione hujus versionis anonymous ille officialis bellicus, de quo paulò ante diximus, ad eundem scriptis, variaque contra S. Scripturam, et religionem christiana dubia eidem proposuit, sanctè tamen contestans, se non esse ex numero incredulorum, prout in suâ ad eundem Epistolâ germanicâ patet, que ita sonat : *Mein Herr ! ich nehme mir die Freyheit, ihnen einen Anhang zu meinen Bedenken über einige Religionspunkte zu überschicken. — Sie werden vielleicht sagen, dass dieser Anhang gar sehr nach der Freidenkerâ schmecke; aber ich betheure ihnen, dass ich von dieser Seuche befreit bin. Es sind wiederum nur Zweifel. Ich habe sie einigen unserer evangelischen Prediger vorgetragen, allein sie haben mich nicht befriedigen können. Ich wage es*

sivit his verbis : *Quid est Scriptura? Nonne est verbum Dei? an Deus ex alio fine ad hominem loquitur, quām ut hunc edoceat?* Planè in divinis libris nullum dictum contineri deberet, quod Deo non sit dignum, et ad meam instructionem serviat. *Iam verò quid inde disco, quid Aod. Jud. 3, 21 et 22, i pugnō smistrā manū apprehensum, tam fortiter in ventre regis Eglon infixerit, ut per secreta naturā abī stercora proruperint?* *Talia dicta minime deberent esse in libro, de quo dicitur, quid in eo Deus loquatur. Deus enim nec inutiliter, nec soridè loxitur.* Hūeque scriptor ille anonymous. Verum

Qui talia efflunt, et S. Scripturam impīi hujus-comodi dictis lassent, non attendunt, quod eae circumstantiae, que in sacris litteris narrantur, et ipsi inutiliter scripte videntur, conducant vel ad nostram institutionem, vel ad integratatem sermonis, vel ad simplicitatem sinceritatemque narrationis, ex quā veritas historia mirè eluet, vel denique ad alium finem à Deo sapientissimè intētum, quamvis nobis incognitum. Sic, quod in sacris litteris de Eglon rege Moabitarum, aut de aliis quedam vilia narrentur, non obstat majestati S. Scripturæ. Id enim fieri potuit, ut integra historie series sinceratur, et ut simul poteat, etiam reges et principes hujus mundi humanis misericordiis et fragilitatibus, ac subitaneis, minimèque previsis mortis casibus aquē ac plebeios subjectos esse. Similiter non otiosè, nec sine causā in S. Scripturā narratur, quod Saul speluncam ingressus sit ad purgandū ventrem. Clarior enim inde fit Davidis in Saülem singularis misericordia et clementia, qui ne in distinctum quidem et exarmatum hostem, quod facile potuisse, irruerat occisurus.

Porrò quām parū sol, dum radiis suis cloacas perlustrat, maculatur, aut omnipotentialis divina, dum in vilissimas creaturarum actiones physicē influit, labem condralit; tam parū sanctitas et majestas Scripturæ defectum patitur, dum ejusmodi res vilissimas narrat, praesertim, quia id nunquam sine sapiente consilio fit, ut paulò ante demonstravimus. Ac profectò, si Deo indignum non est naturam humanam ejusmodi necessitatibus obnoxiam creare, cur illo indignum, aut indecens sit, easdem narrare? Deus purissimus spiritus est, incapax omnis maculae aut sordis. Hinc sive creet, sive physicē influat in quascumque creaturarum actiones, sive has narret, cūm id semper ex sapientissimo fine facial, nunquam sorde-

• also mich bei den Katholiken Raths zu erholen.
 • Es sind doch keine unaflöschliche Zweifel, obwohl
 • sie mir von einiger Wichtigkeit zu sein scheinen. »
 • Eadem epistola ex germanico in latinum translatā ita habet: *Domine mi! audeo tibi appendicem ad Reflectiones SUPER QUEDAM RELIGIONIS PUNCTA mīttere. — Dices fortassis, quid hæc appendix liberissimum vehe- menter redolat. Verū asseveranter tibi affirmo me hæc huc imponere esse. Sunt solum quedam dubia, quæ nos- stris evangelicis præconibus solvenda proposi. Sed ani- mum meum tranquillare non potuerat. Ideo Catholico- run hæc dare responsa exquirere statui. Faleor, hæc dubia non esse insolubilia; attamen non exigui momenti mihi videntur.*

scit, nunquam labem seu physicam seu moralem contrahit.

48. Corollarium I. Sicut non est indignum omnipotentie divine maiestate, res minimas creare, aut in quascumque etiam vilissimas creaturarum actiones physicē influere; sic non fuit indignum sanctitate ei sapientiā divinā, res ejusmodi minimas aut vilissimas scriptoribus agiographis, seu sacris, qui Scripturæ divinæ libros primitus conserpsere, scribendis dictare, praesertim, quia sepi magna mysteria sub figurā minimarum rerum latent, aut certè res minimae, vel etiam vilissimae nunquam sine ratione ac sapienti consilio in sacris litteris sunt annotatae. Sic præter exempla Scripturæ jam de Eglon rege Moabitarum, et Saüle allata, inutilis quoque non est narratio, de cane Tobiae, qui redeante in domum paternam Tobia ju niore præcucurrit... et quasi nuntius adveniens blandimento suæ caudæ gaudebat, Tob. 11, 9. Præterquam enim, quod hæc descripcio ad simplicitatem et sinceritatem historice narrationis apprime serviat, et auditia vel leta delectet (1), eadem quoque ad morum instructionem utilis est. Audi Bedam citatum locum Scripturæ ita exponentem: *Non est contemnenda figura canis hujus, quia viator et comes Angeli est. Doctores enim exprimit Ecclesiæ, qui configendo cum haereticis, lupos graves à Pastoris summi fugani orili. Et pulchrè dixit, QUASI NUNTIUS ADVENTIENS; quia nimiriū docto quispiam fidelis nuntius est veritatis; pulchrè: BLANDIMENTO SUA CAUDE GAUDEBAT. Cauda, quæ quasi finis est corporis, finem bonæ operationis, id est, perfectionem, vel certè mercedem, quæ sine fine tribuitur, insinuat.* Aliam instructionem moralem D. Ambrosius, lib. 6 Hexamer. cap. 4, ex hoc loco Scripturæ eruit. Nam juxta interpretationem hujus S. doctoris Ecclesiæ, canis idē Tobia comes adjungitur, ut, cūm esset gratitudinis symbolum, juvenem Tobiam ad grates Deo, atque angelo Raphaeli debitas, cumulatè referandas, erudiret; vel etiam, ut, cūm esset vigilantisimus dominus custos, juvenem prima tractandas familias gubernacula aggressum, suo exemplo ad custodiam dominus hortaretur. Addo adhuc unum Scripturæ locum, qui primo intuitu videtur, aut saltem incredibilis videri posset inutilis ad fidēi vel morum instructionem. Est is ex Epist. 2 ad Timoth. cap. 4, v. 13, desumptus, ubi dicitur, quid D. Paulus habuerit penulam, quam reliquerit Troade apud Carpum. Quid autem hoc ad nos? quid inde discimus ad fidēi vel morum instructionem conducens? Verū etiam ista narratio comprimis servit ad nostram institutionem, maximè si spectator contextus, qui ita habet: *Penulam, quam reliqui Troade, apud Carpum, veniens affer tecum; et libros, maximè autem membranas.* Nam ex eo quod D. Paulus à Timotheo petat, ut illam penulam veniens afferat secum, intelligimus, posse nos laudabiliter et meritorie providere necessitatibus corporis, dummodo id fiat cum debitā moderatione, atque ad Dei gloriam

(1) Sic etiam apud Homerum in Odyssæa quedam et his similia de Argo cane narrantur, quæ legentem cum fructu innocue voluntatis teuent.

referatur. Præterea paupertatis hic exemplum habemus, quod Paulus totius orbis doctor Timotheo totius Asie primatis nullas alias divitias, quam penitam, credo jam attritam et obsoletam, et paucos libros, et membranulas commendaret. Insuper singulare religiosi exemplum ex supra citatis Pauli verbis elucet, quod addit: *Maxime autem membranas*, hoc est, interprete Theodoreto, divinas Scripturas, quas in membranis tunc temporis describerabant. Quasi Paulus, eti penitam, libros, membranicasque exegerit, facile tam ceterorum omnium jacturam pateretur, dummodum membranæ, seu Scripturæ sanctæ, ad eum in columnas afferrentur. Hæc pluraque alia emolumenta, tum ex citatis locis, tum ex aliis, quæ improbi homines tanquam inutilia condemnant, facile colligentur. Nihil igitur in sacra historiâ otiosum aut inutile reperitur. Verum hæc de re etiam infra in libris Paralip sermo redibit.

Corollarium II. Crassè et impiè errarunt et errant illi qui putant, res quidem majoris momenti in sacro codice contentas à scriptoribus sacris Deo inspirante et dictante fuisse litteris consignatas; non item res omnes minutæ, quas sacro codici inscrerent; has enim, aiunt, cruditione suâ et spiritu duxataxat humano addidisse. Profectò sic semper essemus in dubio, quid in sacro codice sit scriptum Deo inspirante et dictante, et quid non; quid ibi sit verbum Dei scriptum, et quid præcisè verbum hominis, neque illius, qui primitus sacri codicis partem aliquam scripsit; ac proin etiam incerti essemus, quid in Bibliis fide divinâ credi possit et debeat, et quid non. Cæterum, (ut jam in Corollario I observavimus) tam parùm Deo indignum fuit, res ejusmodi minimas sacro scriptori scribendas dictare, quam parùm Deo indignum fuit, res minimas et opinione nostrâ vilissimas creare. Unde S. Hieronymus (1) contra eos qui putant, non provenire ab inspiratione Spiritus S. res minutæ in sacro codice scriptas, cùm tameu scriptoribus agiographis inspiraverit res majoris momenti ibidem scribendas, ait: *Quod si non putant esse parva, quorum (scriptorum à Deo inspiratorum) et magna sunt, alterum mihi conditorem, justa Valentini, Marcionem et Apellem, formicæ, vermicum, culicæ, locustarum; alterum cœli, terræ, maris et Angelorum debet introducere.*

Corollarium III. Verissimum, et in lectione aut meditatione sacrarum Scripturarum semper præ oculis habendum est illud S. Pauli 2 ad Timotheum, 16, 17, ecclat: *Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitiâ, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Igitur juxta testimonium Pauli nulla pars Scripturæ, quantumvis parva et exigua, otiosa vel inutilis est. Nam *omnis Scriptura, h. e. quellibet pars Scripturæ utilis est.* Id ipsum etiam Patres tam græci, quam latini de utilitate S. Scripturæ loquentes, unanimiter docent. Audiamus quosdam ex

præcipuis. S. Chrysostomus (4) ait: *Doceamus vos, neque dictiorem parvam, neque syllabam unam in divini litteris contentam, prætereundam. Non enim verba qualiacunque sunt, sed etiam Spiritus S. verba. Et propriea magnum in his thesaurum invenire licet, etiam in una dictione.* Ac iterum (2): *Ne puteatis, hoc absque causa stuisse adjectum; nihil enim in divina Scriptura continetur, quod non aliquâ ratione dictum sit, et latenter in se habeat utilitatem.* D. Basilius (5) inquit: *Sacrae Scripturæ verba, si ulcumque legantur, aut perfunditorie, syllabe tantum quædam esse videntur et eadem perexiguae; sed cum verborum sententiæ pervestigantur, tunc quanta sit sapientia Creatoris, perspicitur.* Et iterum (4): *Ingens blasphemia est dicere verbum aliquod in Scripturis redundare.* S. Hieronymus (3) ait: *Singuli sermones, syllabe, apices, puncta in divinis Scripturis plena sunt sensibus. Similiter loquuntur alii Patres, quos apud Mendozam (6) citatos invenies.*

19. Queres XVIII: *Quonamodo pythonissa in Endor, 1 Reg. 28, 12, Samuelis animam ab inferis resuscitare potuerit? Num defunctorum animæ, et quidem sanctæ (qualis fuit illa Samuelis) arte magicâ in suâ quiete turbari possunt? Aut fors non verus Samuel, sed tantum demon illusor, formam Samuelis assumens, tunc Saüli apparuit?* Antequam respondeam, observo quod Deistæ in hæc apparitione Samuelis nugas, meras, merissimas nugas se reperisse existimant: atque sive verum, sive personatum dicamus apparuisse Samuelem, absurdum patet. Evidem vix illa questio tam diversis opinionibus apud antiquos æquæ ac recentiores scriptores ventilata est, ac ista. Alii enim censem, animam Samuelis incantatione pythonissa evocatam è limbo. Alii ei ipsi dicunt, apparuisse Samuelem, non tamè evocatum à benefica, sed à Deo. Iterum alii dicunt, non apparuisse ipsum Samuelem, sed Deum per se, vel per Angelum respondisse sub formâ hujus Prophete. Quarta sententia docet, dæmonem simulacro quodam spectantium oculos lusisse. Taceo alia hæc de re Rabbinorum deliria, ac ex tam discrepantibus sententiis secundam tanquam veram amplectore. Itaque resp. et dico: Samuel ipse apparuit, sed Dei, non diaboli imprio, nec magicâ arte suscitatus. Hac enim est communior PP. et interpretum sententia, nominatim Origenis, Ambrosii, J. sephi Jud., Cajetani, Cornelii à Lap., Abuensis, Estii, et plurimorum aliorum. Ratio est, quia Scriptura de eo, qui hic apparuit, constanter et ubique loquitur, tantum de vere Samuele. Id patet ex illis verbis Scriptura, 1 Reg. 28, 12: *Cum autem vidisset mulier (pythonissa) Samuelem, exclamavit voce magnâ. Item ex illis ibid. 13: Dicit autem Samuel ad Saüli. Quare inquietasti me, ut suscitarer, Et iterum, ibid. 16, 17: Et ait Samuel:*

(1) Homil. 15 in Genes.

(2) Homil. 25 in Genes.

(3) Homil. 9 in Hexamer.

(4) Homil. 10 in Hexamer.

(5) L. 2, Commentar. in Epistol. ad Ephes. cap.

3, v. 6.

(6) Commentar. in 11. Reg., annot. 2 proœmal., sect. 4, num. 3 et seqq.

(1) In proœmal. super Epist. ad Philemonem, ad Paulam et Eustochium. Vide tom. 6. Operum D. Hieronymi, edit. Roman. 1517.

Quid interrogas me , cùm Dominus recesserit à te , et transierit ad æmulum tuum ? faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu meâ , et scindet regnum tuum de manu tuâ , et dabit illud proximo tuo David . Ac potissimum , quia in libro Ecclesiastici , cap. 46 , v. 25 , postquam alia laudabilia Samuelis facta sunt enarrata , additur : Et post hoc dormivit (Samuel) et notum fecit regi , et ostendit illi finem vita sue , et exaltavit vocem suam de terrâ in prophetâ detere impietatem gentis , quibus verbis significatur , eundem illum Samuelem , qui dormierat , seu mortuus fuerat , regi Saûl indicasse , quea ventura illi erant , et prophetasse ; ergo verus Samuel Saûli apparuit .

ARGUMENTA ADVERSARIORUM.

20. Opponunt I. Daemon illusor in formâ Samuelis assumptâ ita locutus et mentitus est . — Resp. : non dæmonem , sed ipsa Scriptura Samuelem , apparuisse dicit ; ut patet præcipue ex cit. loc. Ecclesiastici .

Oppon. II. Scriptura sæpè de specie rerum haud secùs loquitur , atque de ipsis rebus ; verbi gratiâ , serpentes magorum Ægypti , quantumvis fictitious , nihilominus serpentes vocat . Ergo et illud phantasma potuit Samuelem vocare . — Resp. : Inprimis neutiquâm certum est , illos magorum Ægyptiacorum serpentes suis fictitious . Nam juxta Theodoretum , Augustinum et doctrinam Angelicum , ii fuisse veri serpentes , ut jam alibi (1) observavimus . Dein transmissio etiam , quod dicti serpentes fuerint duntaxat fictitious , inde neutiquâ sequitur , quod etiam Samuel Saûli apparen- res non fuerit ipse Samuel , sed tantum ejusdem simulacrum . Sunt enim speciales rationes dicendi , quod tunc apparuerit ipse Samuel , quia , ut numero precedente vidimus , Scriptura constanter et ubique de eo qui apparuit , loquitur tanguâm de vero Samuele , et non de hujus simulacro ; immo , in libro Ecclesiastici loc. cit. Samuel ex eo laudator , quod etiam post mortem (quandò nimurum Saûli apparuit) prophetari , et exaltarit vocem suam de terrâ ; atqui hac laus à Scripturâ utique ipsi Samueli , et non ejusdem simulacro tribuietur . Præterea omnia , quæ Samuel apparen- tes Saûli prædicti , planè evenererunt . At dæmon non præscit futura , si non sint effectus necessarii ; ergo non dæmon Samuelis formam mentitus , sed ipse Samuel tunc prophetavit . Ad hanc , si dæmon apparisset , nomen divinum , sanctum et terrible ॥ Jehovah , cuius sola pronuntiatione torqueret , non usurpasset toties (2) in illo colloquio .

(1) P. 4 S. Scriptura contra incredulos propugnatrix , sect. 2. c. 2 , quest. 18 .

(2) 1 Reg. 28 , 16 , 17 , 18 et 19 . Neque dicas : Quamvis in texu hebreo citatis locis nomen divinum Jehovah ponatur , dæmonem tamen sub specie Samuelis apparentem non hoc , sed nomen Adonai pronuntiasse ; termè sicut Judei , quoties nomen Jehovah in hebreo iextu occurrit , nunquam illud pronuntiant , sed pro filio Adonai , quod unum è Dei nominibus est et Dominus meos plurali numero (sicum Adon , Dominus nesci singulare numero) significat , legunt . Hoc enim insuper habito vis nostris argumenti manet , cum dæmon non solum à nomine Jehovah , sed etiam à nomine Adonai nimurum quantum abhorreat , Deumque nequaquam nomine Domini sui honorare velit . Cæterum eruditio-

Negre dicas : Dæmon sepè usurpat nomen Dei , immo veneratur : ergo potuit etiam istuc usurpare . Nam resp. , usurpat , si sit coactus ; quod colligi ex adjunctis debet . Nullum autem vestigium in Scripturâ habemus , quod is , qui tunc Saûli apparuit , coacte non men Dei usurparit .

Oppon. III : Samuel ille apparen- tes falsa prædictit , nempe Saûlem cum filii suis cras occidendum : Cras autem tu et filii tui mecum eritis , 1 Reg. 28 , 19 , id est , in altero seculo , in loco statuque mortuorum eritis ; quod tamen non nisi interjectis aliquo diebus contigit . Nam inter caput 28 , in quo haec apparitio Samuelis narratur , et caput 31 , ubi Philistinorum prælium cum Saûle commissum , hujusque ac filiorum eius mors refertur , intermedia sunt capita 29 et 30 , in quibus quedam gesta recensentur , que non nisi interjectis aliquo diebus fieri poterant . Ergo Samuel ille apparen- tes non fuit verus Samuel , sed mendax dæmon . — Resp. : Nil falsi prædictit Samuel Saûli in ap- apparitione suâ . Nam vox cras non semper in rigoroso atque stricto sensu usurpatur ; sed crebrò in phrasi hebraicâ futurum ac indefinitum tempus significat , prout Calmet iteratò (1) monet . Sic exempli gratiâ , in libro Exodi , c. 13 , v. 14 , dicitur : Cumque interrogaverit te filius tuus cras , dicens : Quid est hoc , respondebis ei : In manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti . Idem repetitur in libro Deuteronomii , c. 6 , v. 20 . Et in libro Josue c. 4 , v. 6 , 7 , dicitur : Quando interrogaverint vos filii vestri cras dicentes , quid sibi volunt lapides isti ? respondebitis eis : Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fæderis Domini , cum transdilirent eum . Unde non mirum , quod Usserius (2) existimet , aliquot dies effluxisse à consultatione pythonissa ad certamen Gelboe , in quo Saûl cum filiis suis interiit . Calmet tamen (3) credibile censem , quod vox cras in loco Scripturæ , quem explicamus , stricte et ad litteram sit intelligenda ; nihilque nos cogere , ut aliter illam accipiamus . Saûl enim iter vespere suscepit , ut veniret in Endor , qui locus satis castris illius vicinus erat ; consulere pythonissam potuit , domi illius man- duceunt , ac in castra reverti . Philistini prælim Saûli inferunt , hic vincitur ; fusamente videns aciem suam se suo gladio confidit , occisis etiam ab hoste filiis suis . Hæc omnia , inquit laudatus interpres , facile evenire potuerunt postridiè diei , vel noctis , quâ py- thonissem consuluit . Neque obstat , quod Scriptura inter consultationem pythonissæ et mortem Saûlis cum filiis suis narrationem gestorum cap. 29 et 30 interponat . Nam quæ his duobus capitibus recensentur , ea vel ante , vel simul contigerant , vel anticipato narrantur .

causa illud adhuc observo , quod judæi , dum loco nomi- nis Jehovah nomen Adonai pronuntiant , id super- stitione , sive religione quâdam faciant . Hic tamen nos veteribus Judicis in usu non erat , cùm nullâ lege Dei nomen Jehovah preferre vetitum sit . Vide Calmet Dictionar. Biblic. verbo : Adonai .

(1) Comment. in 1 Reg. 28 , 19 . Et in suo Dictionar. Biblic. verbo : Cras .

(2) Ad annum M. 3949 .

(3) Comment. in 1 Reg. 28 , 19 .

Urgent : Saül non poterat dici cum Samuele futurus. Samuel enim justus in limbo PP. fuit : Saül autem reprobus abit in gehennam; ergo falsa fuisset illa predictio : *Cras autem tu et filii tui mecum eritis*, si ponatur, haec verba dixisse ipsum Samuelem. — **Resp. :** Quandò Samuel dixit, Saülem cras cum ipso futurum, locutus est solùm de futurà illius morte, ita ut sensus sit : *Cras tu et filii tui moriemini, ac mecum eritis in loco statuque mortuorum*. Atque haec predictio verissima era, ut paulò ante explicavimus. Itaque Saül et filii ejus cit. loc. dicuntur cum Samuele futuri, nempe in alterà vitâ sub terrâ, vel in inferno, proportionat ad cuiusvis merita; vel in inferno damnatorum, vel in limbo justorum, qui etiam in Scripturâ infernus dicitur. Nam, ut S. Augustinus (1) ait, verba illa Samuels ad Saülem dicentis : *Mecum eris, non ad aequalitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mortis referuntur, quod ute ror homo fuerit, et ute que mori potuerit, jamque mortuus mortem vivo prenuntiet*.

Oppon. IV. Verus Samuel non permisisset se adorari; sed qui apparuit, permisit se adorari à Saüle, juxta illud 1 Reg. 28, 14 : *Et intellexit Saül, quod Samuel esset, et inclinavit se super faciem suam in terrâ, et adoravit*; neque legitur, quod sis, qui apparuit, contra hanc adorationem fuerit protestatus; ergo non fuit verus Samuel. — **Resp. :** Hanc adorationem permisit et permettere meritò potuit Samuel, quia ea non nisi ceremonia, signumque specialis reverentiae erat, ac probè sciebat, se coli nt Samuelem, et ut Prophetam, non ut Deum. Mos enim erat apud Hebreos, similes adorations reverentiae tantùm causâ usurpare erga quavis personas singulari observantia dignas, ut fecit Abigail ante Davidem (2), David ante Saülem (3), et plura id genus; quorum ultimata ratio est, quia adoratio in genere est nihil aliud, quam honor externo corporis gestu exhibitus, ac proin sicut honor indifferens est ad honorem delatum Deo et hominibus, ita et adoratio alia est Deo, alia hominibus in dignitate constitutis exhibita, quamvis utraque extero corporis gestu fieri possit, et flat.

Urgent. Nullatenus verisimile est, quod Deus, qui noluerat Saüli respondere per somnia, per sacerdotes, per prophetas, juxta illud 1 Reg. 28, 6 : *Consuluitque Domini, et non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas*, ei denique responderit per Samuelem, et quidem tunc, quando rex impius ad dæmonem confugit. **Resp. :** Deus in poenam impietatis respondit in ira sud, et instantem illi eisque filii supremam diem predixit.

Oppon. V. Verus Samuel non poterat ad Saülem dicere, ibid., 15 : *Quare inquietasti me, ut suscitarer?*

(1) L. 2 ad Simplicianum, quæst. 3.

(2) 1 Reg. 25, 25, ubi ita legitimus : *Cum autem vidiisset Abigail David, festinavit, et descendit de asino, et procidit coram David super faciem suam, et adoravit super terram*.

(3) 1 Reg. 24, 9, ubi de Davide dicitur : *Et egressus de speluncâ clamauit post tergum Saül, dicens : Domine, mi rex. Et respexit Saül post se; et inclinans se David pronus in terram, adoravit*.

Quomodo enim ars magica quietem prophetæ turbaret? Aut, quis credat, Pythonissam ope diabolici virum tam sanctum jam mortuum inquietasse, et ad redeundum ex limbo PP. coegisse? **Resp. :** Non ars magica, non Pythonissa ope diabolici Samuelem suscitavit, sed hoc contigit Dei iussu, animam *Samuelis* vel per se, vel ministerio bonorum angelorum advocantis, ut prophetæ hujus oraculo impius rex disceret, quanta in caput suum ex denegata Deo obedientiâ redundarent mala. Igitur anima *Samuelis* apparuit quidem, dum Pythonissa exercebat artem magicam, non tamen vi illius artis ad apparentium coacta, sed Dei consilio et potestate è limbo evocata, ita ut Deus magican evocationem prævenerit, Prophetam statuendo coram regeante completum superstitionis à Pythonissa ritum; fermè, siue volentem Balaamum maleficis suis à dæmonne responsa extorque, prævertit Deus, et per os illius benedixit Israeli Numer. cap. 23, 24; vel sicut *Ochosia* mittente qui consulserunt Beelzebub idolum Accaron, prævenit Deus responcionem diaboli, missò *Eliâ* qui mortem regi prædicaret, 4 Reg. 1, v. 2, 3, 4 et 16. Atque haec de apparitione illâ Samuels sententia est communis PP. et interpretum, quos longâ serie citat et sequitur Tirinus (1). Favent quoque eidem sententiae SS. Augustinus et Thomas, quorum prior (2) de memoriatâ apparitione ita ait : *Non est absurdum credere, ex aliquâ dispensatione divina voluntatis permisum fuisse, ut non invitus nec dominante aut subjungante magicâ potentia, sed volens atque obtenuens occultâ dispensationi Dei, consentiret spiritus prophetæ sancti se ostendi aspectibus regis, divinâ cum sententiâ percusurus*. Alter verò (3) inquit : *Nec obstat, quod arte dæmonum hoc (i. e., illa Samuels apparitio) dicitur factum, quia etsi dæmones animam alicujus sancti evocare non possint, nec cogere ad aliquid agendum, potest tamen hoc fieri divinâ virtute, ut diu demon consulitur, ipse Deus per suum nuntium veritatem enuntiet. Sicut per Eliam veritatem respondit nuntius regis qui mittebantur ad consulendum deum Accaron, ut habetur 4 Reg. 1*.

Corollarium. Verba illa suscitati Samuels ad Saülem regem : *Quare inquietasti me, ut suscitarer?* non sunt sic intelligenda, ac si per artem magicam violentia Samuels illata, aut si in magica ex inferis evocatis sit; sed Samuel istuc loquitur more Hebreorum et aliorum populorum, qui omnes illos qui sunt vitâ functi, velut dormientes in silentio et umbrâ exhibit; vel potius ait, se inquietatum à Saüle, quia commotus fuit et iratus indignitate modi quo Saül per magiam eum suscitatere conabatur. Unde sensus horum verborum: *Quare inquietasti me, ut suscitarer?* meritò assignatur iste : Cur fuisti non causa, sed occasio, ut suscitarer, et quidem occasio tam indigno modo?

Oppon. VI. Vel Samuel se stitit in corpore, vel extra corpus? Non primum, quia corpus ejus pridem defuncti (4) jam in putredinem et pulverem resolu-

(1) Comment. in 1 Reg. 28, 15.

(2) L. 2 ad Simplicianum, quæst. 3.

(3) 2-2, q. 174, a. 5, ad 4.

(4) Test. Cornélio à Lap. (vide hujus Comment. in

tum erat; non secundum, quia si extra se stitit, quomodo pythonissa eum videre potuit? Dixit enim hæc conterrita, 1 Reg. 28, 13: *Deos vidi ascendentes*, id est, hominem quendam divinum (1), puta Samuelum. Resp.: Samuelis anima apparuit non assumptio proprio corpore, sed in corpore aereo: et sicut angeli, cum apparent, corpus sibi formant et aptant ex aere, ut docet S. Thomas, in cap. Matth. 17, sic etiam Samuel non corpus resumpsit proprium, quod jam extabuerat, sed aliud sibi finxit ex aliena materiâ. Atque hæc, teste Sancto (2), est communis sententia auctorum, ipsiusque Abulensis (3).

Oppon. VII. Fortassis nec verus, nec personatus (i. e., daemon speciem prophete assumens) hic Samuel fuit, sed pythonissa vocem Samuelis est imitata, ceteraque omnia finxit, quæcumque contigisse hic leguntur. Resp.: Id apertè adversatur sacre narrationi, præsertim libro Ecclesiastici à nobis suprà, num. 19, citato. Præterea mulieris intererat, ut viam longâ aliam iniret, si deciperet anxiū regem voluisse. Assecurari enim debebat, ejusque liberalitatem predicatione prosperi eventus provocare, aut certè ambiguè loqui, ne, si res alter ac ab ipsâ predictæ sunt, evenissent, iram et vindictam regis incurreret. Accedit, quod nec pythonissa, nec daemon ipse mortem Saülis et filiorum ejus proximè securatam certò prævidere potuerit. Unde verba illa: *Cras autem tu et filii tui mecum eritis*, non erant pythonissæ, vel daemonis vaticinantis, sed Samuelis jussu Dei interitum impio regi denuntiantis.

Qui plura de totâ hæc quæstione, seu apparitione Samuelis coram rege Saül factâ legere cupit, consultat Calmetum, hujusque de eadem apparitione Disser-

1 Reg. 25, 1.) Salianus probabiliter (certi enim hæc de re nihil constat) opinatur, Samuelum biennio ante Saülem obiisse, cui opinioni favent Clemens, Alexand. Ruffinus, Beda, Abulensis et Joseph, quos ipse citat.

(1) Ubi Vulgata nostra in citato textu habet vocem *Deos*, textus hebraicus habet *Elohim*, quæ vox in Scriptura plerisque Deum significat, aliquando autem aliiquid eximiū, quales sunt, angeli et judices, et heroes: et licet haec vox sit numeri pluralis, aliquando tamen verbum sibi asciscit singulare. Quare nihil hic dicit alienum à vocis hujus sive proprietate, sive usu, qui in *Elohim* virum aliquem eximiū agnoscit; et quidem paraphrasis chaldaica *angelum* habet hoc modo: *Angelum Domini vidi, qui ascendit è terra*. Quod verò vox *Elohim*, quævis sit numeri pluralis, tamen denotare possit, et in Scriptura særpe denotet rem singularem, inde patet, quia, ut dixi, passim *Elohim*, seu *Dix pro uno Deo* in Scripturam ponitur. Est nimis rūmos Hebraorum pluralem numerum pro singulari ponere, ad designandam persone vel rei, de qua agitur, dignitatem. Sic Exod. 32, 4, Israelite de vitulo aureo, qui erat unicus, dixerat: *Hi sunt diti tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti*. Sic etiam pythonissa his verbis: *Deos vidi ascendentes*, insinuat, eum, qui apparebat, tanto esse splendore, ut non aliquis ex hominum numero, sed Deus ipse esse videatur. Quod et Saül optimè intellexit, cum in singulari numero rogat, *qualis est forma ejus?* Et mulier quoque reliquo jam plurali numero respondet: *Vir senex ascendit annectus pallio*, nempe prophetico, quale dum laceravit Saül, 1 Reg. 15, 27.

(2) Comment. in 1 Reg. 28, 17, num. 58.

(3) Comment. in 1 Reg. cap. 28, quest. 37.

tationem, quam idem auctor in fronte sui in libros Regum Commentarii posuit.

21. Quæres XIX: *An Saül sit aeternum damnatus?*

Resp.: Non desunt quidam patroni hujus infelicis regis, censentes, cum penitusse, et esse salvatum. Hoc affirmant Hebrei, presertim Rabbi Isaac (1), qui Saülis fortitudinem, constantiam bonamque mortem laudant. Ex Christianis vero Lyranus dubitat an Saül sit aeternum damnatus, vel fortassis salvatus. Similiter Caesar Calini (2), quamvis fateatur, non dari solidam rationem asserendi aeternam Saülis salutem, tamen multis probare conatur, ejus damnationem non esse certam, cum ex ignorantia invincibili, iudicari potuerit, sibi in his circumstantiis licitum esse, scipsum occidere, vel in extremâ tristitia et perturbatione animi anxiò et perplexo regi sufficiens libertas ad mortaliter peccandum defuerit. Unde (infert memoratus auctor) Saül, si post apparitionem Samueli ante mortem suam de consultâ pythonissâ, aliisque sceleribus suis ritè pœnituit, salvari potuit. Verum omnes penè SS. Patres, aliquique doctores et interpres asserunt, aut inclinant in eam sententiam, quod Saül sit aeternum damnatus. Sic S. Chrysostomus de Saûle (3) expressè ait: *Nonne regno excusus est? Nonne miseranda morte perire una cum filio? Nonne ab omnibus vituperatur? et quod his gravius est, aeterna luit supplicia*. Similia habent S. Ambrosius, in cap. 9 ad Roman., S. Hieronymus, in Ezechielem c. 20, et S. Bernardus, serm. 26, in Cant., qui resurrecturum dicit Saülem, sed non ad vitam. Porro interpres, nominatim Tirinus, Comment. in 1 Reg., ita ratioinantur: Scelera Saülis sunt certa, neque est vel levissima conjectura, quâ eum de tot, tamque horrendis sceleribus penitentiam egisse colliganus: imò septuaginta Interpretes, 1 Paral. 10, 15, apertè dicunt: *Mortuus est Saül in suis iniquitatibus*. Unde concludes, quid hæc de re sit sentiendum.

22. Quæres XX: *Num credibile sit, quod David gladium Goliath tractare, eoque in secundo et pugnando uti potuerit, cum tamen Goliath ingens gigas altitudinis sex cubitorum et palmi, 1 Reg. 17, 4, David autem adhuc puer seu adolescens ibidem, 33, 42, tunc fuerit?* Primum respondeam, observo quosdam deistas non capere quomodo David immannem Goliathem macharam tractare, eadem hujus gigantis caput præcidere, 1 Reg. 17, 51, aut in itineribus ac preliis (4) illâ uti potuerit.

(1) Apud Rab. Azen. I. 3, cap. 55. Vide etiam hæc de re Calmet., Comment. in 1 Reg. 31, 4.

(2) In der biblischen Welt-Geschichte oder historischen, nach der Zeitordnung eingerichteten Erklärung des alten Testaments im IV Buche, XXVII Capitel.

(3) Tom. I operum hujus S. Patris, homil. de David et e Saüle.

(4) Cum enim David fugiens à facie Saülis veniret ad Achimelech Pontificem summum, et peteret gladium, nec alias nisi gladius Goliathi à Davide occisi adcesset, iste Davidi maximè placuit, et præ alias armis ad se defendendum et pugnandum apissimum videbatur: *Dixit autem David ad Achimelech: Si (est hebreus) et conjunctio si hie idem significat ac an) habes hic ad manum hastam aut gladium? quia gladium meum et arma mea non tuli mecum*. Sermo enim regis,

Quaro staturam gigantis *sex cubitorum et palmi*, David verò adolescentiam, quem ipse Saul (1) puerum tunc vocavit, cogitare nos jubent. Sed resp.: David tum erat maturè atate, et corpore valido, proceroque. Itaque potuit gladio gigantis, quamvis valde gravi ac longo expeditè uti, nec inconditè præcingi. Ostendo hanc assertionem per singulas partes. In primis David tum jam erat *maturè atate*. Nam cum Goliathus sternereret, eique caput præcideret, juxta Calmetum (2), duobus vel tribus supra viginti natus erat annos; dum verò Saulem fugiens venit in Nobe ad Achimelech sacerdotem, et gladium Goliathi ad usum suos repeteret, juxta Cl. Bullet (3), erat circiter viginti et septem annorum. Neque obest, quod Saul eum adversus Goliath pugnaturum vocarit puerum: *Puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua.* Nam Saul Davidem vocat puerum non aetate, sed usu et peritiae rei militaris. Hinc puer statim oppunit militem expertum et veteranum: *Hic autem vir bellator est ab adolescentia sua.* Igitur non erat eo tempore David usque adeò puer, ut tractare arma non potuerit, et certame subire, spectando ejus aetatem. Ut enim ex toto libro primo Regum constat, nil egit ab hoc tempore non virile, cum multa jam tum suscepit, peregeritque, qua virile corpus constantiamque desiderant; sed *puer appellatur à Rege*, ut dixi, quia ruditus erat in arte bellandi, cuius tunc studebat specimen reddere; quod Saul ex habitu illius conjectabat pastoritio, à quo procul abesse solet usus et disciplina militaris. Ita Sanctius, Comment. in 1 Reg. 17, cum aliis interpretibus. Caeterum aliunde constat, quod vox *puer* in S. Scripturā non semper eum, qui est in puerili aetate, sed servum, vel ad ministerium servientium deputatum, vel eum qui solū comparativè ad alium est aetate minor, significat.

Praterea David jam tum erat *corpore valido ac robusto*, quia jam leonem et ursum interfecerat. Hinc quando Saul ait eum cum Goliatho congressurum dixit: *Non vales resistere Philisthae isti... quia puer es, ille impetrerit respondit: Et leonem et ursum interfeci ego servus tuus; erit igitur et Philisthae hic incircumcisus, quasi unus ex eis*, 1 Reg. 17, 36. Profecto, si David adhuc juvenis tam valido et lacertoso fuit corpore, ut leonem et ursum jugularet, haud dubie etiam gigantis gladium tractare, eoque expeditè uti potuerit; quod ultius inde confirmatur, quia in Pælestînâ antiquitus mos viguit, et fortassis iam tempore Davidis vigebat, ut juvenes in levandas et movendas gravissimis ponderibus exercerentur. Audiamus hac

urgebat. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philisthae, quem percussisti in valle Terebenthia, est involutus pallio post Ephod; si istum vis tollere, tolle. Neque enim hic est alius absque eo. Et ait David: *Non est huic alter similis, de nati eum.* 1 Reg. 21, 8-10.

(1) 1 Reg. 17, 53, ubi ita legimus: *Et ait Saul ad David: Non vales resistere Philisthae isti, nec pugnare adversus eum, quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua.*

(2) Comment. in 1 Reg. 17, 53.

(3) Réponses critiques, tom. 3, num. 24, Épée de Goliath.

de re testimonium S. Hieronymi, qui ipsem in Pælestînâ fuit, et in Commentario suo super Zachariæ cap. 12, v. 3, ita scribit: *Mos est in urbibus Pælestîne, et usque hodiè per omnem Judæam vetus consuetudo servatur, ut in viculis, oppidis et castellis, rotundi ponantur lapides gravissimi ponderis, ad quas juvenes exercere se soleant, et eos pro varietate virium sublevare, alii ad genua, alii ad umbilicum, alii ad humeros et caput, non nulli super verticem rectis junctisque manibus, magnitudinem virium demonstrantes, pondus extollant.*

Denique David tum jam erat *procer corpore*, ita, ut gladio Goliathi non inconditè præcingi potuerit; nisi enim procerus fuisset stature, Saul ipsum adversus Goliath pugnaturum non *induisset vestimentis suis*, ibid., 38, Saul, inquam, qui ipsem erat valde procerus; inòd altior universo populo ab humero et sursum, 1 Reg. 10, 23. — At

Dices: Vestimenta et armaturam regiam David mox iterum depositus, dicens: *Non possum sic incedere*, 1 Reg. 17, 39 ergo vestimenta Saulis viri proceri erant Davidis adhuc adolescenti nullo modo accommodata, sed nimis ampla. Resp.: Conc. ant., neg. cons. Quandò David vestes et gladium Saulis depositus, non dixit, se non posse sic incedere, quia vestes essent nimis amplæ, neque suo corpori quadrarent, sed solùm diebant: *Non possum sic incedere, quia usum non habeo*, indicatur nimirum, se non assuevisse ejusmodi armis, neque liberè incedere posse gravatum tanto pondere, ac ferreto tegumento, velut vinculis constrictum. Ita Tirinus, Comment. in 1 Reg. 17. Veritas hujus responsionis magis patescit legenti totum contextum, qui ita sonat: *Et induit Saul David vestimentis suis, et imponeat galeam æream super caput ejus, et vestitum eum loricam. Accinctus ergo David gladio ejus super vestem suam, caput tentare, si armatus posset incedere; non enim habebat consuetudinem (sic incedendi).* Dixitque David ad Saul: *Non possum sic incedere, quia usum non habeo.* Et depositus ea; et tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus; et elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, et misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, et fundam manu tulit; et processit adversum Philisthaem.

23. Quæres XXI: Quomodo à Scripturâ, 1 Reg. 13, 14, et Actor. 15, 22, David cum veritate dici possit VIR SECUNDUM COR DEI, cùm tamen præter adulterium cum Bethsabæ, et occisionem Uriæ, etiam alia gravia delicta commiserit, ut cùm in Ammonitas, 2 Reg. 12, vers. ult., tantè crudelitate deserviit, ut super prostratos circumageret ferrata carpenta, et cultris, et ferris, et aliis iniuriosis tormentis miserios discruciat? Aut dñm, 1 Reg. 23, 34, universam familiam Nabal neci destinavit, et quæ sunt plura hujusmodi? Vix credi potest, quām probroso delicta Davidis deitæ, alivie revelatione religionis hostes exaggerent, ut S. Scripturæ ac christianæ religionis, quæ Davidem virum secundum cor Dei appellant, auctoritatem deprimit. Teste Cl. Bullet, loc. cit., num. 52, solent primùm enarrare peccata Davidis; deinde per ludibrium et ironiam addunt hæc verba: *Ali is erat vir secundum cor Dei.* Teste autem Cl. Ber-

gier (1) hujus furtoris homines (2) de Davide hunc in modum scribunt: *Hunc tantoper estimatum grassatorem, quem libri Hebraeorum virum secundum cor Dei appellavit, et quem Christiani hodie tanquam exemplar regum considerant et dilaudant, nos cognovimus, esse prædonem, adulterum, latronem, monstrum crudelitatis, quod singulis ferme momentis atrocissima sclera perpetrabat. Vita ipsius ante et post consensum ope Sacerdotum solum nil aliud erat, quam continua series præditionum, perfidie et malefactorum. Paucis, in tali homine non possumus amicum Dei, sed amicum Sacerdotum, virum secundum cor istorum agnoscere. En pa negyricum, quem increduli sancto Davidi dicunt. Verum,*

Increduli ex una parte delicta Davidis nimiam exagerant, ut fusè et eruditè ostendit Cl. Bergier (3), et cum eo Cl. Weissenbach (4); ex altera vero parte verba Scripturæ (5) Davidem appellantis virum secundum cor Dei, non intelligunt, aut perperam accipiunt. Ut enim ex ipsis scriptis et verbis paulò ante memoratis patet, putant, vel fingunt, quasi vir secundum cor Dei, cit. loc. Scripturæ, significet virum, qui in omnibus prorsus actionibus suis Deo placere studet, omnisque gravioris peccati expers est. Verum juxta SS. Patres et celeberrimos interpres, verba illa Scripturæ longè alium sensum habent. Tripliciter autem eadem exponi possunt. Prima explicatio est, Davidem fuisse virum secundum cor Dei, qui fecerit omnes voluntates Dei, ut dicitur Actor. 15, 22; quia plerasque Dei voluntates fecit. Nam si in magno numero pauca deficiunt, universè aliquid dicitur fieri, et cum in magno cunctu, v. g., hominum, unus altere tantum deest, dicimus omnes adesse, ut Sanctius (6) et Cornelius à Lap. (7) rectè observant, sic hoc loco, quia David divina precepta in corde abscondit, ne peccaret, eaque toto vite tempore ut plurimum accuratissime servavit, etiamsi aliquando graviter offenderit, omnes tamen Dei voluntates ex Scripturæ more fecisse, virque secundum cor Dei dici potest. Ad perpetuum ergo vitæ tenorem respexisse videtur Dominus potius, quam ad unum vel alterum Davidis opus.

Secunda expositio, quam etiam Salmeron (8) et Lorinus (9) adoptant, est S. Augustini, et cum prima fermè coincidit. Cum enim Dulcitus inter octo questiones hanc ipsum numero quintam proponeret: *Quare Deus Davidem tanquam virum secundum cor suum elegerit?* respondit S. doctor, prævidisse in Davide Deum sicut peccata, ita etiam veram ejusdem punitientiam,

(1) Traité historique et dogmatique de la vraie Religion. Tom. 7. chap. 6, art. 2, § 2.

(2) Esprit du Judaïsme, c. 3. Morgan, tom. 1, p. 300; tom. 2, p. 88. Bible expliquée, p. 324.

(3) Loc. cit. § 2, 9.

(4) Tom. 2, *Nova forma Theologie*. Bibl. quest. 47, p. 67, 75.

(5) 1 Reg. 15, 14. Item Actor. 3, 22.

(6) Comment. in 1 Reg. 15, 14.

(7) Comment. in Act. 15, 22.

(8) Tom. 42, seu Comment. in Act. Apost., tractat. 37, mili p. 248. Edit. Colon. an. 1604.

(9) Comment. in Act. 15, 22.

ac proin propter hanc, aliaque multa bona opera hunc regem merito vocari virum secundum cor Dei. Verba S. Augustini (1) sunt: *Quæris... quare dixerit Dominus, Act. 15, 22, nimis præscius futurorum: ELEGI DAVID SECUNDUM COR MEUM; cum talis tanquam ipse homo commiserit. Quod quidem, si de ipso David... dictum intelligamus, magis quia Deus præscius futurorum est, prævidit in eo tantam pietatem, tamque veracem punitientiam, ut esset in eorum numero, de quibus ipse Psalm. 31, v. 1 et 2, dicit: Beatus quorum remissæ sunt iniuriantes, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. Cum ergo præscribet eum Deus peccatum, et peccata sua pia humilitate et sinceræ punitientiæ deleturum, cur non dicere: INVENI DAVID SECUNDUM COR MEUM; cui non erat imputaturus peccatum tam multa bona facienti, et cum tanta pietate viventi et ipsa pietate pro peccatis suis sacrificium contriti spiritus offerenti? propter hec omnia verissimè dictum est: INVENI DAVID SECUNDUM COR MEUM; quia licet secundum cor Dei non esset, quid ille peccavi, tamen secundum cor Dei fuit, quod pro peccatis suis congruæ punitientiæ sufficeret. Hoc solim ergo in illo secundum cor Dei non fuit, quod illi Deus non imputavit. Hoc itaque ablato, id est, non imputato, quid remansit, nisi unde verissimè diceretur: INVENI DAVID SECUNDUM COR MEUM? Hucusque S. Augustinus.*

Tertia expositio, eaque juxta Sanctum, loc. cit. et Cl. Bullet loc. cit., ad mentem S. Scripturae maximè accommodata est, quid David, cit. loc., dicatur *Vir secundum cor Dei, omnes hujus voluntates faciens*, non hoc sensu, quasi David omnem prorsus Dei voluntatem fecerit, sed solum illam omnem, que ad regni, bellorumque administrationem pertinebat. Nam Samuel citato loco (nempe 1 Reg. 13, v. 14, quem locum etiam Paulus, Actor. 15, v. 22, adducit) postquam Saüli exprobavit inobedientiam, quid contra mandatum Domini in absentia sua alienum ministerium usurpare ausus sit, et sacrificiis Deum populo conciliare voluerit, eidem denuntiat, ab illo tanquam inobediente translatum esse regnum, aliquumque regem, qui esset vir secundum cor Dei, jam esse destinatum. Verba Samuellis sunt: *Sed nequaque regnum tuum ultra consurget. Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum; et præcepit ei Dominus, ut esset dux super populum tuum, eò quid non seruaveris quæ præcepit Dominus. Eamdem feralem sententiam Prophetæ repetit post alteram Saüli inobedientiam, dum hic cæsis Amalekitis contra mandatum Domini pepercit Agag regi, et melioribus jumentis. Ait enim tune ad Saülem, 1 Reg. 15, 26 et 28: Quia projecisti sermonem Domini, et projecit te Dominus, ne sis rex super Israel.... Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, et tradidit illud proximo tuo meliori te. Ex his omnibus patet, quid Samuel, vel potius Deus per os Samuellis opponat inobedientias regis Saül obedientiam Davidis*

(1) Tom. 4 operum S. Augustini, libro uno de octo Dulcitudi questionibus, quæstione quinta, quæ in fine hujus libri ponitur.

tanquam novi regis, qui specialia in publicâ gubernatione regni Hebreorum accepta à Deo mandata esset accuratè ac constanter executurus. Erat nimurum Deus speciali modo supremus Israelitarum Dominus tanquam populi sui electi; rex illorum, v. g., Saül, David, etc., erat duntaxat Dei vicarius, qui tenebatur mandata Domini in administratione regni et bellorum exactè exequi. Jam verò Saül in hac administratione mandata divina bis neglexit, quia inobedientia Deus offensus regnum ipsi abstulit, et in ducem populi sui alium virum elegit, qui longè aliam ac Saül regnum administrandi rationem habutus, omnemque Dei voluntatem in gubernando regno facturus, siveque in regendo populo electo *Vir secundum cor Dei* futurus es- set. Proinde videmus, citatis Scriptura locis sermonem esse de Davide ut rege, non ut homine privato. Unde hæc verba: *Vir secundum cor Dei*, non sunt approbatio omnium actionum et operum Davidis, sed solum sunt prædictio exacti studii, quo David omnem Dei voluntatem in gubernando Hebreorum regno exsecuturam sit, prædictio, inquam, cui rei eventus omnino respondit; nam David omnes Israelitis hostes bello persecutus est, ac Israelitas in possessione Terræ sanctæ magis stabilitivit, gentesque vicinas subjugavit et tribularias fecit; scilicet Philistheos, Moabitas, Adarezer regem Soba, Syriam Damasci, Idumeos, eorumque spolia fecit agnathemata, Deoque consecravit; faciebat quoque David iudicium et justitiam omni populo, curavitque, ut cultus veri Dei in regno suo constanter floreret, prout hæc omnia SS. litteras partim in libro secundo Regum cap. 8, partim alibi de Davide testantur. Fuit is itaque in administratione regni, sive in explendo munere regis *Vir secundum cor Dei*, et specialia ipsi à Deo in publicâ gubernatione regni mandata imposita promptè et constanter executus est; quamvis fuerint etiam aliæ Dei voluntates, à quibus recessit non semel David, exempli gratiâ committendo adulterium cum Bethsabee, et ad id celandum adjungendo cædem Uriæ, etc.

Confirmatur hæc expositio sequenti paritate. Quandò Deus summo Pontifici Heli per prophetam denuntiavit, quod propter ipsius nimiam indulgentiam in liberos, et negligenti ritè administrandi sacrificia pontificatum ab ipsis familiâ in aliena translaturus, atquinque sacerdotem magis fidem sibi electuram sit, 1 Reg. 2, 35: *Et suscitabo mihi sacerdotem fidem, qui juxta cor meum et animam meam faciet*, per hæc verba nil aliud significat, quam quod sibi electuram sit sacerdotem, nempe Sadoc, 3 Reg. 2, qui longè alter ac accuratius ac Heli sacerdotale munus executurus (1), siveque *Sacerdos secundum cor Dei* futurus esset. Quare hoc loco duntaxat sermo est de fideli sacerdote, seu fideli administratione muneris

(1) Et reverà Sadoc longè alter, quam Heli ministerium obiit pontificale; nam fidem Deo ac templo navavit operam, neque alter se in tanto munere praestando gessit, quam divina ab eo voluntas exigebat, prout Sanctius Comment. in 1 Reg. 2, 35, recte observat.

sacerdotalis, non verò de omnibus aliis actionibus, quas hic sacerdos (1) extra functiones sacerdotales positurus esset; fermè sicut si dominus furcum servum è servitio dimittit, et ad eum dicit: *De alio servo magis fideli mihi providebo, qui sit secundum cor et voluntatem meam*; his verbis solùm significatur, quod sibi electurus sit servum in praestando servitio magis fidem: quidquid dein sit de aliis actionibus sive internis sive externis talis hominis, ad officium servi non pertinentibus. Ergo à pari, dum Samuel ad Saûlem propter inobedientiam suam in regime publico commissam regno privatum dixit: *Nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quæsivit sibi Dominus virum juxta cor suum*; hæc verba nil aliud significare censenda sunt, quam quod Deus alium regem in administratione regni Hebreorum divinis mandatis exactè obedientem elegerit: quidquid deinde sit de aliis actionibus talis regis ad gubernationem publicam regni non pertinentibus.

At inquires: Nonne David non solum in obenundo munere regio, sed etiam in aliis actionibus suis (illis exceptis, quas Scriptura improbat) fuit vir Deo placens et sanctus? *Fuit enim verò*, inquit Cl. Bullet, loc. cit., *sed hoc non evincunt præcisè ex eo, quod Deus Davidem* (cit. loc., nimurum 1 Reg. 13, 14) *appellari VIRUM SECUNDUM COR SUUM: Hoc enim præconium non privatam Davidis personam, sed eundem ut regem publicam regni et bellorum administrationem gerentem spectat. Sanctitas verò ejusdem ex multis aliis Scripturæ locis abundè demonstratur. Et profectò sanctitas Davidis simpliciter spectata, solidè probatur ex effato Dei, 3 Reg. 5, 14, ad Salomonem dicentis: Si autem ambulaveris in viis meis, et custodieris præcepta mea, et mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos. Aut ex illo Dei per Abiam prophetam ad Jeroboam dicentis, 3 Reg. 14, 8: Non fuiisti sicut servus meus David, qui custodivit mandata mea, et secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo. Aut ex illo, quod de pio Josiâ rege, 4 Reg. 22, 2, scriptum est: Fecitque quod placitum erat coram Domino, et ambulavit per omnes vias David patris sui; non declinavit ad dexteram, sive ad sinistram. Taceo alias textus S. Scripturae, in quibus de penitentia Davidis, aut de ejus sanctitate sermo est (2).*

CAPUT II.

De libro 2 Regum.

24. Quæres XXII: *Quomodo concordet sermo Amalécita, 2 Reg. 1, 10, narrantis, se occidisse Saûlem, cum illi Scripturæ, 1 Reg. 31, et 4 et 5, verbis: « Dixitque Saûl ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, et percutie me... et noluit armiger ejus;... arrivit itaque Saûl gladium et irruit super eum. Quod cum vidisset armiger ejus, videlicet quod mortuus*

(1) Nolumus tamen ideò dicere, quod Sadoc in aliis actionibus unquam graviter deliquerit. Hoe enim dicens nullam habemus rationem.

(2) 2 Reg. 12, 15. Et ibid., cap. 24, v. 47. Item 3 Reg. 11, 4. Et ibid., cap. 15, v. 3, 5 et 11. Item 4, 18, 3,

« *esset Saül, irruit etiam ipse super gladium suum, et mortuus est cum eo.* » Nam si *Saül seipsum occidit*, quomodo ab Amalecita occidi potuit? Resp. cum plerisque interpretibus, illam narrationem juvenis Amalecite fuisse falsam, cum ipse Saülem non occiderit, sed duntaxat à se occisum fuisse fixerit, putans se tali modo Davidi placitum, quia Saül erat hostis Davidis. Porrò Scriptura, dum hoc mendacium illius Amalecite narrat, non mentitur, sed verum dicit. Aliud enim est mentiri, aliud narrare quod aliud quispiam mentitus sit. Dixi, quod juvenis ille Amalecita mentitus sit. Saülem enim ex suo ipsis vulnere interisse, loquuntur clara Scriptura verba in hac ipsa objectione citata. Neque prius voluit armiger Saülis se quoque interficere, quād vidisset jam mortuum Saülem, 1 Reg. 31, 4 et 5; neque unquam permisisset armiger manu vilis Amalecita regem suum occidi. Ita Theodoretus, Abulcasis, Lyranus, Serarius, Sanctius, Tirinus, et alii.

At inquies: Saltem David peccavit, et crudelis fuit, quod juvenem hunc Amalecitam nuntium mortis Saül è vestigio interfici jusserit, nullo ipsi relicto spatio temporis agendi punitientiam, et se ad mortem disponendi. Nam percepto hoc nuntio, vocavit David unum de pueris suis, i. e., juvenem de satelliti suo, et ait ad eum: Accedens irruere in eum. Qui percussit illum, et mortuus est, 2 Reg. 1, 15. Resp.: Inprimis David non peccavit occidendo hunc Amalecitam. Habuit enim hanc potestatem, quia sciebat post mortem Saülis regnum ad se pertinere ex dispositione Dei. Ideò enim in regem uncus erat à Samuele, ut Saüli à Deo reprobato (vel adhuc vivo, ut volunt nonnulli, vel potius morienti) in regno succederet. Fuit etiam justa causa occidendi, tum quia Deus omnes Amalecitas occidi jussit, 1 Reg. 15, tum quia hic ipse Amalecita fassus est se occidisse uncum Domini, nempe Saülem. Unde David, antequā illum interfici jubaret, ad eum dixit: Quare non timuisti mittere manum tuam ut occides Christum (i. e., uncum) Domini? Quod autem eidem non reliquerit spatium punitentiae, ex Scriptura verbis eruи non potest. Quamvis enim sacer textus de concessio spatio temporis ad punitendum nihil dicat, hoc tamen concessum esse non negat, et aliunde sciimus, quod Scriptura soleat esse verborum parcissima, et in recensendis factis historicis sep̄ aliquia adjuncta omittere, quae reapsē contigerunt. Imò, si legatur totus contextus, non vana videtur esse suspicio, inter narrationem illius Amalecita de morte Saülis, et ejusdem nuntii caudem notable temporis intervallum interpositum fuisse; nam immediatè post illam narrationem Amalecita describitur luctus Davidis de morte Saülis: dein primum subjungitur interfictio Amalecita hoc modo: Ait adolescens (Amalecita), qui nuntiabat ei: Occidi illum... et tuli diadema, quod erat in capite ejus, et armillam de brachio illius, et attuli ad te dominum meum huc. Apprehendens autem David vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo, planzerunt, et fleverunt, et jejunaverunt usque ad vesperam.... Et ait ad eum (Amalecitam) David: Quare non timuisti mit-

tere manum tuam ut occides Christum Domini? vocansque David unum de pueris suis, ait: Accedens irruere in eum. Qui percussit illum et mortuus est. Dein etiam si ponamus, Davidem iussisse, ut è vestigio occidatur Amalecita ille, id fecisse censendum est, quia nunquam aut vix unquam ejusmodi infideles convertuntur ad veram fidem, adeòque nulla probabilis spes erat, hunc alienigenam, etiam si ei longius tempus se preparandi ad mortem concederetur, veram fidem et salutem consecuturum.

25. Quæres XXIII: Quo sensu Deus, 2 Reg. 7, 15, de Salomonе dicit: « Misericordiam meam non auferam ab eo, et cùm tamen Salomon probabiliter aternū perierit? Resp. duplēcēm hujus nodi dari solutionem. Multi neque ex levibus argumentis defendunt Salomonem egisse punitentiam, et factum esse salvum, prout præter plures alios Menochius (1), et Widenhofer (2) defendunt et nos ipsi num. 52 et 53, quæst. 1, defendemus; alii, qui negant, aut judicium sumū de salute Salomonis (3) suspendunt, poterunt cum Cornelio à Lap. (4) respondere, cit. loc. (nempe 2 Reg. 7, 15) non agi de aternā salute, sed de regno Salomonis perpetuando in ejusdem posteris, quamdiu Hebreorum regnum duraturum erat; quā ratione regnum Saülis perpetuatum non fuit.

26. Quæres XXIV: Quo sensu, 2 Reg. 8, 18, dicitur possit: « Filii David sacerdotes erant; et cùm tamen sacerdotes non ex tribu Iuda, ex quā David erat, sed tantum ex tribu Levi fuerint? Resp.: Evidēt vox hebraica צָהָרָא Cohen, quæ cit. loc. in textu hebraico ponitur, ferè semper sacerdotem propriè dictum significat, subinde tamen usurpatum præ principe, seu magnate, qui apud regem tali ferè est familiaritate et ministerio, quali sacerdos apud Deum: unde familiares et primi ministri regis vocantur subinde sacerdotes. Et hoc sensu filii Davidis loc. cit. dicuntur fuisse sacerdotes, i. e., aula principes. Et reverā in textu græco 70 Interpretum hoc loco vocantur αὐλαρχαὶ, αὐλαρχαὶ, i. e., aula principes; paraphrasi Chaldaicæ magnates hoc modo: Et filii David magnates erant. Et iterum alibi in Scripturā, 1 Paral. 48, 17, iidem appellantur primi ad manum regis, his verbis: Porrò filii David, primi ad manum regis.

27. Quæres XXV: Quonodo hæc verba, 2 Reg. 10, 18: « Occidit David de Syris septingentos currus, et quadraginta millia equitum, et cum illis verbis, 1 Paral. 19, 18: « Et interficit David de Syris septem millia currum et quadraginta millia peditum, » conciliari possint; cùm longè alius sint SEPTINGENTI CURRUS, quād SEPTEN MILIA CURRUM; item alius QUADRAGINTA MILIA EQUIITUM, quād QUADRAGINTA MILLIA PEDITUM! Resp.: Liber Paralipomenon, ut patet ex hoc ipso nomine (5)

(1) Centuriā 1, cap. 29.

(2) Comment. in 3 Reg. 41, 4.

(3) Vide Calmet. Comment. in 3 Reg. 41, 42.

(4) Comment. in 2 Reg. 7, 19.

(5) Nam idem hic liber S. Scriptura à 70 Interpretibus Κατεπενούσιον, id est, refectorium sive residuum, teste S. Hieronymo Epist. ad Dominicum, inscriptus est, quia ea, que in libris Regum omissa sunt, supplet et historice recenset.

hujus libri, supplet ea, que in libris Regum omissa sunt : illa vero, que in iisdem dicta sunt obscurius, explicat clarius. Ergo quod in secundo libro Regum loc. cit. dicuntur occisi 700 currus, intellige milites pugnantes e curribus (1); milites enim occiduntur, non currus. Unde id confirmat liber Paralip. dicens : *Interfecit septem millia currum*, id est, septem millia militum pugnantium e curribus. Erant igitur currus septingenti, sed militum septem millia erant; quilibet enim currus continebat decem milites.

Illud difficilius, quia in libro secundo Regum loc. cit. quadraginta equitum millia dicuntur occisa; in libro autem Paralip. quadraginta millia peditum. Sed est dicendum, neque in libro Regum, neque in libro Paralipomenon omnia fuisse numerata. Aliquid enim omissum est in libro Regum, quod addidit liber Paralipomenon ; cuius, ut paulo ante dixi, id est, praecipuum; juxta sini nominis clymologiam, ut omissa adjecta; quare addidit *peditum quadraginta millia*, quod omissum erat in libris Regum; neque equitum meminit, quia de illorum numero jam in libris Regum dissentis verbis actum est. Quare in illo bello universim de Syris tam pedum, quam equitum cesa sunt octoginta millia, prater septem millia pugnantium e curribus. Ita Abulensis, Sanctius, Cornelius à Lap., et alii.

28. Quæres XXVI : *An David à crudelitate excusari possit, dum, 2 Reg. 12, 31, item 1 Paralip. 20, 3, super cives expugnatæ urbis Rabath circumedit ferrata carpentæ, siveque eos serravit, et cultris divisit?* Resp. : Variae sunt variorum hæc de re sententiae. Bayle (2), postquam modò citatum Scripturæ locum recitavit, addit hac verba : *Potestre. negari, quod hæc ratio bellandi ritiuperanda sit? Nonne Turcae et barbari plus humanitatis habent?* Auctor Dictionarii Philosophici odiosam hanc annotationem à Bayle factam confirmat, hunc in modum cavillando : *David devicit regnum Ammonitarum; expugnat urbem vel oppidum Rabath; omnes incolas extraordinariis tormentis occidi jubet; dissecantur, lacerantur ferratis carpentis; comburuntur in fornacibus laterariis. Profectio nobilis et generosa bellandi ratio.* Sanctius (3) et Tirinus (4) centent, Davidem tam crudele factum patrassè o tempore, quo adhuc haeret in luto adulteri Bethsabee et homicidii Uriæ, ac nondum penituerat de tantis sceleribus. Solent enim peccatores, quādū non resipiscunt, ex uno in aliud seclusi ruere, et magis magisque sordescere in dies, ut docent theologi passim, et ipsa experientia. Atque ita, inquit, enormis illa sævita fuit appendix quedam sermonis seu historiæ Uriæ, quæ speciatim pécçisse Davidem, Scriptura, 3 Reg. 15, 5, dicit. Iterum alii, et quidem plures hodiè defendant, textum hebraicum loc. cit. probè ponde-ratum, nil aliud dicere, quam Ammonitas à Davide damnatos esse ad saxa et marmora ferris secunda, ad

(1) Nimirum ii, qui in curribus vehebantur, hic dicuntur *currus* per metonymiam, quæ rem continentem ponit pro re contenta.

(2) In Diction. art. *David*.

(3) Comment. in 2 Reg. 12, 26.

(4) Comment. in 1 Paralip. 20, 3.

trahendas ferreas certi generis trahas, ad ligna secubibus findenda, lateresque faciendo, in quibus omnibus nulla apparet sævitia aut crudelitas in hostes devictos. Verum nolim hanc ultimam explicationem adoptare.

Sed ex omnibus, quas hæc de re inveni, opinionibus mihi præplaceat sententia Calmeti, qui censet Davidem, quem S. Scriptura tanquam virum secundum cor Dei, 1 Reg. 15, 14, omnibusque præceptis divinis (excepto sermone Uriæ Hethæ) obediens (1) laudat, non facile debere argui nimis in Ammonitas sævitæ, cum Deus in S. Scripturæ nullibi hoc factum improbat, et varie potuerint esse cause, quamvis nobis non sat cognite, ob quas David jure potuerit in Ammonitas tam severè animadvertere. Verba laudata interpretis (2) sunt haec: « Verum haud probabilitate vacat, David has ideò poenas de illis sumpsisse, quod idem similiter in captivos Hebreos deservisse consueverant. Si Ammonitas ex acie victores discessissent, crudelius ad-huc fortasse eos cruciatiibus encässent. Non fugit quæ impotentia Naas Ammonitarum rex viris Jabel & Galaad deditio[n]em molientibus responderit; dixit enim, se eā tantum conditione proposita in deditio[n]em acceptum fuisse, ut cuilibet dexterum oculum erueret (3). Amos huic populo exprobrat, eò quod prægnantium mulierum alvum secuissent, foetus illarum interfecturi, illudque in bellis, ubi de finium dilatatione tantummodo agebatur (4). Supponendum est, David hæc in re temporum illorum communis belli leges secundum fuisse, vel Ammonitas præcedentibus injuriis, quæ quidem latent, id supplicii genus fuisse promeritos. Id autem certum est, à Scripturæ Davidem hæc de re auspicari redargui; Imò illam palam testari præter Uriæ factum, Davidem omni colpâ vacasse, 3 Reg. 15, 5. Non igit temerè dandum est, quod non satis constat, ut certum exactumque judicium ferre possumus. » Hucusque Calmetus.

29. Quæres XXVII : *Num credibile sit, quod in Scripturæ 2 Reg. 12, 30, item 1 Paralip. 20, 2, narratur, nimirum Davidem coronam regis Ammonitarum tulisse de capite ejus, et eandem, licet ponderaverit talentum aurum, id est, 125 libras romanas (5), imposuisse capitili suo? Quis enim credit 125 librarum coronam potuisse*

(1) 3 Reg. 15, 5, ubi dicitur : *Eo quod fecisset David rectum in oculis Domini, et non declinasset ab omnibus, quæ præcepérat ei cunctis diebus vita sua;* excepto sermone Uriæ Hethæ.

(2) Comment. in 2 Reg. 12, 31.

(3) 1 Reg. 11, 2, ubi legitim : *Et respondit ad eos Naas Ammonites : In hoc feriam vobiscum sedes, ut erum omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in universo Israel.*

(4) Amos 1, 13 : *Hec dicit Dominus : Super tribus sceleribus filiorum Ammon, et super quatuor non convertam eum; et eo quod dissecuerit prægnantes Galaa ad dilatandum terminum suum.*

(5) Vide Tirinus Comment. in 1 Paralip. 20, 2; aut Cornelium à Lap., tractat. de Mensuris et Ponderibus Hebraeorum, Graecorum, Romanorum et Hispanorum, § 1, *mihī*, p. 1055. Habet autem laudatus interpres hunc tractatum in fine sui Commaentarii in Pentateuchum.

ab Ammonitarum rege, et deinde à Davide in capite gestari? — Resp. : Duplex datur ab interpretibus ad solendum hoc dubium responso. Prima est Cornelii à Lap., dicentis, hanc fuisse coronam idoli Ammonitarum, quod habebat formam melech, id est, regis; Davidem autem sibi ex hac corona fecisse diadema, puta ex parte ejus, reliquum vero auri ejusdem coronae in alia templi vel palatii sui ornamenta distribuisse. Atque huic responso videtur favere liber primus Paralip. loc. cit., ubi ita dicitur : *Tali David coronam Melschom de capite ejus, et invenit in eis auri pondo talentum, et pretiosissimas gemmas, fecitque sibi inde diadema.*

Verum melior mihi videtur altera responso, qua est Tirini, aliorumque dicentium, neque regem Ammonitarum, neque Davidem hanc coronam gestasse in capite, sed supra utriusque caput alligatam vel suspensam fuisse in throno et conopeo regio, ut capiti dentis in throno jugiter immineret, quod fatente ipso Cornelio à Lape sat est verisimile. Et certe apud veteres coronae tales non erant infrequentes. Sic Atheneus, lib. 5, cap. 8, memorat coronam auream *ambitu cubitorum octoginta*, et aliam cubitorum sedecim, aliam *altitudine* duorum cubitorum, ac denique alias nonnullas cubitorum quatuor aut quinque. Et Benjamin Tudelensis narrat de Commodo imperatore, suspendisse illum supra solium suum coronam auream, pretiosissimis gemmis distinctam (1). Accedit, quod juxta hanc secundam responsum necesse non sit dicere quod corona illa apud Ammonitas non fuerit corona regis ipsum, sed idoli formam regis praesertim, et idem *Melschom* dicti; cum tamen graves interpretes, Abulensis (2) et Sanctius (3), expressè contrarium sentiant. Verba Sanctii loc. cit. sunt ista : *Ubi hoc loco (nempe 2 Reg. 12, 30) vulgatus (puta, interpres) legit REGIS EORUM, libro primo Paralip. cap. 20, v. 2, idem legit MELCHOM, quod nomen est idoli. Quare non videtur diadema fuisse regis Ammonitarum, sed Ammonitarum idoli; id quod nonnulli putant. Sed dicendum est, utroque loco coronam esse regis; nam idem est utrobique hebraicum nomen; et sanè Melchon, sive Malchan, quod est in hebreaco, idem valet, quod REGIS EORUM (4); noster autem interpres modo nomen ipsum peregrinum relinquit (nimis 1 Paralip. 20, 2), modo illius tradit significationem (nempe 2 Reg. 12, 30).*

50. Quæres XXVIII : *Num credibile sit, quod 2 Reg. 14, 26, scriptum est : PONDERABAT ABSALOM (quotan- nis) CAPILLOS CAPITIS SUI DUCENTIIS SICLIS, i. e., octo li- bris romanis cum triente; cum tamen capillis unius ho- minis non possit anniversaria tonsione tantum ponderia inesse?* Resp. Equidem quæstio hæc magnis obsepta est difficultatibus. Nobis sufficit, propter ipsam rei obscuritatem nihil in præjudicium sacrorum librorum ex-

(1) Vide Calmet. Commentar. in 2 Reg. 12, 30.

(2) Quest. 29.

(3) Comment. in 2 Reg. 12, 30.

(4) Nam **מלך** melech significat. rex. Inde est, quod D. de Voltaire Davidem per ludibrium *Judaicum Melch* vel *Melch* appellat.

hoc loco erui posse. Ut tamen, quæ verisimiliora hæc de re interpretes in medium proferunt, lectori indicemus, duas eorum præcipuas et diversas hujus rei explicationes recensemus. Prima est D. Joannis Pelletier (1) cuius hæc in re opinionem secutus est Calmet (2) asserentis, pondus illorum 200 siclorum non fuisse hebraicum, sed babylonicum, quod multò minus est pondus hebreo; neque solos detonsos capillos, sed unā cum remanentibus capillis in capite babuisse pondus ducentorum siclorum. Scriptura enim non ait, Absalonis capillorum segmenta ducentis siclis ponderasse, sed duntaxat capilos capitis illius ducentis siclis appendisse : « Ponderabat capilos capitis sui ducentis siclis. » Si autem quæras, quinam capillos in capite remanentes, aut quomodo ponderaverint, respondet Calmet loc. cit., pondus illorum, qui in capite relinquebantur, aestimabatur ex illorum ponderi, qui secti erant; atque rem circiter ad calculos redigebant utrumque habità ratione, quid simul sumpti possent appendere; atque juxta hanc explicationem cœsaries Absalonis habuit, ut ait Calmet, pondus æquivalens 31 fermē uncis gallicis.

Secunda responso est Sanctii (3), Tirini (4), et aliorum dicentium, sensum citati textus non esse, quod capilli Absalonis fuerint adeo graves, ut quad pondus equivaluerint ponderi ducentorum siclorum, sed quod ipsorum pretium, quo vendebantur, fuerint ducenti sicli, ita ut citatus textus : *Ponderabat capilos capitis ducentis siclis, hunc sensum habeat : Estimabantur capilli capitis ducentis siclis* (5). Ut autem hoc magis intelligatur, in primis notandum, quod jam antiquis illis temporibus ii, qui elegantes videri volebant, ad scititius ornamenti capillos suos nitentes reddebant. Sic fecerant adolescentes, quos secum in suis deliciis et majestate adducebat Salomon, si quandò in agros animi gratia cum regio apparatu progrediebatur. Aures enim ramentis, et tenuissimo pulvere aspergebant capillos, ut aurei viderentur, et solaribus radiis non dissimiles. Sic Josephus, lib. 8 Antiq., cap. 7, inquit : *Equis optimis Salomonis insidabant equites, flos juventutis, proceræ statura, prolixo capillatio conspicui. Ad hæc ramenta auri capillos quotidie spargebant, ut ad solarium radiorum contactum fulgor è capillis eorum reflecteretur.* Quod etiam fecisse dicuntur quidam principes, inter quos teste Sanctio loc. cit. fuere imperator Commodus et Gallienus. Hujusmodi comes habuit Absalonis flavas, non ab aliquo artis lenocinio, sed à natura; que sic erant splendentes et aureæ, ut magno impendo emerentur à Solymitanis pueris, vel aliis, ut uterentur pro suis; quod fieri sepè solitum

(1) Vide hujus Epistolam ad religiosum amicum suum, in Diario Trivulensi ad annum 1702, mense Augusto, pagina 175.

(2) Comment. in 2 Reg. 14, 26.

(3) Comment. in 2 Reg. 14, 26.

(4) Comment. in 2 Reg. 14, 26.

(5) Ita etiam hunc locum Scripturæ exponit Cl. Weitenauer in sua germanica versione Bibliorum, aduersus aliquam notam his verbis : *Der Werth dieses schönen Haars wurde auf 200 Sikel geschätzt, welches bei uns über 100 Gulden kommt.*

antiquo ævo legimus, et nostro quotidie fieri solet. Non est tamen verisimile, quod Absalom regis tanti filius questum ex capillis suis publicè venum propositis quasiverit: sed dono dabat cui volebat è suis; qui dein pretium supra dictum à pueris Solymitanis, flavos illos ac rufilos capillos in sui capitibus adscititum ornatum magnâ contentione ambientibus facile extorquentib; præsertim quia illæ summo sibi honori duxerunt, regii principis capillos ornare capita sua. Hoc adhuc verosimilius redditur, si ponatur pretium ducentorum siclorum fuisse, quo aestimabantur non soli capilli detonsi, sed bi unâ cum reliqua casarie in capite tonsi Absalomis remanente; fermè sicut juxta primam responsionem pondus ducentorum siclorum erat pondus non solorum capillorum detonsorum, sed horum unâ cum capillis in capite Absalomis remanentibus. **Hoc** enim posito pro emendis detonsis illis capillis non tota summa 200 siclorum, sed tantum pars aliqua hujus summae sive pretii pendi debebat; ut considerant patet.

31. Quæres XXIX: *An non est absurdum, et fabula proximum, quod, 2 Reg. 18, 9, 45, narratur, Absalomem propriis suis capillis suspensus in arbore fuisse, et quidem per aliquam temporis moram?* Resp.: Ille objectione pictores, quidem et sculptores qui Absalomem capillis suis ex arbore suspensum exhibere solent, impugnari possunt; non verò sacer historicus, qui hoc loco nullam de capillis explicitam mentionem facit, sed solum dicit, caput ejus (nempe Absalomis) adhæsisse querui. Textus enim sacer ita sonat: *Accidit autem, ut occurreret Absalom servis David, sedens mulo: cùmque ingressus fuisse mulus subter condensam queruem et magnam, adhæsit caput ejus querui; et illo suspenso inter cælum et terram, mulus, cui insederat, pertransivit.* Porro opinio communis, quam etiam pictores et sculptores sequuntur, de suspedio ex propriis capillis haud dubiè est inde profecta, quod, 2 Reg. 14, q. 26 (ut precedente quæstione vidimus), de prolixi ejus et eleganti comâ fiat mentio, et ipse textus hebreus huic opinioni favere videatur, qui teste Cornelio à Lapide (1) ita sonat: *Adhæsit cæsaries ejus in ramis per plexis queruis.* Verum Calmeto (2) et Weissenbachio (3) haud ita verosimile videtur, virum armorum pondere gravem diutiūs hoc pacto pendere potuisse, atque capillos ipsius ita implicari, ut diutiū corporis pondus et armorum et ejusdem motum, quo præ nimio dolore agitabatur, sustinerent. Neque Scriptura ait ipsum capillis, sed capite peperdisse: *adhæsit caput ejus querui* (4). Quamvis ergo cæsaries Absalomis verosimiliter condensæ queruēs ramis implicata fuerit, non tamen necesse est dicere, cumdem ex hac sola suspensum peperdisse; sed mulo vectus caput inter duos ramos illisit, qui ad collum ipsius ita in arctum coacti sunt, ut inde nequiverit se exsolvere, neque

manibus jam uti, ut se liberaret. Atque hoc videtur etiam indicare grecus textus 70 Interpretum, qui in latinum translatus ita sonat: *Et implicatum est caput ejus in arbore, et suspensus est in arbore inter cælum et terram.* Item Paraphrasis chaldaica qua ita habet: *Et apprehensum est caput ejus in queru, et suspensus est inter cælum et inter terram.* Similiter Vatabl. dicens: *Detentum est caput ejus à queru.* Et S. Chrysostomus (1) sic Absalomem alloquens: *Adest, inquam, arbor in campo ramorum telis ornata, que te excipiat fugientem, properantem rapiat; et post intervallum ita pergit: Paratam properè festinat ad arborem, cui est traditus, et ictu violento immissus, animali subducto, et subter in campos elapsus, inseritur ramis, obligatur lignis, transfixus gutture colligatus.* Et Theodoreetus (2): *De illo, inquit, scelerato justas (Deus) sumpsit penas. Efecit enim ut in queretu equitans veniret sub arborem qua ramos habebat inclinatos, ut qui obliquè germinarent, non multum inter se distantes. Illic cum venisset mulus, inter ramos quidem infixum fuit ejus caput, peperdit autem totus. Transmisit autem mulum foliorum strepitus.* Ille autem manus suspensus, jucundissimum spectaculum viris piis, et omnia administrantis Providentie justam ostendens sententiam. Quæ omnia haud obscure confirmant sententiam illorum qui dicunt, Absalomem non ex capillis, sed capite à ramis arboris intercepto suspensum peperdisse. Et sapè, ut etiam Sanctius (3) observat, ex textu tam hebreico quam latino vulgato (i. e., nostræ Vulgatæ latine), nihil convinci potest in oppositum. Tantum enim ex utroque habemus, adhæsisse caput querui, et illum suspensum fuisse inter cælum et terram. Utrumque verò contingere potuit, inserto collo inter ramos coarctantes, ut Theodoreetus modò citatus verbis indicat, et S. Chrysostomus innuere voluisse videtur, dum de Absalom loc. cit. ait: *Inseritur ramis, obligatur lignis, transfixus gutture colligatus.*

32. Quæres XXX: *Quomodo Adeodatus filius Saitus, 2 Reg. 21, 1, Goliath Gethæum percutere potuerit, cum iste 1 Reg. 17, 4, jam à Davide fuerit occisus?* Memoratus Adeodatus occidit Goliath Gethæum, hoc est, fratrem Goliathi gigantis, quem occidit David, ut expressè dicitur, 1 Paralip. 20, 5, his verbis: *Aliud quoque bellum gestum est adversus Philistheos, in quo percussit Adeodatus filius Saitus Bethlehemitæ fratrem Goliath Gethæi, cuius hastæ lignum erat quasi liciatoriū texentium.* Frater igitur Goliathi pariter vocatus est Goliath; aut potius dictus est Goliath, eo quod proceritate, robore et viribus similis esset Goliatho, quem stravit David. Sic vulgo de viro eximiè forti dicimus: *Iste est alter Hercules, vel alter Samson.*

33. Quæres XXXI: *An verosimile sit, in Palestind, regione tam exigua, tempore Davidis fuisse octingenta milia virorum fortium, et in sola tribu Juda quingenta*

(1) Comment. in 2 Reg. 18, 9.

(2) Comment. in eundem Scripturæ locum.

(3) Tom. 2, Nova forma Theol. Bibl., quest. 21, p. 80.

(4) 2 Reg. 18, 9.

(1) Tom. 4 operum S. Chrysostomi, Hemil. de Absalomo persequeente patrem.

(2) Tom 1 operum Theodoreti Cyren. episcop, in libris Regum quest. 54.

(3) Comment. in 2 Reg. 18, 14.

milia pugnatorum, ut Scriptura, 2 Reg. 24, 9, dicit, aut facta jam divisione decem tribuum à tribu Juda et Benjamin, in solo regno Juda sub rege Josaphat fuisse viros bellatores et robustos ad undecies centena et sexaginta milia, 2 Paralip. 17, 13, 19, EXCEPTIS ALIIS, QUOS POSUERAT IN URBIBUS MURATIS IN UNIVERSO JUDA? Hec nequaquam sunt incredibilia, si ad sequentia attendatur. 1^o *Ad stupendam hominum multitudinem illis temporibus in Palæstinâ degentium.* Certè teste Josepho Jud., ut alibi (1) distinctè demonstravimus, in sola Galilæa (cujus regionis incola, inò prefectus erat memoratus scriptor) erant tres millions et sexaginta milia incolarum. 2^o *Ad summam Palæstine tunc temporis fertilitatem* pro aliendâ ingenti hominum copiâ abundè sufficientem, ut pariter jam alibi (2) à nobis ostensum est. 3^o *Ad amplitudinem regni Davidici et Salomonici.* Nam tempore Davidis et Salomonis Israëlitæ non tantum à Dan usque Bersabee, vel ab introitu Emath usque ad torrentem Egypti, sed ab hoc torrente usque ad flumen magnum Euphratem dominati sunt, et omnes interjectos populos sibi fecerunt venticales et tributarios, juxta illud : *Exercit etiam (Salomon) potestatem super cunctos reges, à flumine Euphrate usque ad terram Philistinorum, et usque ad terras Egypti,* 2 Paral. 9, 26. Quod ipsum mox infra (3) pluribus ostendemus. 4^o *Ad magnitudinem regni Iudaicæ regnante Josaphat.* Tunc enim diu regum Juda nequaquam conclusa fuit limitibus tribuum Juda et Benjamin (4). Latius enim patebat in tribus Dan, Ephraim et Simeon, necnon in Arabiam et Philistinorum regionem, et, ut paucis dicam, à Bersabee et à Pelusio usque ad montes Ephraim, atque à Jordane usque ad Mediterraneanum. Unde alii limites regno Juda constitundi sunt, quām qui plerūque ponuntur; duplò enim major teste Calmeto (5) patebat illi regio, quām in tabulis geographicas obtineat. Non est igitur, cur vehementer miremur instructissimos illos regum Juda exercitus. Regio enim, ut paulo ante diximus, erat culta maximè et feracissima; cui ad commodum accedebat cum finitimiis populis commercium terrâ marique, quibus omnibus consideratis, abundè numerus ille militum et etiam major sustentari poterat; præsertim cùm ex qua ad meridiem Juda squalida nunc jacent regiones, florentissimæ tunc erant maximè, ut pariter jam alibi (6) observavimus. 5^o *Ad alias circumstantias.* Nam etiam illud consideratione dignum est, quid, quamvis sub Josaphato regnum Juda à regno Israel jam fuerit discessum, tamen multi ex decem tribibus avite religiosi studiosi, et prosperitate Josaphati illecti, ad Ierusalem transfugerint; uti fecerunt sub ejus patre Asa,

(1) P. I. S. Scriptur. contra Incred. propugnat. sect. 2, cap. 5, quæst. 38, pag. 140 et 141, ad secundum.

(2) Ibidem, ad tertium.

(3) Quæst. 38.

(4) Vide Calmet Comment. in 2 Paralip. 17, 19.

(5) Vide hujus auctoris animadversiones in tabulam geographicam terra promissionis, quæ tom. 2, ante Commentarium suum in L. Josue, posuit.

(6) P. I. S. Scriptur. contra Incred. propugnat. loc. cit. pag. 144,

juxta illud 2 Paral. 15, 9 : *Congregavitque (rex) Asa universum Juda et Benjamin, et advenas cum eis de Ephraim, et de Manasse, et de Simeon; plures enim ad eum conseruerunt ex Israel, videntes quid Dominus Deus illius esset cum eo.* 6^o *Ad veterum bellandi rationem.* Nam sola urbs Thebae in Egypto (saltē prout Pomponius Mela (1) narrat) centum portis instruta poterat per quamlibet suarum portarum eodem tempore decem millia pugnatorum, adeoque universum exercitum millione hominum constantem in aciem educere. Nimisrum non debent tam remota tempora cum nostris, et tam disparest populorum mores cum nostris comparari. Non omnes, qui antiquis illis temporibus pugnabant, erant, ut hodie, homines militia stabiliter destinati. Dicebatur populo, ut ad arma convolarent; et quicumque arma portare poterat, ea arripiebat. Unde haud mirum, confluxisse immensum exercitum.

34. Quæres XXXII : *An verosimile sit, quid Deus optimus ob numeratum à Davide populum 70 milia virorum pestilentia occiderit, 2 Reg. 24, 15, item 1 Paralip. 21, 14; cum tamen non iniquum, sed potius officium principis sit, scire numerum suorum subditorum, maximè militum?* — Respondeo : Equidem hanc quæstionem increduli movent, et teste Cl. Bullet (2) hunc in modum argutantur : « In hoc Davidis factio, inquit, nihil reprehensione dignum reperitur. Quilibet enim rex vel alienius territorii princeps robur sui regni aut ditionis scire debet; sed tali modo non solum non est peccatum dignus, si censum populi sui instituit, sed officium suum implet. Cur ergo Deus Davidem putat ob factum, quod non solum culpâ vacat, sed ipsum regis officium ab ipso postulabatur? » Verum ad hanc incredulorum cavillationem respondemus, quid factum etiam de se bonum vitietur, et fiat malum, si ex malo sine, aut in circumstantiis Deo displicantibus ponatur. Jam vero David ex vitiioso fine, et in circumstantiis Deo displicantibus populum numeravit. Nam hic princeps tunc altâ frugetur pacem; subditos habuit sibi addictos et imperio suo obtemperantes, hostes vero externos devictos ita, ut neque in, neque extra regnum suum aliquid esset, quod timeret; solus terror sui nominis et potentia hostiles incursions à regno Israëlitarum longè removebat. Nulla igitur necessitas instituendi censum populi ad præcavenda regni damna, sed quoddam elati in rege animi vitium, quo sibi in tantâ populi multitudine placebat, causa erat hujus facti, et quidem cum periculo pariter populo præbendi occasionem peccati. Unde ipse Joab, quamvis alias conscientiae minimè anxie fuerit, tamen regem à proposito numerandi populum avertire studuit, duplicitus usus argumento. Primum erat, quid nulla

(1) L. de Situ orbis, in descriptione Egypti, propositum, ubi ita ait : « Thebae utique (ut Homero dictum est) centum portas, sive (ut alii aiunt) centum aulas habent, toudem olim principum domos, solitasque singulæ, ubi negotium exegerat, denuo armorariorum millia effundere. » Porro haec Thebae Egyptia alio nomine vocantur Diospolis, aut urbs Jovis, vel proper memoratas centum portas exercitantes, Illecatompylos.

(2) Réponses critiques, tom. 2, n. 54,

modò necessitas esset numerandi populum, cùm omnes subditū sint tranquilli, regique addicti et obtemperantes (4). Alterum, quid si hic census institueretur, id Israeli in peccatum reputandum sit (2). Sed actu megit Joab; rex perrexit urgere executionem propositi sui, et reipsa per Joab illud executus est. Primum post aliquod tempus resipuit, et dixit ad Dominum: *Pec-
cavi valdè in hoc facto; sed precor, Domine, ut trans-
feras iniuriam serui tui, quia stulte egi nimis,* 2 Reg. 24, 10.

Punivit itaque Deus non censum populi praeçisè secundum se spectatum, sed vanam gloriam quæ erat causa hujus censüs sine omni necessitate, et cum multorum peccato in Israel instituti. Porrò, quid Deus numerationem populi secundum se spectatam et in circumstantiis convenientibus institutam non prohibuerit, nec puniverit, patet ex eo, quia Saül, 1 Reg. 11, 8, cogens exercitum, *recensuit eos* (pugnatores) in Bezech; *fueruntque filiorum Israel trecenta millia;* virorum autem Iuda *triginta millia.* Neque haec recensio à Samuele Propheta, qui præsens aderat (5), improbata est, neque Deo displicuit, aut punita est, sed potius Saül post hanc recensionem insignem victorian de Ammonitis retulit, quam populus Israel singulari Dei auxilio obtentam credebat, idèoque in gratiarum actionem obtulerunt victimas pacificas coram Domino, 1 Reg. 11, 15.

(1) 2 Reg. 24, 5: *Dixitque Joab regi... Quid sibi dominus meus rex vult in re hujuscemodi?* Et 1 Paralip. 21, 5: *Responditque Joab.... Nonne, domine mi rex, omnes servi tui sunt? quare hoc querit dominus meus?* Quasi dicat: Si in Israële à Dau usque ad Bersabea confusus esset populus, cuius pars altera faveret, altera regis adversarior aut invidenter incommodis, probarem hor consilium, quod amicorum et subditum ab hoste atque alieno secernit. Sed omnes qui in regno Israhelitico degunt, fideles cuius subditū sunt; tuo, & rex! student honori; te cipiunt dii florentem et salvum. Quem igitur aut tibi, & rex? aut regno tuo afferset usum, hec populi tam importuna numeratio?

(2) Nam in libro primo Paralip. loc. cit. dicitur cum addito: *Quare hoc querit dominus meus, quid in pec-
catum reputetur Israeli?* Dixit his verbis Joab, numerationem populi in peccatum Israeli reputandam fore, quia nimis huc numeratio occasio erat peccati multorum in Israel. Nam Exodi cap. 30, 12 et 13, lege divina prescriptum erat, ut quandomcumque census populi institueretur, singuli ex recensiti dimidium sicut offerrent ad pios sumptus tabernaculi: *Quando-
tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, ait Do-
minus ad Moysen loc. cit., dabunt singuli pretium pro
animabus suis Domino, et non erit plaga in eis, cum
fuerint recensiti.* Hoc autem dabit omnis qui transi ad nomen, dimidium sicut juxta mensuram templi. Cum igitur unusquisque eorum, qui in censum illum à Davide institutum essent relati, dimidium sicnum debebat impendere in religiosum usum tabernaculi, neque omnes aut vellent, aut sine incommmodo aliquo possent; occasio illis offerebatur a rege, ut multi peccarent, sustinenteque plagam, quam Exod. loc. cit. Deus minabatur illis, qui pretium illud redempcionis omitterent. Quod si nullum aliud à rege peccatum esset admissum, hoc certè dignum fuit, propter quod multaretur durè, cùm vanæ euisdam curiositatis gratiā absque ullâ urgente necessitate in illud periculum tantum populi multitudinem traheret.

(3) Vide Cornelium à Lap. Comment. in 1 Reg. 11, 7.

Corollarium. Tam David quam populus, instituto memorato censu, peccavit. In Davide peccatum fuit, quid citra jussum Dei et citra necessitatē censem ejusmodi instituerit, solum ad ostentandam suam potentiam, et cum periculo satis manifesto præbendi populo occasionem peccandi. In populo vero peccatum fuit, quid tributum semisicli, quod in ejusmodi censi in usus templi capitatum pendi debebat, in agnitionem supremi dominii Dei, à plurimis, fortè à plerisque (connivent rege, regisque ministris) persolutum non fuerit. Ita Sanctius, Bonfrerius, et Tirinus ex S. Augustino, Beda, alisque. Unde haud mirandum, quid geminum hoc peccatum tam gravis plaga seu pena, in regem et populum statuta, subsecuta sit.

55. Queres XXXIII: « Quomodo verba illa (2 Reg. 24, 9): « *Dedit ergo Joab numerum descriptionis populi regi, et inventa sunt de Israel octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium, concordent cum illis* (1 Paralip. 21, 6): *Deditque David numerum eorum quos circinerat; et inventus est onnis numerus Israel, mille millia (i.e., millio) et centum millia virorum educerent gladium?* An octingenta millia sunt idem ac milio cum centum milibus? » Resp.: Haec textum apparet contradictrio tollitur, si cum Abulensi (1), Menochio (2), et aliis diaconis, numerum majorem, qui habetur in Paralipomenis, esse eorum qui recensiti seu numerati sunt, minorem vero, qui habetur in libro 2 Reg. loc. cit., eorum qui relati sunt in fastos regios. Quod enim non omnes, qui recensiti sunt, etiam in fastos regios relati sint, inde patet, quia, 1 Paralip. 27, 24, dicitur: *Joab... cæperat numerare, nec complevit; quia super hoc ira Dei, seu plaga divinitatis immissa irruerat in Israel, et idcirco numerus eorum qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis David.* Nimirum res ista, ut Abulensis cum aliis censem, ita contigit. Joab non discurrebat per singula loca Israel tam magna quam parva computando omnes et singulos, quia sic numerationem populi non finivisset in tam brevi tempore, scilicet in novem mensibus (3), cùm regnum esset valdè magnum; sed habebat secum alias adjutores, ut patet ex illis Scripturæ verbis, ibidem: *Egressusque est Joab, et principes milium, a facie regis, ut numerarent populum Israel.* Mittebat ergo Joab istos principes per singula loca, et habebant illi libros suos particulares, in quibus describabant nomina et summae computatorum: et erant isti multi libri, cùm essent multi principes numerantes. Joab autem habebat librum principalem, qui vocabatur *Fasti Regis*, et in illum redigebantur nomina et summa computatorum secundum ordinem provinciarum et locorum, transcribendo de aliis libris particularibus, ut postea ostenderetur regi solum iste liber magnus fastorum. Deinde cùm jam computasset Joab et prin-

(1) In 2 Reg. c. 24, quasi. 14.

(2) Comment. in 2 Reg. 24, 9.

(3) 2 Reg. 24, 4, 8: *Egressusque est Joab, et principes milium, a facie regis, ut numerarent populum Israel... Et iustratà universa terrà, affuerunt post novem menses et viginti dies in Jerusalem,*

cipes militiae totum Israel, exceptis tribibus Benjamin et Levi, audivit Joab plagam exivisse à Domino in Israel propter hunc censem populi, et noluit computare residuas tribus Benjamin et Levi, cùm istam recensionem invitus (1) inchoarit, et nondum incepit illarum duarum tribuum computatione intellexerit Dominum, ut dixi, propter institutum computationem immisisse plagam in Israel. Sed adhuc de aliis tribibus jam computatis supererant trecenta millia, que quidem jam scripta fuerant in libris particularibus principum, sed nondum redacta in fastos regis, id est, in librum principalem Joab; et noluit Joab redigere illa in hunc librum suum, quia, sicut putavit peccatum esse, si ultra procederet in computatione, ita putavit peccatum fore, si ageret aliquid pertinens ad illam, pertinebat autem ad illam redigere libros particulares in fastos regis: ideò noluit illos in hos redigere, ut clare patet ex supra citato textu 1 Paralip. 27, 24: *Joab cooperat numerare, nec complevit*, etc. Unde Joab veniens in Jerusalem ostendit regi solum summam illam, que erat in fastis principibus; et ibi solum reperta sunt octingenta millia de Israel, quoniam trecenta millia defiebant, que quidem computata erant in libris particularibus, sed nondum fuerant redacta in fastos regis; sed postea ille, qui scripsit Paralipomenon, non solum posuit summam quae erat in fastis regis, sed etiam totum quod erat in libris particularibus, quia hi libri manebant, licet non fuerint ostensi regi, sed solum liber principialis fastorum.

At inquies: 4 Paralip. 21, 5, de Joab dicitur: *Deditus Davidi numerum eorum quos circuierat; et inventus est omnis numerus Israel, mille millia et centum millia virorum educentium gladium; ergo lotus iste numerus Davidi ostensis est.* Respondet Abulensis loc. cit., et dicit, quod hic locus Scripturae debet legi per intercisionem sententiae. *Nimirum dedit Davidi numerum eorum quos circuierat;* i. e., numerum illorum quos redegerat in fastos regios; non tamen omnes, qui recensiti fuerant, in hos fastos redegerat, ut supra declaratum est. Verba autem immediate sequentia, *et inventus est omnis numerus Israel, mille millia et centum millia*, referenda sunt ad aliud tempus, scilicet tunc quidam non inventum est, tantum esse numerum ex fastis regis; attamen postea computando ex libris particularibus, qui non fuerant ostensi regi, inventus est iste pumerus. Ita Abulensis. Taceo alias aliorum responsiones, quibus apparentem antilogiam hanc quest. 33 ventilatam tollere satagunt.

Corollarium. Si octingentis millibus virorum de Israel, que in fastos regis relata sunt, et de quibus 2 Reg. 24, 9, sermo est, addantur trecenta millia, quae in aliis libris particularibus supererant, sed in fastos regis non redigebantur, exacte prodit numerus 1 Paralip. 28, 5, indicatus, scilicet *mille millia et centum millia virorum*, sive, quod idem est, *millio cum centum milibus*.

(1) 1 Paralip. 21, 6: *Nam Levi et Benjamin non numeravit, eo quod Joab invitus exequeretur regis imperium.*

CAPUT III.

De Libro III Regum.

36. Quaeres XXXIV: *An David non sit reus perfidiae, perjurii, et geminae meditatae cardis, dum propinquus morti,* 3 Reg. 2, 6 et 9, *Salomonii jussit, ut Joabum et Semei interficiat, etiamsi Joab de Davide in belligerando tam bene meritus sit, et ipse David malefico Semei penam mortis, ibidem 8, jam pridem jurato condonaverit?* Resp.: Equidem haud nos latet, quod increduli in Davide præter plura alia etiam hoc ultimum ejusdem factum vehementer vituperent. Sic famosus auctor libri, cui titulus: *Spiritus Judaismi*, quemque hanc in re etiam alii quidam increduli (1) sequuntur, ita (2) ait: « Postquam abominabilis hic princeps (David), cuius penitentia tantoperè laudatur, tyranni in morem regnavit, etiam tanquam tyrannus mortuus est. Ingratus in Joab ducem suum, epi pleasque victorias suas acceptas referre debebat..., ut hunc interficiat, Salomonii filii suo moriens mandavit; ipsius ultima verba perfidiam et meditationam cœdem spirabunt. » Verum nullam ingrati in Joab animi notam ideò contraxit David. Scandalum fuisse in Israel, si vir caedibus ac sceleribus inquinatus, qualis erat Joab (3), in extremâ et felici senectute pacato et naturali fine dies suos clausisset. Unde David Salomonii justè precepit, ne hoc contingere patiatur, sed illum violentâ nece de medio tollat, cùm sese obtulisset occasio, et cùm ipse pro singulari suâ sapientia accommodam viam invenisset: *Facies ergo juxta sapientiam tuam, et non deduces canitatem ejus pacificè ad inferos,* 3 Reg. 2, 6. Fatendum quidem, quod Joab de Davide optimè profecto meritus sit, et ipsa impunitas, quam illi David diutius adeo permisratur, erat veluti quedam ob diutinos exantatos labores remuneratio. At hoc grati animi officium nequam exsolvebat regem onere persecundi sceleris, atque Joab ob injustè et per insidias occisum Abnerem et Amasam (4) puniendo. Sed

Dices: Cur David non ipsemet occidit Joab, sed id moriens mandavit Salomon? Resp.: Quia cùm Joab occidit Abnerem et Amasam, nondum tantam habuit potentiam David, ut anderet adversus Joab, qui potenterissimus erat et exercitus princeps, quidquam moliri. Necdum enim in regno erat plenè confirmatus, sed metuebat ducem Joab, ne es contra se Israelem concitaret; postea verò David bellis continuis implicitus id facere non potuit, presertim quia duce Joab indigebat; nec enim alium habebat tam idoneum, quem castris praeficeret. E contrario morti propinquus habuit regnum Israel ab intestinis tumultibus et externis bellis quietum. Quare cùm silenter tunc arma, neque

(1) Questions sur l'Encyclopédie, Gouvernement. Bible expliquée, pag. 357.

(2) Esprit du Judaïsme, chap. 5.

(3) Nam Joab duos præcipios Israelitici exercitus duces Abnerem (2 Reg. 3, 27) et Amasam (2 Reg. 20, 10) per insidias interfecit.

(4) Ibid. 5. Item 2 Reg. 3, 27. Et 2 Reg. 20, 10.

tunc Joab amplius necessarius, immo propter grave scenium (1) tolerandi porrò bellorum molestis parum idoneus esset, dare tunc potuit sine ullo reipublicae detrimento pœnas effusi sanguinis. Mandavit ergo moriens David filio suo Salomonem, ut data opportunitate occasione supplicium de Joab sumeret, Salomonem, inquam, qui jam ad initium regiminis sui plena pace potiebatur (2), ideoque plena dignitate et auctoritate pollebat. Confirmat hanc responsionem nostram Josephus, lib. 7 Antiq., cap. 12, qui Davidem morti propinquum inducit cum Salomonem ita loquentem : *Memento etiam iniuritatis Joab, qui propter emulacionem duos duces istos interemit. In eum tuo arbitratu animadvertes, quandoquidem haec tenus pœnam evasit, quod me ipso esset potentior.*

Quod autem Semei attinet, cui David pœnam mortis jurato remisiit, notandum, quod David solùm juraverit, quod ipse illum non sit interfectorum : *Juravi ei per Dominum, dicens : Non te interficiam gladio*, 3 Reg. 2, 8; ac si diceret : Polliceor, ac juro tibi, me, quod vixero, te non interfectorum. Unde non fuit perjurios David mandando Salomonem ut occideret Semei, quia, cùm illi mortis reo pepercit, præcisè juravit se non occidendum illum. Et licet verba Davidis aliter à Semei forent accepta, immo juxta communem acceptionem aliter sonarent, tamen sensus juramenti juxta Davidis mentem erat, neque illo die, neque sua manu, aut dùm ipse viveret, occidendum esse Semei. Pietatis igitur et clementiae Davidis fuit, Deo, quod ipse vixit, relinquere injuriarum, quibus impetus fuerat, ultiōnem; at non ideo justitiae obesse poterat, et pati, ut scelus publicum atque facinorosum abiret impunè. Unde ultiōnem illius commendavit Salomonis filio et successori suo sumendam eo tempore, quo non ira, non vindictæ libido adversus inimicos, sed justitiae amor eam imperaret. Ita hanc rem explicant Abulensis, Sanctius, Calmet, Menochius et Corneilius à Lap.

37. Queres XXXV : « An Salomon (3 Reg. 2, 25) iustè egerit, fratrem suum Adoniam occidendo ? » Resp. affirmatiōē. Evidem D. de Voltaire teste Cl. Weissenbach (3) hoc factum respiciens, audacter dicit, Deum, qui Salomonis spiritum sapientiae dedisset,

(1) Quod Joab tunc senio gravis et bellorum molestis porrò tolerandi parum idoneus fuerit, inde colligitur, quia non minus annis quadraginta castris praefuit, ab ipso nimis exordio regni Davidici; atque ideo, cùm ad illam prefecturam seu ducis officium tricenario minor non videatur fuisse promotus, sequitur, quod sub tempore obitūs Davidis verisimiliter annūi atatis septuagésimum jam attigerit, aut saltem à septuagenario non abseruit procul. Causa certè eum fuisse capite, ipse docet David 3 Reg. 2, 6, de Joab dicens : *Non deduces canitatem ejus pacifice ad inferos.* Vide hāc de re Sanctum Comment. in 3 Reg. 2, 8, num. 22, aut alias interpres.

(2) Ipse Salomon, 3 Reg. 5, 4, de se dicit : *Nunc autem requiem dedi mihi Dominus Deus per circuitum, et non est satan (i. e., adversarius, seu inimicus), neque occursus natus.*

(3) Tom. 2, Nova forma Theol. Bibl. quest. 23, pag. 84

paulo post spiritum justitiae et humanitatis abstulisse Verum contra hunc et alios quosdam dico, et cum Natale Alexandro (4), Abulensi (2), aliisque ita statuo : *Salomon iustè egit fratrem Adoniam occidendo.* Probatur 1° : Rebelleres, qui regnum iustè affectant, et regem legitimū ē solio deturbare moluntur, à rege aut supremo principe morti addici possunt; sed talis fuit Adonias et Salomonem regem legitimū ē solio deturbare moliebatur : ipsum itaque Salomon justè morti addixit. Probatur minor. Cùm enim Bethsabee pro eo ad Salomonem supplex accessisset (5), Abisag Sunamitidem, qua Davidi conjuncta fuerat, ut senem foveret, Adoniam postulatura uxorem, compertum habuit Salomon, ipsum res novas moliri, nec à prioris coniunctionis ambitioso consilio, quod vivente adhuc Davide foras eruperat (4), destitisse. Unde Salomon matri respondit (5) : *Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniam? Postula ei et regnum; ipse est enim frater meus major me, et habet Abiathar sacerdotem, et Joab filium Sarvæ.* (In more enim fuisse videtur apud Hebrewos, ut regum viduae nemini nisi regi in matrimonium darentur.) *Juravit itaque rex Salomon per Dominum, dicens : Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc.* Et nunc vivit Dominus, ... quia hodiè occidetur Adonias. Misitque rex Salomon per manum Banae filii Joidae, qui interfecit eum, et mortuus est.

Probatur 2° : Judicium illud capitale Salomonis in Adoniam fratrem S. Scriptura nullibi accusat aut improbat. Immò Ecclesiastici cap. 47 ponuntur laudes Salomonis et peccata ejus; et ibi nihil dicitur de violentia morte Adoniam. At si Salomon peccasset occidendo illum, peccatum fuisse grave nimis, utpote injustum fratricidium, et Scriptura non subtiliusset tam grave peccatum; et tamen non ponit illud cum aliis peccatis Salomonis; ergo Salomon non peccavit occidendo Adoniam. Sed

58. Oppones I : Adonias veniam affectati regni vivente patre à Salomone obtinuerat, 3 Reg. 1, 25, 55; inquit ergo videtur egisse Salomon, cùm ipsum interfici jussit ob coniunctionem antea condonatam, siveque initio regiminis sui fraterno sanguine manus fedavit. — Resp. et dico, Adoniam veniam non impetrassè à Salomone nisi conditionatam, cā scilicet lege, ut nihil novi moliretur; nec ambitu suo et fastu novarum suspicionum ansam præberet, que lesse majestatis crimen ita condonatum existat. Cùm enim Adonias timens Salomonem, ad cornu altaris confusisset dicens : *Juret mihi rex Salomon hodiè, quod non interficiat servum suum gladio;* respondit Salomon his verbis : *Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus ejus in terram; sin autem malum inventum fuerit in eo, morietur,* ibid. 52. At Adonias

(1) Dissertat. in Histor. Ecclesiast. veteris Testamento, ad hunc locum Scriptura.

(2) In 3 Reg. cap. 2, quæst. 27.

(3) 3 Reg. 2, 19, 22.

(4) 3 Reg. 1, 5, etc.

(5) 3 Reg. 2, 22.

novam conjurationem cum Joabo et Abiathare contra Salomonem fecit post mortem Davidis, quod ex eo colligitur, quia narrata Adonias morte et Abiatharis Pontificis exauktoratione et exilio subdit sacer historicus 3 Reg. 2, 28, 29: *Venit autem nuntius ad Salomonem, quid Joab declinasset post Adoniam, et vost Salomonem non declinasset. Fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, et apprehendit cornu altaris. Nuntiatusque est regi Salomonis, quid fugisset Joab in tabernaculum Domini, et esset iuxta altare. At nisi fuisse conjurationis reus, malèque sibi consecui, non fugisset. Nova itaque conjuratio contra Salomonem facta est ab Adoniā, Joabo et Abiathare, quam etiam prodidit perspicacissimo et sagacissimo Salomoni petitio facta ab Adonīa per Bethsabeam, ut sibi licet conjugem accipere Abisag Sunamitidem viduam, et prius Davidi conjunctam, 3 Reg. 2, 17, 26.*

Oppones II: Jus suum persecutatur Adonias; regnum enim ipsi primogeniti jure debebatur. Unde Bethsabeam sic alloquitur ibid. 15: *Tu scis quia meum erat regnum, et ipse Salomon ad eaudem de Adonīa dixit, ibid. 22: Ipse est enim frater meus major me. Nemo porrò justè interficerit ob eam causam, quod rem suam repeatat.* — Resp. 1^o Etsi jus ad regnum habuisset Adonias, eodem merito privatus fuit à patre Davide, quid eo vivente regiam potestatem usurpasset; prout in Scripturā, nempe 3 Reg. 1, 5, etc., distinctè narratur. Unde regno in Salomonem fratrem paternā sententiā translato non potuit Adonias in Salomonem conjurare, quia fieret læsa majestatis reus. Eleganter expressit S. Ambrosius (1) dicens: « David t'è usque præcavīt, ut, cū Adoniam filium regnum c' sibi usurpare comperisset, et serere conventus, non c' eum, qui præripere gestiebat, sed eum qui expectaret, eligeret. » — Resp. 2^o et dico, Adoniam, quamvis Salomonē natu maiorem, nullum jus ad regnum habuisse, quia regni successio (2) ex patris etiam voluntate peudebat. Unde Roboamus multis filiis potens Abiam, non primogenitum, sed quartum, et extertia uxore susceptum, regem constituit, quia sapienter erat, et potenter ceteris fratribus suis numero viginti septem (3). Denique Dei electione in cuius manu sunt omnia jura regnum, Salomon rex constitutus erat. Dixerat enim Dominus Davidi per Nathan Prophetam, 2 Reg. 7, 12, 13: *Suscitabo semen tuum positi te, quod egredierit de utero tuo, et firmabo regnum ejus. Ipse adficabit domum nomini meo, et stabilitam thronum regni ejus usque in sempiternum. Que verba de Salomonē intelligenda esse, patet ex 1 Paralip. 22, 11, ubi David ad Salomonem ait: Nunc ergo, fili mihi, sit Dominus tecum, et prosperare, et adficita domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te. Item ex eo, quia Salomon reipsa domum seu templum Domino adificavit. Ceterum divinā dispositione collatum Salomonī regnum Adonias ipso haud ignoravit, cūm ad*

(1) In priore Davidis apologia, cap. 6,

(2) Vide Joannem de Pineda, de Rebus Salomonicis L. 2, c. 1, ubi de jure succedendi.

(3) 2 Paralip. 11, 22, 23.

Bethsabeam dixerit, 3 Reg. 2, 15: *Sed translatum est regnum, et factum est fratri mei: à Domino enim constitutum est ei. Id autem noscens Adonias, non potuit absque perduellionis crimen regnum ambire, adēquè justè à Salomonē occidi jussus est.*

39. Quares XXXVI, An Salomon, 3 Reg. 2, 26 et 27, Abiatharem sunnum Pontificem jure exauktoraverit? — Resp. affirmativè. Nam qui conscius fuerat conjurationis Adoniae (de quā præcedente quæstione egimus), ipsiusque partes contra Salomonem legilimum regem auctoritate suā juverat, merito est exauktoratus sacerdotio; imò capitali poenā dignus era. Atqui Abiathar sacerdos conjurationis Adoniae in Salomonem legitimū regem conscius erat, ejusque partes auctoritate suā juverat, iuxta illud, 3 Reg. 1, 7: *Et sermo ei (nempe Adoniae) cum Joab filio Sarvæ, et cum Abiathar sacerdote, qui adiuvabant partes Adoniae. Justè igitur sacerdotio exauktoratus est à Salomone. Imò ipsum saltem jure extraordinario defensionis capitū damnare poterat Salomon, sed sententiam clementiā laudabiliter temperavit ob reverentiam sacerdoti, et vetera Abiatharis in Davidem officia. Hunc autem exauktorando, iudicium Dei hæc occasione executus est, qui pontificatum à familiā Ithamari in poenam peccati Heli et filiorum eius, 1 Reg. 2, 32, 35, ad primævam Eleazarī stirpem, ex quā era Sadoc loco Abiatharis à Salomonē in exercendo summi pontificis officio substitutus (1), transferri decreverat. Unde Scriptura sit (2): Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super dominum Heli in Silo.*

Confirmatur ex Theodoreto (3) dicente: « Erat quoque (Abiathar) obnoxius criminī tyramidis, ut qui opem tulisset Orniæ, sive Adoniae. Sed divinæ quoque predictionis minister fuit Salomon. Heli enim (sacerdoti summo) et per celeberrimum Samuelem, et alium Prophetam, prædictus Deus generis ignominiam. Hoc autem historia quoque ostendit, nimirum sacra. Addit enim verba Scriptura paulò ante à me laudata Theodoretus. Sed

40. Oppones: Non erat jus principi laico exauktorandi summum sacerdotem; ergo Salomon Abiatharem injustè pontificatu depositus. — Resp.: Salomon non privavit eum ordine sacerdotali, sed solum officio seu usu et exercitio dignitatis pontificalis. Certè 3 Reg. capite 4, v. 4, Abiathar adhuc numeratur inter principes Salomonis, et sacerdos vocatur: *Banias filius Joiaðæ super exercitum; Sadoc autem et Abiathar sacerdotes.*

Corollarium: Mala est argumentatio, quā teste Suarez (4) usus est Jacobus, rex Anglie, quāque utuntur Puffendorfius, aliquis ex Protestantibus, ita

(1) 3 Reg. 2, 35: Et Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.

(2) Ibid. 27.

(3) Quæst. 9 in L. 3 Regum.

(4) Lib. 3 adversus Anglicanæ sectæ errores, cap. 26.

argumentando : *Salomon ejecit Abiathar, ut non esset sacerdos Domini*; ergo rex fuit pontifex superior in veteri lege; ergo etiam eo superior est in lege novâ, habetque jus in personas etiam sacras. Nam resp. 1° cum Suaresio, loco cit., hanc objectionem fundari in re valde dubia, scilicet an in lege veteri pontifex esset exemptus à jurisdictione regis quoad civilia, sive criminalia. Quidquid verò sit, et etiamsi daremus pontificem in lege veteri non fuisse exemptum à potestate coercitiva regis, nullum inde argumentum sumi potest ad tempus legis gratia. Nam potestas regum in lege gratia non est major quam fuerit in lege veteri; in utrâque enim est merè civilis, et naturalis ordinis ac originis, quamvis in lege veteri fuerit specialiori modo à Deo collata. Dignitas autem et potestas pontificia in lege novâ est longè major, et altioris ordinis, quam illa in lege veteri. Ideoque nullum argumentum fieri potest à Pontifice veteri ad Christi Vicarium in his quæ ad subjectionem pertinent. Nam Mosaico Pontifici non sunt date claves regni eolorum, neque illa potest ligandi et solvendi, cujus actio in terris rata habetur in celis, quæ summo Pontifici Vicario Christi date sunt cum supremâ Ecclesiae gubernatione longè majori, quam haberet vetus Pontifex ad regendum Synagogam, cui nullibi dictum est : *Pasce oves meas*, sicut dictum est Petro. Ergo multò magis pugnat cum pontificatus legis novâ subiectio ad temporalem principem, quam in lege veteri repugnabit; ac proinde ex factis legis veteris nullum argumentum ad legem novam sumi potest. — Resp. 2°, ex hoc facto Salomonis adversus Abiatharem nequaquam probari, quod rex exercuerit jus directum in sacra, vel in personam sacram quâ talem, seu in Pontifice ut talem, sed duntaxat jus indirectum, eum ut rebellem, conjurationi addictum et reipublica noxiū, in exilium mittendo, et sic indirecte ab officio seu usi et exercitio pontificatus (non verò ab ipso ordine sacerdotali) semovendo; ut patet ex textu hebreo 3 Reg. 2, 27, qui ad litteram ita sonat : *Ejecit eum ab esse sacrificantem Deo*; et chaldaica Paraphrasis habet : *Repudiavit Selomch Abiathar, ne esset sacerdos ministrans ante Dominum*. — Resp. 3° : Salomon Abiatharem exauktoravit non jure proprio, potestati regie per se annexo, sed iure extraordinario, specialiter à Deo concessio. Nam expressè dicitur ibidem : *Ejecit eum... ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo* (1). Idcirco Theodoretus, loc. cit., ait quod Salomon in hoc fuerit *divinae predictionis minister*. Igūt ex facto Salomonis adversus Abiatharem potestate extraordinaria à Deo concessa exercito nihil probari potest pro potestate ordinaria regum, seu jure proprio potestati regie per se annexo in res aut personas sacras.

14. Quæres XXXVII : *Quomodo verba illa Dei ad Salomonem, 3 Reg. 3, 12: i. dedi tibi (i. e., Salomoni)*

(1) Vide supra, num. 39, probationem nostræ assertio-

cor supiens, ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrectus sit, intelligenda sint, cum tamen Adam, Moyses, B. Virg. sapientiores Salomone fuerint? Resp. : Pauci interpres, ut Calmetus (1) rectè observat, citata Scriptura verba sine ullo limite intelligunt. Alii ea sic exponunt (2). Nullus unquam vel fuit, vel erit rex Israel, qui sapientia sit similis tibi. Vel (3) : Nemo eorum qui acquisita et naturali tantum sapientia prædicta fuere, tibi par esse poterit. Vel (4) Salomon dicitur sapientior omnibus, sed ita ut pauci aliqui excipiatur. Vel (5) sensus est : Tu rerum naturalium et politicarum cognitione iis omnibus prestas, qui ante te floruerit, vel post te florebunt. Sed non idem dicendum est superässē, exempli gratia, Moysen, B. Virginem, Prophetas et Apostolos, mysteriorum ac supernaturalium rerum cognitione. Quod autem Adamum attinet, non omnes in unam conspirant sententiam. Abulensis (6) Adamum sapientiorum fuisse Salomone negat, et hunc in laude sapientia omnibus præponit, uno excepto Christo Domino, et B. Virgine. Alii plures contra sentiunt, qui dicunt majorem Adamo datam esse sapientiam, quam Salomonis; quia illi, utpote humani generis protoparenti, ad posteriorum instructionem et gubernationem multò plus sapientiae infusum esse oportuit. Ita Gregor. de Valentia (7), Sanctius (8), aliquie. Iterum alia est opinio Joannis de Pineda (9) via mediâ incidentis, et admittentis quidem, quod Adam tanquam caput generis humani excellentissimus fuisse non solum corporis, sed etiam animi, ideoque sapientiae quoque ornamentis et donis; nihilominus credibile censem, Salomonem re aliquâ aut scientiâ peculiari præstisset Adamo, v. g., scientiâ politica, ac ripublicæ benè moderandæ, aut scientiâ architecturæ, et oeconomie benè administrandæ; quippe hæc non tam necessaria erant Adami seculo. Quis enim negat, multa ad vitæ humanae gubernationem uno seculo necessaria fuisse aut esse, quæ altero minimè requirantur? Quippe humana vita nunc paucioribus contenta est, nunc plura exigit. Neque verò docebat Adamus suis filios, atque nepotes, que futuri seculis necessaria essent, sed quæ suo (10). In his sapientissimus erat Adam; in illis Salomon.

(1) Commentar. in hunc Scripturæ locum.

(2) Ita Lyranus, Cajetanus, Vatablus, Emmanuel, etc.

(3) Ita Tostatus et Serarius.

(4) Ita Perierius L. 5 in Genesim q. 3, et aliqui quidam.

(5) Ita Calmet loc. cit., et Xav. Widenhofer Comment. in hunc Scripturæ locum.

(6) In 5 Reg. cap. 3, quest. 7.

(7) T. I. D. 7, q. 2. — (8) Comment. in 3 Reg. 3, 12.

(9) De rebus Salomonis, L. 3, cap. 40.

(10) D. Thomas, I P. Summe, quest. 94, art. 3, scientiam, quam habuit Adam, describit his verbis :

« Primus homo sic institutus est à Deo, ut haberet omnium scientiam, in quibus homo natus est instrui. Et hæc sunt omnia illa quæ virtuitaliter existunt in primis principiis per se notis, quæcumque scilicet naturaliter homines cognoscere possunt. Ad gubernationem autem vite proprie et ahorum, non solum requiriatur cognitio eorum quæ naturaliter

Omnibus ergo consideratis præponenda videtur illorum responsio, qui cum Calmeto et Xav. Widenhofer dicunt, Salomonem sapientiam naturali, politica, œconomica, physica, etc., ceteris omnibus puris hominibus, ipsoque Adamo antecelluisse. Et politicam quidem sapientiam singulariter ostendit Salomon in dirimendâ lîte duarum mulierum de infante, cuius is sit, inter se altercantium (1); unde Scriptura ibidem addit (2) : *Audire itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset rex, et timeruerat regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.* De physica verò, rerumque naturalium scientiâ, quam Salomon habuit, testatur Scriptura (3) his verbis : *Et disputavit super lignis, à cedro, quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete; et disseveruit de jumentis, et volucribus, et reptiliis, et piscibus.* Imo alibi (4) ipse ait : *Deus mihi dedit... ut sciām dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementorum,... stellarum dispositiones, naturas animalium,...* vim ventorum, cogitationes hominum (facile eas explorando, ut fecit in lîte illâ duarum mulierum dirimendâ), differentias virgultorum et virtutes radicum. Et quæcumque sunt absconsa et improvisa didici; omnium enim artifex docuit me Sapientia. Ex quibus liquet, Salomonem fuisse insignem physicum, astrologum, medicum et scientiarum omnium encyclopediam.

42. Quæres XXXVIII. : *An verisimile sit, quod imperium Salomonis tam amplum fuerit, ut habuerit omnia regna à flumine terra Philistinum usque ad terminum Aegypti offerentium sibi munera, et servientium ei curatis diebus vita ejus, et prout, 3 Reg. 4, 21, dicitur?* Huic questioni ansam dedit Voltairius, qui scriptorem sacrum ridet, quod, cum (eodem libro 3 Reg cap. 9, v. 16) dicat, regem Aegypti regnum Gazer in Chanaanæ occupasse, et civitatem Gazer filia sue, à Salomone dictæ, dedisse dotem, hoc loco (nimis 3 Reg. 4, 21) dicere audeat, Salomonem regnasse super

sciri possunt, sed etiam cognitione eorum quæ naturalem cognitionem excedunt; eo quod vita hominis ordinatur ad quendam finem supernaturalem; sicut nobis ad gubernationem vita nostra necessarium est cognoscere quæ fidei sunt. Unde et de his supernaturalibus tantam cognitionem primus homo accipit, quanta erat necessaria ad gubernationem vite humanae secundum statum illum. Alia vero, quæ nec naturali hominis studio cognosci possunt, nec sunt necessaria ad gubernationem vite humanae, primus homo non cognovit; sicut sunt cogitationes hominum, futura contingentia, et quendam singularia, puta quot lapilli jaceant in flumine, et alia ejusmodi. Ex quibus verbis doctoris Angelici liquet, quod Adam solum habuerit scientiam requisitam secundum statum illum, h. e., necessariam ad gubernationem vite humanae, et ritè instruendos filios ac nepotes suos. Hoc autem insuper habito Salomon potuit habere et habuit ampliorem scientiam politicam, œconomiam, physicam, etc., quia ipsius seculo plura erant necessaria, aut valde utilia ad gubernandum vastissimum regnum, hominesque ritè instruendos ad gubernationem vite humanae.

(1) 3 Reg. 3, 16, usque ad finem capituli.

(2) Ibid. 28.

(3) 3 Reg. 4, 35.

(4) Sapient. 7, 17, 22.

cunctos reges, à flumine (per quod flumen Cornelius à Lap., Calmet et Tirimus fluvium Euphratem intelligunt) usque ad terminum Aegypti. Sed hanc difficultatem eruditus enodavit D. Nonnotte (1), et ante ipsum insignes interpretes, presertim Bonfrerius (2) et Cornelius à Lap. (3), quibuscum resp., et dico, Salomonem omnia illa regna ab Euphrate usque ad terram Philistinorum, et usque ad terminos Aegypti habuisse, non hoc sensu, quod illa omnia tanquam propria possederit, sed solum quod ea aliquo modo habuerit sibi subjecta, seu rectigalia. Salomon enim ob præclarè gesta tum à se (4), tum à patre suo Davide (5) rectigalia sibi habebat regna Syriae, Damasci, Moab et Ammon, quæ Euphratem inter et Mæditerraneum erant posita. Quamvis igitur Salomonis regnum propriè loquendo tantummodo Palestinam complexum fuerit, ejus tamen potentia et dominatus se multò latius extendebat, quâm ipsius regnum. Id clarius exprimit sacer textus (2 Paralip. 9, 26) ubi de Salomone dicitur : *Exercuit etiam potestatem super cunctos reges, à flumine Euphrate usque ad terram Philistinorum, et usque ad terminos Aegypti.*

Cæterum Voltairius dicit quidem, regionem Gazer, teste Scripturâ 3 Reg. 9, 16, sitam esse in Chanaan. Verum Cl. Nonnotte, loc. cit., observat Scripturam, loc. cit., solum dicere quod Pharaon rex Aegypti urbem hujus nominis Gazer ceperit, et Chananæum in eâ urbe habitantem interficerit, sed non exprimere in quâ regione (in Chanaan, vel in aliâ regione) hæc urbs sita fuerit. Verba enim Scripturæ loc. cit. ita sonant: *Pharaon rex Aegypti ascendit, et cepit Gazer, succenditque eam igni; et Chananæum, qui habitabat in civitate, interfecit, et dedit eam in dotem filiae sue uxori Salomonis.* Unde laudatus auctor verisimile censem, quod Chananæi ad ingressum Hebreorum ex Palæstinâ fugientes, in urbem hanc extra Palæstinam sitam se recepérunt. Abulensis verò concedit, urbem Gazer sitam fuisse in Palæstinâ; sed suspicatur eam tributariorum fuisse Salomonis, ac ob certa pacta cum Salomone inita, non potuisse ab hoc expugnari; quibus pactis, cum rex Aegypti non teneretur, illam expugnavit, non auctoritate sua, sed ex licentiâ Salomonis socii sui. Denique Calmet (6) hæc de re ita disserit: *Civitatem hanc (Gazer) Josue ceperat (7), ejusque regem occiderat.* Ea verò in hæreditatem tribui Ephraim cesserat, atque pro Levitarum incolatu destinata fuerat. Sed cum iterum Chananæi eâ fuissent potiti, ad Salomonis usque regnum ibidem dominati sunt. Pharaon Aegypti rex illi bellum intulit, cepitque, captamque Salomonis tradidit in filiæ dotem, quæ eidem nuptiæ data est. Quæcumque jam ex his responsionibus vera sit, semper inconcussum manet, quod Salomon omnia regna à flumine Euphrate usque ad terminos

(1) Lexic. Philosoph. art. *Salomon*.

(2) Comment. in Genes. 15, 18.

(3) Comment. in Num. 34, 11.

(4) 2 Paralip. 8, 7.

(5) 2 Reg. 8, 2, 3, 5, 6. Item 2 Reg. 10, 19.

(6) Comment. in 3 Reg. 9, 15.

(7) Josue 10, 33, et 12, 12.

Egypti habuerit, vel ut propria, vel ut sibi tributaria. Sed

Instat Valtarius, et ait : Florentissima tempore Salomonis erant regna Sidonis et Tyri, nec tamen Salomonis subjecta. — R. : Quamvis Sidon et Tyrus fuerint urbes celeberrimae ac florentissimae regnum tamen Sidonis et Tyri fuit unicum regnum per exiguum, ut insipienti mappam geographicam Terre promisso patebit, et ex capite 5 libri 3 Reg., v. 9, colligi potest. Porrò Salomon permisit Hiram regi Tyri dominari Tyro, ejusque operā usus est in fabricā templi, eratque *pax inter Hiram et Salomonem, et percusserunt ambo fadus*, 3 Reg. 5, 12. Igitur Salomon etiam hunc regem habuit saltem ut amicum et socium, ejusque regni fructus et emolumenta percepit, ibid. v. 6, 8, 41; alioquin eundem regem regno Tyri excludere jure potuisset (1).

Denique etiamsi unum vel alterum regnum à flumine Euphrate usque ad terminos *Egypti* nullo modo fuisset Salomonis devinctum, tamen in sensu universalis accommodo verum esset, quod Salomon habuerit omnia regna à flumine Euphrate usque ad terminos *Egypti*. S. Scriptura enim vocem *omnis* scèp̄ sumit in sensu duntaxat accommodo, soletque tribuere universaliter omnibus, quod reapsè tantum convenit plerisque, prout SS. Hieronymus (2) et Augustinus (3) recte observant, et variis exemplis (4) ostendi potest.

43. Quæres XXXIX : *Num verisimile sit, quod de cibo Salomonis, 3 Reg. 4, 22, 23, his verbis : Erat autem cibus Salomonis per dies singulos, triginta cori sime milie, et sexaginta cori farine : decem boves pingues, et viginti boves pascuales, et centum arietes, excepta venatione cervorum, caprarum, atque bubalorum, et avium atlantium, scriptum est?* Hoc dubium ante annos non adeò multos preter alia proposuit in MS. suo ad D. Joannem Christoph. de Zabuesnig dato anonymous ille scriptor, contra quem jam supra (5) egimus. Is (6) ita argutatur : *Salomonis, ut dicitur l. 1 Regum* (debuisset scribere l. 3 Regum), *cibus per dies singulos erant decem boves pingues, et viginti boves pa-*

(1) Vide Cornel. à Lap. Comment. in Num. 34, 11.

(2) Epist. 146 ad Damas.

(3) L. 1 Quest. in Genes. q. 47.

(4) Sic Jeremias cap. 6, v. 15, ait : *A minore usque ad maiorem omnes avaritiae student; et à prophetâ usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.* At certè rex püssimus Josias coetaneus Jeremias, item ipse Jeremias et Sophonias, qui prophetavit tempore Josiae, item Baruch amanensis Jeremias, hi quatuor, inquam, ac haud dubiè aliqui adhuc alii viri et feminine neque avaritiae studebant, neque dolum faciebant; ergo Jeremias attribuit omnibus, quod tantum convenientebat maximis parti. Sic etiam ad Philipp. 2, 21, Paulus scribit : *Onnes, quæ sua sunt, querunt, non quæ Iesu Christi.* Ubi iterum vox *omnes* non accipitur absolutè et simpliciter, sed tantum in sensu accommodo, ita ut sensus sit : Pierique, aut plurimi, quæ sua sunt, querunt, etc. Taceo alia hujusmodi exempla, quæ ex S. Scripturâ adduci possent.

(5) Quest. 17, num. 17.

(6) Pag. 14 et 15 sui manuscripti.

scuales, et centum arietes, excepta venatione cervorum, caprarum, etc. Super hanc re cum aliquo lanione sequentem calculum confici. Bos pinguis habet circa pondus 700 librarum; ergo decem boves pingues habent pondus 7000 librarum. Porrò viginti boves pascuales, posito quod quilibet pondus 500 librarum habeat, pendunt 10000 libras. Centum oves (debuisset scribere aries), posito quod quævis pondus 60 librarum habeat, pendunt 6000 libras. Denique ponamus cervos, capras, etc., duntaxat habuisse pondus 1000 librarum; ergo universum summa 24000 librarum emergit. Profectò in maximis Europæ aulis simul sumptus non consumitur quotidiè tantum carnis. » Hucusque anonymous ille. Sed

Resp. : Nemo incredibile arbitrabitur, tot libras carnis quotidie in domo Salomonis fuisse consumptas, si perpenditer ingentem numerum hominum, qui in Salomonis domo alabantur. Villalpandus (1) autumat eos fuisse 48600; quo posito nequidem dimidia carnis libra juxta calculum ab anonymo incredulo adductum per dies singulos uni homini alendo respondebat. Calvius, teste Calmeto (2), omnino 84000 homines in domo Salomonis numerat. Et profectò pluribus hominum millibus alendis cibum Salomonis suppeditatum fuisse et suffecisse, inde colligitur, quia cibus ille non ex una tantum provinciâ, sed ex diversis ac etiam longè dissitis regionibus colligebatur, et quidem non tantum ab uno vel altero, sed à pluribus, iisque diligentissimis Salomonice donatis vel ecconomiis, vel procuratoribus. Omnia haec distinctè narrat Scriptura. Nam post verba illa, 3 Reg. 4, 22, 23 : *Erat autem cibus Salomonis, etc.*, inmediatè, v. 24, subiungit : *Ipsæ enim* (de Salomonis sermo est) *obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flumen, à Taphîa usque ad Gazam, et cunctos reges illarum regionum; et habebat pacem ex omni parte in circuitu.* Et eodem capite, v. 7, dicitur : *Habebat autem Salomon duodecim praefectos super omnem Israel, qui premebant annonam regi et domui ejus.* Et inferius, v. 27, additur : *Supradicti regis praefecti necessaria mensa Salomonis cum ingenti curâ premebant tempore suo.* Præterea Josephus, lib. 8 Antiq., enumeratis praefectis, quos super Israel Salomon constituerat, et qui mensa regis curabant annonam, subdit :

(1) Vide Cornel. à Lap. Comment. in Num. 34, 11.

(2) Epist. 146 ad Damas.

(3) L. 1 Quest. in Genes. q. 47.

(4) Sic Jeremias cap. 6, v. 15, ait : *A minore usque ad maiorem omnes avaritiae student; et à prophetâ usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.* At certè rex püssimus Josias coetaneus Jeremias, item ipse Jeremias et Sophonias, qui prophetavit tempore Josiae, item Baruch amanensis Jeremias, hi quatuor, inquam, ac haud dubiè aliqui adhuc alii viri et feminine neque avaritiae studebant, neque dolum faciebant; ergo Jeremias attribuit omnibus, quod tantum convenientebat maximis parti. Sic etiam ad Philipp. 2, 21, Paulus scribit : *Onnes, quæ sua sunt, querunt, non quæ Iesu Christi.* Ubi iterum vox *omnes* non accipitur absolutè et simpliciter, sed tantum in sensu accommodo, ita ut sensus sit : Pierique, aut plurimi, quæ sua sunt, querunt, etc. Taceo alia hujusmodi exempla, quæ ex S. Scripturâ adduci possent.

(5) Quest. 17, num. 17.

(6) Pag. 14 et 15 sui manuscripti.

(1) Tom. 2, p. 2, l. 5, disp. 5, cap. 51.

(2) Comment. in 3 Reg. 4, 22.

Corollarium I. Duplicata hæc annona alendis 48600 hominibus, quos Villalpandus in domo et familiâ Salomonis ponit, imò adhuc pluribus abundè sufficit, ut ex dictis prudens lector facile colligat.

Corollarium II. Non immerit mirata est regina Saba magnificentiam mense regie Salomonis, juxta illud, 3 Reg. 10, 4, 5. *Videns autem regina Saba... cibos mensæ ejus... et ordines ministrantium... et pincerias... non habebat ultra spiritum, h. e., supra modum stupebat.*

Corollarium III. Cùm Salomon, sicut in magnificèntiâ et abundantia ciborum, et mense regie, ita etiam in sapientiâ et rebus aliis regio splendori consonis universos non solum ætatis suæ principes et reges, sed cuiuscumque ævi ac temporis longè multumque superaverit, ut interpretes S. Scripturae, aliquæ scriptores (1) passim ostendunt; jure optimo sacra litteræ de eo dicunt 3 Reg. 10, 23: *Magnificatus est Salomon super omnes reges terre divitias et sapientias.* Quæ omnia idèo in unum Salomonem confluxisse voluit Deus, ut unius etiam Christi Domini infinitos sapientiae thesauros, et *investigabiles divitias*, ad Ephes. 3, 8, presiguerat. In Christo enim (2) sunt omnes thesauri sapientiae, et scientiae, et dives est in misericordia in omnes, qui invocant illum. Sed

44. Insta anonymous ille scriptor, cuius argutias praecedente numero confutavimus, et in suo scripto, pag. 15, ita pergit: « In eodem libro Regum (scilicet 3 Reg. 4, 26) dicitur: *Et habebat Salomon quadriginta milia præsepiæ equorum currūlūm, et duodecim milia equestriūm.* Sed eadem difficultas redit, cùm apud omnes majores Europæ aulas vix tanta equorum multitudine reperiatur. » — R.: Hæc difficultas disparebit, si increduli ad sequentia attendant. 4^a Sensus objecti sacri textus, juxta Cornelium à Lap., Menechium, aliosque interpres, est: « *Et habebat Salomon quadriginta milia equorum in præsepiis* (3)

(1) Inter hos est etiam Villalpandus, loc. cit.

(2) Ad Coloss. 2, 3. Ephes. 2, 4. Rom. 10, 12.

(3) Est hypallage: *Habebat præsepiæ equorum*, i. e., habebat equos in præsepiis, sive in equilibus. Quod enim quadriginta milia equorum habuerit in præsepiis vel stabulis, expressi dicitur 2 Paralip. 9, 25, his verbis: *Habuit quoque Salomon quadriginta milia equorum in stabulis, et currūlūm, equitumque (h. e., equestriūm equorum) duodecim milia.* Neque obest, quod in textu hebreo legatur hoc loco: *Habebat Salomon quatuor milia præsepiæ equorum, et currūlūm, et equitum duodecim milia.* Nam quod substantiam, haec verba textus hebrei non differunt a nostra Vulgata. Habet enim Salomon in quolibet præsepi sive equi decem equos, ita ut universum haberet 40 milia equorum currūlūm, ut verit scriptor nostræ Vulgatae. Nam quatuor milia multiplicata per decem faciunt quadriginta milia. Ita Cornelius à Lap. citans pro hac explicatione Vatablum. Porro supra dixi, quod in citato textu Paralip. vox *equitum* significet equestres equos. Usus enim veterum non raro equitem pro equo indiscriminatum usurpavit. Sic Virgilii, Georg. 3, equitem prodit pro equo, ita canens: *Auge equitem docuire sub armis insulare solo, et gressus glo-merare superbos.* Et alibi: *It eques, et plausu cava con- cutit ungula terram.* Plura Autus Gellius in haec sententiam lib. 10, cap. 1, ubi alia citat antiquorum poetarum carmina, et tandem addit: « *Pleraque veterum*

ad curru trahendos destinatorum, et duodecim milia equorum specialiter ad equitandum designatorum, h. e., talium, qui sternuntur ephippiis, et equitem cum gloriâ et dignitate portant. » Igitur Salomon universum habebat 52000 equos. 2^a Hos autem neque omnes circa se Jerosolymis retinuit, sed eos magnam aut majorem partem in urbibus quadrigarum constituit, prout testatur Scriptura (1), et narrat Josephus (2); neque ad solam pompam aulican, sed ad varios alias usus adhibuit. Nam tot *currūlūbūs equis* utebatur ad vehendum suas reginas, quas habuit 700, et concubinas, id est, secundarias uxores, quas habuit 300. Item ad rem rusticam, ad annosam, aquam, linguam, lapides, etc., convehenda ad fabricam templi et palatiorum suorum, ad apparatum bellieum. Cùm enim Philistai (1 Reg. 15, 5) *triginta milia currūlūbū* ad bellandum secum traherent, nolent (ut Tirinus ait) Salomon vel illis, vel ullis, qui bellum aliquando movere possent, sì ex parte cedere; prout etiam ex textibus pauli infra citandis (nempe 3 Reg. 9, 22, et 2 Paralip. 8, 9) amplius patet. Addi potest, et cum Abulensi diei, tot equos curriles nutritos à Salomone, non quia tot essent pro quadrigarum numero necessarii, sed quia currūlūm onus grave est, et facilè equi ab ea vectinatione lassantur; unde voluit ut alii essent qui integrè fessi laborantibusque succederent.

Equestres verò equos habebat paratos partim ad milites seu equites, si fortè bellum aliquod ingrueret, partim ad principes et famulos honorarios, qui his equis insidentes regem honoris et magnificentie causâ stipabant et comitabantur; uti Josephus, lib. 8 Antiq., cap. 1, his verbis narrat: « His decus addebat equites, flos juventutis, procerâ statûrâ promissisque capillito conspicui, et tunicas à Sarranâ purpurâ induiti..... Hi armati et pharetris succineti regium currūlūm stipabant. » Quod verò etiam pacato populo, et hostibus undequaque silentibus, Salomon paratum habuerit ad quascumque inimicorum irruptiones exercitum, et copiosum equitatum ex hebreo milite, constat ex 1. 5 Reg. cap. 9, v. 22, ubi dicitur: *De filiis Israel erant viri bellatores, et ministri ejus, et principes*

etiam et hominem equo insidentem, et equum, qui insidetur, equitem dixerunt. » Vide etiam Sanctiun, Comment. in 3 Reg. 4, 26, num. 49.

(1) 2 Paralip. 9, ubi dicitur: *Habuit quoque Salomon quadriginta milia equorum in stabulis, et currūlūm, equitumque duodecim milia, constitutique eos in urbibus quadrigarum, et ubi erat, rex in Jerusalem.* Ex quibus Scriptura verbis patet, stabula equorum Salomonis distributa fuisse in plures civitates, ubi tot equorum milia communis alebantur. Reut hanc explicatius proponit Josephus in sequenti notâ.

(2) L. 8 Antiq. cap. 2, ubi ait: « Tantam etiam currūlūm multitudinem habebat, ut quadriginta milia præsepi numerarentur, in quibus equi jugales (sue currules) alebantur, et absque his equitatis ei fuit duodecim milium, quorum medius pars Hierosolymis circa regem versabatur, reliquæ verò sparsum per villas regias degebant. » Et iterum propè item citati capit. , inquit: « Distributis oppidatim curribus, et in singula certo numero ad alendum præfinito, circa se quidem paucos reservavit; loca verò, ubi alebantur, currūlūm oppida appellavit. »

et dices, et praefecti curruum et equorum; et ex 1. Paralip. cap. 8, v. 9: De filiis Israel non posuit ut servirent operibus regis; ipsi enim erant viri bellatores, et duces primi, et principes quadrigarum, et equitum ejus; omnes autem principes exercitus Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui eruditabant populum. Edicat nunc anonymous ille scriptor, utrum paradoxum aut incredibile sit, quod Salomon rex potentissimus 52000 equos habuerit per varias civitates regni dispersos et in stabulis nutritos, ac ad bella, ad pompa aulicam, aliosque usus supra enumeratos destinatos? Edicat, an omnes reges et principes Europe non tot equos ad usus modo dictos alesse solcant? At

Inquies: Non potest ostendi, unde Salomon tot equos conquerire potuerit, cum Palæstina asinis, minime autem equis abundet, et rarus apud Hebrewos equorum usus fuerit. Unde Voltairius, teste Cl. Weissenbach (1), contemptim ait, Salomonis parentem (Davide) mulum unicum (2) possedisse, regnumque ejus non nisi asinos nutritisse. — R.: Equidem non diffitemur, in Israelitide terrâ, saltum usque ad tempus Salomonis, paucos nutritos fuisse equos, adeoque Salomonem post mortem Davidis patris, seu ad initium regni sui tot equos non habuisse, sed tam numerosos illorum greges successivè et aliunde congregare debuisse. Hoc verò haud difficulter ostendi potest. Nimirum, quād Salomon jamdudum in regio consedit solio (ut Sanctius (3) rectè observat), et seipsum magis in suo regno et statu confirmaret, equorum ad ingentem illam multitudinem numerus in regnis stabulis exerevit. Et fortassè sumptus, qui in aliendis tot equis immundus erat, in causâ fuit (ut idem interpres, ibid., num. 25, (cum aliis observat), ut Salomon populum ita gravaret duriter, ut iste oppressus onere, clamare sit coactus ad filium Roboam, cùm primum hujus pater Salomon in vivis esse desit, 3 Reg. 12, 4: *Pa-ter tuus durissimum jugum imposuit nobis; tu itaque nunc immundus paululum de imperio patris tui durissimo, et de jugo gravissimo quod imposuit nobis, et seruierius tibi.* Obtinuit autem Salomon tot equos partim dono, partim emptione. Dono quidem; equi enim non modò à regibus sibi subditis, sed à cunctis terrarum regibus, qui desiderabant videre faciem Salomonis, ipsi dono offerebantur, prout expressè testatur Scriptura duplicitate loco, nimirum in libro 3 Reg. cap. 10, v. 24, 27, his verbis: *Et universa terra desiderabat vultum Salomo-nis, ut audiret sapientiam ejus... Et singuli deserebant ei munera, vasa argentea et aurea, vestes et arma bellica, aromata quoque, et equos et mulos, per annos singulos.* Ac statim subiungitur: *Congregavitque Salomon cur-rus et equites, etc.* Dein in libro 2 Paralip. cap. 9, v. 22, 26, his verbis: *Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ divitiis et gloriâ. Omnes-*

(1) Tom. 9, *Nova forma Theol. Bibl.*, questione 27, p. 93.

(2) Alludit, credo, Voltairius ad illa verba Davidis 3 Reg. 1, 33: *Impone Salomonem filium meum super mulam meam; et ducite eum in Gihon.*

(3) Comment. in 3 Reg. 4, 26, num. 18, 25.

que reges terrarum desiderabant videre faciem Salomo-nis, ut audiret sapientiam... Et deserebant ei munera, vasa argentea et aurea, et vestes, et arma, et aromata, equos et mulos, per singulos annos. Ac statim additur: Habuit quoque Salomon quadraginta milia equorum in stabulis, et curruum equitumque duodecim milia. Accedit magnificum Josephi testimonium, simulque rem, de quâ agimus, elucidans: « Fama celeberrima, inquit in lib. 8 Antiq., cap. 22, per omnes circumquaque regiones de Salomonis virtutibus ac sapientiâ diragabatur; quâ exciti plerique reges, quâ certiores de jam dictis fierent, visendi ejus cupidine flagrabant; et exquisita magnificenteria studiosos ejus se declarabant. Mittebant vasa tam aurea quam argentea, et vestes purpureas, et omne genus aromatica, equos præterea, currisque et mulos subvehendis sarcinis, qui vel robore, vel pulchritudine regi placitum videbantur. »

Emptione autem Salomon pariter magnam equorum copiam conquisivit. Nam ex Ægypto, ex Coâ, ex Syriâ et Hethœorum regione equos oblato pretio accerbat, prout interpres, nominatim Sanctius (4) et Cornelius Lap. (2) ex S. Scripturâ ostendunt. Nam in libro 3 Regum, cap. 10, v. 28, 29, legitim: *Et educebantur equi Salomonis de Ægypto et de Coâ. Negotiatores enim regis emebant de Coâ, et statuto pretio perducebant. Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis scilicet argenti, et equis centum quinquaginta, atque in hunc modum cuncti reges Hethœorum, et Syriae equos venabantur.* Sic etiam in lib. 2 Paralipomenon, cap. 1, v. 16, 17, dicuntur: *Adducebantur autem ei (regi Salomonis) equi de Ægypto et de Coâ, à negotiatoribus regis, qui ibant et emebant pretio quadrigam equorum sexcentis argenteis, et equum centum quinquaginta; similiter de universis regnis Hethœorum, et à regibus Syriae emptio celebrabatur.* Id solum adhuc addo, et cum Sanctio, loc. cit., aliisque observo, fuisse in Ægypto plurimos et valde generosos equos, quod etiam indicat illud in Canticis, cap. 4, v. 8: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.*

43. Quæres XL: *Num decens fuerit, Salomonem regem opulentissimum munera accipere à quâdam reginâ ex Arabiâ adventante, prout 3 Reg. 10, 10, narratur?* Hunc scrupulum nobis injicere tentat idem anonymous scriptor, quocum immediatè precedente questione disceptavimus. Is enim, loc. cit., pag. 45, ita concludit: « Quâd magni fuerint redditus ac divitiae hujus regis (Salomonem intelligit), jam supra videntur. Nonne mirandum, vel potius probrosum est, quod tam opulentus monarca, qui potius ipsem et maxima dona alii elargiri debuisse, dona non levia ab aliquâ reginâ, quæ ex Arabiâ venit, accepere? — R.: Prorsus inanis, risuque dignus est hic scrupulus. Numquid enim summa fuisset inurbanitas, si grumque intolerandi fastus regii, si Salomon munera à reginâ ex alienis terris adventante oblata acceptare

(1) Comment. in 3 Reg. 10, 28, 29.

(2) Comment. in 3 Reg. 10, 28, 29.

recusaret? Queso, si Cæsari, aut alteri cuidam supremo principi aut monarchæ dona aliqua à principe barbaro Asiae aut Africæ offerrentur, et ille eadem acceptere recusaret, an non talis princeps munera offens, se contemptum putaret? Cæterum, quòd Salomon à reginâ Saba non ditescendi cupidine aut avaritiae munera acceptaverit, inde patet, quia eidem reginæ dedit omnia que voluit, et petivit ab eo (1), et multò plura, quæm ab illâ acceperit, prout expressè dicitur in lib. 2 Paralip. his verbis: *Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta que voluit, et que postulavit, et multò quæm attulerat ad eum; que reversa, abiit in terram suam cum servis suis.*

46. Quæres XLI: *An Salomon peccârît, sepingentias reginas, et trecentas concubinas seu uxores secundarias, 3 Reg. 11, 3, habendo; item coacervando sibi, Ecclesiastis 2, 8, argentum et aurum?* Occasionem huic questioni pertractandæ denudò dedit jam sapientius memoratus anonymous scriptor, quocum in precedentibus 39 et 40 quæstionibus decertavimus, quique, loc. cit., pag. 14, hunc in modum scribere non veretur: « Moy-
ses in libro Deuteronomii, cap. 17, v. 17, prohibuit,
ne rex habeat uxores plurimas.... neque argenti et auri
immensa pondera. Rex Salomon autem habebat sep-
tingentias reginas et trecentas concubinas, et annua-
tim, 3 Reg. 10, 14, 15, sexcenta sexaginta sex talenta
auri, excepto quod negotiatori offerebant, aut reges
Arabie, aliqui potentes terrarum principes. Verum
hoc nequaquam mirandum. Salomon sapientior era-
Moysè; nam erat sapientissimus inter omnes homi-
nes qui unquam existiterunt.» Ita ille. Sed

Resp.: Salomon, non quia sapientissimus inter homines, sed quia in senectute sua immodico ei inordinate mulierum etiam alienigenarum amore nimium quantum desipuit, tot reginas et concubinas habuit, ut ex verbis Scripturae, 3 Reg. 10, 1, 5, hanc rem narrantis clarè patet, qua ita sonat: *Rex autem Salomon ad-
manvit mulieres alienigenas multis.... et Moabitas, et
Ammonitas, Idumæas et Sidonias, et Hethitas..... His
itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore. Fue-
runtque ei uxores quasi reginæ septingentæ et concubinae
trecentæ; et avicerunt mulieres cor ejus. Cunque jam
esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut
sequeretur deos alienos. Quare nullum est dubium,* Salomonem graviter peccasse tot mulierum consuetudine. Plura de hac re præter alios disserit Pineda (2). An verò Salomon peccârît, coacervando argentum et aurum, diversa est doctorum sententia. D. Thomas, Abulensi, aliqui censem, nihil Salomonem peccasse in eâ auri et argenti coacervatione; alii verò cum Gregorio Nysseno (3) affirmant, Salomonem hac in re peccasse, et virtutis ac temperantiae modum excessisse, prout Pineda (4) utramque hanc sententiam recensens eruditè ostendit; ipse verò viam medianam éligit, dicitque, opulen-

(1) 3 Reg. 10, 13, et 2 Paralip. 9, 12.

(2) *De rebus Salomonis regis*, l. 7, cap. 5.

(3) Homiliæ 4 in Ecclesiast.

(4) Ibidem, c. 13, § 2.

tiam Salomonis primo tempore regiminis sui fuisse sanctam et laudabilem, sed in senio suo hunc regem avaritiam fuisse tactum, aut etiam prodigalitatem, dum ipsius opes jam serviebant libidini et idololatriæ.

Scholion: *Anonymous ille scriptor, cuius dubia hic tollere studemus, in principio primis errat, dum in objectione modò allatâ (ut expediti ejus verba facile patebit) supponit, quod leges in Deuteronomio contentæ sint leges à Moyse auctoritate humanâ et fallibili latè, cum tamen juxta omnes, qui vetus Testamentum tanquam Verbum Dei scriptum venerantur, ha leges sint divine, et à Moyse Hebreis jussu Dei solum promulgatae.*

49. Quæres XLII: *Quomodo Salomonis templum, 3 Reg. 6, 7, edificari potuerit, quin malleus, et securis, aut aliud instrumentum ferreum audiretur?* — Resp. cum Abulensi, Menochio, et aliis. Sacer textus non vult quod simpliciter nullum instrumentum auditum fuerit in edificatione templi, sed tantum quod non fuerit auditum vel necessarium ad poliendo lapides, aut dolanda ligna; quia jussu Salomonis jam in monte, ex quo excidebantur, ita poliebantur et concinnabantur, vel dolabantur ad prescriptam mensuram et normam, nihil ut postea opus fuerit instrumentis in templo ad ea reliqua fabricæ coaptanda. Unde sacer textus loc. cit. ait: *Donus autem cum edificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis (idem de lignis, 3 Reg. 5, 28, indicatur) edificata est; et malleus, et securis et omne ferramentum non sunt auditæ in domo, cum edificaretur;* que verba Cl. Wietenauer in suis Biblia germanicis nitidè ita vertit: « Da man das Gotteshaus erbauete, gebrauchte man keine andere, als bei hauene und schmurrlichte Steine: darum hörte man in dem Tempelbae keinen Hammer, kein Beil, noch ein anderes Werkzeug von Eisen. » Igitur nullum instrumentum ferreum tunc auditum est ad poliendo lapides, vel dolanda ligna, sed benè ad ali quid aliud, v. g., ad compaginandas tabulas, vel figen dos clavos, nisi dicere velis, clavos in helicis formam elaboratos fuisse, vel allata Scripture verba hyperbolice et per exaggerationem esse dicta. Vide Calmet in hunc Scripturæ locum.

48. Quæres XLIII: *An templum Salomonicum ob structuram, 3 Reg. cap. 6, descriplam, majestatem et elegantiam suam, dilaudari mereatur?* — Ad hanc questionem Voltairius (1) respondet negativè, et minimè dubitat affirmare, si Bramantes Urbinas (2), vel Michael Angelus Buonarroti (3), vel Andreas Palladio (4) templum Salomonicum vidissent, id suspecturos vix fuisse. Vocat autem hoc templum genus

(1) Vide Cl. Nonnotte Philos. Lexic. p. 2, artic. *Salomon*, § 7.

(2) Bramante d'Urbino erat insignis architectus in Italia. Mortuus est Romæ an. 1514.

(3) Michael Angelo Bonarota, vel Buonarroti erat secundo decimo sexto præclarus pictor, statuarius et architectus.

(4) Andreas Palladio, excellens architectus Vicentia in Italia oriundus. Quatuor libros de *Architectonica* an. 1570 in lucem editit.

quoddam castelli, positi in quadrum, et includentis aream, binaque aedificia, quorum unum quadraginta, alterum viginti cubitos habueret. Ipsum sanctuarium secundum omnes dimensiones viginti cubitos habens, hominibus Europeis, inquit, pro monumento barbarie suisset futurum. Verum.

Resp. : Si Voltairius hac serio scripsit, et non potius ea solùm de causâ, ut nihil sacri adedique nec templum Salomonicum intactum reliqueret, padendum sane in Architectonica et historiâ veteri ignorantiam suam hoc loco manifeste prodidit. Longè enim aliud de hoc templo judicium architecti precipui, viriisque doctissimi ferunt; imò persuasi sunt, hoc aedificium superasse templa omnia Romanorum, quae legimus apud Vitruvium (1). Quid quòd Appollodorus (2) secundo post Christum seculo, Adriano ichnographiam exhibitus fundamenti omnium magnificentissimi, non aliam, quam istam Solymæ templi represeantavit? Andiamus quoque huc de re Joannem Scheuzerum Matth. in lyceo Tigurino prof. academicæ imperialis naturæ curiosor. Leopoldino-Carolinae adjunctum, socc. regg. Anglicæ ac Prussicæ membrum. Is in sua *Physicâ sacrâ* (3), antequam ichnographiam et scenographiciam templi Salomonici per plura folia exhibet, post recitata verba Paralip. 4, cap. 28, v. 11, 12 et 19, ita pergit: « Unde luce meridiâ clarius patet, « fuisse Deum ipsum fundatorem, inventorem, et « summum structuræ hujus incomparabilis architectum; et abunde vel ex tenui nostrâ adumbratione constabit, fuisse templum hocce absolutissimum omnibus et numeris et mensuris architecture civilis exemplar, imò omnem Romanorum et Graecorum architectandi rationem, aut si que est alia, vel nobilior vel vetustior, ab hujus fabricæ ratione ejusque ideis desumptum fuisse, idèoque hanc atque illam non alia ratione conferendam esse, quam si fluminis aqua cum aquis compararent sonis, ex quo dimant. Verba sunt Villapandii, lib. 2 Isagog. c. 13. Structura omnibus septem mundi miraculis, tantoper decantatis, et simul sumptis superior, nostrâ proinde attentione, eaque summâ, dignior tantò, quia illustris fuit novæ Ecclesiae typus. » Illeusque Scheuzer, vir quidem acatholicus, attamen mathescos et architectonicos apprimè intelligens. Accedit testimonium Josephi, qui templum tertii vice (4) exstructum vidit,

(1) Vitruvius, celeberrimus Romanus architectus Venonà oriundus, vivebat tempore Augusti, cui insigne snum opus de Architectonica decem libris constans dedicavit.

(2) Appollodorus, architectus valde celebris, Damasco oriundus, temporibus Trajani et Adriani vivebat.

(3) Tom. 3, tab. 320, pag. 521.

(4) Templum primum erat Salomonicum, seu à Salomone exstructum. Postquam autem hoc à Nabuchodonosore (4 Reg. 25, 9) exustum est, Iudei ex captivitate Babylonica reduces obtinuerunt licentiam aedificandi, et aedificaverunt (1 Esdra 6, 14, 15) templum secundum. Denique post quinque secula ab erectione templi secundi, Herodes Magnus, ut Judeos sibi conciliaret, vel quemadmodum Tirinus Comment. in Joan. 2, 20, ait ut haberet posset Messias, quem Prophete prædixerant instauraturum tem-

nempe templum Herodianum. Hoc ille (!) appellat opus omnium quæ audivimus aut vidimus maximè admirabile, tam extroditionis genere, quam magnitudinis, itemque munificentia in singulis rebus et gloria, qua de sanctis habeatur. » Item, ibidem, cap. 9, testatur quòd Titus imperator, coram quo deliberatio habeatur de expugnando et incendendo templo, affirmarit, *nunquam se tantum opus incensurum; jam enim Romanorum fore hoc damnum, sicut ornamentum quoque fore imperii, si maneret.* Praeterea, Tacitus malè licet in res et gentem Judæorum animatus, tamen *immense opulentæ templum Jerosolymæ* fuisse scribit, lib. 5 Histor. Denique attestante Lexico Univers. Lipsiens. (2) apud Judæos tunc viventes in proverbium transiit: *Qui templum Herodianum non vidit, nunquam vidit aedificium eximium.* Tantæ majestatis et gloria erat templum ab Herode M. exstructum! Jam verò templum Herodianum longè fuit inferius templo Salomonico, ut Villapandus (3) probat, omnesque fatéri debent. Concludat jam prudens lector, quid de Voltairianâ templi Salomonici vilipensione sentiendum sit.

49. Querens XLIV: *Quomodo concilietur locus Scripturae, 5 Reg. 7, 26, ubi de mari aeneo dicitur: Duo MILIA BATOS CAPIEBAT, cùm altero loco, 2 Paral. 4, 5, ubi de eodem dicitur: CAPIEBAT TRIA MILLIA METRETRAS, sive batos? Batus enim et metreta idem significant, et in hebreo textu utrobique in citatis locis est eadem vox בָּתָּא.* BAT? — Resp. : Ad apparentem hanc antilogiam explicandum et tollendam varia variorum responsio est. Affero solùm duas. Prima est Menochii et aliorum dicentum, quòd mare aeneum ceperit duo millia batorum duntaxat, si communī modo moderatè tantum implebatur; sin verò ad summum omnino apicem seu usque ad labia repleretur, cepisse tria millia batorum, et hoc significare Hebr. בְּתַּאֲשֵׁים machazik, loc. cit. Paralip. Machazik enim idem est quod fortificant, id est, fortiter plenèque usque ad summum implenti, capiebat tria millia batorum; textus hebreus ad verbum hunc sensum habet: *Fortificare facient, capiebat batos tres mille.* Peripheria enim superior quia erat amplissima, exiguo suo limbo paucorum digitorum facile capiebat mille batos. Altera responsio est eruditissimi viri Peltier (4), Calmeti (5), et aliorum, qui mari aeneo assignant formam duplice, supernè cylindricam, infernè parallelipipedam, ita ut crateres maris aenei seu pars superior ceperit 2000 batos, basis autem ejusdem parallelipipeda excavata batos 1000. Ita duplex hoc vas, quod unum tantummodo erat intrinsecus, quam-

plum Dei, diruto ex parte templo secundo, aliud longè magnificentius aedificare copit. Quod templum Herodianum vocatur, estique quodammodo tertium. Atque hoc ultimum est illud, quod à Romanis militibus, invito ipsorum duce Tito, incensum fuit atque exustum.

(1) L. 7 de Bello Judaico, cap. 10.

(2) Tom. 42, pag. 760.

(3) Tom. 3, apparatus urbis et templi Jerosolymitani. P. 1, 1. 2, c. 5, p. 80.

(4) Mélanges d'Histoire, tom. 1, p. 415.

(5) Comment. in 3 Reg. 7, v. 23.

vis extrinsecus duplex videretur simul continebat 3000 batos. Quia sententia esset valde bona, modò demonstrari posset mare æneum habuisse structuram hanc duplicitis formæ, et simul ratio dari, cur Scriptura in uno loco (nempe 3 Reg. 7, 26) expresserit capacitatem duntaxat ex parte, alio in loco totam, cum tamen ex hypothesi tam cylindrus, quam parallelopipedum pertinuerint ad ipsum mare. Unde omnibus perpensis prima responsio mihi preplaceat.

50. Queres XLV : *An illud de mari æneo (3 Reg. 7, 23), dictum : « Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio usque ad labium..... et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum, » salvâ mathesi defendi possit? Certe, si vasus diameter à labio ad labium fuit decem cubitorum, peripheria non tantum fuit triginta, sed triginta et unius fermè cum dimidio cubitorum, ut ex geometriâ constat. Peripheria enim ad diametrum non est ut 3 ad 1, sed ferè ut 3 1/7 ad 1, sive ut 355 ad 115. Ita quidam perficie frontis homines qui hoc loco S. Scripturam erroris accusant. Sed*

Resp. cum Abulensi et Menochio, hoc loco Scriptura subintelligendum esse ferè, ita ut sensus sit : *Resticula ferè triginta cubitorum cingebat illud (mare æneum) per circuitum.* Scriptura enim sèpè in numeris minutias negligit. Sic 3 Reg. 2, 11, de Davide legimus : *In Hebron regnavit septem annis*, et tamen regnavit aliquid plus, nemirùm septem annis cum dimidio, 2 Reg. 5, 5. Item de rege Joachin, 4 Reg. 24, 8, dicitur : *Tribus mensibus regnavit in Jerusalem.* At constat, illum regnasse tribus mensibus et decem diebus, 2 Paral. 56, 9. Verissimum igitur est effatum S. Augustini dicentes, q. 46 in Exod. : *Scriptura solet tempora ita nuncupare, ut quod ex summa perfectioris numeri paulum exrescet, aut infra est, non computetur.* Nempe parum habetur pro nihilo. Sic etiam nos ipsi solemus appellare rotundo numero septuaginta Interpretes, qui ad petitionem Ptolomæi Philadelphi in Ægypto regnantis sacros libros ex hebreo in grecum sermonem verterunt; quamvis reapsè fuerint plures, nemirùm septuaginta duo viri, sive seni ex singulis tribubus selecti (1). Igitur mirum non est, quod Scriptura minutias in numeris non raro negligat, scese accommodans mori loquendi humano, juxta quem ad minima, prorsentim si de colosseis machinis, qualis fuit æneum mare, sermo sit, attendi non solet.

Corollarium. Ineptè prorsus Spinoza (2) ait : *Quia non tenemur credere Salomonem mathematicum suis, licet nobis affirmare, eum rationem inter peripheriam et circuli diametrum ignoravisse, et cum vulgo operariorū putavisse, eam esse ut 3 ad 1.* Nam scriptor libri 3 Reg. (quicunque demum ille fuerit) non ideò loc. cit. scriptis : *Resticula triginta cubitorum cingebat illud (mare æneum) per circuitum,* quia veram rationem inter peripheriam et circuli diametrum ignoravit (scriptis enim illustratus et inspiratus à Deo), sed ideò, ut dixi, quia Spiritus S. huc

(1) Vide Calmet Dictionar. Bibl., v. Septuaginta Interpretes.

(2) Tr. Theol. Polit., cap. 2.

scribenda dicens, se accommodavit modo loquendi humano, juxta quem scèpè minutiae numerorum negliguntur.

51. Queres XLVI : *An id quod (3 Reg. 7, 24) de mari æneo dicitur : « Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare, » credibile sit?* Certe vas, cuius diameter est decem cubitorum, ambitus seu peripheria non potest pariter esse duntaxat decem cubitorum. — R. : Ad hanc appareret magnam difficultatem variae variorum sunt responsiones quas Calmet (1) recenset. Alii enim vertunt : *Fecit calaturas huic mari, quod habebat decem cubitorum diametrum.* Alii hebraicum textum hoc pacto reddunt : *Posuit poma (seu sculpturam pomorum seu sphærularum similitudinem) subter labium illius que circumibant omnem ambitum ejus. In cubiti unius intervallis decem aderant poma.* Itaque juxta hanc sententiā fascia infra labium aenei maris aderat ex trecentis ejusmodi pomis seu sphærulis composta, ita ut in cubiti unius intervallis seu spatio decem talia poma adfuerint. Atque hæc sententia Calmeto ad litteram magis videtur accedere. Alii denique cum Abulensi (2) et Menochio (3) dicunt, quod sculptura illa decem cubitorum ambiens mare æneum, non fuerit in, aut propè labium aenei maris, ubi erat maxima amplitudo hujus vasis, sed multò inferior labio, idque colligi videtur ex voce subter, quia sacer textus dicit : *Sculptura subter labium, etc.* Atqui descendendo subter labium ad partes inferiores maris aenei in formam hemisphœrii formati, continuò circumferentia illius erat minor et minor versus basin, ita ut inter alias circumferentias etiam fuerit una decem duntaxat cubitorum, in quæ sculptura illa erat expressa. Confirmat Menochius haec sententiam ex lib. 2 Paralip. cap. 4, v. 3, ubi dicitur : *Decem culitis quedam extrinsecus calature, quasi duobus versibus alvum maris circuibant, quæ verba juxta memoratum interpretem significant :* « Ex quo loco istius vasus ambitus, quod semper angustius erat versus fundum, ad decem cubitus reactum erat, ex eodem calature ornamenti causâ erant exhibitæ. » Jam verò ex tam diversis interprētum responsionibus illud saltem constat, quod hic locus Scripturæ nullam manifestam falsitatem, aut contradictionem involvat, adeoque auctoritas verbi divini scripti tot motivis credibilitatis (quemadmodum theologi et polemici passim ostendunt) minuta, in suâ possessione maneat.

52. Queres XLVII : *An illa, quæ Salomon (3 Reg. 8, 41, 42 et 43) de templo à se ædificato ad Deum dixit : Insuper et alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinquæ propter nomen tuum... et oraverit in hoc loco, tu exaudies in celo... et facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena, et sint recte ac piè dicta, et opere ipso impleta? Quis enim credit, quod alienigenæ, seu gentiles idololatæ in templum Salomonicum venerint, adoraturi Deum*

(1) Comment. in 3 Reg. 7, 24.

(2) In 3 Reg. cap. 7, quæst. 13.

(3) Comment. in 3 Reg. 7, 24.

« Israel, aut quod Deus, qui (Joan. 9, 31) peccatores non audit, alienigenarum preces in templo illo exaudi dire paratus fuerit? » — R. : Hec oratio Salomonis omnino pia, et validè ad impetrandum idonea erat, quæ id à Deo petit, quod illi futurum esset gloriosum, neque Salomon aliud in eâ petitione spectabat, quam ut divinum nomen et se latius ad gentiles extra israeliticos terminos extenderet, et ubique gentium haberetur illustris. Hinc Salomon, post citata verba, immediae addit: *Ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, et probent, quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam adificavi.*

Porrò, quamvis gentiles idololatraz errarent colendo plures Deos, tamen inter hos etiam Deum Israel numerabant, eumquè credebant Deum esse potentissimum aliis diis. Unde eum validè timebant, ut pater de Philistheis, qui cum primùm foderis Arcam in Hebreorum castra venisse cognoverunt, timore penè exanimati dicebant: *Venit Deus in castra. Et ingemuerunt dicens: Vae nobis!.... Quis nos salvabit de manu deorum sublimium istorum? Hi sunt dii, qui percusserunt Ægyptum omni plaga in deserto,* 1 Reg. 4 et 8. Quād autem apud Ammonitas potens existimaretur, et fideliis suorum custos Judæorum Deus satis ostendit Achior Ammonitarum dux ad Holofernem principem militis Assyriorum dicens, Judith. 5, 23: « Si verò non est offensio populi Iudeus (israeliticis) coram Deo suo, non poterimus resistere illis; quoniam Deus eorum defendet illos, et erimus in opprobrium universæ terræ. » Rex quoque Nabuchodonosor, qui tres viros Sidrach, Misach et Abdenago in fornacem ardenteum misit, sed hos à flammis incolumes vidi, de dicti legem, ne quis sub pena mortis malediceret Deo Israel, Dan. 3, 96. Cūm ergo eam gentes de Israëlorum Deo opinionem concepissent, quid mirum, si illum consultum in dubiis, et oratum in rerum angustiis esse vellent, et hunc in finem venirent in templum Jerosolymitanum? Sic venit adorare in Jerusalem eunuchs regiae Candacis, Act. 8, 27, qui juxta opinionem SS. Basili et Thomae ac aliorum adhuc fuit tunc ethnicus; quamvis juxta alios verisimiliter jam fuerit proselytus Judæorum (1). Alibi verò clarè dicitur, quod quidam gentiles venerint, ut adorarent in templo: *Erant gentiles quidam ex his qui ascenderunt, ut adorarent in die festo,* Joan. 12, 20, scilicet in die azymorum. Atque hunc in finem pro gentilibus in templo atrium quoddam extrectum erat, quod vocabatur *gentium*, quia in illo gentiles esse, ulterius verò progredi non permittebantur. De hoc atrio vide Josephum (2).

Ad alterum, quod in præsenti quæstione nobis obiectum est, scilicet peccatores à Deo non exaudiri, resp. et dico non omnes gentiles fuisse peccatores, seu in peccato mortali constitutos. Non enim peccabant graviter per hoc, quod non observarint legem Mosaicam,

(1) Calmet, in Actor. 8, 27.

(2) L. 2 contra Appionem, longiusculè à principio.

cam, quia bæc solos Israëlitas obligabat, non verò alias gentes. Neque omnes gentiles erant idololatraz, sed multi erant, qui non colebant idola, quoniam non observarent ceremonias legis Mosaicæ, ut Job, Melchisedech et similes. Unde poterant isti exaudiri à Deo. Dein objectus textus: *Scimus quia peccatores Deus non audit*, non est sententia ipsius S. Scripturæ, sed bæc tantum narrat, illam prolatam esse ab homine cœco, quem Christus paulò ante illuminaverat, Joan. 9, 6, 7. Unde S. Augustinus (1) ait, hunc eucum nimis generaliter dicendo, *peccatores Deus non audit*, errasse, cum adhuc esset catechumenus et necdum satis in fide instructus; generaliter enim idipsum non esse verum. Et profectò Deo peccatores, si penitentes veniam petant, illam eis indulget, iisque bona temporalia, quin et spiritualia penitentibus sapè elargitur. Alii respondunt, illius effati sensum esse duntaxat hunc: Deus non exaudit peccatores ita, ut ad declarandam eorum sanctitatem, quæ nulla vel ficta et simulata est, miracula faciat, ut tamen fecit per Jesum, ad testandum, quod ipse sit Messias. De hac enim re ibi agebatur. Ita Theophylactus, Euthymius, Maldonatus (2) ac Suarez (3).

53. Queres XLVIII: « An Salomon (3 Reg. 9, 11) licet dederit regi Hiram viginti oppida in terra Galilee; et si in lege (Lev. 25, 23) prohibitum fuerit, aliquid de terrâ prouisionis alienare? » — Resp., omisssâ responsione Grotii (4), quam Calmet (5) recentet, communior interpretatio (6) sententia est, Salomonem nequaquam cessisse dominium et proprietatem barum urbium regi Hiram, sed ad tempus duntaxat illi permisso, ut terræ fructibus frueretur, donec princeps hic sumptus, quos fecerat, et pecunias, quas Salomon miserat ad templi ædificationem, reparasset. Ceterum hæc oppida erant in eâ regione Galilee, quæ Tyro vicina est, quæque exinde Galilea Gentium appellata est, Isa. 9, 1. Verò, cum rex Hiram per otium ea oppida contemplatus esset; neque talia putaret, ex quibus nisi longo tempore et gravi molestia sumptus factos recuperare posset noluit ea admittere (7). Quare cum horum oppidorum cessio à Salomonē facta nolunt, teste etiam Josepho (8), obtinuerit effectum, non est cur nobis diutius negotium facessat, presertim quia, eti Salomon in hoc facto errasset, nihil inde contra divinam S. Scripturæ auctoritatem concludi possit, ut cuilibet facile patet.

(1) L. 3 de Baptismo, contra Donatistas, 20.

(2) Comment. in Joan. 9, 31.

(3) Tom. 2 de Religione, l. 1, de Orat., c. 25.

(4) L. de Jure bell. et pacis, c. 5, art. 12.

(5) Comment. in 3 Reg. 9, 11.

(6) Tost. Monoch. Tirin. Serar. Cornel.

(7) 3 Reg. 9, 12. Idem colligitur ex 2 Paralip. 8, 2.

(8) L. 8 Antig., c. 2, ubi sic ait: « Præterea Galilea oppida numero viginti, non procul à Tyro distata ei donavit; quæ cum ille (numirum rex Hiram) perflustrata satis considerasset, et non valde probasset, renuntiari jussit Salomon, sibi non esse (pus) eis oppidis; et ex eo terra Chabalon (seu Chabul) est appellata, voce Phœnicum lingua id quod displicet significante. »

54. Queres. **XLIX** : « An illud (3 Reg. 8, 9) : » *In arcā autem non erat aliud nisi duas tabule lapideas, quas posuerat in eā Moyses in Horeb, verbis Pauli (ad Hebr. 9, 4) : In quā (arcā) erat urna aurea habens manna, et virga Aaron, quae fronduerat, et tabula testamen⁹tū, non contradicat? » — R. : Nulla hic est realis contradic⁹tio. Nam etsi ea omnia, que S. Paulus loc. cit. commemorat, intra aream tempore Salomonis non amplius asservata fuerint, non sequitur, intra eam illa non extitisse tempore Moysis, ad quod Apostolus alludit. Præterea id certum habetur, etiam⁹ sub Salomone urnam, et virgam prope arcā appensa vel posita fuisse, ut adeo in sensu ampliore quasi in arcā extitisse dici possint, qui loquendi modus non omnino insolitus est. Sic Christus dicitur passus in Jerusalem, cūm juxta eam urbem sit crucifixus. Sic vulgo dicimus, Romæ, Augusta, Parisiis contigisse, quod juxta illas urbes contigil. Idem ergo hic de urnā et virgā vult dicere Paulus, quod de libro Deuteronomii Moyses dicit, Deut. 31, 26 : *Tollite librum istum, et ponite eum in latere arcæ foderis.* Sicut ergo liber Deuteronomii positus fuit non in arcā, sed in latere arcæ, ita quoque ibidem posita sunt urna et virga, rectèque dici potest, hæc omnia fuisse posita in arcā, id est, in latere arcæ. Atque hoc est quod jussert Dominus Moysi, et Moyses Aaroni, de manna dicens, Exod. 16, 35. *Repone (illud) coram Domino.* Non dicit : *In arcā, sed coram Domino,* id est, coram arcā et propitiatorio, in quo quasi throno suo residet Dominus. Ita Cornelius à Lap. (4) cum aliis.*

55. Queres L. : « An Salomon sit salvus? » — R. : Quamvis Salomon graviter peccāt̄, amando ardētissimo amore mulierē alienigenas, et idola colendo, 3 Reg. 11, 1, 2, et 4, 5, tamen 1^o multi SS. Patres et interpres judicant eum pœnitentiam egisse, et adhuc salvatum esse, præsertim S. Ambrosius, qui procem. in Lucam, ob libros ejus canonicos vocat *sanctum Salomonem*, qualem non vocaret, si non bonum ejus finem seu mortem judicasset. Certè ab bonum initium non vocasset Iudan Iscariotem *sanctum*. Ad hæc idem S. Pater alibi (2), relatis peccatis Davidis, Salomonis, Pauli, ait : « Si erraverunt justi, erraverunt ut homines; sed peccatum suum inquitū justi agnoverunt. » Similiter S. Hieronymus (3) inquit : « David anicus Domini, et Salomon amabilis ejus vici sunt quasi homines, ut et rūine nobis ad cautionem, et pœnitētudinis ad salutem exempla preberent. » His accedunt S. Cyrilus Hierosolym., S. Gregorius Thaumaturgus, S. Antonius, S. Bonaventura, Rupertus, Dionysius Carthus., Pineda, Salianus, Barradius, Serarius, Martinus Delrio, et alii, qui acriter pro aeternā Salomonis salute certant.

2º Huic sententiæ etiam faveat S. Scriptura. Nam in libro Proverbiorum, cap. 24, v. 32, Salomon agri spiritus obsuti conspectu in se reversus ait : *Quod cūm vi-*

dissem, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinam; ubi 70 interpres habent : ἐπεπονητικαὶ μετεπονηταὶ. Postea ego pœnitentiam egi, que verba citans sanctus Hieronymus (1) ait : « Peccavit Salomon, licet postea egerit pœnitentiam, scribens Proverbia, in quibus ait : *Novissimè ego egi pœnitentiam.* » Eodem modo sanctus Cyrilus Hierosol., Catechesi 2, profatus : « Salomon ceciderat : sed quid inquit postea? *Ego egi pœnitentiam.* » Et certè ostendit pœnitentem animum in eodem libro, 50, 2, 3, dicens : *Stultissimus sum virorum.... et non novi scientiam sanctorum, scilicet ob peccata præterita. Et paulò infra, v. 7, 8 et 9, ait :* *Duo rogavi te, ne deneges mihi, antequam moriar. Vanitatem et verba mendacia longè fac à me; mendicatitem, et divitias ne dederis mihi; tribue tantum victum me necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum Dominum.* Taceo alios textus S. Scripturæ, ex quibus auctores supra laudati, aut alii aeternam Salomonis salutem probant. Ceterum, etiam⁹ pœnitentia Salomonis nulla in saeris litteris vestigia habemus, non statim sequarent, quod pœnitentiam non egerit. Certè Bethsabeæ adulterium cum Davide commissum in Scripturā narratur, nullaque de ejusdem feminæ pœnitentiâ ibidem mentio fit. An idē statim concludendum, quod illa nullam egerit, aeternumque damnata sit? Et sic de aliis loquendo, quorum quidem peccata in sacrī litteris narrantur, servato silentio de eorumdem pœnitentiâ. Dein, quis non prohibebit, cum doctissimo Lorino (cap. 2 Prolegom. in Ecclesiasten) dicere, quod data Salomoni venia certis quidem et indubitate monumentis potuerit mandari, quæ tamē ad nos non pervenient. « Potuit, inquit laudatus auctor, alius aliquis (de venia Salomonis data) scripsisse, v. g., Nathan, Addo, Ahias, qui res Salomonis prosecuti sunt. » De his enim, 2 Paral. 9, 29, Scriptura testatur his verbis : *Reliqua autem operum Salomonis priorum et novissimorum scripta sunt in verbis Nathan Prophetæ, et in libris Ahiae Silonitis, in visione quoque Addo videntis.*

Verūm his omnibus non obstantibus, multi sunt ex Patribus, aliisque scriptoribus, qui Salomonem damnatum esse arbitrantur, aut arbitrii dicuntur. Tales sunt Prosper (2), Eucherius (3), Tertullianus (4), Cyprianus (5), Augustinus (6), Chrysostomus (7), Isidorus (8), Beda (9), Raban (10), Abulensis (11), Lyranus (12), Andreas (13), Vega, et alii (14), ex quibus proin petita solvi debent.

(1) Comment. in Ezech. cap. 40.

(2) P. 2 de Prædict. cap. 27.

(3) In 4 Reg., c. 23.

(4) L. 2 de Præscript., cap. 2.

(5) Epist. 7.

(6) L. 17 de Civ., cap. 20.

(7) Serm. de Pœnitentiâ, tom. 5 Operum hujus S. Patris.

(8) De vitâ vel obitu Sanctorum, cap. 34.

(9) In l. 5 Reg. c. 6.

(10) In l. 1. 4 Reg. c. 23.

(11) In l. 3 Reg. cap. 41, quest. ult.

(12) In 2 Reg. 7, et Prov. 50.

(13) Comment. in l. 4 Reg. cap. 23.

(14) De vitâ vel obitu Sanctorum cap. 34.

(1) Comment. in Epist. ad Hebr. 9, 4.

(2) Apologia posterior de Davide, cap. 3.

(3) Epist. 9 ad Salvinam.

ARGUMENTA CONTRARIA.

56. Argumentum I. Salomon non egit sinceram pœnitentiam, quia fana idolis redicitala non destruxit, sed reliquit huc scandala filii Israel : ergo. Prob. ant. : In libro quarto Regum, cap. 23, v. 13, dicitur : *Excelsa quoque... quæ adificaverat Salomon Astartoth idolo Sidoniorum.... et Chamos.... et Melchon... polluit rex, nimirum Josias : ergo Salomon ea nondum destruxerat. R. : Neg. ant. et cons. Nam 1^a fortè Salomon pœnitentia ductus et subruui tempula idolorum, et delevit; at posteriores reges illa iterum instaurarunt, quæ tamen semper retinebant appellationem illam *excelsorum Salomonis*, à primo illorum inventore et inventore; fermè sicut templum à Zorobabele reedificatum vocabatur adhuc *Templum Salomonis* (1). Igitur Josias verisimiliter destruxit ac polluit *excelsa Salomonis*, sic dicta, sed instaurata vel ab Ammon impio Manassis filio, vel ab aliis impiis regibus Juda, Salomone posterioribus, Josiā prioribus. Atque hujusmodi profecto videntur fuisse altaria illa, quæ evertit Josias (2), nimirum instaurata ab Amon, de quo scriptum est (3) : *Servirit immunitatis, quibus serierat pater ejus (Manasses), et adoravit eas.* Quod fieri aliter non potuit, quām instauratis altariis et idolis, quæ pœnitens pater ejus everterat (4). Nam mira illius gentis in servitio et cultu veri Dei inconstans erat ac levitas. Unus destruebat, quod alter edificabat, summā religionis instabilitate ut tum ex aliis, tum ex illo perspicitur, quod Salomon primum Dei cultor, mox idolorum, Roboam verò ejus filius triennio tantum (5) fideis Domino fuerit. Ac, ut alia regum Juda facta variantia taceam, *Manasses...adificavit excelsa, quæ dissipaverat Ezechias pater ejus* (6). Diruit autem eadem tandem pœnitens Manasses, sed reedificavit illa Amon, etc. 2^a Vel dici potest, quod Salomon everterit quidem statuas, labefactaverit et diruerit delubra seu templa idolorum, sed non complanarunt usque ad fundamentum, ita ut ruina et parietinae tantum manserint, tum peccati tum resipiscientia Salomonis testes. Porrò illas Josias rex ingenti aniō et pietatis ardore omnino delevit, et locum illum pollendum ad detestacionem præterite impietatis sanctissimè curavit; fermè sicut aras idolorum à pœnitente rege Manasse jam dirutas, pœnitū delevit. Constat enim ex sacrâ historiâ, Manassem, postquam egit pœnitentiam, abstulisse deos alienos, et simulacrum de domo Domini, aras quoque, quas fecerat in monte domus Domini, et in Jerusalem, et proiecerat omnia extra urbem (7); et nihilominus nepos ejus rex Josias legitur (8) *altaria, quæ fecerat Manasses, in duobus atriis templi Domini, destru-**

xisse... et dispersisse cinerem eorum in torrentem Cedron; quæ cùm in speciem contraria videantur, conciliari possunt ratione jam indicata, nimirum dicendo, Manassem diruisse sua illa altaria, sed ita tamen, ut penitus non complanarit neque deleverit; Josias verò reliquias ruinarum et impietatis vestigia deleverit. 3^a denique, etiamsi Salomon delubra idolis a se dicta non destruxisset ob metum rebellionis, aliorumque graviorum malorum, propterea non continuè damnatus esset; siue pii reges Josaphat, Ezechias, intermedii inter Salomonem et Josiam propterea damnandi non sunt, quod ea scandala non sustulerint, quæ tamen per se loquendo evertire tenebantur. Sic Abulensis (1) expressè probat, Ezechias non verti culpe, quod delubra illa non evertitur; imò potius hujus regis pietas mirificè commendatur in S. Scripturâ (2). Quare simili modo Salomonem excusant Pineda (5), Widenhofer (4), Weitenauer, qui (5) ita argumentatur : « Quare reges Juda pietate celebres, et inter Salomonem ac Josiam intermedii excelsa Salomonis non destruxeré? Nimirum alterutrum dicendum est: Salomonem destruxisse quidem haec fana, sed eadem à quodam ex ejus successoribus in regno Juda iterum fuisse restaurata, et usque ad tempora Josiae conservata, retento antiquo nomine *excelsorum Salomonis*; vel Salomonem aditum excelsorum à se adificatorum ita obserassè et clausisse, ut omne periculum et occasio scandali tam suo quām sequentium regum tempore fuerit sublatum. Qui neutrum ex his duobus admittere vult, non solum Salomonem, sed etiam sequentes reges Juda, quamvis virtute et religione celebres, damnare debet. »

Argum. II. S. Eucherius (6) ait : « Palam ostenditur, quod Salomon de admissione idolatriæ scelere numerum perfectè pœnituit; nam si fructus pœnitentie dignos facret, satageret ante omnia, ut idola, quæ adificaverat, tollerentur. » Sic etiam Prosper (7) inquit : *Salomon elatus in senio, fornicatus in mente et corpore, Domino ipsum deserente male obiit.* Sic S. Augustin, Isid., Chrysost., etc. Resp. S. Eucherio et S. Prosper oppponendo communem SS. Patrum sententiam, fundatam in S. Scripturâ; ut satis constat ex probatione nostræ assertionis supra, num. 52 allatâ. S. Augustinus (8) dicens : *Salomon reprobatus est à Deo, intelligi potest de reprobatione à statu innocentie, non à regno cœlorum.* Nam subjicit, Salomonem cœcidisse, id est, peccasse; sicut Adam cœcidit in paradiso, qui tamen eternum reprobatus non est : *Quid mirum, subdit S. doctor loc. cit., quia in populo Dei cœcidit Salomon?* in *Paradiso non cœcidit Adam?* Certè cùm idem

(1) Joan. 10, 23. Item Actor. 5, 11.

(2) 4 Reg. c. 22.

(3) 4 Reg. 21, v. 21.

(4) 2 Paralip. 33, 15, ubi de rege Manasse dicitur : « Et abstulit deos alienos, et simulacrum de domo Domini, aras quoque, quas fecerat in monte domus Domini, et in Jerusalem, et proiecerat omnia extra urbem (7); et nihilominus nepos ejus rex Josias legitur (8) *altaria, quæ fecerat Manasses, in duobus atriis templi Domini, destru-*

(5) 2 Paralip. 11, 17.

(6) 4 Reg. 21, 3.

(7) 2 Paralip. 33, 15.

(8) 4 Reg. 23, 12.

(1) In 4 Reg. cap. 18, quæst. 10.

(2) 4 Reg. cap. 18, et Ecclesiast. cap. 48.

(3) In Salomonem prævio, L. 8, cap. 1, sect. 7, num. 68.

(4) S. Scripturæ explicat. tom. 1 in 3 Reg. 11, 4, pag. 759 et 760.

(5) Praefat. in Ecclesiasten.

(6) In 4 Reg. cap. 25.

(7) P. 2 de Predict. cap. 27.

(8) Praefat. in Psalmum 126, ubi ait : *Salomon misericordia amator qui et reprobatus à Deo.*

S. doctor ibidem ait, Salomonem post peccata adhuc *debtraversor*, seu à Deo inspiratum suisse, implicitè assedit, illum paenitentiam egisse. Id enim de seipso Salomon in L. Proverb. cap. 24, v. 52, quem post lapsum suum scriptis, testatur, dicens: *Postea ego egi paenitentiam*. Unde, dum idem S. Augustinus, L. 17 de Civ., cap. 20, de Salomon ait: *Hic bonis initis, malos exitus habuit, tantum videtur velle dicere, quod post bona initia senex in vita lapsus sit, quod innocentie libido, religione perfidiæ sacrilegiorumque successerit*. Plura locus ille M. Aurelii non desiderat, nihilque cogitat, exitus illos ipsam ultimam vite lineam interpretari; fermè sicut similia verba S. Isidori mox par modo interpretabimur. S. Chrysostomus verò, serm. de Pænitentiâ, solum ait: *Salomon nesciens pænitentiam, perdidit gratiam, nimisrum quamdiu pænitentiam nescivit*; non ait, quod semper nesciverit. Similiter S. Isidorus L. de vitâ et morte Sanctorum, c. 34, de Salomone tantum ait: *Cujus principia bona fuerunt, novissima autem mala; nam post miram virtutem gloriam, amore depravatus semineo, et acceptam sapientiam perdidit, et in profundo idolatriæ flenda ruinâ demersit; nempe cum peccavit; non cum pœnitens salvatus est*. Tandem Patribus vel dubius, vel paucis oppono PP. plures claros, et ipsa Scriptura effata, supra, num. 52, pro asserenda Salomonis paenitentiâ et aeternâ salute allegata. Alios Patrum textus apparterent nobis contrarios explicat et solvit Lorinus loco mox citando.

Argum. III. Saltem peccata Salomonis sunt certa, paenitentia est dubia; ergo haec non debet adstrui. Resp.: Quamvis nondum sit de fide aeterna salus Salomonis, quia id Ecclesia nondum definit, nec tam facile definitura videatur, ob varias sententias Catholicorum de authentiâ textus graci adhuc incorrupti, de perseverantia Salomonis in paenitentiâ usque ad mortem, etc.; nobis tamen ob rationes allatas paenitentia Salomonis est verisimilior. Hanc enim si non certam, saltem probabiliorum nobis facit tum S. Scriptura, tum communiorum Patrum et aliorum scriptorum catholicorum, quibus hic addo S. Bachiarium, S. Augustino coecum, qui dubium in objectione propositum solvit (1) his verbis: « Salomon ille mirabilis, qui vinculis libidinis illaqueatus etiam sacrilegii errore se polluit, qui per Prophetam culpam erroris agnoverit, numquid misericordie ecclesiæ extorris fuit? an forsitan dicas: Nunquam in canone eum lego penituisse, neque misericordiam consecutum? Audiergo, frater: penitentia ejus, que non inscribitur publicis legibus, fortasse à Deo acceptabilior judicatur, qui non ad faciem populi, sed in secreto consciente teste Deo penituit. Veniam autem consecutum esse agnoscimus. » Insigni huic S. Bachiarii testimonio addo aliud, quod in antiquissimis et superiori demum seculo eritis Granatensium libris plumbeis (2) de Salomonis paenit-

(1) Epist. ad Jannarium de recip. lapsis, in Biblioth. PP. Coloniensi, t. 5.

(2) Libros hos plumbeos, à Granatensi archiepiscopo Petro de Castro inter montis Granatensis coniculos

tia legitur his verbis idiomate arabico vetustissimo exaratis:

Guabakâ danbahâ bucaân xadîdân :

(Et flevit scelus suum fletu vehementi:)

Iahû guaghâfara guanâta amînât maimandân.

(Et condonatum est illi; et obiit fidelis et securus.)

Denique qui plura de Salomonis paenitentiâ et aeternâ salute legere cupit, consulat præter alios Lorinum (1) et Ignat. Weitenauer (2), ubi Patres aliosque auctores pro vel contra aeternam Salomonis salutem pugnantes, singulari accurateone citatos inveniet.

57. Queret LI: *Quomodo explicetur illud (3 Reg. 15, 5): David fecit rectum in oculis Domini, et non declinavit ab omnibus quæ præceperat ei, cunctis diebus vite sua, excepto sermone Uriæ Iethæi; cum tamen constet, cum sapientia peccasse, nimisrum 1º numerando populum, 2 Reg. c. 24; 2º decernendo occidere Nabal, 1 Reg. 25, 34; 3º Miphisotheso innotenti mediam partem facultatum adimendo, 2 Reg. 19, 29; 4º tantâ crudelitate saeviendo in Ammonitas, ut super prostratos circumageret ferrata carpenta, et cultris et ferris miseris dilaniaret, 2 Reg. 12, ult. ?* — Resp.: *Quamvis haec res sit explicatu difficultis, in quâ laborarunt plurimi interpres, hi tamen fermè omnes et inclinant, ut putent, Davidem à Scripturâ loc. cit. dici in una tantum casu Uriæ peccasse, quia hoc peccatum fuit patens et enorme, reliqua verò illius comparatione exigua, sive genus illorum, sive durationem, seu alias circumstantias species. Nam vel non erant mortalia, saltem in aestimatione hominum, sed honesto aliquo prætextu, vel virtutis saltem apparentis velamine tecta (5), vel mox iterum retractata (4), ant plurimis aliis benefactis veluti oblitterata et disparentia (5). E contrario adulterium et astate suâ inventos, plurimi facit Joannes Pineda (in Salomone prævio lib. 8, cap. 1, num. 73), ubi argumentum ex iis petitum firmissimum, et veluti Colophonum auxilium Salomonis salutis et defensionis esse ait. Porro jam inde à D. Jacobi Apostoli ejusque sociorum in Hispania conversantium temporibus volumina haec, teste Pinedâ, scripta creduntur, sermone arabico antiquissimo.*

(1) Cap. 2 Praefationis in Ecclesiasten.

(2) Oratione academica, cui titulus: *Salomon cœlo assertus*. Edit. August. et Frib. Brisp. 1756.

(3) Sic saevitia Davidis exercenda in Nahalitas, et exercita in Ammonitas tegmine justæ vindictæ velabatur; imò vindicta in Ammonitas exercita reapsè justa videri potest, ut quest. 26, ex Calmeto indicavimus. Sic etiam numeratio populi à Davide facta, prætextu religiosi tributu pro templo construendo, vel prætextu, quod rex robur sui regni scire debeat (vide supra, quest. 52) velari potuit.

(4) Sic David adorationem Abigail (1 Reg. cap. 25) confessum damnavit, quod voluerit Nabal cum suis occidere, et gratias egit, quod ab illa prohibitus, gladium in vaginam reconderet, et manus referret à cædo puras.

(5) In Scripturâ sacrâ usitatum est, ut si pauca de sint ex magnâ numero, nihil existimet definisse. Sic quia David multa edidit opera laudabiliter et sancte, etiam aliquando peccaverit, quia id fuit perquam raro, numquid peccasse traditur; aut, quod idem est, omnes fecisse Dei voluntates, prout legitur Actor. 13, 22: *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*. Et idem affir-

homicidium in casu Uriæ à Davide commisum fuit peccatum prorsus enorme et manifestum, quod nullo honesto praetextu velari poterat, ac in eo David diu hasserat; quia jam natus erat ex adulterio filius, quando à Nathan Prophetā rex reprehensus resipuit, et egit penitentiam. Quocirca optimè juxta commonem hominum sensum, et Scripturae consuetudinem, excepto casu Uriæ, nunquam declinasse dicitur David à viis Domini, quia vel modicè deflexit, vel statim rediit, aut honesto praetextu cetera delicta sua texit, eaque insuper plurimis benefactis velut obliteravit. Quæ enim ita sunt, vulgus hominum, quibus se Scriptura in modo loquendi hic accommodat, à peccatorum nomine et turpitudine liberat. Vide Sanctum (1), Tirimūn (2) aliosque interpres.

Caterūm non omnia, quorum increduli aut alii Davidem insimulant, esse tam gravia peccata, jam supra (3) à nobis ostensum est.

58. Quares LII : An non sint contradictionia, dūm (3 Reg. 15, 14) de rege Asa dicitur: *Excelsa autem non abstulit;* sed (2 Paralip. 14, 2) commendatur: *Subvertit altaria peregrini cultus et excelsa;* item, (dūm (3 Reg. 22, 44) de rege Josaphato dicitur: *Veneruntam excelsa non abstulit;* sed (2 Paralip. 17, 6) de codem legimus: *Cumque sumpisset cor ejus audaciam proper vias Domini, etiam excelsa et lucos de Judæa abstulit?* An excelsa auferre et non auferre non sunt contradictionia? — Resp.: In neutro horum datur contradictionis, nisi dūtuxat apparet. Nam excelsa, quorum in Scripturâ fit mentio, duplicitis generis fuere. Alia erant dicata vero Deo altaria in excelsis locis constituta, in quibus ante templi adificationem aliqua sacrificia per indulgentiam populo permissa fuerant (4). Alia excelsa erant idolorum cultui destinata. Hæc ultima rex Asa abstulit, non item illa, sibi vires deesse putans, ut et ista subverteret (5). Verebatur enim, ne populus, qui excelsa illa, edificato etiam templo, ex assuetudine frequentare non omisit, obsisteret, ac ipse quoque ferre cogeretur excelsa idolis dicata, eō quid ferre noluisse ea quæ vero Deo consecrata erant. Eadem est responsio ad alterum. Nimirum Josaphat non secis ac Asa pater ipsius, cuius pietatem amulatus fuerat, demolitus est excelsa idolis dicata, non autem excelsa Deo Israel sacra. Unde cùm Scriptura dixisset (6), Josaphat sustulisse *excelsa et lucos*, postea alio loco (7) subiicit: *Verumtamen excelsa, scilicet Deo vero dicata, sed ab eo vetita, non abstulit.*

59. Quares LIII: An corvi, à quibus Elias, 3 Reg.

matur Eccl. cap. 49, v. 4, de Josiâ et Ezechia, qui licet aliquando peccaverint, id fecere perquām rarō, et innumeris benefactis peccatorum suorum nomen et memoriam oliveruntur: *Præter David, et Ezechiam et Josiam, omnes peccatum commiserunt.*

(1) Comment. in 1 Reg. 25, 35, Num. 49, 56.

(2) Comment. in 3 Reg. 15, 5.

(3) Quest. 21, 26, 33 et 34.

(4) Vide Theodoretum, in 3 Reg. quest. 47.

(5) Ibidem, quest. 12.

(6) 2 Paralip. 17, 6.

(7) Ibidem c. 20, v. 55.

17, 7. et 6, *pastus est, fuerint veri corvi, vel potius Angeli specie corvorum, aut homines Arabes, vel mercatores?* Antequam respondeam, observo, Abulensem (1) consere, quid dico possit, fuisse Angelos in specie corvorum apparentes, et cibos Elias afferentes, cùm Angeli sint ministri Dei, et ab hoc ordinentur ad ministerium salvationis nostræ (2), quamvis hie ipse auctor loc. cit. verisimilius judicet, non fuisse Angelos, sed veros corvos. Alii quidem critici, ut multiplicationem miraculorum evident, teste Cl. Bullet (3), aiunt, vocem hebream כְּנָמָרְבָּת; quæ hoc loco ponitur, hic non significare *corvos*, prout nostra Vulgata habet, sed *Arabes, vel mercatores;* et quidem incolas urbis Arab prope Bethsan. Sed Resp.: Elias neque ab Angelis in specie corvorum apparentibus, neque ab Arabibus, aut mercatoribus, sed à veris corvis pastus est. Nam dictam vocem hebream בְּנֵי יִשְׂרָאֵל tam Judæi quām Christiani omni tempore intellexerunt et verterunt in nomen *corvi.* Ita enim habet versio graeca 70 Interpretum, versio syriaca, Paraphrasis chaldaica, Aquila, Symmachus, Theodotion, Josephus, vetus Vulgata (ut ex pluribus citationibus à S. Augustino, qui hanc sequebatur, factis patet), nova seu nostra Vulgata, Patres, Rabbini, nostrisque interpres unanimitate. Num duos vel tres innominatos, aut parum cognitos autores tam unanimi aliorum consensu preponere fas est? Et quis est, qui dubitare ausit totam naturam, quanta est, ad Dei conditoris nutum esse paratam? Deus (4) *maneat locutus, ut absument terram; (5) serpenti, ut mordent rebellēs; (6) pisci, ut emoveret Jonah in aridam.* Quid igitur tam paradoxum aut incrédibile appetat in eo, quid mandaverit *corvis, ut Eliam pascant?*

Neque nos moratur locus à quo, mensa à quæ corvi alimenta acceperint? Questio hec est curiosa magis, quām vel utilis, vel necessaria; et ingenuè fatur Augustinus, vel quicunque est auctor libri de Mirabilibus S. Scripturæ (7), ignorare se, undenam corvi cibos illos attulerint: Abulensis (8) tamen non temerè conjectat, haec alimenta fuisse ex regis Achabī domo. Quod si verum est, mirifica illa fuit Dei providentia; et intercessit haud dubiè aliqua Angelorum cura, corvos ceteroque crudeles et rapaces, ad id ministerium stantis horis impellentium, à voracitate compescientium, et ad conductum locum conduceantium.

Majoris videtur momenti questio, an Elias salvâ lege divinâ cibum accipere potuerit ab avibus immun-

(1) In 3 Reg. 17, quest. 45.

(2) Ad Hebr. 1, 14.

(3) Réponses critiques, tom. 1, num. 31, mihi p. 208.

(4) 2 Paralip. 7, 13.

(5) Amos, 9, 3.

(6) Joan. 2, 11.

(7) Auctor operis de Mirabilibus S. Scripturæ, I. 2, c. 15. Ita inquit: *Unde verò eas carnes et panes ille corvus detulerit, ipse viderit, qui talis officium committebat.* Ceterum hic auctor satis errò non est S. Augustinus, sed alius quidam, qui L. 2 hujus operis, c. 4, dūm de cyclis disserit, manifestat, se post annum Domini sexcentesimum vixisse, et haec scripsisse.

(8) In 3 Reg. c. 17, quest. 16.

dis, scilicet à corvis? Sed est haud difficilis solutu. Fuit corvus immunda avis cibo, non tactu; et posito etiam, immundum ex lege ceremoniali fuisse cibum, quem fortè corvus tetigerit, poterat, qui legem dede- rat, dispensare ab ea; valetque hic illud (1): *Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.* Imò verò leges ceremoniales Iudei in casu necessitatis non ienchan- tur observare. Unde profugus David fame compulsa panes propositionis comedit, datos ab Achimelech sa- cerdotibus (2), quorum eus non erat permisus nisi sa- cerdotibus, et Christus ipse hoc Davidis facti discipu- los spicas sabbato velentes excusavit eoram Phari- seis (3), dicens: « Nec hoc legistis, quod fecit David, « cum esurisset ipse, et qui cum illo erant; quomo- « dò.... panes propositionis sumpsit, et manducavit, « et dedit his qui cum ipso erant: quos non licet man- « ducare nisi tantum sacerdotibus? »

60. Quares LIV: *An sacrificium ad preces Eliae subsponte sponte successum, 3 Reg. 18, 38, fuerit verum miraculum?* Occasionem huius questionis dedit Joannes Jacobus Rousseau, qui (4) ita irridet coelestes flam- mas, quibus depastum est Elias sacrificium: « Si Baal- lis sacerdotes, inquit D. Rouelle (5), habuissent se- « cum struem lignorum, quam paraverant (6), sine « administriculo abiisset in flamas, et Elias delusus fu- « set; » quibus verbis innuere vult, Eliam sine mira- culo incendium sui sacrificii suā sponte ortum potuisse obtinere. Verūn.

Resp.: Etiamsi Baalis sacerdotes dominum Rouelle secum habuissent, nunquam ipsorum sacrificium modo tam mirabilis successum fuisset, quo consumptum est holocaustum ab Elia preparatum. Hujus enim incen- sio, spectatis omnibus circumstantiis, fuit verum mi- raculum. Postquam enim sacerdotes Baalis frustra invocarunt nomen Baal de manu usque ad meridiem, di- centes: *Baal, exaudi nos!... et se inciderunt juxta ritum suum cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine, incassum expectantes ignem divinitus consumptum holocaustum quod preparaverant, jamque transiisset meridiem, dixi Elias omni populo: Venite ad me. Et ac- cedente ad te populo, curavit (i. e., rursus erexit et in- stauravit) altare Domini, quod destructum fuerat. Et tuli duodecim lapides juxta numerum tribum filiorum Jacob... Et aedificauit de lapidibus altare in nomine Do- mini; fecitque aquæductum quasi per duas aratiunculas (seu duos sulcos, quales aratro dicuntur) in circuitu altaris. Et compositu ligna; divisitque per membra bo- rem, et posuit super ligna (7).* Ut autem ignis, quem ecelitis accendendum prestolabatur Propheto, Israe- litarum oculis tantò splendidiùs illucesceret, ita inquit ad illos: *Implete quatuor hydrias aquā, et fundite super holocaustum, et super ligna. Rursiisque dixit: Eliam*

(1) Acto. 10, 15.

(2) 1 Reg. 21, 6.

(3) Luc. 6, 3, 4.

(4) In opusculo, quod inscripsit: *Lettres de la Mon- tagne*, pag. 99.

(5) Celeberrimus chymicus in Gallia.

(6) 3 Reg. 18, 23, 26.

(7) Ibidem, 26, 34.

secundū hoc facite. Qui cum fecissent secundū, ait: Elias: tertio idipsum facite. Feceruntque tertio, et currebant aquæ circum altare, et fossa aquæductus repleta est (1). Debebat namque triples haec aquæ affusio miraculum in oculis populi reddere illustrius, et omnem causarum naturalium suspicionem adimere. Mox verò atque Elias stum et totius Israëlis Deum ardentibus in- vocaverat precibus, *cecidit (de caelo addunt 70 Inter- pretes) ignis Domini, et voravit holocaustum, et ligna, et lapides, pulverem quoque, et aquam, quæ erat in aqua- ducu lambens (2).* Quos effectus frustra exspectaveris ab igne ordinario, ne quidem à solari per lentes Tschirnhusianas concentrato. Ne scintilla quidem ignis, antequam is de celo cadebat, aderat; madebant aquis ligna, sacrificium iis impositum, arc ipsa; imò hanc circumfluebat defluxa ex altari aqua in fossa seu elice satis amplio. Et eu! non accenditur dumtaxat ecelitis lignum, non solum consumitur holocausta, sed cal cinantur lapides, è quibus constructum fuerat altare, ac si per aliquot dies expositi fuissent vehementissimo calcarii fornici igni, rediguntur in pulverem, et ex- scatur prorsus foeva. Unde populus in conspicuanti miraculi *cecidit in faciem suam*, et exclamavit: *Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus (3).* Ne- que tacendum, quod ipse quoque Julianus imperator, licet infestissimus christianæ religionis hostis (4), tam stupendum ignis, quem Eliae preces de celo elicie- rant, effectum inter prodiga numeraverit. *Visum fuit*, inquit ille, *prodigium hoc jam pridem Moysis tempore, ac multò post aevō Eliae Thesbitis.* Atque, ut opinor, ipse etiam D. Rouelle memoratum effectum pro miraculo habuit semper; neque unquam, non dico quid simile prestitit, sed neque tentandum sibi unquam existi- mavit.

61. Quares LV: « An cædes sacerdotum Baal (3 « Reg. 18, 40) justè patrata sit? » Antequam respon- deam, observo quod Baylius famosus, tolerantiae præco (5) acerrimè invehatur in Eliam, quod sine officio civili, jureque gladii innoxios homines, qui Baal pro Deo habuerint, ejusque causâ tam multa et egerint et tulerint, mulierat morte velut homines orco devotos, apud quos nec monitis nec emendationi jam locus esset. Cui ejusque asseclis

Resp. cum Cl. Weissenbach (6), et dico, apud Hebreos fuisse lege (7) cautum, ut falsus propheta occi- datur. Nimisrum in theocratico regime, quale fuit illud Hebreorum, pseudoprophetam agere erat publicum crimen divine majestatis lesse. Elias autem age-

(1) 3 Reg. 34, 35.

(2) Ibid. 38.

(3) Ibid. 39.

(4) Apud S. Cyrilum, L. 10, Julianus Apostata ait: *Ignis enim non descendit, quemadmodum Moysis tempore, qui victimas consumat. Semel hoc sub Moyse factum est, et sub Elia Thesbite iterum, longo post tempore.* »

(5) In Dictionario historico-critico.

(6) Tom. 2, Nova forma Theol. Bibl., quest. 33, pag. 108 et 109.

(7) Deut. 13, 5.

bat nomine Dei, cuius legatus fuit. Preterea sacerdotes Baal erant impietatis antistites et doctores idololatriæ, dumque suum Baalem commendabant et colebant, Israelis Deum despiciebant et obscurabant, siveque erant blasphemii in verum Deum, quos Deus per Moy-sen jusserset occidi (1). Unde auctor de Mirabilibus S. Scripturarē (2) ait : « Sacerdotes ergo idolorum sine homicidii culpā Elias Dei servus interfecit. Quippe qui erat in illā lege, qua dicit : *Blasphemum non patieris vivere.* Nullus hominum ergo idolum colit, nisi Dei blasphemus extiterit. Ac per hoc qui idolo-latriæ cultores mactaverat, blasphemos et sacrilegos de terrā purgabat. » Et S. Basilius (3) inquit : « Illum, qui tanquam pharmaco ad ea, quæ oportet, irā utitur, Dominus minime condemnat. Moyses omnium hominum mansuetissimus, vitulii dololatriam damnans, Levitarum manus in eadem fratrum armavit. Phinees justa contra publicè forniantes irā, ut oportebat, usus, protinus utrumque trucidavit. Samuel regem Amalec justa irā in medium trahens occidit. Sic itaque fit ira saepenumero bonarum actionum ministra. Elias vero zelotes quinquaginta supra quadringentos turpitudinis sacerdotes, et quadrungentos sacerorum nemorum comedentes de mensa Jezabel, justa sapientique indignatione in totius Israeli utilitatem, ut morte multarentur, effecit. »

Neque Popæ Baalim ignorantes peccabant, probè gnari prodigiōrum, in gratiam Mosaicæ legis divinitus patratorum. Imò, cùm ob oculos eorum hoc prodigium sacrificii igne de cœlo cadente ad preces Eliæ consumpti recens patratum esset, tamen non leguntur mutassè mentem. Jure ergo dederunt pœnas.

Quid verò (quod maximè veretur Baylius) si nostrā aestate intolerantes quidam exemplo Elias tueri aude-rent sua consilia? Resp. rectè facturos, modò suam vocationem prodigiis firmarent, solisque Dei hostibus obstinatis ex mandato Dei inferrent manus, ut fecit Elias.

At inquires : Christus Elias spiritum improbavit, aut certè in lege novâ abrogavit. Nam, cùm discipuli ejus Jacobus et Joannes ad eum dixissent : *Domine, vis, dicimus ut ignis descendat de cœlo* (prout nimirūm Elias eundem de cœlo evocavit), et *consumat illos?* Samari-tanos, qui Christo diversorum negabant, is increpavīt illos, dicens : *Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare* (4). Resp. : Christus his verbis non occisionem sacerdotum Baal, sed factum Eliæ longè aliud respexit, pœnam nimirūm militum, quos titulo *hominis Dei* se ludum facientes, idem Prophetæ igne descendente de cœlo cremavit (5). Itaque sensus verborum Christi, prout ea interpres communiter et rectè explicant, est : *Nescitis, ad*

(1) Lev. 24, 16.

(2) L. 2, cap. 18. Porrò, quis sit iste auctor operis de Mirabilibus S. Scripturarē, indicavimus supra, quest. 53.

(3) Homil. 20 de Irā.

(4) Luc. cap. 9, 54-56.

(5) 4 Reg. 1, 9, 15, in quem locum Scripturarē vide Menochium, et alias interoretis.

« quem spiritum à me vocati et electi estis; vultis imitari zelum Eliæ, qui duos pentacontarchos cum suis militis igne cœlesti cremavit; sed nescitis hunc spiritum esse veteris legis, in quā dominabatur spiritus severitatis. Sic enim regendi erant homines illius avi, utpote statu et conditione servi. Vos verò qui in lege filiorum estis, qui spiritum legis novæ et Evangelii sequi debetis, oportet mitiori spiritu regi, et ne imitari, qui mitis sum et humilis corde, nec veni animas perdere, sed salvare. » Igitur Christus hoc loco nec improbat spiritum Eliæ, utpote legi veteri accommodatum, nec prohibet scelerā (maximè injurias Deo et religione illatas) severò punire, sed solū commendat mansuetudinem et mititatem, ne quis, sub praefectu quod à Spiritu Dei agatur, se sinat agi spiritu humano impatientiae et vindictæ.

Scholion. Mirabitur fortasse aliquis, quod rex Achab, qui in illo cœtu aderat, et cuius imperio omnes illi Popæ Baal conuererant, nihil contra Eliæ consilium, et populi conspirationem volentis occidere hos pseudoprophetas, molitus sit. Sed planè impius regi Deus timorem incessit, et subiti illius incendiis cœlestis sacrificium Eliæ consumentis admiratio regios fregit spiritus. Neque aliqui satis putabat tutum, inciatam et illius miraculi stupore attonitam multitudinem à suo conatu tam ardenti et alaci prohibere. Ita Sanctus et Menochius.

62. Quæres LVI : *An Prophetæ Michæas à mendacio et fraude excusari possit, dám, 3 Reg. 22, 15, regi Achab interroganti, num eundum sit in Ramoth Galaad ad prætandum, vel non, respondit : Ascende, et vade prospèrè, et tradet eam (urbem) Dominus in manu regis; cùm tamen postea Achab in eo prælio occisus sit?* Resp. : Michæas non ex suā, sed ex regis Achab, ejusque falsorum Prophetarum, quos impius hic rex jam ante, 3 Reg. 22, 6, consuluerat, mente, ac ironice utens iisdem verbis, quibus falsi Prophetæ victoriam regi predixerunt (1), loquebatur; quasi diceret, ut ait Cornelius à Lap. : « Quandoquidem, ô rex! Prophetæ tui tibi victoriam spöndent, et tu eis credis, vade ad prælium, et experire illorum predictionem; ego, quamvis te in hoc prælio peritura prævideo, non dicam tibi, cùm indignus sis, qui veritatem audias à Deo, postquam mendacem Baal consulueristi. » Et profectò ipse rex Achab ex vultu, gestu et modo dicendi Michæas, videbat eum non seriò, sed ironice loqui, dum victoriam prædictit. Unde non acquievit, sed eundem adjuravit, ut veritatem dicat, verumque oraculum seriò ex animi sui sensu depromat. *Dixit autem rex ad eum : Iterum atque iterum adjuro te, ut non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini* (2). Cumque exim Michæas ipsi exitium prædicaret, impius rex ad suos ait : *Militite virum istum* (nimirūm Michæam)

(1) 3 Reg. 22, 12, ubi dicitur : « Omnesque prophetæ (i. e., pseudoprophetæ) similiter prophetabant, dicentes : Ascende in Ramoth Galaad, et vade prospèrè, et tradet Dominus in manu regis. »

(2) Ibid. 16.

in carcere, et sustentate eum pane tribulationis, et aqua angustia, donec revertar in pace (1). Ex quibus omnibus patet, Micheam nec mendacii nec fraudis in toto hoc facto argui posse.

63. Quæres LVII : *An non sit contradic̄tio, dum 3 Reg. 22, 34, dicitur : Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, et casu percussit regem Israel* (i. e., Achab) *inter pulmonem et stomachum; contra 2 Paralip. 18, 35, idem rex Israel sagittam inter cervicem et scapulas percussum, scribitur?* — Resp. : Nulla haec est contradictione, sive cum Abulensi dicas, sagittam hanc intrasse inter cervicem et scapulas Achabi, ac penetrassè usque ad regionem corporis pulmonem inter et stomachum; sive cum Menoehio arbitris, dictam sagittam ex inferiore loco in regem curru eminentem (2) emissam per anteriorem armorum commissuram ingressum inter pulmonem et stomachum, sursùm versus inter scapulas et cervicem prorupisse.

CAPUT IV.

De Libro IV Regum.

64. Quæres LVIII : *An verisimile sit, quod Elias, 4 Reg. 2, 11, curru igneo, et equi gneis per turbinem in cælum raptus sit, sub finem mundi, ut Christiani volunt, redditurus?* — Resp. : Et verisimile, et verum hoc est, utpote ab ipso Verbo Dei scripto, tot motivis credibilitati stabilito, assertum. Neque ipsa ratio in hoc facto aliquid absurdum atq[ue] detegere poterit. Quid enim hic absurdum, sanceque rationi adversum existimas? An quod currus igneus et equi ignei dicuntur raptuisse Eliam? Sed, ut Sanctius, Cornelius à Lap., aliique interpres exponunt, hic currus et hi equi non erant verè ignoi, sed habebant formam et speciem ignis. Erat enim nubes splendidissima ministerio Angelorum aut aliâ quicunque ratione in currus equorumque similitudinem esformata, que accepit Elias, illunus ita amplexa est, ut in curru sedere ac vehi videretur. Atque hic modus explicandi videtur facilior, et aliud evitat miraculum, quo et Elias in corpore adhuc passibili et mortali non fuit adustus, nec palliu[m] ad Elisæum missum est ustulatum. Accedit, quod turbo non tam rapiat ignem, quam nubem. Præterea hie modus explicandi S. Scripturæ, et etiam profanorum scriptorum non est alienus. Id enim quod splendidum et fulgens est, non rarò igneum vocatur. Sic in Scripturâ (5) inaurati et splendidi Chaldaeorum clypeus ignei dicuntur, item et labens currus; et que toties (4) vocatur *columna ignis* Israhelitis in deserto de-

(1) 3 Reg. 22, 27.

(2) Authentiam et divinitatem sacrorum librorum veteris et novi Testamenti theologi aut polemici orthodoxi passim demonstrant, quales sunt Hermannus Goldhagen, *Introduct. in S. Scripturam*, P. I., aliisque.

(3) Nahum 2, 3, ubi dicitur : *Clypeus fortium ejus ignitus, viri exercitus in coccineis; ignae habent currus in die præparacionis ejus.*

(4) Exod. 13, 21 et 22, et cap. 14, v. 24. Num. 14, v. 14. Item 2 Esdrae 9, 12 et 49. Item Sap. 4, 3. Præterea idem lumen Israhelitis de nocte lucens *ignis* etiam vocatur in Ps. 77, 14 et in Ps. 104, 39.

nocte viam monstrans illa splendida et non verè ignea (4) communiter existimatur, ut etiam (2) putavit Abulensis. Idem autem modus loquendi, ut dixi, etiam profanis scriptoribus frequens est, qui igneum appellant aut flammeum, seu ardens, id quod est splendidum; sic Maro, lib. 10 *Aeneid.* :

Stans celsa in puppi, clypeum tum deinde sinistrâ Extulit ardenter.

Et iterum ibidem :

Ardet apex capitii, cristiisque à vertice flamma Funditur; et vastos umbo vomit aureus ignes.

Et ad nostrum institutum accommodatius, nubes, qualis hic existimatur esse igneus currus, ardore dicitur, cùm fulget :

..... Qualis cùm carula nubes

Solis inardescit radis, longèque refulget.

Porrò ex hac historiâ Eliæ curru igneo in cœlum rapti occasionem sumpsisse putantur poetae gentiles, sollem curri igneo imponendi et equis igneis circumvehendi (3).

Eliam autem sub mundi finem redditum, viamque Domino paraturum, aperte Scriptura docet (4). Quod traditio quoque et Patrum auctoritas, quorum verba Natalis Alexand. (5) prolixè citat, luculentè confirmat. Sed ipsi etiam Judei cum Christianis hic planè id ipsum sentiunt, teste S. Justino M., qui (6) Tryphonem Judæum hunc in modum interrogat : « An non Eliam Verbum per Malachiam adventurum esse dicit, ante magnam et terribilem istam Domini diem? » Respondet Trypho Judæus : « Maxime. » Tum S. Justinus pergit : « Si ergo ratio cogat fateri, duos futuros Christi adventus Prophetarum responsis praedictos esse; alterum cùm passioni subditus et in hono[r]atus, et informis apparebit; alterum cùm glorirosus et Judex omnium aderit; annon terribilis et magni illius diei, hoc est, secundi adventus ejus Eliam præcursorum fore, Verbum Dei prænuntiassè intelligemus? » Respondet Trypho denud. : « Maxime. »

Itaque sententia Grotii (7), aliorumque ex sectariis, qui hunc redditum Eliæ impugnant, omniò rejicienda est, utpote nullo nixa arguento. Vide Natalem Alex. loc. cit. et interpres ad citatos Scripturæ locos.

(1) Sie Cornelius à Lap. *Comment. in Num. 9, 15*, ait : « Hinc liquet verius esse ignem hunc columnæ nocturnum non fuisse verum ignem, sed quasi ignem, id est, habuisse speciem ignis, ut dicitur Num. 9, 15 et 16, ubi ita legimus : « Igitur die, quæ erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. » A vespera autem super tentorium erat quasi species ignis usque manu. » Sie siebat jugiter; per diem operiebat illud nubes, et per noctem quasi species ignis. »

(2) In 4 Reg. cap. 2, quest. 17.

(3) Vide Tirinus, *Comment. in 4 Reg. 2, 11*.

(4) Matthei c. 17, 10, Malachia 4, 5, Ecclesiastici 48, 1.

(5) Tem. 2 Histor. Eccles. veteris Testamenti in quintam Mundi aetatem, dissertat. 6.

(6) In Dialogo cum Tryphonie Judæo.

(7) Annotationibus in cap. 17 S. Mayhæi.

65. Quæres LIX : *An non factum Elisæi Prophetæ, dūm, 4 Reg. 2, 23, 24, in PUEROS PARVOS, qui de civitate Bethel egredientes ipsi ob calidem illudabant, DUOS URSOS immisit qui LACERAVERUNT EX EIS QUADRAGINTA DUOS PUEROS, fuerit inhumanum et crudel?* Hic notandum, quod Tindalius, teste Cl. Weissenbach (1), nullum aliud facinus Elisæi vobementius impugnet, quam istud. Sed etiam D. de Voltaire aliquie increduli (2) ei Theonim dentem insigunt. Inò, teste Cl. Bullet (3), non desunt homines impii, qui hic renovant blasphemium Manichæorum, Deumque Israelis crudelitatis insimulant, quod evocando de sylva ursos illos operam præstiterit truculent et vindictæ cupido seni ad jugulandas innocentias illas creaturas, ut illos pueros *Philosophia Histor. appellat* (4).

Verum facillima Elisæi et S. Scriptura defensio est, modò res, ut decet, penitus examinetur. Elisæus venerat in urbem Bethel, superstitionis sedem, ubi vituli aurei Jerooboami etiamnum colebantur. Cives, qui agrè ferebant, hominem ad cultum Dei veri restaurandum subire urbem suam, subornarunt petulantes pueros, utilum de ridiculo haberent. Ilis ergo accurrentibus magno numero, et illudentibus, Elisæus non tam ludibrio sui, verum ministerii sui sacri offensus, ut Dei honorem in hac sede superstitionis vindicaret, maledixit illis. Unde ursi, stragesque puerorum. At

Oppones I : Propheta Elisæus in hoc facto cupiditatē vindictæ videtur induluisse. — Resp. : Minime; si enim studio ulciscendi sui maledixisset, à Deo auditus nequam fuisse. Quia ergo Deus hujus Prophetæ approbabat studium et zelum, adducens duos ursos ad punientes petulantes pueros, patet quod Elisæus non ex spirito humano vindictæ, sed divino afflato impulsus et ex justo religionis zelo maledixerit. Atque hunc sensum habent verba Scripturæ (5) dicentes :

Maledixit eis in nomine Domini.

Oppon. II : Tamen eluet immanitatis aliquid in ursis evocandi, presertim quia erant pueri parvi (6) injuria Eliseo illata gravitatem non intelligentes; in quos proin iniuriam decebat tam severè animadvertere. — Resp. : Propriè loquendo non Elisæus, sed Deus ursos de saltu evocavit. Propheta solùm invocato Dei nomine pueris à Deo justam punitionem expetiit, de cetero hanc rem arbitrio Iesi Numinis permittens. Neque tam rudes aut adeo parvuli (7) erant pueri illi, ut Prophetam iniuste agnoscerent, et paries hanc essent dignoscendo in illius personā characterem et dignitatem Prophetæ, ac ministri Domini, qui colebatur in

(1) Loc. cit. pag. 115.

(2) Esprit du Judaïsme, chap. 9, pag. 103; Bible expliquée, pag. 402.

(3) Réponses critiques, tom. 1, num. 55, milii, p. 212.

(4) Philos. de l'Hist. chap. 43, pag. 210.

(5) 4 Reg. 2, 24. — (6) ibidem 23.

(7) S. Chrysostomus 1. 3 adv. vituperatores vite Monast. putat, pueros hos eà estate fuisse, ut facti rationem reddere tenerentur, atque decem saltēt essent annos nati.

Judæ. Accedit, quod clades illa puerorum potius opus fuerit divine clementia, dūm illi de medio sublati sunt, quos Deus, si vita contigisset usura diutiori, deteriores fore prævidebat. Si enim diutius vixissent, sepleratiores et in idolatria rorabat parentum doctrinæ et exemplo evasissent. Denique cruentâ illâ puerorum clade Deus magis parentes, quam pueros punire voluit; parentes enim filiis instillabant suam idolatriam, et contemptum veri Dei, ejusque Prophetatum.

Neque dicas, prorsus gratis asseri, hos pueros à parentibus instigatos fuisse ad illudendum Prophetæ. Nam ratio hoc dieendi est, quia civitas illa, unde haec multitudo puerorum egressa est, plurimis abundabat idololatris, qui veram religionem contemnebant, ac proin validè verisimiliter insultabant his qui alienam profitebantur religionem, et illis maximè, quos impensis videbant pietati servire, quorum è numero Elisæus erat. Cum ergo id ferat natura rerum, ut parentes liberos suos moribus suis imbuant, et liberi parentum exprimant mores, omnino credibile est, pueros illos exemplo et monitis parentum ad illudendum Prophetæ incitatos fuisse. Certè hoc est communis sententia interpretum, quibus etiam Patres adstipulantur. Sic S. Justinus M. (vel quisquis est auctor antiquus Questionum ad orthodoxos) ait, quest. 80 : « Itaque non est Propheta (Elisæus) culpandus propter severitatem. Cum enim compriisset, patientiam non præbere peccantibus sensum peccati, tuncque voces illas, quas dicebant pueri, Prophetam contumeliam facientes, à parentibus suis, qui semper infensi fuerant Prophetis, didicissent propterea occasione puerorum castigavit parentes, ut discere non astigere contumeliam Prophetas, et per eos Deum. » Similiter S. Augustinus (1) expressè afirmat, pueros illos ex

(1) Sermone 204 de Tempore, nunc. 41, in Appendice editionis operum S. Augustini Maurianæ, ubi haec crisi Maurianorum additur : « In appendice nunc prima (hic sermo) collucatur. Dubius (an ad genuina S. Augustini opera hic sermo pertinet) à Lovaniensibus, à Verlinio et Vindingo suppositus putatur. « Videbat nobis (id est, Maurianus) ad Casarium pertinere. Confer ejus hom. 44, inter editas à V. C. Bałuzio. » Casterium, etiamsi ille sermo 204 de Tempore non esset D. Augustini, sed Casarii Arelatensis, qui cum S. Augustino secundo, quinto floruit, magna tamen foret auctoritatis. Porro, ne, queso, eruditus lector miretur, quod dictam homiliam decimam quartam inter editas Parisiisan. 1669, à Stephano Balluzio, non inventat in aliis editionibus Homiliarum Casarii Arelatensis. Testatur enim ipso Balluzius in Praefat. quod haec 14 homilia nondum sint typis impressæ. Verba ejus sunt : « Casarii Arelatensis episcopi homiliae non uno omnes tempore editæ fuerint, sed diversæ, prout eas doctorum virorum industria eduxit et penetrati antiquitatis. Nunc denum nos quatuordecim vulgamus, quae nondum prodierunt, descriptas ex pervelusto codice MS. quem nobis pro sua humilitate et amicitia nostra subministravit vir clarissimus Petrus Carevius Bibliotheca Regis prefectus. » Continet hic regius codex quamplurimas Casarii homiliae, omnes editas, præter istas quatuordecim. Porro, in laudata homilia decima quarti Casarii de illo Elisei facto ita loquitur : « Hoc etiam et de beata Eliseo sentire debeamus» cui cum luxuriantes pueri

Instigacione parentum suorum Eliseo illusisse. Quia autem hic locus Augustini tam veterum Manicheorum, quam nostrae etatis incredulorum objectionem contra memoratum Eliseei factum distincte confutat, totum illius contextum hic adducendum censi. » Cūm divina lectio, inquit, legeretur, audivimus, quod præterreente Eliseo pueri irridentes clamaverunt: *Ascende, calve.* Ob quam rem, orante Eliseo, egressi sunt duo ursi de saltu, et laceraverunt quadraginta duos pueros. Inimici Dei et hostes animæ suæ immundissimi Manichæi, qui Scripturam veteris Testamenti non solum recipere nolunt, sed etiam rabido ore blasphemare prassunt, solent dicere: Quæ fuit tanta crudelitas in Eliseo, ut propter jocularia verba infantum, quadraginta duos pueros fecerit lacerari? Et idēo qualiter eorum insanitatem respondendum sit, breviter charitati vestræ suggeremus. Tempore illo, quo beatus Eliseus in Iudeæ fuit, tam ille quam reliqui Prophetæ, non solum non honorabantur ex maximâ parte populi, sed etiam irrisui et opprobrio habebantur..... Nam in illo tempore sancti Prophetæ ita in grandi contemptu et opprobrio habebantur, ut etiam beato Eliseo, qui tanta miracula faciebat, sicut supra diximus, pueri indisciplinati clamarent: *Ascende, calve; ascende, calve.* Quam rem etiam parentibus suis instigantibus (N. B.) fecisse credendi sunt. Manifestè pueri illi non clamarent, si hoc eorum parentibus displiceret. Dolens ergo B. Eliseus de interitu populi, imò sanctus Spiritus per B. Eliseum volens reprimere superbiam Iudeorum, fecit venire duos ursos, et laceraverunt quadraginta duos pueros; ut percussis parvulis majoribus recipenter disciplinam, et mors filiorum fieret disciplina parentum, et Prophantem, quem mirabilia facientem nolbant amare, discerent vel timere. » Ille usque S. Augustinus, vel Cæsarius Arelat., aut aliud quicunque pervetustus et præclarus scriptor.

66. Quæres LX: *Num ex illis Elisei verbis, 4 Reg. 3, 15.*: « Nunc autem adducite mihi psalmem; cūmque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, » Spinoza rectè probet, *Prophetas in prophetando variasse pro varia et diversa dispositione temperamenti corporis sui et imaginationis sua?* Antequam respondeam, juvat recitare ipsa Spinoza verba (1) adducentis in sententia sua patrocinium ipsum hoc Elisei exemplum: « *Revelatio, inquit, variabat in unoquaque Prophetæ pro dispositione temperamenti corporis et imaginationis.* Si enim Prophetæ erat hilaris, ei revelabantur victoriæ, pax, et quæ porrò homines ad laetitiam movent. Tales enim similia sepius imaginari solent. Si contra clamarent: *Ascende, calve; ascende, calve,* Spiritus sanctus, qui in ipso habitat, imperavit ut ascenderent duo ursi, et lacerarent quadraginta et duos pueros.... idēo pauci percussi sunt ut plurimi sanarentur. Ut quia Prophetas Iudei non solum contenebant, sed etiam irridebant, tali plaga percussi agnoscunt potentiam Spiritus sancti.... Si ergo hoc Spiritus S. operatus est, nefas est beato Eliseo aliquid impetrare, quia et revera tantam potentiam solus homo sine Spiritu S. habere non potuit. »

(1) In Tractatu Theologico-Politico, c. 41.

• tristis erat, bella, supplicia, et omnia mala ei revealabantur: et sic, prout Prophetæ erat misericors, blandus, iracundus, etc., eatenū magis aptus erat ad has quam ad illas revelationes. Hoc constat ex isto casu Elisei, 2 Reg. 3, 15, qui, ut Joram prophetaret, organum petiti, nec Dei mentem percipere potuit, nisi postquam musicæ delectatus fuit; tum demum Joram cum sociis latè prædictit, quod antea contingere nequuit; quia regi (Israelis) iratus erat, et qui in aliquem irati sunt, apti quidem sunt ad mala, non vero bona de iisdem imaginandum. »

Verum abscis hic Spinoza naturalismus, qui naturam id donum Prophetiae tribuit, quod Deo unicè adscribi debet. Prædicuntur enim à Prophetis, et sepissime ab iisdem predicta sunt futura contingentia, quæ cum rerum naturâ, cum dispositione temperamenti corporis et imaginationis Prophetæ nullam habent connexionem, sed à Dei solius nutu et causarum liberarum arbitrio dependent. Ad hanc divinitatem concessam futurorum notitiam pertinet et praesens casus. Cum eosanè, quod hoc loco prædictit Eliseus, nullum habet nexum musica, quæ attentum quidem reddere valet hominem, et animo sedatum, neutiquam Prophetam. Nam negari quidem non potest, musicæ magna esse vim in flectendis, domandis, aut mutandis affectibus. Unde teste Cicerone (1), solebant Pythagorei mentes suas à cogitatione intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem reducere. » Et forte hic animus Prophetæ Elisei distractus aut commotus per modulamina musicæ in ordinem fuit redactus, et attentior tantò redditus ad inspirationem divinam. Et Deus ipse persæpè rebus naturalibus, tanquam suis creaturis, harumque actionibus, passionibus, motibus uitio pro liberrimo suo arbitrio ad executionem sue voluntatis. Sic concessero facilè, animum Elisei ob perversos Joram regis Israel mores turbatum, aut etiam iratum, modulaminibus harmonicis fuisse mitigatum. Sed nondum haec sufficiunt ad prophetiam, non ad predictiōnem futurorum, qua à Dei et causarum liberarum arbitrio dependent, vel cum causis naturalibus secundum communias naturas leges nullum prorsus habent nexum, qualia fuerunt tum aquæ sine pluvia, tuta Victoria de rege Moab ab Eliseo promissæ, et post promissionem recipere subsecuta. Audiamus hæc de ipsis textum sacram, 4 Reg. 3, 15, 25: *Cumque caneret psaltes, facta est super eum (id est, super Eliseum) manus Domini, et ait: Hæc dicit Dominus: Facite alveum torrentis hujus fossas et fossas. Hæc enim dicit Dominus: Non videbitis ventum, neque pluviam; et alveus iste replebitur aquis (hoc est, facite multas scrobes et fossas in toto hoc loco, in quo solet torrens decurrere, et absque vento vel pluvia Deus aquas de thesauris suis promet, et per alveum torrentis effundet), et bibet vos et familiæ vestræ et jumenta vestra. Parumque est hoc in conspectu Domini; insuper tradet etiam Moab in manus vestras..... Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet, et ecce, aquæ veniebant per viam Edom, et*

(1) Tusc. 4, quest. 50, 4.

repleta est terra aquis..... Porrò, consurgens Israel, percutiit Moab... Venerunt igitur qui vicerant, et percusserunt Moab, id est, Moabitas.

Itaque nequaquam subsistit suppositum Spinozæ, Prophetas pro vario corporis temperamento ad has magis quam alias revelationes fuisse aptos. Nam quæ à solius Dei vel liberarum causarum arbitrio dependent, aut nullum prorsus cum naturalibus causis nexus habent (qualia tamen sæpemnèrè prædicterunt Prophetæ), illa hoc ipso neque cum temperamento corporis Prophetæ, neque cum hujus imaginatione connexionem habent. Dein haud rarò Prophetæ vaticinia sua tristi sunt exorsi comminatione aut lamentis, sed letissimas subnexuere rerum vices (1). Unde absurdum id in Spinozæ sententiâ sequeretur, temperamentum mutasse eos unicâ sèpè horâ.

Corollarium. Ex hactenus dictis etiam patet, quæm ridicula et male fundata sit Spinozantium opinio, qui prophetiam deducunt ex atomorum confluxu et cum animâ communicatione; vel Platonizantium insana mens, qui effectum vaticinii mirabilem adscribunt anima mundi intelligenti, cuius *ἀπότομα* seu velut abstracta quedam particula sit hominis anima per musicam excitata, et subtilitate suâ res futuras prævidens. Taceo eorum ridicula somnia, qui volunt, animam musicæ beneficio cœlestium corporum harmoniâ illectam è corpore expatriari, et futurorum cognitione saturam redire in corporis carcere, eumque agitare et quatere. Somnia, inquam, nullo nixa fundamento, derisione quæm refutatione digniora. Manet igitur hoc inconcussum, prophetiam illam Elisæi fuisse omni musicâ longissimè superiorem, qua solum adhibita fuit, ut sono suavi et harmoniâ musices animum Elisæi nonnihil indignatione in regem Israel commotum colligeret, sedaret, eumque in Deum orando sustolleret, et ad recipiendam à Deo prophetiam disponeret, ut S. Gregorius (2) eleganter docet. Animus enim effervescentis aut commotus non erat aptus S. Spiritus afflatui excipiendo, qui affectus quiescentes, ac nullâ perturbatione agitatos requirit. Porrò, psaltes ille, qui suo cantu excitavit spiritum Elisæi, et ad excipiendum divinum afflatum aptè dispositus, ait Theodoretus (3),

(1) Vide Isa. cap. 50, Daniel. cap. 9, Osee. c. 13. Porrò de hac re etiam Cornelius à Lap. in 4 Prophetas majores disserit canone 12 inter canones *Prophetis faciem præferentes*.

(2) Homil. in Ezechiele, ubi ait: « Cum eum (i. c. Elisæum) Josaphat (qui cum rege Israel, et rege Edom adversus Régem Moab tunc egrediebatur) de futuriis requirebat, et prophetia ei Spiritus decesset, psalmi fecit applicari, ut prophetice ad hunc Spiritum per laudem psalmodie descendere, atque ejus animum de futuriis repleret. Vox enim psalmodie cum per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotentem Dominum ad cor iter paratur, ut intentæ menti vel prophetice mysteria, vel compunctionis gratiam interfundat. »

(3) In l. 4 Reg. quest. 11, ubi ait: « Divinissimus David... sapienter ordinavit munus ac ministerium sacerdotale, et sacerdotes quidem convenienter legi Mosaicæ jussit uti tubis; levitas autem citharis et tibiis et cymbalis et aliis instrumentis. Utebant autem ipsi spirituali Davidis modulatione. Ex iis unum

fuit levita, qui Psalmos pios à Davide compositos psaltere solebat, quibus valde verisimiliter ipse Prophetæ preces et pia suspiria admiscuit.

67. Quæres LXI: *An Prophetæ Elisæus ab errore et scelere excusari possit, dum, 4 Reg. 5, 18, 19, Naaman Syro concessit, ut comitando dominum suum regem Syriae coram idolo Remmon adoraret? Antequam respondeam, observo deistas, hunc in modum nobiscum cavillari. Naaman, inquit, Elisæus Prophetæ loc. cit. casum, quem vocant, conscientia proposuit: an scilicet, cùm dominus suus rex Syriae innitens brachio suo idolum Remmon adoraret, liceret sibi unâ cum rege flectente inclinari et provolvi? Respondit autem, aiunt, Eliseus, quod *laxissimus theologorum moralium non respondisset*: Poneret hanc curam; neque ideo deinceps sollicitus esset. Cùm enim Naaman ad Eliseum dixisset: « Hoc autem solum est, de quo deprecariis Dominum (Deum) pro servo tuo, quando in greedietur dominus meus (rex Syriae) templum Remmon, et illo innitente super manum meam si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignorasc mihi Dominus (Deus) servo tuo pro hac re, Propheta dixit ei: *Vade in pace.* » Numquid, inferunt irratores S. Scripturae, spirans imago penitentis simulati et indulgentis confessarii hic unâ exhibetur? Nempe apertissimè sibi contradicunt scriptores Canonicæ; et cùm alias tanto ardore, omnem speciem idololatriæ detestentur, licet eam laud secuæ ac civilem ceremoniam omni criminè absolvant. Ita increduli vehementiæ magnâ. Verum audiat et altera pars. Itaque*

Resp. et dico, Eliseum non concessisse, neque Naaman postulasse licentiam adorandi, aut saltem simulandi adorationem idoli, sed solum cum rege ingrediendi templum idoli, comitando illum, et ibidem coram idolo flectentem sustentando inclinato corpore, quod erat actus muneris sui et politicæ observantiae, non sacræ ceremoniae, et ideo non erat simulatio adorationis idololatriæ, neque actio per se mala, praesertim quia adstantes sciebant Naaman utpote ex idolatriâ ad verum Deum iam conversum id non facere intentione idolum colendi, sed unicè obsequium politicum vi muneris sui regi præstandi, ut ex dicendis magis patet. Sensus ergo verborum Naaman ad Prophetam, ut Cornelius à Lap. ait, fuit iste: « Peto, 6 Elisæe, facultatem, ut curvante se rege im templo Remmon, ad idolum hoc adorandum, liceat, et mihi regem sustentanti curvare me, non ad adorandum Remmon, sed ad hoc obsequium et servitium regi meo præstare, ad quod ex officio meo teneor tam in templo quæm alibi, ne gradu et dignitate apud regem excidam. Rex enim solet inniti super me; quare quocumque ipse se flectit et verbit, ego pariter me vertere et flectere debeo. » Ex his patet, verba illa

jussit accersiri Prophetæ (Elisæus). Illo autem psalente, quod erat agendum, significavit gratia Spiritus. In torrente enim jussit fossas fodri, ut procul illato fluente, aquâ implerentur fossæ, et exercitu usum exhiberent necessarium. »

Naaman loc. cit. ad Eliseum dicentis : *Si adoravero in templo Remmon, non intelligenda esse de adoratione idoli, seu propriè dicta et religiosa (sic enim fuisse impia et idolatrica), sed solum de adoratione impræcipia, scilicet incurvatione corporis, vel genuflexione obsequii causâ, ut scilicet regem ex officio sibi commissò fulciret et sustentaret in templo, quemadmodum et alibi facere sueverat; quod facere non poterat, nisi, rege genuflectente, ipse pariter genuflectere.* Idipsum etiam patet ex paraphrasi chaldaicâ, quæ ita habet : *Cum intrabit dominus meus in domum Rimon ut adore ibi, et ipse innitus fuerit super manum meam; et incurvare me in domo Rimon, incurvantem me in domo Rimon, ignoscat Dominus servu tuu in re ista.* Alia ergo fuit adoratio regis, alia Naaman ; rex enim propriè adorabat idolum suum Remmon ; Naaman verò adorabat impropriè, id est, curvabat se, ut regi sui se curvanti accommodaret, eumque sustentaret et honoraret. Unde hæc ejus adoratio non erat religiosa, sed politica et civilis ; sicut Abraham, Gen. 23, 7, *adoravit filios Heth*, id est, iis reverentiam exhibuit ; Abigail, 1 Reg. 25, 23, *adoravit*, id est, venerata est Davidem. Taceo alia exempla, in quibus Scriptura verbum adorare adhibet, ubi nullus divinus aut religiosus, sed duntaxat civilis seu politicus honor alicui exhibitus est. At

Dices I. Naaman cooperabatur regi adoranti idolum Remmon ; ergo cooperabatur ejus idololatria. Resp. negando consequentiam. Cooperabatur enim regi ad actionem duntaxat naturalem, scilicet ad curvationem corporis, non autem ad moralem, vel ad intentionem regis, quæ erat curvando se idolum adorare. Sic si Christiana quedam captiva cum suâ dominâ fanum ethnicum ingredieretur ; ibique manu teneret extremam dominâ vestem, ne posset in pavimentum defluere ; atque ita dominâ se inclinante in terram, illa pariter, servitio suo id postulante, sese inclinaret, profectò non peccaret, si non intenderet pér hoc aliquam reverentiam exhibere idolo. Aliam paritatem adhibet Cajetanus. Nobiles, inquit, comitantes suum regem eumtum ad concubinam, non peccant, quia non comitantur eum, ut vadat ad forniciandum et peccandum, sed comitantur eum duntaxat, ut alias comitari solent, honoris et obsequii causâ, eum famuli dominum suum.

Dices II. Naaman dedit scandalum aulicis et aliis circumstantibus ; putabant enim ipsi, eum cum rege adorare idolum Remmon. Resp. : Nullum fuit scandalum, tum quia sciebant Naaman ex officio teneri ad sustentandum regem in hæc corporis curvatione, nec aliud ipsum nisi hoc servitium politicum intendere ; tum quia Naaman publicè abdicaræ idola et profitebatur cultum veri Dei Israelis. Postquam enim eum Eliseus ceptæ in Jordane lotione mundavit à leprâ, Deum Israelis unicum Deum credere se dixit, et à Prophetâ petiti, ut sibi licet, Israeliticâ humo duos mullos onerare, quam secum in Syriam deferret, ad Deum Israelis colendum. Permisit Eliseus, illius fidem admiratus, qui Syria humum sacrificiis Domino offeren-

dit indignam, impuramque, nullamque nisi Israeliticam huic muneri sufficientem putaret. Verba sacri textus, 4 Reg. 5, 14, 19, sunt : *Descendit, et lavit in Jordane septies juxta sermonem viri Dei, et restituta est caro ejus; sicut caro pueri parvuli, et mundatus est. Reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo, venit et stetit coram eo, et ait. Vnde scio quod non sit alius Deus in universâ terrâ, nisi tantum in Israël... obsecro, concede mihi seruo tuu, ut tollam onus duorum burdonum de terrâ; non enim faciet ultra servus holocaustum aut victimam diis alienis, nisi Domino. Hoc autem solum est, de quo deprecariis Domini pro seruo tuo,* etc. Ubi sensus posteriorum verborum est : *Coquende ut possim tollere de terra tuâ tantum quantum possunt ferre duo burdenes, id est, muli ; ut ex ea quasi sanctâ erigam in patriâ meâ altare Deo Israël, quem solum verum esse Deum ex hoc miraculo sanationis mea agnosco, et veneror et amo.* Unde verisimile est, ait Cornelius à Lap. (1), Naaman circum suum altare erexit templum vel sacellum, in eoque cum totâ familiâ sua Deum verum coluisse, ac multos alios ad illum ibi condendum induxisse.

68. Scholion : Singularem hæc de re sententiam tenent Samuel Bochartus (2), Calmetus (3), et non pauci alii, asserentes Naamanum non fuisse veniam deprecatum pro adoratione in templo Remmon in posterum faciendâ, sed ob jam factam et præteritam. Sic enim nodum Gordium uno ictu se scidisse putant huius auctores, omnesque difficultates à deistis, aliisve incredulis hic objectas evitari. Et profectò, si hæc sententia subsisteret, cessarent omnes deistarum cavillationes ad initium hujus questionis à nobis recensitæ. Si enim Naaman post agnitionem et confessionem veri Dei solummodo veniam præteriorum petisset, et Eliseus sic contritum de venia obtentâ fuisse solatus : *Vade in pace, nihil esset, quod deista aut in Naamano, aut in Eliseo hic cum apparentia difficultatis reprehendere possent, ut consideranti facile possit.* Verum hoc non obstante nolim illam Bocharti et Calmeti, etc., sententiam amplecti, eam potissimum ob causam, quia, ut Cl. Ignatius Weitnauer (4) recèt observat, Naaman tam in textu hebreo, quam græco et chaldaic loquitur (5) in tempore futuro : *Adorabo*, inquit, seu *me incurvabo in templo Remmon*. Nam in textu hebreo verbum *תִּקְרַבְתִּי*, quod *incurvabo* significat, incipit à litterâ *Vau*, terminationem autem habet temporis quidem præteriti, sed cum accentu in ultima syllâ ; quod infallibiliter signum est futuri temporis. Similiter in textu græco dicitur in tempore futuro : *Et adorabo in domo Remon*. Nam totus versus ita sonat : *Et de verbo hoc propitiabitur mihi Dominus*

(1) Comment. in 4 Reg. 5, 17.

(2) In Epistolâ suâ, tom. 9, *Geographicæ sacræ*.

(3) Dissertationes prefixa libro 4 Reg., in qua disscutit : *Quid Naaman concedi sibi postularit ab Eliseo, ut coram Remmon esse prostertere liceret*.

(4) In suâ germanicâ versione Bibliorum, in nota ad 4 Reg. 5, 18, adjectâ, p. 200.

(5) Vide Calmet Dictionarium Bibl., vocabulo *Gaver*.

servo tuo, quando ingredietur dominus meus in domum Reman, ut adore ibi, quia ipse requiescat in manu mea, et adorabo in domo Reman quando adoraverit ipse in domum Reman, et propitiabit mihi Dominus seruo tuo pro verbo hoc. Denique etiam textus chaldaeus loquitur in tempore futuro hoc modo : *In re hāc ignoscat Dominus seruo tuo, cūm intrabit dominus meus in domum Rimon, ut adore ibi, et ipse innixus fuerit super manum meam, et incurvavero me in domo Rimon, incurvante me in domo Rimon ignoscat Dominus seruo tuo in re istā.* Vide Polyglotta Biblia card. Ximenii, ex quibus haec descripti. Relicta igitur Bocharti, Calmeti et aliorum in præsenti quæstione sententiâ, nobis sufficit prior responsio num. 67 data et stabilita ac à communî interpretum adoptata. Eam præter plures alias amplectuntur Abulensis, Lyran, Cajetan., Serarius, Sanctius, Cornelius à Lap., Tyrinus, quos si luet, consule.

69. Quæres LXII : « Quomodo (4 Reg. 9, 27) Ochozias dici possit jussu Jehu percussus in ascensu Gaver, que sunt fauces non longe à Jerusalem, cùm tam (2 Paralip. 22, 9) Jehu dicatur *Ochoziam comprehendisse latitatem in Samariâ, adductumque ad se occidisse?* » Ochozias vulneratus est in ascensu Gaver; fugâ tamen elapsus, latuit in Samariâ, ubi comprehensus, et ad Jehu adductus, et occisus est. Vide Menochium (1), aliosve interpres.

70. Quæres LXIII : « Sitne credibile, unicum Angelum (4 Reg. 19, 35) unâ nocte interfecisse 485000 Assyriorum? Item, fucritne iste Angelus bonus, an malus? Et cum non ipsum etiam assyriaci exercitus Principem Sennacheribum occiderit? Denique, cur historici ethnici et profani de stupenda hac strage nîl meminerint? Resp. ad primum. Id nullatenus incredibile est, presertim si Angelorum summam in movendo et agendo celeritatem consideremus. Præterea cum angelica natura potentiam et vires non perfectè perspectas habeamus, hoc ipso imprudentissime negatur virtute angelicâ produci posse effectum, quem ab Angelo productum fuisse, S. Scriptura tot ac tantis Divinitatis notis insignita expressè testatur. Cæterum de modo, quo Angelus interfecit illos Assyrios, sunt diverse explicationes, quas Abulensis (2) accuratè recenset. Tradunt Hebrei, et cum iis Abulensis et Cajetanus, Assyriones ab Angelo igne occulto (quem Josephus pestilentiam vocat) fuisse percussos, neque hanc Hebreorum sententiam SS. Hieronymus et Thomas videntur improbare. Plura hâc de re yide apud Abulensem (3) et Sanctium (4).

Ad secundum resp. : Sitne fuerit Angelus bonus, sive malus, strages illa Assyriorum ab illo certissimè est effecta. Cæterum fucritne bonus, an malus, discors est auctorum sententia. Abulensis (5) bono Angelum, quia Scriptura (6) cum vocat Angelum Domini, censem

bonum fuisse, et quidem Gabrielem, aut Michaelem synagogæ præsidem. Alii putant, tam hunc, quam illum qui primogenitus Ægyptiorum percussit (1), fuisse demonem, ut alibi (2) insinuari videtur, vocari autem illum Angelum Domini, quia Dominus Deus demone utitur tanquam justitiae ministro ad puniendo impios. Neque Patres hâc in re convenienti. Nam Origenes (3) generaliter censem, Deum demonum operâ duntaxat uti, cùm mala in homines immittit. Alii verò Patres plurimi, teste Calmeto (4), crediderunt Deum sapientis usum fuisse bonorum Angelorum ministerio, ut severitatem suam in impios exerceret. Sic S. Ambrosius (5) ait : Angelos genere, cùm à Deo adhibentur penarum et execidiorum ministri. Similiter Theodoreus (6) ait, quandò hæc pœna in Psalmis vocantur *immissiones per Angelos malos*, eos vocari *malos*, non quod mali sint naturâ, sed quod adhibeantur ad mala hominibus inferenda; quod ipsum alibi (7) repetit.

Ad tertium resp. Sennacheribum non fuisse occisum ab Angelo ad inferendam ei majorem pœnam, ut Abulensis (8) luculenter ostendit. Nam Sennacheribus in primis punitus est in damno quod pertulit perditò exercitu : dein in ignominia quam sustinebat in terrâ suâ, cùm iret illuc amissò toto exercitu ferè solus ; imò Hebrei dicunt, tantum decem viros cum eo rediisse. Denique reservatus est ad pœnam duriorē et acerbiorē, utpote occidendum à filiis suis, 4 Reg. 19, 37.

Ad quartum resp. : Falsum est, quod hujus ingentis stragis Assyriorum scriptores ethnici non meminerint, licet mixtis, ut alias solet, fabellis, prout Abulensis (9) eruditè demonstrat. Sic Herodotus singit hunc eudem Sennacheribum, quem dicit fuisse regem Arabum et Assyriorum, in Ægypto à sacerdote Vulcani fugatum, cùd quid effusa subito yis soricium seu murium agrestium pharetras, arcus et habenas omnium militum unâ nocte abedisset. Verba Herodoti (10) sunt : « Cùm Sennacherib, Arabum Assyriorumque rex, cum magnis copiis invasisset Ægyptum, tunc membrorant, sacerdotem consilii inopeps in cœnaculum se contulisse, ibique apud simulacrum complorasse, quanta pati periclitaretur, eique inter lamentationem obrepessisse somnum, et inter quietem visum astare Deum exhortantem, nihil ipsum molestia passurum, si copiis Arabum obviavat iret; se enim auxiliarios ei missurum. His in somniis fretum saecordetum sumptis Ægyptiorum his, qui secum vel lent, castra in Pelusio posuisse, etc. Et cum pervenissent noctu, effusam ipsis hostibus vim agriculum murium, qui illorum tum pharetras, tum

(1) Exod. 12, 29.

(2) Psalm. 77, 49.

(3) L. 8, contra Celum.

(4) Comment. in Psalm. 77, 34. Et in Proverb. 17,

11.

(5) Ep. 34 in Horontiam.

(6) In Psalmum 77.

(7) In Jeremiah 49, 14.

(8) In 4 Reg. 19, quæst. 30.

(9) In 4 Reg. 19, quæst. 32.

(10) In Euterpe 1, 2.

(1) Comment. in 4 Reg. 9, 27.

(2) In 4 Reg. 19, quæst. 29.

(3) Loc. cit.

(4) Comment. in Isaïe cap. 40, 16.

(5) In 4 Reg. 19, quæst. 28.

(6) Isa. 37, 36.

• arcus, tum scutorum habenas obroserunt, ita ut
• posterà die hostes armis exti fugam fecerint multis
• amissis. » Ubi Herodotus pro Judæa substituit Ägyptum, pro rege Assyriorum, regem Arabum et Assyriorum, pro rege Ezechia sacerdotem, pro precibus ab Ezechia ad verum Deum fusis, lamēta apud simulacrum seu idolum prolata, pro vero Deo Vulcanum, pro Angelo exterminatore mures. Berous autem, qui chaldaicam seripst historiam, rem hanc aliter teste Abulensi, loc. cit., narrat. Dicit enim, quod Sennacherib, rex Assyriorum, castrametatus sit in omniem Asiam et Ägyptum; reversus autem à præliis agyptiacis ad Jerosolymam invenerit exercitum, quem ipse Rabsaci dimiserat, in periculo pestilentiae constitutum. Deus enim, ait, morbum populo immiserat.

71. Queres LXIV : *Az omnia quæ 4 Reg. 20, 8, 12, de horologio regis Achaz ægrotantis narrantur, sint verisimilia?* Antequam respondeam, observo, quod auctor des *Questions sur l'Encyclopédie* cuius verba Cl. Bullet, loc. cit., recitat, dicat quidem se non negare miraculum de retrogradatione solis in horologio Achaz, sed certissimò illud credere; attamen varias difficultates, quæ incredibili ad oppugnandum S. Scripturam inservire possent, in medium profert. Ac imprimit ait: *Hoc miraculum debuisse toti orbi terrarum patere, causamque fuisse maxima in eo perturbationis; cum cursus stellarum subito fuerit mutatus, sive omnia calendaria presertim in designandis eclipsibus solaribus et lunari- bus à vero necessariâ aberraverint.* Sed absolutè loquendo necesse non est admittere, quod hoc prodigium totus orbi terrarum observaverit. Nam Vatablus, Paulus Burgensis, et Arias Montanus censem, solam umbram in horologio regis Ezechie retrocessisse, non verò ipsum solem, atque hanc sententiam probabilem putant Emmanuel Sà, Gaspar Sanctius, eamque multis argumentis stabilire conantur Cl. Bullet, loc. cit., et Weissenbach (1); Cajetanus verò cum quibusdam aliis admittit quidem, ipsum solem retrocessisse, sed subito et quasi in momento, et mox iterum ad motum ordinarium rediisse. Suppositâ autem hâc explicatione iterum non sequitur, hoc miraculum ab omnibus, vel pluribus terrigenis observari debuisse; uti expendunt hanc rem facile patebit. Denique, juxta S. Dionysium (2), et Tirinum, comment. in 4 Reg.

(1) Tom. 2. Nov. Form. Theol. Bibl. quest. 39, p. 423, 429.

(2) Epistolâ ad S. Polycarpum, ubi de Apollophane sophista ita scribit: « Cui igitur non colit eum, quem hinc quoque veracriter cognoscimus esse omnium Deum, admirando ejus, à quo cuncta subsistunt, ad mirabilem potestatem? Quandòquidem ab ipso sol et luna, potentia statuque mirabili, simul cum hâc rerum universitate, ad omnitudinem immobilitatem (tempore solem stare jubentis) redacta sunt, neconon ad integrum diei spatium, in iisdem universa signis consisterent; vel, quod amplius est, etiam cunctis orbibus primariis, qui crateros complexu suo continent, more suo gyranibus, ea quæ illorum complexu continebantur (scilicet sol et luna) non una in orbem circumdata sunt » (alludit nimirum S. Dionysius his verbis ad duplicitem illam opinionem circa miraculum solis ad imperium Josue statuit, qua-

20, 9, ipse sol retroactus fuit non in momento, sed motu successivo ordinario, ac proin ita, ut etiam aliae gentes extra Iudeam posite hoc miraculum advertere debuerint, et adverterint, cuius rei non obscura indicia (1) habemus. Inde tamen non sequitur, quod perturbatio in cursu astrorum, aut in calendariis, etc., orta sit. Nam juxta sistema Copernicanum, seu terræ motæ circa solem, tunc cum sole simul totum systema solare seu planetarium, ut vocatur, retrocessit; juxta sistema verò Ptolemaicum et Tychonicum cum sole omnes orbes coelestes cum omnibus planetis et astris retrocesserunt; sicuti stante sole sub Josue steti et luna, Jos. 10, 13 totumque sistema solare, seu juxta Ptolemaicos et Tychonicos omnes orbes coelestes cum suis planetis et sideribus, ut alibi (2) diximus. Suppositâ autem explicatione, quam Abulensis, aliquie

rum una est quod quiescentios tunc sole et lunâ, etiam cetera cuncta coelestia corpora quieverint, seu ut S. Dionysius loquitur, *ad omnitudinem immobilitatem redacta sint.* Aliâ, quod sole et lunâ tunc stantibus, tamen alia coelestia corpora motu solito mota, seu *moto suo gyrata fuerint*: « Quin et alius quidem dies continuatione ferè triplò longior effectus (tempore regis Ezechie ægrotantis), et toto viginti horis universum... motu contrario... admirandis retrogradationibus retrogressum ac reversum sit; vel ipse sol curso suo... motum suum ad decem horas contratum, denuò gradu retrogrado, aliis item decem horis novam quamdam somitam inceduo, repetierit; » (alludit S. Dionysius denuò ad duplicitem illam opinionem, de quâ paulò ante diximus. Quemadmodum enim duplex opinio est circa stationem solis et lunæ tempore Josue, an scilicet omnia alia coelestia corpora simul steterint cum sole et lunâ, an illis duabus stantibus, ipsa continuo perrexerint moveri; sic circa istam retrogradationem solis tempore Ezechie ægrotantibus sunt due opiniones; una, quod alia coelestia corpora simul cum sole regressa fuerint. Alia opinio, quod non omnia, sed quod sol solus *gradu retrogrado* retrocesserit); « Quod utique Babylonis iure merito consternavit, et eos Ezechie, tanquam Deo suppari, similiive, atque hominibus præstantiori, sine pugna subiugit.... Sed omnino dicet Apollophanes, ista minime vera esse; attamen id vel maximè sacris Persarum monumentis celebratur; atque etiamnum Magi triplicis Mythrae sive solis memoriam recolunt; i. e., in historiis Persarum, et memorabilibus scriptis sacerdotum illorum istud narratur, *atque etiamnum Magi*, i. e., sapientes memoriam recolunt solis triplicati, i. e., diei illius tempore Ezechie quasi tam longi, ut sunt tres dies artificiales, sive sol quasi triplices fit in effectu.

(1) Nam in S. Scripturâ, 2 Paralip. 32, 31, mentione fit de legatione principum Babylonis, qui missi fuerant (ad regem Ezechie), ut interrogarent de portente, quod acciderat super terram. Portentum autem hoc non potest esse aliud quām regressio solis, ut communiter docent interpres; nam cædes exercitus Sennacherib posterioris, scilicet ut Cornelius à Lap., Comment. in Isa. 38, 8, ait, secundo abhinc anno contigit. Ergo etiam in Babylonie visa est regressio umbre, orta ex regressione solis; cuius miraculi causam esse in Iudeâ cum Babylonii ex rumore perceperint, eis legatos misserunt, qui eam cognoscerent. S. Dionysius quoque, ut in precedente notâ vidimus, testatur Persas in memoriam tantu prodigiis triplicem solēm celebrare, puta progredientem, regredientem, ac rursus progrediemt.

(2) Scriptura S. contra incredulos propugnat p. 2, sect. 1, quest. 4.

interpretes (1) tenent, eamdem semper habitudo inter solem et reliquum sistema planetarium mansit, ac per consequens nulla perturbatio seu in cursu corporum coelestium, seu in eclipsibus, etc., orta est. Aliud est, si quis teneat alteram opinionem (2), quæ censem, solem solem et lunam tempore Josue stetisse, et solum solem tempore Ezechie retrocessisse, reliqua verò corpora coelestia solitum suum cursum continuasse. Nam juxta hanc opinionem præter miraculum stationis aut regressionis solis, etc., debet admitti aliud miraculum, quo perturbatio ex hac solis lunæque, aut solius solis ab aliis corporibus distractio naturaliter necessariò oritura, impedita fuerit.

Cæterum nostri officii est, ex hoc miraculo tempore Ezechie (sicut ex illo tempore Josue) patrato, agnoscere et admirari Dei ter optimi Maximi potentiam. Miraculum adfuisse negaverit nemo (3) probe

(1) Cornelius à Lap. Comment. in Isa. 58, 8, *Quatuor quintū*. Item Tirinus Comment. in 4 Reg. 20, 9. Petes secundo.

(2) Vide supra notam, col. 431.

(3) Non est audiendus Spinoza, qui in Tractatu Theologico-Politico cap. 2 regressum umbræ in horologio Achaziano, non prodigio, sed casui tribuit. Nubes enim, inquit, è solis regione tum pendebat, hujusque radios exceptos in stylum horologii solaris ita regrebat, ut umbra in oppositum converteretur. Itaque ex Spinoza mente duxafax ad captum vulgi recessit umbra: quia nildam de parellis resciebant illi homines. Ita ille. Verum hæc explicatio imprimitur est contra sensum omnium fideliū et SS. Patrum, qui supponunt, grande hic factum esse miraculum simile illi, quando sol et luna ad imperium Josue steterunt. Vide supra, textum S. Dionysii. Similiter S. Gregorius Naz. diem illum Ezechie miraculo auctum agnoverit oratione 19, in laudem Patris, ubi de sanitate divinitatis illi restitutuā sic loquitur: « Quæ quidem res miraculo illo, quod in Ezechia editum est, meo quidem judicio nequam inferior haberi debet; quem cum in morbum incidisset, et preces adhibuisset, Deus vita incremento donavit; idque per retroactam graduum umbram indicavit. » Et S. Augustinus, I. 21 de Civ. Dei, cap. 8, inquit: « Non autem in divinis libris legimus, etiam solem ipsum et stetisse, cum hoc à Domino Deo petivisset vir sanctus Jesus Nave, donec ceptum prælium Victoria terminaret; et retrorsum redisse, ut regi Ezechie, quindecim anni ad vivendum additi, hoc etiam prodigio promissione Dei significarentur adjuncto. Sed ista quoque miracula, que meritis sunt concessa sacerdotiorum, quando credunt, isti facta magis artibus tribuuntur. » Item Theodoreus, quest. 52 in 4 Reg., de signo Ezechie divinitus dato sic loquitur: « Sol autem miraculum pervasit universum orbem terre. Omnibus enim fuit cognitum, solem retrocessisse. Quonobrem rex Babyloniorum... misit legatos et dona ad regem Judeorum, etc. » Igitur explicatio Spinoze regressum umbræ in horologio Achaziano non prodigio, sed casui tributum est contra sensum fideliū et SS. Patrum, ac prorsus gratis et sine solidâ fundamento conficta, cum nullum prorsus vestigium de illâ nube vel parelio, de quo Spinoza meminit, seu in S. Scripturâ seu alibi deprehendamus; sed potius ipse rex Ezechie, illum umbræ recessum tanquam *signum* seu grande miraculum petit, et Propheta Isaías tanquam tale promisit, omnibusque persuasum fuit, hoc signum divinitus seu miraculosè datum esse precibus, et ad fidem pollicitationis de restituenda sanitate faciendum imperialum, prout patet legenti sacram textum 4 Reg. 20, 8, 12, qui ita sonat: *Dixerat autem Ezechias*

orthodoxus, sive id factum fuerit in umbrâ duxatax horologii Achaziani, sive in sole ipso, et quidem vel subito, vel successivè et lente retrocedente. Si autem curiosius scire aves determinatum modum, quo hoc miraculum patratum est, audi D. Chrysostomum, in Psalm. 138, de mirabilibus Dei operibus ita loquenter: « Quomodo autem factum est, volo scire, imo verò nec volo quidem scire modum, neque enim (solum) potest fieri, sed factum credo; eum autem qui fecit, adoro. Plurima enim ejus facta sunt occulta et arcana.... Naturæ enim rerum semper est Dominus, qui fecit naturam, non ut producat quæ non sunt, sed ut mutet. » Haec tamen ignorantia docta non impedit, quominus nobis licet dicere, potuisse hoc miraculum fieri hoc illo modo, suspensus his illis naturæ legibus, salvâ semper libertàm Dei voluntate, et sapientissima, quæ infinitis agere potest modis, omnipotentiâ.

72. Memoratus Encyclopædista aliam quoque difficultatem de horologio Achaziano in medium proferit his verbis: *De hoc horologio multam disputatum est. Erudit̄ demonstrārunt, quid Judæi ante captivitatem babyloniam (miraculum horologii Achaziani multis annis ante hanc patratum est) nullam notitiam sive de aliquo horologio, sive de gnomone habuerint..... Notum est, quid ii in suâ lingua ne quidem vocem habeant, quæ horologium aut gnomonem.... significet; et in textu libri Regum horologium regis Achaz hora lapidis vocatur. Resp., et quero ex Encyclopædistâ, quid per hæc verba probare intendat? An quid tempore regis Achaz nullum in Judæâ et ne quidem in aula regiæ horologium aut gnomon fuerit, adeoque quid regressus umbræ in horologio Achaziano sit conflictus. Verum sic manifeste non solum S. Scripturæ, sed sibimet ipsi contradiceret, cum ipsem protestetur (1), se miraculum de retrogradatione umbræ in horologio Achaziano firmissime credere. Itaque ut contradictionem evitet, debet nobiscum dicere, defuisse quidem tunc Judæis appellationem et vocem *horologium*, non autem ipsam rem, præsentim in aula; quod è Chaldaea, vel Ægypto, ubi jam tum horologia solaria (2) vigeabant, afferebantur.*

ad Isaiam: Quod erit signum, quia Dominus me sanabit; et quia ascensurus sum die tertii, templum Domini? Cui ait Isaias: Hoc erit signum à Domino, quid facturus sit Dominus sermonem, quem locutus est: Vis, ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: Facile est umbram crescere decem lineis: nec hoc volo ut fiat; sed ut revertatur retrorsum decem gradibus. Invocavit itaque Isaias Prophetam Dominum, et reduxit umbram per lineas, quibus jam descendebat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus.

(1) Vide supra ad initium numeri 71.

(2) Equidem sciothericorum seu solarium horologiorum primus inventor perhibetur fuisse Anaximenes Milesius, qui post regem Achaz annis ferè 196 vel 172 vixisse dicitur. Verum Clavius l. 1 *Gnomonem*, pag. 7, ubi de inventoriis sciothericorum horologiorum, eorumque scriptoribus scribit, expressè negat, primum horum inventorem fuisse Anaximenes Milesium, et ait: « Quare rationem hanc horologiorum à primis illis patribus (quod et de aliis scientiis affirmat Josephus in lib. de Antiquitate) originem traxisse cre-

tur; quamvis incertum et inter auctores controversum (1) sit, cuius formæ seu figura horologium Achazianum fuerit. Ceterum ejusmodi horologium aut ars tale conficiendi potuit ex Chaldaæ facile pervenire in aulam regiam Achazi, cuius filius erat Ezechias, 4 Reg. 16, 20. Nam rex Achaz, cum à regibus Israel et Syria Jerusalem obsideretur, auxilium à Teglatphasar rege Assyriorum petiit et obtinuit, 4 Reg. 16, 5, 10. Quà occasione ex fuedere inter Assyrios et Judeos inito, hi facile venire poterant in notitiam construendi horologia solaria, apud Assyrios seu Chaldaeos jam usitata. Quod autem Encylopædista addit, in sacro textu libri Reg. horologium Achaz appellari *horam lapidis*, in hoc decipitur. Nam in textu originali seu hebreo horologium Achaz vocatur *gradus Achaz* תְּלִין, quia scilicet linea in horologio solari designata totidem gradus sunt, per quos umbra velut per scalam successivè ascendit vel descendit. Videtur Encylopædista textum hebreum confundisse cum paraphrasi chaldaicâ, quamvis etiam in hâc horologium Achazi non *hora lapidis* (ut Encylopædista erroneè dicit), sed *lapis horarum* appelletur hoc modo: בְּרַבְדָּלָן אָנָּשׁ שְׂדֵה שְׁמֶשָׁא לְהֹדֵה קְדֻם וְאַתָּה בְּסִקְנָה תְּלִין שְׁעִיר בְּנֵי אָנָּחַ, Et oravit Isaia Propheta Dominum, et reduxit umbram per figuram lapidis horarum, quibus descenderat in ascensu sol Achaz retrorsum decem horis.

73. Porro idem Encylopædista ita pergit: « Sed præcipua questio est, quâ ratione rex Ezechias possessor hujus horologi solaris dicere potuerit: *Facile esse, umbram crescere decem lineis*; cùm tamen æquè difficile sit umbram contra ordinarium naturæ cursum sive antrosum crescere, sive retrorsum moveri; unde ista propositio Prophetæ: *Vis ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus?* æquè heterocita et inepta fuit, ac responsio regis.... Rex et propheta hæc habent ambo in crasso errore. » Resp.: Ex hâc Encylopædista instanti plus non sequitur, quâm quôd rex Ezechias in rebus mathematicis parvum fuerit versatus (quod utique concedi potest), et juxta opinionem vulgi putaverit, facilis esse umbram secundum coptam jam viam antrosum moveri, quâm contra ordinarium morem retrorsum verti. 2° Ad summum sequeretur, quôd et rex petierit, et Propheta promisit motum umbra non subitum et velut momentaneum (æquè enim difficile vel miraculosum est, umbram momentaneæ decem lineis crescere, quâm reverti), sed successivum. Tunc enim omnino verum est, quod rex dixit, scilicet facile seu naturale esse, quôd umbra decem lineis successivè crescat, sed difficile, i. e., contra consuetum naturæ ordinem est, quôd revertatur retrorsum decem gradibus. Unde Cl. Weitenauer, in Isa. 38, 8,

diderim, eamque sensim ad Ægyptios, ab his ad Gracos, à Gracis denique ad Latinos pervenisse. (1) Vide Calmetum in Dissertatione de retrogradatione sois in horologio Achaz, præfixa ejusdem Commentario in i. 4 Reg., aut ejusdem Dictionarium Bibl. verbo *Horologium*.

concludit, et regem et Prophetam non momentaneam sed successivam mutationem umbræ intellexisse. Idem auctor ibidem cum aliis (1) contendit, *decem lineis seu gradibus*, quibus regressa est umbra, non designata fuisse totidem horas, sed tantum totidem semihoras. Sic enim omnia de hoc miraculo retrocedentis umbræ facilius explicantur. Verum satis de his.

74. Quæres LXV: « Quomodo concordat illud (4 Reg. 25, 7): *Vinat* (Nabuchodonosor rex Sedeciam) *catenis, et adduxit in Babylonem*, cum illo (Ezech. 12, 13): *Non videbit* (Sedecias) *terram Chaldaeorum*. At Sedecias adductus Babylonem non vidit terram Chaldaeorum? » Resp.: Utrumque est verum. Nam in Babylonem abductus est Sedecias, regemque Nabuchodonosorem vidit in Reblatâ, prout ei prædictis Jeremias (2). Neque tamen vidit Babylonem, quia eò ingressus non est, nisi effossis prius oculis (3). Narrat Josephus (4), Sedeciam regem, postquam Jeremias prædictisset, adductum illum iri in Babylonem, cùm hîc duo pntaret simul conciliari non posse, utrumque vaticinium et Ezechielis et Jeremias contempnisse. Sed reverâ, ut vidimus, Deus utrumque vaticinium complevit.

SECTIO II.

DE DUOBUS LIBRIS PARALIPOMENON.

Geminos Paralipomenon libros unâ contextus serie jungebant olim Hebrei; hodiè verò in Bibliis proximo nostro eos distinguunt; fors tñd, ut concordanteris, quas à Latinis accepérunt, cõmniōde uti possint. Totum opus inscribunt Dibre Haïamim, i. e., *Verba diorum*, quasi dictis diariis sive chronicon res gestas per singulos dies, i. e., per singulâ temporâ et secula breviter enarrans. Spectari enim hi duo libri possunt velut brevis quedam epitome universalis historiæ ab Adam usque ad finem captivitatis Babylonice; præcipue verò videntur comprehendere esse annalium, qui frequenter in LL. Regum (5) citantur hoc modo: *In libro verborum diorum regnum Juda, vel Israel. Nos ambos illos libros græco vocabulo à 70 Interpretibus accepto παραλιπόμενα appellamus, h. e., prætermissa, quia quedam in iis supplentur, que in præcedentibus Scripturæ libris, præsertim Regum, prætermissa sunt, vel non nisi leviter tacta. Præcipuus tamen auctoris horum librorum scopus non è spectare videtur, ut supplementum ceterorum S. Scripturæ librorum daret; sed potius, ut sub ipsis legentium oculis exhiberet, quis olim ante captivitatem Babyloniam familiarum status fuerit, quæ hereditas, quæ munera, genealogie, familiæ, et ordines sacerdotum et levitarum; res enim erat maximi post captivitatem momenti, ut singulus vetus ordo, prima munera et avita*

(1) Tirinus, Abulensis, Sanctius, Menochius.

(2) Cap. 34, v. 3, et cap. 39, v. 5, 8.

(3) Jerem. 39, 7, et cap. 52, 11.

(4) L. 10 Antiq., cap. 11.

(5) 3 Reg. 14, 19. Et 15, 7. Et 14 Reg. 1, 18. Et 18, 23, ac alibi saepius.

hæreditas juxta veterum tabularum normam constat-
rent. Denique si petas, quisnam libros Paralipomenon
composuerit? Resp.: Auctor est incertus. Alii Esdræ
tribuant, alii Jeremias; certi nihil habetur ex Scrip-
turâ. Verosimilior tamen est sententia, quod Esdras
ex publicis annalibus sive diariis eos divino dictante
Spiritu conscripsierit, quibus tamen posteriores Pro-
phetæ aliqua addiderunt. Sie genealogia Zorobabelis
ad 12 usque generationem (1) deducta, ab Esdrâ
prius mortuo, scripta esse non potuit, cum duode-
cim generationes sanè spatiū, ut minus, 300 an-
norum exigant.

CAPUT PRIMUM.

De libro I Paralipomenon.

75. Quæres I: « An chronotaxis regum Juda in LL.
• Regum et Paralipomenon ubique concordet? Item
• an LL. Paralipomenon etiam cum aliis historicis V.
• T. libris consentiant? » Resp.: Ad utrumque quæ-
sum affirmativè. Et quidem concordant chronotaxeos regum Juda in libris Regum et Paralipomenon,
in schemate accuratè exhibet Hermannus Goldha-
gen (2). Quomodo verò sibi respondeant anni regum
Juda et anni regum Israel, idem auctor (3) cum Cal-
meto (4) et Xav. Widenhofe (5) exhibet in tabula
chronologicā generali historiae Biblicæ.

Ad ostendendam verò librorum Paralipomenon con-
sensionem cum aliis historicis V. T. libris præcla-
ram exhibet & παραλιπομένων tabellam Rondet (6), et
nos ipsi cum Tirino (7) et aliis interpretibus eandem
consensionem in sequentibus QQ. ostendemus.

Ceterum cum Calmeto (8) præviè observo, audi-
cia esse nunquam fereude, si quis de rebus longa
ætate remotis, et exploratæ aliqui auctoritatib[us] (qua-
lia sunt gesta in LL. Paralipomenon, vel in aliis S.
Scriptura libris relata) dubitare aut iudicium ferre ex
arduis nonnullis occurribus difficultibus presump-
serit. Dolenda profectò res! Cùm de sacris Scripturis,
rebusque ad religionem pertinentibus agitur, increduli
nihil indulgendum arbitrantur. Levissima queque
argumenta, et quidquid tandem fuerit, quo religione
invidia eretur, illud tanquam maximi momenti im-
becillæ illæ mentes terret; cùm aliqui nullo solidis-
simo pro religione adducto argumento moveantur.
Libros et historias profanas, quas in rem suam esse
putant, facile omnes suscipiunt; cùm verò de sacris
libris suscipiendis agitur, res est argumentorum va-

(1) 4 Paral. 3, v. 49, etc., ubi duodecim generatio-
nes exprimuntur his nominibus: Zorobabel, Anna-
rias, Phaltias, Hieseias, Raphaia, Arnan, Oldia, Seche-
nias, Semeia, Naaria, Elienai, Oduia.

(2) Introduct. in S. Script. p. 2, num. 79.

(3) Ibid., p. 3, ad finem.

(4) In dictionario Biblico ad finem tom. 2.

(5) S. Script. dogmat. et polem. explic. ad finem
tom. 1.

(6) In Diario Ecclesiastico (Journal' ecclésiastique),
mens. Julio 1763.

(7) Ad finem tom. 2, in Indice apparentium anti-
logiarum S. Scripturae.

(8) Prefat. in LL. Paralip.

lidissimorum armis evincenda, semper enim imponi
sibi aliquid suspicuntur.

76. Quæres II : « Ad quid prosint prolixii nominum
catalogi, et longissimæ genealogiæ l. 1. Paralip.
primis 9 capitibus, et alibi frequenter in Scripturâ
contentæ; cùm tamen Apostolus, 1 Tim. 1, 4, mo-
neat ne intendant homines fabulis et genealogiis
interminatis. Et rursus Titum, cap. 3, v. 9, hortetur :
« Stultas autem questiones et genealogias... devita.
« Sunt enim inutiles et vanæ? » Resp.: Eos, qui no-
minum catalogos in sacris litteris occurrentes con-
temnunt, vocat D. Chrysostomus (1) homines rudes,
ebriosos, et carni viventes, ac planè indignos, quorum
rationes audiantur. « Multarum siquidem rerum, in-
quit, monumenta sunt nomina. » Et alibi (2) : « Sunt,
inquit, homines quidam opifices, qui posteaquam
sacros libros in manus sumpscent, deinde repere-
rint vel annorum numerum positum, vel nominum
recensionem, illicò prætercurrunt, et incusantibus
respondent: Nomina tantum sunt, neque quidquam
habent utilitatis. Quid vis? Deus loquitur; et tu audes
dicere, nulla est dictorum utilitas! » Vana igitur non
sunt, qua in sacris litteris nomina recensentur, suas-
que habent utilitates, finemque sapientissimum. Fa-
tor quidem inutiles esse illas genealogias, quibus
Judaï distinguendis incumbebant. Sive essent illæ,
quas flingebant, dicentes, primo homini duas uxores à
Deo concessas, et ex quâque suam posteritatem pro-
pagatam, ut refert D. Augustinus (3), et D. Anselmus
(4): sive essent fabulosæ apud gentes theogonia, sive
deorum origines, ut D. Chrysostomus (5) arbitratur;
sive denique essent illæ genealogiæ, quas Judei ex
primis Patriarchis Abraham, Isaac et Jacob, non qui-
dem secundum divinas litteras, sed secundum suas
traditiones multis mendaciis corruptas, recensentabat;
partim ut suam doctrinam, et antiquitatem peritiam
vendirent; partim ut suam quisque nobilitatem pre-
ferret, dum se optimâ stirpe satum testaretur; par-
tim, ut veram Christi Domini à Davide genealogiam
adulterarent, atque adeò eum à posteris David, et
quod inde consequitur, à dignitate Messiae exclude-
rent, ut Lyranus interpretatur. Has igitur genealogias
rectè monet Apostolus penitus abolendas, cùm non
solum sint inutiles, sed perniciose. At verò illæ, quæ
in sacris litteris continentur, multum habent utilitatis.
Prima est, ut distincta tribunum memoria conservetur,
et proinde, ex quâ natus fuerit Messias, dignoscatur.
Unde Herodes, qui alienigena erat, gentili de stirpe
natus, ut refert Eusebius (6), postquam regnum fraude
quæsivit, « conscient, inquit D. Ambrosius, lib. 3 in
« Luc., ignobilitatis suæ, ne quâ posteris suis, vel de

(1) Homil. 31 in Epist. ad Rom.

(2) Homil. 2 de verbis Isaiae.

(3) L. 2 contra adversarium Legis, cap. 1.

(4) Comment. in 1 Timoth. 1, 4.

(5) Loc. cit. dicens: « Arbitror autem illum (nempe
Apostolum) hoc in loco etiam gentiles significare
voluisse, cum dicit: Fabulis et genealogiis. Quippe
illi deorum surorum seriem enumerarent. »

(6) L. 1 Histor. Eccl., c. 6.

¶ præscripto veteri questio moveretur, Scripturas eorum (Iudeorum) incidunt: existimans, quod si indicia de publico sustulisset, nullis aliis testimoniosis clarere posset, quis de Patriarcharum, vel proselytorum veterum genere emanaret. Sed, ut pleraque curae humanæ sunt, cognitioni hoc, et indagini veritatis prejudicare non potuit. Itaque genealogias tollebat, quia se alienigenam esse convinci, iis sublatius, non posse putabat. Erant igitur illas genealogias necessarie ad propriam eujusque familiam, ac tribum distinguendam, in gratiam Messiae, ex tribu, unde nasceretur, cognoscendi. Altera ex his genealogiis utilitas est, ut alia mysteria resercent, prout Mendoza (1) ex D. Irenæo, lib. 5, cap. 33, de Genealogia Christi Dei Domini apud Lucam cap. 3, ostendit. Tertia et specialis utilitas nominum et genealogiarum in Paralipomenis contentarum est, ut velut sub ipsis legentium oculis exhibeatur, quis olim ante captivitatem Babyloniam familiarum status fuerit, uti jam supra in prefatione ad LL. Paralip. observavimus.

77. Quæres III: « Quomodo (1) Paralip. 4, 36) Thamma numerari possit inter filios Eliphaz, cum tamen Thamma (Genes. 36, 12) dicatur fuisse Concupinaria Eliphaz? » — Resp.: Eliphaz habuit quidem concubinam, Thamma dictam, sed et filium ejusdem nominis. Nam quamvis Genes. loc. cit. dicitur: *Erat autem Thamma concubina Eliphaz... quæ peperit ei Amalech;* tamen Paralip. loc. cit. Eliphaz in textu hebreo et greco præter filium Amalech dicitur habuisse filium Thamma. Textus enim hebreus ita sonat: *Fili Eliphaz... Thamma, Amalech.* Et simpliciter textus græcus: *Fili Eliphaz... Thamma et Amalec.*

78. Quæres IV: *Quo fundamento, 1 Paralip. 1, 38; filii Seir, i. e., Esau, vocentur Lotan, Sobal, etc.; cum Esau nullos haberet filios horum nominum?* — Resp.: Seir, de quo hic sermo est, fuit alius ab Esau, pater Horræorum, qui ante Esau in Idumæa habitavit, et de quo Genes. 36, 20, scriptum est: *Isti sunt filii Seir Horrei, Lotan et Sobal, etc.*

79. Quæres V: *Quomodo, 1 Paral. 2, 15, David dici possit septimus filius Isai; cum tamen (1 Reg. 16, 41), referatur, quod inter septem filios, quos Isai Samueli stitit, non fuerit David?* — Resp.: Cit. loc. Paralip. non omnes numerantur filii Isai, sed unus prætermittitur ob causam, ut Cornelius à Lap. (2) ait, nobis incognitam, fortè èd quòd octavus genius sit ex concubinâ, vel uxori secundariâ; vel, ut Lyran. Cajet. et Dion. censent, èd quòd Isai unum ex illis octo filium haberet duntaxat adoptivum, non naturale, nimis rūm Jonathan filium Semmae (3), id est, nepotem suum

(1) Comment. in 4 LL. Reg. annotat. 2 procemial., sect. 4, num. 15.

(2) Comment. in 1 Reg. 16, 10.

(3) 2 Reg. 13, 5, dicitur: « Erat autem Ammon amicus, nomine Jonadab, filius Semmae fratris David, vir prudens valde. » Et ibidem, 21, 21: « Percessit autem eum Jonathan filius Semmae fratris David. » Unde Calmet in suo Dictionario Bibl. ita ait: « Simmae, sive Semma, filius Isai, et frater Davidis, pater Jonathan et Jonadab. »

ex tertio filio suo Simmae. Fortè etiam dici posset, ut Tirinus (1) ait, ex octo propriis et naturalibus filiis unum prematur morte sublatum in ipso adolescentie flore, nullà dūm re gestā, quæ memorie mandari mereretur: ac proin cit. loc. Paralip. silentio suppressum fuisse. Ecce quot viae pateant, Scripturam ab antiologiis seu contradictionibus immunem pronuntiandi.

Corollarium. Nulla realis contradictionis est, dūm loc. cit. Paralip. in versione syriacâ et arabicâ octo ponuntur Isai filii, et quidem Elias septimus, et David octavus; contra in textu hebreo et greco, ac in nostrâ Vulgata latâ hoc loco tantum septem ponuntur, et quidem David dicitur fuisse septimus Isai filius. Nimirum in textu hebreo, greco et latino prætermisso est octavus ille Isai filius, de quo paulò ante locuti sumus; hoc autem prætermisso David est septimus Isai filius, et non octavus.

80. Quæres VI: *Quomodo, 1 Paralip. 3, 5, David de Bethsabee quatuor filios natos fuisse dici possit, cum tamen, Prov. 4, 3, Salomon se unigenitum coram matre sua vocet?* — Resp. Salomonem in Proveribus vocari unigenitum, id est, unicè dilectum, ubi ibidem indicant 70 Interpretes hoc modo: *Filius enim fui et ego patri obediens, et dilectus in facie matris;* vel vocatur Salomon unigenitus coram matre sua, id est, dilectus à matre sua, sicut diligi solet unigenitus; quam tamen particulam sicul Hebraei in comparationibus sèpè omitunt. Ceterùm quid Salomon non absolútè dici possit unigenitus fuisse matri sue ex Davide filius, inde pâstet, quia Bethsabee etiam filiolum ex adulterio cum Davide commisso suscepit (2).

81. Quæres VII: *Quomodo illud, 1 Paral. 3, 19: « De Phadaïa orti sunt Zorobabel, et Semei; Zorobabel genuit Mosollam,* concilietur cum verbis Matthœi 1, 12 et 13: « *Salathiel autem genuit Zorobabel; Zorobabel autem genuit Abiud.* » Si enim Zorobabel ortus est de Phadaïa, quomodo poterit simul esse ortus seu genitus de Salathiele? — Resp.: Phadaïa et Salathiel erant fratres, eodem patre Jechoniam geniti (3). Uterque habuit filium Zorobabel nomine. Ille Zorobabel Phadaïa filius genuit Mosollam: alter Zorobabel Salathielis filius genuit Abiud (4). At

Dices: Jerem. 22, 30, Jechonias vocatur *vir steriles*; ergo non potuit esse pater Phadaïæ, Salathielis et aliorum filiorum. — Resp.: Dictus est *vir steriles*, non quia filios non habuit, sed quia nullus illorum patri in regno successit, ut ibidem Prophetæ Jeremias se explicat his verbis: « Nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat supra solium David, et potestatem habeat ultra in Judâ. » Igitur Jechonias solùm vocatur *steriles* respectivè ad filium regem, qui *sedeat super solium David regium*; quod verum fuit, quia nullus ex filiis Jechonias fuit rex Judæ.

82. Quæres VIII: *An, aut quomodo promissio divina*

(1) Comment. in 1 Paralip. 2, 15.

(2) 2 Reg. 11, 27, et 12, 15.

(3) Vide 1 Paral. 3, 17, et 18.

(4) Preter alios interpretes hanc de re vide si lubet, Xax. Widenhofer S. Scriptur. dogmat. et polemic. explicat. t. 1 Comment. in 1 Paralip. 3, 19.

*Davidi, 1 Paralip. 10, 11, 12, facta : Cùmque impleveris dies tuos, ut vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, et stabilitam regnum ejus. Ipse adificabit mihi domum, et firmabo eum solium ejus usque in aeternum, » impleta fuerit; cum tamen Nabuchodonosor solium Salomonis in Sedecia penitus everterit? — Resp. : Deus verbis citatis Davidi revelavit partim Messiam ex ipso nasciturum, partim Salomonem velut hujus Messiae typum. Illic quædam convenientia Messiae etiam litteraliter, ut illud : *Firmabo solium ejus in aeternum*; immo etiam Salomonis non quidem in persona propria, sed in persona Messiae, qui etiam ut homo, et secundum carnem à Salomone, à quo descendit, assumptam in aeternum regnabit; vel etiam solium David aliquo sensu, ut Calmet (1) existimat, firmatum dici potest in aeternum, quia posteri David diu regnum possederunt; quamvis non semper eodem potiti sint. In Scripturis autem in aeternum non semel diuturnum tantummodo tempus (2) significat. Salomonis verò litteraliter conveniunt illa verba : *Ipse adificabit mihi domum*; allegoricè verò Messiae, velut nove Dei Ecclesie fundatori.*

83. Quæres IX : *Quomodo concilietur illud (1 Paralip. 18, 12) : Abisa filius Sarvia percussit Edom in valle Salinarum, decem et octo millia, » cum verbis in titulo Psalmi 59 : Et convertit Joab, et percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia. Si Abisa Idumæam percussit, ergo non Joab. Si hac victoriæ percussa sunt decem et octo millia, ergo non tantum duodecim millia. Aut quomodo ista conciliantur?*

Resp. : Videntur hæc fuisse duæ diversæ victoriae partiales, una totalis; quarum prima ab Isai obtenta, etiam Davidi (3) tribuitur, cæsis in acie octodecim milibus hostium. Sed ut eadem victoria completeretur, residuos fugitivos hostes persecutus Joab dux alterius agminis, percussit duodecim millia, de quibus citatus Psalmus agit; ideo additur : *Et convertit Joab, etc.*

84. Quæres X : *Num credibile sit, quod David Salomonum filio suo ad ædificandum templum, 1 Paralip. 22, 14, legaverit AURI TALENTA CENTUM MILLIA, ET ARGENTI MILLE MILLIA TALENTORUM? Et præterea de cu-*

(1) Comment. in 1 Paralip. 17, 42.

(2) Sic David, 1 Paralip. 15, 2, ait, Deum elegisse levitas ad ministrandum sibi usque in aeternum. Et Ezechiel cap. 27, v. ultimo, de urbe Tyro ait : *Non eris usque in perpetuum*, i. e., in longum tempus, 70 scilicet annorum, post quod rediscibaberis, ut dicitur apud Isaiam, cap. 23, v. 15, etc. Similiter S. Augustinus QQ. in Genesin, quest. 31, tractans illud Genes. 17, 8 : *Dabo tibi et semini tuo terram peregrinationis tue, omnem terram Chanaan in possessionem aeternam*, quæstio est, inquit, quomodo dixerit aeternam, cum Israelitis temporaliæ data sit? Et respondet, esse modum loquendi Scripture, ut aeternum appelleret, cuius regi finis non definitur, quamvis aliquando habitetur sicut finem.

(3) 3 Reg. 11, 15, dicitur : *fecit quoque sibi David nomen, cum reverteretur capti Syria in valle Salinarum, cæsis decem et octo milliis*. Unde Calmet, Comment. in 1 Paralip. 18, 12, loquens de primâ illâ victoriâ ab Isai obtentâ, ita ait : « *Ea sanè ex Regum libris videtur rex ipse (David) huic interfuisse prælio; quare fit, ut velut regi, atque expeditionis principi victoria Abisa illi referatur accepta.* »

multatis à se pecunias reliquerit, 1 Paralip. 29, 4, tria millia talenta auri de auro Ophir; et septem millia talentorum argenti probatissimi, ad deaurandos parietes templi? Num, inquit multi ex philosophis et politicis hodiernis, hac credibilita sunt? Et profectò, ut quidam incredulorum, in toto terrarum orbe non fuit tempore Davidis tanta numerata pecunia quantitas data, quantum is filio suo Salomoni reliquise hic dicitur.

Resp. : Equidem non diffitemur, ingentem et primo intuitu propè incredibilem fuisse Davidis et Salomonis thesaurum, qui cit. loc. desribitor. Certè sola illa centum millia talentorum auri, et argenti mille millia, de quibus in primo citato textu mentio fit, conficiunt, teste Ignat. Weitenauer (1), nostratum florenorum, milliones 3520; juxta Cornelium à Lap. (2) vero ascendunt ad 2400 milliones aureorum francicorum. Unde non pauci, inter quos Mariana (3) et Brerewoodus (4), existimant, talenta à Davide relicta minoris fuisse valoris, quām reliqua quæcumque talenta hebreæ, quorum apud Moysem, aut in aliis Scripturæ locis ante Davidis et Salomonis tempora mentio fit. Verū ejusdem ea fuisse valoris cum priscis illis ante tempora Davidis talentis hebraicis contendunt et probant Villalpandus (5), et Tirinus (6). Igitur quidam alii interpres, teste Bullet (7), aliter respondebant, suspectati, quid in citatis Scripturæ locis thesaurus Davidis et Salomonis per figuram hyperboles sit exaggeratus, adeoque non stricte ad litteram intelligendus. Verū si figura hyperboles adhibetur, non solet poni certus numerus, ac determinatae partes, ex quibus ille constat, prout tamen fit in illis Scripturæ locis. Iterum alii (8) existimabant, cit. loc. S. Scripturæ aliqua mendā per errorē librariorū seu describentium in illis numeros irrepisse. At hæc responsione non de-

(1) Notā additā in Paralip. 22, 14. Item in suo Lexico Biblico: *Talentum*.

(2) Comment. in 1 Paralip. 22, 14.

(3) 12 Tract. de Ponder.

(4) De comparatione veter. et recent. monet. c. 1.

(5) Tom. 3 Apparatus urbis ac templi Hierosolymitan, p. 2, l. 2, disp. 4, c. 33.

(6) Comment. in 2 Paralip. 25, 6. Item ad initium tom. 1 Comment. in S. Scrip. Proprè finem *Prolegomenorum de antiquis ponderibus et monetis*.

(7) *Réponses critiques*, tom. 4, num. 56.

(8) In horum sententiā etiam proponet Cl. Weisenthalbach, qui tom. 2 *Nov. Formæ Theol. Bibl.*, 1, 4, quest. 2, pag. 140 et 141, ita disserit : « *Ego qui summatis res istas transigo, malum dicere, fors menda aliquot (ut ferè sit) in hos numeros irrepsisse. Etsi enim non esset ratio conjectura ejus, et nisi nullus locus, versio nulla, exemplar nullum injiceret suspicionem, ipse numerus duodecim milia centum milliorum Ludovicæorum est aliiquid prorsus enorme; est summa, qualem nemo vidit, et quæ templum ex mero argento possset excitari. Eiusmodi menda, quæ vita librariorū frequentissima sunt apud profanos, non nocent auctoritatē divini codicis; nec ideo conclamatum est de illius integratitate, si semel ac iterum in re prorsus singulari et exotica, quæ fidem vel mores nequam tam tangit, ad lapsum exscribentis configiamus; præsertim cùm in arabicâ versione nonnisi mille talents auri, et mille talents argenti numeremus, Ita illæ,*

hemus ut, quādiū possibile est invenire aliam, ut Cl. Bullet, loc. cit., recte monet.

85. Omisso igitur responsoribus hucusque recentilis, affero aliam, qua est communior interpretum, nominatim Cornelii à Lapide (1), Calmeti (2) et aliorum contendentium, haud esse incredibile, tantum thesaurorum fuisse intra plures regiminis annos, nimirum per diuturnum imperium quadraginta annorum (3) à Davide collectum, si consideremus 1^o tributum subjectarum ipsi gentium; 2^o spolia regum vel hostium ab ipso devictorum; 3^o regni Israëlitici jura et Israëlitarum vectigalia et census persolutos. Sic quisque Israëlitarum pendebat quotannis in usus sacros dimidium sicutum juxta legem Mosaicam, Exod. 30, 13. Quocirca Israëlite etiam extra Iudeam degentes, per totum orbum dispersi, hanc capitacionem quotannis mittabant Jerosolymam, cùmque eorum ingens esset numerus, ingentem conflabunt auri summam, ut Cornelius, loc. cit., probè observat; 4^o mercimonia ditisima cum finitimiis gentibus exercita; 5^o classes in Ophir, unde aurum refrebatur; 6^o rei familiaris parimoniam, cui per ea tempora non privati tantum, sed rex ipse Hebreorum studebat; 7^o denique singularem Dei favorem et providentiam, cui nihil est impossibile, nihil difficile; quare ei facile fuit omnem hanc divitiarum copiam Davidi suggerere ad fabricam tam magnifici templi; unde ipse volens templum hoc à Chaldais exustum restaurari per Zorobabel et Iudeos pauperes, eos ad fabricam animat per Prophetam Agagæum, dicens Agg. 2, 9: *Meum est argentum et meum est aurum.* Præterea Calmet, loc. cit., aliisque asserunt, haberit exempla non imparium, aut etiam majorum divitiarum Magni Mogolis, regum Persarum, regum Peruvii et Mexici, imperatorum Sinensium, etc., etc., quā fuerint illa Davidis in Scripturā assertae. Sardanapalus quoque rex Assyriæ, auctore Ctesia (in fragm.), in urbe metropoli ob sessus, ingenti accensiā pyrā combussit « centum quinquaginta lectos » aureos, totidem aureas mensas, millionem integrum « talentorum auri, decies totidem argenti, cum vestibus et supellectili alia pretii incredibilis. » Sed et filii suis fugientibus commeatum *trium nullum talentorum auri* dedit. Si hactenū dicta omnia simul spectentur, numquid credibile sit, Davidem per plures regiminis sui annos assertum à sacro codice thesaurum coacervare potuisse? Accedit aliud insigne S. Scripturæ testimonium, quo compertum est, tantum opes Israëlitarum sub Salomone crevisse, ut *argentum in diebus illis pro nihilo reparetur*, 2 Paral. 9, 20. Et tanta esset *copia argenti in Jerusalem, quasi lapidum*, ibid. 27: *Erat autem pondus auri, quod offerebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri; excepta eā summa, quam legati diversarum gentium, et negotiatores offere consueverant,*

(1) Comment. in 1 Paralip. 22, 14.

(2) In dissertatione posita ante ejusdem auctoris Commentarii, in l. 3 Regum.

(3) 5 Reg. 2, 11, ubi dicitur: « Dies autem quibus regnavit David super Israel, quadraginta anni sunt. »

omnesque reges Arabie et satrapæ terrarum, qui portabant aurum et argentum Salomonis, ibid., 13, 14. Fac jam computum, et attende quōd Hebreorum talentum argenti valet 1500 imperiales, talentum aut verò 18000 imperiales. Porrò, si tanta fuerunt opes Salomonis, quidni etiam divitiae Davidis tanta esse potuerint, quante in sacris litteris describuntur? At

Dices: Si tam magna fuerunt Davidis divitiae, quomodo ergo David ait, haec se collegisse in paupertate? Nam ad Salomonem filium suum dixit, 1 Paral. 22, 14: *Ecce ego in PAUPERATE MEA præparavi impensas domus Domini, auri talenta centum millia, et argenti mille millia talentorum, etc.*

Resp.: Ideò David se haec in paupertate suā præparasse dixit, primò, quia haec omnia præ Dei dignitate et majestate erant parva et pauca. Secundò in paupertate, id est, in multo labore et afflictione. Tertiò, quia haec omnia erant Dei; nam David ex se pauper erat, et nihil habebat, nisi quod à Deo accep erat.

86. Quōd si tamen alicui supra allata Cornelii à Lap. et Calmeti responsio de possibiliitate tanti thesauri à Davide collecti non videatur ex integro satisfacere, poterit adhuc aliam, et ad tollendam difficultatem, ut videtur, aptiorem, respensionem in subsidium vocare, quam suppeditat Cl. Bullet (1) hæc de re hunc in modum disserens. « Ad solvendam, inquit, difficultatem, de quā agitur, id tantum supponamus necesse est, quemadmodum Gallis, ita Hebreis quoque monetari species fuisse pares quidem nomine, at valore ac pondere admodum dispare. Quantam in pretio mutationem subière nostri denarii, solidi, librae, thaleri (2)! Quantus foret exterior error, qui si inaudiat, regem nostrum in annos singulos trecentos librarium milliones percipere, substituens in locum moneta fictæ, cui nomen libra (livre) est, ideam rō pondo, sibi persuaderet, annos illius redditus constare sexcentis millionibus marcram argenti, qua argenti vis, si marcam quinquaginta libras (monetarias intellige) valere supponas, summam conficit triginta millionum millionum talium librarium! At verò eodem in errore versantur illi qui, nullā agnitiæ monetæ fictæ specie cui talenti nomine esset, solum pondus talenti apud Hebreos in usu fuisse existimant, atque eā de causâ contendunt, Davidem duodecies mille millions ad construendum templum obtulisse..... Haud equidem negaverim, Scripturam sacram discrimen inter monetam, que talenti nomen habeat, et inter pondus talenti discriminis verbis non expondere. At neque opus erat, expressam mentionem facere de hæc duploci talenti specie apud Hebreos usitatâ; cum res per se sit satis manifesta. Quis enim fieri potuisse credit, ut aliquis Israëlitarum thesaurum duodecies mille millionum accumulet? » Vult nimirum laudatus auctor

(1) Réponses critiques, tom. I, num. 36.

(2) Thalerus gallicus continet 6 libras; libra 20 solidos; solidus 12 denarios.

dicere, per se manifestam esse necessitatem distinguendi duplicum talenti speciem, unam quoad *pondus*, et alteram, quae quoad valorem et pretium multò minor fuerit, *monetariam* in sensu explicato; cum incredibile sit, tantum thesaurum talentorum auri et argenti, si quoad *pondus* spectentur, à Davide collectum esse pro structurā templi. Ceterū apud veteres usitatum fuisse, ut inter geminam illam talenti speciem distinguerent, et talentum quoad *monetam factam* spectatum multò minoris fuisse pretii, quam illud idem quoad *pondus* consideratum, ostendit Cl. Bullet loc. cit., ita pergens: « Græci quoque scriptores nullibi expressam mentionem de dupliciti illâ talenti specie faciunt: et tamen admittendum est, quid apud illos discrimen geminae illius speciei fuerit, nisi concedere velimus, illos res prorsus incredibiles narrasse. Refert Homerus, Iliad. lib. 23, Achilem in ludis funebribus ob defunctum Patroclum institutis primum premium curriculo inter se decertantibus statuisse personam captivam cum tripode aureo; secundum premium sexennem equam uterum gestantem; tertium lebetem quatuor mensuras capientem, album etiamnum, quia nondum igni impositum; quartum duo auri talenta, quæ proin minoris pretii fuerint necesse est, quam lebes ille, vel equa uterum gestans. Unde concluditur, illa non fuisse talenta auri quoad *pondus* spectata, utpote que 27000 libras gallicas (*livres*) confecissent; quod pretium nec lebes, etsi argenteis fuisse ponatur, nec equa uterum gestans ullo modo adæquasset; sed verisimiliter illa duo talenta auri erant monetæ aureæ, *talenti* quidem nomine prædictæ, sed multò minoris pretii, quam essent duo talenta auri quoad *pondus* talia. Plura ejusmodi exempla ex profanâ historiâ idem auctor addit, quibus confirmatur, quid veteres inter *monetam*, quæ talenti nomen habet, et inter talentum quoad *pondus* spectatum distinxerint, quôdque talentum primo modo consideratum multò minoris pretii ac valoris fuerit, quam sumptum altero modo. Denique ad questionem: *Quantus ergo valoris seu pretii totus Davidicus thesaurus fuerit?* iteratò memoratus auctor nihil determinatè respondet, sed contentus se ostendisse, quid illo thesaurus multò minoris fuerit valoris ac pretii, quam si talenta auri et argenti à Davide collecta quoad *pondus*, et non in ratione *monetæ factæ* sumarentur, duntaxat generatim ait: « Tanta fuit summa dicti thesauri, quanta divitiis populi Israeliticî, amplitudini regni Davidis, durationi regiminis hujus regis, ejusdemque proposito (puta, intentioni ædificandi magnificum illud templum Jerosolymitanum) commen-surata erat. »

Corollarium. In sententiâ Bulleti hactenùs explicata non est necesse dicere, quid talentum tempore Davidis fuerit minoris ponderis et valoris, quam ante tempora Davidis, prout aliqui ex supra dictis volunt. Nam Cl. Bullet solum contendit, tempore Davidis fuisse discrimen inter *pondus* talenti, et *monetam*, cui talenti nomen erat, hancque fuisse minoris pretii, quam *pondus* talenti; quæstionem autem et controversiam,

utrum pondus talenti tempore Davidis fuerit idem et aequale illi ponderi, quod ante tempora dicti regis talentum habuit, non attingit.

87. Quæres XI: *Quomodo David totam templi delineationem manu Dei scriptam accepit, prout in Scripturâ 1 Pâral. 18, 19, narratur?* — Resp.: Variae sunt interpretum explicationes, quarum nulla implicat, circa modum quo Deus Davidi descriptionem templi dederit. Verisimilior est explicatio Cajetani, Est., Salian., Calmeti et aliorum dicentium, hanc descriptionem à Deo factam, non fuisse corpoream, sed intellectualem, nimis impressam divinitus intellectui Davidis; ab hoc autem, vel hujus jussu depictam Salomonii datam. Fayet huic expositioni textus hebreus, qui ad litteram ita habet: *Hæc omnia in scripto manus Domini super me, id omne opus mihi significavit*, perinde ac innuere velle, dum in extasis raptus esset, in Domini revelatione *cum manus Dei esset super illum*, viduisse id voluti ante oculos suos delineatum, atque supernaturali afflatum lumine omne opus spectasse, quod deinde graphicè delineandum curarât, ut illud Salomonii exhiberet. Alii putant, Davidem de manu Samuelis, vel propheta Nathan, jussu Dei, templi descriptionem isdem divinitus revelatam acceperisse.

88. Quæres XII: *Quo sensu David senex, 1 Par. 29, 1, Salomonem filium suum jam adultum et regno maturum vocârit adhuc puerum et tenellum?* R. cum Abulensi et Menochio: Rex David jam senex, cùm regnum et ædificationem templi jamjam committaret Salomonis, hunc appellavit *adhuc puerum et tenellum*, non absoluè et simpliciter ratione ætatis (nam vigesimum secundum annum Salomon jam agebat), sed vel comparatione sui, i. e., Davidis, qui septuagesimum jam superabat; vel respectu habito ad magnitudinem operis mox suscipiendo, scilicet regni gubernandi, et templi ædificandi, quod utrumque requirebat hominem omnibus naturæ, artis, doctrine, prudentiæ, experientiæ praesidiis cumulatè instructum. Unde David addidit: *Opus namque grande est, neque enim homini preparatur habitatione, sed Deo.*

CAPUT II.

De libro II Paralipomenon.

89. Quæres XIII: *Quomodo verba illa, Paralip. 1, 15: « Venit ergo Salomon ab excelsô Gabaon in Jerusalem coram tabernaculo feederis, concordent cum verbis illis; ibid., 3: « In excelsô Gabaon erat tabernaculum feederis? Si enim in excelsô Gabaon tunc fuit tabernaculum feederis, quomodo simul potuit esse in Jerusalem?* — Resp. cum Tirino (1) et aliis: Arca tum jam translata erat in Jerusalem, solo tabernaculo in Gabaon adhuc existente, ex quo loco Salomon redibat in Jerusalem. Hinc textus hebraicus loco *coram* habet *de coram* tabernaculo feederis, מִלְבָד אֶחָל מִזְבֵּחַ. Et septuaginta Interpretes verterunt: *A facie tabernaculi*. Aliam insuper responsionem suggestit Cl. Widenhofer (2),

(1) Commentar. in 2 Paralip. 4, 13.

(2) Commentar. in eundem Scriptur. locum.

dicens tabernaculum quidem, prout erat contradistinctum ab Arcâ, tum non fuisse in Jerusalem; attamen ibi fuisse Arcam, quæ quia præcipuum tabernaculi sanctuarium erat pro tabernaculo sumi potest per figuram syncedoches.

90. Quæres XIV: *Quomodo concordent verba, 2 Paral. 2, 2, ubi præpositi operariorū ad structuram templi dicuntur fuisse 3600, cum verbis, 3 Reg. 5, 16, ubi tantum 3500 præpositi numerantur?* — Resp.: Cit. loc. Paralip., sermo est de præpositis tam ordinariis, quam extraordiniariis, qui ordinariis invigilare debebant. Contra in cit. loc. Reg. sermo est de ordinariis solùm præpositis. Nam ex 3600 erant trecenti, qui ipsis præpositis ordinariis præserant, quoque addit et supplet liber Paralip. Ita Vatabl. Cajet. Salian. Cornelius à Lap., aliisque.

91. Quæres XV: *Quomodo concordet locus Scripturæ, 2 Paralip. 3, 1, ubi Salomon dicitur ædificasse domum Domini in monte Moria, cum alio Scriptura loco, Psalm. 77, 68, ubi eadem dicitur ædificata in monte Sion?* — Resp.: Mons Moria est pars montis Sion. Nam in monte Sion David fuit, et in aliquâ illius parte, quæ dicebatur Moria, erat templum exterritum. Et sanè coequatà à Salomone voragine Mello (1), quæ inter montem Sion et montem Moria interjacebat, uterque mons videri unus mons poterat, et qui major erat (nempe mons Sion) alteri communicare suum nomen potuit. Dein non raro in S. Scripturâ mons Sion per syncedochem pro totâ Jerosolymâ sumitur. Vide Lorium (2) et Bonfrerium (3).

92. Quæres XVI: *Quomodo concilietur Scripturæ locus 2 Paral. 3, 4, ubi de templo dicitur: Porro altitudo centum viginti cubitorum erat, cum alio Scriptura loco, 3 Reg. 6, 2, ubi templum duxatæ triconta cubitos in altitudine habuisse legimus?* — Resp.: Nulla hic est contradictione. Nam templum Salomonicum constabat ædificiis velut totidem partibus diversæ altitudinis; ædificium intimum, in quo ministrabatur Deo, complectebatur Sancta sanctorum, et Sanctum seu templum anterius, habens triginta cubitorum altitudinem à pavimento usque ad tectum de trabibus cedrinis. Atque de hac altitudine sermo est in lib. Reg. cit. loc. ut Tirus (4) observat. At præter hoc ædificium erat aliud, quod instar magnæ turris quadrilateræ in ipsa templi fronte (5) assuebat, et hoc habebat altitudinem centum viginti cubitorum, ut in Paralipom. cit. loc. dicitur. Vide Salianum (6), et Calmetum, loc. cit.

Aliam respondemus ad solvendam propositam hic

(1) *Mello* nomen hebreum significat *repletum*. Ille nomen inditum fuit valli profundissime, inter veterem urbem Iebus, sive Jerusalem, et novam à Davide in monte Sion ædificatam jacenti. Hanc vallem agrestâ humo replendam curârunt David et Salomon (3 Reg. 9, 15. Et 2 Reg. 5, 9. Et 1 Paralip. 11, 8), ut in platis cogendis populis complanaretur. Vide Calmeti Dictionarium Bibl. v^o *Mello*.

(2) Comment. in 2 Paralip. 3, 1.

(3) Comment. in Deut. 35, 12.

(4) Comment. in 3 Reg. cap. 6.

(5) Vide Calmet comment. in 2 Paralip. 3, 4.

(6) *Ad annum mundi 3024*, num. 18.

questionem suppediat Cornelius à Lap. (1), et ita ait: « Altitudo templi usque ad primam contignationem, sive usque ad primum tabulatum, erat triginta cubitorum, ut in lib. Reg. cit. loc. dicitur; altitudo vero ejusdem usque ad summam contignationem, sive usque ad summum tectum et pinnaculum, erat centum viginti cubitorum, ut in lib. Paralip. dicitur. Erat enim quasi aliud ædificium supra templum, ubi repositi fuere templi thesauri, donaria, vota, item vetus tabernaculum Moysis, et Davidis altare, etc.; ita Eucherius, Abulensis, et passim interpres. Vide Riberam (2), et Villalpandum (3). Tanta altitudo et moles templi sustentabatur crassis parietum muris, quibus incumbebat. Muri quoque fulciebantur per suas parastadas (vulgò pilasters), et antherides, de quibus vide Villalpan. »

93. Quæres XVII: *Quomodo Hiram rex Tyri 2 Paralip. 8, 18, naves Salomonis in Asiongaber, quæ est (ibid. 17) ad oram maris Rubri, mittere poterit? Aut an naves è portu Tyrio, qui ad mare Mediterraneum situs est, per intermedium terram continentem ad oram maris Rubri devehi poterint?* — Resp.: Non desunt exempla navium ab uno loco in alium dissitum plaustris devectarum. Sic Alexander M., teste Strabone, lib. 16, plaustris Thapsacam diverse magnitudinis naves devenit, ut eas inde Babylonem ducereret, ac postea in Persicum sinum. Sic etiam Mahometes II ab uno ad alterum mare per Corinthiacum Isthmum naves traduxit (1). Quæ et plura similia fieri potuere navium partes plaustris imponendo, et postea iterum contexendo. Igitur rex Hiram potuit hæc ratione mittere naves Salomonis, aut si hoc modo non misit, tamen eas misisse dici potest alio sensu, nempe mitiendo nautas suis, qui ad littus maris Rubri ad usum Salomonis fabricarunt, aut coemerunt naves, et in hæc classe una cum servis Salomonis in Ophir navigarunt. Sidonii enim et Tyrii, qui priui existimantur rei nauticæ inventores, artis nauticæ erant validè periti, et longè peritiores quān Hebrei. Favet huic nostræ responsioni alius S. Scripturæ textus ubi dicitur: *Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber... misitque Hiram in classe illâ servos suos viros nauticos et gnatos maris, cum servis Salomonis*, 3 Reg. 10, 26, 27. Vide Sanctum in hunc locum. Denique tercia responsio est Calmeti et aliorum dicentium, regem Hiram hoc sensu Salomon misisse naves, quod classem, quam in Rubro mari habebat, Salomonis commodaverit, et fortè iter ac navigatione communī sumptu suscepta fuerit; cum aliunde certum sit, quod Hiram classem suam miserit in Ophir unâ cum Salomonis classe, 3 Reg. 10, 22, *quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis*. Unde Calmet in hunc locum Scripturæ sit, liquidò constare classes Salomonis et Hiram è portu Asiongaber in mari Rubro solvisse, atque inde in Ophir contendisse.

(1) Comment. in 3 Reg. 6, 2.

(2) L. de Templo, cap. 5.

(3) Tom. 2, p. 2, l. 4, cap. 42, p. 267.

(4) Vide Calmetum Comment. in 2 Paralip. 8, 18.

94. Quæres XVIII : *Quomodo Hebrei, 2 Paralip.*
 10, 4, coram Roboamo conqueri potuerint de tributorum excessu, à Salomonis impositorum : *PATER TUUS DURISSIMO TUGO NOS PRESSIT, etc.; cùm tamen, ex 2 Paralip.* 9, 20, constet, eam sub Salomonis divitiarum affluentiam fuisse, ut ARGENTUM IN DIEBUS ILLIS PRO NIHILO REPUTARET? Resp. : Quamdiu Salomon manserat Deo fidelis, affluebat divitiae; quandò vero mulieres Deo relicto adamavit, 700 uxores et 300 concubinas (1), divitiae tanto magis sensim imminuebantur, in quantum plures pellicies illæ dissipabantur, atque ut harum expletet cupiditatem, superbiam, domos et fana pro ea-rum idolis construebat, novisque tributiscepit populum opprimere. Nimisrum lascivo amori nullæ divitiae nimis sunt, qui montes etiam aureos conceoquet.

95. Quæres XIX : « Quomodo concordet illud (2 Paralip. 14, 6) : *Nulla temporibus ejus (i. e., regis Asa) bella surrexerant, pacem largiente Domino, cum verbi his illis (ibid., 9) : Egressus est contra eos (i. e., contra exercitum Asæ) Zara athiops cum exercitu suo decies centena milia, et curribus trecentis, et (ibid., 10) Asa perrexit obviam ei, etc.* Numquid tali modo surrexerunt bella temporibus ejus, i. e., Asæ? » — Resp. : Versus sextus loquitur in plus quam perfecto : Nulla... bella surrexerant, nempe ad usque tempus, quo de munierendis urbibus suis agebat, 2 Paralip. 14, 6, 7; at fuerunt bella deinceps. Ideò tam in textu hebraico, quam in græco citato versu sexto dicitur in annis istis. Sicut enim textus hebreus reapsit ita habet : *Adificavit urbes, quia requievit terra et non cum eo bellum in annis istis, quia requiem dedit ei Dominus;* sic similiter 70 Interpretates verterunt : *Et adificavit urbes muratas in terra Iudæ, et non fuit ei bellum in annis his, quoniam requiem ei dedit Dominus.* Præterea versu primo dicitur : *In cujus (nempe Asæ) diebus quiete terra annis decem,* ibid., v. 1; ergo non semper.

96. Quæres XX : « Quomodo (2 Paralip. 15, 19) salvâ veritate dici possit : *Bellum non fuit usque ad 35 annum regni Asa;* cùm tamen certum sit, quod Zara multis ante annis bellum adversus regem Asa moverit? » Item ; « Quomodo (2 Paralip. 16, 1) veritati consentiat illud : *Anno autem trigesimo sexto regni ejus (i. e., Asæ regnantis), ascendit Baasa rex Israël in Iudam;* cùm tamen Baasa jam ante annum 27 regis Asa (3 Reg. 16, 8) è vivis excesserit? » Resp. : Bellum, quod ad annum 35 regni Asa narratur, numerari debet non ab anno primo regiminis Asa, sed ab anno primo factæ divisionis regni Israelitici à regno Iuda, ut sensu sit : *Bellum non fuit usque ad 35 annum regni Iuda, quod Asa obtinuit.* Similiter Baasa ascendit in Iudam anno 36 regni Asæ, non numerando ab anno primo regiminis Asa, sed numerando ab anno divisi à regno Israel regni Judaici, quod tunc administrabat Asa. Ita interpretes communiter.

97. Quæres XXI : Quomodo (2 Paralip. 21, 12) regi Joram ab Elii litteræ afferri potuerint, cùm hic Propheta sub Jorami patre rege Josaphat (4 Reg.

1, 12) jam in cœlum rapsus sit? » Resp. : Communior est interpretum sententia, Eliam litteras has de Paradise terrestri, vel de loco, ubi adhuc vivens persistit, ad Joram misse per aliquem Angelum in formâ humana compararentem. Alii putant, Eliam has litteras scripsisse, antequam ad cœlum raperetur, jam tun impietatem Jorami spiritu propheticō prænoscentem, easque in Elisæ manus dedisse, qui eas regi Joram suò tempore offerret.

98. Quæres XXII : « Quomodo illud (2 Paralip. 22, 2) : *Quadraginta duorum annorum erat Ochozias, cùm regnare cœpisset, cum illis verbis (4 Reg. 8, 26) : Viginti duorum annorum erat Ochozias, cùm regnare cœpisset, conciliari possit? » Resp. : Cit. locus Paralip. à libraria seu descriptoribus vitiatus est, quod etiam syriacus et arabicus textus ostendunt, qui cit. loc. Paralip. pariter habent viginti duos annos. Dein, si rex Ochozias fuissest 42 annorum quando regnare cepit, esset ante Joram parentem suum biennio natus. Joram enim, cùm moreretur, non fuit nisi 40 annorum, ut Scriptura dicit his verbis, 2 Paralip. 21, 20 : *Triginta duorum annorum fuit (Joram), cùm regnare cœpisset, et octo annis regnavit in Jerusalem... et sepe lierunt eum in civitate David.* Ergo verius est cit. locus libri 2 Paralipomenon. Unde verius mendum irrepsit, explicat Tirinus in Chronico sacro (1) his verbis : « Cùm 2 Paralip. 22, 2 (Ochozias) dicitur fuisse 42 annorum, necessariò videtur mendum isthinc agnoscedum, ex notis numerorum in prioriis hebr. exemplaribus vitiatis, et pro 22, Capit Beth, id est, 22, positum 22, Mem Beth, id est, 42, que note non multum absimiles sunt. » Eodem modo Cornelius à Lap. (2) respondet ita scribens : « Facilius in ephris irrespsit error, ut pro 22, id est, 22, positum sit 22, id est, 42, ait Mariana; nam 2 et 2 characteres sunt affines. Atque hæc videtur origo fuisse mendis... Plura in editione vulgatâ (Scriptura) à Romanis correcta sunt et plura corrigi possent, ut ipsi correctores in prefatione fatentur, atque error in numeris facilè contingit, nec spectat ad fidem vel bonos mores. » Ita Cornelius à Lap.*

99. Quæres XXIII : « Quomodo illud (2 Paralip. 24, 14) : *Cumque complerent omnia opera, detulerunt coronam rege et Joiada reliquam partem pecunia, de quâ facta sunt vasa templi aurea, etc., cum alio Scriptura loco (4 Reg. 12, 15), ubi dicitur : Non siebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini et omne vas aureum, etc., concordet? » Resp. : Initio non siebant, et de hoc loquitur textus posterior; at postquam Complenterent omnia opera (ut in priore textu habetur), de reliqua parte pecunia fiebant vasa templi; cùm nimisrum jam perfectâ omni instauratione templi, deprehensum fuit, ex illâ collatitiâ pecunie partem adhuc superesse. Ita Tirinus (3), Cornelius à Lap. (4), aliique.*

(1) Cap. 29, ad annum Mundi 3151, Ochozias.

(2) Comment. in 2 Paralip. 22, 2.

(3) Comment. in 4 Reg. 12, 13.

(4) Comment. in eundem Scriptura locum.

(1) Vide supra, num. 46, q. 41.

100. Queres XXIV : « Quomodo illud (2 Paralip. 36, 9) : *Octo annorum erat Joachin, cum regnare cœpisset*, cum verbis (4 Reg. 24, 8) : *Decem et octo annorum erat Joachin, cum regnare cœpisset*, conciliatur? » Resp. : Octodécim annorum erat, quando solus post patrem regnavit; anno vero octavo cœpisset cum patre Joakim regnare. Ita Hebrewi, et cum his Tironius (1), Cornelius à Lap. (2), aliique.

SECTIO III.

DE DUOBUS LIBRIS ESDRÆ.

Extant sub Esdræ nomine quatuor libri, quorum duo priores, teste etiam D. Hieronymo (3), una contextus serie apud Hebreos continuati sunt, adeoque unum apud eos librum constituant. Hi duo soli (nempe primus Esdræ et alter Nehemias ab universâ Ecclesiâ in canonem S. Scripturæ recepti sunt; duo posteriores vero (nimicùm liber tertius et quartus Esdræ) ab Ecclesiâ latinâ meritiò (4) rejecti, in definiendis religionis dogmatibus nullam obtinent auctoritatem. Porro auctor liber primi est is, cui inscribitur, nempe *Esdras filius Saraix*, 4 Esdr. 7, 1. Narrat autem hoc libro redditum Judeorum ex captivitate Babylonica Jerosolymam, quam unâ cum templo cœperunt restaurare; sed prepediti adversariorum calumniis, coacti sunt supersedere. Et haec est summa totius libri primi. Liber secundus, licet à Nehemias, qui erat sacerdos (2 Mach. 1, 21) et Artaxerxis Longimanus pincerna (1 Esdr. 2, 1), conscriptus fuerit saltem quoad maximum partem, tamen à Latinis *Esdræ* pariter inscribitur; quia, ut supra jam innui, olim unus idemque liber erat, qui in duos nunc dissecatas, à nobis *t. 1 et 2 Esdræ* vocatur. In horum ultimo Nehemias narrat, quo pacto Jerosolymæ restauratio vel invitis et repugnantibus hostibus à se procurata, et respublica Judaica optimis legibus constituta fuérat.

CAPUT PRIMUM.

De libro I Esdræ.

101. Queres I : *An Esdras sit auctor Pentateuchi?* Resp. negativè. Antequam responsonem probem, observo, quod huic questioni occasionem dedérit larvatus ille Mylord Bolingbrock (5), qui de Pentateuchu Moysis loquens, impie ait : « Suspicio Esdram, post redditum è captivitate Babylonica, omnes has aniles fabulas fabricasse. Scriptis eas litteris chaldeis, in lingua tunc Iudeis vernacula. Jeremias, ut mihi verisimile videtur, ad conscribendam hanc romanen- sem fabulum multum contulit. » Ita blasphemus ille. Sed contra est : 1º Jeremias ad minimaum 40 et amplius annis in Aegypto mortuus est (6), antequam

(1) Comment. in 2 Paralip. 36, 9.

(2) Comment. in eudem Script. locum.

(3) Vide Calmeti prefat. in librum 2 Esdræ.

(4) Vide ejusdem auctoris Dissertationem de tertio et quarto libro Esdræ.

(5) Vide Nonnotte Lexicon philos. artic. Biblia. Object. 2.

(6) Teste Calmeto, Propheta Jeremias anno Mundi 3418 obiisse creditur in Aegypto : Esdras vero rengante Cyro an. M. 3468. Babylone Jerosolymam

Esdras è captivitate Babylonica Jerosolymam rediit. Quomodo ergo hic Propheta aliquid conferre potuit ad fabricandas ab Esdrâ post redditum è captivitate Babylonica aniles fabulas? 2º Omnes Christiani et Judæi Pentateuchum semper pro verbo Dei scripto habueré, et etiamnum habent, et homuncio ille eum appellat *aniles fabulas*. 3º Aliunde certum et demonstratum est (1), quod Moyses sit auctor Pentateuchi, et quod hoc opus à tempore Moysis usque ad nostrum etatēm semper integrum conservatum sit, ibid., quest. 7. Quà fronte ergo Bolingbrockius asserere audet, illud ab Esdrâ primum excogitatum et fabricatum esse?

102. Queres II : *An Esdras libros sacros restaurarit tantum, vel tempore captivitatis Babylonicae desperditos recens è memorâ dictari?* Resp. : Esdras libros sacros tempore captivitatis Babyl. dissipatos aut mendis infectos collegit quidem, digessit, et ab erroribus repurgavit; sed eos non ex integro reparavit, aut ex memorâ conscripsit, aut conscribendos dictavit. Nam, ut alibi demonstravimus, non est verisimile, quod omnia exemplaria S. Scripturæ durante captivitate Babyl. interiorint aut fuerint destructa; ergo non fuit opus, ut Esdras libros sacros de novo è memorâ dictaret aut scriberet, sed satis erat, quod eosdem à mendis, que irreparant, repurgaret, et primævæ sue puritati restituaret. Qui enim eredit, integrum Judeorum nationem legum et jurium suorum tenacissimam omnes libros sacros penitus intercidere permisise, in quibus universa Hebreorum res publica et religio ad legum Mosaicarum normam dirigebatur? Scimus, quantâ curâ Jeremias ignem sacrum et Arcum cum altari thymiamatum, et candelabro auroe in latibris servâvit, 2 Machab. 2, 5; an minorem fortè curam Judæi adhibuerint ad custodiendum verbum Dei scriptum? Certè Esdras ipsemet cum volumine sacrae Scripturae Jerosolymam redit, ut in edicto regis Artaxerxis dicitur his verbis, 1 Esdr. 7, 14 : *Missus es, ut visites Iudeam et Jerusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua.*

Dices : In libro quarto Esdræ, cap. 14, narratur, quod Esdras per 40 dies et noctes nunquam tacens, sacros libros dictaverit; ergo. Resp. : Liber quartus Esdræ (ut supra in præfatione indicavimus) est apocryphus, et intolerabiles quosdam errores et fabulas continet, qualis etiam est illa cap. 4 de animabus justorum ante mundi finem ad coelum non assumendum (2). Unde ex hoc libro nihil solidè probari potest.

103. Queres III : *An Esdras veteribus characteribus hebraicis (id est, phoeniciis, seu samaritanis,*

priuò rediisse cum Zorobabele vulgo creditur. Vide Calmeti Dictionarium Bibl. Jeremias et Esdras; item ejusdem auctoris Tabulam Chronologicam generalem Historia Biblica ad annum M. 3417, ad calcem sui Dictionarii Bibl. positam.

(1) Vide p. 1 S. Scripturæ contra incredulos propugnante, sect. 1, quest. 5.

(2) Vide Calmeti Dissertationem de quarto libro Esdræ, ante Commentarium suum in 1 et 2 librum Esdræ positam.

quibus Judæi ante captivitatem Babyl. utebantur) characteres hebraicos novos (id est, chaldaicos) substatuerit? Resp. affirmativè. Id enim asserunt non solum Rabbini, sed etiam S. Hieronymus (1) expressè dicens: « Certum est, Esdram scribam alias litteras reperisse, quibus nunc utimur (in Biblis hebraicis), cùm ad illud usque tempus iudei Samaritanorum et Hebreorum characteres fuerint. » Ratio autem hujus mutationis characterum seu litterarum hebraicarum fuit duplex. Una, ne Judæi, è captivitate reduces ullum, commercium vel litterarum cum apostatis Samaritanis haberent; altera, quia Judæi in captivitate Babylonica, sicut sermoni chaldaico, ita etiam characteribus Chaldaeorum assueverant, veterum characterum hebraicorum propè oblitii. Unde Esdras scripsit et summa librum (qui dicitur Liber 1 Esdræ), et reliquos libros sacros reparavit, non samaritano charactere, ut ante scripti fuerant, sed chaldaico, cui jam per 70 annos Judæi in captivitate Babylonica assueti fuerant; de quâ characterum hebraicorum mutatione per Esdram factâ vide plura in speciali dissertatione, quam doctiss. Calmet ante Commentarium suum in 1 et 2 librum Esdras posuit.

104. Quæres IV: An Esdras textui hebraico addidit puncta vocalia, quæ hodie in Biblis hebraicis habemus? Antequâm respondeam, observo quadruplicem de origine horum punctorum vocalium dari sententiam. Prima suspicatur, puncta illa copiæ una cum litteris hebraicis à primâ statim mundi creatione, seu Adami temporibus; ita docet R. Azarias (2). Secunda contendit, puncta hac fuisse saltem jam tempore Moysis, cui ea Deus in Sinai monte unâ cum lege tradidit. Tertia volt fuisse ab Esdrâ primum inventa, et textui hebraico adscripta; sic multi Protestantes, praesertim Lutherani, duce Buxtorfio (filio), tract. de punctorum hebr. antiqu., quem sequuntur Wasmuth, Carpzovius, Pfeiffer, etc.; vel Moysem, aut Esdram dictorum punctorum ita auctorem faciunt, ut puncta illa divinæ auctoritatis velint esse. Quarta denique, et apud Calvinistas communior, dictorum autem Catholicorum omnium, qui hæc de re agunt, unanimis sententia est, nonnisi ad finem quinti à Christo nato seculi, vel ad initium 6 aut adhuc seriùs (3) puncta hæc à Chaldaeorum Rabbini ex schola Tiberiadis, qui à Σαρώ, Masora Masoreth (4) vocantur, excoigitata et Biblia

hebraicis adscripta fuiste, ut genuina S. Scripturæ lectio ex PP. traditione accepta perpetuò conservaretur illæsa. Ita cum plurimi Rabbini Elias Levita (1) assent, et ex Catholicis præter alios Serarius (2), Salmeron (3), Natalis Alexander (4), Morinus (5), card. Gotti (6), Widenshofer (7). Ubi tamen observo, quod nullus horum auctorum dicat, nec nos ipsi, qui corundem hæc in re sententiam amplectimur, asseramus textum hebraicum unquam sine vocalibus fuisse pronuntiatum, cùm sine illis consonantes pronuntiari non possint; attamen absque illis vocalibus notis seu punctis, que hodie textui hebraico appendi solent, usque ad Masoretharum tempora textum hebraicum fuisse scriptum, contendimus, ac proin negamus, has quas modò habemus vocalium punctorum formas, à Moyse vel Esdrâ, vel ab aliquo alio ante Masoretharum tempora additas textui hebraico fuisse. Sententia nostra sic explicata sequentibus rationum momentis ostenditur.

I. Litteræ hebraicæ veteres seu samaritanae (8), punctis vocalibus et marginalibus notis. Doctores verò hebraici, qui hoc opus composuerunt, appellantur Masorethæ seu *Custodes traditionis*. Cùm enim Hebrei antiquitatem sine vocalibus significationem vocum determinantibus scribentes soliti fuerint, nonnisi traditionibus quibusdam à patre in filium derivatis consonantes legere didicerant, variaque induci poterat significatio pro vocalium, que subintelligebantur, varietate. Porro Masoræ perficienda plurimi anni insumpsi fuerant. Hujus enim operis auctores seu Masorethæ erant plurimi, et ut Elias Levites (in Masoreth Hammasoreth 1.) ait: *Fuerunt centum et milles generationes post generationem*. Præterea priorum Masoretharum notis absque scrupulo suos adjecerunt magistri posteriori, Masoramque ipsam tanquam opus imperfectum semper spectarunt. Unde memoratus Elias prefat. in Masoram (notas illas ejusmodi esse ait, ut semper eis « aliquid novi adjici possit et nova in dies excoigitari possint. »)

(1) Prefat. in Masoreth. Hammasoreth.

(2) In Proleg. S. Scripturæ cap. 3, quest. 5.

(3) Proleg. 4.

(4) Tom. 2 in 6 Mundi etatem, dissert. 4, art. 2.

(5) L. 2 Exercitat. 9 de hebrei græcique textus sinceritate.

(6) Tom. 4 Veritat. Religion. christian. demonstr. tract. 3, cap. 2, § 5.

(7) Tom. 1 Scriptur. dogmat. et polemic. explicat., quest. prelimin. in l. 1 Esdra.

(8) Hic notandum, quod litteræ hebraicæ seu hebreus character sit triplex. Primus vocatur samaritanus, aut phœnicius, vel chanaaneus, vel character hebreus antiquus, quo scriptus est Pentateuchus samaritanus, et quo inscripti sunt nummi omnes Chaldaeorum sub Machabæis significati, quibus vetustiores ex hebreis monetis nulli supersunt. Si autem quereras, cur characteres phœniciani seu hebrei veteres vocentur samaritani, cum tamen diu ante Samariam ipsam sub Amri rege Israelis (3 Reg. 16, 24) conditam in uso fuerint apud Hebreos et alios Phœnicie populos? Resp.: Ratio videtur esse ista, quia hunc characterem Samaritani semper retinuerunt etiam postquam apud Iudeos in desputudinem venit sub Esdrâ, et præcipue dispersi in omnem terram sub Tito et Adriano Iudeis; unde character ille hebreicus antiquus, sero denique ab Hebreis dictus est samaritanus. Secundus character hebreus vocatur quadratus, vel assyrius, vel chaldaeus, aut hebreus novus, cuius scriptio aut lectio hodie in grammatica hebraicâ addiscitur et quo hodie Testamentum vetus hebreicur seribi aut typis

(1) Prefat. in LL. Regum.

(2) L. 3 Meorheniæ, cap. 59.

(3) Praeter Morinus etiam Natalis Alexander (tom. 2 in VI Mundi etatem, dissert. 4, a. 2) et Calmet (in Dictionar. Bibl., v^o Masora, et puncta vocalia) contendunt, illa puncta primum octavo vel nono seculo esse inventa.

(4) Masora est vox hebreæ derivata ex verbo מושׁר, *Mavor, tradere*, et idem significat, ac *traditio*. Definitur autem, quod sit *doctrina critica circa recens lectionem, et scriptiōnem textus hebraicū S. Scripturā*. Ex quo ipso patet, illam ad hoc fuisse inventan, ut genuina lectio et scriptio textus hebraicæ sacri ab omni mutatione et corruptione servetur innunis; nam in opere Rabbinorum, quod Masora dicitur, singuli versus seu sententiae S. Scripturæ, immo singulae voces et litteræ, eam item varietas, numerus, ordo annotantur, additis

que in sicutis Hebreorum leguntur, punctis vocalibus carent. Præterea Samaritani nulla puncta inscribunt suo Pentateuco, quem olim à quodam sacerdote hebreo acceperunt, 4 Reg. 17, 27, 28, quod argumento est, codicem illum, quem secum adverxerat iste sacerdos, aut à Judæis mutuum acceperat, punctis quoque fuisse destitutum. Ille enim sacerdos hebreus, quem admodum legem Moysis, ita haud dubie etiam literas, quibus illa lex scripta erat, novis Samaritarum incolis tradidit. II. Volumina sacra, quibus Judæi in suis Synagogis utantur, non sunt cum punctis vocalibus descripta, neque his punctis in Synagogâ uti licet Judæis, quod utique non fieret, si jam à Moyse vel Esdrâ puncta fuissent apposita. III. In toto Talmud (1) nulla fit punctorum mentio, cum tamen sexcentis in locis de iis commemorandis sit occasio, ut, e. g., quando controversia erat de vocabuli alicuius lectione, quod pro diversitate punctorum vocalium, siquidem jama puncta apposita fuerint, varios sensus efficeret. Jam autem nunquam dicunt Talmudistæ: *Ne legas cum hoc punto vocali, sed cum illo.* IV. S. Hieronymus, qui seculo 4 Ecclesie floruit, et lingua hebraicæ fuit peritissimus, expressè testatur, Hebreos adhuc suo tempore conusivisse scribere sine additis vocalibus, ex hoc ortam fuisse ambiguitatem in exponendis Scripturis. Nam (1) ita ait: « Verbum hebraicum, quod e tribus litteris scribitur זכְל (vocales enim in medio e hoc verbum apud Hebreos non habet, sed pro con-

imprimi solet. Tertius denique est character hebreus minor, seu litteræ currentes, quas Judæi vulgò usurpant, et litteræ currentes vel minores appellant à ceteri earum ductu, et figurâ notabiliter litteræ quadratis minore. Alio nomine vocantur etiam rotundæ vel rabbinicæ; quia sicut litteræ quadratis seu chaldaicæ accedunt ad figuram angulosam et quadratam; ita litteræ currentes ad rotundam, hisque Rabbini uti solent, quemadmodum ad oculum patet in Talmude, ubi sacer textus exaratus est litteris chaldaicis seu quadratis; glossa verò et annotationes doctorum Talmudicorum litteris rotundis seu currentibus. Porro aliter Judæi Itali, aliter Hispani, aliter Germani suas has vulgares seu currentes litteras efformare solent. Denique si quis harum literarum currentium formam et figuram videre velit, consultat Institutiones hebr. Georgii Mayr, p. 4, cap. 4, in annotat., et p. 4, cap. 10, ubi hic auctor alphabetum literarum currentium, et pro exemplo psalmum aliquem hisce litteris expressum exhibet.

(1) Talmud sive Thalmud ex verbo תִּלְמָד lamud, didicit vel docuit, seu discere fecit, derivatur. Unde Talmudus verti potest doctrinale, estque nihil aliud, quam corpus totius juris sacri et civilis Judeorum, constatque duabus partibus, videlicet Mischnâ et Gemurâ, que ultima nihil aliud est, quam Mischna complementum, quo quidquid in Mischnâ brevius vel obscurius dictum est, id ex, variis Rabbinorum sententiis amplificatur, et elucidatur. Porro Talmud est duplex, Jerosolymitanum, ita appellatum, quia in ruinis urbis Jerosolymæ scriptum est, et quidem lingua Jerosolymitanâ, hoc est, syrochaldaicâ tunc vigente. Hoc opus absolutum fuit circa annum Christi 230 vel adhuc serius. Alterum Talmud Babylonicum multo scrisus confectum est Babylonie urbe Ægypti, in cuius diritate viciniâ (teste Lexico Lipsiensi) hodiè sita est Ægypti metropolis Cairum seu Alcar. Verum de utroque Talmude fors alibi plura.

(1) Comment. in Jerem. cap. 9, v. 22.

sequentia et legentis arbitrio) si legatur זכְל dabar, sermonem significat, si זכְל debet, mortem; si זכְל daber, loquere. Unde et 70 et Theodotus junixerunt illud preterito capitulo, ut dicerent: Disperdent parvulos de foris, juvenes de plateis, morte; Aquila verò et Symmachus transtulerunt זכְל, id est, loquere. Et alibi (1) idem S. Pater circa lectionem Zazar et Zecer itsa scribit: « Nec nos terrere debet, quod 70 masculum, et ceteri interpres memoriam transtulerint, cum eisdem tribus litteris ZCR utramque scribatur apud Hebreos; sed quando memoriale dicimus, legitur זכְל (Zecer), quando masculum, זכְל (Zacar). Et hæc verbi ambiguitate deceptum arbitrantur Judæi Saûlem, cum pugnavit contra Amalekitas. » V. Antiqui interpres graci, et versionum chaldaicæ et syriacæ auctores, sèpè diversimodè interpretantur eamdem textus hebraici vocem, prout ea nimis pro diversitate punctorum vocalium, que subintelligi possunt, diversas res significat, manentibus iisdem consonantibus; sèmper sicut in lingua latinita sèpè idem vocabulum, variata unà aut altera vocali, sensum ipsum mutat, e. g., amantes, amentes; audire, audere; mandare, mandere. Idem sit in aliis linguis, sed frequentissimè in lingua hebreâ. Quare, si tempore illorum interpretum adscripta fuissent puncta vocalia, sanè il non ita variasset, presertim si puncta haec ab ipso Moyse vel Esdrâ divinitus inspirato apposita fuissent. Ne S. Hieronymus, ut sèpè de seipso testatur, toties hæsisset anceps, quisnam sensus vocibus hebraicis sit tribuendus, neque priorem expositionem retractasset, aliquamque substitueret, prout tamen non rarò fecit. Taceo plura alia argumenta, qua apud alios auctores super pro nostrâ sententiâ citatos invenies. Sed audiamus etiam argumenta adversariorum.

105. Argumentum I. Nulla lingua potest esse sine vocalibus; ergo neque hebreæ. Resp.: Dist. ant.: In pronuntiando, conc.; in scribendo, neg. Quamvis enim unâ cum vocibus humanis coortæ sint quodam sonum litteræ tan consonantes quam vocales; non tamen eadē necessitate statim inventa sunt et harum et illarum figura, characteres aut signa, quibus hodiè exprimuntur. Retorsio est in lingua samaritanâ, que nec olim, nec hodiè vocales appictas habet; item in arabicâ veteri, etc. Ceterum non negamus veteres Hebreos jam ante Masoretharum tempora habuisse alias, licet perraras, vocales litteras, seu potius consonantes, quibus vocalium loco utebantur in scribendis aut legendis codicibus hebraicis; unde haec consonantes appellabantur matrices lectionis, erantque duntaxat quatuor, videlicet נ Aleph, נ He, נ Vau, נ Jod. Erat autem difficillimus harum vocalium usus tribus potissimum de causis. I. Quia eadē litteræ interdum fungebantur munere suo, id est, consonantium; interdum alieno, id est, vocalium, nec facile dijudicari poterat, quandò hoc officio, quandò illo fungérentur. II. Eadem litteræ diversarum vocalium locum obtinere poterat. Nam Aleph sèpè per e, sèpius per a, inter-

(1) Comment. in Isa. cap. 26, v. 14.

dum etiam per i et o pronuntiabatur. *He* scep̄t̄ per e, *scep̄t̄* etiam per a exprimebatur. *Vav* initio dictionis per u semper, in medio autem et in fine modò per u, modò per o efferebatur. *Jod* denique poterat sonare i vel e. III. Scep̄t̄ nulla harum quatuor litterarum in vocibus hebraicis apertè ponebatur, sed subintelligendæ erant. Itaque magis usu loquentium, quam præceptis ratio legendi et pronuntiandi apud Hebreos olim conservabatur. Quare ad hanc difficultatem minuendam postea à Masorethis inventa sunt puncta vocalia (1). His autem inventis cessarunt quatuor illæ litteræ fungi officio vocalium, et vocari coeperunt *nuescentes*, quia post inventa illa puncta non semper sonant seu pronuntiantur, etiamsi in voce sint posite, sed scep̄t̄ quiescent. Sonant enim duotaxat, quandò funguntur munere suo proprio, id est, consonantium, quiescent, quandò fungi deberent munere alieno, id est, vocalium, quo olim fungebantur (2). Hac de his punctis eruditiois causâ dicta sunt. Illud autem dehū observo, nos non negare, illa quatuor puncta, *matrices lectionis* dicta, jam ante tempora Masoretharum extitisse, et apud Hebreos fuisse in usu, quamvis contendamus, puncta vocalia, quæ hodiè textu hebraico appendi solent, et universum numero sunt quatuordecim (3), esse inventum Masoretharum.

Argumentum II. Non est verisimile, quod Deus usque ad seculum æra christiane 5 aut 6, reliquerit sensum sacri textus hebraici vagum, dubium, et incertum; sed talis fuisse punctis vocalibus non appositis; ergo haec puncta jam à Moysi, vel certè ab Esdrâ sacro textui fuere apposita. Resp. 1°: Hoc argumentum ipsimet adversari, saltem plerique solvere debent, qui puncta illa vocalia non à Moysi, sed priuium ab Esdrâ sacro textui addita fuisse dicunt; prout eorum plerique docent. Quero enim ex ipsis, an verisimile sit, quod Deus usque ad tempora Esdræ (hoc est, per novem circiter secula, quot nimis à Moysi usque ad Esdram numeramus) reliquerit sensum sacri textus hebraici à Moysi scripti vagum, dubium, incertum? 2° Conc. maj., neg. min. Nam ambiguitas lectionis potuit tolli, et sublata est per continuam traditionem, usum et judicium Ecclesie. Sicut enim usus genuinus lectionis per antiquos Rabbinos ad posteros propagatus usque ad Christum fuit, ita ad nos per 70 Interpretes ac SS. Patres verus sensus (quem Ecclesia

(1) Triplicis generis sunt haec puncta. Quinque eorum sunt magna, id est, vocales longe; alia quinque sunt parva, scilicet vocales breves; quatuor denique sunt minima seu vocales brevissima, et *puncta rapta* vocantur, quia raptim et cum maxima celeritate pronuntiantur. Universum itaque Hebrei habent vocales, seu potius puncta, vocalia quatuordecim, quæ nos à Masorethis inventa et textui hebraico apposita fuisse contendimus. Porrò omnium horum punctorum nomina, formam et potestatem exhibent Bellarmiñus, Guarini, Weitenauer, aut alii in suis grammaticis hebraicis.

(2) Vide Bellarmiñus grammaticam hebraicam. P. 1, cap. 2 et 5, aut Guarini, tom. 4, l. 1, cap. 2, et tom. 2, in præf., ad initium, art. 1, et art. 2, § 2, argum. 3, ac etiam principio 7.

(3) Vide penultimam notam.

principiè spectat et determinat ad conservandam doctrinam fidei et morum) pervenit. Ex quo ipso, ut Morinus rectè ait, patet *divinum consilium*, ut omnes Ecclesiæ *judicio se submitterent*, ut se olim submiserunt Israelita. At

Inquies: Hoc ipsum non est perceptibile, neque verisimile, quod per tot secula recta legendi textum hebraicum ratio sine punctis vocalibus conservata sit. Resp.: Nego illatum. Nam non est captu difficile, quomodo prædicta traditio textum hebraicum etiam sine punctis vocalibus rectè legendi per tot secula potuerit in suâ integritate conservari. Fuerunt enim quovis seculo apud Judeos Rabbini multi, qui libros divinos diurnâ nocturnâque manu versabant, suisque discipulis versando tradebant, eos instruentes, quomodo ex veterum traditione Patrum legi debeant. Solemnem insuper fuit toti genti Judaicæ, ubicumque degret, per omne sabbatum, in singulis synagogis legere Moysen et Prophetas, psalmosque linguâ hebraicâ decantare. Unde S. Jacobus, Act. 18, 21, ait: « Moy-
ses enim à temporibus antiquis habet in singulis ci-
vitatibus, qui eum prædican in synagogis, ubi per
omne sabbatum legitur. Quid igitur mirum, quod
sine adscriptis vocalibus aut punctis recta legendi ac
pronuntiandi textum hebraicum ratio usque ad tem-
pora Masoretharum per continuam traditionem apud
Judeos fuerit conservata? Et profecto olim i pueri,
ait Salmeron, Proleg. 4, solebant legere sine pun-
ctis, eum haec non essent; et modò Maronite, qui
habent Scripturas in lingua et charactere hebreo,
sine ullis legunt punctis. Item liber legis in Judeo-
rum synagogis legi solitus (1), librique Rabbinorum,
etsi nullas habeant punctorum vocalium, accentuum,
periodorum et commatum notas, leguntur tamen ab iis
qui lingue periti sunt; leguntur, inquam, cum periodorum distinctione, et cum vocalium et accentuum
pronuntiatione. Idem contingit in lingua arabica, aliisque linguis orientalibus. Unde P. Lamy (2) ait: « Pueri
Turcarum, Arabum, Persarum, ac omnium denique Mahomedanorum sine punctis legere discunt. » Sic etiam periti antiquissimos libros græcos et latinos legunt, et pausant, ubi pausandum est, et distinctio-
nes à se invicem secerunt, et cum legitimo accentu
efferrunt, licet in illis libris nulli sint accentus, nulla
commata, nulla scep̄t̄ dictiōnū distīctio, sed linea
omnes velut una dictio scripta sint. Ceterum, si dubium
sit, quomodo textus S. Scriptura legendus aut intelli-
gendas sit, id ultimatò ex judicio Ecclesie desumen-
dum, quæ, sicut in aliis rebus fidei et morum, ita
etiam in hoc infallibilis controversiarum judex est.

Argumentum III. Punctorum vocalium et accentuum mentio jam fit in ipsâ Masorâ, seu in doctrinâ criticâ circa rectam lectionem et scriptionem textus hebraici S. Scripturæ, multaque ibi notantur vocabula, que contra regulas punctantur: ergo haec puncta sunt

(1) Vide supra, num. 101, in probatione nostræ sen-
tentiae, probat. 2.

(2) In Apparatu Bibl. d. 2, cap. 3.

Masorethis antiquiora. Resp. Masoram nec unius auctoris, nec unius seculi opus esse, sed à variis criticiis creptam, et longa temporum serie continuata. Priora itaque puncta vocalia invenerunt, et sacro textui inscripserunt: posteriores verò notas suas circa punctuationem vocum quarundam addiderunt. Certum enim est, quod Masora perficiendæ plurimi, et, ut inquit Elias Levites (1), fuerunt centum et mille generatione post generationem. Praterè priorum Masoretharum notis absque scrupulo suas adjecterunt posteriores notas magistri, Masoramque ut opus imperfetum semper spectarunt. Unde memoratus Elias (2) ait, *notas illas ejusmodi esse, ut semper eis aliquid novi adjici possit, et nova in dies excoigitari possint.* Unde non mirum, quod in ipsa Masorâ sèpè de punctis vocalibus mentio flat, etiæ haec puncta primùm à Masorethis inventa fuerint.

Argumentum IV. Christus ipse jam mentionem punctorum facit, cùm ait, Matth. 5, 18: *Iota unum aut unus apex non præscribit à lege, donec omnia fiant.* Et apud Lucam, cap. 16, v. 17: *Facilius est cælum et terram præterire, quād de lege unum apicem cadere.* Pro apice autem in textu græco est *x̄ps̄t̄z*, que vox apud Plutarchum etiam punctum significat; ergo jam tempore Christi puncta legi seu textui sacro hebraico adscripta erant. Accedit testimonium S. Hieronymi, qui pariter apicum sacre textui hebraico adscriptorum iteratò meminist. Resp.: Apicis nomine in his textibus non significatur punctum vocale, sed litteræ quantumvis minimæ particula. Sensus itaque est, cœlum et terram potius interitura, quād ullum iota, hoc est, ullum *Jod* (ut textus syriacus habet) vel minimæ hujus litteræ, *Jod* particula è lege excidat, aut ea, que ibi predicta sunt, non implieantur. Ratio hujus responsoris est, quia apices literarum ipsos literarum ductus seu partes dixit Gellius, et hinc natum proverbium, *de juris apicibus disputare.* Hinc in textu syriaco loco *apicis* ponitur *sertha*, que vox syriaca (3) non significat punctum, sed lineolam vel ductum litteræ. Eodem sensu S. Hieronymus (4) ait, litteram *T Resch* à litterâ *T Daleth* juxta Hebreos apice differre, id est, ductu modicissimo seu *paultum litteræ apice commutato*, ut idem S. Pater ait; item in Prologo Galeato, sive Præfat. in L. Reg. inquit: *Samaritanæ etiam Pentateuchum Moysi totidem litteris (quot litteris Hebrei) scriptitant, figuris tantum et apicibus discrepantes.* Ubi S. Hieronymus denuò nomine apicum non intelligit puncta vocalia (his enim semper caruerunt Samaritanî), sed minutulos quosdam literarum ductus, seu inflexiones et curvaturas, quibus Samaritanæ litteræ ab hebraicis novis, seu Chaldaicis differunt. Neque enim verisimile est, Samaritanos olim puncta vocalia habuisse, cùm hodiè nulla habeant, nec afferri possit prudens ratio cur fuerint abrogata, nec tempus designari quandò haec mutatio facta sit.

(1) In *Masoreth Hammasoreth*, l. 1.

(2) *Prefat. in Masoram.*

(3) Vide Cotzon in citata S. Matthei verba.

(4) Comment. in *Abdiâ*, cap. unic., v. 4.

Instabis: In libro Talmud, qui Masorethis antiquior est, item apud S. Hieronymum, epist. 26 ad Evagrium, pariter antiquiore, mentio fit accentuum apud Hebreos usitatorum; atqui per hos accentus nil aliud intelligitur, quād puncta vocalia. Imò S. Hieronymus ibidem expressè ait, *Hebreos vocalibus litteris, licet perrard, uti.* Resp.: Nec Talmudis auctores, nec D. Hieronymus nomine accentuum intelligunt inscriptionem punctorum vocalium, sed pronunciationem seu certam soni rationem ac vocis inflexionem, quā non solum vocales, sed etiam consonantes litteræ effunduntur, quæque pro locorum, temporum ac personarum diversitate solet esse diversa, manente licet eodem verborum sensu. Hinc sanctus Hieronymus in citata epistola ad Evagrium, ait: *Non refert, utrum Salem, an Salim nominetur, cùm vocalibus in medio litteris perrard utantur Hebrei, et pro voluntate lectorum atque varietate regionum, eadem verba diversis sonis atque accentibus proferantur.* Igitur S. Hieronymus de litteris vocalibus et accentibus non scriptis, sed pronunciationis loqui censendum est, quia ait, *pro voluntate lectorum atque varietate regionum, eadem verba diversis sonis atque accentibus proferri.* Similiter de libro Talmud dicendum, quod non de accentibus scriptis, sed de pronunciatione, seu certa soni ratione ac vocis inflexione loquatur.

Ceterū, etiamsi D. Hieronymus loqueretur de vocalibus litteris scriptis, non esset nobis contrarius. Non enim negamus, veteres Hebreos jam ante Masoretharum tempora habuisse aliquas, licet *perraras*, vocales litteras, seu potius consonantes, quibus vocalium loco utebantur in scribendis aut legeundis codicibus hebraicis, ut supra in solutione primi argumenti pluribus explicavimus.

Argumentum V. Liber Zohar, cuius auctor R. Simeon Joachi circa annum Christi 120 (ad eoque diu ante tempora D. Hieronymi) mortuus, imò (ut quidam volunt) Christo antiquior est, asserit, *puncta et vocales traditionem esse Mosis de monte Sinai;* ergo puncta vocalia jam secundo æra christiana, vel omnino ante Christum cognita erant. Resp. cum Joanne Morino viro doctissimo (1), liberum Zohar esse longè recentiorem, et R. Simeoni suppositum. Novo enim libro antiquum nomen præfixum fuit, ut non raro fieri solet; et inane Judæorum figmentum est, quod hic libertam tñndi (nimirum à temporibus R. Simeonis Joachi) in Ægypto latuerit. Nam R. Saadias, totius Ægypti Rabbinus celeberrimus, ex Ægypto Babylonem ad scholas Judæorum regendas evocatus ante annos circiter 700, libri Zohar ne quidem meminit. Apud Moysem quoque Cordubensem, qui totam ferè vitam in Ægypto egit, magnaue scripsit volumina, in quibus aliquando (2) Simeonis Ben Joachi honoriūc meminit; item apud R. Abraham Levitam, qui ante annos quinquegentos Judæorum Historiam scripsit, magnaue cum diligentia Rabbinorum antiquorum libros celebravit,

(1) L. 2, Exercit. 9, de hebrei græcique textis sinceritate, cap. 5 et 6.

(2) Ut Commentario in Misnarn.

et ipsius R. Simeonis, quem libri Zohar auctorem esse commenti sunt, cum laude meminit; tamen altum de eodem libro silentium est. Nemo denique Judeus ante 300 aut 400 annos d' hoc libro aliquid audiverat. Praetera argumentum recentioris atatis hujus libri est laus sapientiae, doctrinae et eruditio[n]is, quam sc̄pē Ismaelitū sive Arabibus tribuit, apud quos tamen scientia non floruerunt nisi ducentis post Mahometem annis, id est, seculo æræ christiane octavo vel nono. Taceo plura alia argumenta ex quibus ostenditur liberum Zohar primum post tempora S. Hieronymi scriptum esse. Tantum igitur abest, ut ex libro Zohar vocalium punctorum antiquitas apud Hebreos probetur, ut potius ex punctorum vocalium mentione libri illius notitas demonstretur; quam agnoscunt etiam Buxtorfius (1), Josephus Scaliger (2), et alii hebraicā literaturā insigne scriptores.

Argumentum VI. Prorsus incognita illa schola Masoretharum, in quā dicuntur puncta vocalia esse inventa, nec locus designari potest, ubi illa schola fuerit; ergo. Resp. 1° : Etsi punctorum vocalium inventores et locus, ubi eorum schola extiterit, incogniti essent, certum tamen est, dictorum punctorum originem ad Moysen vel Esdram referri non posse, ut patet ex argumentis supra, num. 101, ad probandum nostram sententiam adductis. Ceterum sc̄pē res quod substantiam certa est, etsi non omnia ejus adjuncta, seu circumstantia, id est, quo loco, tempore, etc., illa extiterit, demonstrari possint. 2° Communissima auctorum sententia est, scholam Masoretharum fuisse Tiberiade, que est urbs in Palæstinā percelebris, vicina mari Tiberiadis seu stagno Genesaret, Joan. 6 et 21. Hic enim scholam Hebraeorum validè celebrem fuisse, colligitur ex SS. Epiphanio, hæres. 30, et Hieronymo (3) testante, se lingue hebraicæ præceptorem habuisse Rabbinum Tiberiensem suos inter celebrem. Nemo etiam difficitur, R. Ben Ascher, qui Biblia hebraica, eorumque punctuationem post annum Christi millesimum recensuit, in Palestiniā vixisse, ibique schola cuidam Judaice præfuisse.

106. Corollarium. Cum puncta vocalia, textui hebraico adscripta, non sint auctoritatis divinae, sed humānum inventum Rabbinorum, qui diu post Christum natum ea textui apposuerunt, ne pronuntiatio penitus concideret, patet quod hæc puncta præcisè secundum se spectata non habeant irrefragabilem auctoritatem. Imò non desunt, qui cum Calmeto dicant, sacri textus puritatem à Masorethis interdum fuisse corruptam odio christiana religionis. In hoc tamen omnes convenient, quod Masorethæ, exceptis locis quæ christiana religionis odio juxta quorundam opinionem corrupérunt, in reliquis Scripturæ textibus hebraicis incorruptè servandis diligentes admodum et minutissimam fuerint; nam, ut Serarius (4) notat, Masorethæ singulos Scripturæ versus, singulorum versuum voca-

bula omnia, singulorum vocabulorum litteras omnes dinumerarunt, annotarunt et ad posteros transmiserunt. Haque èd etiam descenderunt, ut, quoties unaquaque littera in sacris libris, quos Hebrei recipiunt, repeteretur, annotarent, et summam inirent, v. g., Aleph esse 24377, Beth 38210, Chimmel 29537 in sacris libris, et sic de reliquis litteris alphabeti hebraici. Ex quo fit, textum hebraicum versioni nostræ latine magnam lucem afferre posse, et linguae sancte cognitionem magno esse adjumento Bibliorum interpretibus, ut verum illius sensum assequi possint, salvatamen Vulgatae latine à Tridentino approbatæ auctoritate. Ceterum, quanvis laude digni sint Masorethæ, quod menda textus hebraici emendarint, quod puncta et accentus invenerint, quæ ad faciliorem textus lectionem multum conferunt, quodque singulos versus, voces et litteras sacri textus annotarint; aliqua tamen, quæ in aliis linguis ad facilitatem lectionis magnum afferunt adjumentum, omiserunt, notas scilicet interrogationis, admirationis, interjectionis, exclamacionis, parentheseos, et alia id genus, quorum in exemplari bus hebraicis nullum appareat vestigium.

107. Queres V : *Quomodo concilietur locus 1 Esdr. 1, 9, 10, ubi dicitur, vasa sacra, Iudeis restituta, universim confecisse 2490, cum versu 11 ibidem, ubi scripturatur, fuisse vasa 5400?* Resp. : Versu 9 et 10, solùm sermo est de vasis majoribus; versu 11 autem de omnibus tam majoribus quām minoribus. Ita Cl. Wiedenhofer (1).

108. Queres VI : *Quomodo concilietur locus 1 Esdr. 2, 5, ubi Esdras numerat 773 filios Area, qui cum Zorobabel è Babylone in Iudeam redierunt, cum loco 2 Esdr. 7, 20, ubi solum 632 filii Area cum Zorobabel rediisse dicuntur?* Resp. : Vel aliqui inscripti primo catalogo ab Esdrā recensito mutarunt consilium suum et Babylone permaneserunt, aut redierunt Babylonem; vel in itinere mortui sunt, quos propterea Nhemias in libro, qui 2 Esdræ dicitur, in suo indice omittere voluit. Ita Cl. Wiedenhofer (2) cum aliis.

109. 4° Queres VII : *Quomodo, 1 Esdr. 1, 8, Sassabas dicitur possit princeps Iuda, cum tunc temporis Zorobabel, 1 Esdr. 2, 2, fuerit princeps Iuda?* Resp. cum Calmeto, Tirino et aliis interpretibus : Sassabas erat ille erat ipse Zorobabel, qui à Chaldaeis vocabatur Sassabas, i. e., *lætitia in tribulatione*, non sechus ac Daniel appellabatur Balthasar, Dan. 4, 7. Res enim eruditissima notissima est, viros nobiles apud Hebreos, et maximè apud gentes variis notari nominibus.

2° Queres VIII : *An in catalogis Iudeorum Babylone Jerosolymam revertentium, 1 Esdræ cap. 2, et 2 Esdr. cap. 7, nulla sit contradicito?* Hi enim catalogi neque in summis personarum, neque in eorum nominibus concordant. Resp. : Hæc diversitas nullam supponit falsitatem in S. Scripturæ, sed inde orta videtur quod numerus Iudeorum è captivitate Jerosolymam

(1) In Bibliotheca Rabbinicæ.

(2) Epistola 243 ad Buxtorfium.

(3) Praefat. in Paralip. ad Domin. et Rogat.

(4) In S. Script. Proleg. c. 12, quæst. 2.

(1) Comment. in 1 Esdr. 1, 11.

(2) Comment. in 1 Esdr. 2, 5.

revertentium sèpius sit recensitus. V. g., primò cùm è Babylone demigrarent; secundò, cùm in Iudeam appellerent; tertio, cùm instaurato jam templo dedicationem illius celebrarent. Unde et diversi catalogi confici, et diversi personarum numeri notari potuerunt, prout decursu temporis alii aucti fuerunt liberis, alii orbat. Quare ex uno horum catalogorum potuit Esdras sua excerptis; Nehemias, qui est auctor libri qui 2 Esdras vocatur, ex alio catalogo (1). Præterea dicta varietas potuit accidere, quòd nonnulli jam catalogo revertentium adscripti, mutatè mente remanserint, aut in viâ obierint; vel in catalogo Esdræ initio non adjuncti, profectionem tamen deinceps suscepserint, et numerum in catalogo Nhemie auxerint. Alter ad enotandum hanc difficultatem respondet Calmet (2) contendens, Esdram cum Nehemiam in summâ personarum recensitarum omnino convenire. At

Instat impius auctor de Analyse religionis Christianæ (3), et ait: « Summa omnium Israelitarum ex captivitate reversorum (1 Esdr. 2, 64) dicitur fuisse quadragesima duo millia trecenti sexaginta. Verum, si singula summa partiales illo capite enumerate in unam colligantur, tantum universim 29819 reperiuntur, manifesto contradictionis indicio. » Resp.: Esdras cit. capite in primis recenset eos, qui genealogiam suam poterant indicare, et hi erant numero 29818 (objectione erroneè ponit summam 29819). At præter eos qui recensiti sunt, alii plurimi esse potuerunt tum liberi, tum servi, tum ex Iuda et Benjamin, tum ex aliis tribibus, qui genealogiam suam cùm ostendere non possent, in hac recensione minimè expressi fuere sub nomine patrum suorum, nec corum numerus cit. capite distinctè positus. Sic Esdras, loc. cit., v. 59, ait: *Et hi qui ascenderunt de Thelmalâ, Thulharsa, Cherub, et Adon, et Emer; et non potuerunt indicare dominum patrum suorum, et semen suum, utrum ex Israel essent.* Hi igitur, aut horum similes, quorum numerum Esdras non, sicut de aliis fecerat, indicavit, cum ex eis Iudeis Jerosolymianis ascendebant, erantque numero 12542, ut ex totâ summâ ascendentium in Jerusalem, quam Esdras cit. c. 2, v. 64, assignat, colligitur. Si enim 12542 addatur numero 29818, exactè prodit summa 42560. Jam quero ex incredulo adversario, ubi sit contradicatio?

110. Quæres IX: *Quomodo concilietur locus 1 Esdr. 2, 2, ubi Mardochai cum Zorobabele è Babyloniam in Iudeam reedit, cum alio Scripturæ loco, Esther 2, 5, ubi Mardochæus in Persidis civitate Suzan habitatione dicitur?* Resp.: Quauis ille Mardochai idem probabilius sit cum Mardochæo, Estheris patruo, nulla tamen hic est contradictione. Dicit enim potest, quòd, sicut Nehemias publici boni causâ ad tempus in Iudeam excurrit, postea verò iterum Babylonom reversus est, officio pincernæ regii functus (4); ita etiam Mardo-

chæus forsan ad recuperandas possessiones paternas, hanc tam commodâ occasione cum Zorobabele excurrit in Iudeam, redditurus post paulò in Chaldaem, ubi sedem figere statut (1).

111. Quæres X: *Cur, 1 Esdr. 2, 63, loco Nehemias ponitur Athersata?* Resp.: Nehemias dicebatur chaldaicè Athersata, prout constat ex 2 Esdr. 8, 9, ubi legitum: *Dixit autem Nehemias (ipse est Athersata), et Esdras sacerdos, et scriba, et Levita interpretantes universo populo (2).*

112. Quæres XI: *Quomodo locus Scripturæ, 1 Esdr. 2, 6, ubi dicitur, quòd Israelis hostes Samaritani aversi Judæos ad regem Assuerum scripserint, concilietur cum subsequente versu 7, ubi dicitur quòd similem accusationem præfecti regi ad Artaxerxes regem Persarum scripserint; cum tamen tunc nec Assuerus, nec Artaxerxes, sed Cambyses, et post hujus mortem Oropastes (alio nomine Smerdis) rex Persarum fuerit?* *Quomodo hic nodus solvitur?* Resp.: Non est opus gladio Alexandri M. ad nodum hunc solventum. Nam Cambyses vocabatur chaldaicè Assuerus, et persicè Artaxerxes; imò, teste Cornelio à Lap. et Menochio, nonnulli codices hic v. 6 sic habent: *In regno autem Assueri, ipse est Artaxerxes.* Et revera ita habet translatio B. Hieronymi in Polyglottis Bibliis card. Ximenes. Si verò cum Calmeto cit. vers. 6 Cambyses, sed v. 7, Smerdem intelligi contendas, pariter nihil contra nos sequitur, quia juxta hanc opinionem Cambyses v. 6 vocatur Assuerus, et vers. 7 Smerdis vocatur Artaxerxes. Nimirum Assuerus chaldaicè, et Artaxerxes persicè erat commune nomen regum Persarum et Babyloniorum (3), sicut Ægyptiorum regum commune nomen erat Pharaō, et postea Ptolomeus; Romanorum verò imperatorum Cæsar. Id ita esse patet ex variis Scripturæ locis (4).

113. Quæres XII: *Quo sensu Zacharias, 1 Esdræ 5, 1, dici possit filius Addo; cum tamen, ex Zachar. 1, 1, constet, Addonen fuisse avum Zacharie, hujus verb patrem fuisse Barachiam?* Resp.: Zacharias fuit Addonis nepos, qui juxta modum loquendi hebraicum dicitur filius sui avi, nempe mediatus. Phrasim enim hebreæ omnes nepotes, aut qui ab alio mediatis des-

(1) Vide Tirinum in 1 Esdr. 2, v. 2. Et in Esther. 2, v. 5. Item Calmeti Dictionarium Bibl., v° *Suse*, sive *Susan*.

(2) Tirinus, Comment. in 1 Esdr. 2, 63, suspicatur, Nehemiam chaldaicè vocatum esse Athersatam Chaldaico verbo *therse*, id est, alitus; et *satha*, id est, bibit, seu potavit, q. d., *alui potu*, seu pincerna erat regis. Similiter Calmetus, comment. in 2 Esdr. 8, 9, ait, Athersata esse nomen officii, et significare, quòd Nehemias fuerit *regis pacillator*.

(3) Sepè nomina propria, cùm in aliam linguam transferuntur, ita mutantur, ut vix eadem esse videantur. Sic qui hebreicè et chaldaicè vocatur *Ahabæsus* (id est, *magnum caput*, sive *magnus capitaneus*), et latine *Assuerus*, persicè nominatus *Ochæesus* vel *Xerxes* (id est, *bellator*), aut *Azurxes* seu *Artaxerxes* (id est, *magnus bellator*); græcò verò *Oxyares*, id est, *acer Mars*.

(4) Confer Esther. c. 1, v. 1, cum c. 13, v. 1, et c. 16, v. 1.

(1) Vide Franc. Lucam hic notat. 79.

(2) Comment. in 2 Esdr. 2, 2.

(3) Vide Cl. Nonnôte, *Dictionnaire Phil. de la Religion*, art. *Ecriture sainte*, object. 7.

(4) 2 Esdr. 1, v. ultimo. Et ibid. c. 2, v. 1.

cendunt, vocantur illi, ut ex pluribus Scripturæ locis patet (1).

114. Quæres XIII : *Quomodo, 1 Esd. 6, 5, dici possit : « Vasa, que tulerat Nabuchodonosor, posita sunt in templo Dei; cùm tamen tunc nondum reædificatum fuerit? Resp. et dico cum Tirino et Cornelio à Lap., per templum hic intelligi gazophylacium templi, seu certa loca vicina templo jam exusto, in quo infreabant vasa et dona templi.*

115. Quæres XIV : *Quomodo, 1 Esdr. 6, 22, dici possit, quòd ad Iudeos DOMINUS CONVERTERIT COR REGIS ASSUR; cùm tamen excisa jam à 20 circiter annis fuerit monarchia assyriaca, succedente persicâ? Quomodo rex Assur, qui non amplius dabatur, potuit cor suum ad Iudeos convertere? Resp. : Persarum monarca Darius Hystaspis hoc loco vocatur rex Assur; quia, juxta Herodotum et Justinum, Persiæ et Assyriæ imperavit, et Babylone, qua ab eo desecrata, Zopyri operâ recuperatâ, tam Persarum quâm Assyriorum rex erat, et merito nancupabatur.*

CAPUT II.

De Libro II Esdræ.

116. Quæres XV : *Num credibile sit, quòd Nehemias, 2 Esd. 1, 4, propter muros Jerusalem pridem eversos, ei portas à Nabuchodonosore ante 140 circiter annos combustas, amarè PLEVERIT, ET LUXERIT DIEBUS MULTIS? Ad hanc questionem duplex dari potest responsio. Prima est Tirini, Sanctii et aliorum communiter asserentium, hoc esse omnino credibile. Quid enim mirum, quòd Nehemias, audiens muros charissima patris sue etiamnùm jacere dissipatos, neque illius quidquam reliquum præter inane bustum, tantum moxorem et luctum conceperit? Alii cum Thomâ Holtzclau (2) defendant, et mea opinione probabilius, quòd Nehemias non tam doluerit propter devastationem Jerosolymæ pridem à Nabuchodonosore factam, quâm propter murum Jerusalem infestatione vicinorum hostium de novo dissipatum, postquam Iudei duce Zorobabele Jerosolymam reversi, eundem reparârunt (3).*

117. Quæres XVI : *Quomodo explicetur illud, 2 Esdr. 2, 1 et seq., ubi dicitur, quòd Nehemias anno 20 regimini Artaxerxis mense Nisan, qui partim Martio, partim Aprili nostri respondet, facultatem proficiendi Hierosolymam à rege Artaxerxe petierit; cùm tamen, ex 2 Esdr. 1, v. 1 et seq., constet, Nehemiam primùm in mense Casleu seu Novembri ejusdem anni 20 regimini Artaxerxis, miserum urbis statum intellexisse, quo motus Hierosolymam proficiisci primùm decrevit. Quomodo in Martio vel Aprili proficiisci potuit, qui in Novembri ejusdem anni se ad iter primium resolvit? Resp. : Neutro loco Scripturæ citato sermo est de eodem anno naturali, sed in utroque loco sermo est de eodem anno regimini regis Artaxerxis. Regnum autem regum non*

(1) Vide Matth. 4, 1; Judith. 8, 1. Sic etiam alibi frequenter posteri aliecius in Scripturâ vocantur ejusdem filii; ut *filii Edom, filii Moab, filii Israel.*

(2) Tract. 3 Theol. de Verbo incarnato, num. 67.

(3) Galignet, Comment. in 2 Esdr. 1, 5.

sempre computatur à kalendis Januarii. Si igitur Artaxerxes regnare incepit in novembri (seu mense Casleu), et eodem mense vigesies repetito, Nehemias intellecteret, quid Hierosolymis agatur, seque èo ire resolverit, potuit sequente mense Nisan (id est, Martio vel Aprili) ejusdem anni 20 regimini Artaxerxis nondum completi propositum iter instituere, ut consideranti facile patet.

118. Quæres XVII : *Quomodo verba illa Nehemias (2 Esdr. 5, 14 : A die illâ, quâ præcepérat rex milii, ut essem dux in terrâ Iuda, ab anno 20, usque 32 Artaxerxis regis, per annos duodecim annonas, quæ cibis debentur, non comedî, intelligenda sint? Nehemias enim erat sacerdos (ex 2 Machab. 1, 18 et 21) : ergo non fuit dux Juda? » Resp. : Dist. cons. : Non fuit dux Juda sanguine, conc.; electione, neg. Ideo rex præcepit (non nativitas fecit), ut essem dux (non de tribu Juda), sed in terrâ Juda, vicarius regis Persie. Itaque Nehemias non ait se esse origine dueum Juda; sed ait, in terrâ Juda se esse constitutum dum ex imperio regis, h. e., ab extrinseco.*

Dices : Non est credibile quòd Nehemias 12 annis manserit Hierosolymis, qui (2 Esdr. 2, 6) constituit tempus, quo redire velit. Resp. : Duplex ad hanc objectionem responsio dari potest. Aliqui respondent, quòd muro, 2 Esdr. 6, 15, 52, diebus completo, die 25 mensis Elul (qui nostro mensi Augusto ferè respondet) redierunt ad regem et regiam, interea per substitutionem Hierosolymis residens, cui etiam absenti annona debebantur, quas tamen non exegit. Alii dicunt, quòd 12 annis manserit Hierosolymæ, quia, 2 Esdræ 5, v. 14, expressè dicitur quòd non redierit ad regem, nisi anno 32 Artaxerxis.

119. Quæres XVIII : *Quomodo, 2 Esd. 2, 16, dici possit, quòd Nehemias nihil de suo proposito indicaverit iis, qui faciebat opus, h. e., qui muros Hierosolymæ restaurabant; cùm tamen tunc nondum erat inchoata instauratio murorum? Resp. : Hoc loco, per eos quæ faciebant opus intelliguntur, juxta Cornelium à Lap., opifices et praefecti operarum, qui scilicet jam destinati quidem erant ad fabricam murorum, sed ob hostium incursus et vexationes opus intermisserunt, vel tardè et remissè illud exercerant; vel, ut Tirinus aliique explicant, intelliguntur opifices et praefecti, non quòd de facto operarentur, aut muros instaurare cœperint, sed quòd ex officio suo ad hoc essent destinati.*

120. Quæres XIX : *« An haec verba (2 Esdræ 7, 4) : Civitas erat lata nimis... et non erant domus aedificatae non contradicant illis (ibidem 3) Nehemias verbis : Posui custodes de habitatoribus Jerusalem... unum quenque contra domum suam. Numquid haec ultima verba supponunt, domus tunc jam fuisse aedificatas? » — Resp. : Cit. versus 4 tantum docet, sufficietes domos non fuisse aedificatas ad implendam latitudinem urbis; ideo enim præcedit : *Civitas erat lata nimis.* Alia responsio est, quòd custodes positi sint contra domum suam designatam, vel contra tentorium, in quo interim habitabant.*

121. Quæres XX : *Quomodo illa verba (2 Esdr. 9,*

(7) : *Eduxisti Abram de igne Chaldaeorum*, intelligenda sint? Quomodo enim Abram de igne educi potuit, cum non fuerit in igne conjectus? Artequam respondeam, observo, Hebreos credidisse, Abram à Chaldeis in fornacem ardente immissum fuisse, eā quōd adorare noluisse ignem, quem illi pro Deo habebant; sed suis illas inter flamas conservatum. Verum contra est, quia, si Abram per tam illustre miraculum, ut Rabbi volunt, conservatus fuisset, hoc Moyses non siluisset in Genesim, nec Josephus Jud. in suā Historiā, ubi gesta huius sancti Patriarchae exactè et distinctè receperet; nec Philo, qui de gestis Abrahami integrum librum conscripsit; nec auctor L. Ecclesiastici, qui cap. 44 laudes illius enarrat; nec denique S. Paulus ad Hebr. cap. 11, ubi de fide Abram loquitur, ad quam extollendam plurimum profuisset, si eam in igne contra idololatriam dicto modo probasset. Porrò occasiōnem huic fabulae dedit ambigua vox hebreia *TIN Ur*, que interdūm est nomen proprium alicuius civitatis in Chaldea, ubi Abram cum suo patre Thare aliquā tempore immorabatur, Gen. 11, 28, 31; interdūm verò est nomen appellativum, significans ignem. Hinc cit. loc. Esdræ sensus est: *Eduxisti Abram de Ur Chaldaeorum*, nempe de civitate illâ; prout dicitur in libro Genesis, cap. 11, v. 31, his verbis: *Tulit itaque Thare Abram filium suum, et Lot..., et eduxit eos de Ur Chaldaeorum, ut trent in terram Chanaanam*. Septuaginta Interpretes ad omnem sequentem vītāndam cit. loc. Esdræ posuerunt:

Eduxisti eum de regione Chaldaeorum, et arabica versio: Eduxisti eum de climate Chaldaeorum. Similiter Josephus (1) inquit: « *Abrahamus... cùm jam esset annorum 75, monitus oraculo, Chaldaeam terram mutavit Chananeam* ».

Ceterum, utrum Abram, antequām à Deo evocaretur, fuerit idololatra, prater alios expendunt Calmet (2) et Menochius (3). Prior defendit affirmativam, posterior negativam sententiam. Utraque habet pro se graves rationes, multosque magni nominis auctores patrones.

122. Quæres XXI: « *Quonamodò intelligentium illud (2 Esdræ 12, 46): Et omnis Israel... sanctificabant levitas, et levitæ sanctificabant filios Aaron?* » Certè inferior non sanctificat superiorē; ergo laici non levitas, nec hi sacerdotes. — Resp.: *Sanctificare* hic sumitur pro dare *quod sanctum seu sanctificatum est*, nempe pro dare decimas, que sancte et Deo dicatae sunt; vel etiam pro ostendere aliquā actione religiosā (nimis solutione decimarum) alterius sanctitatem, vel destinationem ad cultum Dei, vel suam subjectionem per oblationem decimarum. Unde sensus est: *Omnis Israel dabat decimas levitis, et levite filii Aaron, sacerdotibus, juxta legem Mosalem* (4).

(1) L. 1 Antiq. cap. 7.

(2) Comment. in Isa. cap. 43, v. 27.

(3) Centur. 11, cap. 88.

(4) Num. 18, 26. Vide Cornelium à Lap. in hunc locum.

Pars ib.

TOBIAS, JUDITH, ESTHER ET JOB.

Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesiâ catholica legi consueverunt, et in veteri vulgata latīna editione habentur, pro sacris et canonice non suscepit, anathema sit. (Tridentinum, sess. 4, in Decreto de Canonicis Scripturis.)

SECTIO PRIMA.

DE LIBRO TOBIÆ.

Hic liber, in cuius priore parte Tobiae senioris vita, posteriore verò peculiaris Dei circa ejus illum providentia commemoratur, verisimillimè auctorem habet utrumque Tobiam, scilicet patrem et filium. Hi enim, ut historiam hanc litteris mandarent, ab angelō iussi sunt (1) his verbis: *Vos autem benedicte Deum, et narrate omnia mirabilia ejus; seu, ut græcus textus habet: Scribe omnia, que consummata sunt, in libro*. Itaque verisimillimum est, quod Tobias senior, adjuvante filio suo, hunc librum usque ad caput 14, in quo ejus obitum recensetur, scripsit; filius verò solus illud caput 14, usque ad versum 16, in quo ejusdem Tobiae junioris è vitâ excessus narratur. Quod reliquum est capituli, ab alio auctore theopneusto seu divinitatis inspirato, quem ignoramus, suppletum. Calmet (2) ait:

(1) Tob. 12, 20.

(2) Præf. in L. Tobiae.

Liber hic utrumque Tobiam habuit auctorem, vel saltem hi monumenta reliquerunt, quibus inspectis recentior quidam auctor librum hunc digessit, omnibus ferè phrasibus priorum scriptorum servatis.

1. Quæres 1º: *Utrum liber Tobie, atique Libri Deuter-Canonici, quos Tridentinum in Canone sacrorum librorum postuit, inter Canonicas Scripturas recte Catholicias censeantur?*

Resp. affirmativè. Antequām autem hanc assertiōnem contra Protestantes aliasque Ecclesiæ catholice adversarios proberem, quedam præviè observo. Ac in primis notandum est, quod Biblia Protestantum dissentire hic incipiant à Bibliis Catholicorum, librumque Tobie cum aliis, quos Catholicos Deuter-Canonicos appellant, inter apocryphos reponant. Ut autem ista distinctiū intelligantur, explicandum est, quid sit Canon S. Scriptura? Quid libri Proto-Canonici? Quid Deuter-Canonici? Quid libri apocryphi? Itaque *Canon*, Κάνων, græca vox regulam primariò significat; deinde ea etiam, quæ accedunt ad formam regulæ, ex-

gr., tabellas, ligna, nempe levia et oblonga. Et quoniam tabellis hujusmodi ea inscribebantur, que ad omnium notitiam venire debebant, proptereaque publicè proponebantur, *canonis* nomen etiam rebus tabellas ejusmodi publicæ inscriptis tribui coepit. Hinc decreta conciliorum *canones* vocantur; albo quoque inscriptus index sanctorum, quorum commemoratione publicè in Ecclesiis fieri debebat, nomine *canonis* veniebat; inde nomen *canonizatus*, i. e., ab Ecclesiâ tanquam sanctus ad publicum cultum propositus. Ex his faciliè liquet, cur index seu catalogus librorum, quos Ecclesia agnoscit ac declarat esse divinos, appelletur *Canon S. Scriptura*, seu *sacrorum librorum*, libri verò ita propositi vocentur *libri Canonici*, quia nempe tanquam divini fidelibus publicè Ecclesiæ auctoritate proponuntur. Notandum autem, quòd priusquam liber aliquis illa fiat canonicus *quoad nos*, i. e., publicè Ecclesiæ auctoritate approbatus, nobisque propositus tanquam divinus, possit jam antea esse *in se* verè divinus, seu Deo auctore conscriptus. Sic libri Deutero-Canonicí, *Tobias*, *Judith*, etc., semper erant *in se* divini; Canonici autem *quoad nos* primum facti sunt, postquam ab Ecclesiâ in Canone sacrorum librorum relati sunt.

Præterea observandum, hunc divinorum librorum Canonem non uno tempore fuisse totum confectum, tum quia non omnes scriptores hagiographi uno eodem tempore scriperunt, sed uns post alterum; tum quia alii fuere libri, de quorum divinâ auctoritate nulla fuit tanquam in Ecclesiâ dubitatio, quique ab initio statim sua existentia in Canone recepti sunt, dicti præterea *Proto-Canonici*, i. e., *Primo-Canonici*, quales præter alias snt Pentateuchus, seu quinque libri Moysis, in veteri Testamento, et quatuor Evangelia in novo: alii verò erant libri, de quorum divinâ auctoritate aliquandiu inter ipsos orthodoxos dubitatum est, et circa quos Ecclesia summum ad tempus suspendit iudicium, nihil de iis in alterutram partem decernens, quo toto tempore lievit de horum librorum auctoritate dubitare, quia licet divinam *in se* haberent auctoritatem, ea tamen non erat sat cognita et promulgata fidelibus, quamdiu de iisdem libris nihil certi Ecclesia constituerat. At ubi re diligenter examinata eos in Canone admisit Ecclesia, non amplius de eorum divinitate dubitare licet. Atque hi libri vocantur *Deutero-Canonici*, i. e., *Secundo-Canonici*, sntque ex veteri Testamento *Tobias*, *Judith*, liber *Esther* totus, vel certè ejusdem septem postrema capitula; *Sapiencia*, *Ecclesiasticus*, *Baruch*, liber *I et II Machabaeorum*; et in libro *Danielis* quedam partes, nempe oratio Azariae cum sequenti hymno trium puerorum; *Susanna* historia; item historia Belis et draconis à Daniele interficti. In novo Testamento, caput ultimum Marci à versu 9 usque ad finem; historia de Christi sudore sanguineo, Angelique apparitione Christo facta, *Lucæ* cap. 22, et juxta *Canum*, aliosque etiam historia de muliere adulterâ in Evangelio *Joannis*, cap. 8; Epistola S. Pauli ad *Hebreos*; Epistola Catholica S. Jacobi; Epistola secunda S. Petri; secunda et tertia S. *Joannis*; Epistola S. *Judeæ*, et Apocalypsis S. *Joan-*

nis. Hinc patet quòd libri Deutero-Canonici aliquando apocryphi, i. e., occulti, *absconditi*, ex verbo ἀπόκρυφος, *absconde*, èd quòd ad tempus ab Ecclesiâ non fuerint publicè propositi, salem tanquam divini. Reliqui libri omnes, tam novi quam veteris Testamenti, sunt *Proto-Canonici*, ab omnibus Catholicis semper recepti. His prenotatis, probo jam conclusiōnem catholicam, quà dixi, omnes libros tam *Proto* quam Deutero-Canonicos, qui continentur in Canone concilii Tridentini, sess. 4, esse verè *Canonicos* et diuinos.

Argumentum petimus ex antiquissimâ traditione, atque auctoritate Ecclesiæ, ita ratiocinando: *Canon S. Scriptura* à concilio Tridentino approbatus, antiquissimâ Ecclesiæ occidentalis et orientalis traditione nititur; ergo legitimus est. Cons. à nulli Christiano (1) negari potest, cùm à temporibus Apostolorum semper in Ecclesiâ Christi vigerit firma haec persuasio, Denim Ecclesiæ, quæ est *columna et firmamentum veritatis* (2), dedisse potestatem infallibiliter dijudicandi quinam libri sint divini, et in *Canonem Scripturarum* admittendi, necne. Hinc S. Augustinus (3) apertè ait: « Ego et Evangelio non crederem, nisi me catholicæ Ecclesiæ sit commoveret auctoritas. » Et alibi (4) de Evangelio S. Matthei respondebat Fausto Manichæo his verbis: « Sicut ego credo, illum librum esse Manichæi, quoniam ex ipso tempore, quo Manichæus vivebat in carne, per discipulos eius certâ successione præpositorum vestrorum ad vestra usque tempora custoditus ac perductus est; sic et istum librum creditur esse Matthei, quem ex illo tempore, quo Mattheus ipse in carne vixit, non interruptâ serie temporum Ecclesia certâ connexionis successione usque ad tempora ista perduxit. Et die milii, cui libro potius credere debeamus, ejusne Apostoli, qui Christo, cùm adhuc in terra esset, adhaeserat, an nescio cui Persæ, qui tantò post natus est?.... Cùm ergo necesse sit, alterum horum librorum esse mendacem, cui nos potius censes fidem accommodare debere? Eine, quem illa Ecclesia ab ipso Christo inchoata, et per Apostolos proœcta certâ successionum serie usque ad haec tempora toto terrarum orbe dilatata, ab initio traditum et conservatum agnoscit atque approbat; an ei, quem eadem Ecclesia incognitum reprobat? » Ita S. Augustinus. Similiter S. Irenæus (5) jam secundo Ecclesiæ seculo florens ait: « Non enim per alios dispositionem salutis nostræ cognovimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos

(1) Nos hic solùm contra protestantes aliosque adversarios religionem christianam profientes agimus. Contra Paganos enim, Mahometanos, Iheristas, aliosque Anti-Christianos, antequitam *Canon S. Scriptura* catholicus probetur esse legitimus, prius probadum est quòd Ecclesia Christi sit sola vera religio divinitatis instituta, id quod *Polemici* et *Theologici* in *Tractatu de religione* aut alibi passim ostendere solent

(2) 1 Timoth. 3, 15.

(3) L. contra Epist. Fundamenti, c. 5.

(4) L. 28 contra Faustum, c. 2.

(5) L. 3 contra Haereses, c. 4.

(de Apostolis loquitur) quod quidem tunc præconia verant, postea vero per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt fundatum et columnam fidei nostræ futurum. Et inferius (1) ex instituto probat, hanc Apostolorum traditionem in Romana Ecclesiæ semper fuisse conservatam: Ad hanc enim Ecclesiæ, inquit, propter potentiores principaliatatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his qui sunt undique, conservata est ea, quæ est ab Apostolis, traditio. Accedit manifesta ratio. Nisi enim Ecclesia hæc à Deo potestas data esset, infallibiliter discernendi libros divinos à non divinis, nullus de istorum librorum auctoritate altercandi foret finis, prout et veterum et recentiorum sectariorum non cum Catholicis modò, sed mutua etiam inter ipsos declarant certaminis; atqui sapientia et bonitati divinae repugnat, Ecclesiam suam reliquere in tanta incertitudine et dubiis circa res summi momenti veram fidem et religionem concernentibus sine infallibili harum controversiarum judice; ergo dicendum est, quod verae Dei Ecclesiæ competit infallibilis potestas adjudicandi circa authentiam et divinitatem librorum in Canonem sacrum recipiendorum. Certe, si Ecclesia falsas pro veris, aut humanas et errori obnoxias pro divinis Scripturis admittere posset, facile in errores circa res credendas incidere, fidesque ejus defectui obnoxia esset, quod salvâ Christi promissione fieri nequit; cum juxta divinum ejusdem effatum porte inferi adversus Ecclesiam, quæ est columna et firmamentum veritatis, nunquam sint prevaliture. Igitur si demonstravero, à primis Ecclesiæ seculis usque ad nostra tempore eosdem S. Scriptura libros habitos fuisse ab Ecclesiæ Christi pro divinis et canonicis, quos Ecclesia catholica hodiè pro talibus habet et agnoscit, hoc ipso Canon sacramorum librorum catholicus legitimus esse evincitur. Antecedens vero ostendimus ex concilio Carthaginensi III, celebrato anno Christi 397; ex Epistola Innocentii I, an. 401, et Decreto Gelasii I, 494. Item ex concilio Florentino et Tridentino, ac denique ex ipsis hodiernæ Ecclesiæ græce quantumvis schismatice publicâ professione. Unde sic argumentor.

4^o EX CONCILIO CARTHAGINENSI III.

2. Hoc concilium præsentibus circiter 46 episcopis, inter quos ipse etiam D. Augustinus (2) era, prorsus eundem divinorum librorum catalogum, can. 47, texuit, quem Tridentinum, sess. 4, habet. Neque hic catalogus tunc primum compositus, sed ex antiquâ traditione acceptus erat, prout Patres hujus concilii disertè affirmant, addentes hæc verba: A Patribus ista acceptimus legenda. At dices 1^o: Citatus Canon 47 concilii Carthag. III spurius est. Huic enim Canoni in fine additur: Hoc etiam fratri et consa-

(1) Ibidem, c. 3.

(2) Hinc non mirandum, quod S. Augustinus, l. 2 de Doctrinâ Christianâ, c. 8, eundem divinorum librorum catalogum, quem concilium Carthag. III, can. 47, statuit, recenseat.

cerdoti nostro Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis innotescat; cùm tamen tempore concili Carthag. III, Romæ Pontifex fuerit non Bonifacius sed Siricius, multis annis Bonifacium in Pontificatu antecedens. Resp. 1^o et dico cum Harduino (1), hunc esse errorem illius qui acta concilii Carthaginensis III, et aliorum Carthaginensium descripsit. Nam, ut Harduin (2) observat, subscriptio illa: *Hoc etiam fratri, etc.*, pertinet ad concilium Carthag. VI, anno 419, sub Bonifacio I celebratum. Quod autem in canone 47 concilii Carthag. III perperam mentio Bonifaci Papæ stat, patet ex ejusdem concilii canone 48 immediatè subsequente, ubi de Donatistis consulendus dicitur Siricius eo tempore Romæ Pontifex; item patet ex eo, quia ad initium concilii Carthag. III designantur consules Romani Cæsarius et Atticus, quos constat consulatis officium non sub Bonifacio, sed sub anno 13 Siricii, 3 Arcadii et Honorii, et 397 æra vulgaris gessisse. Ceterum fieri facilè potuit, nt in frequentibus illius anni conciliis Cathagine celebratis additamentum aliquod ab uno in aliud (à Carthaginensi VI in Carthaginense III) scriptoris vitio migraret; quod tamen viatum ex totâ serie actorum concilii Carthag. III facilè detegitur. Resp. 2^o et dico, etiamsi illa additio: *Hoc etiam fratri, etc.*, in Carthaginensi III retinenda esset, non tamen sequi, canonem 47 hujus concilii de catalogo divinorum librorum spurius esse. Res enim sic explicari potest: Mittendus ille canon dicitur ad Bonifacium tum adhuc inter primarios cleri Romani viros ac consultores existentem, ut idem canon à Siricio Papâ, ceterisque earum partium episcopis approbaretur. Quæ responsio confirmatur ex canone 48 immediatè sequente, quo, ut dixi, consulendus dicitur Siricius de baptismo Donatistarum infantibus dato. Denique, sive decretum illud de Canone divinorum librorum, quod hodiè in canone 47 concilii Carthag. III legimus, sit concilii Carthag. III, sive VI, parum referit. Neque enim 21 anni (quot nimur ab anno 397, quo concilium Carthag. III celebratum est, ad annum 419, sive ad concilium Carthag. VI, effluxere) antiquitatem traditionis notabiliter augent, aut minuant.

Dices 2^o: Concilium Carthag. III (sicut etiam Gelasius Papa in suo Decreto infra citando) in catalogo divinorum librorum omittit librum Baruch, quem Tridentinum inter libros sacros ponit; ergo cum Tridentinum hæc in re non penitus consentit. Ant. patet ex verbis concilii Carthag. III, can. 47, ita loquentis: Item placuit, ut præter Scripturas canonicas, nihil in Ecclesiæ legatur sub nomine divinarum Scripturarum. Sunt autem canonicae Scripturæ: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jesus Nave, Judicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Job, Psalterium Davidicum, Sammonis libri quinque, libri duodecim Prophetarum minorum. Item Isaías, Jeremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Judith, Esdras libri duo, Machabæorum libri

(1) Tom. 4 Concil., pag. 968.

(2) In citati canonis recensione ad marginem.

duo. Novi autem Testamenti Evangeliorum libri quatuor, Actuum Apostolorum liber unus, Pauli Apostoli Epistole tredecim : ejusdem ad Hebreos una ; Petri Apostoli duae ; Joannis Apostoli tres ; Judæ Apostoli una, et Jacobi una ; Apocalypsis Joannis liber unus. » Resp. : Notum est eruditis, librum Baruch primis Ecclesiae seculis sub Jeremias nomine (eius amanuensis erat Baruch) à veteribus citari, ut S. Augustinus (1) expressè monet, et videamus factum à Clemente Alexandr. (2), S. Ambrosio (3), S. Basilio (4), S. Chrysostomo (5). Non ergo mirum, quod Carthaginense III et Gelasius Papa in Canone sanctorum librorum Jeremiam posuerint, non expressè nominato seu addito Baruch ; prout tamen fecit Tridentinum, sess. 4, in Decreto de canoniciis Scripturis præter alia dicens : « Isaías, Jeremias cum Baruch, & Ezechiel, Daniel. »

2º EX INNOCENTIO I ET GELASIO I.

3. Innocentius I, in Epist. ad Exuperium, episcopum Tolosanum (6), c. 7, ita loquitur : *Qui verò libri recipiantur in Canone sanctorum Scripturarum, brevis adnexus ostendit... Moysi libri quinque, etc.* Enumerantur deinde libri iidem, licet diverso ordine, qui in Carthaginensi III, et in Tridentino. Eumdem etiam Canonem divinorum librorum recenset Gelasius Papa in Decreto concilii Romani 70 episcoporum ann. 494 celebrati. Ex quibus testimonis R. Pontificum denuo patet antiquissima traditio de Canone sanctorum Scripturarum catholico. — At dices 4º cum Caveo Anglio asserente, hoc Decretum Gelasianum esse spurium, et incerti auctoris. Alia enim vetusta MS. idem Decretum tribuunt Damaso Papæ, ipseque Baronius (7) ex concilio Romano sub Damaso celebrato partem hujus Decreti exhibet ; manu scriptum verò Jurense illud Hormisdæ Papæ tribuit. Denique ab Alhelmo idem Decretum describitur, sed tacito Gelasii nomine. Resp. : Cavæ scriptoris Angli conjectura satis resellitur ab antiquissimis auctoribus Hincmaro Rhemensi, Burkardo Wormatiensi, Lanfranco Cantuarensi, et criticiis ferè omnibus, qui Decretum illud ut genuinum Gelasii opus agnoscunt. Dein ex illâ ipsâ manuscriptu diversitate satia patet, laudatum Decretum esse profectum ab aliquo antiquiorum Pontificum, solumque esse dubium, à quonam determinatè id factum ; quamvis communè modernorum criticorum judicium illud Gelasio attribuat. Cæterum sive ab hoc, sive à Damaso vel Hormisdâ fuerit editum, parum refert. Si enim Decretum istud Damasi sit, seculo integro Gelasio Pontifice erit antiquius, idèque antiquissimum

(1) L. 48 de Civit. Dei, c. 53.

(2) L. 4 Pædagog., c. 10.

(3) L. 3 Hexam., c. 14.

(4) L. contra Eunomium.

(5) In Oratione, quod Christus sit Deus.

(6) Haec Epistola Innocentii I ad Exuperium jam à Dionysio Exiguo, seculi sexti scriptore, qui Archivi Romani tabulas penitus inspexit, refertur, et ab omnibus literatis tanquam genuinus Innocentii I partus agnoscitur.

(7) Hist. Eccles. ad an. Christi 60.

de nostro Canone sacrarum Scripturarum trauiionem adhuc magis stabiliet. Si verò Hormisdæ fuerit, illud 18 duntaxat annis Gelasio recentius erit.

Dices 2º : Cujuscumque Pape istud Decretum sit, cum hodierno Catholicorum Canone non plenè consentit. Nam omittit librum secundum Esdræ et librum secundum Machabæorum. Dicit enim : « Esdræ liber unus ; Machabæorum liber unus. » — Resp. et dico, Gelasius in suo catalogo sanctorum librorum Graecos et Hebreos secutum esse, apud quos, teste S. Hieronymo, ambo volumina, quæ juxta nos sunt l. 1 et 2 Esdræ, in unum librum conjunguntur ; librum verò secundum Esdræ illi vocant eum, qui juxta nos est liber tertius Esdræ apocryphus, è Canone nostro exclusus. Hinc Tridentinum, in suo Canone, studiosè dicit : « Esdræ primus et secundus, qui dicitur Nehemias, » ne per secundum intelligatur ille qui ab Hebreis et Græcis liber secundus Esdræ dicitur. Librum verò unum Machabæorum Gelasius dicit, quia videlicet in utroque Machabæorum libro ferè eadem tractatur historia, licet aliter et diverso modo. Cæterum nec ista quidem unius tantum libri (seu Esdræ, seu Machabæorum) in Decreto Gelasiano commemoratio certa est. In aliis enim ejusdem concilii Romani sub Gelasio Papâ celebrati manuscriptis antiquissimis, ut Iardinius (1) adnotat, leguntur, duo libri Esdræ, et duo libri Machabæorum.

3º EX FLORENTINO ET TRIDENTINO ; ITEM EX SOLEMNI TESTIMONIO ECCLESIE GRÆCÆ QUANTUMVIS SCHISMATICÆ.

4. Nam in Concilio Florentino, in Decreto Eugenii IV pro Armenis, iidem ipsi denuò libri tanquam Canonici recensentur, qui à concilio Carthag. III, ab Innocentio I et Gelasio I, et à Tridentino enumerantur. — At dices Decretum pro Armenis non esse statutum ipsius concilii generalis, cùm conditum sit à solo Pontifice, soluto jam ante triennium concilio, et Græcis in patriam digressis. Resp. : Decretum illud digressis quidem Græcis, sed concilio nihilominus sub Eugenio IV, etiamnum per tres annos Florentiæ continuo, ac dein Roman translatu conditum est anno 1442, in publicâ sessione habitâ in Ecclesiâ Lateranensi, præsentibus adhuc cardinalibus Bessarione et Rutheno ; id quod in synodo Tridentinâ sess. 4, cardinalis de Monte contra episcopum Clodiensem, productis ex arce S. Angeli genuinis actis concilii Florentini, invictè demonstravit, et amplius confirmavit Cervinus asserens, autographum Decreti subscriptione Eugenii et cardinalium signatum et Bullâ munitum à se visum esse ; de quâ Pallavicinus (2). Accedit, quidam jam ante Græcorum discessum Armeni legati advenient, et summâ Græcorum voluntate Pontifici Eugenio unionis perficiende negotium permisum sit. Quare Decretum pro Armenis Florentino accensendum omnino est, ac irrefragabili auctoritate pollet.

Denique etiam Ecclesia Græca, etsi nunc schismatica

(1) Tom. 2 Concil., pag. 938.

(2) Illist. Conc. Trident. l. 6, c. 11.

tica, eodem cum Catholicis suscepit libros S. Scripturæ. Haec enim cùm à Protestantibus ad ineundam secum concordiam suisset invitata, synodus Jerosolymis sub Dositheo Patriarchâ celebravit anno Christi 1672, quo Protestantium errores damnavit, respondebat ad eos dato, inter alia catholice doctrine capita solemniter de sacris libris in Tridentino enumeratis professa est : « Hos omnes judicamus esse Canonicos et sacram Scripturam confitemur, quoniam eos tradidit antiqua consuetudo, seu magis Ecclesia catholica. »

Solvuntur argumenta contra catholicum sacrorum librorum canonem.

5. Argumentum I. Ex una parte non omnes libri, quos Tridentinum inter Canonicos numerat, continentur in Canone Hebreorum; ex altera parte Ecclesia libros veteris Testamenti non aliter quam ex Canone Hebreorum discere potuit; quia de causa SS. Patres certitudinem librorum V. T. ex iudicio Synagoga repetere solent; ergo Canon sacrorum librorum à Tridentino status non est legitimus. Resp. : Omitto ant. quoad primum membrum, nego quoad secundum. Nam Ecclesia libros Canonicos ex traditione Apostolica cognoscere potuit, Apostoli verò à Christo, vel ex speciali Spiritu S. revelatione intelligere potuerunt, eodem libros esse divinos. Neque SS. Patres Canonem Hebreorum allegant tanquam unicam regulam veteres libros sacros dignoscendi; S. Hieronymus enim (1) admittit e., g., librum Judith, licet in Canone Hebreorum non contineatur. Accedit auctoritas D. Augustini (2), qui ait : « Libros Machabaeorum non à Judæi, sed Ecclesia pro Canonicos habet. » Quibus verbis clare significat, Ecclesiam habere aliquos libros V. T. pro Canonis, quanvis ii in Canone Hebreorum non contineantur. Quando autem alibi ait, nos à Judæis tanquam librariis et capsariis nostris acceperisse libros divinos; item quando D. Paulus (3) ait, Judeis credita esse eloqua Dei, tantum volunt SS. Augustinus et Paulus, quod aliqui vel plerique V. T. libri à Deo Judæis fuerint crediti, ut eos custodirent, nobisque licet inviti in lege novâ tradarent; non verò volunt quod Judæi nobis omnes prorsus libros sacros V. T. tradiderint, aut si omnes nobis tradiderint, eos etiam omnes habuerint pro divinis. Vel denique SS. Paulus et Augustinus intelligendi sunt de Judæis non Hellenistis tantum, sed etiam de Hellenistis seu Judæis Graecis (4) Alexandriae et in Ægypto aut aliis Orientis

(1) Praefat. in l. Judith.

(2) L. 18 de Civ. Dei, c. 36.

(3) Ad Rom. 3. 2.

(4) Ut res ista omnino distinctè intelligatur, plurim obseruanda sunt. In primis satis recepta apud Hebreos traditio, teste Calmeto (in suo Dictionario Bibl. v^a *Canon*), est, apud Judæos Canonem Scripturarum clausum non fuisse, hoc est, libros divinos certo numero non fuisse determinatos nisi Esdræ tempore, quando nimirum Esdras annuente Synagogâ magnâ, seu concilio generali totius nationis Judæi libros sacros in unum corpus collegit, et canonicum Scripturarum 22 voluminibus constantem digessit. Canone sic clauso, nullum librum in eum inveniri tolerarunt Judæi saltem

partibus degentibus, qui nullum inter Proto et Deuterono-Canicos V. T. libros discrimen faciebant, sed utrosque Canoni suo inseruerunt. Unde ad propositum adversariorum argumentum non concessi, sed dunt taxat omisi primum membrum antecedentis, quod etiam sic distingu potest : Non omnes libri V. T. à Tridentino recensiti continentur in Canone Hebreorum seu Judeorum Palæstinorum, conc.; non continentur in Canone Judeorum Hellenistarum seu Graecorum Alexandriae et in Ægypto, etc., degentum, nego.

6. Argum. II. 1^o Si libri Deutero-Canicici V. T. essent divini seu Deo inspirante et dictante conscripti, Esdras eorum divinitatem haud dubiè agnoscisset, cosque Canoni suo inserueret. 2^o Aut certè id post Esdram fecisset synagoga magna. 3^o Neque semper SS. Patrum aliqui de eorumdem librorum divinitate du-

Palæstini seu hebraizantes; nec nullus est apud eos liber, qui regalecum cum illis 22 libris Canonis auctoritatem obtineat. Dixi : *Judei saltem Palæstini*. Alterum enim sensisse Helleniste seu Judei Alexandrii, ut mox dicam. Nam Tourneminius, teste Hermanno Goldhagen (Introduct. in S. Scripturam p. 1, sect. 1, quæst. 8) validè verisimiliter et ex solidis argumentis censem et probat, alium luisse Canonom Hebreorum in Palæstina degentum, et alium Judeorum Hellenistarum. Derivatur autem hæc vox à vocabulo Σληνή, id est *grecus*; erant igitur Judei Hellenistæ ii qui Alexandriae et in aliis urbibus et provinciis per Orientem dispersis degabant, ubi hebreus sermo non erat pervulgatus, quique hebraicum vel syriacum idioma non callentes, græca S. Scripturæ versione non privatum modò, sed etiam in cœtibus publicis uebantur, Judeis Palæstiniis id vehementer improbantibus et ægerrimè ferentibus. Unde etiam evenit, ut post excidium Jerosolymæ Judei Palæstinae eorumque posteri vatiniano in Judeos Hellenistas, quorum plerique facti sum Christiani, odio exarserint, adeò ut ne ipsis quidem græcis Hellenistarum Bibliis parcerent, quemadmodum S. Justinus aliquip PP. testantur. Porrò Judei Palæstini probabilitus non alium divinorum librorum Canonom agnoverint, nisi Esdrinum, quem supra commemoravimus; vel si preter istum admiserint alium Canonom secundarium, in quo erant libri Deutero - Canici, huic certè minorem credebant inesse auctoritatem etiam essentialiem, seu relatè ad veritatem, ut disertè testatur Josephus, l. I contra Appionem, dicens, « præter 22 libros, qui sunt in Canone Hebreorum, fusse et alios, nempe à Tobiam, Judith, etc., at non similis dignos fide. » Judei vero Hellenisti non modo libros Deutero-Canicos Tobiae, etc., in Canōnum admisere, sed ne quidem discrimen aliquod inter hos et alios libros Proto-Canicos in Canone Esdrino contentos agnovere. Denique bene notandum, quod hunc ipsum Hellenistarum Canonom græco sermone conscriptum, qualis Alexandriae et in Graecorum synagogis legebatur, prius Christiani ex gentilitate ad Christianum conversi ab Apostolis accepérunt, prout omnes manuscripti codices comprobant; idipsum etiam Apostoli inveniunt, qui Tobiam, Sapientiam, Ecclesiasticum, Machabæorum libros hanc altera quam ceteros Scripturae libros prolatis inde sententiis commendant, ut videre est apud Iustini, Propos. 4, cap. 14, et Hermannum Goldhagen, loc. cit., part. 2, num. 87, 93, 169, 478, 282. Idem evincunt plura PP. testimonia, que pro singulis libris Deutero-Canicis longa et accurata serie è seculo secundo Ecclesie usque ad seculum decimum septimum Tourneminius (in Appendice. 4 ad Praclou. Bonfrerii) duabus tabulis exhibet.

bitassent, etiam post concilium Carthag. III et Epistolam Innocentii I ad Exuperium Tolosanum.

Resp. ad primum : Nego sequelam. Gemina enim potissimum erat causa, cur hi libri ab Esdrā in Canonem non fuerint relati. Prima fuit, quia eorum aliqui e., g., lib. Sapientie, Ecclesiastici, Machabaeorum, tempore Esdræ nondum erant conscripti ; neque posteriorum temporum Judæi in Palæstinâ degentes ausi sunt eosdem Canoni Esdrino jam clauso inserere, quamquam etiam apud illos liber Ecclesiastici maximæ fuerit auctoritatis, ac teste Joscpho (1) velut pars legis Mosaicæ habitus. Altera cause fuit, quia aliqui illorum librorum, etsi tunc jam scripti, potuerunt facilè diligenter Esdras effugere, cùm gens Israelitica illis temporibus maximis rerum difficultatibus premeretur, quamvis libertati et patriæ restituta ; unde et Esdras quantumlibet studiosus ac diligens omnes gentis Judaicæ historias, et veteris memoria monumenta à popularibus suis scripta colligere haud poterat. Neque divinæ Providentiae placuit, illa per miracula detegere, præsertim cùm absque his scriptis, quæ vocantur Deutero-Canonica, Judæi per solos libros Proto-Canonicos sufficienter in lege suâ instrui gubernarique potuerint. — Ad secundum : Ex iisdem fermè rationibus, nego aut. Judæi exim Palæstini post clausum semel Canonem Esdrinum semper horabant aliquid ei addere, etiamsi scripta hagiographia postea inventa magno in pretio et veneratione habuerint (2). — Ad tertium : Nego aut. Cùm enim nec Carthaginense III, nec Innocentius I, aperè declaraverint, Canonem SS. Librorum, quem recensent, haberi ex traditione Apostolicâ, mirum non est, quod semper aliqui dubitabant de canonicitate horum librorum, donec res ab Ecclesiâ in Tridentino fuerit solemniter decisa. Præterea quando SS. Patres libros Deutero-Canonicos appellant apocryphos, vel minus aptos ad confirmandam ecclesiasticorum dogmatum auctoritatem, aut quando referunt solum Esdrinum Canonem, propriè non dubitabant de librorum Deutero-Canonicorum divinitate, sed tantum indicant, quod hi libri suo tempore fuerint minus idonei ad refutandos Judeos et hereticos, vel etiam ad dogmata fidei inter Catholicos adstruenta, quia tunc nondum supremo universalis Ecclesiae iudicio recepti fuerant tanquam divini et Canonici, vel non ex sua sententiâ loquuntur, sed Iudeorum Palæstinorum, solumque referunt, qualem isti Canonem statuant, ut facit S. Epiphanius (3), et S. Hieronymus (4), qui etiam alibi (5) expressè ait : *Non quid sentirem, sed quid Hebrei contra nos dicere soleant* (Prefatione in Danielem) *exordiavi*. Denique si aliqui SS. Patrum verè dubitabant de divinitate Deutero-Canonicorum, id fecerunt, quia vel Ecclesiæ mentem ignorârunt, vel minus expenderunt; cùmque veterum quorundam qualemcum-

que dubitationem seu realem, seu apparerent talem legerent, putarunt in eorum sententiâ se posse acquiescere.

Neque dicas, Patres illos non potuisse habere ignorantiam invincibilem, cùm libri Deutero-Cononici jadū ab Hellenistis, imò ab ipsa Ecclesiâ Catholica in synodo Nicenâ fuerint in Canone positi, et de illorum divinitate constaret ex traditione apostolica. Nam resp. id è ratione fieri potuisse, quia PP. illi de hac ipsa traditione, aut de Nicenâ decreto non habuere sufficientem notitiam, et fortassis quibusdam illorum solos Canon Esdrinus, in quo libri Deutero-Cononici omisi erant, innotuit, cùm de hoc solo Judei Palæstini loquerentur. Certè etiam magni viri sepè ignorant, quod scire ipsos interest, quemadmodum D. Augustinus contra Nicenâ concilii vetitum, quod tunc ignorabat, ordinatus est episcopus, vivente adhuc Valerio episcopo antecessore suo, ut Possidius (1) testatur. Simili itaque modo Patribus illis Canon synodi Nicenæ de libris Deutero-Cononici ignotus esse potuit, aut non satis perspectus, præsertim quia non satis constat, quibus et quam gravibus verbis libros illos Nicenâ concilium receperit, an per modum decreti aliquis, an adjecto anathemate in eos qui hos libros non suscepissent, an verò per modum simplicis enarrationis, quæ non tolleret omnem dubitationem. Imò nequidem satis constat, qui libri in illâ synodo fuerint ut Cononici recepti prater librum Judith, de quo Hieronymus (2) testatur, eum in synodo Nicenâ computatum esse in numero sanctorum Scripturarum. Quod verò in objectione additum est de traditione Apostolica, ita distinguendum est : De divinitate librorum Deutero-Cononicorum constabat ex traditione apostolica, quæ tunc temporis data et conservata fuit in omnibus Ecclesiis, nego; quæ conservata fuit in aliis tantum Ecclesiis, præcipue in Romanâ, et Patriarchatu Occidentis, concedo. Res hæc se habet fermè sicut traditione de non rebaptizandis, iis qui ab hereticis baptizati sunt. Hæc enim traditio verè fuit divina et apostolica à Romanâ Ecclesiâ semper conservata, quamvis plurimi Africe episcopi cum multis Asiaticis alter sentirent. Facile igitur contingere potuit, ut pariter traditionem alteram apostolicam de divinitate librorum Deutero-Cononicorum PP. aliqui orientalis Ecclesiæ ignorant, cùm Ecclesia id tunc nondum aperè decidet, ut postea justis de causis à Tridentino factum est ad coercendos Protestantium errores, et novandi libidinem. — At inquit : libri V. T. Deutero-Cononici non erant Cononici in Synagoga ; ergo neque possunt esse Cononici in Ecclesia Christi, quia hæc non potest facere, ut liber aliquis sit divinus, seu Deo inspirante conscriptus, qui prius talis non fuit. Rep.: Dist. aut.: Non erant Cononici ac divini in se, neg.; non erant Cononici quoad Judeos, seu non recipiebantur in Canonem Esdrinum saltem à Judeis Palæstinis, conc. Rationem additam dist. : Ecclesia non potest facere, ut liber aliquis sit divinus, qui

(1) L. 2 contra Appionem.

(2) Vide Calmeti Dictionar., Bibl. v^o *Hagiographa*.

(3) L. de Ponderibus, et al. 4 Hæres. 8.

(4) Prefat. in Danielem.

(5) In Apologiâ advers. Ruffinum 1. 2 c. 9.

(1) In S. Augustini vitâ, cap. 8.

(2) Prefat. in 1. Judith.

prius talis non fuit in se, conc.; non potest declarare, librum aliquem esse divinum, quí prius talis non fuit quanad nos, sed non potest ex promissâ sibi (1) infallibili assistentiâ Spiritus S. declarare, quod liber aliquis sit divinus, de quo prius dubitabatur, utrum sit divinus, nego.

7. Argum. III. Si Apostoli, ut col. 476, in fine nota diximus, Canonem Hellenistarum seu Judeorum græcorum, in quo libri Deutero-Canonici V. T. continebantur, approbarunt, Christiani nunquam de hqrum librorum divinitate dubitassent; atqui dubitârunt jam seculo secundo et sequentiis, præente Melitone Sardensi; ergo Apostoli Canonem illum non approbarunt. Distinguo maj.: si Apostoli Canonem illum *publicâ quâdam et aperte decisione* approbassent, conc. maj.; si cum duntaxat approbarunt *ipso facto*, prædictos libros citando tanquam Scripturam divinam, primisque Christianis Hellenistarum Biblia tradendo et suadendo, sed tamen absque expresso mandato et definitione, neg. maj.; et concessâ minore, eodem modo dist. cons.: ergo Apostoli Canonem illum non approbarunt publicâ et apertâ definitione, conc.; non approbarunt enim ipso facto, neg. cons.

Audiamus Cl. Hermanum Goldhagen (2) hâc de re disserentem: « Evidem, inquit, primi Christiani ex voluntate Apostolorum passim utebantur græcis Hellenistarum Bibliis. Verum labente seculo secundo, primus erat Melito Sardensis (in Asia) episcopus, qui à Palestina Iudeis eductus discrimen aliquod propositus inter Canonem Judeorum, atque Ecclesiæ Christianæ tunc usitatum, securtusque Judeorum Palestinarum sensum per licentiam immoderate critices novum sacrorum librorum Canonem vulgavit, à quo libri supra nominati Tobie, Judith, etc., imò Estheris libertetis in Canone Hebreorum aliquoquin contentus, aberant. Fecit subin auctoritas Melitonis, cuius major, quām debuisse, ratio habita est, ut in Ecclesiis orientalibus controversia et dubia de posterioribus hisce libris nascerentur; que tamen non obstat, quominus in ipsis Orientis Ecclesiis libri hi, ut antea, legerentur et pro divinis haberentur. Omnis controversia cù tandem valuit, aliquid ut discrinimis inter libros priores Esdrino Canonibz an initio statim insertos, et hos posteriores deinceps detectos statueretur, ita, ut illi posthac Proto-Canonici, isti Deutero-Canonici dicerentur. Et qui minus his favebant, id unum affirmabant, minus idoneos esse Deutero-Canonicos ad Judæos, Incredulos, Hereticosque arguendos. Occidentales verò Ecclesiæ nihil planè disputationibus istis commotæ sunt; suum ille Canonem servârunt græcorum nempe Bibliorum, qui Apostolorum erat atque Ecclesiæ Canon. Prae ceteris cù in re valuit Ecclesiæ Romane traditio in asse-

(1) Ecclesia, sicut in decidendis aliis controversiis ad fidem vel mores spectantibus ex divina promissione (Matth. i6, 18, et alibi) infallibilis est, ita etiam in declarando Canone S. Scripturæ, que una cum traditione divinâ est regula credendorum.

(2) P. 1, Introduct. in S. Scriptur., num. 154.

rendo vero Canone, quem hodiè adhuc habet firma semper et constans, ipsaque hâc suâ constantiâ satis docens, à magnis Apostolis Petro et Paulo hoc sibi depositum relictum fuisse. » Hucusque laudatus auctor. Ceterum ex hâc ipsâ narratione patet, quod Melito Sardensis non ex Asiaticarum Ecclesiarum traditione, neque ex Christianorum in Oriente degentium, sed ex Judeorum Palestinarum sententiâ, ad quos idcirco iter à se suspectum fuisse fatetur idem Melito (1), catalogum suum divinorum librorum vulgârit, quem nævis non caruisse, ipsi Protestantes fateri debent. Omititur enim à Melitone liber Estheris certò divinus, et Esdrino Judeorum Canone comprehensus; ponitur verò ab eodem episcopo inter libros omnium consensione approbatos liber Sapientie, quem tamen Deutero-Canonici accenserit, et nec in Esdrino Canone contentum, nec ab ipsis Protestantibus olim receptum fuisse, constat. Parum igitur ex Melitonis Canone adversari lucrantur. At

8. Dices: S. Athanasius, in Synopsi Canonem SS. librorum V. T. edidit prorsus conformem Melitonis catalogo: Laodicenum quoque concilium, seculo quarto celebratum, libros Deutero-Canonicos V. T. in Canone omittit; similiter Canon 85 Apostolorum in catalogo SS. Librorum omittit libros Tobie, Judith, et Ecclesiastici; ergo non est Apostolica traditio, dictos libros esse divinos. Resp.: Synopsis que S. Athanasii dicitur, non habet auctorem S. Athanasium, sed alium quendam seculi sexti scriptorem parum currandum, ut plerique ex eruditis hodiè consentiunt. Laodicenum fuit 24 annis ante concilium Carthaginense III, et tantummodo recentere voluit libros tunc ab Ecclesiâ jam canonizatos, de reliquis verò præscindere, fortassis ob item de libris Canonici à Melitone Sardensi priori seculo excitata, et nondum in omnibus orientalibus Ecclesiis extinctam. Canon 85 Apostolorum est subreptitus, quia SS. Scripturarum Canoni etiam inserit liber 3 Machabeorum, et Clementis Epistolas duas communis conciliorum ac SS. Patrum sententiâ ex catalogo divinorum librorum exclusas. Dein peritorum omnium iudicium certum est, ex 85 Canonibus Apostolorum ultimos 35 Canones non semper cum orthodoxâ fide concordare, ideoque à Romanâ Ecclesiâ fuisse reprobatos.

9. Argum. IV. Ecclesia nullam habet superioritatem in Scripturis divinas; ergo non potuit in Tridentino deiisdem iudicium ferre. Resp.: Conc. ant., dist. cons.: non potuit ferre iudicium auctoritatis, ad quod requiritur superioritas, conc. cons.; non potuit ferre iudicium discretionis, quod nullam exigit superioritatem in id quod discernitur, sed duntaxat jus et virtutem discernendi, neg. cons. Ecclesia, quia est columna fidic et veritatis, et infallibilem sibi à Christo assistentiam promissam habet (2), hoc ipso etiam habet jus discernendi Scripturas veras à falsis, et in hoc ei assistit Spiritus S., ne erret.

(1) In Epistola ad Onesimum

(2) 1 ad Timoth. 3; 15. Matth. 16, 18.

40. Dices 1º: Si Ecclesia potest exercere judicium discretionis circa divinas Scripturas, sequitur, quod Ecclesia sit regula S. Scripturae, non verò S. Scriptura Ecclesiae; item, quod Ecclesia pro libitu sibi statuat regulam, quā in decadendis fidei controversiis utatur: sed utraque hæc sequela est absurdā et paradoxa; ergo. Resp.: Nego utramque sequelam. Quamvis enim Ecclesia sit nobis regula, seu potius magistra infallibilis ad veram Scripturam, ejusque genuinum sensum cognoscendum; ipsa tamen S. Scriptura sic cognita est et manet regula Ecclesiae, quam hæc in dirimendis fidei controversiis sequi debet. Unde Ecclesia non pro libitu suo regulam fidei et morum eligit, sed eam à Spiritu S. constitutam, et præscriptam habet, eamque semel agnitam, ut dixi, sequi debet. Quā parū enim iuriis doctores sibi pro libitu vivendi regulam statuant, dūm dijudicant aut discernunt, quodnam sit genuinum jus nature vel positivum, quidve istis juribus præcipiatur, vel prohibeat; tam parū Ecclesia sibimet regulam fidei et morum propriā auctoritate statuit, dūm regulam hanc Deo illustrante infallibiliter agnoscat, et fide libus secundam proponit.

41. Dices 2º: Si Ecclesia habet et semper habuit dictam potestatem infallibiliter discernendi libros divinos, non est ratio, cur illa primū tempore Tridentini hæc potestate solemniter usū fuerit, clarè et cum communione anathematis in seculis asserentes lati definiendo SS. Librorum Canonem; ergo. Resp.: Neg. ant. Idecō primū in Tridentino id explicitè definitum fuit, quia ante illa tempora nunguā erat tanta necessitas, quantum Tridentinis Patribus imposuit insatiabilis Protestantium libido omnia novandi. Ceterū ex aliatā objectione sequeretur grande illud absurdum et falsum, quod nimirū omnia concilia oecumenica perprægerint, damnando novos errores, antea in Ecclesiā Dei nondū explicitè damnatos. Nam ante Nicenū I, Ecclesia nunguā tam clarè et expressè definivit divinitatem Verbi, nec ante Constantinopolitanū I, divinitatem Spiritus S., nec ante Ephesinū unicam in Christo personam, et sic de aliis loquendo.

42. Dices 3º: Si judicium Ecclesie circa scripta divina in Tridentino infallibile fuisset, tunc singulæ partes S. Scripturæ, prout in Ecclesiā Catholica legi consueverunt (1), pro divinis habendas essent; sed hoc ne Catholicī quidem observant. Prob. min. Cajetanus (2) audacter ait, quod auctor I. 1 Machabœorum (3) male intellexerit illam Danielis (4) prophetiam: *Erit in templo abominationis desolationis*, dūm eam applicat ad idolum Antiochi dicens: *Ædificavit rex Antiochus abominationam idolum desolationis super altare Dei*. Et alibi, idem auctor ait, libros Deutero-Canicos etendens esse Canonicos, quatenus *regulares sunt ad adificationem fidelium*, non quatenus regula sunt *ad firmandu ea, que*

(1) Vide Tridentinum sess. 4, in Decreto de Canonicis Scripturis.

(2) In cap. 24 Matthei.

(3) I Machab. 1, 57.

(4) Daniel. 9, 27.

sunt fidei. Similiter Sixtus Senensis (1) septem ultima capita l. Esther numerat inter apocrypha ex Josepho Judeo, vel aliunde à quopiam interprete græco piā intentione, sed Spiritu S. neutiquam dictante, apposita. Denique illis ambobus adhuc recentior Elias Dupin, doctor Sorbonicus (in Prolegomenis Biblicis), ultima l. Esther capita pariter Cauone excludit. Resp.: Dist. maj.; pro divinis habendas essent singulæ partes, hoc est, additamenta illa, et partes olim controversæ, quæ nunc in Vulgatā nostrā à Tridentino approbata tanquam veræ partes S. Scripturæ existant, conc. maj.; singulæ partes, hoc est, singulæ voces vel particulæ, quæ vix partium nomen merentur et dissensioni inter ipsos doctores Catholicos obnoxiae sunt, neg. maj. Quando Tridentinum, sess. 4, in Decreto de Canonicis Scripturis anathema dicit ei, qui *libros ipsos integros cum omnibus suis partibus*, prout in Vulgatā latinā editione habentur, pro sacris et Canonicis non agnoverit, non loquitur de particulis aut singulis vocibus, quæ vix partium nomen merentur, et dissensioni inter doctores etiam Catholicos obnoxiae sunt, sed de septem postremis capitibus l. Esther, de additamentis Danielis et similibus, quæ supra (2) enumeravimus, quæque olim inter ipsos orthodoxos, tempore Tridentini verò inter hos et Acatholicos controversa erant, num ad S. Scripturam pertineant.

Quod autem Cajetanum et Sixthum Semensem attinet, uterque erravit. Et Cajetanum quidem, qui ante Tridentinum scriptis, meritò redarguit et refutat Canis (3); bona tamen fide egisse censendum est. Sextus verò Senensis, qui suam Bibliothecam sanctam, in quā septem ultima Estheris capita inter apocrypha numerantur, post Tridentinum scriptis (4), tamen studiosè conatur hujus conciliū ecumenici infallibilitatem salvare, ita (5) pronuntians: « Sed venit hoc loco in mentem simil admonere, et adhortari pium ac benevolum lectorum, ne me temeritatis arguat, quod haec septem postrema capita (Estheris) à Canonicis scriptis avulsa in hunc ultimum Apocryphorum ordinem redegerim, ac si oblitus sim Decreti sanctæ Synodi Tridentinæ, quod sub anathematis intermissione recipi jubet omnes libros integros, prout in Ecclesiā Catholica legi consueverunt et in veteri Vulgatā latinā editione habentur. Est enim Canon ille intelligendus de veris ac germanis partibus, quæ ad librorum integratatem spectant, non autem de laceris quibusdam appendicibus et pannosis additamentis incognito à quovis auctore appositis, et utcumque insutis, qualia sanè sunt hujusmodi ultima (Estheris) capitula. » Quamvis autem haec exposi-

(1) In Bibliothecā sanctā l. 1, sect. 3, prope initium; item l. 8, Hæresi 41 in solut. object.

(2) Num. 1.

(3) L. 2 de Locis theol. cap. 10 et 11 in solutione quarti argumenti.

(4) Tridentinum finitum est an. 1563, die 3 de cembriis: Sixtus Senensis verò suam Bibliothecam sanctam scriptis an. 1566, et mortuus est an. 1569, prout Lexicon univers. Basileense testatur.

(5) L. 1 Biblioth. sanct. sect. 3, prope initium,

tio Tridentini falsa sit, et à Bellarmino (1), merito refutata, ac jussu sacræ Inquisitionis correcta; tamen ex illa patet, Sextum Senensem non negasse, sed supposuisse, infalibiliter Ecclesie in judicio circa veras Scripturas à falsis discernendas ferendo, solumque malè exposuisse verba Tridentini. Verum de Sexto Senensi infra, num 63, sermo redibit.

De Eliâ autem Dupino notandum, quod suam de optimis capitibus I. Esther sententiam, ab archiepiscopo Parisiensi condemnatam retrahit cum aliis per Bibliothecam suam sparsis erroribus, quemadmodum constat ex libello, Parisii an. 1693 impresso ubi Dupinus ita ait: « Post Sextum Senensem defendi posse putaveram, dubiam esse ultimorum Estheris capitum canonicitatem. Cum verò significatum mihi fuerit, hujus (opinios) capacia minime esse praevisa conciliis verba, quibus omnes libros in suo expressos catalogo, pro Canonicis haberunt mandat, integrè et secundum partes ipsorum, ut solent legi in Ecclesiâ Catholicâ, sententiam mutavi, et pro Canonicis habeo. » Ceterum Dupinus aliund ob novas opiniones, systemata, et errores tanquam intemperantioris criticæ scriptor satis fatus est.

43. Argum. V. Libri Canonici V. T. non aliund, quam ex Canone Esdrino Judeorum dignosci debent; ergo cùm libri Deutero-Canonici V. T. non fuerint in Canone Esdrino, non sunt libris Canonicis accensendi. Prob. ant. Teste Apostolo (2) solis Judais usque ad Christum *credita erant eloquia Dei*; et ipsi tanquam capsarii nostri ea Christianis tradiderunt, dicente Augustino (3): « tanquam capsarii nostri sunt (Judæi), studentibus nobis codices (V. T.) portant; » ergo. Resp.: Neg. ant.; ad prob. conc. ant., neg. cons. Nam Apostolus loc. cit. generatim commendat beneficentiam Dei erga Judeos, quod illis, non verò Gentilibus legem suam, sive oracula Prophetarum, etc., dederit atque erediderit, nihil autem decidit de numero sacerorum Librorum. Et sanè eloquia Dei tam continentur in Canone Esdrino, quam in Canone Judeorum Hellenistarum, in quo juxta supra (4) dicta, etiam libri Deutero-Canonici V. T. continebantur. Utriusque dein Canonis libros Judæi tanquam capsari attulerunt Christianis.

44. Argum. VI. Saltem Canon catholicus librorum novi Testamenti debitâ caret antiquitate et authentiâ,

(1) Verba Bellarmini I. de Verbo Dei c. 7, non longè ab initio sunt ista: « Sed concilium, inquit Sextus, de veris librorum partibus loquuntur, non de additamentis, qualia sunt postrema capita libri Esther. Atqui si ista Sixti responsio vera esset, multæ aliae partes sacrorum Librorum Danielis, Marcii, Luce, Joannis apud Catholicos in discrimen vocarentur. Quid enim haberet Sextus, quod dicere, si ei ad eas partes divinorum voluminum conservandas, conciliij Decretum quasi murum quedam objicerint, responderetur ab adversariis, concilium de veris partibus esse locutum, ea verò additamenta esse, non partes? » Ita Bellarminus.

(2) Ad Rom. 5, 2.

(3) Enarrat. in Psalm. 40.

(4) Num. 5, argum. 4.

quia primùm fuit confectus post 60 annos à morte Christi; quidam existimant, editum fuisse Adriano imperante, id est, circa annum 117 æra Christianæ; imò Joannes Clericus illum circa seculum decimum tertium procusum atque orbi fuisse obtrusum contendit (1). — Resp.: Ridicula planè objectio, quæ librorum N. T. auctoritatem ex eo impugnat, quod eorum collectio facta non fuerit, antequam scripti essent omnes hi libri. Editi enim sunt diversi temporibus, prout occasio sese offerebat ab anno 40 usque ad annum 97 æra Christianæ. Quid ergo mirum, quod Canon seu collectio librorum N. T. non statim totus primis à morte Christi annis exstiterit? Ceterum ipse S. Joannes Evangelista, teste Eusebio, divinorum librorum Canonem, et tria Evangelia in suam et aliorum notitiam perlata, suo testimonio tanquam genuina, et Deo inspirante scripta confirmassæ dicitur. Obiit autem S. Joannes Ev. Ephesi (2) anno Christi centesimo, cùm juxta S. Epiphanium (3) natus esset annos 94. Juxta alios longè senior obiit, aetatis sue anno vel 98, vel 99, seu etiam 104 vel 106, sive demum 120 (4). Porro Clerici deliramentum de nostro N. T. Canone circa seculum 13 primùm procuso situs ex eo confutatur, quod PP. Tridentini Canonem sacerorum Librorum utriusque Testamenti accepérunt à concilio Florentino; hoc à concilio Romano sub Gelasio I papâ an. 494; hic ab Innocentio I, in Epistolâ ad Exuperium seculo 5; item à concilio Carthaginensi III, cui S. Augustinus interfuit, quodque anno 397 celebratum est; ac tandem per traditionem continuam à temporibus Apostolorum (5). Hac verò traditione apostolicâ destitutus, Clericus onni destitutus solidâ auctoritate suorum librorum contra deistas, aliosque Incredulos asserendâ.

45. Argum. VII. In libris Deutero-Canonici Tobie, Judith, etc., non paucæ occurrunt narrationes falsæ, aut antilogiae sive contradictiones; ergo hi libri non sunt divini. — Resp.: Dist. ant.: Multæ occurrunt narrationes falsæ aut contradictiones apparetter tales, conc.; verè tales, neg. Contrarium ostendunt interpres orthodoxi, nosque ipsi plerasque aut principias harum antilogiarum aut falsitatum solum apparetter talium per decursum hujus et sequentium operum explicare et displicerem conabimur. Ceterum apparettes hujusmodi antilogiae seu contradictiones non tantum in libris Deutero-Canonici, sed etiam in Proto-Canonici, quos tamen omnes Christiani tanquam divinos agnoscunt et agnoscere debent, frequenter occurrunt, ut videre est apud S. Augustinum (6), Tirimunum (7), aliosque S. Scripturæ interpres passionum. Quam parum igitur ejusmodi antilogiae aut falsitates

(1) Le Clerc, Bibliothèq. ancienne et moderne, tom. 22, p. 2, a. 4.

(2) Vide S. Augustini serm. 253, c. 4.

(3) Hæres. 51.

(4) Vide Calmeti Dictionar. Bibl., v° Joannes Ev.

(5) V. supra, num. 1, 2, 3 et 4.

(6) In lib. de Consensu Evangelistarum.

(7) Vide præterea Frassen, concil. bibl. in 2 cursus hujus parte.

apparenter solum tales, canonicitati librorum Proto-
Canonicorum obest, tam parum illæ canonicitati li-
brorum Deutero-Canonicorum officient.

16. Scholion. Causæ, ob quas Deus tot apparentes
antilogias sacræ litteris inesse voluerit, aut permis-
erit, possunt esse variae. Scripturistæ solent afferre
sequentes: Ut in enodandis his difficultatibus homi-
num ingenia utiliter exerceantur, superbia humana
melius comprimiratur, necessitas recurrendi ad pastores
Ecclesiæ, et supremum controversiarum iudicem,
apertius agnoscat; mysteriorum altitudo quibus di-
vina Scriptura abundat, luculentius ostendatur; tum
etiam ut per has ipsas apparentes contradictiones et
difficultates bona et sincera sacrorum Scriptorum
fides palam innoscatur, nec ulli suspicioni locus sit,
sacros Scriptores quasi ex condicto ad talia scriben-
dum conspirasse, aut unum aliquem omnia confun-
xisse. Præterea multe apparentes antilogiae aut ob-
scuritates solum oriuntur ex versionum S. Scripturæ
varietate, ex diversitate morum illius temporis à no-
stris moribus, ex ignorantia multorum factorum et
rerum tum, cùm libri illi primis scripti sunt, omni-
bus notorum, nunc verò post tot seculorum decur-
sus et infinitas mutations planè ignoratum. Et verò,
annon similes difficultates in quovis scripto paulò an-
tiquiore observamus? Nérunt id satis, qui vel olim
vel nunc novas editiones Homeri, Horatii, Cicero-
nis, etc., evulgare, vel commentaria in hos auctores scri-
bere voluerunt. Denique utinam omnes increduli, qui
librum Esther, aliosive libros à Tridentino pro Cano-
nicis habitos et maximè de causa rejiciunt, quòd
in iis non paucæ contradictiones sive chronologicæ,
sive historicæ apparent, utinam, inquam, attenden-
tent ad sapientissimam illam critices regulam, quam
celebris ex ipsorum Protestantium numero Drusius
occasione quarundam in septem ultima Estheris ca-
pita objectionum proponit. Cùm, inquit, à tempore,
quo libri hi scripti sunt, distemus maximè, neque
historiae tam remotorum seculorum notitiam habe-
mus nisi obscurissimam, non licet nobis absque
temeritate ob historicas aut chronologicas conjectu-
ras illud rejicare, quod ab auctoribus, qui nobis
proximiore fuere temporibus illis, receptum novi-
mus, quin in iis, que nos morantur, difficultatibus
deterrentur. ▶

Sed pergamus jam ad argumenta particularia contra
I. Tobiae, et videamus quomodo apparentes antilogiae,
aut aliae difficultates in hoc libro Deutero-Cano-
nico occurrentes solvenda sint.

17. Quæres 2°: Quo sensu de amicis Job, qui cum
consolandi causâ, Job. 2, 11, accesserant, dici pos-
sit, Tob. 2, 15: *Beato Job insultabant reges*. An amici
Job fuere reges? Item, an consolari est insultare?
Resp.: Amici Job fuere reges, non quales hodiè reges
in Europâ, sed quales olim triginta et unum devicit
Josue (1), aut quales septuaginta reges sub mensa
Adouibezec (2) reliquias ciborum carpebant, nempe

(1) Josue, cap. 12.

(2) Jud. 4, 5, 8.

reguli seu principes aliquot oppidorum. Cæterum
amici Job etiam in græcâ versione libri Job (1), et
apud veteres quosdam auctores (2) reges vocantur.
Venerunt autem hi tres reges seu amici Job hâc quidem
mente, ut eum consolarentur, et initio quidem
cum dolente dolerunt; sed in decursu colloquiorum
calamitosus Johi casus importunius exigitabant, et
misero insultabant, prout ex sacræ litteris (3) mani-
festè patet.

18. Quæres 3°: Quomodo Tob. 1, 2, cum veritate
dici possit, quòd senior Tobias *captus fuerit in diebus*
Salmanasar regis Assyriorum; cùm tamen alibi, 4
Reg. 15, 29, expressè dicatur, quòd *Theglathphalasar*,
qui Salmanasarem in regno Assyriorum præcessit,
ceperit universam terram Nephthali, et in Assyrios trans-
tulerit? Certè etiam Tobias fuit *ex tribu et civitate*,
Nephthali, Tob. 1, 1, ac proin jam sub Theglathpha-
lasare captivus factus est. Ita Protestantes. Sed
resp. et dico, nuspian legi, in primâ Israelitarum
deportatione sub Theglathphasare factâ, incolas
prorsus omnes terræ Nephthali fuisse in captivitatem
translatos, nullamque se familiam subduxisse. Neque
id evincitur ex citatis S. Scripturæ (4) verbis universaliter
dicentis, à rege Theglathphasare captam esse
universam terram Nephthali, et in Assyrios translataam.
S. Scriptura enim sepè loquitur in sensu universaliter
duntaxat accommodo, soletque tribuere universaliter
omnibus vel universi, quod reapsè tantum convenit
plerisque, prout jam alibi (5) demonstravimus. Dein
incertum est, utrum Tobias cum familiâ suâ tunc,
quandò prima illa deportatio sub Theglathphasare
facta est, in regione Nephthali commoratus fuerit,
non Hicrosolymæ, quòd singulis annis (6) itabat, aut
alibi locorum. Illud omnino certum, quòd post primam
illam deportationem multi Israelitarum manse-
rint in terra Israhel; quemadmodum accidit etiam post
alteram captivitatem populi hujus, et excisum penitus
Israelis regum. Nam nihilominus plures in terra
Israhel persisterunt, uti patet ex tributo ab reliquois
earum tribuum deinceps per Josiam regem Juda (7)
exacto. Quantò igitur id magis evenerit post primam
deportationem! Proin captiu facile est, quòd Tobias
serius in captivitatem abductus sit, quâm cæteri Israe-
litæ, qui jam sub Theglathphasare in eamdem ab-
stracti sunt.

19. Quæres 4°: An non sit contradictione, dum
Tob. 3, 7, dicitur Sara, quam in uxorem habitu-
rus erat Tobias junior, habitasse in Rages civitate
Medorum, ubi etiam fuisse Gabelum habemus, Tob.
i 4, 21; cùm tamen postea, quandò Tobias cum an-
gelo Raphaële perveniat in locum, Tob. 7, 1, etc.,

(1) Job. 2, 11.

(2) Vide Aristaeum de 70 Interpret. et Alex. Polyhist.
apud Euseb. Praepar. 1. 9.

(3) Job. 6, 26 et 27; item c. 19, 2, 3 et 5.

(4) 4 Reg. 15, 29.

(5) P. 3 S. Scriptur. contra Incredulos propugna-
sect. 1, q. 38, num 42. Item q. 51, in notâ.

(6) Tob. 4, 6.

(7) 2 Paralip. 34, 9.

• ubi erat Sara , inde miserit Angelum , Tob. 9, 3, ad et Echabana similitudo. Unde supra aitam responsum secundam preferit.
 • ubi erat Sara , inde miserit Angelum , Tob. 9, 3, ad et Echabana similitudo. Unde supra aitam responsum secundam preferit.
 • ista concordant ? Quomodo Angelus ex Rages civitate Medorum , in quā jam erat , potuit à Tobia mitti in Rages civitatem Medorum ad Gabelum ? » Resp : Nulla hic est contradicatio . Quadruplex autem est responsio , quā apparet haec antilogia nobis contra librum Tobiae à Protestantibus objecta , dilui et ad nihilum redigi potest. Prima est aliquorum dicentium , in Mediā fuisse duas civitates eodem nomine Rages insignitas ; sicut in Palestina duas urbes dicebantur Bethlehem , una , qua Christo Domino natale solum praebevit , et vulgo dicitur Bethlehem Iuda , altera urbs tribūs Zabulon (1) ; vel sicut in Europā duas urbes dicuntur Vienna , nimirū Vienna Austriae , et Vienna in Galliā. Et sanè dum de Gabelo (2) dicitur : Qui moratur in Rages civitate Medorum , quæ posita est in monte Ecbatanis , hæc ultima verba , quæ posita est in monte Ecbatanis , videntur esse addita ad differentiam alterius civitatis Rages , in quā Sara habitabat. Potuit igitur Angelus ex hac civitate mitti ad aliam ejusdem nominis , ubi Gabelus morabatur.

Altera responsio , quam etiam Bellarminus (3) amplexitur , est illorum , qui dicunt sedem , in quā tunc morabatur Sara , vocari (4) Rages , non ipsam civitatem , sed locum aliquem huic civitati vicinum. Dicitur enim habitare Rona , e. g. , qui Tusculi , vel alibi in agro Romano habitat. Potest itaque dici , Raguel cum Sarà filiā domicilium habuisse in villa prope urbem Rages , Gabelum verò habitasse in hac ipsa urbe. Raguel enim cùm esset ditissimus , plures censendus est habuisse domos , unam in civitate Rages , aliam ruri , in quā tunc morabatur. Cùm ergo jam tempus urgeret in patriam redeundi , Tobias neō-nuptus ad Gabelum in civitate Rages commorantem delegavit Azariam , i. e. , angelum Raphaēl , ut pactam pecuniam ab eo reciperet ; ipse verò cum Sarà novā suā conjugē remansit in domo Raguelis , in villa scilicet , quam in agro vicino possidebat Raguel , ad quam invitatus ab Angelo Gabelus venit , et cum ceteris nuptiale convivium egit , ut Scriptura expressè (5) narrat.

Tertia responsio est Medina (6) et aliorum suspicantium , Tob. 3, 7 , mendum irreppisse in nostram Vulgatam latīnam , ut in eā scriberetur Rages pro civitate Ecbatanis , in quā Sara habitavit. Nam tam in editionibus hebraicis Munsterii et Fagii , quām in versione syriacā et antiquissimā grecā loc. cit. non legitur Rages , sed Ecbatanis civitas his verbis τὸ Ἐκθάνατος Μῆδας . Verum Bellarminus (7) vix credibile esse putat , hunc errorem describentium incuria aut imperitiā contingere potuisse , cùm nulla sit inter Rages

(1) Josue 19, 15. Item vide Calmeti Dictionar. Bibl. *Bethlehem.*

(2) Tob. 5, 8.

(3) L. de Verbo Dei , cap. 41.

(4) Tob. 5, 2.

(5) Tob. 9, 7, usque ad finem capituli inclusivè.

(6) L. 6 de rectâ in Deum fide , cap. 14.

(7) Loc. cit.

Quarta responsio est Tirini (1) dicentis , totam illam regionem , in quā tam urbs Ecbatana , quām urbs Rages exsisterat , antiquitū vocatam esse Rages , quia scēpē tota aliqua provincia nomen habet à metropoli. Sic Neapolis in Italiā et civitas est , et regnum. Brunswic in Germaniā est et urbs , et ducatus. Geldria , Namurum in Belgio urbes sunt , et integræ provinciæ. Sara ergo ejusque parentes , inquit laudatus auctor , habitabant Ecbatanis in regione seu provinciæ Rages , sed Gabelus in ipsa urbe Rages. Neque obest , quod sacer textus (2) dicit , Saram habitasse in Rages civitate Medorum. Nam civitas apud Cæsarem , aliosque probos latinitatis scriptores regionem quoque et provinciam designat. Ex tam multiplici responce abundat patet , nullam realem , sed duntaxat apparentem analogiam in citatis I. Tobias textibus inveniri.

20. Quæres 5° : An non apertam fabulam sapiat , quod , Tob. 3, 8 , narratur , scilicet Saram traditam fuisse septem viris , et dæmonum nomine Asmodæum occidisse eos , mox ut ingressi sunt ad illam ? Item , quod in versione græca 70 interpretum , Tob. 6, 15 , dicitur , nimirū Saram fuisse adamatam à dæmonio ? Quis enim credit dæmonem , qui est purus spiritus , carnaliter dilexisse Saram , et ex zelotypiā septem illos viros occidisse ? » Resp: SS. Patres et concilia , quibus liber Tobie Canonicus est , hanc quoque narrationem veram habent , et meritò ; nil enim aliud continet , quām septem Saræ maritos ob suam lasciviam ab Asmodæo , qui juxta Cornelium à Lap. (3) , et alios est dæmon ad venerem incitans , morte affectos fuisse. Quid autem hic fabulam sapit , dæmon ad lasciviam incitans , vel lascivia morte castigata ? Neque quidquam fabulosum aut incredibile continet versio græca 70 Interpretum. Textus enim græcus non absoluè dicit , quod dæmon Saram adamaverit , sed duntaxat Tobiam juniores id dixisse his verbis : *Et timeo , ne ingressus moriar... quoniam dæmonium amat ipsam.* Potuit autem Tobias , cùm esset juvenis , faciliè vulgi rumoribus in hanc opinionem erroncam (4) induci , dæmonem Saræ amore flagrassè , et ex zelotypiā necem intulisse iis , qui ad eam accesserant. Vera autem causa terribilis lujus eventus (ut Calmet recte docet) erat , quia Deus noluit , virum aliquem ad Saram accedere , ut eam Tobiae reservaret , juxta illud (5) Angeli Raphaēlis ad Raguelē dicentis : *Noli timerere dare eam isti* (nimirū Saram Tobiae juniori) , *quoniam huic timenti Deum debetur conjux filia tua :* propterea alius non potuit habere illam. Unde Deus copiam Asmodæo fecit in eos qui eam ex libidinoso affectu tangere auderent , furorem suum ac nequissi-

(1) Commentar. in Tob. 9, 3.

(2) Tob. 3, 7.

(3) Comment. in Tob. 3, 8.

(4) Erat vulgaris Chaldeorum persuasio , à materia sensuque non penitus secretos dæmones esse. Cujus sententia etiam Patres nonnullifuerunt.

(5) Tob. 7, 12.

mam voluntatem exercendi, quae hominum perniciem duntaxat querit et interitum.

21. Quæres VI: « An à mendacio excusari possint, quæ in libro Tobias Angelus Raphael de se affirmâsse legitur? E. g. dum 1^o interrogatus à Tobia juniore, unde esset respondit, Tob. 5, 7, se esse ex filii Israel. Dum 2^o de via in Medium interrogatus ait, ibidem, 8: *Novi, et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et mansi apud Gabelum fratrem nostrum.* Dum 3^o rogatus de familiâ sua, inquit, ibidem, 18: *Ego sum Azarias Ananiae Magni filius.* Dum 4^o ad questionem Ragueoli, unde ipse et Tobias junior essent, respondit, Tob. 7, 3: *Ex tribu Nephtali sumus ex captivitate Ninive.* Nonne cùm Witackero Calvinistâ (1) ex his merito concluditur, librum Tobiae non esse Canonicum, cùm Angelum Dei mendacem exhibeat? — Resp.: Omnia hæc Raphaelis dicta nil nisi veritatem, licet anigmatis tectam, continent. Angelorum nempe subin apparent actiones et verba ordinis sunt multò aliorum, nec ab humanis moribus, aut communi modo loquendi hominum semper aestimandæ. Unde singula Raphaelis responsa sub vulgarium verborum cortice sensus mysticos, simulque verissimos continent. Nam Raphael sine mendacio dicere potuit, se esse ex filiis Israel, non quidem origine, sed custodiendi officio, eò quod Israelitarum, et presertim tribus Nephtali custodia ipsi à Deo demandata esset; vel quia Israel idem est ac *videns Deum;* Angeli autem semper vident Deum; unde Raphael cum veritate dicere potuit, se esse ex illis, qui vident Deum. Dein rectè dicit: *Mansi apud Gabelum fratrem nostrum;* quippe boni Angeli piis ab omnibus fratribus nomine vocari non dignificantur, siquidem eundem patrem et conditorem Deum, eamdem hæreditatem vel in re, vel in spe utrique habent. Præterea Raphael verum dixit, dum ait, se *regionis Medorum vias frequenter ambulasse;* seu lustrasse non pedibus, non equo, non curru, sed more Angelis proprio, cùm esset Israelitarum hic degentium designatus à Deo custos. Verissimè quoque se nominavit Azariam, b. e., auxilium Domini ad Tobiam missum, Magni Anania filium, i. e., Magni obnubilatus seu latens Dei filium. Ananias enim significat *Nubem Domini*, sive Dei, utpote qui oculis corporis videri nequit. Denique interrogatus, de quâ tribu ipsis et Tobias essent, rectè respondit: *De tribu Nephtali sumus, nempe Tobias genere, Raphael protectione; ille per natura generationem, alter per specialem deputationem divinam.*

Dices: Hæc Raphaelis dicta tamen erant valde ambiguæ et æquivoca; atqui ejusmodi æquivocationes videntur dedecere Angelum bonum, cùm non multum absint à mendacio.—Resp.: Evidem locutiones amphibologæ seu æquivocæ, id est, quæ virtute grammaticalis significationis ipsorum verborum duos sen-

sus, unum obvium, alterum minus quidem ex rerum præsentibus adjuncis obvium, sed reverâ tamen virtute verborum competentem habent, sine gravi causâ prolate illicite sunt; quia, si communiter licet eis uti, magnum humano commercio nasceretur damnum, cùm omnes ad singula colloquia suspicari deberent, se sermonum ambiguitate ludendos. Attamen nonnunquam gravi exigente causâ, licet, imò obligatio scèpè est, uti æquivocatione, si nimirū ordinatus sui ipsius, aut aliorum hominum amor, vel ipsa religio et justitia jubent non communicare notitiam veritatis, ceu quæ noxia futura esset, sique alter respondendi interrogantibus necessitas declinari non possit. Si autem ulterius quæres, quænam fuerit gravis causa Angelum Raphaelē impellens ad utendum æquivocatione? — Resp.: Consilia Dei et coelitum non sunt curiose investiganda. Ceterum causa potuit esse, ut ad tempus personam suam angelicam occultaret ad officium suum ducenti et reducendi Tobiam à Deo sibi commissum, modo cum hominibus agendi magis naturali exequendum. Certè, si statim ab initio se Angelum esse manifestasset, haud dubiè uterque Tobias præ reverentia et sacro horro in terram corruisset, sicut factum est, dum idem Angelus in fine (1) se manifestavit; nec junior Tobias eodem in itinere tam familiariter fuisse usus, sicut fecit, dum eum purum hominem, seu unum ex filiis Israel (2) esse putavit.

22. Corollarium. Occultare suam personam ex rationabili causâ (sicut etiam de locutionibus æquivocis diximus) licet, quia occultatio ejusmodi, sicut et ambiguitas verborum, cùm abest fallendi animus, nil commune cum mendacio habet. Aliud est mentiri, aliud verum occultare, et alterius vel aliorum errorem permittere. Non nego, alterum decipi, sed per accidens id fit, quia is non loquentem aut se occultantem, sed se ipsum minus attentum debet accusare. Atque hic est usus communissimus in humano commercio: quod docent simulationes non rarò licite, stratagemata, etc. Quòd si loquimur de Angelis, patet, eosdem uti simulatione, quoties humanam speciem assumunt, et sub hac angelicam dignitatem suam occultant. Similiter Christus personam suam occultavit, dum Magdalene specie hortulanî (3), et discipulis euntibus in Emmaus specie peregrini viatoris (4) apparuit.

Neque dicas: Non licet occultare personam suam, aut amphibologicè loqui animo et intentione alterum fallendi; ergo neque animo et intentione sese occultandi; quia unum cum altero est connexum. Certè non appetit, quomodo possim intendere mei occultationem, quin intendam alterius deceptionem.—Resp.: Non intendo alterius deceptionem, sed intendo permissionem ejusdem deceptionis. Scèpè autem licet et laudabiliter permittitur malum, ut ex tali permissione

(1) Tob. 12, 16 et 22.

(2) Tob. 5, 7.

(3) Joan. 20, 14 et 15.

(4) Luc. 24, 15 et 16; vide etiam Cornel. à Lap. Comment. in hunc S. Scripturæ locum.

(1) L. 4 contra Edmundum Campianum. Vide etiam hanc in rem testimonium Cornelii à Lap., et Tirini, quod (Comment. in Tob. 5, 18) de Witackero peribent.

bonum erunt. Praeterea non raro aliqua sunt conexa, quorum unum intendi potest, qui intendatur alterum. Si Deus intendit redemptionem generis humani obtinendam per mortem a sceleratis crucifixoribus Christo illatam, et tamen non intendit, sed solum permisit malitiam crucifixorum, quamvis hanc talis redemptio supponat. Similiter parentes licet intendunt generationem prolixi, tametsi in hac providentia generatio prolixi cum infectione prolixi per peccatum originale conexa sit, neque unum sine altero obtineri possit. Intendunt nimurū generationem, infectionem autem prolixi per peccatum originale duntaxat permittunt, quamvis haec duo ita connectantur, ut unum sine coniunctione alterius obtineri nequeat.

25. Quares VII. : An non asiaticas fabulas sapiant, que in libro Tobiae referuntur 1^o de pisci et fumo cordis ejus, Tob. 6, 8 et 19, his verbis : *Cordis ejus (i.e., piscis) particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus daemoniorum, sive à vīro, sive à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos.* Et iterum : *In cōscio jecore piscis fugabītur dæmonium. Sed quid dæmonio cung fumo piscis?* 2^o de dæmonio, Tob. 8, 3, *religato in deserto superioris Aegypti. At quomodo spiritus, qualis dæmon est, ligari potuit?* 3^o de eone, Tob. 11, 9, *præcurrente*, et redditum junioris Tobiae *blandimento caudæ sua* quasi præsumtante. Num quid haec et similia in epistolis pia fabule ad consolandos in captivitate Judæos excitatæ censeris possunt? — Resp. : Nego hoc assertum incredulorum. Nihil enim ex modo recensit factis est fabulosum aut majestatem divinæ Scripturae ullo modo dedecens. Ac ad primum quidem præcipue duplex responsio dari potest. Prima est Tirini dicentis, hunc fumum fuisse signum, quo posito dæmon ab Angelo bono erat expellendus et in perpetuum fugandus; idque non intuitu fumi, sed obedientia Tobiae in illo fumo, ut Iesus erat, excitando, et intuitu piarum precium ejusdem, quibus dæmonem fugari à Deo postulabat: unde facto illo suffitu Tobie, dicitur (1) *Raphael Angelus apprehendisse dæmonium et religasse.* Altera responsio est Calmeti et multorum aliorum, dicentium, quod cor et fecur illius piscis incensum habuerit virtutem naturalem ad sedaudos motus concupiscentie, et sic conduxit ad castitatem Tobie, et indirectè ad fugandum dæmonem; fermè sicut sonitus cithara Davidis dissipando humores melancholicos fugavit spiritus malum Saulis; prout alibi (2) explicavimus. Nam ex una parte vim istam frenandam veneris autores *Historia naturalis* multis plantis, siccinis et odoribus tribuant; quemadmodum è contrario multis illis adscribunt vim veneris irritandæ; ex altera verò parte certum est, quod effrenis concupiscentia fuerit causa, ob quam diabolus ante insidiatus fierit septem illis viris Saræ, et illos occiderit; ut juniori

(1) Tob. 8, 3.

(2) P. III S. Script. contra Incredulos propugnac. 1, num. 14, ad tertium.

(3) Tob. 6, 16 et 17.

Tobite clarè indicavit Angelus (3) his verbis : *Audi me, et ostendam tibi, qui sunt, quibus prævalere potest dæmonium. Hi namque, qui conjugium ita suscipiunt ut Deum à se et suā mente excludant, et suo libidini ita vacent, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eas.* Duas tamen hic censeo adhuc addendas observationes. Prima est Cl. Josephi Anton. Weissenbach (1), asserentis fumum illum ex corde, jecoreque assati piscis non solum habuisse virtutem naturalem sedandi motus concupiscentie, et sic fugandi libidinis dæmonem seu Asmodéum, sed temperandi singulos humores humani corporis, sique componendi quasvis etiam alias affectiones malias, quia Angelus expressè dixit (2) : *Fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum.* Certè haec verba non solum de libidinis dæmons, sed de omnibus dæmoniis idipsum affirmant. Altera est Cornelii à Lap. (3) et aliorum, qui primam et secundam resonem veluti conjungunt, dicuntque fumum cordis piscis assati expulisse quidem dæmonem inchoatè vi naturali, sed complete eundem expulsum frisse vi angelicæ et celesti. Inchoatè vi naturali, nimurū impediendo actionem dæmons per dispositionem contraria, ut paulò ante declaravimus. Dæmon enim agit per naturales causas, et humores melancholicos vel alios; quæ ergo humores istos tollent vel minuant aut sedant, dæmons actionem, et vexationem infringunt. Completa tamen causa abigens dæmonem, fuit Raphael Angelus, quid ad suffitum jecoris propter inerita et orationem Tobiae fugabat dæmonem. Hoc autem tacuit Raphael et suffitum præexit, ne se manifestaret, neve Tobias sciret, cùm esse Angelum, quoniam quasi hominem habebat vis comitem et ducem, sicut eadem de causâ vocavit se Azariam, ac cum Tobiā comedit et bibit.

24. Ad secundum cpm S. Augustino (4) : *Alligatio diabolus est non permitti exercere totam tentationem, quam potest vel vi, vel dolo ad seducendos homines.* Similia non semel occurruunt in Scripturis, v. g., in libro Apocalypcos (5), ubi dicitur : *Et apprehendit (Angelus) draconem, serpente antiquum, qui est diabolus et satanas, et ligavit eum per annos mille.* Item in Epistola secundâ (6) S. Petri legimus, *Deum Angelis peccantibus non pepercisse, sed rudenteribus inferni detractos in tartarum tradidisse cruciandos.* Et in Epistola Catholicæ B. Iudeæ Apóstoli (7) idem repetitur his verbis : *Angelos verò qui non servaverunt suum principatum vinculis eternis sub caligine reservavit.* Verum increduli his non acquiescerunt; sed instant I, et aiunt : *Quid ergo diabolum ligat, aut certo loco tenet?* R. : Imperium Dei, qui ejus potestatem nocendi coecet certis limitibus, quos ultra citraque nullum

(1) Tom. II, nov. Formæ Theol. Bibl. L. IV, Quest. IX, pag. 154 et 155.

(2) Tob. 6, 8.

(3) Comment. in Tob.

(4) L. 20 de Civ. Dei, c. 7.

(5) Cap. 20, 2.

(6) Cap. 2, 4.

(7) V. 6.

hominibus possit detrimentum afferre. Sic in ipsa domo Saræ nemini nocuisse legitur, nisi illis septem viris, qui sùla libidinis causâ ad puerum accessere.

Instant II. Cur ergo in Thebaïdē pulsus damon?

Resp. : Quia regio hæc, quam vocant superiorē *Ægyptum*, propter sterilitatem et bestias venenatas quā maximè inculta est (1). Ceterū Christus ipse innuit, dæmones in locis desertis, squalidis et arenosis morari, donec nanciscantur facultatem et tempus revertendi ei iterum nocendū hominibus. Cum autem, inquit apud Mattheum (2), *immundus spiritus exierit ab homine, ambulet per loca arida* (vel, ut Lucas (3) ait, *per loca inaquosa*) *quærens requiem, et non invenit*. Tunc dicit: *Revertar in domum meam, unde exiui*.

Instant III. Saltem preferenda est explicatio, quā Hego Gretius omnium primus inextricabilem hunc nodum præcidit, nomine Asmodei nihil aliud intelligens, quām noxiā quamdam in corpore Saræ affectionem, qua irritata venereo aucto septem illis viris mortem attulerit. Hebrei enim omnes morbos, quorū causæ latetunt, dæmones appellasse dicuntur. Hanc porrò pestem Tobias cùm temperantiā, tūn fumo illo, quo conclave et lectum purgabat, depulit. Increduli liberenter adoptant hunc modum explicandi, ut levi brachio se expediant, nullumque prodigium, dæmonem nullum admittere cogantur. Verū huic sententiae Grotianæ, quæ pro se nihil habet, quām libidinem novandi, sensum omnium PP. et totius Ecclesie opponunt, quæ semper iudicavit, nōmīne Asmodei oliquem dæmonem in Scripturā denotari, ac septem illos viros à dæmonio, et non ex morbo à Sarā contracto fuisse occisos. Unde Calmet (4) sententiam Grotii refutans, rectè ait: « Nullius esse momenti reputanda est quorundam recentiorum interpretum singularis opinio, qui nullo satis firmo ducti argumento, de historiæ omnium tam Judeorum quām Christianorum assensu probata veritate dubitárunt. » Accedit, quod uxor junioris Tobiae nullo, quantum scimus, corporis vitio laborarit, adeoque Grotius noxiā illam corporis Saræ affectionem probris gratis confinxit. Denique ex Grotio, ejusque sectatoribus quero: « An, aut quomodo Angelus Raphael noxiā illam affectionem corporis Saræ (5) in deserte superioris *Ægypti* religerit, siquidem Asmodeus seu dæmonium septem illos viros enecans nihil aliud (ut adversarii volunt) fuerit,

(1) Deseritum superioris *Ægypti* secundum Ptolomeum, l. 4 Geograph., est deseritum Thebaïdē; nomine australior et superior *Ægypti* pars, è quā Nilus delabitur, montibus aspera, arcis plena, pluvias destituta. Unde etiam S. Hieronymus, Comment. in cap. 50 Ezechielis, eamidem regionem describit tanquam valde incultam his verbis: « Ibi Nilus invaginabilis est, et cataractarum fragor, et omnia invia, plenaria serpentum, et venenatorum animantium. »

(2) Cap. 12, 45.

(3) Cap. 11, 24.

(4) In Dissertatione de Dæmonie Asmodeo, quæ ante Commentarium ipsius in L. Tobiae posita est.

(5) Tob. 8, 3.

quām aliqua noxia qualitas seu affectio corpus Saræ insiciens? »

25. Ad tertium; de cane Tobiae jam alibi (1) respondimus, et diximus, ejusmodi minutiora rei gestæ adjuncta à scriptore expressa ad fidem historiæ conciliandam, et ac alias utilitates multūm conducere.

26. Quæres VIII: Quomodo Tobias senior de exstitione templi Jerosolymitani tanquam de re præterita loqui potuerit, Tob. 14. 7: *Domus Dei, quæ... incensa est, reedificabitur*; cum tamen hoc diu post mortem Tobiae (2) contigerit? Nonne talis locutio ansam præbet suspicandi, quod aliquis impostor primū post eversionem Jerosolymæ et templi librum Tobiae confixiterit? R.: Tobias, loc. cit., propheticè loquitur. Sicut enim præcedente capite 13 de Jerusalem felicitate et gloriā præclarè vaticinatus est, ita morti proximus cap. 14 prædicti eversionem Ninive sequē ac Jerusalem, hujusque restauracionem et gloriam pervocationem gentium ad veram fidem. Jam verò Prophetæ sepè usurpat præsteritum pro futuro, quia tam certò futurum vident ac si jam factum esset. Sic Prophetia Isaías (3), acsi Christi passio jam præteriisset, dicit: *Vidimus eum, et non erat aspectus... verè languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit*. Dicendum igitur Tobias loc. cit. vaticinari, atque præsteritum pro futuro usurpare; quod græcus textus palam ostendit, qui ita habet: *Hierusalem erit deserta, et dominus Dei in eis comburetur... Et iterum miserebitur eorum Deus... Et edificabunt Hierusalem honorificè; et dominus Dei in eis edificabitur*. En prophetiam.

27. Quæres IX: Quomodo idem Tobias senior, Tob. 14, 6, eversionem urbis Ninive prædicere potuerit his verbis: *Propè erit interitus Ninive*; cum tamen ex historiā certum sit, quod Ninive jam ante hujus Tobiae tempora diruta fuerit? Resp.: Non semel, sed iteratis vicibus (4) capta et vastata est Ninive. Nam primò capta est ab Arbace Medorum præfecto, atque à Beleso Babylonia, regnante in Ninive rege Sardanapalo, qui ita obcessus et in angustias redactus, semel cum uxoribus suis, eunuchis, et opibus, ut omnes nōrunt, incendit. Hoc autem factum est anno M. 3257 (5), adeoque ante predictum vaticinium senioris moribundii Tobiae, qui primū obiit an. M. 3563 (6). Sed præterea capta et vastata est Ninive sub an. decimū tertium Josiæ regis Juda an. M. 3378, adeoque post obitum Tobiae; et de hoc excidio cit. loc. loqui Tobiam censem S. Hieronymus, Euseb. et

(1) Vide P. III S. Scriptur. contra Incredulos propugnat. num. 17 et 18. quest. XVII.

(2) Templum Salomonicum 53 annis post mortem senioris Tobiae exstum est. Nam teste Calmeto in suo Dictionario Bibl., v^o *Tobias*, senior Tobias mortuus est anno M. 3563: templum verò Salomonis exstum est an. M. 3416. Vide Tabulam chronologicam generalem historiæ Biblicæ, positam ad finem citati Dictionarii Biblici.

(3) Isa. 53, 2, etc.

(4) Vide Cornel. & Lap. aut Calmet Comment. in Tob. 14, 6.

(5) Vide Calmet, loc. cit.

(6) Vide Calmet Dictionar. Biblic., verbo: *Tobias*.

2*ii. Imò Cornelius à Lap. (1) contendit, Niniven adhuc scriùs, nimirum quinto anno post excidium Jerosolymie eversam esse.*

28. Queres X : « Cur Josephus Judeus gesta Tobiae, si vera sunt, in suā historiā de Antiquitatibus iudeis aut alibi ne verbo quidem attigerit? » Resp. : Silentium Josephi de Tobiae variis ex causis proficisci potuit. Primò, quia defixus in referendā publicā totius gentis iudeice historiā, particularis illius familie gesta et facta narrare supersedit. Secundò, quia libri hujus historiam chaldaico sermone scriptam (2), nec in hebraicis iudeorum scriptis, nec in Canone Esdrino reperit. Unde non mirum, quod de Tobiae sileat, quandoquidem et Jobi historiam, utpote nationi iudeice extraneam, et credem infantum sub Herode, et nonnulla alia privatis ex studiis omisit. Præterea est sane criticis regula : Si plures Scriptores rem quamdam referant, de quā alli ne verbo quidem disserunt, audiendus potius est is, qui refert, quām ille, qui rem silentio premit. Cū igitur Tobiae historiam auctor hujus libri referat, et SS. Patres eam ut historiam agnoscant, non est curandum silentium Josephi iudei, præsentim quia hujus scriptoris omissiones et errata alia graves auctores (3) perstringunt.

SECTIO II. DE LIBRO JUDITH

Auctor hujus libri, juxta communiorē sententiam, fuit Eliachim (4), qui nonnunquam vocatur Joachim (5), quique tanquam Sacerdos summus rebus hoc libro narratis non modò interfuit, sed et penè presulit. Addé, quod hoc publicarum scriptiorum historicarum munus teste Josepho (6) Sacerdotum principibus demandari solitus fuerit. Porrò tres in partes liber iste dividitur. Prima occasionem belli contra Palestinam ab Assyriis suscepti, altera obsidionem Bethulie ab exercitu Holofernis, tertia urbis hujus obsecrassae et Palestine liberationem per cædem Holofernis ab Juditha illatam exponit.

29. Queres I : *An liber Judith sit vera historia? Antequā respondeam, observo, quod juxta Lutherum (7) et Grotium, quos sequuntur Theologi Batavi (8), scriptores Actorum Lipsiensium (9), nec ob-*

(1) Loc. cit., item Comment. in Nahum 2, 1.

(2) Vide S. Hieronymi Epistol. 100 ad Chromat. et Heliodor.

(3) Vide Cornelius à Lap. Comment. ad LL. Regum, et ibi inquire in indice, verbo : *Josephus*. Item consulte Natal. Alex. Tom. I Histor. Eccles. in quartam Mundii etatē cap. VI, et in Tom. II, in quintam Mundii etatē. cap. II, et in sextam Mundii etatē. cap. 2. Item “et in Histor. Bibl. in Praefat., et alibi.”

(4) Judith. 4, 5.

(5) Judith. 15, 9. Item vide Calmet Dictionar. Bibl., verbo : *Eliachim*.

(6) L. 1 in Apionem.

(7) Praefat. in L. Judith, ubi teste Widenhofer, tom. I. S. Script. dogmat. ac polemic. explicat. de historiā Judithae ait : *Ein gedicht, das man gespielt hat, wie man bey uns die Passion spielt.*

(8) Sentimenti, lettr. 8.

(9) Tom. VI, p. 270.

scurè Bayle (1), liber Judith non contineat veram historiam, sed duntaxat parabolam, aut fictionem allegoricam solandis afflictis iudeis excogitatam. Verum contrarium omnino certum est, quod nimirum liber Judith veram contineat historiam. Id enim probatur tum ex genealogiā Judithae (2), ex ejus patria, marito, et tot aliis nominibus propriis hanc obscurè veram historiam indicantibus, tum ex testimonio PP. Clementis Alexandr. (3), Tertulliani (4), Ambrosii (5), Hieronymi, qui (6) ad Salvinam expressè ait : *Ad priora te extendas habens tui ordinis, quas securis, Judith de Hebreis historiā, et Annam filiam Phanuelis, etc.* Rejicienda itaque est illorum audax et merè arbitria opinio, qui totum librum Judith meram fabellam sive parabolam, quā sub fictis nominibus victoria Ecclesiæ iudeice in hostes suos, ac potissimum in Antiochum Epiphaniem celebraretur, autumārunt. Ita iuxta Grotium vidua Judith designat gentem iudeicam omni auxilio destitutam; Bethulia templum Dei; Judithis gladius preces sanctorum; Nabuchodonosor diabolum; Assyria ejus fastum; Holofernes Antiochum, quasi lictorem serpentis Stygii; Joachim sive Eliachim Deum surrecturum in opem. Ast, ut dixi, hæc expositiō refutat tum ex ipso libro Judith, tum ex testimonio SS. Patrum, atque ex sensu Synagogæ veteris, et Ecclesiæ christiane, quarum utraque semper res gesta Judithae pro verâ habuit historiā. Quanvis enim iudei liber Judith in Canonem Esdrinum non retulerint (7), tamen illum inter scripta sancta, veramque historiam continentia numerārunt. Apud Hebreos, inquit S. Hieronymus (8), *inter agiographa et legitur... inter historias computatur.* Porrò contra Grotium illud quoque observare juvat, quod allegorica nominum interpretatione veritas historis nequam destratur. Certè multas S. Scripturæ historias Origenes aliquique Patres atque Interpretes tanto ingenio allegoricè exposuerunt, ut res non tam vere quam ad allegoriam excogitate videantur; quibus accedit, quod teste S. Augustino in Testamento veteri tam nomina quam actiones et personæ rationem typi et figuræ sustineant, dicente Apostolo : *Omnia in figurâ contingebant illis;* quin idè veritas historica illarum rerum, actionum et personarum deficit. Plura de somniis Grotii videare licet apud Pridaeum et Montiaconium, qui ea solidè confutârunt. At necessene est, et subjungit rectè Tourneminus, auctor celeberrimus, et tantum diligentia in audaci adeò et utriusque Ecclesiæ, iudeice, inquam, et Christianæ traditioni et contrariâ, evertendâ sententiâ ponere? Non obstante igitur Grotii disensione liber Judith manet vera historia.

30. Neque obest, quod auctores non convenienter

(1) Diction., art. *Judith*.

(2) Judith. cap. 7.

(3) L. 4 Stromat.

(4) L. de Monogamia, cap. 17.

(5) L. 3 de Officiis, c. 13.

(6) Epist. 9.

(7) Vide supra, num. 5.

(8) Praefat. in L. Judith.

circa tempus, quo hæc historia contigerit. Nam neque convenienter circa tempus nativitatis et mortis Christi. An propter Christum natum et mortuum negabimus? Ceterum verisimilior est opinio illorum qui historiam Judithæ et liberationem Bethulicæ ante captivitatem Babyloniacam sub rege Manasse contigisse aut, ut infra (1) pluribus ostendemus.

21. Sed dices: Nulla festi annui in memoriam Judithis instituti (ut in libro Judith, cap. 16, 51, narratur) mentio fit in liturgicis Hebreorum libris. 2º In libro Judith, cap. 16, 8, occurrit mentio fabulae de Titanum filiis; ergo liber Judith non continent veram historiam, sed falsa et fabulas. — Resp. ad primum: Quamvis de hac festivitate (2) in monumentis Hebreorum recentiorum expressa mentio non sit, ea tamen sit in monumentis Hebreorum antiquiorum. Tornielius (3) enim ex veteri Iudeorum Calendario diem 25 mensis Casleu seu Novembbris huic festo assignatum docet. Suffragatur Sigonius (4), qui edidit Calendarium Iudaicum, ubi festivitas Judith pariter affigitur diei 25 mensis Casleu, quâ die etiam incidit festivitas ignis novi, vel templi à Judâ Machabæo instaurati; quâ novâ latitâ prevalentæ, mirum non est, si antiquioris victorie manu Judithæ obtinente memoria apud recentiores intercederit. Vide Serarium (5). Potuit nimis, quod sc̄p̄ fit et in Ecclesiâ non semel factum est, memoria hujus festi humana tantum auctoritate instituti iterum alborugat; aut distincta ejus expressio negligi, quod plures hujus diei festi cause essent. Certè Josephi (6) avo celebrabatur adhuc festum ob victoriam Iudeæ contra Nicanorem; sed jampridem solemnitas hæc apud Iudeos recentiores obsoleta fuit. Præterea Babylonica captivitas violenter adeo Iudeorum rempublicam concussit, ut mirum non sit, si diuturno hoc exilio plures eorum festivitates, ac veteres solemnitates intercederunt, exceptis iis que lege diuinâ erant praeceptæ. Plura hæc de re disserit Calmet (7).

Ad secundum, resp.: Voces ejusmodi à fabulis desumptæ, v. g., filii Titanum, aut similes in S. Scripturâ occurrentes in adventitiis habendæ sunt, que ab interpres prodierint. Sic interpres latinus nomine magis noto et emphatico usus est: « Nec filii Titan percusserunt eum, » pro illo: Non gigantes, nec vastæ molis homines percusserunt eum. Observat enim S. Hieronymus (8), interpres tam Septuaginta, quam nostrum latinum subinde hebraea nomina vocabulis fabularum Gentilium Graecorum et Latinorum in lingua Grecam et latinam transferre, non quasi fabu-

(1) Num. 53, 38.

(2) De hæc festivitate in libro Judith, cap. 16, v. 51, dicitur: *Dies autem victorie hujus festivitatis ab Hebreis in numero sanctorum dierum accipitur, et collatur a Iudeis ex illo tempore usque in praesentem diem.*

(3) Ad annum 2555, num. 35.

(4) De rep. Jud. L. 3, c. 17.

(5) Hic, q. 9, p. 2, de iis, que post mortem Judith contigerunt.

(6) L. 12 Antiq., c. 16.

(7) Comment. in Judith 16, v. 31.

(8) Comment. in Amos c. 5, 8.

las narrant aut probent, sed quia non bonè nec plenè intelligimus id quod dicitur, nisi per ea vocabula qua usu didicimus et quasi cum lacte combibimus, ut ait Hieronymus loc. cit. Atque èa de causâ quoque in librum Job majori licentiâ græca originis omnia Pleiadum, Hyadum, Arcturi, in librum Proverbiorum cap. 26, v. 8, acervus Mercurii, inserta sunt.

52. Scholion. Si eruditus lector synopsin seu compendium historie libri Judith desiderat, eam Hermannus Goldhagen (4) suppeditat his verbis: « Assyriorum rex Nabuchodonosor bello adversus regem Medorum Arphaxad implicitus, auxilia ab omnibus passim Asiaticis gentibus ad Egyptum usque petiit; his frustatus cum Arphaxadum nihilominus bello superarserat, Holofernem ingenti cum exercitu adversus gentes auxilia negantes ire jussit, qui plerisque alii sub jugum missis Israelites ad vim repellendam paratos offendit. Præ ceteris Bethulienses à summo pontifice Joachimo commoniti aditum Assyriis obstruxere, indeque ad se impetum hostium derivarunt; Holofernes enim, spredo Achioris principis Ammonitum consilio de armis à populo Hebreorum ope dividâ suffulso abstindens, Bethulianam obsidione cinxit, ipsumque Achiorum obcessâ in urbe conclusit. Arctis in urbe rebus ob occupatas ab Assyriis aquas cum jam nimia siti periclitaretur populus, et principes civitatem tradituri essent, nisi quinque dierum intervallo suspectas ferrentur, una Judith attori instinctu acta improbans principum dissidentiam ad avertendam patriæ calamitatem sese accinxit, depositoque vindictatis vestitu instar sponsa seipsam ornavit, et multis adhortata primores civitatis, ne eam, quod statuissent, post quinque dies traderent, ad Holofernem divino confisa presidio egressa est, et terribi post exitum die suâ illum sapientiâ decepit, atque sopore mersum clam Assyriis capite truncavit. Quod factum cum Judith Bethuliensibus nuntiasset, et Assyrii compumperint, hi fœdam protinus in fumam effusi sunt; Israelitæ autem undequaque concurrentes fugientibus cladem maximam intulerunt. Itaque liberati, direptis hostium spoliis, victri Ju-dithæ, quemcumque Holofernes erant, consignavunt; ipsa vero Hierosolymam profecta, omnia obtulit Domino, indeque domum reversa pietatis exercitii se totam impendit in viduitatis proposito ad mortem usque perseverans, quam demum generosi facinoris gloriâ et virtutum laude inniquam non celebratissima m' anno etatis quanto supra centesimum pi' obiit. »

33. Queres II: *An historia Judithæ ante vel post captivitatem Babyloniam, aut quo tempore contigit?* Antequâm respondeam, observe, quid, teste Bellarmino (2), adversus librum Judith difficultima quedam objecio formetur, querendo quâ astate hæc historia contigerit? Nam videtur ea omnino conficta, cum Judith, 5, 23, dicatur, contigisse post reversionem populi à Babyloniacâ captivitate; et tamen statim ab initio

(1) Introduct. in S. Script. P. II. sect. 2, num. 96.

(2) L. 1 de Verbo Dei, cap. 18.

Judith. 1, 1 et 5, dicatur eo tempore Nabuchodonosor rex Assyriorum pugnasse contra Arphaxad regem Medorum, qui adificaverat Ecbatana, quæ nullo modo videntur cohædere. Nam quo tempore populus reddit à captivitate, eversa erat monarchia Assyriorum, et non Nabuchodonosor, sed Cyrus, vel Darius Assyrius, et Persis ac Medis imperabat.

Hæc summa difficultas miro modo exercuit ingenia eruditorum. Duce sunt autem sententiae principales. Una eorum, qui volunt historiam Judith contigisse post captivitatem *Babylonicam*, quorū aliqui referunt eam ad tempora Cambysis, quem esse volunt Nabuchodonosor, ut Eusebius in Chron., Augustin. (1), Beda (2), Lyrinus (3), Joannes Driedo (4). Aliqui referunt ad tempora Darii Ilystaspis, ut Gerardus Mercator in suā *Chronologiā*, et alii nonnulli. Severus Sulpius (5) ad regnum Artaxerxis Ochi eam pertinere existimavit.

Altera sententia est aliorum, qui doceant historiam Judith contigisse ante captivitatem *Babylonicam*. Sed horum aliqui eam referunt ad tempora regis Sedeciae, ut Gilbertus Genebrardus (6); aliqui ad tempora regis Josia, ut Joannes Benedictus (7). Sed nulla harum sententiārum hactenùs pro utrilibet opinione reconsensum videtur satis probabilis, et singula à Bellarmino loc. cit. refutantur. Nobis igitur cum Bellarmino (8), Hermanno Goldhagen (9), et pluribus aliis dicendum videtur, historiam Judith incidisse in tempora Manassis regis Juda, adequè ante captivitatem Babylonicam contigisse; prout laudati auctores ex variis signis, è quibus cognosci potest, quo tempore illa historia contingit, evincere conantur. Nos solum expendamus

ARGUMENTA CONTRARIA.

34. Argum. I. Si tempore regis Manassis contigit hec historia, quare in preparatione ad repellendum hostilem exercitum Holofernis nulla sit mentio illius regis? Cur negotium hoc totum in libro Judith tribuitur magno Sacerdoti Eliachim, de quo dicitur (10), quod circumierit omnem Israel, et adhortatione suā Israelitas aduersus Holofernem animarit? Resp. et dico cum Bellarmino (11), fortassè hoc bellum incidisse in tempus ipsius captivitatis Manassis, et idcirco rege absente et etiamnū Babylonē captivo per pontificem Eliachim negotia regni procurata fuisse; fortassis etiam regis mentio facta non est, quia non accessit bellum ad ipsam urbem Jerusalem, ubi rex erat, sed

(1) L. 18 de Civit. Dei, cap. 26.

(2) In lib. de sex citatibus.

(3) In 1 cap. lib. Judith.

(4) De Ecclesiasticis Scripturis et dogmatibus lib. 1, cap. 2, part. 2, et lib. 3, cap. 5, part. 3.

(5) L. 2 sacra historia.

(6) Lib. 2 *Chronologie*.

(7) In Annotationibus marginalibus ad 4 c. L. Judith.

(8) Loc. cit.

(9) Introd. in S. Script. P. II sect. 2 num. 102, 103.

(10) Judith. 4, 11

(11) Loc. cit.

infestavit Betholiām urbem in tribu Simeon teste Calmeto (1) sitam. Ceterū, quod in libro Judith habetur, Sacerdotem Eliachiū circumvisisse omnem Israelem, ut eos ad constantiam hortaretur, non est mirandum. Nam etiam tempore Ezechie regis Juda, quamvis nondūm esset summus Sacerdos, nomine regis multa faciebat, ut patet ex L. 4 Reg., cap. 18, v. 18, 26, 37. Et Isaías prædixerat, cap. 22, v. 21, fore ut Eliachim esset quasi pater omnium habitantium Jerusalem. At tunc præcipue credibile est, summa negotia et periculosa tractata esse per summum Sacerdotem, quando rex de captivitate reversus, et ad Deum serio conversus erat. Nam etsi non sit improbabile, adhuc rege captivo obſidionem et liberationem Bethulia contigisse, probabilius tamen Bellarmino videtur, eo jam reverso id gestum esse.

35. Argum. II. Ævo regis Manassis nullus modò in catalogo summorum Pontificum apud Josephum occurrit Eliachim; ergo historia Judith non contigit tempore regis Manassis. Resp.: Satis est, summum Eliachimi sacerdotium luculenter indicari 4 Reg. cap. 18, et Isaiae cap. 22, præcedente num. citatis. Succeſſit autem Eliachim Lobna, qui sub Ezechia pontificatum gessit; præcessit vero Helciam, qui eundem sub Josia administravit; catalogum igitur Josephi exactum esse neganq[ue], quippe qui plures omittunt pontifices in S. Scripturā commemoratos, ut Amasiam regnante Josaphat; Joiadam, regnante Josis; Azariam, regnante Ozia. Accedit, quod Josephus etiam alios errores in sua historia habeat, ut iam alibi (2) observavimus. Non repugnat tamei, Eliachimū pluribus fuisse nominibus appellatum, indeque sub alio ab Josepho nomine reconsensum; reverè enim assignati illis temporibus pontifices dupli sunt nomine in Tabulis affecti, v. g., Achitob dictus Ustias; Meraioth dictus Nericia; Sadoc dictus Osaias.

36. Argum. III. Tempore regis *Manassis* urbem *Betholiām*, que in unā ex decem tribubus, nimirū in tribu Simeon sita erat, incolere debüssent *Cuthæ* et *Babyloni*, non verò Israelitas, iam prius à *Salmanassare* in Assyrios captivi abducti. Resp.: Negro assertum. Etsi enim Israelite ex urbibus Samarie vicinis captivi fuerint abducti, non continuò sequitur, cādem calamitate omnes quoque alias civitates etiam remotiores, ac præsertim montanas, qualis *Bethulia* fuit, fuisse comprehensas; in has certè poterant se Israelite recipere facilis; in has præ exterris ex dispersione remaneare, et nonnullis cum *Cuthæ* unam in civitatem coalescere.

37. Argum. IV. Eo tempore quo historia Judith contigit, templum Jerosolymitanum jam erat destruttum. Nam Achior, dux Ammonitarum (3), ad *Holofernem* de populo Israelitarum inter alia dixit, juxta textum Græcum: « Et captivi ducti sunt in terram non propriam, et templum Dei eorum factum est in pavimentis.

(1) In Dictionario Bibl., v. *Bethulia*.

(2) Vide supra, num. 28, Q. X.

(3) Judith 5, 16.

mentum, n. e., eversum, solo aequatum est; sed hoc non est factum tempore regis *Manassis*, sed postea, sub rege *Sedecia*, dum is à *Nabuchodonosore* expugnata Jerosolymā (1), effossis oculis in captivitatem Babyloniam cum reliquo populo Judaico abstractus est: ergo historia Judith non sub rege *Manasse* contigit.

Resp. hoc additamentum grecas versionis, καὶ δὲ νῦν τὸ θεῖον ἀρτόν ἐπενθη τις ἑταῖρος, et templum Dei eorum factum est in pavimento, videtur Bellarmino (2) esse suppositum, cùm S. *Hieronymus*, qui fidelissimè transtulit librum Judith ex chaldaeo sermone in latum, suā in versione de templo destructo nihil commemoret; etenim si grācam versionem rectē examinēs, aliud in ea non asseri intelliges, ac templum pedibus olitrum, quod versio syriaca exprimit, et profanatum fuisse. Quis autem ignorat, non unā vice templum (quantumvis persistens et non eversum) Iherosolymæ etiam ante *Manassis* ævum fuisse profanatum, atque à *Manasse* ipso scđa idololatria contaminatum? Et prouam est conjicere, loci sanctitatem turpissimis tunc actionibus deformata fuisse.

At inquires: In ipsa versione latīna S. *Hieronymi* bellum hoc *Holofernis* contra Judeos gestum esse dicitur paulo post redditum eorum ex captivitate Babylonica. Sic enim ibidem (5) legimus: *Nam et ante hos annos, cùm (Hebrei) recessissent à viâ, quam dederat illis Deus, ut ambularent in eâ, exterminati sunt præliis à multis nationibus, et plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione, quā dispersi fuerant, ad natū sunt, et ascenderunt montana hac omnia, et iterum possident Jerusalēm, ubi sunt Sancta Sanctorum.* Resp. cum Bellarmino (4), non esse intelligendum hunc locum de captivitate Babylonica, sed de variis afflictionibus Hebræorum præcedentibus. Nam si sermo esset de Babylonica captivitate, non dicerentur ii exterminati à multis nationibus, sed ab unā, id est, Chaldaeorum, nec dicerentur pluriā abducti captivi, sed omnes; fuit enim generalis captivitas Babylonica; paucissimi enim remanserunt relicti à Nabuchodonosore, et illi ipsi paulo post fugerunt in Ægyptum (5). Ita dispersione ad desolatō plenissima fuit. Igūt Scriptura non loquitur de captivitate Babylonica, sed de variis afflictionibus populi Judaici, quas variis temporibus à variis nationibus passus est, et præcipue de illa ultimā, quae acciderat cùm caperetur *Manasses*; tunc enim tota regio devastata fuit, et rex ipse cum aliis multis capti et ductus in Babylonem; et multi etiam dispersi fugatiq[ue] in varia loca. Quod autem additur: *Nuper autem reversi... ex dispersione... adu-*

(1) 4 Reg. cap. 25.

(2) Loc. cit., ubi idem auctor suspicatur, quòd fortasse isti additio greci textus in causa fuerit, cur tot gravissimi auctores, Eusebius, Augustinus, Sulpitius, Beda in historiā Judithæ suo tempore colloquendā decepti fuerint, eam que priuata post captivitatem Babyloniam contigisse autumnarient, ut supra, num. 33, observavimus.

(3) Judith 5, 22 et 23.

(4) Loc. cit.

(5) 4 Reg. 25, 26.

nati sunt, etc., vel intelligitur de reversione regis *Manassis* cum suis ex Babylone, vel (si absente rege gestum est hoc bellum adversus Holofernem) intelligi poterit de reversione ex iis locis, ad quæ fugiendo pervenerant, cùm rex Assyriæ vastaret regionem ipsorum.

38. Scholion I. Sunt equidem adhuc alia adversariorū argumenta, quibus assercio[n]em nostram de tempore quo historia Judithæ contigit, impugnant. Verū, quia hæc vel in sequentib[us] quæstionib[us] à nobis dissentient, vel apud alios auctores (1) diligenter et copiosè examinata solutaque legi possunt, nobis animus non est, chronologicis hisce rebus inter ipsos catholicos auctores controversia diutius immorari.

Scholion II. Etiamsi tempus quo historia Judithæ contigit, exactè determinari non posset, inde non statu[m] inferendum, hanc historiam non esse veram, ut jam alibi (2) monimus. Certè in historiis etiam profanis, e. g., Romanorum aut aliarum gentium, multa sunt dubia, obscura, vel controversa quod adjuncta temporis, loci, etc., quo res gestæ sunt, quin ideò hæ historiæ dicenda sint confite; sed potius ejusmodi difficultatis ex ea, in quā versusunt veteris historiæ omnium gentium ignoratio[n]e, derivantur. Et profectò, si annales regum Juda et Israel sepius in Scripturā (3) laudati supponerent, quantum ex illis lucis ignorantia nostræ affligeret? Si veteres commentarii genit[us] Ju daice, quibus gestorum omnium maioris momenti apud illos memoria ad posteros transmitteluntur, non intercidissent, quoniam agitatæ modò controversiae soperentur, quoniam depellerentur obscura, fortassis etiam quoad librum Judith?

Scholion III. SS. Patres eadem, quæ nos, in libro Judith legerunt; habuerant p[ro]p[ter]e manibus, quæ nobis desunt, historias profanas; majori etiam in vetere historiæ et geographiæ valebant eruditione, ac nos; et tamen magnum illum antilogiarum à Protestantibus aliis adversariis objectarum numerum in libro Judith non animadverterunt. Quid autem inde concludas, nisi citra jus fasque, imò contra omnis sanæ critice regulas postulari, præoccupatis ut hominibus, judicibusque studio partium abrepulis, et necessariò ad ferendam sententiām subsidio destitutis plus deferamus, quam SS. Patribus, id est, viris et pietate et doctrinā præstantibus, qui et aetate illis temporibus propinquiores, et monumentis, ex quibus veritas historiae Judith desoni poterat, instructiores fuerant? Ceterum, quamvis nullum ex Patribus habeamus, qui

(1) Inter hos nūus ex præcipuis est Didacus de S. Antonio Euchirid. Script. Tom. I. Vide etiam Proleg. Serarii in L. Judith. Bernard de Montfaucon, de Veteri hist. Judith, et Calmeti Praefat. in L. Judith. Item ejusdem Dictionarium Bild., v^o Judith. Illud quoque silentio non prætereundum censeo, quod Alphonsus Nicolai recentissimum in librum Judith. Commentarium cum doctissimis dissertationibus italicè evulgavit.

(2) Vide supra, num. 50.

(3) Vide 3 Reg. 14, 19 et 20.

librum Judith commentariis illustrarit, non tamen de-sunt cùm Patres, tūm alii scriptores ecclesiastici, qui ejusdem libri tanquam canonici mentionem fa-ciant, nempe Origenes, Hilarius Pictaviensis, Grego-rius M., aliisque infra (1) adducendi. Præterea non pauci sunt, qui Juditham ipsam laudibus celebrarunt, quemadmodum fecerit S. Ambrosius (2), S. Hieronymus (3), S. Chrysostomus (4), S. Fulgentius (5), plu-resque alii, qui proin omnes sibi persuasum habebant, Juditham reapsè existisse, librumque ejus nomine in-scriptum non fabulum, sed veram historiam continere.

39. Queres III : « Cur Josephus Judeus de historiā Judithæ altūm sileat in suis libris? » — Resp. : Ra-tiones sunt sermē exēdem, ob quas idem Josephus de gestis Tobiae tacuit (6). Nimis hūd mirandum, quod hic auctor hebreus de historiā Judith sileat, cūn non nisi historias Esdrino Canone contentas recitare soleat; liber verò Judith in hoc Canone (7) contentus non fuerit. Dein Josephus fortassis alio in libro, quem de Assyriorum et Medorum rebus promisit (8), nos autem ad manum non habemus, de historiā Judithæ simul et Tobiae vel egit, vel agere constituit. Denique idem Josephus, ut pariter alibi (9) jam observavimus, etiam Jobi historiam et infantium sub Herode cedem, alioque prætermisit, quamvis hæc certò gesta sint; ergo à pari ex eo, quod Tobiae et Judithæ historiam præ-termiserit, non sequitur, has non esse veras historias.

40. Queres IV : « An liber Judith sit Canonicus? » — Resp. : Est verè Canonicus, etsi Deutero-Canonicius (10). Hac assertio supra (11) jam abundè probata est; ulterius tamen ex eo confirmatur I. quia teste S. Hieronymo (12) « hunc librum synodus Nicæna (lo-quitur de synodo Nicæna I, omnium synodorum gene-ralium primā et celeberrimā) in numero sanctorum Scripturarum legitur computasse. » Confirm. II. ex aliis Patribus et scriptoribus ecclesiasticis, qui libri Judith tanquam Canonici mentionem fecerunt; nempe Origenes (13) dicens : « Volo exemplum dare à Scripturā plurā, etc., et immidiatè affer exemplum Judith. Item Hilarius Pictav. (14), Isidorus Hispal. (15), Ilde-fonsus (16), Rabanus Maurus (17), usque ad seculum IX, quos plures alii usque ad seculum XVII excipiunt in Tabellā 2 Tourneminiū, ut adeo continuat à pri-

(1) Num. 50, Q. IV.

(2) L. de Viduis, propè medium.

(3) In Epist. ad Furianum et Eustochium.

(4) Ilmil. 9, ex variis super Matthæum.

(5) Epist. 2, ad Gallam.

(6) Vide supra, num. 28, Q. X.

(7) Vide supra, num. 1 et 5.

(8) L. 10 Antiq. Jud. c. 3.

(9) Vide supra, num. 28. Q. X.

(10) Quid et quot sint libri Deutero-Canonici, supra, num. 1, explicavimus. — (11) Num. 1, 5.

(12) Praefatione in L. Judith, que in tom. 3 Operum S. Hieronymi, Epist. CXI, extat.

(13) Homil. 19 in Ieronimam.

(14) In Psalm. 128, et Proleg. in Psal.

(15) Origin. L. VI, cap. 1 et 2 Proem. de LL. V. ac N. Testam.

(16) L. Adnot. de Cog. Bapt. c. 79.

(17) 9e Univ. L. 5, in Comen. et L. 4, de Inst. Cle-ric. cap. 55.

mis Ecclesie seculis usque ad nostrum ævum tradi-tione gaudent Catholici. Addit plures Patres, qui in Judithæ laudes excurrerunt, quosque jam supra (1) citavimus. Verum audiamus et refutemus

ARGUMENTA CONTRARIA ADVERSARIORUM.

41. Argumentum I. Ex S. Hieronymi testimonio (Praefat. in L. Judith) nihil probatur pro divinitate seu Ecclesiæ libri Judith, quia ibi aliorum duxata opinione refert, uti indicat et legitur; alibi autem sua ex sententiâ loquens (2) expressè ait : « Sicut ergo « Judith, et Tobiae, et Machabæorum libros legit qui-dem Ecclesia, sed eos inter canonicas Scripturas non recipit, sic et hæc duo volumina (LL. Ecclesiastici et Sapientie) legit ad edificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum conformatam. » — Resp. : Si verba S. Hieronymi tum locis citatis, tum alibi extantia ritè expendantur, sensus à mente adversariorum longè diversus eruitur. Nam Praefatione in L. Judith laudatus S. Pater ita loquitur : « Apud Hebreos liber Judith inter agiographa legitur; cuius auctoritas ad robورanda illa qua in contentionem veniunt, minus idonea judicatur. » Chaldaeo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicæna in numero sanctorum Scripturarum legitur computasse, acqueivi postulationi vestræ, et sepositis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic unam lucubrationculam dedi (vertendo hunc librum ex Chaldaeo sermone in Latinum), magis sensum è sensu, quam ex verbo verbum transferens. » Ibis igitur verbis S. Hieronymus affirmat, apud Hebreos librum Judith numerari in sanctis libris, qui tam (scilicet ex eorum mente) non sint idonei ad dogmata fideli comprobanda; deinde verò huic Hebreorum sententiæ opponit Nicæna synodi auctoritatem. Itaque, ut Bellarminus (3) rectè concludit, « teste » Hieronymo Nicæna synodus librum Judith ita retulit « in numero sanctorum librorum, ut eum idoneum censuerit ad fideli dogmata confirmanda. »

42. Dices I. Testimonium S. Hieronymi de synodo Nicæna modò allegatum nusquam ab aliis Patribus confirmatur; ergo parùm probat. — Resp. : Patres concilio Niceno posteriores, quod in eo factum erat, non cogebantur assere. Non pauci fortassis singulorum, quæ ibidem gesta fuerant, ignorante tenchan-tur, etiam de causâ, quia Nicæna Canones utili, non integri ad posteros pervenire, et, ut Baronius in loco à nobis mox citando ait, « Nicænos Canones aliquod passos esse naufragium, tabulæ, que hinc inde dispersa reperiuntur, manifestè significant. » Fortassis etiam, ut Baronius (4) suspicatur, non fuit Canones de libris sacris à Nicæna synodo statutus, neque

(1) Num. 53, Scholion III.

(2) Praefat. in Proverbia, Ecclesiasten et Canticum Canticorum Salomonis, que in tom. III Operum S. Hieronymi, Epist. CXV, extat.

(3) L. 1 de Verbo Dei, cap. 12.

(4) Tom. 3 Annal. ecclesiast., ad annum Christi 525, num. marginal. 157 et 158

ex Canone de libris sacris confecto id asseruit S. Hieronymus, sed potius ex Actis hujus synodi, in quibus liber Tobie obiter citatus fuerit tanquam divinus. Quare iterum haud mirandum, quod alii Patres tenuis hujusce citationis non meminerint. Nemo tamen, quod narravit Hieronymus, vocavit in dubium aut falsitatis coarguit; satis itaque ad fidem faciendam est, idem à S. Hieronymo disertis verbis affirmari.

Dices II. Nullibi in concilio Niceni Actis liber Judith legitur, aut citatur tanquam divinus aut Canonicus (1), nec Hieronymus dicit, ubi legatur; sed tantum asserit: Synodus Nicena librum hunc in numero sanctorum Scripturarum legitur computasse, quod legi etiam potuit in auctore exiguae auctoritatis (III). Denique S. Hieronymus hoc loco non ex mente sua loquitur, neque asseverat, quod ipsem id legerit, sed tantum ait: Legitur, nempe in scriptis unius aut alterius auctoris. Resp. ad primum. Dist. Nullibi in concilio Nic. Actis recentioribus id legitur, conc. Nec legebatur in antiquis, quia Hieronymus vidit, neg. Contrarium enim restat adversarii probandum. Nec credibile est, Hieronymum (Praef. in L. Judith) Hebreis opponere voluisse Canonem aut assertionem Nic. Synodi dubiam, aut tam, quam tantum legisset apud auctorem exiguae auctoritatis. Nec dicit se audivisse tantum, rumore hominum; sed simpliciter asseverat: *legitur*. Quo modo loquendi satie innuit, se legisse, eo nempe in libro, enijs auctoritatim merito opponere et proponere potuerit Hebreis, hoc est, in Actis concilio Niceni, quod allegat ipse. Ex his etiam patet responsio *ad secundum et tertium*. Prorsus enim gratis singitur, quod S. Hieronymus loc. cit. hac voce, *legitur* absolutè prolatè indicare voluerit, quod id solum legatur in auctore uno, aut aliquibus exiguae auctoritatis.

Dices III. S. Hieronymus loc. cit. duxat ait, quod synodus Nicena librum Judith legitur computasse in numero sanctorum Scripturarum; sed aliud est librum aliquem Canonicum definire, aliud eum inter libros sacros computare, quod etiam convenit libro tertio et quarto Esdrae et aliis, qui S. Bibliis in calce subnexi sunt (III). Si synodus Nicena librum Judith esse propriè Canonicum decrevit, quare non eodem hoc Decreto ceteros quoque libros controversos Tobiae, Ecclesiastici, Sapientiae, etc., complexa est? Numquid approbando librum Judith alios gravi eorum prajudicio excludisset? R.: ad primum. Hoc ipso, quia S. Hieronymus loc. cit. postquam dixerat, librum Judith apud Hebreos solum inter agiographa legi, huic Hebreorum sententiae opponit auctoritatem synodi Nicenae eundem librum computantis, h. e., numerantis in numero sanctorum Scripturarum, plus asserit, nempe quod Nicena synodus dictum librum non tantum agiographis, sed libris Canonici annumeraverit. Hinc nulla est paritas inter librum Judith et librum tertium et quartum Esdrae, qui duo ultimi non sunt Canonici, sed apocryphi. Resp. ad secundum et dico, perperam inferri, libros ceteros Deutero-Canonicos, ita per synodum Nicenam à Canone excludi; non enim à S. Hieronymo asseritur, certum sanctorum librorum Canonem à Patribus

Nicenam fuisse conceptum, in quo solus liber Judith è Deutero-Canonicis locum habuisse; sed generatim tradit, eundem in synodo illâ legi in numero sanctorum Scripturarum computatum; id quod variis modis et locis (1) per peculiarem hujus libri mentionem fieri poterat. Omnibus itaque consideratis alterutrum necesse est; aut Protestantes librum Judith ut divinum seu ut partem S. Scriptura agnoscent, aut universæ Ecclesie in primum generale concilium seculo IV congregatae adversentur.

43. Argum. II. S. Hieronymus praefat. in LL. Salomonis, ut jam supra (2) in argumento I indicatum est, expressè ait: *Judith, et Tobiae, et Machabœorum libros legit quidam Ecclesia, sed eos intr' canonicas Scripturas non recipit*: ergo vel sibi contradicit, vel in altero loco (nempe Praefat. in L. Judith) dūm ait *librum Judith à synodo Nicenâ in numero sanctorum Scripturarum legi*, sensus non est, quod Synodus Nicena hunc librum inter canonicas Scripturas receperit, aut Canonicum esse agnoverit. Resp.: Vel cum Hermanno Goldhagen (3) dicendum, quod S. Hieronymus praefat. in librum Judith tacite retractaverit, que Praef. in LL. Salomonis Hebreorum sententias insistentes ante scripsarat, vel cum Xaverio Widenhofer (4), quod dictus S. Pater, dūm ait, quod Ecclesia librum Judith inter Canonicas Scripturas non recipiat, loquuntur de tempore ante Synodum Nicenam. Caeterum transmitti potest, quod ipse S. Hieronymus ante perceptam synodi Nicenae sententiam in contraria de libro Judith opinione fuerit; postea tamen hunc librum certò Canonicum habuit, ut ex ipsis Praefatione in eundem librum supra (5) luculenter ostensum est.

At inquires: In hac ipsâ Praefatione S. Hieronymus

(1) Vide Baronium loc. cit. nbi hic auctor ita ait: «Quis neget, inò quis auctoritate S. Hieronymi non affirmet, atque tutò confirmet, in eādem magnâ synodo (Nicena) de divinis Scripturis authenticis editum esse Canonem?... Nemo igitur inficias ire poterit, ejusmodi Canonem, quo libri Canonici (in Synodo hâc) numerati erant, nescio quo casu, penitus excidisse. At hoc quantumlibet dici possit videantur; tamen considerando, quod qui post concilium Nicenum scripti reperiuntur Canones sanctorum librorum catalogum continentis, ut à concilio Laodiceo, sive à Patribus, ut Athanasio, Gregorio Nazianzeno, Amphibiochio, vel aliis, in illis liber Judith inter agiographa (seu libros sacros) non numeretur: hand affirmandum omnino existimare, Canonem de libris sacris statutum esse à Niceno concilio, à quod neminem ausum fuisse recedere, iure debet existimari. Sed non ex Canone de sacris libris confecto id asseruisse S. Hieronymum, verum potius ex Actis ejus, in quibus obiter citatus idem liber inventus fuerit. Nisi dixerimus, quod librum quem apud Occidentales in Canone sanctorum librorum invenierit eum alias agiographis annumeratum existimaret ex Niceni concilii fonte manasse.» Ecce non uno modo verba illa S. Hieronymi dentis, «librum Judith à synodo Nicenâ in numero sanctorum Scripturarum legi», explicari possunt, uti Baronius censem.

(2) Num. 41.

(3) Introd. in S. Script. F. II, sect. 2, num. 99.

(4) Tom. 1 S. Script. Dogmatic. et Polemic. expli-

citat. pag. 939.

(5) Num. 40, 45.

de libro Judith ait : *Cujus auctoritas ad robورا illa, que in contentione venient, minus idonea judicatur.* Sed si hic liber esset Canonicus, non esset minus idoneus ad robورا fidei dogmata controversa. Resp. Dist. ant. Ait hoc S. Hieronymus ex sensu aliorum maximè Hebreorum, quibus statim eodem loco opposuit auctoritatem concilii Nicenae, conc. ; ex sensu suo, subd. ; respectivè ad eos qui primis seculis non nisi Canonem Esdrinum admittabant, conc. ; respectivè ad alios, qui ex auctoritate concilii Nicenae et PP. hunc librum inter sacros, saltem Deutero Canonicos (1) numerabant, neg. Ideò ait : *judico, vel à me judicatur,* sed duntaxat indicat, quid alii, maximè Hebrei judicent; fermè sicut alibi (2) idem S. doctor loquens de Prefatione suâ in Danièle, clare ait : *Non quid sentirem, sed quid Hebrei contra nos dicere soleant, explicavi.*

Add. I. Quod liber Judith semper inter agiographa ab ipsis adest Hebreis positus fuerit. II. Quod etsi hic liber minus idoneus sit ad controversias fidei dividendas, quas non agitat; quoniam tamen spem ait in Deum, mores format, etc., rectè ait Hieronymus (3) : « Librum Judith legit Ecclesia. »

Argum. III. Synodus Laodicea, quæ paulò post Nicenam habita est, non reliquisset librum Judith in apocryphis, sed eundem catalogo sacrorum librorum, quem Canone LX exhibet, inseruisse, si hinc librum synodus Nicena Canonicum statuisse. R. : Ex hoc ipso probat Baronius in tom. 4 Appendice, Laodicam synodus non ante Nicenam fuisse habitat. Verum quidquid de hoc sit, id saltem certum est, quod eo tempore, quo typographia nondum erat, notitia canonis aut aliorum decretorum, aut scriptorum non tam citè ad omnes pervenire potuerit; cuius notitiae defecta non statim fuere hereticis, qui divinam huic libro auctoritatem negarunt. Accedit, quod juxta opinionem Baroniū (4) incertum sit, utrum concilium Nicenum de libro Judith expressum Canonem ediderit, vel duntaxat ejus tanquam libri divini obiter mentionem fecerit; quo posito adhuc magis credibile fit, quod Patres Laodiceani mentem synodi Nicenæ de libro Judith ignoraverint, presertim quia teste eodem Baronio (5) Acta hujus synodi non integra, sed mutila ad posteros pervenerunt. Praterea etiamsi Patres Laodiceani de iudicio synodi Nicenæ circa librum Judith aliquam notitiam habuissent, peculiares cause fuerint, cur de hoc aliisque libris Deutero-Canonici mentionem distinctam non fecerint. Fors id unum propositum ipsis erat, quinam libri Canoni Judaeorum Esdrino essent inscripti, quinam contra ab eo absent, edocere; quin ideo de librorum Deutero-Canonicon divinitate dubitarent. Ceterum Canon LX concilii Laodiceani, ubi

(1) Quid sint libri Proto et Deutero-Canonici, supra num. 4, explicatum est.

(2) In Apologia adversus Ruslinum, I. II, c. 9.

(3) Prefat. in LL. Salomonis.

(4) Vide supra, num. 42 : Dices I. Item eodem numero notam his verbis incipientem : *Vide Baroniū,* etc.

(5) Ibidem, nimisrūm, num. 52 : Dices I.

ponitur catalogus librorum sacrorum non legitur in veteri versione latīna Dionysii Exigui; et in Canone græco recensentur liber Baruch, quem tamen Protestantes rejicunt, recensentur Epistole ad Hebreos, una Jacobi, una Judæ, etc., quas Protestantes longo tempore apocryphas putarunt.

Dices I. Librum Judith omisit Esdras in suo Canone; ergo Ecclesia in concilio Niceno hunc librum non potuit facere ex non Canonico Canonicum. — Resp. : Quando Esdras condidit Canonem, vel historia Judith nondum contigerat; vel si (ut nos supra (1) ostendimus) tuncjam contigerat, Esdras tamen, urgentibus undique hostibus, sat spatii non habuit, ut tam illustre facinus elaboraret. Quem autem librum Esdras non addidit Canoni, Synagoga (2) non amplius addidit, nisi agiographis, ut supra (3) jam observavimus. Ceterum Deo non est à mortalibus prescribendum tempus aut modus, que verbum suum scriptum nobis communicare aut promulgare debeat. Neque Ecclesia, quando fidelibus librum aliquem proponit tanquam Canonicum, facit eum divinum in se, sed tantum quoad nos, hoc est, declarat nobis, quod sit divinus, sen Deo dictante, eumque tanquam verbum suum inspirante scriptus.

Dices II. De facto adhuc sine nota hereticos dubitabant aliqui de authentiâ libri Judith, sicuti Russinum, inter quos est etiam Cajetanus; ergo in Nicenâ synodo hic liber non est declaratus Canonicus. Resp. Dist. ant. : Dubitabant aliqui ante concilium Tridentinum, trans.; post illud, et quidem sine errore in fide, neg. Jam definitum est à Tridentino, sess. IV, in Decreto de Canonis Scripturis cum anathemate, si quis librum Judith non pro sacro et canonico libro suscepit. Ante illud erant adhuc qui, mente S. Hieronymi non satis perspecta, de illo Canone vel citatione synodi Nicenæ, ubi liber Judith libris Canonici annumeratur, dubitabant, siveque de ipsâ hujus libri divinitate seu *orthopœdia* anticipes heretici; quam dubitationem jam omnem sustulit concilium Trident. loc. cit. Porrò Cajetanus quoque ante Tridentinum (4) floruit. Quod Russinum attinet, is in pluribus erravit, ut ostendit S. Hieronymus in libro contra eundem.

Argum. IV. Ex ipsis Tournemini tabulis luculentè patet pro libro Judith (sicut etiam pro additamentis Esther) admodum pauca Patrum testimonia suffragari, ergo authenticâ libri Judith merito suspecta est. Resp. Dist. ant. : Pauci Patrum testimonia suffragari; si conseruant cum aliis Scriptura libris, conc. ant.; si secundum se et communem Ecclesiæ occidentalis sensum spectentur, neg. ant. et cons. Patribus frequentius erat occasio loquendi de libris, ut vocant, sapientialibus vel hi-torico-dogmaticis, quam de privata historiâ, quals in libro Judith vel Esther continentur. Ceterum si paucis etiam hisce testimoniosis addas decreta conciliorum et testimonia Sedis apostolica-

(1) Num. 35. 58.

(2) Num. 6 argum. II, *Ad primum.*

(3) Num. 45, ad finem.

(4) Vide supra, num. 12.

ca romane, ac consensum utriusque Ecclesie tam latinæ quam grecæ (1), sufficiens auctoritatis pondus ad comprobandum illorum librorum authentiam ac divinitatem accedit.

47. Argum. V. Libri Judith versio latina à D. Hieronymo facta et vulgate latine inserta nūmīum discrepat à versione græca; ergo alterna non est authenticæ. Resp. Dist. aut.: Discrepat in doctrinâ fidei et morum, neg.; in aliis, conc. Ratio est, quia D. Hieronymus in Praefatione in hunc librum (2) ipse fatetur *se magis sensum è sensu, quān ex verbo verbiū transstilisse*. Quòd si et de græca versione id dicitur, vel etiam si hæc transferendo chaldaicum originale ex verbo ad verbum facta esset, mirum non est, utramque versionem (latinam et græcam) tali modo discrepare in verbis, verborumque constructione, etc., ut consideranti facile patet.

48. Argum. VI. In libro Judith continentur falsa, et complures antilogiae seu contradictiones: ergo hic liber non est Canonicus.—Resp.: Nego aut. Contrarium constat ex dictis, et magis constabit ex diceñdis in sequentibus questionibus.

49. Quæres V. « Quomodo, Judith 1, 1, absque errore in re historicâ dici possit: *Arphaxad... rex Medorum... adificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanis*, cùm tamen ex Diodoro constet, quòd hanc civitatem jam ante regem Arphaxad adificaverit Dejoces Medorum Rex? » — Resp.: Esse poterit, ut Dejoces hanc civitatem primus molitus sit, quin tamen eam absolverit, maximè quoad sua propugnacula et ornamenta. Quare transmitti potest, quòd quidem Arphaxad eamdem non adificari poteat et simpliciter; cùm tamen teste Scriptura, redificavit potentissimam, id est, secundum quid et quasi secundum, quia eam novis palatiis, turribus, muris auxit, et ornavit. Unde græca versio (3) de Arphaxado dicit: *Et adificavit in Ecbatani circa circuū muros ex lapidibus secutis*, etc. Certè urbis alienus adificate laus non primo duntaxat ejusdem conditori, sed et instauratori ejusdem et amplificatori tribui solet. Ex communi hoc sensu Nabuchodonosor (4) gloriatur, et ait se Babylonem condidisse: *Nonne hec est Babylon magna, quam ego adificavi?* id est, ornavi et amplificavi. Nam primus turri Babel et Babylonem condidit Nemrod (5) cum sociis. Sic etiam Romulus dicitur condidisse Romanum, cùm tamen Virgilius (6) dicat:

Tum rex Evander Romanæ conditor arcis.

50. Quæres VI: « Quomodo salvâ veritate historicâ, Judith 1, 5, dici possit: *Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnavit in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad*; cùm tamen tempore Nabuchodonosoris Ninive jam destructa fuerit? » Quis fuit ille Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in

« Ninive? Certè Nabuchodonosor non Assyrius, sed Chaldaeus erat, neque in Ninive civitate Assyrie conditâ à Nino, sed in Babylonie regnabat. » Antequam respondeam, observo, quòd sicut una persona tam in historiâ sacrâ, quām profanâ sepe habet plura nomina, ita vicissim unum nomen, quod videtur esse uni proprium, non raro commune est pluribus hominibus. Nam etsi ejusmodi nomen ab initio fuerit cuiusdam certæ personæ aut rei proprium, aut familiæ alienius cognomen, postea tamen commune factum est omnibus successoribus; quemadmodum omnes reges Egypti usque ad imperium Graecorum vocabantur Pharaones, postea autem à Græcis appellati Ptolemœi; omnes imperiorum dignitate apud Romanos conspicui Cæsares et Augusti. Similiter ergo reges apud Babylonios dicebantur Nabuchodonosores, aut Merodach (1), aliasque Nabuchodonosor in libro Judith loc. cit. diversus ab illo Nabuchodonosore, qui templum Salomonicum destruxit, et Iudeos in captivitatem Babylonicam abduxit (2), cuius filius Baltassar fuit à Cyro interfectus. His prænotatis, ad primum dico, quòd Pfaffius, qui hæc objicit, confundat historias. Nam locus ex libro Judith alius non loquitur de Nabuchodonosore Danielis, i. e., de illo, qui templum Salomonicum destruxit, et Iudeos in captivitatem Babylonicam abduxit, et quo regnante Ninive Metropolis Assyrie jam erat destructa, utpote à Cyaxare sub Josiâ rege Iuda circa annum M. 3370 (ut Usseius vult) vel circa an. M. 3378 (ut Calmetus (3) existimat), devicta, post quam cladem teste eodem Calmeto (4) ad pristinam sui majestatem nunquam revocata est: sed loquitur de alio quopiam Nabuchodonosore circa tempora Manassis regis Iuda, in quibus historia Judithæ (5) contigit, in Assyriâ regnante; prout mox ex responsione ad secundum palam fiet.

Ad secundum dico, oppidò controversum esse, quia fuit ille Nabuchodonosor. Nam hoc nomen Nabuchodonosor, ut paulò supra demonstravi, fuit communis regibus Chaldaeorum. Duas solūm præcipuas ac de re sententias in medium profero. Tirinus existimat, Nabuchodonosorem, de quo Judith 1, 5, sermo est, fuisse prognatum è chaldaico sanguine regum Babylonis, et casu aliquo delapsum in Assyriam, factumque fuisse filium adoptivum, vel certè generum, aut alio modo affine Assar-Haddoni Assyriorum tunc monarchæ, atque ita successorem ejusdem in imperio; chaldaicum tamen nomen regum Babyloniorum Nabuchodonosor retinere voluisse in aeternam sine familia et sanguinis memoriam. Alii malunt, Nabuchodonosorem illum non è chaldaico, sed assyriaco sanguine procreatum, è cognatis fuisse Assar-Haddoni, vel saltē primoribus regni ejus, qui vel regis adoptione, vel procerum factione, vel populi electione

(1) Vide supra Num. 4, 5.

(2) Vide supra Num. 44.

(3) Judith 1, 2.

(4) Daniel. 4, 27.

(5) Genes. 10, 10.

(6) Æneid. 8.

(1) Vide Tirinum Commentar. in 4 Reg. cap. ultim., in fine.

(2) 4 Reg. c. 24, Jerem. c. ultim., et Daniel. c. 1

(3) In suo dictionario Bibl., v^o *Ninive*.

(4) Loc. cit.

(5) Vide supra, Q. II, Num. 53, 58.

sceptrum adeptus assyriacum, etiam usurpavit nomen chaldaicum regum Babylonie Nabuchodonosor, ut hoc suo nomine demonstraret, se regem esse Babylonie non minus, quam Ninives et Assyriae. Plura de hac controversia vide apud Cornelium à Lap., Tirinum, Sanctum, aut Serarium in cit. loc. Scripturæ.

Corollarium I. Cùm Nabuchodonosor, de quo Judith 1, 5 sermo est, fuerit filius, vel cognatus, aut alio titulo devinctus Assar-Haddoni regi Ninives et Assyria; hic autem regnauerit paulò ante aut circa tempora Manassis regis Juda, ut patet inscriptio tabulam chronologicam generalem (1) historiarum biblicarum ab anno M. 3292 usque ad an. 3361, denud colligitur, quòd historia Judithæ tempore regis Manassis contigerit; quemadmodum supra (2) asserimus. II. Patet, quòd regnante memorato Nabuchodonosore urbs Ninive nondum fuerit eversa. Hec enim, ut paulo ante (3) observavimus, primum tempore Josite regis Juda, qui ab anno M. 3370 usque ad an. 3385 exclusivè sumptum regnavit, à Cyaxare devastata est. III. Denique patet, quòd idem ipse Nabuchodonosor sit longè alias et diversus à Nabuchodonosore Danielis. Iste enim est posterior, et mortuo suo patre anno M. 3399 regnavit solus usque ad an. 3444, prout hæc omnia iterum videre est in laudata tabula chron. general. histor. Bibl. et in Dictionario Bibl. Calmeti, v° *Nabuchodonosor*.

31. Queres VII : « Quomodo illud (Judith 2, 7) : *Tunc Holofernes dinumeravit viros in expeditionem....* » 12000 equitum, concordet cum alio Scripturæ loco, « Judith 7, 2, ubi dicitur, quòd omnino fuerint equites 22000? » Resp. : Omissâ alia aliorum responsione, mihi praecipiat explicatio eorum qui dicunt, non initio, sed postquam equitibus ab omnibus Assyrie regionibus ad Holofernen confluentibus accessio facta est, ejusdem exercitum 22000 equitibus instructum fuisse. Has autem auxiliares copias, ut Cornelius à Lap. (4) ait, submittet Nabuchodonosor, qui et ipse cum toto exercitu robore subsequi destinabat, ut habet versio græca cap. 2, v. 41, de Holoferne dicens : *Et egressus est ipse et omnis exercitus ejus in viam, ut præcederet regem Nabuchodonosor.* Porrò nemini mirum videri debet, quòd Holofernes tantam in suo exercitu equitum multitudinem numeraverit. Certè, teste Curtio (5), Darius contra Alexandrum M. eduxit exercitum omnino 44 millia, et adhuc hodiè Hungarorum, Polonorum, Turcarum, etc., exercitus potissimum equitum multitudine abundat.

32. Queres VIII : « Quomodo, Judith 5, 14, cum veritate dici possit, quòd Holofernes pertransiens Syriam Sobat venerit ad Idumæos in terram Gabaa ; cùm tamen Ga-

(1) Hæc Tabula Chron. extat in Calmeti Dictionario Bibl. Tom. II, ad finem ; item ad calcem Tom. I. S. Scripturarum Dogmatic. et Polem. explicative, auctore Frane. Xaverio Widenhofer.

(2) Q. II, num. 33, 58.

(3) Num. 50, Ad primum.

(4) Comment. in Judith, 7, 2.

(5) L. 4.

baa sit in Tribu Benjamin prope Jerosolymam, cui utique Holofernes non appropinquavit? » Resp. : Non est hic sermo de urbe Gabaa, non longè à Hierosolymâ sita, sed de Gabaa sumptu pro terra montosa ; nam γαβα, Gabaa, hebraicè significat montem, collem. Hinc in regione Judeæ, montibus adeò impedita nil mirum, siplura ejusdem nominis, ut *Gabaa, Gabath, Gabaon, Gabathon, Gabee*, tanquam plura nomina ejusdem sensus, occurrant, prout videre est in Calmeti Dictionario Bibl. Tom. II, ad calcem, ubi hic auctor versionem litteralem nominum hebraeorum in Scripturâ occurrentium, secundum ordinem alphabeti proponit.

33. Queres IX : « Quomodo in libro Judith caput IV, 4, ubi Sacerdos Magnus illius temporis vocatur Eliachim, concilietur cum capite XV, 9, ubi Joachim appellatur? » Ille Sacerdos magnus fuit binomius, et utrumque nomen in hebreo idem sonat, nempe qui *Deum surgere facit*, ex Ιωάχιμ kum, i. e., surgere, et Ιωάχιμ cl. i. e., Deus ; sive יְהוָה Jehova, i. e., Deus. Paucis : *Eliachim* est compositum ex nomine hebreo *El*, *Deus*, et verbo *kum*, *surgere*; sicut *Joachim* est compositum ex nomine hebreo *Jehova*, *Deus*, et ex verbo hebreo *kum*, *surgere*, vel, ut Calmetus (1) vult, ex nomine hebreo יְהֹוָה *Jah*, *Deus*, et verbo hebreo *kum*, *surgere*. Unde patet, *Eliachim* et *Joachim* idem significare.

34. Queres X : « Num credibile sit, quòd Holofernes dux Assyrii ignoraverit, qualis populus sint Hebræi, et Judith 3, 3, principes Moab et duces Ammon interrogaverit his verbis : *Dicitemihi, quis sit populus iste.... aut que et quales, et quantæ civitates eorum; que etiam sit virtus eorum, aut que sit multitudo eorum; vel quis rex militie illorum?* Quis enim credit Assyriorum docem tantâ genti hebreæ ignoratione laborasse; cùm tamen inter ipsos Assyrios in urbe Ninive non pani gentis hebreæ degarent, et ipse Judæorum rex Manasses ante aliquot annos à ministris regis Assyriorum in Chaldeam captivus abductus fuerit? » Resp. : Frustrè haec adversarii cum Witackero contra librum Judith obiciunt. Potuit enim Holofernes Cappadociâ oriundus et forte novus è Mediâ vel Persiâ accusitus helidux ignorare que ad Manassem et Israëlitas spectant; quippe non Ninivem in Assyriâ sed Babylonem in Chaldeâ fuit abductus Manasses. Et esto audierit aliqua narrari de Israëlitis, in minimis tamen haec posuit, et ex contemptu tam viliis, ut putabat, gentis, interrogavit, qui illi essent, qui præter omnem expectationem sibi regique Nabuchodonosor resistere auderent. Unde haec Holofernis interrogations non sunt omnino ignorantis, sed sunt pronuntiata ferocius ducis minantis quòd sibi tantas copias ductanti, suoque regi potentissimo resistere quidam non reformidarent. Ceterum prudentis est belli ducis, hostium conditionem, vires et statum à peritioribus ita exquirere, quasi ipse horum omnium ignarus esset.

35. Queres XI : « Quomodo Achior dux Ammoni-

(1) In citatâ versione litterali nominum hebreorū, v° *Joachim*.

tarum, Judith 5, 22 et 23, de Hebreis dicere potuerit: *Nam et ante hos annos, cum recessissent à via (mandatorum Dei), exterminati sunt præliis à multis nationibus, et plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam.* Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione, quā dispersi fuerant, adunati sunt, et ascenderunt montana hec omnia, et iterum possident Jerusalem, ubi sunt sancta eorum. Quenam haec captivitas? *Quis hic reditus Hebreorum ex captivitate? Certe historia Judith probabiliter contigit ante captivitatem Babyloniam tempore regis Manassis.* 2. Quomodo Achior, cit. cap. 5, 16, in textu greco dicere potuit: *Templum Dei eorum (Hebreorum) factum est in pavimentum, i. e., solo aquatum, dirutum est; cum tamen tunc templum adhuc sticerit; quia tempore regis Manassis, quo historia Judith contigisse dicitur, templum nondum fuerat eversum?* An Achior haec ignoravit, aut ignorare potuit? Resp. ad primum: Achior, cit. loc. de Hebreis, rectè ait: *Ante hos annos.... exterminati sunt præliis à multis nationibus; sæpius enim Israelite traditi sunt in manus Gentium, nunc Ägyptiorum, nunc Moabitum, Ammonitarum, Assyriorum, etc., ac nuper plurimi cum Manasse ex patria sua exterminati fuere, et ab exercitu regis Assyriorum captivi abducti in terram non suam.* Inde verò, clementia et favore Phraortis sive Arphaxad ex dispersione collecti, aut ex diversis locis, in quibus desertà suā regione dispersi morabantur, redeentes denuo patriam et montanas polissimū civitates occupare ac iterum possidere Jerusalem, cooperant (1). Ceterum non mirandum, si Achior historiam Iudeorum sic enarrat, ut leviora nonnulla mutare videatur tanquam homo externus et in bello educatus.

Ad secundum Bellarmine (2) respondet verba illa in textu Greco supposititia videri; quandoquidem D. Hieronymus, qui librum Judith fidelissime ex Chaldeo sermone in latinum transtulit, nihil de excidio templi in suā versione posuit; et aliunde constat textum grecum, qualis nunc extat, non raro esse mendosum et corruptum (3). Nihilominus, etiam si ponatur Graeci textus verba non esse supposititia, nil falsi idèo liber Judith cit. loc. assereret. Nam si verba

(1) Observat Calmetus, Comment. in Judith 5, 22, captivitatem, de quā loquitur Achior, etiam intelligi posse de decem tribibus à Salamanas in servitutem abductis. Quamvis enim tribus illas post Manassis redditum non redierint, verosimile tamen est eorum plerosque, qui helli tempore aufigerant, et se in finitimas provincias receperant, fuisse in terras suas reversi, postquam procella detonuit, et Assyriorum copias recesserunt. Certe Ezechia, (2) Paralipomenon cap. 30, v. 1 et 18, item c. 31, v. 1) et Josia, (2) Paralip. cap. 34, v. 9) imperantibus, scimus in terris Israel adhuc fuisse magnum Israelitarum numerum ex decem tribibus, qui post captivitatem, qua sub Osee rege Israel contigerat, ibi sedem suam iursus statuerant. Nihilominus Calmetus loc. cit. huic responsioni prefert priorem responsionem ad primum datum.

(2) L. I. de Verbo Dei, cap. 12.

(3) Vide Hermann. Goldhagen introduc. in S. Scriptur. P. 1, sec. 2, quæst. 8.

illa græci textus ritè examinentur, aliud in illis non asseritur, quā templum *pedibus obtritum*, ut habet versio syriaca, hoc est, pollutum, profanatum; id quod etiam auctor primi libri Machabaeorum cap. 5, v. 51, de stante templo furentis Antiochii tempore polluto affirmat his verbis: *Et sancta tua concidata sunt, et contaminata sunt.* Quis autem ignorat, non unā vice templum Hierosolymæ etiam ante Manassis ævum fuisse profanatum, atque à Manassis ipso fœdâ idolatriâ contaminatum, ut ex Scripturâ (1) clarè liquet?

36. Quæres XII: *Quenan, et ubi sita fuerit Bethulia, de quā Judith 7, 1, sermo est?* Resp.: Quamvis incertum sit ubi sita fuerit Bethulia, tamen Geographi Palæstinæ, SS. Patres, aliquæ aliquam hujus nominis urbem in Palæstinâ extitisse fatentur, hoc tamen discrimine, quod Brocardus et Adrichomius apud Tirinum (2) dicant fuisse urbem Galileæ, monti impositam, in tribu Zabulon, aliquot leuis, à mari Tiberiadis, versus Occidentem: S. Hieronymus verò, aliquæ quos Calmetus (3) sequitur, eamdem urbem in tribu Simeon collocant. Non vacat hanc rem pluribus examineare. Si lubet, eam ventilatam invenies apud Xaver. Widenhofer (4), et Calmetum (5), aliosque.

57. Quæres XIII: *Quomodo Judith, 8, 1, dici possit oriunda ex tribu Ruben; cum ibid. c. 9, v. 2, originem suam referat ad tribum Simeon?* Resp.: Codices græci, item versio syriaca, editiones Sixtina, Complutensis, et emendata Vatabli cit. cap. 8, loco *fili Ruben* habent *fili Israel*, id est, filii Jacob, et ita legendum censent S. Fulgentius (6), Bellarminus (7), Serarius, aliquæ judicantes, hoc loco mendum irreppisse in textum latinum. Quia tamen codices alii constanter habent *fili Ruben*, dicendum cum Lyrano et Cornelio à Lap., hunc Ruben non esse patriarcham et Primo-genitum Jacobi, sed esse virum quempiam alium illustrem ex tribu Simeon, ad quem proinde genus Judithicæ hic producit et terminatur, non progrediendo ulterius ad ejus progenitores et avos usque ad Patriarcham Simeon seu secundum Jacobi filium. Id ita esse, confirmatur ex eo quod, cit. c. 8, Judith dicitur *fili Merari.... filii Simeon, filii Ruben*; atqui Ruben primogenitus Jacobi nullum habuit filium, qui vocatus sit Simeon (8).

58. Quæres XIV: *Cur Judith 8, 1, sedecim duntat generationes usque ad Juditham recenseantur; cum tamen, Matth. cap. 1, à Jacob communis Iudeorum Patriarcha usque ad captivitatem Babyloniam (que cum avo Judithæ fermè coincidit) numerentur plus quam vi-ginti generationes?* Resp.: Non omnes Judithæ proavi cit. loc. recensentur; sicut precedente questione de

(1) 4 Reg. 21, 5 et 7. Item. 2 Paral. 33, 4, 5 et 7;

(2) Comment. in Judith, 6, 7.

(3) In Dictionario suo Bibl., v^o *Bethulia*.

(4) Tom. I S. Script. Dogmatic. et Polemic. explicat, pag. 969, 971.

(5) Loc. cit.

(6) Epist. 2, c. 24.

(7) Loc. cit.

(8) Vide Genes. 46, 9. Item 1 Paralip. 5, 2.

alio loco libri Judith dictum est. Nam in sacrâ Scripturâ non semper integrâ recitantur genealogia, ut etiam conspicuum est ex 1 Reg. 9, 1, ubi de majoribus Saülis sermo est. Sufficit enim S. Scripturae, genealogiam alienus ad virum aliquem illustrem, e. g., genealogiam Saülis ad Jemini perducere. Similiter ergo modo S. Scripturae satis fuit, genealogiam Judithae ad illustres stirpis auctores referre.

59. Queres XV, 1^o: *An Juditha jure laudare potuerit, cap. 9, facinus Simeonis, qui Schemitas eo ipso tempore, quo dolore circumcisio eius optimâ fide admissa, ericiabantur, nec resistere illata vi poterant, miseratione nullâ perenit?* 2^o *Quomodo hic locus Scripturæ conciliari possit cum aliis Scriptura locis, Genes. 34, 50, item Genet. 49, 5, ubi hoc factum Simeonis vehementer improbat?* Resp.: Factum Simeonis à Juditha non laudatur ex modo quo peractum est, sed ex causâ et re secundum se spectatâ. Duo enim sunt hoc in facinore, zelus sive justa indignatio ob Dñe pudicitiam à Schemitis violatam, et crudelis ulciscendi modus, qui merito ab Jacobo Patriarchâ in cit. loc. Genes. reprehensione castigatus est. In laudem prioris, h. e., zeli secundum se spectati excurrit Judith, non posterioris crudelitatis; primum pœnae occulis habuisse censenda est Judith, quando asserit, cap. 9, v. 2, *Simeoni fuisse gladium datum in defensionem, sive, ut textus græcus habet, εἰς τὸν πόλεμον, in ultionem alienigenarum.* Idem est, quando Simeonem et Levi, vel potius reliquos fratres appellat *Servos Dei* (1), et quod in græco legitur ἐπιτελέσθαι, dilectos à Deo, ac affirmat eos zelasse zelum Dei. Potuit nimis Judith imitari phrasim Jeremie, qui Nabuchodonosorem crudeliter in Judeos debacchante vocat servum Dei (2), quod scilicet Deus eo tanquam instrumento usus fuerit ad castigandis Judeorum peccata. Sensus igitur orationis Judithæ (3) est iste: *O Deus! qui per patrem meum Simeonem punivisti Schemitas; nunc per me, unam mulierem, puni Holofernem ejusque exercitum.* In quâ oratione nihil est reprehensione dignum. Ceterum addit Estius h. l. et ait: *Non est necesse verba ejus (Judithæ) omnia habere pondus et auctoritatem sacrae Scripturae.* Quamvis enim Scriptura multa narrat ab aliis dicta vel gesta, non tamen omnia haec approbat.

Ad 2, responsio patet ex dictis. Approbat nimis factum Simeonis in libro Judith ex causâ et re secundum se spectatâ, improbat verò in libro Genesis per Patriarcham Jacob propter modum, quo peractum est. Approbat Juditha 1^o, zelum Simeonis pro Dñe pudicitia; 2^o horrorem à flagitio Schem; 3^o animum illud justè puniendo: id eoque ait, quid Deus illi dederit gladium in justam ultionem, etc. Jacob autem in libro Genesis reprobatur 4^o, mendacium et donum (4); 2^o perfidiam contra fidem federis; 3^o sa-

(1) Judith. v. 5. Confer etiam. Genes. 54, 23, 50.

(2) Jeremie 25, 9.

(3) Judith 9, 2 et 3.

(4) Genes. 34, 15.

erlegium, quod circumcisione abusi fuerint (1); 4^o injustitiam, quia privatâ auctoritate rem aggressi sunt; 5^o crudelitatem (2).

60. Queres XVI: *An Judith sine peccato potuerit omnibus ornamentis suis ornare se* (Judith 10, 3) *hunc in finem, ut Holofernes capiat laqueo oculorum eorum in ipsa; prout ipsamet (Judith 9, 15) de se eait?* Resp.: Ad hanc questionem et difficultatem, quam Chamsteris, aliique novatores ad deprimentam libri Judith auctoritatem obmovent, non una est interpretum responsio. Aliqui dicunt, etiam si daretur Juditham ex inconsideratione aut invincibili ignorantia quedam materialiter mala dixisse aut fecisse, tamen illam esse laudabilem, eamque à libro divino posse tanquam exemplar virtutis et fortitudinis proponi, quia saltem per plurimum bona fide egit, et in suis dictis et gestis habuit finem quoad substantiam honum, scilicet liberationem gentis iudaice, et defensionem veræ religionis. Nam S. Scriptura Judithæ quidem virtutem commendat, verum nulli peccato obnoxiam fuisse, nullibi asserit. Unde Calmetus (5) existimat, salvâ Canonica auctoritate libri Judith, concedi posse Juditham non ab omni peccato scandali, vel alio immunem fuisse, quamvis ipsius ignorantia illud plurimum immitteret.

Verum hæc responsione non omnis difficultas sublata est. Vel enim Judith licet potuit se tam specioso vestitu ornare, prævidens peccatum Holofernis inde securitatem, vel non potuit. Si licet potuit, ergo non est dicenda peccasse, sed potius eam habuisse intentionem, quâ absque peccato tam speciosum vestitum induere potuit; præsertim quia Scriptura ipsius virtutem mirè extollit. Si autem id licet non potuit, oritur ulterior questio, quomodo Deus potuerit speciali ei addere splendorem, et in illam pulchritudinem ampliare, ut incomparabilis decore omnium oculis appareret (4)? Igitur omissa priore responsione censeo cum aliis (5) distinguendum et dicendum, id Juditham non fecisse, ut Holoferne pelliceret ad amorem illicitum, sed ad licitum. Directe enim intendebat liberationem patriæ, et tanquam medium ad hunc finem obtinendum adhibuit ornatum, quo honestè placeret ad gratiam patriæ impetrandam, vel etiam ad matrimonium cum Holoferne incedundum, si Deus id vellet; sicut se ornavit Esther (6); vel denique, ut sic hostem occidere facilius posset, non intendeendo peccatum Holofernis, quod iste evitare poterat, et loco impuri castum habere amorem; sed illud permittendō, sicut Deus ipso ampliando Judithæ pulchritudinem, et speciale ad dendo splendorem, non intendit peccatum Holofernis,

(1) Genes. 34, 15.

(2) Genes. 49, 5, 8

(3) Comment. in Judith 9, 15

(4) Judith 10, 4.

(5) Inter hos sunt Tourneminius in Append. ad Proloq. Bonfreri, Alphonsus Nicolai la Giuditta. Dissertation in Firenze 1765, Dissert. XIV: Hermannus Goldhagen Introduct. in S. Scrip. Part. II, sect. 2, num. 101.

(6) Esther 5, 4.

sed liberationem populi sui; peccatum autem illud tantummodo permisit. Porrò ratio precipua Juditham specioso vestitu sese ornantem ab omni peccato excusandi est effatum S. Scripture, que illam ob hoc factum simpliciter laudat bis verbis: *Omnibus ornamentiis suis ornavit se. Cui etiam Dominus contulit splendorem; quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed (N. B.) ex virtute pendebat: et ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decoro omnium oculis appareret* (1).

At dices I. Judith non potuit ignorare Holofernem ad illicitum amorem pellecunt iri, si sic ornata accederet; sed ad hunc illicitum amorem eum tentare non potuit; ergo non potuit sic ornata accedere. Resp.: Neg. maiorem. Quia prudenter potuit judicare se ab illo posse honestè amari ac peti in conjugem; si tamen prævidebat ejus peccatum, illud, ut jam supra dixi, non intendebat, sed duntaxat ex gravissimā causā permitebat; *Holofernes autem ex propriā ipso culpā suā illud commisit, quia id vitare poterat.*

Dices II. Judith (2) se obtulit ad omne quod erit ante oculos ejus bonum; ergo erat parata ad omnia etiam illicita cum Holoferne perpetranda. Resp.: Dist. ant. : Obtulit se ad omne licitum, conc.; illicitum, neg. Hac enim oblatione non obstante, illa nunquam manducavit ex cibis *Holofernes* sibi votis (3), etsi jussa. Præterea, quod bonum, ad quod se barbaro obtulit, in ipsius intentione nil aliud, quam honestum fuerit, satis colligimus ex illo ejusdem testimonio sanctè asseverantis (4): « Vivit... Dominus, quoniam... non permisit me Dominus ancillam suam coquinari, sed sine pollutione peccati, revocavit me vobis, gaudentem in victoriā suā, in evasione meā, et in liberatione vestrā. Quibus verbis Juditha gaudens contestatur, quod libidinosas hostis manus incognitata evaserit; verba autem ejusdem in objectione allata: « Omne quod erit ante oculos ejus bonum, faciam, » tantum fuerunt urbanitatis verba, quae non semper pressius intelligenda sunt, sed multum continent sensum ac secretam conditionem: *Quantum pudicitia ac religio mihi permittunt.*

61. Quæres XVII, 1º: « An Judith mentita sit, Judith 10, 13, dicendo ad exploratores Assyriorum, se venisse, ut Holoferni indicet secreta Judæorum, et facilem aditum ad capiendam Bethuliam? Verba ejus erant: *Vadam ad faciem principis Holofernis, ut indicem illi secreta illorum, et ostendam illi, quo aditu possit obtinere eos, ita ut non cadat vir unus de exercitu ejus.* 2º An si his verbis mentita est, peccat? Resp.: Sunt, qui cum Cornelio à Lap. tam hæc, quam alia (5) Judithæ verba à mendacio excusat. Sic laudatus auctor ad citata in hac questione Judithæ verba ait, eam reverè sibi proposuisse, ire ad Holofernem, eique secreta Judæorum manifestare,

(1) Judith 10, 4.

(2) Judith 12, 14.

(3) Ibid. 4, 5, et v. 19.

(4) Judith 13, 20.

(5) Judith. 11, 4, 5, 8, 12, 13 et 15.

nimirum cives obsessos laborare extremâ siti et fame, idcōque murmurare contra suos principes, eosque urgere, ut se dedant Holoferni, etc. Attamen hic finis non erat ultimatus, sed mediatus. Hoc enim manifestando Juditha cogitabat sibi devincere Holofernem, ut sibi devinctum et securum datâ occasione trucidaret. Sic igitur citata Judithæ verba ad exploratores Assyrios à mendacio excusari possent.

Quòd si tamen cum S. Thomâ (1), et multis aliis daremus, Juditham fuisse mentitam, liber tamen Judith manet Canonicus; sicut talis manet liber Genesis, cap. 18, v. 15, ubi Sara mentitur, dicens se non risisse; quia hic liber tantum refert, non approbat mendacium, etsi Sarah tanquam mulierem virtute præditam laudet; nimirum cum sauctitate essentiali potest consistere levis noxa.

Nihilominus longè verisimilis est, Juditham mentiendo ne quidem venialiter peccasse formaliter seu scienter, sed ex ignorantia invincibili putasse, mendacium pro tuendâ patriâ, et conservandâ religione esse licitum; inò obsequium se prestare Deo, opusque bonum se operari in his circumstantiis mentiendo credidit. Neque enim credibile est, quòd mulier tam sancta, jejunis et orationibus adeò dedita, scienter voluerit Deum suum, pro cuius conservandâ religione vitam suam manifesto periculo exponebat, mentiendo offendere; præsertim cùm aliunde sciamus, quòd graves philosophi, inò aliqui SS. Patres olim jugaverint, mendacium quandoque esse licitum. Sic Plato (2) asserit, quòd oporteat aliquando mentiri vel pro patriâ et civibus, vel contra hostes. Clemens Alex. (3) ait: *Homo, cui necessitas mendacii incumbit, sic eo utatur, quemadmodum medicamento.* Cassianus (4) inquit, *omnes propemodum Patriarchas, sanctosque innumerabiles, alios pro vita tutamine, alios pro desiderio benedictionis, alios pro misericordia, alios pro z. lo Dei.... patrocinium assumpsisse mendacii.* S. Chrysostomus (5) concludit his verbis, *fraudem non fraudem nominandum, sed patiū quendam sapientiam, ac artem, quæ possit ē mediis rerum desperitarum angustis evadere. Sapientiū profat decepisse. Per artem salutis multorum, in periculis subvenient est.* Ergo olim sapientissimi et sanctissimi putarunt, fraudem et mendacium quandoque esse licitum. Quamvis igitur de facto post S. Augustinum certissimum nobis sit, mendacium pro omni casu peccatum esse; apud veteres tamen, et maximè in veteri Testamento temporibus Judithæ non erat hoc ita perspectum. Imo etiamnū rœvo D. Augustini, ut hic ipse S. doctor (6) fatetur, erat « magna questio, latebrose tractatio, disputatione inter doctos alternans, » an non aliquando licet mentiri.

62. Quæres XVIII: *An Judith non peccat dum Holofernem vino et libidine ebrium in sonno obruncavit,*

(1) 2-2, q. 410, a. 3, ad 3.

(2) In 3 de Republicâ.

(3) L. 6 de Stromat.

(4) Collat. 47, c. 25.

(5) L. 1 de Sacerdot.

(6) L. de Mendacio, c. 4.

Judith cap. 13, certò prævidens ejus æternam damnationem? Resp. Juditham per hoc non peccasse. Nam peccatores istiusmodi omnes possunt omni momento justissimè à Deo semipernis addici suppliciis. Ilorum enim isti rei sunt; et ille summus omnium Judeus et Dominus. Porrò, cùm justum bellum, divinisque legibus consentaneum est, licet hostem, ubi et quando sese offert occasio, necare; tumque quisquis necat, divine justitiae minister est; quemadmodum ex disputationibus de bello apud D. Thomam (1) et Bellarminum (2) perspicuum est. Unde S. Augustinus (3) rectè ait: « Neququam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum est: *Non occides*, qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes publicæ potestatis secundum ejus leges, hoc est, justissime rationis imperium sceleratos morte punierunt. »

At inquires: Saltem Judith non potuit sine peccato querere mortem Holofernis somno et ebrietate gravati. Sic enim quæsivit mortem peccatoris in peccato, eisque certam damnationem. — Resp.: Judith quæsivit quidem mortem Holofernis, sed non petit, nec quæsivit, ut moreretur in peccato, æternèque damnaretur. Hoc enim donaxat permisit, et quidem justa de causâ; quod ita declaro. Judith rectè intendit defensionem patris veræque Religionis; medium ad hunc finem erat occisio Holofernis, utpote qui causa fuisse ruine patriæ veræque religionis, si Bethuliam expugnasset. Hoc medium Juditha adhibuit, non considerato, aut certè non intento Holofernis peccato, vel ejusdem damnatione. Sic David rectè percussit Goliathum, etsi hunc infidelem (4) damnandum præviderit. Nimis quid hostis vel infidelitate, vel ebrietate, vel alio ullo peccato astrictus moriatur, sicque in æterna gehennæ tormenta miser abeat, hoc ad ipsius, non ad ejus, qui, dum illum interficit, jure suo utitur, culpan perfinet. Quem alioquin Turcam aut infidelem in acie ferire, quem impium, impenitentem et praefractum latronem extremo astigere supplicio licet? Quin verò ex repentinis hujuscemodi funeribus intelligi datur, quanto studio ab omni semper scelere abstinentum, quantâque curâ providendum sit, ne vino madidos, libidine flagrantibus, criminè alio quo-cunque contaminatos, repentinus quispiam casus occiperet. Hoc enim est, quod (5) tam serio monuit Dominus: *Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.* At Holofernes non vigilavit. In crupula et ebrietate obdormiscens stertuit. Supervenit ultimæ horæ laqueus, eumque constrictum in gehennæ chaos præcipitem egit. Cuius culpa?

63. Quæres XIX: « Quo sensu Judith 13, 15, de civibus Bethulæ, redeuntem è castris Juditham cum gaudio, exsipientibus, dicatur: *Et concurrent ad eam omnes, à minimo usque ad maximum; quoniam sperabant eam jam non esse venturam.* Ioccine spe-

(1) 2-2, q. 40.

(2) L. 3 de Laicis, c. 14.

(3) L. 1 de Civit., c. 21.

(4) 1 Reg. 17, 43.

(5) Malth. 25, 13.

» rârint miseri obsessi? Timuerint potius. » Resp.: Sperabant hic idem est ac timebant. Sperare enim protimere usurpavit Virgilius (1) canens:

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Item Herodianus, Sophocles, Thucydides, aliique, teste Serario (2). Eadem catachresis etiam invenitur in aliis Scripturar locis. Sic (3) legimus: *Malè jurantes noceri se non sperant*, h. e., non timent se damno affectum iri. Et apud Matthæum (4) Christus ait: *Veniet Dominus servi illius in die, quā non sperat*, h. e., quā non putat, non timet adventum Domini.

64. Quæres XX: « Quomodo Achior dux Ammonitarum, Judith 14, 6, per circumisionem populo hebreo associari potuerit; cùm Dent. 23, 3, lex dicit vina prohibens expressè dicat: *Ammonites et Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in eternum?* » Resp.: Citata lex Deuteronomii prohibens, ne Ammonites et Moabites in Ecclesiam admittantur, intelligenda est cum exceptione, nisi nimis tam pœcillarè essent viri aliquibus Ammonita vel Moabitæ merita, ut contra rationem videretur, eum à Dei populo repellere. Hac ratione, inquit Menochius et Bonfrerius (5), scilicet ex speciali dispensatione Achior, Judith 14, 6, *appositus est ad populum Israel*, h. e., à Judeis fuit admissus in partem honorum, privilegiorum et nationis suæ dignitatem, ut sic illius fidem et officia (6), quæ populo Dei præstiterat, remunerarentur. Quoniam enim neququam vetitum fuerit Ammonitis, Moabitis, ut neque etiam Chananeis sese ad Deum verum convertere, atque ita in Domini cultum admitti; tamen Judeis propter citatam legem non licebat, eos in partem vocare honorum et privilegiorum populi Judaici, saltem nisi in caso raro, et ex dispensatione ob singulare meritum aut virtutem, qualis etiam in Achior eluxit. Ita hanc difficultatem solvit etiam D. Thomas (7) his verbis respondens: « Dicendum, quod homines nullius gentis exclusi lex à cultu Dei et ab His qui pertinet ad animas salutem; dicitur enim Exod. 12: *Si quis peregrinorū in vestram voluerit transire coloniam... circumcidetur prius omne masculinum ejus, et tunc ritè celebrabit, eritque sicut indigena terra.* Sed in temporalibus, quantum ad ea quæ pertinebant ad communiam populi, non statim quilibet admittebatur... Sed quidam in tertia generatione, scilicet Ægyptii, Idumæi; alii verò perpetuò exclusi debantur in detestationem culpos præterite, sicut Moabite, et Ammonite, et Amalecīta... poterat tamen dispensatione aliquis in collegium populi admitti propter aliquem virtutis actum, sicut Judith c. 14 dicitur, quod Achior dux filiorum Ammon appositus est ad populum Israel, et omnis successio generis ejus. » Ita doctor Angelicus.

(1) Aeneidos 4.

(2) Commentar. in L. Judith. cap. 13.

(3) Sap. 14, 29.

(4) Matth. 24, 50.

(5) Comment. in Deut. 25, 3.

(6) Vide Judith cap. 5 et 6.

(7) 1-2, q. 105, a. 5.

65. Quæres XXI : « Quomodo, Judith 16, 28, de Juditha diei possit : *Defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia*; cùm tamen textus græcus, Judith. 8, 3, affirmet, quod Manasses Judithæ maritus se pulius sit cum patribus suis in agro, qui est inter Dothaim et Balamo? » Resp. : Nomine Bethulic hic intelligitur totus ager adjacens Bethulic; sicut L. 2, et L. 139, et L. 147, ff. de verborum Signis. Romanæ nati intelliguntur, qui in ead continentibus edificiis nat sunt, et si non intra murum, etc. Ita et Bethulic seputa Judith dicuntur, quia in continentibus agro sepulta fuit.

SECTIO III.

DE LIBRO ESTHER.

Hic liber regis Assueri magnificientiam, Amanis contra Iudeos consilium, et ex hoc imminens illis periculum, ab Esthere tamen feliciter depulsum; Iudeorum exinde tripidum, et Mardochæi exaltationem capitibus sedecim emarrat. Ex his septem ultima capitula S. Hieronymus non ex hebreo, sed ex græco textu in latinum transluit; cùm illa hebraicæ non reperiret. Cæterum jam seculo tertio Origenes (1) adverxit, librum Esther non integrè hebraicæ, sed partim hebraicæ, partim græcæ extare, scribens ad Jul. African. his verbis : « In libro Esther neque Mardochæi, neque Esther preces, quæ legentes possint adficiare, habentur apud Hebreos; sed neque Epistola, neque quæ ab Aman scripta est de eversione gentis Iudeorum, neque Mardochæi ex nomine regis Araxerxis gentem à morte liberans. Apud Septuaginta autem et Theodotionem ea sunt, etc. », nempe græcè. Porro auctor L. Esther potissimum juxta plerosque omnes scriptores et interpres hebreos, græcos et latinos, fuit Mardochæus, idque liquet ex libri hujus cap. 9, v. 20, ubi legimus : *Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc, et litteris comprehensa misit ad Iudeos*, etc. Dixi, auctor potissimum; nam aliquid operæ ad conscribendum hunc librum contulisse reginam Esther, colligunt ex cap. 9, v. 29, ubi explicatæ in textu græco legitur : *Kel ἔγραψε Εσθὴ ἡ βασιλισσα.... καὶ Μαρδοχαῖος.... ὅταν ἐποίησεν*, etc. : Et scripsit Esther regina... et Mardochæus, quanta fecerunt, etc. Potuit præterea volumen hoc in ordinem redigi et nonnullis additamentis instrui vel à Joachimo summo Pontifice; vel ab Esdrâ scribâ doctissimo, aut viris magna Synagogæ, prout in horum vel illorum temporâ hæc historiæ incidit.

66. Quæres I : *An liber Esther sit vera historia, vel potius drama quoddam, in quo primarias quasi personas sustinent Esther, Mardochæus et Aman?*... Resp. : Est vera historia. Quamvis enim Anabaptistæ, et auctor scripti gallici, cuius titulus : *Sentiments de quelques Théologiens de Hollande*, lett. 8 et 11, cum quibusdam aliis dicant, esse hanc totam narrationem in libro Esther contentam tragedie similem, et adjuncta pleraque sapere fabulas asiaticas, nec præferre illum candorem naturalem ac consuetos

historiæ characteres; facilis tamen est, et solida ad hanc objectionem responsio. Nam, ut Cl. Weissenbach (1) rectè ait, si in historiâ, presertim barbarâ, velinus singula ad leges verisimilitudinis exigere, principi quidam historici tam sacri, quam profani, de quorum sinceritate in hunc diem nemo dubitavit, ad tragœdos omnino et scriptores fabularum alegandi forent. Plura de totâ hæc quæstione Calmetus præfas. in librum Esther disserit.

67. Quæres II : *Quis fuerit ille rex Medorum vel Persarum, qui in libro Esther, cap. 1 et in aliis pluribus locis Assuerus vocatur?* Resp. quod non possimus pro certo dicere, quis ille rex sive Medus sive Persa fuerit, qui huc nomine Assueri venit, parum sollicitos habere nos debet. Quam multa enim apud profanos non minus obscura et implexa, quæ in istâ temporum distantia hanc ob causam in suspicionem vocare, amentis fuerit, qui tolleret humanam fidem, omnemque historiam labefactaret. Quare sicut mala est hæc argumentatio : *Sciri certò non potest, quis fuerit ille sponsus, cuius nuptiæ Joan. cap. 2 referuntur; ergo Evangelium Joannis falsa narrat, nec est liber canonicus*; ita similiter malè concludit hæc argumentatio : *Certò sciri non potest, quis fuerit ille Assuerus, aut quo tempore regnaverit, de quo in libro Esther narratur, quod Estherem uxorem duxerit, ergo liber Esther falsa narrat, nec est canonicus.* Nimisrum, licet propter temporis antiquitatem, et auctorum varia placita certò determinari non possit historiae Estheris tempus et rex, sub quo ea contigit, non idèo libri hujus fidus, aut historie veritas in dubium vocanda est. Cæterum circa intricatissimam hanc questionem de Assuero, Estheris marito, octo potissimum diversæ versantur sententiæ, quæ magnis se singulæ auctoribus commendant. I. Gerardii Mercatoris et aliorum, qui Astyagenem Cyri avum maternum, sponsum Estheris putant. II. Cedreni et aliorum, qui Darium Medium maritum Estheris designant. III. Nicolai Lyrae et aliorum qui, Hebreos secuti, Cambyses, Cyri Magni filium, Estheris conjugem suisse contendunt. IV. Fevarentii et aliorum, qui Darium filium Hystaspidis Estheris virum asserunt. V. Josephi Scaligeri et passim Protestantium, qui Xerxem Magnum, invasorem Græciae, maritum Estheris esse contendunt. VI. Josephi, Bellarmini et aliorum, qui Artaxerxes longimanum sponsum Estheris faciunt. VII. Eusebii et aliorum, qui Artaxerxes Muemoneum ad hoc peridoneum existimant. VIII. Serarri et aliorum qui historiam Estheris sub Ocho sive Dario Notho evenisse autumant. Quibus autem queque predictarum sententiarum argumentis probetur, aut impugnetur, eruditè ostendunt Didacus à S. Antonio (2), et F. Martinus Wouters (3). Nobis tantum temporis non vacat ab aliis officiis nostris, ut his examinandis diutius insistamus, tantasque lites dirimiramus; quippe quæ librum Estheris ipsum non

(1) Tom. II. Nov. Formæ Theol. Bibl., L. IV, quæst. XIII, 170 et 171.

(2) Enchirid. T. I.

(3) Dilucidation. Part. IV.

(4) Epist. ad Jul. African.

B. S. IV.

spectant, sed unicè interpretum conjecturas de hujus historie tempore (1). Id solum addo, nomen Asurus non esse proprium unius hominis, sed commune regum Medorum et Persarum; sicut supra (2) de nomine Nabuchodonosor diximus, fuisse nonen commune regum apud Babylonios.

68. Quares III : *Ae liber Esther sit canonicus?* Resp. affirmativè. Nam in concilio Carthaginensi III, in Epist. Innocentii I, et in Decreto Gelasii I Pape, in concilio Florentino et Tridentino supra (3) allegatis, inter Canonicas Scripturas numeratur, adstipulantibus Hebreis, teste Josepho (4), plurimis Patribus et Ecclesiâ tam græcâ, quam latimâ. At

Oppones I. Librum Esther Melito Sardensis in catalogo librorum Canonicorum non posuit. Similiter Julianus, episcop. Africanus, seculo VI, et Gregorius Nazianz. in recensione librorum Canonicorum historiam Estheris silentio pretermisunt. Resp.: Melitonis catalogum suis laborare naevis supra (5) ostensum est; id quod etiam Protestantes, Melitonis Canonem alias summis laudibus deprecantes, fateri hoc loco debent, teste Carpzovio (6). Silentium porrò quorundam Patrum argumentum est nihil ponderis habens adversus contraria testimoniorum nubem.

Oppon. II. In universo textu hebraico libri Esther, non occurrit Dei nomen; ergo indicium est quod hic liber non sit theopneustus, adeoque nec Canonicus. Resp. : Ad hoc argumentum responsum querant Protestantes, qui hoc tanquam θεοπνευστα; criterio Canonem Catholicorum subinde oppugnant. Nobis dissentia Dei appellatio librum nec reddit Canonicum, nec ejusdem omissione Canonicae cuiusdam libri auctoritati derogat. Sufficit, librum ab Ecclesiâ in Canonem referri et argumentum Deo dignum in eis tractari.

Oppon. III. Liber Esther caret approbatione Christiani et Apostolorum in N. T.; ergo non est Canonicus. Resp. neg. cons. et suppositionem, necesse omnino esse, ut pro astraenâ libri è veteri Testamento auctoritate Canonica, ejusdem clara testimonia proferantur in libris novi Testamenti; istam sacros libros discernendi regulam nupsion invenias. Quin si haec obtinueret, plures V. T. libri præter L. Esther migrarent è Canone, e. g., liber Iudicium, Ruth, 1 et 4 Regum, 1 et 2 Paralipomenon, Esdræ et Nehemiae, Cantici Canonicorum, Abdie, ex quibus nulla testimonia desumpta in libris N. T. extant. Num ideo divinae horum librorum auctoritatis labes adhaerescit? absit.

Oppon. IV. In libro Esther nec vestigium appetit aliecius de mittendo Messiâ oraculi; cum tamen vetus Testamentum ad Christum ejusque Ecclesiam passim alludat; ergo liber Esther non videtur esse genuinus liber veteris Testamenti. Resp. : Neque isto tanquam libri divini criterio utuntur Catholicæ. Colligere autem

(1) Vide supra simile quid de libro Judith dictum Num. 27, Schol. II.

(2) Num. 50, Q. VI.

(3) Quest. I, Num. 2, 5.

(4) L. 4 contra Appionem.

(5) Num. 7.

(6) Introd. ad LL. Bibl. Part. I, pag. 368.

inde posunt Protestantes, inquit Hermannus Goldhagen (1), quām ruinosam fundam loco regulam ipsi posuerint, cū defectum ejusmodi pro charactere libri apographi assumpserunt, quam hic fallere ipsi vident et fatentur: nam ipsimet librum Esther agnoscent esse Canonicum, exceptis additamentis à v. 4 capitio 10 usque ad finem (2). Cæterum etiam liber Esther ad Christum, et hujus Ecclesiam, ac sanctissimam Christi Matrem Mariam certa ratione pertinet, quia historia Estheris illustris horum omnium typos continent; ut Oliverius Bonartius, aliquis preclarus ejusdem libri Commentatores copiose ostendunt.

69. Quares IV : *Num additamenta libri Esther à v. 4 capitio 10 usque ad finem hujus libri Canonicâ polleant auctoritatem?* — Resp. et dico cum Catholicis contra Protestantes: Additamenta haec non secūs ac priora novem Estheris capita pollent auctoritate Canonicâ. Prob. I. Ex gravissimis monumentis, quibus catholicius Canon sacrorum librorum innititur, ut jam alibi ex instituto à nobis ostensum est (3). Nam tam concilium Carthaginense III, quam Gelasius I, et Innocentius I, summi Pontifices, item Florentinum et Tridentinum, et Ecclesia græca etiam schismatica sub Dositheo Patriarchâ an. 1672, librum Esther citra ullam distinctionem capitum priorum à posterioribus in numero librorum verè Canonicorum reponebant: et cū tempore, quo Tridenti concilium celebrabatur, Protestantes de illis additamentis libri Esther litem moverent, decretum ejusdem concilii de Canonicis Scripturis munitus, celebri hæc clausulâ fuit: *Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus prout in Ecclesiâ Catholicâ legi consueverunt, et in veteri Vulgatâ latâ editione habentur, pro sacris et Canonicis non suscepere, anathema sit.* Atqui in veteri Vulgatâ editione habentur illa 7 ultima capita, utpote ex græco textu (in quo dicta capita pariter extant) in antiquam italam Vulgatam dictam translata teste Hieronymo (4), et etiamnū leguntur in Ecclesiâ; nempe caput 43 L. Esther legitur feria IV Dominicæ 2 Quadragesime; quod etiam fit in lectio Messiae contra Paganos, in introitu Missæ Dominicæ 21 post Pentecosten. Similiter Dom. 22 post Pentecosten offertorio missæ sumptum est ex cap. 44 L. Esther.

Confirmator. Dicta 7 capita L. Esther sunt in antiquâ itala Vulgatâ dictâ, ut ex S. Hieronymo modò adivimus; atqui antiqua itala Vulgata dicta primis Ecclesiæ sculis fuit Canonica; ergo adhuc est: quod enim semel fuit authenticum ac Canonicum, tale manet.

70. Prob. II. Ex auctoritate PP. tam Græcorum,

(1) Introduct. in S. Script. P. II, Sect. II, Num. 106.

(2) Vide sequentem Quest. IV.

(3) Vide supra, Quest. I, num. 2, 5.

(4) Vide versionem L. Esther a S. Hieronymo factam seu nostram Vulgatam latinam, ubi post versum tertium cap. X libri Esther legitur nota interlinearis S. Hieronymi, concepta his verbis: *Quæ habentur in hebreo, plenâ fide expressi; hac autem quæ sunt (nempe ultima 7 capita), scripta reperi in editione Vulgatâ (seu in veteri Italiâ) quæ Græcorum lingua et literis (seu in textu græco) continentur.*

quam Latinorum (1), qui inter sacros libros volumen Esther numerant, et haud dubie de eo volumine sunt locuti, quo tum ipsi, tum Ecclesia universa eo tempore utebatur. Utebatur autem eo tempore universa Ecclesia libris sacris juxta eam Editionem, quam S. Hieronymus Prefatione in librum Esther et sepè alibi Vulgatam appellare solet, quæ, ut ipse (2) ait, septem illa capita libri Esther continent. Quare si concilia et Patres librum Esther, qualem ipi legere consueverunt, in sacrum Canonem retulerunt, certè librum integrum, atque his septem adjunctis capitibus retulerunt.

Verum Patres non modò librum ipsum Esther inter sacros numerant, sed etiam ex postremis septem capitibus non raro testimonia petunt. Sic S. Chrysostomus (3) citans ex libro Esther cap. 14, v. 15, ait : *Fuit quaedam mulier Hebreæ, Esther erat ipsi nonum; hæc Esther..... Divina clementia supplicabat..... et taliter orans, verba ad ipsum dabant : Grata, Domine, fac verba mea, et da sermonem ornatum in os meum.* Similiter S. Basilius (4) citans ex L. Esther cap. 14, v. 11, inquit sapientissimam Esther orâsse : *Non tradas, Domine, sceptrum tuum iis, qui non sunt.* Et Rupertus Abbas Tuitiensis (5) ex eodem capite citans v. 13 et 14, ait : *quod sacer Ecclesia chorus per singulos annos statutis diebus declamat ante Dominum, citatos versus : Everte cor ejus, scilicet regis in odium repugnantium nobis.... nos autem libera in manu tua, etc.* Præterea, S. Augustinus (6), citans ejusdem capituli 14, v. 16, ait : *Esther illa regina Deum timens... cum extremo periculo, non suo tantum, sed gentis suæ..... Domino prosterneretur orando, in ipsa oratione dicit, ita sibi esse ornatum regum, sicut pannum menstruale, et ita orantem confessim exaudivit, qui cordis inspectio verum dicere scivit.* Et alibi idem S. Pater (7) loquens de L. Esther cap. 14 et 15, manifestè declarat, hec capita esse Canonica, seu divinam Scripturam. Nam ita disserit : *Quid est autem, quod Esther illa regina (cap. 14, v. 15), orat et dicit : Da sermonem concinnum in os, et verba mea clarifica in conspectu leonis (i. e., regis Assueri), et converte cor ejus in odium impugnantis nos? Ut quid ista in oratione dicit Deo, si non operatus Deus in cordibus hominum voluntatem?.... El : Intuitus est eam (rex), sicut scriptum est (intelligit S. doctor caput 15 L. Esther, v. 9, 10 et 11), velut taurus in impetu indignationis suæ. Et timuit regina, et conversus est color ejus per dissolutionem.... Et convertit Deus (cor regis) et transtulit indignationem ejus in lenitatem. Jam*

(1) Tales teste Bellarmino (L. I de Verbo Dei, cap. 7.) sunt Origenes, Cyrillus, Damascenus, Hilarius, Augustinus, etc., quos citat.

(2) Loc. cit. nempe in sua versione ultimorum 7 capitum libri Esther ex græco in latinum, post capituli X versus 3.

(3) Homil. 3 ad populum Antiochenum.

(4) L. 2 contra Eunomium.

(5) L. 8 de Victoria Verbi Dei, cap. 12.

(6) Epist. 199 ad Ecdiciam.

(7) L. 1 contra 2 Epistolas Pelagianorum, cap. 20.

sequentia commemorare quid opus est, ubi Deum complevisse, quod illa rogaverat, divina Scriptura testatur operando in corde regis. Quid aliud, quam voluntatem, quæ jussit factum est, quod ab eo regina poscerat?... Deus... cor regis, antequam mulieris sermonem poscentis audisset, occultissimam et efficacissimam potestate convertit et transtulit ab indignatione ad lenitatem, hoc est, de voluntate laudandi ad voluntatem favendi, secundum illud Apostoli (ad Philipp. 2, 13) : *Deus est enim, qui operatur in nobis et velle.* Numquid homines Dei, qui hæc scripserunt, imò et ipse Spiritus Dei, qui auctore per eos ista conscripta sunt, oppugnavit liberum hominis arbitrium? Absit; sed omnipotens in omnibus et iudicium justissimum, et auxilium Dei misericordissimum commendavit. Ex quibus verbis S. Augustini manifestè patet, quod è etiam ultima septem capita L. Esther, nominatio caput XIV et XV agnoverit esse Canonica; nam ea recitatis modò verbis expressè vocat *divinam Scripturam* seu monumenta *Deo auctore per homines Dei* (i. e., per scriptores theopneustos, seu à Deo inspiratos) *conscripta*. Denique idipsum etiam Origenes aperte docuit. Nam in Epistola ad Julianum Africanum (1) hanc ipsam partem libri Esther, que in Hebreorum voluminibus non habetur, sacram et Canonica esse demonstrat. In libro, inquit, Esther, neque Mardochæi, neque Esther preces (vide in nostra Vulgata latinità L. Esther cap. 13 et 14), que legentes possint adificare, habent apud Hebreos, sed neque epistola, neque que ab Aman scripta est de eversione gentis Iudeorum (ibidem cap. 13), neque Mardochæi ex nomine regis Artaxerxis gentem à morte liberans (ibidem cap. 16). Apud Scriptuaginta autem et Theodosionem ea sunt. Et infra pergit his verbis : *Vide ergo, ne imprudentes et inscientes abrogemus exemplaria, que habentur passim in Ecclesiis, et legem statuimus fraternitati, ut deponant quidem sacros, qui apud eos feruntur, libros; assententur autem Hebreis, et persuadeant, ut nos puris (Hebrei) impertiant, et qui nihil habent figurati. An non Providentia in sanctis Scripturis dedit omnibus Christi Ecclesiis adificationem?* Non curam gessit eorum, qui empti sunt pretio, pro quibus Christus est mortuus?

Confirmatur. Septem ultima capita L. Esther non solum jam antiquis nullo facto discrimine inter priora et posteriora capita hujus libri lecta fuere in Graecis, latiniisque Bibliis, quibus Ecclesia utebantur, sed etiam legebantur ab eis Iudeæ Ecclesia parte, quæ Hellenistas seu Iudeos Graecos (2) complectebatur; lecta insuper sunt à Josepho Judeo (3); à 70 Inter-

(1) Hæc Epistola invenitur in fine operis, cui titulus : *Origenis Philocalia*.

(2) Vide supra Num. 5 Argum. I, cum notâ.

(3) Josephus Jud. majorem additamentorum L. Esther partem Antiquitatis suis inscrut, alias professus, nihil relatum à se iri, nisi quod hebraico sermone (i. e., in textu sacro hebreaco) scriptum esset. Vide Josephum Antiq. L. 10, cap. 6. Quamvis igitur de lacto (imò jam tempore Origenis) illa additamenta non

preibus, et à Theodotione, prout Origenes (1) et S. Hieronymus (2) testantur; ergo eadem 7 ultima capita jam ab antiquissimis temporibus tanquam pars Canonica divinae Scripturae suscepibantur.

SOLVUNTUR ARGUMENTA PROTESTANTUM.

71. Argum. I. Liber Esther originaliter hebreo sermone scriptus est; ergo 7 ultima capita, quae in hebreico non extant, sine dubio censeri debent suppositilia. — Resp.: Nego cons. Quamvis enim non extant in texto hebreo moderno, extabant tamen in hebreo veteri, ex quo 70 Interpretes ea in idioma grecum transtulerunt. Namque Origenes (3) testatur, illa 7 capita apud Septuagintam et Theodotionem fuisse. Proterea Josephus (4) dūm historiam Esther narrat, duas Epistolas Assueri, et orationem Mardochaei, que in ultimis 7 capitibus continentur, non pretermittit; cùm tamen nihil horum nunc in Hebraeorum codicibus habeatur: neque credibile est, à Josepho hæc esse conflictia, aut aliunde quam ex Hebreo desumpsisse, cùm ipse idem alibi (5) expressè testetur, se sua ex textu Hebreo desumpsisse, neque aliquid addidisse. Verba ejusdem sunt: *In ipso historiæ meæ principio propter eos, qui questionem faciunt, aut in aliquo culpare nituntur, astruxi dicens, translaturum me libros hebraicos in eloquium grecum; et hos volentibus aperire, neque adiuvare me aliquid seorsum, neque substrahere me promittens.*

Scholion. Ad quæstionem, quomodo factum fuerit, ut in moderno textu hebreo ultima 7 capita non amplius existant, respondet Bellarminus (6) duas fuisse editiones hebraicas libri Estheris, alteram, quæ adhuc extat, queque brevior est; alteram ubiorem, quæ intercedit, sed ex quâ prodierit græca interpretatio. Atque hac adornata ab Lysimacho est, à quâ versione verisimiliter additamenta nunc ad calcem libri Estheris adjecta habemus; que autem fato intercederit versio τὸν 70 Interpretum, non constat; quamvis in Bibliis Polyglottis Waltoni textus græcus 7 ultimorum capitum libri Estheris, quem etiamnum habemus, attribuatur 70 Interpretibus. Cæterum Huetius, qui Synagogæ magnæ librum Estheris attribuit, complices ad eum scribendum existimat adiecisse animum, indeque factum esse, ut diversa ejus prodierint exemplaria, unum quod habemus, alterum locupletius, ex quo, quæ habemus græca cum additamentis fuerint derivata. Ex quo patet, sententiam Huetii hæc in re coincidere cum sententia Bellarmini.

72. Argum. II. S. Hieronymus, Praefat. in L. Esther ait: *Librum Esther variis translationibus constat esse titulatum; ego de archivis Hebræorum revelans, verbum*

extant hebreicè, primitus tamen in Hebreo extabant.

(1) In Epist. ad Julianum African.

(2) In Notâ interlineari suæ versionis L. Esther cap. 10, post 3 vers.

(3) In Epist. ad Julianum Africanum ad finem præcedentis numeri citata.

(4) L. II. Antiq. cap. 6.

(5) L. 10 Antiq. cap. 12.

(6) L. 4 de Verbo Dei, cap. 7.

è verbo expressius transtuli. Quem librum editio Vulgata laciniosis hinc inde verborum sensibus trahit, addens ea quæ et tempore dici poterant, et audiiri; ergo haud obscurè rejicit septem postrema capita libri Estheris, tanquam additamenta, quæ quidem in Vulgata extant, sed in hebreo nec hodiè, nec tempore D. Hieronymi extabant. Resp. I. Haec scripsit S. Hieronymus, antequam Ecclesia illa 7 capita declararet esse Canonica, adeoque etiamsi hoc loco nobis contradiceret, cum reverentia esset hic deserendus. Resp. II. S. Hieronymus, loc. cit. nomine Vulgata non intelligit nostram Vulgatam latinam, que tunc nondum erat perfecta, sed carpit græcas libri Esther versiones, quæ tum non sine extraneis additionibus (1) circumferebantur, gloriaque sibi ducit, hebraicum librum fideli testimonio simpliciter tradere (2); mitius tamen deinceps S. doctor sensi, ipsaque græcae versionis additamenta latinè vertit, eaque velut sacre Scripture partem citat (3) laudans capitum 14 L. Esther versum undecimum, qualis in nostrâ extat Vulgatâ. Verba S. doctoris loc. cit. sunt: *Cum Moyse mereatur audire: Qui est, misit me ad distinctionem eorum qui non sunt, de quibus in Esther legimus: Ne tradas sceptrum tuum ius, qui non sunt.*

Dices: Ecclesia etiamnū permittit, ut in Vulgata latina postremis capitibus L. Esther interserantur verba Hieronymi testantis, ea in hebreico non haberi, etc., apud nullum interpretem reperiiri; prout videtur est in dictâ Vulgatâ Esther cap. 11, post versum 1 et cap. 15, post versum 7. Ergo Ecclesia cum S. Hieronymo monere nos voluit, capita illa non esse authentica. — Resp.: Nego cons. Ecclesia monere nos voluit, quod mouit hic S. Hieronymus, nempe dicta capita non fuisse in hebreico tempore hujus S. Patris, fuisse tamen tunc in versione græca 70 Interpretum, ut Hieronymus in suâ versione latinâ, seu in nostrâ Vulgata clare ait, Esther cap. 10, post versum 3, quo hoc ipso authentia illorum capitum stabilitur; simul autem patet, quod S. Hieronymus, dūm Esther cap. 13, post vers. 7, dicit: *Quæ sequuntur... apud nullum penitus feruntur interpretem, per interpretem non intelligit 70 Senes (hi enim hæc, ut dixi, habent), sed alios interpres vel recentiores eo tempore Patres. Cæterum ipse S. Hieronymus, ut supra (4) jam observavimus, Commentarium suo in Prophetam Joel cap. 1, statim ab initio citat ex Esther cap. 14, v. 11, perinde ac ex alio libro Canonico. Si tamen quandoque plus dixisse videatur, id dixit ante definitionem Ecclesie, ut pariter jam supra cit. loc. indicavimus.*

(1) Vide Calmeti Praefat. in L. Esther.

(2) S. Hieronymus Praefat. in L. Esther ita pergit:

Vos autem, Paula et Eustochium, quoniam et Bibliothecas Hebraeorum studiostis intrare, et interpretum certainum comprobatis, tenentes Esther hebraicum librum per singula verba nostram translati nem aspicite, ut possitis agnoscere, ne nihil etiam augmentasse addendo, sed *fidieli testimonio simpliciter*, sicut in Hebreo habetur, historiam hebraicam latine linguae tradidisse.

(3) Commentarij. in Joel. cap. 4.

(4) Num. 72.

73. Argum. III. Septem postrema capita L. Esther à Canone excludunt etiam plures doctores Catholicos, Hugo, Card. Nicolaus de Lira; Dionysius Carthusianus, et post Tridentinum Sextus Senensis; ac recentior Elias Dupin, doctor Sorbonicus (1). R. Tres primi ex citatis auctoribus ante concilium Tridentinum fluerunt, indeque eos excusari posse existimat Hermannus Goldhagen (2), quod S. Hieronymi opinionem non satis examinatam secuti fuerint, quorum tamen privato errori communis aliorum auctorum ipsiusque Ecclesiae catholice sensus opponitur. De Eliâ Dupin et Sixto Senensi, jam supra (3) diximus nil ex eorum sententiâ contra catholicum sacrorum librorum Canonem probari. Id solum hic cum Bellarmine repeat, rationem illam, ob quam Sextus Senensis putavit, 7 postrema L. Esther capita non esse à Tridentino declarata Canonica; cùm Tridentinum, sess. 4, in decreto de Canonicis Scripturis approbat tantum libros *cum partibus suis*; posteriora autem 7 capita, ut Sextus Senens. quidem censuit, non sint partes, sed tantum panoose additamenta libri Estheris; rationem, inquam, hanc hujus auctoris esse infirmam, inò prorsus nullam. Alijs enim singula aliorum SS. librorum capita licet in dubium vocare, an sint partes illius libri, uti Bellarminus (4) rectè observat. Dein ea ut partes SS. librorum probavit concilium Tridentinum, que in veteri Vulgata latínâ editione habentur; atqui hæc 7 postrema capita L. Esther ibi habentur (5): ergo. Præterea, ea ut partes agnovid concilium Trident, qua in Ecclesiâ catholica lege consueverunt; atqui hæc 7 capita leguntur in Ecclesiâ, ut pariter supra (6) demonstravimus: ergo. Valeat igitur hic seria Origenis de his capitib[us] probatio Epist. ad Julianum Afric. dicentis (7): *Vide, ne imprudentes et inscientes abrogem exemplaria que habentur passim in Ecclesiis. Unde etiam meritò, prout Antonius à Matre Dei (8) refert, jussu sanctæ Inquisitionis in Sexto Senensi expuncta est sententia, quæ ultima libri hujus (i. e., L. Esther) capita inter apocrypha ponit.*

74. Argum. IV. Ultima 7 capita L. Esther multo-
ties in rebus historicis, ant in chronologicis pugnant
cum prioribus hujus-libri capitibus hebraicè extantibus,
ut ex inductione locorum pugnantium patet; ergo
non sunt Canonica. — Resp.: Nego ant. Contrarium
ostendemus in solutione sequentium quæstionum, ubi
apparentes antilogias et paradoxas, que vel Protestan-
tes, vel alii religionis nostræ hostes contra librum
Esther aut ultima Estheris capita in medium proferre
solent, dissolvemus.

Scholion. Protestantes dūm ob nonnullas historicas

(1) Prolégomènes sur la Bible.

(2) Introduct. in S. Scriptur. P. II. sect. 2, num. 417, argum. III.

(3) Num. 42.

(4) Vide supra, num. 42, notam sic incipientem, verba *Bellarmino*, etc. Aut ipsum Bellarmino, L. 4 de Verbo Dei, cap. 7.

(5) Vide supra, num. 69.

(6) Ibidem.

(7) Vide supra; prope finem numeri 70.

(8) Prol. Isag. de L. Esther.

aut chronologicas tricas, additamenta Estheris rejiciunt, haud videntur adverte, quod hæc ratione arma theisti suppedit, quibus adversus plures S. Scripturæ libros, v. g., Pentateuchum utantur, quem non dissimilibus impugnant argumentis. Melius hoc perspergit celebris eorum è numero Drusius, qui occasione quarundam in hæc ipsa Estheris capita objectionum sapientissimam illam statuit critices regulam, quam supra recitavimus, num. 16.

75. Quæres V: *An credibile sit, quod rex Assuerus, Esther 1, 5, ad convivium invitari omnem populum, qui inventus est in Susan, à maximo usque ad minimum; et jussiter septem diebus convivium preparari in vestibulo horii et nemoris, quod regio cultu et manu constitutum erat?* Resp.: Apparens hæc difficultas evanescit, si ad sequentia attendatur. 1º Hoe convivium non uno eodemque die, sed continuo septem diebus celebratum est. 2º Soli viri et personæ masculini sexus ad hoc convivium à rege Assuero invitabantur. Feminas enim regina Vashti ad convivium in alio loco separato, nempe in palatio celebrandum invitaverat; prout Esther cap. 1, 9, expressè dicitur his verbis: *Vashti quoque regina fecit convivium feminarum in palatio.* 3º Non totus populus simul, sed in certas classes, e. g., in septem cohortes distributus, intra spatiū septem dierum successivè, et per partes illo regio convivio refectus fuisse, censendus est. 4º Imò Cl. Bullet (1) censem, hoc convivium etiam intra decursum cuiuslibet diei ex illis septem repetitum fuisse pro diversitate coctuum convivantium sibi succedentium, ita ut uno cœtu saturato mox succederet aliis, et sic successivè non unus duntaxat cœtus una èdemque die convivarentur. Hæc omnia si simul sumpta species, hand difficuler capies, quomodo plura hominum millia intra spatiū septem dierum illo convivio regio successivè convivari, et opiparè refici potuerint.

Quod si neges convivas sibi successisse, velisquæ universam civitatem simul accubuisse, ignarum te prodis omnium rerum antiquarum. Quid enim tam perulgatum, ac luxus veterum principum, maximè Asianorum? Quid certius solemnibus epulis hunc in modum, id est, cum successione novorum et novorum hospitium protractis? Non contenti in conviviis agitandis diem nocti jungere, prolatabant illa ad longius tempus, admirabili ordine, magnificienti singulari; prout crudelè narrant Joannes Guilielmus Stuckius (2), Julius Cæsar Bulengerus (3), Christianus Gottlieb Schwarzius (4); ex antiquis verò Athenæus (5), ex

(1) Réponses critiques, tom. III, num. 26.

(2) In opere antiquitatum convivialium.

(3) In opere de conviviis.

(4) Dissertat. de comedessionibus veterum.

(5) Athenæus iste Naucratensis Ægyptius, seculo secundo, regnante M. Aurelio imperatore vivebat, eratque græcus grammaticus, qui præter alia opus eruditissimum scripsit, ejus titulus est: *Athenæi Deipnosophistorum, vel Deipnosophistarum libri XV.* Idem opus Isaacius Casaubonus recensuit, et ex antiquis membranis supplevit, auxilque ac notis illustravit; textum verò græcum Athenæi in latinum transtulit Jacobus

quo juvat sequens exemplum adducere de Ariamne ditissimo Gallo, qui omnibus Gallis non solum oppidanis, sed et rusticis, et extraneis toto anno convivium exhibuit : *Idem Philarchus, inquit modò laudatus auctor (1), libro tertio scribit, Ariamnum Galum ditissimum Galis omnibus promisissé futurum anno se totò convivatorem; idque præstissime hæc ratione et diligentiæ: opportunissimas vias tractuum regionis illius mansionibus divisit et obserdit, ac in illis ex arundinibus, palis et amerinæ salice tabernacula extruxit, que trecentos circiter viros caperent, vel etiam plures, quantum locus permetteret, ut commodè ex oppidis atque vicis concursura multitudino exciperetur; illic ahena magna carnibus omnifarriæ plena statuit, quæ anno priùs antequam id futurum esset, accedit ex oppidis artificibus, fabricanda curaverat; quotidie multas hostias immolavit, tauros, sucs, aliasque pecudes; multa vini dolia comparavit, polentaque jam subacte plurimum; eaque rerum copiâ voluit frui non solum eos qui ex urbibus et pagis adventabant, sed præter euntes externos homines, quos ei negotio prefecti servi non dimitterent, priusquam epularum fuissent participes.* En exemplum convivii per integrum annum protracti, in quo singulis diebus sucedentes sibi identidem aliae atque aliae turmæ saturabantur.

76. Quæres VI: *Quomodo verba illa Esther 2, 16: Ducta est itaque (Esther) ad cubiculum regis Assuero, intelligenda sint; cum juxta legem divinam, Deuter. 7, 3, feminæ Judææ non licuerit nubere alienigenæ, minus ejus concubinam agere?* — Antequam respondeam, observo quod Joannes Clericus, quem lac in re increduli avide sequuntur, Estherem gravissimè accuset, quod nupserit regi gentili. Verum pensanda sunt adjuncta, et divinus instinctus. Certe clarissimi interpres. Gaspar Sanctius, Serarius, Calmetus, et præter plures alios recentissimè Alphonsus Nicolai, absque magnâ difficultate reginam Esther defendant. Ostendunt enim gravissimis rationibus, potuisse eam salvis legibus nubere regi Assuero. Ipsa enim, sicut et aliae ejusmodi virgines, cùm ad regem venirent, vera et legitima ejus uxores facte sunt, sed secundariae et minus principales; unde concebimus (2) vocabantur. Ubi Cornelius à Lap. (3) observat matrimonium tunc initum fuisse per ipsum mutuum viri et feminæ consensum in copulam maritali. Unde Josephus (4) inquit: *Cum venisset ad regem Esther, ipse illa delectatus, ejusque amore captus, eam legitimè duxit uxorem.* Non ergo peccavit Esther illis virginibus ad regem deducendis sese aggregando, aut permittendo se ad cubiculum regis duci.

At dices I: *Regina Vashti tune adhuc erat in vivis; ergo Assuerus non potuit alteri nubere, nempe Es-*

Dalechampius Cadomensis, adjectis notis marginalibus, cum necessariis indicibus.

(1) L. 4 *Diciphosophist.* num. 76.

(2) Vide Tirinum aut alios interpres in Genesim 25, 6.

(3) Comment. in Esther 2, 16.

(4) L. 11 *Antiq. Judaic.* c. 6.

theri. — Resp.: Nego cons. Èa enim actate (supposito, quid polygamia jure naturæ prohibita sit, nullique quam sine divina revelatione, ut Innocentius III, c. gaudemus de divert. ait, aut sine divina dispensatione licuerit plures uxores habere), sublata nondum fuerat dispensatio divina in lege ducenti plures uxores, et hæc dispensatio, ut Cl. Billuart (1) cum aliis (2) ostendit, etiam pertinebat ad Gentiles. 4^o Quia Scriptura (3) referit Esau, qui non erat de populo Dei, plures accepisse uxores, nec in hoc eum reprehendit. 2^o Quia S. Augustinus (4) docet, Jacob licet accepisse plures uxores à Laban idolatria, in terrâ Gentilium, scilicet Mesopotamia, ob inculpabilem quæ tunc ibi vigebat consuetudinem: *Quando mos erat, inquit, peccatum non erat, nunc propterea crimen est, quia mos non est.* 3^o Piissima Esther non fuisset passa se jungi in matrimonium regi Assuero jam habenti uxorem (licet enim Vashti ab Assuero esset repudiata, manebat tamen vera ipsius uxor); neque Mardochæus vir timens Deum hoc conjugium consuluisse et approbasset, si illicitum et invalidum fuisset.

Neque tamen inde sequitur, nunc adhuc esse licitam inter infideles polygamiam, quia Christus (5) omnia matrimonia, tam fideliū quam infidelium ad primævam institutionem revocavit, vi cuius (6) dimitit homo patrem et matrem, et adhæredit uxori sue, et erunt duo in carne una.

Dices II: *Nondum tamen sublata est difficultas, quonamodò Hebreæ virgo licet matrimoniò copulari potuerit gentili marito, Esther Assuero; ergo.* — Resp.: Id peculiari Dei instinctu et dispensatione factum, qui et periculum omne seductionis ad vitia et idolatriam, propter quod lex illa matrimonium inter Hebreos et Gentiles prohibet lata erat, ab Esthere avertiebat, et ingens inde bonum (nempe Judeorum liberationem ab inferitu) eliciebat. Vide hæc de re Tirinum (7). Accedit, quod Hebreæ licuerit nubere conjugi gentili, quando erat spes convertendi conjugem infidelem ad veram religionem: regem autem Assuerum conversum fuisse ad cultum veri Dei, satis colligitur ex Epistola hujus regis, quæ revocat prius decretum de Judæis excedendis, ac contrarium edit, scilicet ut Judæi suos hostes mactent, utique hujus dier memoriam festo

(1) Curs. Theolog. tom. 49, tractat. de Matrimonio dissertat. 5, art. 1, § 2.

(2) Vide Cornelius à Lap., Tirinum, aliosque interpres in Esther 2, 16. Item Cl. Schram Theologie compend., tom. 3, § 1228, scholion 3. Card. Gott. Theol. tom. 3, tract. 43 de Matrimonio, quest. 4, § 4, pag. 587.

(3) Genes. 36, 2 et 3.

(4) L. 22 contra Faustum, c. 47.

(5) Mauth. 19, 4, 10. Et Marci 10, 41.

(6) Genes. 2, 24. Ex quo textu Scripture S. Thomas in 4 dict. 33, q. 1, a. 1, probari posse censem, polygamiam esse jure naturæ prohibitam, ita disserens: *Illud præcipue videtur esse de jure naturali, quod homini in sua institutione humana natura est inditum; sed quod sit una uisus (et non plures simul), in ipsa institutione humana natura est inditum; ut patet Genes. 2: Erunt duo in carne una. Ergo est de lege naturæ.*

(7) Comment. in Exod. 34, 15.

quotannis recurrente celebrant. Ibi enim (1) ita ait : *Nos autem... in nullâ penitus culpâ (Judeos) reperimus, sed è contrario justis utentes legibus filios altissimi et maximi semperque viventis Dei, cuius beneficio et patribus nostris et nobis regnum est traditum, et usque hodie custoditur... Hanc enim diem Deus omnipotens mæroris et luctus, eis virtutis in gaudium.*

77. Scholion. Quamvis severissimè prohibitum fuerit (2) Hebreis tam viris, quam feminis contrahere matrimonium cum Gentilibus; id tamen certis in circumstantiis licitum erat. Sic Scriptura (3) sine addita reprehensione refert, quod David duxerit Maacham filiam Tholmai pagani regis Gessur. Similiter Samson cum philistæ licet matrimonium contractum juxta communiorem interpretum sententiam (4). Salmon quoque ex tribu Juda nobilissimum duxit Rahab Jerichontinam, ex qua genuit Booz (5); et Booz patrem imitatus duxit Ruth Moabitidem, cuius nuptiae magno populi applausu celebratae sunt (6). Præterea duo filii Noemi præ nimia fame in regionem Moabitidem peregrinati, ibi acceperunt uxores Moabitidas, quarum una vocabatur Orpha, altera Ruth (7). Ratio autem, cur hec matrimonia fuerint licita, fuit una ex sequentibus. 1^o Si alienigena convertebatur ad religionem iudaicam, licitum erat cum tali inire matrimonium, etiamsi suisset chananæus vel chananæa, quibuscum aliæ severissimè erat prohibitum contrahere matrimonium. Tunc enim cessabat ratio legis prohibentis, nempe periculum perversiois. Unde expressè permittitur (8) Hebreis, ut si è captis in bello mulieribus cernerent aliquam feminam gentilem, quam ducere vellent, fierent cæremonie quedam, quæ erant abjuratio publica prioris falsæ religionis feminæ illius, et sic accepissent illam. Hinc non mirum, quod Salmon duxerit mercetricem chananæam Rahab; quia haec verbis et opere jam conversa erat ad veri Dei cultum. Verbis quidem; nam ad duos illos exploratores Hebreos (9) dixit: *Dominus enim Deus vester, ipse est Deus in cælo sursum, et in terrâ deorsum. Opere quoque; quia, ut S. Paulus scribit (10): Fide Rahab meretricia non perit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.* Similiter Booz sibi copulavit Ruth Moabitidem, quia haec quoque conversa erat ad Hebreæm religionem, inquit, socii sue Noemi (11): *Populus tuus populus meus, Deus tuus Deus meus.* De filiâ quoque regis Gessur, quam David in uxorem assumpsit, tradunt Hebrei apud S. Hieronymum in Tradit., quod facta sit proselyta, et ad Judaismum se convertit (12). Sic etiam conubium Sam-

sonis cum philistæ juxta communiorem sententiam à peccato excusatur, vel quia Samson nolebat uxorem illam ducere, nisi fieret proselyta Judæis, sacris susceptis; vel quia has nuptias cum philistæ, in infidelitate permanente, iniit peculiari Dei instinctu et dispensatione, qui et periculum perversiois ad idolatriam avertebat, et ingens inde bonum nempe liberationem populi israeliticæ de manu Philistinorum eliciebat; quæ explicatio fundatur in ipsâ Scripturâ, ubi dicitur (1): *Parentes autem ejus nesciebant, quod res à Domino fieret, et quereret occasionem contra Philistinum.*

2^o Itaque ratio licitè nubendi alienigenæ apud Hebreos fuit specialis instinctus et dispensatio divina, qualis juxta dicta dabatur respectu Samsonis ducentus Philistæam, et Estheris matrimonium cum rege Assuero ineuntis. 3^o Etiam pars alienigena non fuerit conversa ad veram religionem, tamen licet cum illâ inire matrimonium *in casu raro contingente*, si scilicet nullum fuit morale periculum seductionis, maxime si adhuc alia gravis ratio accessit tale conubium ineundi. Sic supra memorati duo filii Noemi licet acceperunt duas uxores Moabitidas Orpham et Ruth, quarum ultima tam parùm erat infesta religione iudaica, ut eam postea defuncto suo marito omnino professi sit (2); Orpha vero, quamvis idolorum cultum nunquam deseruerit, tamen tam bonam et docilem indolem habuit, ut marito suo pariter mortuo exulare à patria, et cum sene ac paupere socii suâ Noemi in Bethlehem migrare voluerit, et migrasset, nisi ab hac ad remanendum fuisse persuasa (3). Itaque duo illi Noemi filii licet poterant has Moabitidas ducere, præsertim in regione, in quâ nullam hebream poterant nancisci (4).

Dixi autem supra : *In casu raro contingente* licitum fuisse, etc. Ordinariè enim, et generatim loquendo de Hebreorum populo in idolatriam tantoperè propenso proximum erat seductionis periculum (paucis exceptis), si communiter licuisset inire matrimonium cum alienigenis, ut constat ex scelerato consilio, quod Balam dedit regi Balac, atque ex infelici effectu illius (5). Unde lex (6) generaliter prohibebat illa conubia, cum hac emphasi : *Certissimè enim avertent corda vestra.*

78. Quæres VII : « An non saltem peccaverit Esther comedendis cibos lege Moysis sibi prohibitos, dum ei juxta mandatum regis Assueri, Esther (2, 9, dabantur partes sue, h. e., de mensa, statuta que cibi et epularum portio, quæ de mensâ regia ei præbebantur? » — Resp. : Quamvis Joannes Clericus etiam de comesis cibis lege vetitis Estherem accuset, nullum tamen dubium est, religiosissimam hanc feminam abstinuisse ab illis cibis, ut ab idolothyis

(1) Judic. 14, 4.

(2) Ruth. 1, 16.

(3) Ibidem 14.

(4) Vide P. II Script. sacr. contra Incredul. propon., sect. III, num. 46.

(5) Num. 24, v. 14, etc. Et c. 25, 5 et 9.

(6) 3 Reg. 11, 2.

(1) Esther 16, 15, 16 et 21.

(2) Vide Deut. 7, 3. Item 3 Reg. 11, 2.

(3) 2 Reg. 5, 3. Et 1 Paralip. 3, 2.

(4) Vide P. II Scriptur. sacr. contra Incredul. propon., sect. 2, num. 30.

(5) Matth. 1, 5.

(6) Ruth 4, 11.

(7) Ruth. 1, 4.

(8) Deut. 21, 10, 14.

(9) Josue 2, 11.

(10) Ad Hebr. 11, 31.

(11) Ruth. 1, 16.

(12) Vide Cornelium à Lap. Comment. in 2 Reg. 5, 3.

se abstinuisse ipsamet profiterit, Deum orans (1), his verbis : *Tu scis necessitatem meam... quid non comedemus in mensa Anan, nec mihi placuerit convivium regis, et non biberim vinum libaminum, scilicet idolis oblatum et pralibatum.*

Si autem petas, quomodo fieri poterit, ut ista ciborum abstinentia non notaretur, nec tali modo Esther populum patriamque suam manifestaret, id quod ab initio (2) noluit; — resp. : Facile erat delicate virginis, et astinassimae regi Assuero, ac postea reginae, praetexere se non oblectari his vel illis ferculis, et in tanto ciborum electu nunquam deerat, quo licet vesci. Ceterum etiam si fortè nos lateat modus et via, quā Esther hāc in re violationem legis declinavit, duo tamen certissima nobis esse debent : Unum non violasse Estherem legem à Deo per Moysem datam. Alterum, sicut ad malum ingeniosus est hominum perversitas, ita etiam ad bonum virtus.

79. Queres VIII : An non sit contradicatio, dūm in capitibus posterioribus libri Esther, cap. 12, 42, et alibi, maritus Estheris appellatur *Artaxerxes*; in capitibus verò prioribus, cap. 2, v. 16, et alibi sacer plus, vocatur *Assuerus*? — Resp. : Nulla est contradictione. Nam nemo veterum linguarum et historiarum peritus ignorat, voces *Assuerus* et *Artaxerxes* unius ejusdemque principis cognomina, seu dignitatis titulos esse posse. Certè Herodotus jam monuit, *ad Artaxerxes significare magnum bellatorem*; similiiter autem etiam Assuerus iuxta dialectum lingue turcice et tartarie, que probabilit̄ Medorum veterum propria fuit, significat *magnum caput*, seu principem ducum bellicorum. Recole, quæ hāc de re jam diximus suprā, num. 50, quest. 5.

80. Queres IX : Quomodo *Edissa*, seu *Esther* dici possit filia fratri *Mardochei*, cùm tamen Herodotus, lib. 7, *Estherem*, quam *Artystonam* appellat, dicat, fuisse filiam regis *Cyri*? Herodotus in hoc erravit, quod Estheri regiam *Cyri* stirpem afflinxerit, fortè deceptus ab aliis, qui ex adulacione Estheris genus extollere conabantur; excusandus tamen cō facilius, quod occultius Esther ipsa suos diu progenitores (3) occultavit. Tirinus (4) verò, et Cornelius à Lap. (5) suspicuntur, causam hujus erroris fuisse sequentem : cùm constaret, Estherem oriundam esse ex tribu Benjamin, et à stirpe regiā Saülis, adeoque simul esset filiam, seu ex posteris Cis (6), inde factum est, ut Herodotus Estherem, quam debuisse dicere filiam Cis, appellarit *filiam Cyri*, quia nimis rūm ipse non nōrāt Cis, sed *Cyrum*, putabatque Esther esse Persianam, non Judaeam.

81. Scholion. Nomen *Esther* persicam habet originem, et apud Persas idem significat, ac Ἐστέρ apud Gracos, et *stella* apud Latinos. Rectè autem nomen

astri regine hnic inditum est utpote quæ in densissimis nebulis gentilitatis ex extrema judaica calamitatis tenebris tanquam fulgentissimum sidus apparuit. Alio quoque nomine, fortè à parentibus indito, Edissa, ut supra vidimus, appellatam (1) invenimus, hebraicē et chaldaicē Hadassa, id est, *myrtus*, vel *myrtle*, ob eximiam pulchritudinem, probitatem, et venustatem tum corporis, tum morum. Porrò Hadassa seu Edissa videtur esse illa Artystona, de quā Herodotus (2) meminuit. Certè Estheris nomen ab hoc altero nomine non admodū differt, præsertim si paululum immotetur, et loco Artystona legamus Astirtona. Denique multi putant Estherem adhuc alio nomine vocatam esse Atossam. Opinantur enim Atossam uxorem Darii Hystaspidis eandem esse cum Hadassā vel Hadassā, quæ est Esther. Verum Herodotus (3) Atossam distinguat ab Artystonā, quæ est Esther, dūm ait : *Darius (Hystaspis) matrimonia ex Persis auspicatus est, ductis duabus Cyri filiabus Atossā, quæ Cambysi fratri et rursus mago nupserat, et Artystonā virgine.*

82. Queres X : An non sit contradicatio, dūm (Esther 2, 21 et 22) dicitur, conspirationem eunuchorum *Bagathan et Tharan* contra regem *Assuerum* detectam esse anno septimo regni ejus; cùm tamen (ex Esther, cap. 11, v. 2, et cap. 12, v. 4) manifestum videatur, quod hæc conspiratio anno regni ejus secundo detecta fuerit? — Resp. : Nulla hic est contradictione. Nam detectio insidiarum, quas duo illi eunuchi Assueru struxerunt, utique incidit in annum septimum hujus regis; somnium verò Mardochei, quod capite undecimo exponitur, contigit anno secundo Assueri; prout ex hujus capitulis versu 2 patet. Ad hunc verò annum 2 non est referenda detectio insidiarum initio sequentis capitulis 12, v. 2, posita. Quamvis enim caput 12 incipiat his verbis : *Morabatur autem (Mardocheus) eo tempore in aulā regis cum Bagathā et Tharrā eunuchis... cūque intellexisset (eorum similitudines), nuntiavit... regi*; tamen haec verba *eo tempore* non significant annum 2 regni Assueri, quo somnium Mardochei præcedente capite 11 expositum contigit, sed indicat indeterminatum tempus, vel illud cap. 2, v. 16, expressum, scilicet annum septimum regni Assueri. Ratio hoc dicendi est, quia in versione grecā non sunt haec verba *eo tempore*, sed caput 12 simpliciter ita incipit : *Et quievit Mardocheus in aulā cum Gabathā et Tharrā duobus eunuchis*, etc. Sunt igitur verba illa *eo tempore* in versione latīnā tantum translatio interpres, non connexio rei gestæ; non connectens novum caput cum versu 2 capituli præcedentis, sed, ut dixi, indicans annum septimum regni Assueri, vel tempus indeterminatum, sicut multoties in S. Scripturā dicitur *in illo tempore, in diebus illis*, etc., quibus loquendi formulis S. Scriptura utitur, etiam cùm illa narrat, qua post multorum annorum spatium contingunt; prout pridem observavit S. Chrysostomus dicens, homil. 10 in Matthæum. : *Mos est Scriptura-*

(1) Esther. 14, 16 et 17.

(2) Esther. 2, 10 et 20.

(3) Ibidem.

(4) Comment. in Esther. 2, 7.

(5) Comment. in Esther. 2, 5.

(6) Cis enim erat pater Saülis. 1 Reg. 9, 1 et 2.

(1) Esther 2, 7.

(2) L. 7.

(3) L. 3.

rum et utique celeberrimus, hoc uti locutionis modo, non solius cùm ad præteritam narrationem aliud continuo tempus adjungitur; verum etiam cùm illa narrat, quæ post multorum annorum spatia contingunt.

85. Quæres XI: « Quomodo hæc duo concilientur, dūm (Esther 3, 1) Aman dicitur de stirpe Agag, adeò que (juxta 1 Reg. 15, 8) Amalecites; è contrario (Esther 16, 10 et 14) dicitur fuisse Macedo? » Resp.: Duplex præcipuè diversorum auctorum circa hanc rem est sententia. Primam tenent Josephus aterque, Flavius et Gorion, Hebrei omnes, Targum utrumque, Rupertus, Lyran, Cajetanus, qui tradunt Amanem fuisse de stirpe Agag., regis Amalecitarum à Samuele confossi. De quodam enim hujus regis filiorum aut nepotum ex strage Amalecitarum profugorum, et in Macedoniam profugientium, hujus Amanis postmodum vel patrem vel avum fuisse autumant, quo casu posito utrumque verum est, scilicet Amanem fuisse de stirpe Agag et Macedonem.

Verum, cum (1 Reg. 15, 53) legamus, Samuelem regi Agag imprecatum esse, ut sicut ipsius gladius fecit mulieres absque liberis, sic absque liberis sit inter mulieres ipsius mater, verisimilius est, omnem hujus Agagi familiam pridem extinctam fuisse, et Amanem Assueri ministrum, quem nullibi Scriptura Amalecitan vocat, ab alio Agag, gente Macedone ortum esse; quæ est altera sententia.

84. Dices: Rex Assuerus (Esther 16, 14) dicit, quòd Aman regnum Persarum voluerit transferre in Macedonas; sed hoc non est credibile; nam Macedones, quorum regnum usque ad Alexandrum M. obscurissimum fuit, illo tempore non fuissest ausi invadere Persas. — Resp. per Macedones hic intelligi omnes Graecos, quia inter eos eminebant Macedones, ex quorum gente erat Aman; ii ergo præ ceteris omnibus Graecis hic nominantur. Porrò Graecos sub Dario Ilytaspe, qui probabiliter vel probabilius (1) est iste Assuerus in libro Estheris, fuisse Persis metuendos et de his malè meritos, docet Herodotus (2), et Diodorus Siculus (5); atque inde patet, quia idem Darius quarto ante mortem suam anno cum Graecis dimicavit apud Marathonem, celeberrimo in græcis romanisque historiis pralio, uti notavit quoque Severus Sulpitius (4).

Conseunt, teste Cornelio à Lap. (5), Josphus Gorionides, qui et addit, duos illos eunuchos contra Assuerum conjurantes, destinasse caput Assueri deferre ad regem Graecorum, ut ei gratificarentur: eunuchos autem hos fuisse propinquos Aman. Potuit igitur rex Assuerus merito timere, ne Aman, cùm esset gente Macedo, illorumque eunuchorum propinquus, regnumque Persarum affectaret, ne, inquam, vellet illud in Macedones transferre, sive gentem suam tunc adhuc obscuram, illustrerem reddere, translato ad se

(1) Vide Cornel. à Lap. Praefat. in l. Esther.

(2) L. 7.

(3) L. 11.

(4) L. 2.

(5) Comment. in Esther 16, 14.

suoque nobilissimo persico imperio, uti postea transiit Alexander M.

SCHOLION. Aman, de quo loquimur, etiam in Scripturâ (1) Bugaeus vocatur hoc modo: *Aman.... Bugarus erat gloriosissimus*. Quæ vox vel à Greco τάν, multum, et γαρ, gloriior, quasi *gloriabundus thraso*, vel à voce Persicâ *Bagau*, quæ *eunuchum* sonat, probabiliter derivatur. Alii aliam hujus vocis originem assignant, ut passim apud interpretes videre est.

85. Quæres XII: « Quomodo concordent hæc duo, dūm, Esther cap. 3, dicitur Amanum quævisisse malefacere Mardochæo et Israelitis, quia Mardochæus recusavit genu flectere Amano; sed Esther 12, 6, legitur, quid Aman voluerit nocere Mardochæo et populo ejus, propter imperfectos duos eunuchos regis? » — Resp.: Nihil repugnat, plures fuisse causas ob quas Aman odium in Mardochæum et Judæos conceperit. Agrè tulit ob causas sibi peculiariter notas (2) eunuchos per Mardochæum (3) in exitium ruisse; agrè pariter derogat sibi genuflexionem; nihil hic alienum à charactere Amanis hominis callidi, perfici et ambitiosi.

86. Quæres XIII: « Quomodo concilientur hæc duo, dūm Esther 6, 3, Mardochæus nil mercedis ob detestatianum duorum eunuchorum conspirationem recepisse scribitur; contra, Esther 12, 5, dicitur Assuerum de disse Mardochæo munera ob delationem illam? » — Resp.: Data quidem sunt Mardochæo (ut Esther cap. 12 narratur) ob delationem eunuchorum aliqua respectivè exigua munera, præsertim quid nomen ejus et factum in annalibus regni notarentur, quidque iussus sit in aula palati morari (4), et fortè amplioris præmii promissio eidem adjecta. Verum cùm ista nec meritis Mardochæi, nec regis personæ sat digna sint visa ministris regis, nihilque honoris aut glorie publicæ (de quo res cap. 6 interrogasse censendus est) Mardochæo tributum fuerit, abruptè responderunt facientes Mardochæo ministri: *Nihil omnina mercedeis accepit*, puta, nullam mercedem honoris publici et justi præmii, quod sit dignum ejusdem meritis, et regis remunerantis liberalitate ac magnificentiâ. Ita Steyartius cum aliis.

87. Quæres XIV: « Quomodo, Esther 6, 4, dici possit, quid Aman *interius atrium domus regie intraverit*, cùm tamen ex cap. 4, v. 11, constet, nemini prius non vocato, *interius atrium regis intrare licuisse*; nullibi autem *Aman* tunc vocatus esse legatur? » — Resp.: Per *atrium interius*, Esther 6, 4, non intelligitur *interius absolute*, seu *atrium intimum* Assueri, quod nemini nisi vocato intrare licuit, sed solum intelligitur *interius respectivè* ad alia atria exteriora. Itaque notandum est, quid *atrium intimum*, sive *interius absolute* fuerit illud, ubi rex erat in solio, et istud non licebat ingredi sine vita periculo; ideò

(1) Esther 12, 6.

(2) Vide præced. num. 84.

(3) Esther 2, 21, 22 et 25. Item 12, 4, 4.

(4) Esther 6, 2. Et. 12 5.

rex torvis oculis aspiciebat Estherem, quia putabat, eam non vocatam velle ingredi basilicam regis, i. e., intimum conclave regium; sed Aman non erat in hoc interiori atrio, sed extra hoc. Unde textus hebreicus non habet *atrium interius*, sed *חצר חיצונית, hachzona*, i. e., *exterius*. Sic etiam hoc loco paraphrasis Chaldaica ait: *Aman autem intrabat in atrium regiae exterius*. Et ipse rex, cit. cap. 6, v. 5, postquam intellexit, Amanem stare in atrio, dixit: *Ingrediaruntur*; ergo Aman nondum erat in interiori atrio absolutè tali, seu in intimo. Erat tamen atrium, quod Aman jam intraverat, interiorius respectivè ad atrium exterius famulorum, vigilarium, etc., idèoque Vulgata habet: *Aman.... interius atrium* (i. e., respectivè duntaxat interior) *domus regiae intraverat*.

88. Quares XV: *An vindicta à Judæis de suis hostibus sumpta, horumque interfectio, Esther cap. 9, fuerit licita, vel potius contra legem de non vindicandis inimicis?* — Resp.: Fuit licita, quia sumpta est auctoritate publicâ regis, ut patet ex Esther, cap. 8, v. 11, ubi narratur, quòd rex imperaverit, Iudeos per singulas civitates congregari, ut starent pro animabus suis (i. e., se defendere); et omnes inimicos suos, cum conjugibus ac liberis et universis dominibus interficerent. Et sequenti vers. 13 additur: *Et constituta est per omnes provincias una ultio dies*, id est, tertia decima mensis duodecimi Adar, cap. 16 verò extat exemplar epistole Assueri pro Iudeorum salute cum inimicorum suorum interemptione, ad singulas regni provincias misse. Porrò Christus duxatrum prohibuit, privatas injurias privatâ auctoritate ulcisci, non verò vetuit, alias publicâ auctoritate punire. Fuit autem hec interemptio hostium Iudaici populi justa defensio ius-
su ipsius regis peracta, quia Iudei de vita suâ securi esse non poterant, nisi illis occisis. Et hoc est, quod tum cap. 8, v. 11, ut starent pro animabus suis, tum cap. 9, v. 16, dicitur: Pro animabus suis steterunt Iudei, interfecti hostibus ac persecutoribus suis. Nisi enim hi interfecti fuissent, timendum erat, ne rursum Iudeos invaderent, inò contra regem rebellarent. Porrò, quemadmodum Cornelius à Lap. (1) observat, jussit Mardochaeus Judæis, ut diligenter inquirerent et annotarent, qui revera essent Iudeorum hostes, ne quis amicus vel innoxius inter hostes et noxios occideretur, idèoque per novem menses cedem differri jussit, scilicet à mense tertio usque ad mensem duodecimum (2). Denique illud quoque observatione dignum, quòd Judei, cùm hostes suos occidissent, nihil de horum bonis seu facultatibus diripere volerint, ut Scriptura (3) testatur, etsi rex id eis concessisset (4), ut nimis ostenderent se non aliud quam vite sua incolumitatem querere; hanc enim, ut dixi, perdere volebant ii, qui occidebantur. Utinam Iudeos illos hanc in re imitentur christiani milites, qui non

tantum inimicos, sed etiam amicos sepe, spoliant, aut omnino spe prædictæ interdum mactant!

89. Quares XVI: « Quomodo (Esther 11, 1) dici possit: *Anno quarto, regnabitbus Ptolomeo et Cleopatra, atulcerunt... hanc epistolam Phurim; quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum*, etc.; cùm tamen hec epistola jamdiu ante regnamentum Ptolomei et Cleopatrae ad omnes Iudeos (Esther 9, c. 30) missa fuerit? » Occasionem hinc quæstiōne discutiendæ dedit Plautius, contendens esse evidenter falsum et confictum, hanc epistolam sub regnūm Ptolomei et Cleopatrae allatam esse, cùm ea jamdiu ante ad omnes Iudeos missa fuerit. Verū resp.: Dist.: Epistola hebreica jamdiu ante ad omnes Iudeos missa fuit, conc. græcè versa et ad Ptolomaicum missa, neg. Hic sermo est de versione Lysimachi græcæ ad regem Egypti missa anno 4 regni Ptolomei et Cleopatrae. Plura de hoc videre poteris apud Cl. Widenhofer (1).

90. Quares XVII: « Quomodo Mardochaeus, anno 2 regis Assueri, Esther 11, 2 et 3, fuerit vir magnus et inter primos auctœ regis; cùm tamen, juxta Esther c. 6, 10, non nisi Amane pereunte exaltatus fuerit? » Resp.: Mardochaeus loc. cit. dicitur *magnus* per prolepsin seu anticipationem in S. Scripturā usitatam (2), quia talis postea fuerat. Inò sine prolepsī affirmari potest, quòd Mardochaeus jam ante Amans fatum fuerit *magnus*, quia jam ante ad regis januam morabatur, juxta illud (3): *Manebat ad januam regis*, et iterum (4): *Ad regis januam morabatur*; que phrasis apud Orientales recepta significat conspicuum aliquam in aula regi dignitatem, sicut illud de Daniele dictum: *Erat in foribus regis* (5).

91. Quares XVIII: « Quomodo (Esther 12, 2) dici possit, quòd Mardochaeus nuntiaverit super eo (negotiatio detectionis insidiarum) regi; cùm tamen (Esther c. 2, 22) id non regi, sed regine Esther nuntiaverit? » Resp.: Mardochaeus per hanc nuntiavit regi, ut cit. cap. 2, v. 22, clare dicitur his verbis: *Quod (scilicet insidie eunuchorum) Mardochaeum non latuit, statimque nuntiavit reginae Esther, et illa regi, ex nomine Mardochei, qui ad se rem detulerat*. Quod enim per alium quis facit, in aestimatione morali per seipsum fecisse censendus est.

92. Quares XIX: « Quomodo concordet Esther c. 13, v. 6, ubi pro exterminio Iudeorum in epistola Amanis assignatur dies 14 mensis Adar, cum c. 3, c. v. 12, c. 8, v. 12, et c. 9, v. 1, ubi pro hoc exterminio constanter assignatur dies 15 dicti mensis? » Resp.: Capitibus præcedentibus (nempe c. 3, 8 et 9) sermo est de initio lanienæ, quæ die decimâ tertia dicti mensis coepit; sed c. 13, v. 6, sermo est de ejus fine, ut sensus sit: *Deleantur usque ad quartam deci-*

(1) Comment. in Esther 11, 1.

(2) Vide Salmeron Proleg. XII, canone 15, propælinen.

(3) Esther 2, 19.

(4) Ibid., 21.

(5) Daniel. 2, 49.

(1) Comment. in Esther 9, 16.

(2) Esther 8, 9 et 12.

(3) Esther 9, 10 et 16.

(4) Esther 8, 11.

mam diem. Colligitur id ex petitione Estheris, quæ c. 9, v. 13 et seq., in pœnam talionis postulavit, ut ultio Judeorum de suis hostibus pariter duraret usque ad 14 diem dicti mensis. Nam legimus c. 9, v. 17 : *Dies textus decimus mensis Adar primus apud omnes interfectionis (hostium Judaici populi) fuit, et quartâ decimâ die cædere desierunt.*

93. Quæres XX : « An non sit contradicatio, dūm (Esther 13, 4) de Esthere dicitur : *Die autem tertio depositus vestimenta ornatis sui, et circumdata est gloriâ suâ.* Nam quomodo circumdata est gloriâ, si ornamenti vestium depositus? Dein (juxta cap. 14, v. 2) Esther per triduum orationis *luctui apta indu-menta suscepit*: ergo et illa die tertio depositus, non « verò vestimenta ornatis. Quomodo hæc combinatur? » Resp. : Facile combinantur. Nam die tertio Esther depositus *vestimenta ornatis lugubris*, h. e., ornatus modesti et moesti, quo ad luctum et pœnitentiam induita et ornata erat, *et circumdata est gloriâ suâ*, i. e., gloriosa coronâ regiâ, ceterisque vestibus aureis et gemmeis, utpote regalibus. Nam *ornatus* vox generica est, conveniens tam lugubri quâm splendido. Hic autem satis determinatur ad lugubrem ornatum ex cap. 14, v. 2, et ex contrapositione cum vestibus gloriæ, cap. 15, v. 4 : *Depositus vestimenta ornatis sui, et circumdata est gloriâ suâ, ac denique ex textu greco, qui hoc loco habet : Depositus vestimenta luctus.*

94. Quæres XXI : « Quomodo illud (Esther 15, 9 et 10) : *Ingressa Esther stetit ante regem.... qui erat terribilis aspectu... cumque... ardenter oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, concordet cum altero textu (Esther 8, 2), ubi dicitur : Cum rex vivisset Esther reginam statuens, placuit oculis ejus?* » Resp. : Rex initio conspiciens Estherem, fuit *terribilis aspectu*, quia facile fuit ad iram mobilis, ut patet ex c. 1, v. 12, idèoque Esther illum vocat, c. 14, v. 15, *leonem*; at postquam vidit consternatam reginam, *convertit Deus, c. 15, v. 11, spiritum regis in mansuetitudinem, ut placaret oculis ejus*, ut legitur c. 5, v. 2. Nempe caput quintum recitat historiam per compendium; at caput decimum quintum recitat rem fusiùs, enarrans iram regis, consternationem reginæ, dein blandimenta regis.

95. Quæres XXII : Quomodo Estheris c. 16, v. 18, ubi dicitur, quod jam ante edictum promulgatum de interficiendis Judacorū hostibus, Aman cum omnī suā cognatione ponas dederit, conciliator eum capite 9, v. 14, ubi legitur, quod decem filii Aman pri-mū suspensi fuerint post 9 menses ab illo colicito? Resp. cum Serario et alii : Cap. 16 loquitur de cognatis, qui cum Amāne conspirarunt contra Mardochœum; filii autem Aman servati in carcere, non nisi 13 die mensis Adar occisi sunt, ut dicitur c. 9, v. 14.

96. Quæres XXIII : « An litteræ Artaxerxis, seu Assueri (Esther c. 16) recitatæ, quibus revocantur priores litteræ, c. 8, v. 11 et seq., ad excidium Ju-deorum data, sint authenticæ, quia et argumento plurimū discrepant ab illis prioribus litteris, et formâ à rescriptis regum Medorum et Persarum

dissent, quæ rescripta nunquam mutari licuisse, ex Esther. 1, 10, Daniel. 6, 8, etc., constat? » Resp. : Nulla est dissensio inter summarium epistole et ipsam epistolam; summarium sive primarium epistole caput habet cap. 8; epistolam verò c. 16, ubi rex occurrit criminatio, quasi revocando priorem suam epistolam contra regum Medorum et Persarum legem ageret, dicens, v. 9 : *Nec putare debetis, si diversa jubeamus, ex animi nostri venire levitate, sed pro qualitate et necessitate temporum, ut reipublicæ possit utilitas, ferre sententiam.* Vult nimis rex dicere : « Nec putare debetis si diversa jubeamus (revocando Amanis decretum de Judeis occidendis) ex animi nostri venire levitate, ut legem Persarum, que jubet decreta regum esse irrevocabilia, violemus et abrogemus; nam hæc lex solum jubet irrevocabilia esse decreta, quæ subrepititia non sunt, vel fraude extorta, sed sano sinceroque consilio constituta. Jam verò decretum prius de excidendo Iudeis non fuit nostrum, sed Amanis, qui illud à nobis per fraudem et mendacium extorsit, idèoque subrepituum, injustum et impium, ac prouinde cognitum jam veritate, à nobis hoc novo edicto revocandum et corrigendum.

97. Quæres XXIV : « Quomodo (Esther 16, 13) dici posse, ab Amano expeditam fuisse reginam Esther cum totâ illius gente ad interitum, cùm tamen (Esther 2, 10 et 20) S. Scriptura referat, ignotum fuisse anlæ regiæ, atque adeò ipsi etiam regi et Amano Estheris et Mardochœi genus, donec regina, die quo Aman suspensus est, regi id (Esther 7, 3 et 4) declaravit? » R.: Etiamsi Aman nondum distinctè sciverit, reginam Esther esse Judeam, tamen reipsa eam cum totâ illius gente ad interitum expeditiv, utpote implicite contentam in universalí edicto, quod adversus universam Judeorum nationem obtinuerat. Hinc rex Assuerus domum Aman, h. e., hujus bona regina Esther merito dedit. Nam hæc bona ob scelus ab Amāne commissum publicata, regis arbitrio cedebant, eademque, enicunque vellet, poterat chargiri; et nemo potiori jure iniquissimi illius viri exuvias frui merebatur, quæm ii quos improbitate suâ in discrimen adduxerat.

SECTIO IV.

DE LIBRO JOE.

Hic liber in eo potissimum arguento versatur, an Deus solim in impiis hæc in vita afflictionibus animadvertis, quemadmodum Jobi amici arbitrabantur; an verò pios quoque ac justos adversis prebet, ut ipsa Job propriâ experientiâ edoctus contendebat. Ceterum, quisnam hunc librum conscriperit, non certò constat. Aliqui ipsum Job ejus auctorem faciunt, alii aliquem amicorum ejus, alii Moysen, aut Prophetam alium. Verisimilior est opinio Origenis et aliorum putantium, ab ipso Job res quæ sibi contigerant notatas aut conscriptas fuisse lingua patriæ, i. e., syriacâ (1) seu arabicâ, vel idiomæ; postea verò à Moyse ad

(1) Sanctius, Proleg. VIII in I. Job recte observat, quod, quando S. Hieronym. Præfatione priori in I. Job,

solutum Israelitarum in linguam hebraicam, retentis non paucis arabismis et syrismis, translatas, cum inter Medianitas gentem in Arabiā, Syrorum et Idumaeorum vicinum degeret (1). Porrò non est mirandum, quod Moyses dictie translationi arabismos et syrismos insperserit. Cum enim dii, non minus annis quadriginta inter Arabes seu Medianitas, qui aut iidem sunt, aut certe non admodum diversi, commoratus fuerit, auresque audiendis arabice sermonibus assuetas habebat, nihil mirum, si hebraicum sermonem, quem Hebreus ipse ab Hebreis didicerat, arabismis et syrismis inquinaverit; quam tamen lingue hebraica corruptionem Moyses postea ad Hebrews reversus et subin scribendo Pentatecho intentus ab hebraici sermonis munditudine emendavit (2). Dixi autem, Moysem ad solutum Israelitarum librum Job ex arabico, etc., sermone transtulisse in hebraicum; cum enim Israelite ab Aegyptiis gravi servitutis jugo tunc premerebatur, Moyses, ut afflictus vivum patientia exemplum daret, veritatem, ut diximus, librum Job, in quo continuum afflictionum et tolerantiae certamen graphicè depingitur. Ex his tria colliguntur: 1^o Jobum aetate praecessisse Moysen, aut certe eidem suis synchronousr seu coævum; nec improbabile esse opinionem eorum, qui asserunt, Jobum euende esse cum Jobab, cuius mentio in libro Genesis (3) fit. 2^o Hebreos, licet Job non fuerit ex filiis Israel, sed Idumeus, vel Arabs, qui ab Hebreis pro hostibus habebantur, tamen admisso librum Job in Canonem suum, non quidem ut scriptum arabice à Jobo, sed ut translatum in hebraicū sermonem à Moyse. 3^o Ex incertitudine quisnam fuerit auctor libri Job, non posse peti argumentum contra authentiam et divinitatem hujus libri, cum divina aliquius libri auctoritati nihil decadat, quantumvis ejus scriptor ignoratur.

Denique si quars, quid nomen Job significet, et unde isti stirpem suam duxerit, aut ubi terrarum habitaverit? — Resp.: Grecè sanctus iste vir ordinariè Ιωβ appellatur, hebraicè autem יְהוָה יַבָּא, et בְּנֵי Jo-bab à בְּנֵי Jabab, doluit, et notio hujus nominis Job juxta plerosque Patres quasi idem est, ac dolens et gemens; Riberò et alii recentioribus placet vocis etymon deducere ab בְּנֵי inimicitias egit; voluntque designari virum ab inimicis vehementer agitatum, vel

desuē hujus libri translatione sic loquitur: Hoc autem et translatio nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso hebraico, arabicoque sermone, et interdum et syro, nunc verba, nunc sensus, nunc utrumque resuscitabit; per syrum sermonem non intelligat illum, qui ex hebreo chaldaicoque coulatus est idioma, quem post solutam captivitatem Babylonianam habuerunt Hebrei. Neque enim illum agnoscit Moyses, à quo memorata translatio hujus libri facta est, quanquam S. Hieronymus multa post secula fecit latinam; sed intelligit sermo seu lingua, qua Syria propria erat, Israeliticis finibus vicinæ. De quo pluribus Origenes in principio commentatorum libri Job.

(1) Exod. 2, 15 et seq.

(2) Vide Hermann. Goldhagen Introduc. in S. Scriptur. V. T. P. 2, pag. 211, num. 419.

(3) Cap. 56, v. 31 et 33.

osorem imporum, vel virum zelotem. Quod autem Iohannes stirpem et patriam attinet, is natus est in terra Iuss inter Idumeam et Arabiam sita; unde verò genus suum duxerit, controversum est inter Patres. Aliqui autumant, eum natum esse ex posteris Nachor fratris Abraham: alii verisimiliter censem Jobum fuisse illum Jobab, de quo in libro Genesis (1) sermo est, quique erat pronepos Esavi, ab Abraham descendens in quintâ generatione. Nam Abraham genuit Isaac; Isaac genuit Esau; Esau genuit Rahuel; Rahuel genuit Zara; Zara genuit Jobab, sive Jobum (2). Vide hanc de re Salmeronem (3), et Calmetum (4). His pronotatis, jam ultiores ac precipuas de libro Job questiones Biblicas discutiamus.

98. Queres I: « An Job verè extiterit, et res de eo in Scripturâ narrata re ipsâ configerint, vel tantum sint parabola ad patientia exemplar conficta? » — Resp.: Job verè extitit, et vera in libro Job narratur historia, queque re ipsâ contigit. Hæc assertio nostra est contrâ Talmudistas (5), Anabaptistas, Lutherum (6), et quosdam eiam recentiores, inter quos est Joannes Clericus (7); item contra quosdam antiquos, de quibus D. Thomas (8) testatur his verbis: *Fuerunt autem alii, quibus visum est, quod iste Job non fuerit aliquid in rerum naturâ, sed quod fuerit quædam parabola conficta, ut esset quoddam thema ad providentiarum disputationem, sicut frequenter homines confingunt aliqua facta ad disputandum de eis; et quanvis ad intentionem libri non multum referat, utrum sic vel aliter fuerit, refert tamen quantum ad ipsam veritatem.*

Ita doctor Angelicus, quocum et cum unanimi Catholicorum interpretum asserimus, narrationem de Jobi calamitate in sacris litteris consignatam, esse veram historiam, et non fictam tragico-comœdiam ad propinquum patientia exemplum excogitatum. Hæc assertio tam gravibus rationum momentis demonstrari potest, ut Ribera (9) meritò dixerit, dubitationem de hujus historiæ veritate, si non apertam heresim, saltem manifestum esse errorem. Cajetanus ait, non licere hæc de re dubitare, i. e., de veritate historiæ Job. Similiter Sextus Senensis (10) opinionem eorum qui hanc historiam urgant, impium errorem, atque heresim vocat; Bellarminus (11), heresim Hebreorum. Quæ minutatim adducenda duxi, quod novirim, fuisse aut esse nostrâ quoque aetate, qui rem hanc existimaverint alienam esse à fidei erroris periculo. Sed contrarium ulterius patebit ex sequentibus argumentis.

Nam 1^o S. Scriptura manifestè docet et supponit,

(1) Cap. 56, v. 53.

(2) Ibid., v. 40, 45, 47 et 53. Item 1 Paral. 1, 35, 37 et 44.

(3) Proleg. X, cap. 25.

(4) In Dictionar. Bibl., v. Job.

(5) In Bavà Bathrà.

(6) In Symposiacis.

(7) In Judic. Theol. Batav. p. 274.

(8) Proleg. in 1. Job.

(9) Prefat. in Job. c. 4.

(10) L. 8, heresi 10.

(11) L. 1 de Verb. Dei, c. 5.

Jobum exitisse in rerum naturā, dūm (1) ait : *Hanc autem tentationem (cæcitatem oculorum) ideò permisit Dominus evenire illi (Tobiæ seniori), ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut et sancti Job.* Et apud Ezechielem (2) Deus inquit : *Si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noe, Daniel et Job, ipsi justitiâ suâ liberabunt animas;* atqui certum est, Tobiam, Noe et Daniel em fuisse homines in rerum naturā existentes; ergo talis etiam fuit Job, qui cum eisdem in Scripturā expressè ponitur. Præterea S. Jacobus in Epistola Catholica (3) adhortatur ad patientiam exemplo Jobi exercendam : *Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt; sufferentiam Job audistis, etc.*; ergo certum est, Jobum fuisse hominem in rerum naturā existentem. Quæ enim vis esset in adhortatione S. Jacobi, si fictitium, ad quod provocat, Jobi esset exemplum, virtutemque commendaret imitandam, que nunquam in rerum naturā extitit, sed solum in idea hominum conciperetur, essetque conficta? Audiamus denuo doctorem Angelicum (4) idem argumentum his verbis proponentem : *Cicedit.... Ezechielis 14, ex personâ Domini : Si fuerint tres viri in medio ejus, Noe, Daniel et Job, ipsi justitiâ suâ liberabunt animas suas.* Manifestum est autem, Noe et Daniel homines in rerum naturā fuisse; unde nec de tertio eis connuberto, scilicet de Job, in dubium debet venire. Dicitur etiam Jacobi 5 : *Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt; sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidistis.* Sic igitur credendum est Job, hominem in rerum naturā fuisse. » Hucuscum S. Thomas.

2º Communis est PP. consensus, Origenis, Tertulliani, Cypriani, Basilii, Chrysostomi, Hieronymi, Augustini, Ambrosii, quos Calmet Praefat. in L. Job citat, et plurim aliorum, veram esse historiam Jobi, utpote cuius heroicam virtutem hi Patres predican, ejusdemque natales, calamitates et mortem historicis et chronologicis in tabulis consignant. Sic, ut alios taceam, S. Augustinus (5) appellat *Jobum sanctum et mirabilem virum, qui nec indigena, nec proselytus populi Israel fuit, sed ex gente Idumæa genus ducens, ibidem ortus, ibidem mortuus est.*

3º Tam in Menologiis Græcorum, quām in Martyrologio Ecclesiæ latince B. Jobi memoria celebratur. Nam sexto idus maii, i. e., decimâ maii, apud nos in Martyrologio Romano annuntiatur his verbis : *In terra Hus sancti Job Prophetæ, admirandæ patientiæ viri; apud Gracos verò, teste Natale Alexandr. (6), pridiè nonas maii, i. e., die sextâ maii ejusdem memoria celebratur.* In Menologio Basilii Porphyrogeniti imperatoris, inquit hic auctor, ad dictam diem hæc leguntur : *Memoria Jobi viri justi, et multorum certaminum victoris. Prophetavit autem annos quinque et triginta, ac Christi incarnationem præcessit annis mille nongentis*

(1) Tob. 2, 12.

(2) Cap. 14, v. 14.

(3) Cap. 5, v. 11.

(4) Loc. cit.

(5) L. 18 de Civ. Dei, c. 47.

(6) Tom. 1 Histor. Eccles. Dissert. 13, propositione 4.

viginti et quinque.... Denud etiam duplo majores divitas super terram asservatus, et uxorem resumens, ac liberos suscepimus... in pace dececessit. Similia sunt, quæ in MS. Synaxariis Constantinopolitano, et in Menacis, ac novo Anthologio habentur. In Menacis totum officium ecclesiasticum est de S. Joho, et ejus virtutes, præsentim patientia, dignis laudibus celebrantur in Canone. Eodem die celebratur etiam memoria Jobi justi apud Syros in Typico S. Sabæ, et apud Arabes et Ægyptios in Martyrologio, quod ex Arabicō latine editum est. Ita testatur Natalis Alex. (1). Quis ergo prudens et saue mentis dubitet, Jobum fuisse virum in rerum naturā verè existentem?

4º Tunc judicanda est historia, non parabola, quando nomina adhibentur propria, personarum nimirum, locorum, aliaque exactè determinantur, quæ in fabulis et in parabolis negligi solent, Nam, ut S. Chrysostomus (2) ait : *Neque enim in parabolâ dicenda nomina sunt. Parabolæ illæ sunt, ubi exemplum ponit et tacentur nomina : ubi autem dicitur Abraham, et Prophetæ, et Lazarus, et Moyses, hic verus Lazarus, si verus est Abraham, verus est Lazarus.... Si verum dicit Abraham, verum intelligimus et Lazarum.* Similiter Tertullianus (3) resurrectionem Lazari veram esse historiam, ex nomine Lazarus probat. *Quid illic, inquit, Lazarus nomen, si non in veritate res est?* Cur ergo non pariter veram Jobi existinemus historiam, in quâ tot occurruunt nomina propria, et res aliae individuae ac certe, que planè historie et non parabola aut fabula characterem præ se ferunt. Auditus enim in libro Job in primis proprium nomen Jobi ac terra Hus (4); recensentur ibi nomina amicorum ejus (5) : item numerus filiorum et filiarum ipsius (6); neconon numerus ovium, canelorum, etc. (7), quas possedit; anni quoque vite ejus (8), etc. Atque hæc abundè sufficiunt ad demonstrandum, quod narratio de vita et patientiâ S. Jobi in sacris litteris contenta, non sit duntaxat parabola, sed vera historia.

ARGUMENTA CONTRARIA.

99. Argum. I: Stylus libri Job præsentim in hebreo fabulam sapit; narratio enim partim prosa, partim carmine quasi hexametro et pentametro digesta est, fermè sicut Canticum cantorum, quod ideò patitoriam fabulant et argumentum bucolicum continere agnoscerit; ergo quām parvum liber Canticorum, tam parvum liber Job continet veram historiam, sed tragicomediam (9), vel fabulam poetamicam, aut parabolam.

(1) Loc. cit.

(2) Tom. 2, homil. 1, de Divite, et Lazaro in principio homilie.

(3) De resurrectione carnis.

(4) Job. 1, 1.

(5) Ibid. c. 2, v. 11. Item cap. 42, 9.

(6) Ibid. c. 1, v. 2. Item cap. 42, v. 13.

(7) Ibid. c. 1, v. 3. Item cap. 42, v. 12.

(8) Ibid. cap. 45, v. 16.

(9) Huic errori faveat multorum Protestantium partito libri Job secundum dramatis partes instituta; ex horum mente Cocecius t. 1 *Æxæd.* pag. 78, inquit : « Distribui hic liber variè potest. 1º Ex more tragœ-

— Resp. : Ad veritatem historiæ perinde est, sive liber aliquis carminicè, sive solutâ oratione sit conscriptus, prout sacra et profana literatura exempla satis docent. Numquid enim Cantica Moysis (1), Debora et Barac (2), et hujus generis alia narrationem rerum verè gestarum ornata poetico referunt? Numquid Lucanus, Silius pluresque alii poetae historias versibus ornant? Porro permagnum discrimen est inter historiam Jobi et Canticum canticorum. Hoc enim non habet illos characteres veræ historiæ, quos in libro Job elucere, supra (3) demonstravimus; sed ex toto orationis et argumenti genere ad sacri epithalamii formam exactum est; è contrario in libro Job ea quæ simplicem historiam continent, stylo soluto in primis potissimum duabus capitibus, et in capite ultimo enarrantur. Dixi: *In primis potissimum duabus capitibus, et in cap. ultimo.* Nam in aliis quoque locis libri Job, ut Sanctius (4) censet, non raro est soluta sine metro oratio, ut in capitum multorum exordiis, disputantium proponunt nomina, aut aditus ad disputationem aperitur; quemadmodum cap. 32, ubi sex versus videntur esse à lege metricâ soluti. Cetera deinceps Jobi verba et varia cum amicis colloquia, etc., metro illigantur. Quale autem carminis genus, quæ metri leges in libro Job obtineant, agrè deflniri potest, diversis auctoribus diverse opinantibus; quæ opinionum diversitate viri docti etiam de styli ratione disputant, aliis in Jobo merum hebraismum, aliis merum arabismum videntibus. Sed, ut jam in prefatione ad L. Job observavimus, utrumque extremum hæc in re vitandum est, atque dicendum, librum Job stylo et lingua hebraicâ à Moyse conscriptum esse, non tamen sine idiotismis arabicis et syriacis; testatur enim S. Hieronymus (5) de suâ translatione L. Job in latinum his verbis: *Hæc translatio nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso hebraico arabique sermone, et interdum syro nunc verba, nunc sensus, nunc simul utrumque resonabit.*

Dices: Est incredibile, quod Job in summis tam corporis quam animi doloribus carmina ad uxorem et amicos fuderit, aut hi vicissim virum tot erumnis oppressum allocuti sint versibus, quos in libro Job legimus; ergo iste liber non continet historiam, sed fabulam. — Resp. cum Huetio, Natale Alex., aliquis eruditus viris, probè distinguendum esse inter historie veritatem et scriptioris indeolem atque structuram.

¶ diarum animadvertisit post *prologum*, cuius partes sunt in principio libri, *protasis* à v. 6, cap. I ad v. 9, cap. 2; *epitasis* inde usque ad cap. XXVII; *catastasis* hinc ad sermonem *Elihu*, cap. XXII; *catastrope* sermonem *Elihu*. Deique cum Jobo collocazione, deinde sententiâ, et denum pristinæ felicitatis duplicatione. 2º Possunt quoque hi actus distinguui, lique in scenas distribui. 3º Sumi quoque potest distributio à personis. 4º Atque etiam à sermoni monum vicius, ita Cocejus.

(1) Exod. cap. 15.

(2) Jud. cap. 5.

(3) Vide præced. num. 63.

(4) Proleg. I in L. Job.

(5) Præf. in L. Job.

Nam omnino verum est, Jobum in rerum naturâ extitisse, in acerbissimas calamites incidisse, adiisse ad ipsum uxorem et amicos, verbaque simul cum ipso conseruisse in eam sententiam quam liber Job refert, etc.; verba verò, verborumque collocationem, dispositionem, figuram, et reliquum sermonis ornatum citati auctores repetunt ab ipso scriptore theopneusto, qui librum Job conscripsit, sive dein is fuerit Moyses, sive ipse Job, sive alius à Deo inspiratus scriptor. Potuit nempe Job querimonias, poterant ipsius amici criminaciones suas in eum proferre sensum, quo de facto in S. Scripturâ extant, verbis licet è re natis, et ut se rebat occasio; quem sensum postea scriptor sacer libri Job in metrum seu carmen rededit, retentâ quidem historiæ veritate, stylo tamen et ornata verborum asiaticam poesim plurimum sapiente usus.

100. Argum II. Nomina et rerum et personarum in libro Job scenam redolent, utpote ex argomento hujus libri (sicut in dramatis fieri assolet) deprompta et conficta. Sic persona primaria in factâ hæc tragico-comœdia ad proponendum patientie exemplum instituta vocatur *Job*, i. e., *dolens*, ejus amicus *Baldad*, i. e., *vetus amicitia*, etc. — Resp. : Arcana nominum significatio, praesertim in vocibus ex hebreâ origine derivatis, adeò in S. Scripturâ per frequens est, ut, si inde de personarum fictione statuere licet, historia Biblica quoad plurima in fabulum migrelat; quid enim Adam, Eva, Cain, Abel, Abraham, Isaac, Jacob, Josue, etc. (ut multa alia taceam), nisi arcana notiones ex rebus, quæ contigerunt, hæstrâ? Nempe Deus surpissimè volunt personas nominibus appellari, que congruentem rebus ipsis, quæ geruntur, significationem haberent. Sic, v. g., Abraham, i. e., *pater magne multitudinis* dictus est, eo quod esse pater futurus multarum gentium; Isaac, i. e., *risus*, quia mater in ejus optato partu (1) dixit: *Risum mihi fecit Deus*; Jacob, i. e., *supplantator*, eo quod supplantaverit fratrem (2), et sic de aliis hebreis nominibus (3) loquendo. Imò inde firmum exquisita hebraeorum sapientie argumentum sumi ostendunt Eusebius (4), Cyprianus (5) et Chrysostomus (6). Quid proinde mirum, si Job futurus patientie exemplar, et precipuus Jesu Christi viri dolorum typus ipsa vi nominis dolorem exprimat, aut si exteris nomina in libro Job contenta instituto suo quadrent?

101. Dices I. In libro Job plura occurunt nomina fabulosa, poetis gentilibus usitata. Sic (7) nomina filiarum Job hæc referuntur: *Et vocavit nomen unius Diem, et nomen secundæ Cassium, et nomen tertiae Cornustibum*; atqui hæc sunt nomina propria fabularum,

(1) Genes. 21, 6.

(2) Genes. 25, 25.

(3) Vide Calmeti Dictionar. Bibl., tom. 2; ad finem, ubi versionem litteralem nominum hebreorum, chaldaeorum, syrorum et græcorum in S. Scripturâ occurrentium ponit secundum ordinem alphabeti.

(4) De Prepar. Evang. cap. 3.

(5) De montibus Sina, etc.

(6) Homil. 51.

(7) Job. 42, 44.

qualia apud poetas gentiles in usu erant; ergo liber Job continet fabulam, seu tragicō-comicādiam ad exhibendum patientiæ exemplum. — Resp.: Nomina trium filiarum Job non sunt fabulosa, sed sunt desumpta à virtutibus et speciosa formā dictarum virginum, ac præ se ferunt mirabilem pulchritudinem, et gratiam tum internam, tum externam illarum. Unde S. Gregorius Nyssen. (1) inquit: *Litteræ sacre filiarum Jobi pulchritudinem admiratae, vocibus ipsis existimū hoc miraculum demonstrant, cùm DIETI nomen audimus, honestatem; quemadmodum et Apostolus filios lucis ac diei appellat eos, qui vitam puram agunt. Cassiae appellatione puritatem, ac fragrantiam studiorum; CORNU verò AMALTHEÆ* (2) laudem omnis generis virtutem significantes. Ita S. Greg. Nyss., verbis paululum immutatis. Similiter doctor Angelicus (3) ait: *ET vocavit NOMEN UNIUS DIEM, scilicet, propter claritatem ejus; ET NOMEN SECUNDÆ CASSIAM, quæ est species aromatica, propter suavitatem ipsius; ET NOMEN TERTIÆ CORNUSTIBI. Est autem stibium, quo mulieres utinuntur ad ornatum oculorum, secundum illud, 4 Reg. 9: DÉPINXIT (Jezabel) OCULOS STIBIO, ET ORNAVIT CAPUT SUUM, quod quidem stibium in cornu à mudieribus conservatur, ut habeant ipsum paratum cùm oris fuerit; unde vocavit eam CORNUSTIBI, ad designandam abundantem pulchritudinem oculorum. Unde et de pulchritudine eaurum subditur: Non sunt autem inventæ mulieres speciosæ sicut filiae Job in universâ terrâ.*

Alii memorata nomina filiarum Job non ex virtutibus ei pulchritudine illarum, sed ex ipsis Jobi felicitate, quam post exanthalas suas miserias abundantem consecutus est, repetunt. Sicut, este Sanctio (4), docet Catenæ auctor his verbis: *Primam, inquit, filiam DIEM nominavit, idèo quod ab obscurissimâ aernnarum nocte ad felicitatem restitutam divinitus, quasi ad diei lucem aspicendiæ esset revocatus. Secundam CASSIAM appellavit, quod jam is odoris quidam suavitatem, honorisque voluptate frueretur. Tertiæ AMALTHEÆ CORNU vocavit, quod vitam deinde viserit omni bonorum genere perafluentem.* Tria enim Job in suo certamine, eaque gravissima infortunia pertulerat, ex quibus cum jam esset solitus et liber, tamen illarum memoriam illis filiarum suarum nominibus conservare voluit. Jacuerat in tenebris; quod ipse non semel questus est (5): *In tenebris stravi lectrum meum.* Et (6): *Præstolabar lucem, et eruperunt tenebrae.* In tenebris autem nemo nescit arumnosam exprimi vite conditionem; ut ergo hujus beneficii à Deo profecti, quo ex arumnose vita ad felicem revocatus est, nunquam oblivisceretur, primam filiam appellavit *Diem*, quasi jam evocatus esset ad lucem, neque timeret obscuratum iri splendorem illum, qui post longam

(1) Homil. 9, in Cantica.

(2) Ne mireris S. Gregorium Nyss., loco *Cornu-stibie* dicere *Cornu Amaltheæ*. Nimurum secutus est 70 Interpretes, qui hoc loco pariter habent *Amaltheæ* *Kérou*, *Amaltheæ Cornu*, seu *Cornu Copiae*.

(3) Commentar. in Job. 42, 14.

(4) Commentar. in Job. 42, 14.

(5) Job. 17, 15.

(6) Job. 30, 29.

noctem jam affulisset. Quam gravis esset fector ab ulceroso corpore Jobi, quam ab sterquilino teter odor, etc., satis ex libro Jobi perspicuum est. Cum autem jam gratum undecimque caperet odorem, et ipse ac tota domus efflaret non ingratum, quasi ex pretiosis aromate, idèo filiam secundam appellavit *Cassiam*, quæ est species aromatis, odorem gratissimum et purum spirans. Ad extreum cùm Job exsanguis jam esset, et consumptus macie, corrosus à vermisbus et sanie diffluens, eò denique redactus, ut consumptis carnibus pelli propè nuda adhucrarent ossa, ut ostenderet, quam post finitam miseriam suam assecutus esset speciem intentem, plenam et succidam; idcirco tertiam filiam vocavit *Cornustibii*, id est, vas pigmentum seu antimonio plenum, quo picta facies repente mutatur et alienum colorem ostendit tanquam suum.

102. Scholion I. Dictæ duæ diversæ opinione, explicantes quo consilio illa nomina trium filiarum Job imposita fuerint, possunt conciliari, et velut in unam conjungi, ut Pineda (1) rectè advertit. Dici enim potest, quod nomina illa filiabus Job ex utrâque causâ indita fuerint, cùm ob earundem virginum specialem pulchritudinem tam externam quam internam, tûm ad memoriam eximiae felicitatis à Jobo post finitas calamitates suas obtinente.

Scholion II. Sicut duplex est diversa opinio de causâ, ob quam illa nomina filiabus Job imposita fuerint, itâ duplex diversa est sententia à quo haec nomina illis indita fuerint, à parente cùm nata sunt filie, vel à populo filiarum speciem admirato; utrumque est verisimile, neque facile est definire, utrum illorum magis videatur probabile. Et quidem usitatum fuit, ut Patriarchæ, virisque sancti tale susceptæ soboli nomen imponerent, quod accepti beneficij memoria toties renovaret, quoties filii audiretur nomen, aut ejusdem aspectus occurreret. Sic Joseph filii, quos servitio jam perfactus, et extractus è vinculis suscepit, nomen imposuit, quod ipsum accepti beneficij immemorem esse non sineret. Nam (2) vocavit nomen primogeniti *Manasses* (i. e., oblitus) dicens: *Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum, et dominus patris mei. Nomen quoque secundi appellavit Ephraim* (i. e., crescentis) dicens: *Crescere me fecit Deus in terrâ pauperitaliæ meæ.* Eodem spiritu Moyses (5) in duobus filiis extraxit volunt suscepti à Deo beneficij familiare monumentum. Primum filium vocavit *Gersom* (i. e., advena) dicens: *Advena sui in terrâ alienâ. Alterum Eliezer* (i. e., adjutorium Dei) dicens: *Deus... patris nuci adjutor meus cripsi me de manu Pharaonis.* Hoc eodem modo videtur Job filiabus suis certa indidisso nomina, ut arumnose fortune non oblivisceretur, ex quâ tanquam è naufragio incolumis emerserat, et ut Dei beneficium recens quotidie viveret in animo memori et grato.

Hac explicatio videtur preferenda, sed neque dispiicit, si dicas haec nomina non à Jobo filiabus indita, sed à populo, postquam harum contemplati sunt

(1) Commentar. in Job. 42, 14.

(2) Genes. 41, 51 et 52.

(3) Exod. 2, 22.

et admirati singularem formam, que omnium in universa terra speciosissime fuisse dicuntur. Est enim valde usitatum, ut homines pro eo nomine, quod in ipso vite exordio à parentibus acceperunt, aliud deinde accipiant à vulgo ob aliquam proprietatem aut notam, quod sive ad commendationem, sive ad convicium ipsis imponitur. Ab exemplis commemorandis abstineo, que passim occurunt; ex sacris litteris aliqua adducam in bujus rei confirmationem peropportuna. Pulcherrima fuit Susanna, ut constat ex S. Scripturâ (1) quae, ut putat Sanctius (2), aliud fortasse nomen habuit à parentibus positum. Vulgus tamen nominum propter admirandam pulchritudinem Susanam vocavit, quod idem valeat ac *lilium*, quod Hebreorum *sosanah* dicitur. Speciosa item erat Esther, ita ut propter pulchritudinem ad regium nomen et thalamum (3) vocata fuerit. Quæ à populo vocata est Edissa, Hebr. *חָדָסָה* hadassa, ab hebraicâ voce *דָּתָה* das, que *myrtum* significat; quod nomen à profanis eamdem ob causam datum est Veneri, quia myro gratus est nitor, et perpetua viriditas. Sie verisimile est, aliud tres Jobi filias à parente nomen habuisse, aliud à populo; sunt autem nomina, quæ nunc legimus, ad indicandam illarum seminarum venustatem accommodata plurimum, ut supra (4) explicavimus.

Scholion III. Job (idem est de populo tunc existente) et Moyses, qui librum Job in linguam hebraicam (5) transtulit, extiterunt ante Homerum omnesque alios, quorum notitiam habemus, scriptores gentiles et veteres poetas, ut jam P. I Script. S. contra Incred. propug. Q. II, demonstravimus: adeoque dicta nomina siliarum Job, quo Job, vel populus illis impousit, non potuerunt ex fabulis gentilium poetarum esse desumpta. Quod si autem postea gentiles poetam ista quam alia plurima nomina aut historias è divinâ Scripturâ suffrati sunt, et ad fabulas converterunt, id nobis non obest.

105. Dices II : In libro Job mentio fit poetici infernalis fluvii Coeyti (6), item fabulosorum nominum Arcturi, Orionis, et Hyadum (7); ergo iste liber non veram historiam, sed fabulam poeticam sapit. — R. : In textu hebreo non legitur Coeytus, sed *תְּאַנְּחָל*, i. e., *torrents*. Unde etiam 70 Interpretes posuerunt *χαράκην*, que vox pariter *torrentem* significat. Ita enim habent: *Ἐγενερήσαντο αὐτῷ χάλιες χαράκης*: Dulces fuerunt ei silices torrentis. Vulgatus autem Interpres (nempe D. Hieronymus), ut rem hanc alia re valde nota et perulgata illustraret, *Coeytum* pro torrente, seu speciem pro genere, *fluvium Arcadiae* (8) pro rapido quovis fluvio posuit; vel etiam ideò nomen Coeyti, qui unus est ex fabulosis fluiis infernaliibus,

(1) Daniel. 13, 2.

(2) Comment. in Daniel. loc. cit.

(3) Esther. 2, 7.

(4) Num. 68.

(5) Vidi prefat. nostram in L. Job.

(6) Job. 21, 33.

(7) Job. 9, 9.

(8) Coeytus, Arcadia amnis est, quem poetæ unum è quatuor inferni fluiis esse communiscentur.

versioni sue inseruit, ut impiorum ad inferos descendens designarei (1). Ceterum nulla adest probabilitatis species, ipsum Jobum, aut Moysem, dum librum Job primitus conscripsit, hanc infernorum fluviorum fabulam agnoscisse, cum hæc omnia non nisi diu post fuerint excutitæ, ut ex supra dictis constat (2).

Sic etiam quando in L. Job (3) legimus: *Qui facit Arcturum, et Oriona, et Hyadas*, nequaquam animo fingere debemus, Job secutum fuisse ethnicorum fabularum, vel stellaris dedisse hæc nomina, que græca originis sunt, sed ea ab interpretibus posita sunt; sicut etiam in S. Judith (4) loco nominis gigantum græcus et latinus interpres posuerunt poetum nomen filii Titan (5). Ceterum hebraice voces, quibus harum stellarum nomina in textu latino respondent, obscuræ sunt, neque eodem ab omnibus interpretibus modo vertuntur. Id ipsum jam observavit S. Hieronymus Comment. in Amos Prophetam, ubi hæc nomina *Arcturum* et *Orionem* deuò legitimus. *Arcturus*, inquit laudatus S. Pater (6), qui hebraicè Kimah dicitur, à Symmacho et Theodosio in Pleiadas vertitur, quem vulgo Bootem vocant, *Orionem* autem, qui hebraicè dicitur *Kesil*, Symmachus absolutè *stellas*, Theodosio interpretatus est Vesperum. Hebrewrus autem, qui nos in Scripturis eruditiv, *Kesil* interpretari putat splendorem, et significare generiter astra fulgentia. »

Scholion : Rectè in hanc rem observat idem S. Hieronymus (7) monens his verbis: « Quandò audimus Arcturum et Oriona, non debemus sequi fabulas poetarum, ridicula ac portentosa mendacia, quibus etiam cœlum infamare conantur... Sed scire hebraicæ nomina, que apud eos aliter appellantur, vocabulū fabularum gentilium in linguam nostram esse translatā. « Qui non possumus intelligere quod dicitur, nisi per ea vocabula, que usū didicimus, et errore combilimus. »

104. Argum. III. Non est credibile, quod Job vir tam potens, tam omnibus charis, omnesque inter Orientales paulò ante spectatissimus, repente p̄a miseriæ et egestate ad sterquilinium redactus fuerit; et quod ipsius amici, viri utique principes, qui consolandi gratiâ venerant, passi sint Jobum jacere tamdiu in sterquilino ulcerosum et nudum, immo eumdem ad tam miserandum rerum articulum redactum, verborum acerbitate multò exulcerant vehementius: præterea incredibile est, Jobi uxorem (nt 70 Interpretes tradunt) in suâ ditione securum ancillæ munus obiisse et vixisse mendicato; ergo liber Job non historiam, sed fabulam comicam continet, ad exhibendum patientiæ exemplum excogitam. — R. : Vetera historia, quia non raro repugnat moribus nostris, et adjuncta seu circumstantias quasdam omittit, multa habet apparenter absona, quæ tamen re ipsé contigerunt. Ceterum nihil supra fidem in Jobi histo-

(1) Vide Calmet, Comment. in Job. 21, 33.

(2) Num. 69, Scholion III.

(3) Job. 9, 9.

(4) Judith. 16, 8.

(5) Vide Calmet, Comment. in Judith. 16, 8.

(6) Comment. in Amos 5, 8.

(7) Ibidem.

ri narrari, facile intelliget is, qui in Jobo typum Jesu Christi, Deique in eo patientie exemplar elaborantis consilium; datum insuper dæmoni in Jobi bona et corpus seviendi facultatem consideraverit. Et profectò, quicumque perpenderit traditam esse Satanæ potestatem in omnes Jobi facultates, et ea que hominum opinione numerantur in bonis, una excepta vita (1); non mirabitur, tam amplam et fortunatam domum tam grandi ac subitâ collapsam ruinâ, et hominem amicos benè in tantum dominum ac parentem prius affectos, repente abalienatos esse, atque eundem non solum inclementer et durè, sed etiam superbè atque ignominiosè tractâsse, dæmon nimirum ad ista vehementer incitante (2). Non erat Jobo minus potens, aut minus de suis, reque publicâ benè meritus David, et tamen relictus est et proditus à suis, impias manus adversus ipsum armante rebellii filio Absalome. Accedit, quòd, cùm S. Job placuisse Deo cognovisset, ut ipse nudus et ager patetur relictus à suis, ipse met in seipsum cooperari cum Deo voluerit, et illum locum, ac quasi palæstram tam duri certaminis eligere, quam putabat ad executionem divini consilii opportunam magis. Quare sterquilinum elegit, ut cruciaretur forto, et soli duritie, ubi ut bono, qui benè divinae noverat providentiae omnia suaviter disponentis morem, salutem sperabat propinquam magis, et si placeret Deo, prioris fortuna restauracionem. Ad extreum, ut supra diximus, etiam illud observandum est, quòd in Jobo florente primum, deinde abjecto, et à domesticis et amicis exagitato, ac tandem ad majorem gloriam revocato, expressa sit Christi Salvatoris imago, qui non minus ab illis, apud quos nomen obtinuerat illustre, derelictus est, et exagitatus multè acerbius, quam Jobus. Quòd si Christus à cognatis, inò et à Patre divino, ut in cruce moriens palam edixit, derelictus est, et ad illam carnificinam, et ignominiam adactus, ad quam non pervenit Jobus; quid mirum, si in typo accidisse videamus, quod in figurato, atque adumbrato multò acerbius contigisse, negare potest nemo?

Ex dictis facilè patet, quid ad ea, quæ de miseriâ et inopâ uxoris Job ex 70 Interpretibus allata sunt, respondendum sit. Qui enim, quas in calamitates Job devenerit, considerat, nihil circa egestatem uxoris incredibile animadverteret. Addé, quòd haud adeò raro in historiis tam sacris, quam profanis occurrant similes tristissime rerum maximarum conversiones, et illustrissimæ ruine. Ceterum additamenta græca libri

(1) Job. 2, 6.

(2) Inò aliqui putant, dæmonem, ut olim per serventem, vel etiamnum per energumenos, ita per uxorem Jobi locutum. *¶* Vere, inquit Chrysostomus (Hom. 5 in Job.), diabolus verba sunt hac quoniam torquentis uxorem. *¶* Et Origenes (L. 2 in librum Job.) in illa verba Scripturae (Job. 2, 9): *Dixit ad eum uxor ejus, ita commentariu: Uxorem dixit dixisse, sed verè diabolus dixit. Sie namque et olim ait: Dux serpens ad mulierem. Serpentem dixit dixisse, sed non serpentes dixit, sed diabolus, qui per serpentem locutus est. Sie et nunc istibz uxorem dicit dixisse, sed verè non uxor dixit, sed adversarius, qui per uxorem est locutus.*

Job, quale etiam est illud de egestate uxoris Job, in nostrâ Vulgatâ latinâ non continentur; inò, neque in translatione grecâ 70 Interpretum in Polyglottis card. Ximenii; quamvis eadem extent in polyglotis Biblis Waltoni, in quibus (Job 2, 9) oratio uxoris ad Jobum in versione grecâ 70 Interpretum latinè redditâ exprimitur his verbis: *Quousque sustinebis.... in putredine vermium sedes pernoctans sub dio; et ego errans et ancilla, loc. m ex loco, et domum è domo, expectans somum, quando occidet, ut requiescam ab arumnis et doloribus, qui me nunç prenunt, etc.* Hanc orationem etiam græci Patres agnoscunt, et quidam illorum eam luculentiter explicant. Sic S. Basilius (1) uxorem ad Jobum ita locutam inducit: *Vaga et ancilla obero, regina seruo, et ad meorum fanulorum manus respicere coacta sum, et quæ multis olim nutriti, benè nunc mecum agi existimo, si enutriri ex alienis.* Eodem ferme modo sermonem uxoris ab Jobum referunt Chrysostomus et Origenes. Plura de his additamentis libri Job recenset Hermannus Goldhagen (2).

105. Argum. IV. In Jobo habemus hominem gentilem, et gentilium poesin affectantem; concilium enim Dei cum Angelis, et inter eos Satanam instar momi dicta Dei carpentis inducit (3); ubi videmus personas et res planè confitas; ergo liber Job est fabula poetica. Ita Spinoza (4). — Resp.: Illoc argumentum Spinozæ impictate et falsitate plenum est. Nam 1°, quamvis Job non fuerit Judeus, sed gentilis eo sensu, quòd legem scriptam (nempe Mosaicam) nullam sciret, fuit tamen vir simplex et rectus, ac timens Deum et recedens à malo (5), ipsisque Hebreis, tanquam absolutum exemplar virtutum propositus est. Cæterum quòd inter gentiles, (i. e., non profidentes, nec subjectos legi Mosae) dati fuerint quidam homines sancti et justi, quales prater Jobum fuerunt Melchisedech et alii, nōrunt omnes, qui in theologiâ et scientiâ scripturistica non sunt prorsus peregrini. 2° Gentilium poesin non potuit affectare Job, utpote qui dudum ante grecorum poetarum tempora librum suum exaravit (6). Et licet hic liber metro ligato maximam partem compositionis sit (7), à poetarum tamen fabulis longissimè recedit (8). 3° Nihil est absurdum aut impossibilis in ille Dei cum filiis Dei seu Angelis habito concilio, Satanaque interventu (9), sive dein dicatur, haec tantum referri figuratè, et velut per figuram prosopopoeia aut potius mimescens, per quam verarum personarum verba et dicta, interdum etiam gestus per imitationem effinguntur, et representantur, ita, ut cit. loc. libri Job solum significetur omniscientia et providentia Dei,

(1) Vide S. Basilius opera ex editione Mauriana tom. 3, in Appendice, Sermone XIII de patientia et longanimitate, pag. 546.

(2) Introduct. in S. Scriptur. P. II, num. 422, pag. 215.

(3) Job. 1, 6, 13. Item cap. 2, v. 1, 7.

(4) Tract. Theol. cap. 10.

(5) Job. 1, 1.

(6) Vide supra, num. 59, Scholion III.

(7) Vide supra, num. 66.

(8) Vide supra, num. 65.

(9) Job. 1, 6, 13. Item Job. 2, 1, 7.

et machinationes mala demonum, vel custodia Angelorum, ut volunt Emmanuel Sā (1), et Mariana (2) cum aliis, et docere videtur ipse Origenes (3); sive dicatur, haec omnia per solam visionem seu revelationem divinam, quasi ita peracta essent, sacro scriptori librum Job exaranti divinitas fuisse ostensa, ut vult Polychron., Eusebius, et Hugo (4); fernè sicut Zachariae Prophetæ cap. 3, 4, etc., Deus ostendit *Iesum Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, et Satanam stantem à dextris ejus, ut adversaretur ei*; sive denique (quod verisimilis est) reapsē talia concilia Dei cum Angelis, et interventu Satanae evenisse dicamus, eo tamen, qui spiritibus convenit modo, ita ut colloquia illa Satanae cum Deo, seu potius cum Angelo quodam Dei nomine in concilio presidente (5) fuerint solummodo spirituales cogitationum manifestationes, prout explicat Ribera (6), aliquie. Certè verum aliud colloquium Satanae cum Deo et Angelis sonant simpliciter verba Scripturæ loc. cit. posita: et ita sentiunt Athanasius, Lactantius, Augustinus et Gregor. Nazianz. Ille tamen concilium non est habitum in cœlo, ex quo scimus cecidisse Satanam, sed in terrâ, et fortè in domo S. Jobi, in quâ etiam erant hujus filii, corumque tutelares genii. Unde dūm S. Scriptura ait filios Dei, seu Angelos adstitisse coram Domino, hoc non intelligendum est de assistentiâ in cœlo, sed in terrâ, quia Deus sub immensitate omnia replet, et ubique est in cœlo et in terrâ. Eleganter hanc rem explicat S. Athanasius (7). Cūn enim quæsivisset his verbis: *Cum ex cœlo diabolus prolapsus sit, quomodo scriptum est in libro Job, quod ingressi sint Angeli Dei, ut starent in conspectu Dei, et in medio eorum diabolus?* Respondet his verbis: *Non dicit Scriptura, quod in celis diabolus venerit in medio Angelorum. Manifestum igitur est, quod in terrâ. Etenim ubicumque sint Angeli, adstant Deo. Verum sciendum est, quod per sanctum aliquem Angelum diabolus est Deus locutus; quemadmodum etiam reges per hominem aliquem intermedium altoquuntur adversarium.*

Scholion. I. Addendum hile est, quod Deus non tantum mediât per alium Angelum, sed immediatè per seipsum possit alloqui Angelos seu bonos seu malos, nempe bonis aliquid per illustrationem manifestando, aut inspirando, malis verò vias eorum injustas et negotia mala increpando, aut electorum contra illos iustitiam proponendo, vel ut justorum innocentiam tentent, eis permittendo. Vicissim Angeli boni loquuntur ad Deum per affectus voluntatis, aut desideria, vel motus admirationis, obsequii, amoris. Diabolus verò loquitur ad Deum, cùm vel vias suas et negotia insinuat, non occultum aliquid Deo revelando, sed sciendo agnoscendo, quod actus suos oculis divine majestatis occultare non possit; vel cùm electorum innocentiam fictis criminibus accusat, aut tentandam eorum innocentiam postulat (1).

Scholion. II. Si liber Job è de causâ, quod in eo describatur iteratò concilium, cui Deus præfuerit, et ad quod prater Angelos bonus etiam Satanas admisus fuerit, liberè cum Deo colloquens, non esset historicus, sed fabulosus, eadem ratio probaret etiam librum tertium Regum aut certè caput illius ultimum historicum non esse, quia in illo simile traditur fuisse concilium, descriptum his verbis (2): *Ei ait Dominus: Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat et endat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba hujuscemodi et alias alter. Egressus est autem spiritus, et stetit coram Domino, et ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus: In quo? Et ille ait: Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit Dominus: Decipies et prævalebis; egredere, et fac ita.*

106. Argum. V. Incerta est persona Job, an ex Nacher fratre Abraham descendat, ut vult Hieronymus; an verò ex Esaü, ut tradunt Origenes, Ambrosius, Augustinus. Incertus etiam ejus locus et patria, quia Origenes L. 4 in librum Job, vel alius eo posterior (3) Jobum in terrâ Iis facit Arabem; et alii Patres eum faciunt Idumeum. Incertum etiam tempus, quo floruit; nam alii eum Moysi coævum, alii verò multò ante Moysem exitisse tradunt. Incertus denique libri auctor; multi enim illum tribuunt ipsi Jobo, alii alicui ex

(1) Plura de his inventi lector in Sante Pagino L. IX Isagoge, cap. 53.

(2) 3 Reg. cap. iiii., v. 20, 22.

(3) Libri tres in Job non videntur esse Origenis, ut Bellarmius l. 1 de Scriptoribus ecclesiasticis (*v. Origenes*) probat ex eo, quia auctor illorum trium librorum lib. 2 meminit S. Luciani M. tamquam si jam iam martyrio affectus fuisset. At S. Lucianus posterior Origenem fuit.

(1) Annot. in Job. 4, 6.

(2) Ibidem.

(3) L. 1 in Libri Job, cap. 1.

(4) Vide Pinedam Comment. in Job. 1, 6, num. 10.

(5) Quando in S. Scripturâ Deus dicitur apparuisse hominibus, e. g., Patriarchis, intelligendum est, quod Angelus nomine Dei apparuerit. Evidenter fuit haec veterum multorum opinio, Patrem divinum invisibilem esse, Filium verò à multis usum fuisse in veteri Testamento, e. g., ab Abraham, Moysi, et Prophetis, non quidem hoc sensu, quod Filius divinus non habeat eamdem cum Patre naturam divinam, qua ex se est invisibilis est, sed quod solus Filius destinatus ad humani generis reparacionem Patris legatus et Angelus formam visibilem olim assumpsit, in quâ jam tunc cum hominibus conversari inciperit, non quidem corpori alicui (ut postea in Incarnatione fecit) unitus unione verâ physice et hypostaticâ, sed ad tempus soñummodo in forma corporæ se visibilem præbens, ut docuere Cyprianus (L. 2 contra Judæos), Hilarius (L. 5 de Trinitate), et Gregorius Nazianz. (Tract. de Fide).

Sed verius est omnes has apparitiones factas esse per Angelos qui, corporibus assumpsis, Deum representabant, siveque erant Deus *repräsentativus* et *autoritativus*, non verò *personaliter*, prout longè communis PP., Hieronymus (in cap. 8 ad Galatas), Augustinus (L. 3 de Trinitate c. vii.), et alii passim docent. Certè, qui apparuit Moysi dixitque, Exod. 3, 6: *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, etc.*, fuit Angelus, ut testatur S. Stephanus (Acto. 7, 50). Nimirum Angeli sunt administratorii spiritus, per quos Deus decretâ sua exequitur.

(6) Comment. in Job. 4, 6.

(7) QD. in S. Scripturam ad Antiochum, quest. XII.

eius amicis, vel ex prophetis, alii verò ipsi Moysi (1); ergo liber Job non habet characteres verae historie, sed potius fabulae. — Resp.: Totam hanc Anabaptistarum aut aliorum adversariorum, qui librum Job non veram, sed commentitiam esse narrationem contendunt, objectionem eruditè ac solidè solvit Salmeron (2). Et imprimis, etsi maximè obscurum esset, ex cuius progenie S. Job descendenter, non ob id evincetur, eum non extitis e. Nam aliunde constat, quid de quibusdam in Scripturis dubium sit, quibus parentibus sint orti, nec propterea perit ratio historie. Inò vana esset questio à Patribus ventilata, ex quo genere vel progenie Job descendenter, que eju-dem fuerit patria, etc., si ille nunquam extitisset, et liber Job mera esset fabula, aut parabola. Ceterum fatemur, controversum esse inter Patres, unde Job genus suum duxerit, de quo vide Salmeronem (3). Quod verò de Jobi loco incerto in objectione dicitur, falsum est. Erat enim terra Has propè Idumeam, et juxta Arabiam. Nam Idumea, teste Plinio (4), partim Syria miscetur, ejus ultima ad occidentem solem pars est, partim verò Arabie Petree, cui contigua est, et in eam excurrexit. Unde non mirum, quid alii Jobum faciant Araben, alii Idumeum. Similiter vanum est, quod adversarii dicunt de incerto tempore, quo Job extiterit. Vixit enim iste, que tempore Israelites erant in captivitate Ægypti detenti, vel paulò ante, ut denuo ostendit Salmeron (5). Denique, quòd incertus sit scriptor libri Job, nihil refert; satis est hunc librum esse Canonicum, ut infra (6) ostendimus, et Spiritum S. esse primarium illius auctorem; sicut etiam de libris Tobie, Judith, non satis constat, qui homines fuerint eorum scriptores immediati.

107. Argum. VI. Nec Philo, nec Josephus Judeus de Jobo mentionem faciunt, facturi certè, si librum Job historiam potius, quam fabulam ereditidissent. Inò Josephus in Catalogo divinorum librorum librum Job penitus omittit (7); ergo hunc librum nec historicum, nec Canonicum esse censuit. — Resp.: Nulla fuit necessitas Josepho aut Philoni, de Jobo loquendi. Aliunde enim constat, principalem Josepho (idem de Philone censendum est) curam fuisse, gentis sue Judaicæ monumenta referre; unde facile Jobum utpote virum exterum et gentilem (8) negligere potuit. Multa insuper Josephus in sua historiâ (9) pratermisit, licet illa in S. Scripturâ inveniantur. Quare nullum argumen-

(1) Vide prefationem, quam in librum Job supra attulimus.

(2) Proleg. X in S. Scriptur. Canon. 25.

(3) Loc. cit.

(4) L. 5, e. 15.

(5) Loc. cit.

(6) Vide Praefationes in hos libros, quas supra attulimus.

(7) L. 4 contra Appionem.

(8) Vox *genilis* est aquivoqua. Sepè enim hac voce denotantur Infideles et Idololatre: non raro tamen homo gentilis vocatur, praesertim à Judeis, omnis ille, qui non est Judeus, licet ceteroqui sit homo justus et fidelis. Tales gentiles erant Jobus, Melchisedech, etc.

(9) Vide supra, num. 28 et 59.

tum duci potest ex Josephi silentio ad infirmandam historię Jobi veritatem. Dein quamvis Josephus et Philo de hac historiâ sileant, tamen de eâ non siluit Aristaeus pariter Judeus (1) apud Eusebium (2) his verbis narrantem: *Aristaeus autem in Iudeâ historiâ de Job quoque conscripsit, dicens, Esau ipsum filium fuisse, habuisse in Idumeâ et Arabiae finibus, fuisseque ipsum et justitiam, et divitias precipuum, tentatumque divinitus magnis calamitatibus fuisse.*

Præterea de historiâ Job non siluere Ezechiel (3), Tobias (4), et S. Jacobus (5), apud quos aperta de Jobo mentio fit. Multum etiam in eam rem conferit consensus veterum interpretorum grecorum, chaldaeorum, et syrorum in canonem librum Job recipientium, ac hujus historie veritatem agnoscentium. Omnes tandem Patres, quorum longum catalogum Calmet reconsuet, omnes Catholici, et ipsimet Protestantes non interrupte traditionis seriem pro veritate hujus historie constituant, si paucos entusiastas temerè prorsus reclamantes excipias.

Neque obstat, quid Josephus Judeus in catalogo divinorum librorum librum Job penitus omittat. Nam tantum generatim (6) ait, prater 5 libros Moysis, Prophetas suorum temporum res gestas conscripsisse; non verò enumerat, nec particulatim singulos Prophetas, aut eorum libros nominat, aut recenset. Dein eodem loco Josephus agnoscit, probatque non secus ac Judæi omnes, 22 libros Canonicos, qui planè numerus nunquam constabat, nisi in censu liber Job referatur. Denique cum Ecclesia Judaica semper librum Job habuerit pro Canonico, haud est credibile, cumdem à Josepho Judeo fuisse Canone exclusum.

108. Argum. VII. Conditor fabular de Jobo scepticus fuit. Plura enim capita insunt ad illud evincendum, in hoc mundo dubia omnia atque incerta esse, nihilque perspectum haberi in tantâ rerum obscuritate, prout patet ex Job. cap. 28, 58, 59 et 40. Ita Anonymi Hallenses (7) contra S. Jobum, ejusque libri scriptorem objicere non vereruntur. Sed resp.: Novatores interdum præ libidine novandi ea noui vident, que ta-

(1) Licet enim ipse Aristaeus se Ægyptium, et ex custodibus corporis Ptolomæi Philadelphiæ, ac tandem religione gentilium assenserit, operis tamen, quod exaravit, genus, ratioinaciones, sermo, expressiones Judaicæ produnt. Vide Calmet Dictionar. Bibl., aut universal. Lexicon Basileense, v° *Aristaeus*.

(2) L. 9 Præpar. Evang. c. 4.

(3) C. 44, 14.

(4) C. 2, 42.

(5) In Epist. Cathol. c. 5, v. 11.

(6) Verba Josephi loc. cit. (nimisrimum L. 4 contra Appionem) sunt haec: *Infiniti libri non sunt apud nos discordantes et sibi metu repugnantes; sed solunmodo duo et viginti libri, habentes temporis totius conscriptionem; quorum justè fides admittitur. Horum ergo quinque sunt Moseos, qui nativitates continent, et humane generatio[n]is traditionem habent usque ad ejus mortem... A morte verò Moseos usque ad Artaxerzen Persarum regem..... Prophetæ suorum temporum res gestas conscripserunt in tredecim libris. Reliqui verò quatuor, hymnos in Deum, et vita humanae precepta noscuntur continere.*

(7) Tom. VIII. *Observationum suarum, observatione 15.*

men manifesta in oculis omnium incurront. Quid enim aliud vult citatum caput 28, quā veram sapientiam praecepū supernaturalem, in quā potissimum religio versatur, humanā sagacitatem altiore esse, et non nisi à Deo largitore impetrari posse (1)? Tria autem illa capita (nempe trigesimum octavum, nonum, et quadragesimum) nos docent divinam potentiam et sapientiam esse homini prorsus incomprehensibilem, et inscrutabilia iudicia Dei (2). Numquid autem hoc est verissimum? Aut at hec asserta dannabilem illum scepticismum continent, quem anonymi illi Halkenses in libro Job se invenisse putant? Nequaquam. Ceterum in admirabili illo colloquio suo cum Job, quod citatis tribus capitibus narratione tam illustri proponitur, præter alios sapientissimos fines id spectasse videtur Deus, ut ægerrimum Jobi animum, variis cogitationibus curisque molestissimis atque acutissimis doloribus agitatum admiratione simul ac voluptate, quæ ex divinorum operum enarratione percipi poterat, tranquillaret et demulceret, tum et modestiam in disputatione de rebus ordinis superioris singulariter commendaret.

409. Queres II : *Cur liber Job adèò intellectu sit difficilis et obscurus?* — Resp. : Evidem hic liber diffcilis est semper habitus, et pérōscurus. Praeter causas autem generales obscuritatis S. Scriptura, de quibus fortassis alibi agemus, sunt adhuc alia speciales, et libro Job proprie, ob quas hic liber intellectu diffcilis et perquām obscurus redditur. Prima causa est, quia dictus liber instar poematis est conscripitus, verbis et locutionibus ab usitato loquendi modo discrepans, cum syriacas et arabicas voces quāmplurimas hebraicis intermixtas, et figuratum dicendi genus habeat, quod alienis uitur, et translati à propriā significatione vocabulis, quodque pro diversā diversarum linguarum proprietate diversum est. Unde haec figuratae locutiones in varios patent sensus quasi enigmaticae quedam species, in quibus multa latent sententiārum semina; etimque variae linguae varias habent metaphoras, varia proverbia, quæ non facilè assequitur illarum proprietatum ignarus, necesse est tale dicendi scribendique genus esse intellectu difficile ac perobscurum. Agnovit id S. Hieronymus dūm de sua versione libri Job ita (3) loquitur : « Haec... translatio nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso hebreico, arabicoque sermone, et interdùm syro, nunc verba, nunc sensus, nunc utrumque resonabit. Obliquus etiam apud Hebreos totus liber (Jobi) fertur, et lubricus, et, quod greci rhetores vocant, *λεγηματομενος*, dūm quialid loquitur, aliquid agit, ut si velis anguillam vel murenum lani stricis tenere manibus, quantò fortius presseris, tantò cito tuis elubitar. » Secunda causa est, quia in libro Job per modum dialogi disseritur inter Jobum et ejus amicos, et non semper, quæ Jobo opponunt ejus

adversarii, solida et vera sunt; nec etiam omnia, quæ Job dixit, ut illa, quæ ipse Deus in fine disputationis in eo reprehendit (1), erant satis castigatè dicta. Tertia causa est, quia argumentum disputationis altum fuerat et sublime. Disseritur enim in eo de divinâ providentia, quæ sèpè mortalibus dubia, aut abesse videtur. Quarta causa est varietas et multiplicitas materie, de quā in libro Job disseritur. Quām enim sèpè de divinâ naturâ, de morib⁹, de re astronomica ac physicâ sive à Jobo, sive ab ejus amicis inductus sermo! Quare qui dignè opus istud versare atque explicare voluerit, scientiarum omnium thesauro preditus sit oportet. Porrò de libri Job obscuritate et illius causis vide Salmeronem (2), Pinedam (3), et Sanctum (4).

410. Queres III : *An liber Job sit Canonicus?* — Resp. : Hic liber est Canonicus, et quidem Proto Canonicus (5), cùm de ejusdem divinâ atque Canonica autoritate haec tenet nullum inter orthodoxos fuerit dubium. Illum enim Ecclesia tam Judaica quām Christiana in Canonem sacrorum librorum indubitanter recepit, prout ex omnibus, quibus canon S. Scriptura nititur, monumentis (6) constat; unde non nisi perpauci inter Christianos, iisque exiguae apud suos auctoritatis reperiunt sunt, qui divinitatem libri Job impugnare ausi sunt. Ilis accensendum est Theodorus Mopsuestenus (7), qui hujus libri auctorem (qui est ipse Spiritus S.) accusat, quasi degeneri quādam et feedā sapientie sue ostendandæ vanitate, simulque ut omnem, quam comparaverat, fabularum et profanarum historiarum mercem expanderer, Jobum ipsum absurdum et tanto viro ejusque religione indigna locutum induxerit, quibus non morum adficationi, sed potius corruptioni serviret. Verum hanc Theodori Mops. blasphemiam in solutione objectionum confutabimus.

ARGUMENTA CONTRARIA.

411. Argum. I. In libro Jobi, inquit Joannes Clericus (8) divini nihil est, vel propheticī. Dicta enim anicorum ejus non habent auctorem Deum; et dicta Jobi quæcunq; sunt, quæ vel profano homine prorsus indignæ et quæ tantum non in blasphemias vergant. — Resp. In primis falsissimum est nihil divini aut propheticī in hoc libro contineri. Quid enim aliud, quām illustris de Christo et resurrectione mortuorum prophetia sunt illa Jobi (9) verba : *Scio enim quid Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terrā surrecturus sum, et rursus circumdabō pellemeā, et in carne meā videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non aliis. Quem locum ex libro Job cūm adduxisset*

(1) Job. 39, 52.

(2) Prolegomeno X, Quinquag. 2, cap. 24.

(3) Praefat. in librum Job cap. 8.

(4) Prolegomeno IX in librum Job.

(5) Vide supra de libro Tobiae quest. I, num. 4.

(6) Ibidem, num. 1, 5.

(7) Vide synodus V œcumēn., seu constantino-

pol. II, collat. 4, art. 65.

(8) In Judic. de Hist. Crit.

(9) Job 19, 25, 28.

(1) Vide Calmeti Comment. in Job. 28, 12.

(2) Vide Tirini Comment. in Job. 39, 54. Et 40, 5.

(3) Praefatione priori in L. Job.

S. Hieronymus (1), statim subdit : *Quid hæc prophetia manifestis? Nullus tam aperè post Christum, anam iste ante Christum, de resurrectione loquatur. Similiter S. Augustinus (2) post recitata illa verba : Et in varne meâ videbo Deum, mox addit, quod de illo tempore prophetauit (S. Job), quando Christi Deitas habitu nostræ carnis induita est.*

Et S. Gregorius M. (3) Christi incarnationem à Jobo dicit esse prædictam, ac alibi (4) ait : « Crebrò dixisse e me memini, quoniam beatus Job passiones Redemptoris nostri, ejusque corporis, id est, sanctæ Ecclesie, et passione signavit et nomine... Sanctus Job per vulnera et verba sic loquatur sua, ut etiam nostra significeret, et plerūque per prophetice spiritum futura narraret, presentia transcendat. Quibus verbis S. Gregorius simul innuit, non tantum verbis, sed factis etiam prophetari posse et signis, quod fecit, e. g., Isaías (5), Jeremias (6), Ezechiel (7), qui in seipsis futurorum signa quedam edidere prognosticè. Et sic etiam, si quæ passus est Jobus, et quæ post passionem consecutus fuit, attinetè consideres, videbis in illo patientis Christi, et deinde gloriösè resurgentis non adumbratam et obscuram, sed vivam quamdam, et spirantem imaginem. Nam Job percussus fuit aut lepræ aut alio morbi genere tam acerbè, ut in toto corpore nihil esset à dolore vacuum; talem quoque Isaías (8) intuebatur Christum patientem. Job Satanae traditus est, ac despctus à suis, et ab illis illusus, quibuscum antea familiariter vixerat, et amicè; quod idem enim accidit Christo in passione derelicto à suis (9), et tenebrarum potestati tradito (10). Job post durum certamen, post squalorem et ignominiam, ad gloriam rediit, et multò ampliora consecutus est, quam ante perdiderat (11), in quo gloriam illam et splendorem expressit, quem post passionem Christus redivivus obtinuit. Atque hunc parallelismus inter Christum et Jobum carpitum hic delibatum prolixius desribunt Pineda (12), Salianus (13), et Goldhagen (14). Quare si ullus typicè Christum patientem et post passionem gloriösè redivivum adumbravit, Job sanè omnium maximè; atque ideo in hoc prophetandi genere princeps fuit. Unde optimè Beda (15) inquit : *Sanctus Job, vir summa patientia et virtutis, Deique testimonio appellatus, multa de Domino prophetavit, cuius etiam ipse personam figuraliter gessit.*

112. Porrò, cùm Joannes Clericus in allatâ ad ini-

(1) Ad Pammach. contra Joan. Hieros.

(2) Tom. X inter Homilias de Tempore, Serm. de Nativitate Domini.

(3) L. 14 Moral. cap. 26.

(4) L. 17 Moral. cap. 1.

(5) Cap. 20.

(6) Cap. 27, v. 2.

(7) Cap. 4.

(8) Cap. 53, v. 2, 6.

(9) Matth. 26, 56.

(10) Luc. 22, 55.

(11) Job. 42, 12.

(12) Comment. in Job. P. I. in Præfat. cap. 7.

(13) Tom. I Annal. Eccl., p. 330.

(14) Introduct. in S. Scriptur. P. II, p. 220, num. 125.

(15) In principio libri primi Expositionum in Job.

tum hujus numeri objectiono sit, *dicta amicorum Jobi* (in ejusdem libro relata) *non habere auctorem Deum*, ideoque librum Job negat esse divinum et Canonicum, suam aut ignorantiā, aut militiam manifestè prodit, nihilque prorsus hoc argumentandi generē contra Canonicā auctoritatē libri Job evincit. Nam ut liber aliquis sit Canonicus, plus non requiritur, quam ut Deo auctore seu tanquam verbum suum dictante sit scriptus; non verò, ut omnia quæ ibi narrantur ut dicta, Deo auctore sint dicta. Alioqui expungendi essent prorsus à Canone illi libri, in quibus à sacro historico aliorum mendacia aut ficta commenta referuntur; qualia, e. g., fuerunt, quæ David, cùm Saulis vesanum furem declinaret, dixit ad Sacerdotem Achimelech (1), aut ad Achis regem Geth (2); aut quæ dixit Amalecita (3) narrans Davidi Saulis mortem, ut suo loco (4) probavimus; nemo tamen ideo negabit libros illos Regum, in quibus hæc narrantur, Canonicæ fidei pondus habent, quæ dicta narrantur, sicut quando Codex sacer narrat aliqua gesta esse, de fide est, ea gesta fuisse, non tamen eadem semper Deo auctore sunt gesta, sed sèpè sunt peccata et scelerā.

At dices : Si in amicorum Jobi verbis error aliquis aut culpa est, quomodo illorum verba S. Paulus tanquam laudabilia adducit, dicens (5) : *Sapientia enim huius mundi stoliditia est apud Deum; scriptum est enim : Comprehendam sapientes in astutia eorum. Quæ ulma verba (6) protulit Eliphaz Jobi amicus.* — Resp. : Non omnia amicorum Jobi verba sunt culpanda, sed, ut Sanctius (7) rectè observat, ipsorum propositiones generales (quas logici majores appellant) omnes sunt, aut certè pleraque, veræ, ac alias Scripturæ locis comprobatae, quanvis in applicatione carum ad sanctum Job illi errarent. Cæterum, in hoc ipso loco Pauli ad Corinthios satis indicatur, librum Jobi esse Canonicum; sic enim verba ex libro Job desumpta ibi citat Apostolus, quomodo citare illa assolit, quæ ex Scripturâ sumit. Ait namque, *scriptum est enim*; qui modus loquendi adhiberi non solet nisi cùm ex Scripturâ sacrâ verba promuntur. Et cum his verbis ex libro Job sumptis : *Comprehendam sapientes in astutia eorum*, alia conjungit, quæ negare potest nemo Canonicæ fidei habere pondus, cùm sint ex Psalmo 93, v. 11. Et iterum (dicit, nempe Scriptura) : *Dominus novit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt.*

113. Corollarium : Colloquia amicorum Job in iis,

(1) 1 Reg. 21, 2; vide Cornelium à Lap. in hunc locum.

(2) 1 Reg. 27, 40.

(3) 2 Reg. cap. 1.

(4) P. III. S. Scriptur. contra incred. propug.

Q. XXII.

(5) 1 Cor. 5, 19.

(6) Job. 5, 15.

(7) Comment. in Job. 4, 1, num. 7.

que cum aliis Spiritu S. oraculis seu Scripturæ locis consentium, authentiæ fidei valent; ac licet amici Job locuti non fuerint, ut Prophetæ aut homines theopneusti, fuere tamen viri à pietate et rerum humanarum ac divinarum scientiâ commendati, quorum dicta, qualiaconque demum fuerint, scriptor theopneustus libri Job fideliter recenset, atque ex eorum verbis, inquit S. Augustinus (1), potest aliquam sanam sententiam asserere, qui norit sapienter dicta discernere.

114. Denique de querelis Jobi, et nonnullis asperius ad speciem ab eo prolatis, que Joannes Clericus Canonice auctoritatibz libri Job obstat putat, dicemus infra singulare questione (2). Interim id solum observo generatum: cùm beatus Job variis totius libri, nomine ipsius inscripti, locis, maxima patientie, spei et fiducia exhibeat argumenta: cùm idem divinâ sententiâ iteratò absolvatur (3), quod labii suis non peccaverit, licet leviores nraeos, quorum à Deo veniam (4) demissè expedit, nonnullos admiserit; cùm insuper ipse et Propheta et Christi Jesu typus fuerit, pleraque ejus verba non ex superficie litteræ, sed ex mystico in iis latente sensu, quem SS. Patres, presertim S. Gregorius M. (5) tam luculentely evoluti, sunt estimanda. Unde hic S. Pater (6) rectè monet, dicens: *Quædam verba re-sponsionum Job imperitis lectoribus aspera resonant, quia sanctorum dicta p̄e intelligere, sicut dicuntur, ignorant; et quia animam dolentis et justi in semetipsis assumere nesciunt, ideo doloris verba bñi interpretari non possunt.*

115. Argum. II Theodori Mopsuesteni. Auctor libri Job, inquit ille (7), fabularum et poeticorum eventuum profanam scientiam ostentat, et Jobum ea proferente inducit, que optimi viri sanctitati minimè respondent, et nequitiae potius, quam probitatis exemplum præstant. — R.: Ille blasphemus Theodori sunt potius contemnenda, quam multis refutande, cùm careant omni solidi fundamento, et pridem in concilio Vœcumenico, collatione IV, sint reprobatae. Dùm enim ibidem sephiaginta articuli Theodori Mopsuest. recensentur, ante articulum 63, hæc verba leguntur: *Ejusdem Theodori reprobatis et librum Job, et contra conscriptorum ejus, id est, sanctum Spiritum dicens, quod pagina sapientis hunc librum conscripsit. Et ante articulum 66, ita legitur: Et per omnia reprobans (Theodorus Mopsuest.) Scripturam Job, et conscriptori mal. dicens (idem autem est dicere sancti Spiritui) In fine interpretantis blasphemias suæ ita dicit, etc.* Ac post omnes ecensitos 70 articulos subditur: *Isti sunt thesauri*

(1) L. ad Oros. cap. 9.

(2) Quest. 4, num. 83.

(3) Job. cap. 1, v. 20, cap. 2, v. 10. Similiter in cap. ultimo, v. 7, Deus ad Eliphaz ait: *Iudicatus est furor meus in te, et in duos amicos tuos, quoniam non es locutus coram me rectum, sicut seruus meus Job.*

(4) Job. cap. ult. 3, 6.

(5) Exposition. Moral. in librum Job.

(6) In Prologo seu Draftu. S. Gregorius M., cap. 3; posita autem est hæc Præfatio ante expositionem Moral. in L. Job.

(7) Vide apud Binium concil. œcum. V seu Constantopolitanum II, collat. IV.

impiauit Theodori. Fundat quidem Theodus blasphemam opinionem suam in iis, que cap. ultimo libri Job leguntur, de imposito scilicet tertio Jobi filia nomine Amalthea. Nam art. 66, ita ait: *Hoc enim quod (scriptor libri Job) dixit, tertiam filiam suam Amalthea cornu eur (scilicet Jobum) vocasse, nihil aliud est quam ostendere, eum (nempe Jobum) paganis fabulis assentientem, e. idolatria figura diligentem.* Verum audax ille criticus hæc non attendit: scriptor libri Job (nimis Moyses vel ipse Job) vixit ante inventas etiunicorum fabulas, (1) adeoque Jobum non potuit ostendere *paganis fabulis assentientem.* Præterea, quamvis in textu greco Job 42, 14, dicatur: *Ἐτι τέταρτος... τρίτης ἀποδεῖται Κέρας: Ετ vocavit... tertium Amalthea Cornu*, tamen in textu hebreo non nomen poeticum, *Cornu Amalthee* sive abundantia sed *תְּבִשֵּׁבָתָה*, *Cornu seu vas pigmenti* legitur, quo cum nostra Vulgata latina, habens hoc loco *nomen Cornu stibii*, consentit.

Nec eastra Theodori Mopsuest. momenta meliora sunt: scriptor enim libri Job, quicunque tandem (2) censeatur, Jobum exhibuit (quem ipse maximè in scribendo scopum intendebat) tanquam illustre justitie et patientiæ documentum. Id nobis semper ratum erit certumque, Ecclesiæ maximè consensu nostram hanc sententiam prehante, quod usque contrarium omnino non fuerit demonstratum; contrarium autem nec Theodus Mops. demonstrare potuit, nec ullus alius unquam poterit.

Argum. III. impii Spinozæ, aliaque, que ab adversariis contra librum Job, ejusque Canonicam auctoritatem objici solent, jam supra (3) soluta sunt, aut in sequentibus questionibus solventur. Unde de his hoc loco agere supercedo.

116. Quæres IV: *An Job graviter peccarerit labii suis?* Antequam respondeam, observo, quod dubium hoc inde potissimum ortum sit, quia Job (4) maledixit diei sue natali, et optavit ut nunquam fuisse natu. Unde quidam Judei, et ex sectariis Brentius et Anabaptiste asservare, Jobum fuisse blasphemum, et male sentientem de divinâ providentiâ. His accessit Joannes Clericus (5), qui inde conclusit librum Job non esse divinum, utpote nihil sancti et divini, sed potius querelas Jobi continentem, vel ethnico homine, ut ait, indignas, et tantum non in blasphemiam vergeentes. Verum impia est hæc Clerici et aliorum criminatio. Nam ex multis argumentis, quibus Salmeron (6) Jobi immunitum ab omni blasphemâ et graviori peccato luculentè ostendit, sufficient hæc duo: 1^a Si Job blasphemando aut maledicendo peccasset, non fuisse à SS. Patribus et ab ipsa Scripturâ iteratò (7) propositus tanquam exemplar patientie et sustinentiar, sed potius

(1) Vide supra, num. 69. Scho'ion III.

(2) Vide supra, num. 68 et 70.

(3) Num. 72. Et universi tota quest. 1, presertim num. 66, 76.

(4) Job. 5, 1, etc. Item Job. 10, 1 et 18.

(5) Vide quæ supra, num. 78, diximus.

(6) Prolegom. X, in S. Scriptur. canon. XXVI.

(7) Tob. 9, 42. 3. Et in Epist. Cathol. S. Jacobi, cap. 3, v. 41.

*in detestationem impatiens et blasphemie. 2° Neque Deus post longam illam Jobi cum amicis suis disputationem dixi scilicet ad Eliphaz (1): *Irratus est furor meus in te, et in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me recte, sicut servus meus Job.* Nec evadit Iudeus dicendum, quod Job paenituerit, alii vero de peccato suo paenitentiam non egerint. Nam contra est: etiam alii, pro quibus exauditus est Job sacrificans (2), probabilissime de sua stultâ locutione paenitentiam egerunt, ut illis Deus remitteret, praesertim quia Deus, post verba modo citata, ad Eliphaz perrexit dicere: *Sumite ergo vobis septem tauros et septem aristes, et ite ad servum meum Job, et offerte holocaustum pro vobis: Job autem servus meus orabit pro vobis..... Abierunt ergo Eliphaz Thenanites, et Baldad Suhites, et Sophar Namuthites, et fecerunt, sicut locutus fuerat Dominus ad eos, etc.* Praeterea Deus illis verbis precedentibus: *Non estis locuti coram me recte, sicut servus meus Job,* laudat Jobum de tote progressu disputationis, in qua si Job labii graviter peccasset, falsum esset dicere, quod Job fuerit locutus rectum coram Domino, et socii seu amici ejus oppositum. Verum audiamus alia aduersiorum*

ARGUMENTA CONTRARIA.

117. Argum. I. Job maledixit diei nativitatis sue, et optavit, ut nunquam fuisset natus, ut patet ex his ejus verbis (3): *Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est: Conceptus est homo;* sed talis maledictio et optatio fuit grave peccatum. — R. Duplex potissimum aut triplex est modus, Jobum ita loquentem excusandi à gravi peccato. Primum est, quo S. Hieronymus (4), aliqui utuntur, dicentes, Jobum non suam hic solius calamitatem deplorare, sed communem, que ab originali labe emanavit in longam Adami posteritatem, lamentarique, quod ipse cum aliis Adae posteris in peccato, ex quo tot poena et miseria consequuntur, natus sit. Sic enim etiam alii Sancti et Prophetæ multum affligebantur in consideratione nativitatis sub peccato. Unde S. Hieronymus loc. cit., expendens illa Jobi verba: *Pereat dies, in qua natus sum, etc.*, expressè ait: *Nulli dubium est, quod hi omnes (loquitur de Jobo et Jeremiâ, qui (5) pariter in hæc verba: *Maledicta dies, in qua natus sum, etc.*, prorupit) prævaricationem Adæ detestentur.* Nimirum cap. 1 et 2, Job loquitur de suis afflictionibus sibi immisis, jacturâ scilicet bonorum et liberorum, ac ulcere pessimo, totum corpus depascente; in quibus tamen afflictionibus se adeo in Dei benephacitum resignabat, ut in nullam peccaminosam vocem erumperet. Verum post 7 dies, quas cum amicis in silentio transegit, immunditiam peccati contemplatus, in quo conceptus èt natus fuit, tanto ejus odio exarsit, ut in hac execrationis verba erumperet: *Pereat dies, in qua natus sum, et nox, etc., animo utique non alio, quam ut detestetur peccatum,*

(1) Job. 42, 7.

(2) Ibidem, 8 et 9.

(3) Job, 3, 5.

(4) Comment. in Job. 3, 3.

(5) Jereu. 20, 14.

in quo homines nasci contingit. Nec mirum, si Job notitiam habuit originalis peccati, illo tempore quo nondum erat data lex scripta, quia sive apprehendit illud, sicut cum dixit (1): *Scio, quid Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sim,* agnoscens se indigere Redemptorem. Ceterum peccati originalis in nos transfusi maculam Job etiam alibi (2) professus est, dum exclamat: *Quis potest facere mundum de inuindo concepimus semine? nonne tu qui solus es?* quem textum Patres aliqui interpres de immunitate per peccatum originale contractâ intelligunt (3).

118. Alter modus explicandi et à gravi peccato excusandi illa Jobi verba, *pereat dies, etc.*, ostenditur nobis à S. Thomâ (4), Sanctio (5), pluribusque aliis contenditibus, verba Jobi modo al'egata esse duntaxat vocem sentientis nature, non rationis alteri jugicantis. Scipio enim dolor et afflictio vehemens vocem exprimit gravis doloris testem, etiamsi ratio contra sentiat, inò quod patitur, eligit et amet. Sic strenuus miles aut gladiator robustus gemunt interdum accepto vulnere, et cùm dolent gemantque, tamen neque vulnus statim alligant, neque vita conservandâ desiderio aciem aut arenam deserunt, nec mortem evitant, quam ante oculos obversari vident. Item fermè in agroto quotidie videmus, qui horret cauterium et chirurgi manum, et potionem amaram; quam cùm presentem habet, fastidente ac naufragante stomacho, hanrit tamen non illibenter, et agit gratias illi à quo eam preparari atque propinquari contigit. Sed optimum habemus exemplum in Christo, cuius in suis afflictionibus Job referebat imaginem (6): nam cùm crucem et passionem appeteret usque ad eò ut quamlibet moram existimaret esse instar mortis, ut ex ejus desiderio (7) clamaret coartari se, id est, spirillum suum affligi vehementer, donec suo se sanguine baptizaret; nihilominus in ea nature sentientis infirmitas ita horrebat mortem, et dirum illius genus, ut tederet paveretque, snumique dolorem sanguineo sudore testaretur, et voce habituque maximè significante oraret, ut à se propinati calicis amara potio, si consentiente divino Patre id fieri posset, transiret (8).

Sed dices illam Jobi querimoniam, *pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est: Conceptus est homo*, vocem impatiens esse animi; neque enim tantum dolet, sed etiam malum aliquod imprecatur diei in qua natus, et nocti in qua conceptus est, quod non videtur à gravi aliquâ culpâ excusari posse.—Resp.: Si Job maledicendo diei nativitatis sua graviter peccasset, etiam Jeremias, qui pariter diei sue natali male-

(1) Job. 49, 23.

(2) Job. 14, 4.

(3) Vide Pinedam, Comment. in Job. 14, 4.

(4) In cap. 5 Job, locutione 1.

(5) Prolegom. V in librum Job. Item Comment. in Job. 5, 1.

(6) Vide supra, ad finem numeri 78.

(7) Luc. 12, 50, ubi Christus ait: *Baptismo autem habeo baptizari: et quoniam coartor usque diu perficiatur?* quia verba de passione Christi intelligenda sunt, prout Calmet aliqui interpres exponunt.

dixit (1). *Gravis peccati arguendus esset; quod nemo Patrum aut interpretum orthodoxorum de prophetā in utero sanctificate (2) asserere unquam ausus est. Nimirū hi et similes modi loquendi: Maledicta dies in quā natus sum, etc., in quibus aliqua apparet execratio, tantum significant dolorem acerbissimum, neque valent alius quām interjectio heu, hei, va! ut exponit Theodoretus in locum citatum Jeremias, et Chrysostomus in Catenā ad cap. 3 Job. Neque videtur verisimile, viros hosce tantos, tamque illustratos divino lumine, execrationes has diras intorquere voluisse, aut in res inanimatas, que peccaverunt nihil, aut in tempus illud, quod jam omnino praetierat, neque pati aliquid poterat ab excratorio diroquo illo convicio. Igitur Job et Jeremias supervenientib[us] sibi tribulationibus magnis maledixere diei nativitatis suæ, ut ostenderent, se esse in tantis miseriis, ut vita sua secundum partem inferiorem seu appetitum sensitum, quem homines ut plurimū sequi solent, odibilis sibi sit et onerosa. Consuetum enim est apud sapientes, ut passionum suarum motus, quos sentiunt, manifestent, licet ratio seu anima pars superior illus non approbet. Confirmatur hæc explicatio ex eo, quia sacer textus (3) de Jobo ait: *Post haec, i. e., post septem dies ab amicorum adventu, aperuit os suum, et maledixit diei nativitatis suæ. Ex quo facile colligitur, quod Job ex nullā animi graviter vitiōsa perturbatione locutus sit, quæ non tanto tempore dedisset quietem et silentium, sed ex ratione et natura deliberatione. Dicitur enim, quod aperuerit os suum, non solum ad significandum, quod prolixiore sermonem esset habiturus, et de rebus magnis et gravibus, sed etiam ad insinuandum, quod ex deliberata et meditata ratione hæc loqueretur. Cum enim quis passione aliquā agitatus in verba prorumpit, non ipse sibi propriè os aperit, sed passione, e. g., ira aut dolore, et quidem preporè agitur ad loquendum. Vide S. Thoman (4).**

Ceterum, etiam si Job (idem est de Jeremij) citatis verbis verè maledixisset diei nativitatis suæ, non sequitur, quod graviter peccaverit.^{*} Nam justa de causa licitum est optare irrationalibus creaturis (5), e. g., diei nativitatis malum, nempe ut non sint, aut ut careant aliquo suo ornamento, ut Tirinus (6) cum aliis rectè observat. Neque verò lèditur hic charitas, cùm adversus irrationalib[us] non sit charitas. Suppono autem non maledici eis, quatenus creature Dei sunt, neque in odium proximi, sed solum ut sunt causa, exordium, aut occasio malorum. Porrò licere volitione inefficiac[i] et conditionat[ur] ac gravi de causâ desiderare se natum non esse (dummodò absoluta et efficaci vo-

(1) Jerem. 20, 14, ubi hic Propheta ait: *Maledicta dies, in quā natus sum; dies, in quā peperit me mater mea, non sit benedicta.*

(2) Jerem. 1, 5.

(3) Job. 3, 1.

(4) In Job. cap. 3, lectione 4.

(5) Imo etiam irrationalibus creaturis licet in certis circumstantiis certa ratione optare malum, ut theologi Morales explicare solent.

(6) Comment. in Job. 3, 1.

luntate resignatus sis in omnem voluntatem Dei, ut erat Job), patet etiam ex ipsis Christi exemplo orantis (1): *Transeat à me calix iste.*

119. Tertius modus à gravi peccato illa Jobi verba, *percat dies, etc.*, excusandi est, si cum Calmeto (2) et aliis dicamus Jobum, qui erat vir *magnus inter omnes Orientales* (3), etiam in modo loquendi secutum esse stylorum Orientalium. Notandum enim est Orientalium populorum stylum magis elatum, vividum atque patheticum esse, quām nostrum. Igneum quid spirat et hyperbolicum, ut frequenter ipsorum verba et phrases debeant infra veram earum significationis vim accipi, si genuinum earum sensum assequi velimus. Jeremias (4) easdem formæ ac Job adhibet voces, maledicentie diei nativitatis suæ; eas certè, quas nigrè possis in homine quovis alio excusare. Psalmi (5), aliique Scriptura textus non raro locutiones continent, quæ primo intuita nimis acres et vehementes videntur. Nempe hi impetus qui videntur reverentia et obsequio in Deum adversari, merissimè sunt hyperboleæ aut figuratae locutiones ex more Orientalium. Igitur etiam verba Job in mitiorem sensum revocanda sunt, et semper præ oculis habendum D. Gregorii monitum supra (6) indicatum, docentis verba Jobi que nimis aspera videntur, mitiori sensu intelligenda esse. Igitur verba quibus Job maledixit diei nativitatis suæ intelligenda sunt in sensu num. 84 vel 85 indicato, aut alio Jobum à gravi peccato excusante.

Et profectò, si Job verè in gravis impatientia et blasphemie sceleris lapsus esset, Satan de eo triumphasset, et laudes patientiae ejus à Scripturâ (7), et Patribus (8) assertæ mendaces forent, quod nemo orthodoxorum dixerit, nec dicere potest. Verbis igitur Job sensus attribuendus est, qui procul absit à blasphemia atque impatientia graviter peccaminosa, quas præ se ferre primo aspectu videntur.

Non idem tamen adeò excusandus est Job, ut singula ipsius verba probare conemur: quædam enim acria nimis ac violenta videntur; ac heros noster similis bellatorii fuit, qui, hostis quidem impetum fortiter prospulsat, ipsumque demum prosternit, atque vincit; non tamen quin et ipsi quædam vulnera saltem levia et non mortifera fuerint inflicta, ut ex sequenti quæstiōne à nobis discutiendā palam fieret. Job spiritu blasphemiae tentatur; intrinsecus acerrimis stimulis urgetur; eos patitur pluribus diebus, aut fortassis mensibus; tandem luctus, ac lacrymæ excedunt; cor ipsius

(1) Luc. 22, 42.

(2) Comment. in Job. 5, 1.

(3) Job. 1, 3.

(4) Jerem. 20, 14.

(5) Exempla habemus Psalm. 42, 4, Psalm. 43, 24.

(6) Num. 80.

(7) Tob. 2, 12. Et in Ep. Cath. S. Jacobi e. 5, v. 41.

(8) Tales sunt Tertullianus L. de Patientia c. 44; S. Chrysostomus Homil. 5 ad populum Antiochenum, initio; S. Gregorius Nazianz. Orat. 24 in laudem Athanasii; Sulpitius Severus, L. 1 Historie sacrae; S. Cyprianus L. de Bono patientia. Illi omnes expressè dicunt Jobum fuisse invictæ patientia, et nullis Satanae tentationibus potuisse frangi, prout legenti ipsorum verba loco citato patebit.

coram suis amicis effunditur, dolorem suum acribus sané, vehementibusque vocibus testatur, qui tamen graviter violet reverentiam, quam Providentia, ac sapientia Dei debet. Non nihil acutissimo dolori conceditur, veluti ergo acerrimis morbi cruciatibus laboranti.

120. Argum. II. Job ad finiendam miseram vitam suam elegit suspendium et mortem, ac desperavit, prout ipse ait (1) his verbis : *Quonobrem elegit suspendim (hebraicè strangulationem, chaldaicè suffocationem) anima mea, et mortem ossa mea. Desperavi, nequaquam ultra jam vivam; ergo graviter peccavit.* Resp. : Dist. ant. Elegit suspendium anima Jobi, hoc est, parti inferiori seu appetitiū sensitivo mors violenta videbatur optabilior, quām ulterior sustinentia tantorum dolorum et calamitatum, conc.; in hanc tentationem Job deliberatā voluntate consensit, neg. ant. et cons. Cōm nullum haberet tempus Job à miseriis et doloribus vacuum, nec spes levamenti et quietis appareret, consilium sese offerebat desperationis plenum. *Offerebat*, inquam, non probabatur, aut placebat Jobo, quod suggerebat dolor, neque improbabat animalis natura, quia hæc majora neque meditabatur, neque nōrāt incommoda; at refutabat ratio, horrebatque vehementer, quia et rationali nature, et divinæ legi violentiam sui ipsius occisionem repugnare didicerat. Erat itaque pulsus quidem à naturā sentienti, cui supra modum et vires videbatur ulterior dolor, vel potius à diabolo, qui nequaquam aberat. Sed longè aberat à consensu religiosus Johi animus, et jam pridē et doctrinā sana, et honestis moribus institutus. Porrò ratio ita respondendi sunt omnia illa, que præcedentibus numeris 85 et 86 diximus.

Ceterum, quandò Job loc. cit. ait : *Desperavi*, hæc non fuit vox desperantis de beatitudine seu salute aeternā (de quā nullus hic sermo), sed de vitâ et salute corporis, seu sanitate naturaliter recuperabili. Hinc statim subdit. *Nequaquam ultra jam vivam*, rogatque Deum, ut pauxillum, quod reliquum est vitæ, duci sinat, peragique clementiū, et parcīus feriat, ac temperet stimulus, quos prius exacerbat. Hoc enim juxta S. Thomam, Pinedam, Sanctiū, aliosque interpres sibi volant illa verba immediate subsequentia : *Parce mihi, nihil enim sunt dies mei.* Itaque sensus verborum Jobi cap. 7, v. 16, dicentis : *Desperavi, nequaquam ultra jam vivam; parce mihi, nihil, enim sunt dies mei*, est iste : Abjeci omnem vivendi spem, quia tanto malo non video adhiberi posse medicinam. Quare, ô Domine, quandò recusari non potest vicina mors, parcīus, obsecro, et clementiū percute; et stimulus tempora heu nimium hactenus acutos, ut pacificè moriar, quod extremum est in hoc mortali statu beneficium. » Nimirū sic erat calamitatibus affectus Job, et exhaustus, sic omnes videbat aditus ad spem de recuperandis viribus concipiendam interclusos, ut animum de sanitate corporali recuperanda omnino desponderit, neque credere ut usuram futuram esse diurnam ærumnosæ vitæ.

(1) Job. 7, 15 et 16.

Atque ideò cùm jam sibi persuasisset instantem supremum dicim, sese ad Dominum supplex convertit, oratque ut quandò quod superest vite exiguum est, illud velit sic moderari, ut respire paulisper. Et quandò recusare non potest, quin spiritum agat, moratur saltem pacificè, quod extreum est in hæc vitâ mortali beneficium.

121. Quæres V : « An Job saltem leviter peccaverit labiis suis? » Resp. affirmatiæ. Id enim patet ex ipsâ Jobi confessione (1) dicentis : *Qui leviter locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meum*, h. e., cùm locutus fuero parum consideratè et leviter, respondere Deo quid possum? Quare satiū duxi, continere linguam, et pro responso adhibere silentium. Tum in confessione sùa Job pergit (2) : *Unum locutus sum, quod utinam non dixisse, et alterum, quibus ultra non addam*; h. e. : Unum fateor, et alterum verbum locutus sum, cuius me pudet ac pœnitit, neque committam unquam, ut in verbum aliquod deinceps simile prolahar, et iterum alibi (3) : *Inspicienter locutus sum, et que ultra modum excedenter scientiam meam*; ergo S. Job saltem leviter peccavit labiis suis. Confirmatur ex S. Thomâ, qui in illa Scripturæ (4) verba : *Dominus quoque conversus est ad pœnitentiam Job, cum oraret ille pro amicis suis*, ita ait (5) : *Dignum enim erat, ut qui pro levi suo peccato humiliiter pœnitibat, etiam alius graviter (6) peccantibus veniam impetraret.* Et ex S. Hieronymo (7) dicente : *Job, qui justus et immaculatus ac sine querelâ in principio voluminis sui scribitur postea et Dei sermone et confessione sul peccator arguitur.* Ac etiam ex unanimi interpretum, qui, dûm in textus Scripturæ paulò ante citatos commentantur, asserunt, Jobum labiis suis venialiter peccasse, scilicet quia in loquendi modo signa quædam dedit hominibus externa tantum intutibus impatientis animi, quia temerè, nimis audacter, et re non sat maturè excusâ locutus est, dûm plusculum quesitus est de Deo, cum eo contendere gestiens, quasi prelatis sue justitiae et plene innocentiae, adversus inscrutabile judicium Dei. Vide Sanctiū (8), Tirinum (9), Pinedam (10), aliosve insignes in librum Job

(1) Job. 39, 34.

(2) Ibid., 35.

(3) Job. 42, 3.

(4) Ibid., 10.

(5) In Job, cap. 42, lectione unicâ.

(6) Tres amici Job graviter peccarunt, videlicet nimia acrimonia et injuristiâ de Jobi hominis sanctissimi meritis tenerè judicando. Indicant idipsum illa Domini ad Eliphazem verba, Job. 42, 7 : *Ira tuus est fur meus in te, et in duos amicos tuos, quoniam non esitis locuti coram me rectum, etc.* Inter hos tamen amicos non erat Eliu, qui minus peccavit, minùsque erravit, et non tam in præterita vite Jobi criminibus probandis, quām in hujus respondentib; et ad Deum judicandi provocandi constantiâ et fiducia comprimendâ laboravit, ut in Pineda, in Job. 32, 6, observat.

(7) Epist. 46.

(8) Comment. in Job. cap. 39, v. 35. Et c. 42, v. 3.

(9) Comment. in Job. c. 59, v. 54. Et c. 42, v. 3 et 4.

(10) Comment. in Job. c. 39, v. 35, num. 3. Et c. 42, v. 3, num. 3.

commentatores. Ergo Job saltem venialiter peccavit labiis suis.

122. Neque opponas 1º: Ipsa Scriptura (1) testatur: *In omnibus his non peccavit Job labiis sui, neque stultum quid contra Deum locutus est.* Et iterum (2): *In omnibus his non peccavit Job labiis suis;* ergo neque venialiter in loquendo delinquit. Ne, inquam, sic opponas. Nam ex duobus hisce textibus sacris, quorum primus in primo, alter in secundo capitulo libri Job continetur, tantum habetur, quod Job non peccaverit in his, quae cap. 1 et 2 dixisse narratur; nequitnam autem iude sequitur, quod neque in aliis, que in longo illo discurso, per plura capita cum amicis suis (5) habito, de divina providentia dixit, ullo modo peccaverit.

Si dicas: Job neque peccavit in longa illa cum amicis suis disputatione, quia cap. 27, v. 6, expressè de sedicit: *Justificationem meam, quam capi tenere, non deseram; neque enim reprehendit me cor meum in omnivita mea.* Job in his verbis seipsum tantum justificat à gravibus illis peccatis, ob quae amici temerè putabant, ipsum à Deo tantis misericordiis et afflictionibus puniri: non verò se justificat ab omni levi peccato; inquit ipse metu alibi (4) de se fatetur: *Leviter locutus sum... unum locutus sum, quod ultram non diximus... insipient locutus sum, etc.,* videleat non satis cautè loquendo de divina providentia (3).

Eadem est responsio, si dicas: ipse Deus ad Eliaphazem de Jobo ait: *Non es locutus coram me rectum, sicut serrus meus Job;* ergo Job rectè et sine peccato locutus est. Nimis huc Domini verba eo tantum sensu intelligenda sunt, quod Job labiis non peccaverit graviter; sicut tunc peccaverant amici ipsius, qui temerè judicabant, Jobum ob graviam sua peccata tam severè puniri à Deo, et petulantius ac acerboribus verbis id afflito exprobabant.

123. Oppon. II. Job in suis doloribus et afflictionibus constitutus, figura fuit Christi patientis: atqui in eo, qui Christi figura seu typus est, non videtur decens ultra vel levissima peccati suspicio, aut impatientis animi significatio, alioquin non esset effigies vera, inquit neque honesta, cùm aliud videamus in figura, idque parum honestum et pulchrum; aliud in eo, quod figuratur. Resp.: Nego suppositum, quod typus seu figura idem amittat nomen, aut naturam typi seu figuræ, quod leviter aberret à prototypo, aut non omnes illius partes assequatur et exprimat. Certe, si spectemus alias Christi figuræ, quæ in S. Scripturæ extant non paucæ, in ipsâ etiam actione, in qua illustre illud expresserunt exemplar, inveniemus aliquid, quod non agnoscamus in adumbrato Christo. Exemplo nobis siuat Samson, David; inquit, ut docent Hieronymus (6), Augustinus (7), Gregorius Ma-

gnus (1), Eucherius (2), qui suam sententiam variis confirmarunt exemplis, non solum bonus in re omnino bona, sed etiam malus in re malâ typos esse potest rei bone. Sic David videns inter deambulandum in solario suo Bethsabee; eamque malè concepiscens, iuxta S. Gregorium loc. cit., figura fuit Christi Domini copulantis sibi legem, ut Judæi ex carnali ejusdem intelligentia emergenter ad spirituale. Similiter S. Eucherius (3) expendens concubitum Loth cum duabus suis filiabus, patrem suum ante haec in scœnâ studiōsè vino inebriantibus, agnoscit typum Christi in Loth, et duorum Testamentorum iudicibus illis filiabus, S. Augustinus quoque loc. cit., de hoc facto loquens ait: *Illiud facut, cum in S. Scripturâ narratur, prophetia est; cum vero in illorum ritu, qui hoc commiserant, consideratur, flagitium est.* Tacco alia hujuscemodi exempla. Nimis huc quemadmodum periti pictores interdum formare solent imagines, quæ ex uno angulo spectante representant, e. g., hominem, ex altero verò monstrum; ita rector universi interdum permittit actiones malas, quæ, ut Augustinus ait, in suis auctoribus sunt flagitia, respectu aliorum verò promissiones et prophetia.

124. Oppon. III. Job fuit Prophetæ, seu homo propheticus spiritali impulsu ad loquendum: ergo nec graviter, nec leviter peccavit labiis suis, quia spiritus propheticus seu à Deo immisus ne quidem ad verbum venialiter peccaminosum impellere potest. Resp.: Non omnia, quæ dicitur Prophetæ, spiritu fundunt propheticu, sed interdum suo ducuntur, inquit abducuntur spiritu. Unde nonnunquam reprehenduntur à Deo, quod aliqui fecerint, dixerintque, et mintis sanctè et non valde attemperatè ad rem. Exemplo esse poterit Jonas, in cuius verbis non pauca sunt, quæ à divino atque propheticæ afflato recesserunt. Neque verba de sunt in aliis prophetis, quæ ex affectu humano potius, quam à propheticæ prodierunt, quæ ipsi damnarunt postea, et de quibus ignosci sibi à Deo petierunt. Vide S. Thomam (4), et S. Gregorium (5). Sic ergo Jobus, etsi Propheta fuerit, multa tamen suo sensu ac spiritu locutus est; è quorum numero sunt illa, quæ reprehendit Dominus, et quæ ipse Job illustratus à Domino condemnat, et à quibus in posterum sibi cavendum esse dicit (6).

Scholion. Quamvis Job ex inspiratione Spiritus S. ne quidem leviter peccabit, potuit tamen postea locutiones suas leviter peccaminosas ex inspiratione Spiritus S. scripto annotare, et verisimiliter eas annotavit, ut in prefatione ad librum Job diximus. Etiamsi enim Spiritus S. non possit esse auctor levis peccati à Jobo commissi, potuit tamen esse auctor libri Job, in quo hoc narratur; sicut multa alia peccata in S. Scripturâ narrantur, sed non approbantur.

(1) L. 3 Moral. cap. 21.

(2) L. 2 in Genes. cap. 30. Item in fin. Commentarii in L. 1 Regum.

(3) L. 2 in Genes., cap. 50.

(4) 2-2, q. 471, art. 5.

(5) Hornii. 4 in Ezechielem.

(6) Job. 39, 55, et Job. 42, 5.

125. Quæres VI: *Num credibile sit, quod tres amici Job, Job. 2, 13, sederint cum eo in terra septem diebus et septem noctibus, et nemo ei locutus sit verbum toto hoc temporis spatio?* Resp.: Quamvis Origenes, vel auctor Commentarii, quod illius nomine inscribitur, libro 3 dicat, amicos Job septem continuis diebus et noctibus jugiter Jobo adhaesisse, quin liberebunt vel comedenter eo omni temporis intervallo, sed supernaturali quādam ac divinā virtute fuisse nutritos; tamen necesse non est, tale miraculum adstruere, sed cum Olympiodoro, Pineda, Menochio aliisque interpres melius dicunt, verba illa Scriptura: *Sederunt cum eo in terra septem diebus, et septem noctibus, et nemo ei loquebatur verbum, non accipienda esse strictissimè, sed moraliter, sive ita, ut discesserint tamen subinde sumendi cibi, aut somno curandi corporis causâ, summo tamen usque iterum redeentes, usque in multam noctem apud ipsum morati fuerint; fermè sicut de Anna (1) dicitur: Non discedebat de templo, hoc est, frequentissima erat in templo, ac penè assidua; vel sicut Jacob (2) ad Labanum ait: Die nocteque astuta urebar et gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, sicut per viginti annos in domo tua serviri tibi, non quasi Jacob tota illo tempore nunquam subierit tectum, neque ullam quietis partem captaverit, sed duntaxat significare voluit moralem continuationem sui laboris surarumque vigilarum. Porro Scriptura non ait, quod amici Job septem diebus et septem noctibus prorsus nihil locuti fuerint, sed tantum quod ei, h. e., Job, non sint locuti propter magnum dolorem et miserium, cui immensus jacebat; nam post illa Scriptura verba nemo ei loquebatur verbum statim additur: Videbant enim dolorem esse vehementem. Unde amici Job nil aliud agebant, quam in gemitis ruerent, atque in silentio plorabant, quin se ad Jobum converterent, cumque ad loquendū cogerent; sed hand dubiè locuti sunt inter se, et cum ejus uxore et domesticis, qui accedebant visuri, quid Job ageret, vel ab ea recedebant; Jobo ipsi vero inter summos dolores et acrunas afflictissimo noblebant esse molesti eum suscitando vel alloquendo. Volebant igitur expectare, donec res mutaretur, et Job vel expiraret, vel ipse inciperet loqui, prout etiam postea, cap. 3, aperauit os suum, et coepit loqui.*

126. Quæres VII: « Quomodo Job, cap. 49, 17, dicere potuerit: *Orabam filios uteri mei, h. e., si quare in meis misericordiis indigebam, orare et supplicare fieri debebam filii meis; cum tamen, cap. 4, 19, omnes ejus filii et filiae jam ante ruinā domūs obtriti dicantur?* » Resp.: 70 Interpretes habent: *Filios concubinarum mearum, seu secundariarum uxorum* (3),

(1) *Luc 2, 37.*

(2) *Genes. 31, 40 et 41.*

(3) *Nomine concubina apud profanos auctores duncupari solet feminā, que sine legitimis nuptiis viro tanquam nupta adjungitur. Alium tamen longē sensum huc vox in Scripturā obtinet: eo enim nomine in sacris litteris feminā significatur, que legitime viro alicui nupta, legitima et propriè dicta erat hujus uxori, sed tamen honorem et domūs administrationem uxori*

Nam filii primariae uxoris Jobi omnes interempti jam erant, scilicet ruinā domūs obtriti.

127. Quæres VIII: *Quomodo illud Job. 27, v. 6: Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea, conciliandum sit cum illo Job. 7, 20: Peccavi! quid faciam tibi, & Custos hominum?* aut cum aliis textibus, in quibus Job fatetur se peccasse? » Resp.: In secundo textu solùm est sermo de peccatis levibus et quotidianis; in primo autem de gravibus illis, quae viro sancto ab amicis tuis objectabantur (1). Nimirum peccasse se (saltē leviter) fatetur Jobus, dum urgente dolore minus quam fas esset, moderatè loentus est; aut etiam in sermonibus nihil peccatum esset, tamen quia bonarum est mentium ibi timere, ubi nihil est, quod timeas; in metu erat, ne in illo dolorum astu fecisset, ant cogitasset aliquid quod religiosum hominem parim deceret. Atque idèo pro erratis, offenso Deo satisfactum esse cupit, et satisfactō modum ab ipso querit: *Quid faciam tibi, & Custos hominum?*

Similem ferè responsionem suggredit S. Thomas, alique d'entes Jobum non absolutè asserere voluisse se peccasse, sed ut ipses bonarum mentium est, timuisse ne peccaverit, et in citato textu particulam conditionalem si subaudiendam esse. Quasi dicat, si peccavi, aut esto peccaverim. Verba S. Thomae (2) sunt: « Et idèo subdit: Peccavi. Quasi dicat: Esto quod peccaverim, et propter hoc merear flagellari, et adhuc remanet ratio, quare mibi parcere debebas. » Atque huius responsioni plurimum faveat versio 70 Interpretum, quæ sic habet: *Si ego peccavi, quid potero facere, quis sis mentem hominum?*

128. Quæres IX: 1° *Cur Vulgata latina, Job. 29, 18, textum hebreum ita reddit: In viduō meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies;* cùm tamen vox hebreia בְּנֵי Chol, in textu Hebreo hic posita, nupsiam alibi in totâ Scripturâ significet PALMAM, sed ARENAM potius? 2° Vel an non melius loco vocis *Palma* hic ponetur *Phœnix* volucris, prout hæc vox in textu greco 70 Interpretum ponitur hoc modo: Εἰπε τι, ἡ γῆται μου γίγαντες ὀπέρα στέλεχος φυλακῶν, τοὺς γέρες βάσανον. Certè hæc vox phœnicem voluntatem hic significari docet R. Salomon, Mercerus, et quidam alii. Sed dein opponunt Deiste, et querunt: Quomodo fabulosa hæc avis congruat divino libro qualis dicitur esse liber Job? » Ad primum:

primariae edens; cavebaturque pactis dotatibus, n filii ejusmodi concubinarum seu uxorum secundariarum jus haberent ad hereditatem paternam, sed hæc integræ relicta filii primariae uxoris, que erat dominia totius familie, jubebantur certis muneribus seu donis pro arbitrio patris designandis esse contenti. Tales concubina seu uxores secundarie Abramini erant Agar et Cethura Genes. cap. 16, v. 1, 3. Et cap. 25, v. 1, 5 et 6. Taceo alia exempla Scripturæ de concubinis seu uxoris secundariis. Similiter igitur etiam Job ex ejusmodi concubinis seu uxoribus secundariis habuerit filios. Vide hæc de re à nobis iam dicta supra, num. 76.

(1) Vide supra, num. 122: *Si dicas.*

(2) *Lectione 4 in cap. 7 Job.*

Vulgatus interpres loc. cit. rectè posuit vocem *palmam* ex sequentibus rationibus. 1^o Ita legunt septuaginta Interpretes, *Vetus Itala*, et tota fermè vetustas, cum pluribus recentioribus. 2^o Quidquid in toto illo textu Jobi legitur, satis cum *palmam* congruit. Hæc enim arbor est maximè annosa, succisa facilè germinat, teste Plinio (1), et est mirè fœcunda. Unde plurimū servit exprimendo citatorum verborum Jobi censui, ut mox videbimus. 3^o Quadrant quoque in *palmam* arborem, quæ versu 19 proximè sequenti Job dicit: *Radix mea aperta est secus aquas; aquosa quippe loca amat dicta arbor, quod pariter Scriptura alibi (2) innuit his verbis: Venerunt autem in Elīm filii Israel, ubi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta *palmæ*. Igitur illorum Jobi verborum: In nidulo meonoriar, et sicut *palmam* multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas: sensum Sanctius in suā paraphrasi meritò ponit istum: Postquam longavam ego vitam, qualis est *palmæ*, pacificè moriar non extorris aut profugus; sed in domo mea velut in nidulo fortunatus et hilarius; et similis plantæ, quæ juxta recurrentes aquas depasta est in seraci gleba. 4^o Nec novum, nec infrequens est, quod in S. Scripturâ similitudo *palmæ* arboris in Iudeâ et Arabiâ celebratissimæ adhibeat. Sic legimus (3): *Justus ut palma florebit*. Sponsus in Canticis (4) Spouse sua proceram staturam *palmæ* comparat. Sponse coma ramis palmarum similis esse dicitur (5) Ipsa de se Sapientia cetera omnia infra se despiceret ait, veluti *palma* in agro Cades (6). Filii Aaron sacerdotes insigni corona Oniam summum sacerdotem ambiunt, quasi *rami palmæ* (7). Quid igitur nimirum, quod etiam Job similitudinem *palmæ* scopo suo tantoperè accommodata adhibeat?*

His omnibus, quæ lectioni Vulgate, Job. 29, 18, et sicut *palmam* multiplicabo dies, apprimè faverint, alii, qui hic loco *palmam* legendum putant *arena*, vel *Phœnix* volucris, unum opponunt, quod tamen pluribus æquivaleure argumentis existimant; nemp. vocem hebreum *Chol*, quæ hoc loco in textu hebreo ponitur, nullibi in Scripturâ *palmam*, sèpè autem *arenam* (8) designare. Frequenter quidem in sacris litteris vox *palmam* occurrit; sed in textu hebreo in nullo alio loco nomine *Chol*, sed nomine *תָּמָר Thamar* exprimitur (9). Nec Septuaginta vocem *Chol* alibi unquam, quam in hoc Jobi loco, de quo agimus, *palmam* reddiderunt. Neque in lingua chaldaicâ, syriacâ et arabicâ hebreica affinis, ex quibus radicum hebraicarum vis interdum colligitur, vox *Chol* significat *palmam*. Quare, concludit Calmet (10), septuaginta Interpretes, qui hoc

(1) L. 13, cap. 4: Sunt et ceduce palmarum quoque syriæ, germinantes rursus ab radice succise.

(2) Exod. 15, 27.

(3) Psalm. 91, 13.

(4) Cap. 7, v. 7.

(5) Cant. 5, 11.

(6) Eccl. 24, v. 18.

(7) Ibidem cap. 50, v. 14.

(8) Deut. 33, v. 19. Josue 41, v. 4. Jud. 7, 12. 1 Reg. 13, 5. Psalm. 458, 18. Osæa 1, 10.

(9) Jud. 4, 5. Psalm. 91, 13. Cant. 7, 7.

(10) In Dissertatione in illud Job. 29, 18: *Sicut pal-*

loco palmam vertunt, vel aliud textum hebraicum, quā quem nos hodiè habemus interpretati sunt, vel mēdoscè legisse illos fateamur oportet. Addit duo alia argumenta, quibus probat, cit. loc., legendum esse *arena*, loco *palmam*. Primum est, quia deducta ab *arena* similitudo pro rerum multitudine exprimenda Scripturæ maximè familiaris (1) est. Alterum, quod peritisimi interpretes, chaldeus, syriacus, arabicus, Montanus, Pagninus, Vatablus, plures alii cit. loc. legant *arena* hoc modo: *In nidulo meo moriar, et sicut arena multiplicabo dies*.

Evidem speciosa sunt hæc argumenta, nec tamen talia, ut necessitas appareat recedendi à lectione Vulgate, et loco *palmam* legendi *arena*. Rationes enim retinendi lectionem Vulgate sunt omnes illæ, quæ supra, num. 93, allegavimus, quæ per argumenta hæc num. 94 proposita nondum videntur clara. Accedit, quodd, quamvis in linguis orientalibus hebreæ affinius non occurrat vox *Chol* *palmam* significans, tamen in illis occurunt alia nomina *palmam* designantia, quæ aliquam cum voce *Chol* similitudinem habeant, prout Joannes Jacob. Schenckzerus, medicinae et math. in lyceo Tigurino prof., et inter Protestantes ob insignem suam eruditissimum celeberrimus (2) in sua Physicâ sacrâ (3) imaginibus illustrata testatur. Hic enim quamvis vir acatholicus, postquam multa argumenta in defensionem lectionis Vulgate, Job. 29, 18: *Sicut palmam multiplicabo dies*, attulit, ita pergit: «Junge his omnibus, in *Palmæ* favorem affinia τὸ Χόλον, *Chol*, in Oriente nomina. *Nacht* Arabibus et Persis est *Palma*. *Kampf*. l. c. *Chæsel*. *Chæsel*, *Palma* pumile et silvestris fructus. —Meninzh. *Lex.* 1901. *Dækel* Turcis *Palma*. Id. 2102; *yskal*, *iskal*, *uskal*, *uskul*, —iisdem *Palme* ramus, peculiariter racemosus dactylorum maturescentium multos botros ferens. Id. 5665, 3216. *Kylb*, *Kulb*, *Kælb*, *Palmae* interior medulla, Plur. *Æklab*. Id. 3742, 5794. —Hucusque Schenckzerus.

Criterium quidquid sit, sive cit. loc. legatur, sicut *palmam* multiplicabo dies, prout habet Vulgata; vel, ut *arenas maris* multiplicabo dies meos, ut habent textus chaldeus, syriacus et arabicus, utrobiisque prodit idem sensus à S. Joho intentus, ut consideranti faciliè patet.

429. Resp. ad secundum. In citato Jobi textu non est sermo de *Phœnicie* volucere, sed de *palmam* arbore, vel, ut alii volunt, de *arenâ*. Neque contrarium ex eo evincitur, quod septuaginta Interpretes cit. loc. posuerint grecam vocem ποιεῖ, quæ volucrem illam designat. Sciendum enim, quod apud Grecos hæc vox tria vel quatuor maximè diversa significet; *palmam* nempearborem, *Phœnicem* avem, et *Phœnicium*, i. e.,

ma multiplicabo dies, quam commentario ipsius in librum Job praefixam inventes.

(1) Genes. 32, c. 12. Genes. 41, 49. Josue 41, 4. Jud. 7, 12. 1 Reg. 13, 5. Psalm. 138, 18. Isa. 48, 19.

(2) Laudes eius enarrat Lexicon Universal. Lipsiens. tom. 34, pag. 1356 et 1357; Lexicon vero Universal. Basileens. tom. 6, pag. 242.

(3) Tom. 3, pag. 757.

Phœnicie incolam, ac tandem herbam certi generis (1). Hanc aequivocationem 70 Interpretes evitare voluisse nisi sunt addentes vocem ὄρνεξ, truncus. Non enim scribunt simpliciter ὄρνεξ πολὺς, sicut Phœnix, sed significanter, ὄρνεξ πολὺς, sicut truncus Phœnicis (sive Palmae arboris) multiplicabo dies. Ecquæ enim alia voce Phœnix congruere potest significatio, nisi palmae arboris, si vox truncus addatur? Absurdum quippe forte statuere, vitam sibi optare Jobum adeò longevam, qualis est trunci Phœnicis avis: de arboris, non animalis trumeo adhibetur vox ὄρνεξ. Sic ὄρνεξ πολὺς, trunci sum palmarum etiam in aliis Scriptura (2) locis in textu greco. Cæterum est adhuc fortè alia insuper ratio, eur Septuaginta in suâ versione posuerint: Sicut truncus Palmae multo vivam tempore. « Ubi fortè, inquit Pineda, trunci dixerunt, tum propter firmitatem, tum propter gradatus illos corticis pollices, quos cùm faciunt rami decidentes singulis annis, annuis gradibus (Palma) crescere videtur, adeòque in trunko Palmae multi anni numerantur. »

150. Scholion. Ipsa hæc aequivocatio seu multiplex et diversa significatio græcae vocis πολὺς peperit errorem non unum apud scriptores profanos, quod (ut Schleuchzerns loc. cit. ait) probari posset fusiū. Inò si rem pœnitius intropiscianus, ipsa illa de Phœnicie ave fabula originem habet ex Palmâ arbore moriente ac renascente ex seipso. « In meridiano orbe, inquit Plinius (3), præcipuum in Palmâ (arbore) obtinet nobilitatem Syagri... mirumque de eâ acceptimus, cum Phœnicie ave, quæ putatur ex hujus Palma argumento nomen accipisse, mori ac renasci ex seipso », etc. Similiter Koempferus (4) hæc de re ita disserit: « In τῷ πολύῳ sive Palmae dactylifera arguemento, arboris omnium principis, Phœbo dicatae, venustissimæ, felicissimæ, et maximè longævæ natæ tales suos nomenque inventi Phœnix ipse plomosus. Et per Phœnicem nihil unquam aliud priscis nisi Palma designata est; aliae frondium ordines altatos indicant: deus plumarum pinnataim scriem foliorum; renascens illa ex igne origo ardorem significat, in palmiferis Arabicæ desertis maximè intensum, qui cùm ceteris viventibus ferat interitum, Phœnicie tamen nostro (i. e., Palme arbores) ortum et vitam, partibus omnibus incrementum, caudici firmitatem et robur, fructibus maturitatem et perfectionem tribuit. Cæterum et vita utrique longeva, soli ultraque sacra, par fama et gloria, idem denique nomen est. »

Corollarium I. Phœnix volucris fabulosa seu conficta est, prout Cornelius à Lap. (5) cum aliis hodiè plerisque aut omnibus fatetur. Certe nemo eruditus sive longam ætatem, sive genus mortis, sive mutationem et resurrectionem Phœnicis, quam in veterum

(1) Vide Dioscoridem, l. 4, cap. 43.

(2) Exod. 15, 27. Numer. 32, 9.

(3) L. 43, cap. 4.

(4) Amenit. Exot. p. 665.

(5) Comment. in Genes. 7, 2.

scriptis legimus, jam admittit. Omnia enim sunt ejusmodi, ut superent fidem humanam (1). Fors aliqui Phœnicem cum ave Paradisiacâ, de quâ Calmet (2) multa eruditè scriptis, confundebant; cuius quidem avis Paradisiace veritatem fatentur omnes, sed sine miris illis et incredibilibus proprietatibus, quas non pauci veteri Phœnici volucru affinxeré.

Corollar. II. Deista ex citato libri Job loco nimirūm cap. 29, 18, nihil lucrantur. Nam non est, cur librum Job spernant et exsibent, quod ibi mentionem Phœnicis fabulosæ avis faciat. Negamus enim suppositum, quod vox ibi posita Phœnicem volucrem designet, sed vel palmarum, vel arenam significat. Dein etiamsi fabulosam illam avem designaret, posset nihilominus, ut Tirinus (3) ait, comparatio ab eâ desumiri, ut desumimus à Chimærâ, à Cerbero, à campis Elysii. Verum, ut dixi, necesse non est, ad hanc ultimam Tirini responsem confugere.

151. Quæres X: « Quomodo, Job. 33, 14, cum vereitate dici possit: Semel loquitur Deus, et secundum ipsum non repetit; cùm tamen sœpè idem per Prophetas repetierit? » Resp.: Nego suppositum, quod Eliu, qui hoc dixit, locutus sit spiritu Dei. Scriptura quidem testator, quod Eliu hoc dixerit; vera autem esse hæc dicta non asserit; sicut alia multa, quæ dixit Eliu et alii, qui cum Jobo longam inière disputationem, usque ad eò non sunt Deo inspirante dicta, et potius à Deo improbata fuerint (4). Aliud nimirūm est, quod hæc verba Eliu Deo inspirante sint dicta, et aliud, quod Deo inspirante sint scripta ab auctore libri Job; sicut multa alia in libris veteris aut novi Testamenti à scriptoribus sacris sunt scripta tanquam dicta vel gesta ab hominibus, quæ tamen ab his non sunt dicta aut gesta Deo inspirante. Quare facile concedo, quod Eliu, sicut in aliis suis dictis erravit, ita etiam erravit, quando dixit, Deum loqui semel, neque secundum id ipsum repetere, saltem si illud dixit in sensu obvio et illimitato. Ita Gaspar Sanctius in hunc locum. Nihilominus verum est illud dictum Eliu in sensu, quem probabilius intendebat, altiore, nimirūm isto: Semel loquitur Deus, i. e., mentem suam, et verborum suorum sensum non mutat, sed immutabilis est in verbis et consiliis suis. Vide Tirinum et Calmetum in eundem locum.

152. Quæres XI. « Quisnam sit ille concentus cœli, de quo Job. 58, 57, dicitur: Concentum cœli quis dormire faciet? Aut in quo iste concentus à fabuloso cœlorum concentu, quem Pythagoras adstruxit, differat? » Resp.: Sermo hoc loco est de concentu cœli, non musico, ut volebat Pythagoras (5), quem optimè re-

(1) Vide Calmeti Dissertationem supra citatam.

(2) Ibidem.

(3) Comment. in Job. 29, 18.

(4) Job. 42, 7 et 8.

(5) Fuère, qui ex coelestium corporum collisione cieri crederunt perpetuos et numerosos sonos, cuius sententiaz auctor fuit Pythagoras, quem alii deinde secuti sunt. Inter quos fuit Philo Judeus in lib. de Somniis, ubi cœlum vocat archetypum musicae instrumentum, atque idem tam scitè atque affabré fuisse cla-

fallit Aristoteles (1), sed de concordi motu ac stabili cursu celestium corporum. Ex motibus enim orbium coelestium seu astrorum licet diversis, mira tamen ratione atque ordine conuentientibus, efficitur ille concentus seu harmonia, quam silere nemo, aut dormire, seu cessare faciet nisi solus Deus in fine mundi. Certe hic concentus, seu mirabilis celestium corporum motus et ordo divi as laudes perpetuas personalis, et conditoris saecularis ac potentiam diu noctuque deprendit iuxta illud (2) : *Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* Et paulo infra (3) de hisdem caelis subditur : *In omnem terram exiit sonus eorum.*

135. Quæres XII : 1° « Quis sit ille *Behemoth*, de quo Deus ad Jobum, Job. 40, 10, dixit : *Ecce Behemoth, quem feci tecum, forenum quasi bos comedet?* » 2° « Cor de eodem (ibidem 14), dicatur : *Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum?* An fortassis *Behemoth* ante omnes alias creature productus est? » Resp. ad primum. Hebreici vox **בָּהֵמָת**, Behemah, significat animal, in plurali autem numero dicitur **בָּהֲמֹת**, *Behemoth*, i. e., animata, bestia, jumenta. Hoc tamen loco unum aliquid peculiare animal designatur, quod numero plurali Behemoth dicitur, eò quod mole corporis, aut feritate pluribus bestiis percenseri possit. Hebrei enim sepius multitudinis numero utuntur, ut aliquid mirificè magnum, atque praestans designetur. Ceterum cuiusnam determinatae speciei animal hoc nomine cit. loc. designetur, non una est omnium interpretum sententia : nobis sufficit illud esse certum quod Deus et hoc precedentibus capitibus 58 et 59 doceat Jobum, exterisque omnes, divinam potentiam ac sapientiam esse homini prorsus incomprehensibilem, inductione facta per varias creature, et creaturarum operationes ac proprietates, que aciem mentis humanae prorsus efficiunt; atque inter has creatureas recenset etiam Behemoth. Nihilominus, ut saltem eruditio causâ aliquid magis distincte ad propositam questionem respondamus, observo, quod Sanctius per hanc vocem *Behemoth* taureau designari existinet: Bochartus verò contendit, *Behemoth* esse hippopotamum, i. e., equum fluviale seu marinum. At Calmet, Tiriensis, et complures alii cum S. Thibauda

horatum. Cicero quoque qui hac in re cum Pythagoræ eadem sensit, in Somnio Scipionis adducit eleganter Scipionem sic loquentem : « Quis hic, quis est, qui complectares meas tantus et tan dulcis sonus? Hic est, inquit ille (nempe Africanus ad Scipionem), qui cum intervallis conjunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu et motu ipsorum orbium conficitur, qui acuta cum gravibus temporis varios requiritur concertus efficit. Neque enim silentio tanti motus incitari possunt, et natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acutè sonent. Quam ob causam summanus ille cœli stelliferi cursus, cuius conversio est concitator, acuto et excitato moveretur sonos, gravissimo autem hic fumaris, et inflatus. » Ille Cicero, I. 6 de Republica, ubi somnium Scipionis narrat.

(1) L. 2 de Cœlo.

(2) Psalm. 18, v. 4.

(3) Ibidem, v. 5.

et Hebreis passim elephantem hoc loco describi asserunt; ut etiam ex contextu colligi posse videtur, dum de Behemoth dicitur (1) : *Fortitudo in lumbis ejus.... Osse ejus rotula fistula æris, etc.* Patres (2) autem *Behemoth* inter pretantur diabolam.

Resp. ad secundum. Behemoth, seu iuxta communem interpretationem sententiam elephas dicitur *principium viarum Domini*, non quod ante alias res creatas fuerit productus sed quod sit maximum divinae opus potentiae, scilicet i. e. bruta animalia; cum non solum magnitudine et mole corporis, sed etiam delicate, et quod si prudenter naturali inter illa excellat (3). Ubi notandum est, quod vox *principium aut initium* in S. Scriptura non semper designat id, quod tempore aut duratione primum est, sed id, quod maximum est aut optimum et principium in aliquo genere. Hoc sane sensu hanc vocem sumpsit Ecclesiasticus (4) dicens : *Initium vitæ hominis aqua et panis, et vestimentum, et domus protegens turpitudinem.* Hic enim, ut patet non prima sunt, sed principia vita humanæ subsidia. Similiter ergo elephas initium esse dicitur creaturarum rationis expertum; de his enim, ut appetit, cit. loc. est sermo, quia principia est inter animantes.

144. Quæres XIII : « Quis sit ille *Leviathan*, de quo Deus ad Jobum, 40, 29, ait : *An extrahere poteris Leviathan hamo, et fune ligabis lingam ejus?* » Resp. : *Leviathan* nomen frequens in Scriptura. Patres in sensu morali de serpente versuto et inimico, demone nimis interpretantur. Eymon autem hujus nominis *Leviathan* ex voce hebreâ, pisces seu monstrum marini significante derivatur. Nam **לְוִיָּתָן** Leviathan sive *agglutinatus* significat; **תְּנַחַ** Then verò *cetus* (5), ac si diceretur *cetus squamatus* forissimè sibi mutuò adherentibus atque consertis protectus. Unde teste Tiriano (6) de ceto, seu balenâ pregrandi luce locum Jobi exponant Aquila, Symmachus, Thodotion, Hebrei, Graeci et Latini passim. Sed Calmet (7), et

(1) Job. 40, 11 et 15.

(2) Patres, quì nullum alium priorem litteræ sensum in Behemoth agnoscent vere aliquis nature animalis, sed duxat sub specie bellæ et membrorum corporeorum, volunt representari Diabolus et deviant, fortitudinem, colliditatem, ingenium, sunt sequentes: Anguisia. I. 11 de Genesi ad litteram, cap. 20. Et I. 11 de Civit. cap. 13, 17. Hieronym. hoc loco. Ambros. I. 1 de Poenit. cap. 15. Cyrillus, Chrysost. Origenes, pluresque alii, quos citat Pineda Comment. in Job. 40, 10, p. 1085. Edit. Ursellis an. 1623.

(5) Stupenda et penes incredibilis doctrinæ et veluti prudenter elephantis referunt præter alios Plinius I. 8, c. 1, 2, 3, et Lipsius Centur. I, Epist. 50. (4) Cap. 29, 28.

(6) Hebreicum nomen **תְּנַחַ** then singularis numerus est nominis **תְּנַחַת** thanum, quod dubio procul marina monstra significat, vel magis florium pisces. **לְוִיָּתָן** Leviyah vel Leviyah adjективum est feminini generis, quod significat connexum adponitum, simul conglutinatum, fortasse propter horum piscium aut monstrorum floriationum aut marinorum squamuas, quae sibi mutuò adhaerent, atque unum duxat veluti textum efficiunt.

(6) Comment. in Job. 40, 20.

(7) Comment. in Job. 7, 8. Et Job. 40, 20. Item in suo Dictionario Bibl., v^o *Leviathan*.

compiuntur alii hoc loco nomine *Leviathan* crocodilum designari contendunt; id quod Calmetus (1) ex toto contextu eruditè ostendere conatur.

155. Quæres XIV : « Quomodo illud Job. 41, 16. intelligendum sit: Cum Leviathan, i. e., cetus vel crocodilus sublatus fuerit (i. e., sese in aquis exerce-rit), timebunt angelii, et territi purgabuntur. An angelii ceterum crocodilum timent? » Resp.: In hebreo loco vocis angelii est vox **אֵלָנָה** elim, seu fortis, quasi dicat: Fortissimi quique, e. g., rectores navis easternoqui valde experti et magnanimi timebunt, soluta alve pte timore. Ita hunc locum explicat Emmanuel Sà et alii; quemadmodum ad timoris magnitudinem significandam similis expressio apud Ezechielium (2) adhibetur. Neque hec expositio repugnat nostræ Vulgate; cum: nomen *Angelus* vel *Angeli* in Scripturâ non semel significet homines, qui alias præsumt (3). Sanctius verò verba

(1) Loc. cit. maximè in Dictionario Bibl.

(2) Cap. 21, 7.

(3) Apoc. cap. 2 et 5. Item 1 Cor. 11, 10.

illa *territi purgabuntur* censem, melius et decentius intelligi de purgatione peccatorum per pœnitentiam. Qui enim in mari periclitantur, Numen sibi per pœnitentiam propitiare student. Accedit quod ubi Vulgatus interpres ponit *purgabuntur*, textus hebraicus habet **נִתְחַטֵּא**, *Jithchatau*, quod in bithphael significat expiri se à peccato.

156. Quæres XV : « Qualis fuerit Jobi morbus? » Resp.: Non vacat pluribus curiosè examinare hanc questionem. Illud solum sciendi avidum lectorum admonemus eamdem in speciali dissertatione Commentario in librum Job premissâ à Calmeto discuti, ubi inter alia ait: Quidquid *elephantiasis* non sine censetur, nempe morborum phalanx, id totum Jobum invaserat. Pineda (1) quoque ad 51 vel 52 morborum genera in Jobo enumerat; quamvis plures solo inter se nomine distincti sint, et nutritò etiam minor morborum summa resultaret, si morbi singuli ad suos veluti fontes et capita referantur.

(1) Commentar. in Job. cap. 2, per 9 sectiones.

Pars 6.

PSALMI. LIBER PROVERBIORUM. ECCLESIASTES. CANTICUM CANTICORUM. LIBER SAPIENTIÆ. ECCLESIASTICUS.

Psalmus est profligandis dæmonibus ac depellendis quoddam amuletum, angelice tutela conciliator, scutum securitatis inter timores nocturnos, divinorum requies latrorum.... incipientibus.... elementaris est institutio psalmus, proficitibus augmentum, perfectis denique sufficiendis stabile firmamentum. Vox est Ecclesia psalmus. Hic dies festos illustriores reddit, ac perfundi gaudio, eum tristitiam aliquoquin operetur, sed que secundum Denun est: è corde enim lapideo eiet lacrymas.... In horum (psalterie) sanè reconditus est perfecte theologie thesaurus. Hic repertus de Christi in carnem adventu oraculum, communionem iudicij, resurrectionis spem, terreni intentati supplicij, glorie promissionem, revelationem mysteriorum. In Psalmorum libro periude a: in amphissima quopiam et communis promptuaria nihil non bonorum reconditum est. (S. Basilius M. Prefat. in psalmum primuum.)

SECTIO I.

DE LIBRO PSALMORUM.

Psalmus hebraicè *mizor* dicitur, quæ vox cantum sive sonum significat. Deducitur enim à radice *zamar*, quæ et canere, et cytharam sive psalterium pulsare significat. Idipsum apud Græcos φάλαρα significat, ex quo φάλαρα. Psalmus derivatur, et nomen *psalterium*, quod licet musicum instrumentum sit, alio nomine *nablon* (hebraicè *nebel*) appellatum, vel *decachordon*, quia passim decem chordis seu fidibus instructum erat, quamvis interdum ambo illa, *psalterium* et *decachordon*, distinguantur; tamen etiam ac non infrequenter vox illa *psalterium* pro ipso *Psalmorum* libro sumitur. Porro hunc librum Hebrei appellant librum hymnorum, quod nomen illi à majori parte iuditum est; nam prius hymnos seu laudationes Dei, etiam querelas et lamentationes, et imprecations et narrations, etc., continet. Precipuus autem scopus Psalmorum est Christus et Ecclesia juxta effatum F.P. Hieronymi, Hilarii, Augustini, etc., ac ipsius Davidis (1).

(1) Vide 2 Reg. 23, 1 et 2.

An verò David sit auctor *omnium* Psalmorum, dubium est et controversum. Nam aliqui PP. (1) Psalmos iis auctoribus tribunt, qui in titulis Psalmorum prenotantur, *Davidi*, *Moysi*, *Salomonis*, *Asaph*, *Idithum*, etc. At D. Augustinus (2) aliisque Davidem Psalmorum omnium auctorem agnoscunt. Utraque sententia suis nititur argumentis; quamvis ea, que Psalmos omnes Davidi tribuit, communior et magis recepta sit (3); cui tamen Calmet (4) cum quibusdam aliis contradicit stipulante D. Hieronymo, qui Epist. 159, expressè ait: « Sciamus quoque, errare eos, qui omnes Psalmos (David arbitrantur, et non eorum, quorum nominibus inscripti sunt.) Ita S. Hieronymus cum aliis. « Ego autem (utar verbis Theodoreti Prefat. in Psalm.) (2) de his non multum contendemus. Quid enim refert, sive hujus (i. e., Davidis) omnes, sive illorum aliqui (Psalmi) sint, cùm constet divini Spiritus affluat universus esse conscriptos? » Eadem erat Gregorii Ma-

(1) Vide Salmeron Proleg. X canon. 28.

(2) L. 17 de Civ. Dei, c. 14.

(3) Vide Salmeron loc. cit.

(4) In Dissertat. præfixa Commentario suo in Psalmos.

gni (1) sententia, tractantis de auctore libri Job. ¶ Sed quis haec scripsit, ait ipse, validè supervacuè queritur, cum tamen auctor libri Spiritus sanctus fideliter credatur. Ipse igitur haec scripsit, qui haec scribenda dictavit. Ipse scripsit, qui et illius operis inspirator extitit, » etc.

1. Quæres I : *Quisnam fecerit Psalmorum collectionem, qualis hodiè extat?* Antequam respondem, observo, hic non queri, quisnam sit auctor Psalmorum? De hoc enim paulò ante in Praefatione diximus. Sed quæstio est, quis Psalms seu à Davide, seu partim ab hoc, partim ab aliis compositos collegerit in hunc ordinem, quo hodiè habentur? Ad hanc igitur questionem dico : *Collectio Psalmorum, qua hodiè extat, non abs re passim adscribitur Esdræ post captivitatem Babyloniam Canonem sacrorum Librorum veteris Testamenti concinnati; S. Hilarius (2) tamen eamdem 70 Interpretibus attribuit.*

Dixi : *Collectio Psalmorum, qua hodiè extat.* Nam verisimiliter aliqua Psalmorum collectio jam anno Davidis (3) extitit, cuius clausula fuerit, quæ legitur his verbis (4) : *Defecerunt laudes David, filii Jesse.* Sat certum quoque est, tempore Ezechiae regis aliquam Psalmorum collectionem fuisse; cum ille pristinum Dei cultum restituens, Psalms Davidis in templo cantari jussicerit (5).

2. Quæres II : *An Psalmi in Biblio sint secundum seriem rerum, de quibus agunt, gestarum, vel eo ordine dispositi, quo primitus ab auctore suo fuere compositi?* — Resp. negativè. Nam Psalmus 3 scriptus fuit, quandò David fugiebat persecutionem Absalonis filii sui; Psalmus 50 verò multò antea fuit scriptus, quandò mirum David reprehensus fuit à Nathan Prophetā ob crimen adulterii et homicidii : Psalmus 141 autem adhuc priùs scriptus est, quandò scilicet idem David in speluncā ob metum Saülis regis delitescebat : similiter Psalmus 143 longè antea scriptus est, quandò nempe David cum Goliath gigante pugnavit; certum quoque est, Psalmus 71 esse omnium postremum ordine temporis, cùm scriptus sit in Salomonem jam regnare incipientem, et post eum Psalmum addatutus : *Defecerunt laudes David filii Jesse:* et tamen videmus hunc Psalmum non in ultimo loco, sed fere in medio constitutum.

Cur autem hoc ordine, quo eos hodiè habemus, Psalmi dispositi sint, non est facile divinare. Philaster (6), Eusebius (7), S. Chrysostomus, aliqui communiter hujus ordinis rationem assignant, quia Psalmi (sicut et aliae partes S. Scripturæ) aliquoties, et maximè in captivitate Babylonica periēre; post hanc verò solutam non omnes simul fuere recuperati, sed dispersi, nempe vel unus, vel duo, vel tres fortè aut plures Psalmi. Conjugebantur autem ab Esdrā,

- (1) Prefat. in Exposition. Moral. I. Job.
- (2) In Prologo Psalm.
- (3) 2 Paralip. 29, v. 25.
- (4) Psalm. 71, v. 20.
- (5) 2 Paralip. 29, 25 et 30.
- (6) Heres. 79.
- (7) In Procœdio Psalm. et in Psalm. 86.

vel ab alio collectore in unum librum ita, ut fuerint inventi, non autem, ut ab initio dicti sunt.

Scholion. In Psalmis non querendus magis anxiè ordo, quād in aliis libris tum sacris, tum etiam profanis. Nam, e. g., Epistole Pauli non habent dispositionem temporis, nec ea ordine in nostris Biblio continentur, quo scriptæ sunt (1). Plinius quoque Junior de suis ideam testatur Epistolis, causam reddens, quia non componebat historiam, quæ id videlicet exigit propriè. Eadem de Cicerone ratio, cuius tyro Epistolas nullo certo compositionis ordine congressit.

3. Quæres III : *An igitur ordo Psalmorum, qualis hodiè extat, sit merè casualis?* — Resp. negativè. Quamvis enim verisimiliter Psalmi ab Esdrā, vel alio collectore dispositi sint eo ordine, quo sunt inventi, non tamen existimandum est, quod haec inventio et collectio prorsus fuerit casualis, sed divinâ sic ordinante providentiâ facta est. Unde S. Augustinus (2) ait : *Ordo Psalmorum mihi magni sacramenti videatur contineat secretum.* Et S. Chrysostomus observat, tristiores Psalmos ferè primo ordine collocatos; lætiores et qui laudem sonant, ad finem reservatos esse, ut laboribus doloribusque excitatus animus in Dei laudes, inque ipsum *Alleluia* desineret, ibique facto fine conquiesceret. Bellarmius (3) quoque non conteronendam censem illorum opinionem, qui volunt primos quinquaginta Psalmos, quorum ultimus incipit, *miserere mei, Deus*, pertinere ad peccantēs, sive incipientes; alteros quinquaginta, qui desinunt in Psalmum, *misericordiam et judicium cantabat tibi, Domine*, pertinere ad justos proficiētes; postremos quinquaginta, quos concludit Psalmus, *laudate Dominum in sanctis ejus*, pertinere ad viros consummatos et perfectos. Denique alio adhuc modo mysteriosum Psalmorum ordinem in tabula exhibet egregius sacrarum litterarum interpres Rondetius (4) contra thesin an. 1762. Parisiis evulgatam hujus tenoris : *Nullus in Psalmorum collectione querendus est ordo... frusta igitur in Psalmorum hodiernâ dispositione materiarum ordinem querebat SS. Hilarius, Augustinus, etc.* Contra hanc thesin Rondetius eruditam tabulam proposuit et exposuit, in quā Psalmorum syllogen pro mystico apud Hebreos alphabeti ordine in 22 sectiones partitur.

4. Quæres IV : *An Psalmi originaliter sint metricè seu ligati numeris oratione compositi, et quali metro?* — Resp. metricè Psalmos compositos esse, opinio communis est etiam SS. Patrum. Tres solum adduco. S. Cyrillus Hieros. (5) de Libris sacris disserens ait :

(1) Vide Tirini Praefationem de Epistolis Apostolorum, aut Hermanni Goldhagen ordinem chronologicum Epistolarum S. Pauli Introduct. in Scriptur. p. 3, num. 129, exhibitum, ubi Epistola 1 et 2 ad Thessalonicenses dicuntur tempore, quo scriptæ sunt, omnes alias S. Pauli Epistolas precedere; Epistola verò ad Romanos multò posterius tempore scripta asservata, etc.

(2) Enarrat. in Psalm. 150.

(3) Prefat. in Psalm.

(4) Journal Ecclesiastique, octobr. 1763 et seqq.

(5) Catechesis 4.

Scripti autem versibus sunt quinque, Job, liber Psalmorum, Proverbia, Ecclesiastes, et Cantica cantorum. Similiter S. Hieronymus (1) ait: « Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebraeos, et in morem nostri Flacci, gracie Pindari et Alcii, et Sapphus, vel Psalterium, vel lamentationes Jeremiahae, vel omnia fermè Scripturarum Cantica comprehendendi; legat Philonem, Josephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, et eorum testimonio me verum dicere comprobabit. » Tertius est S. Augustinus (2) ita disserens: « Quibus numeris consistant versus Davidici, non scripsi, quia nescio. Neque enim ex hebreæ lingua, quam ignoro, potuit etiam numeros interpres exprimere, ne metri necessitate ab interpretandi veritate amplius, quam ratio sententiarum sinebat, digredi cogeretur; certis tamen eos constare numeris, credo illis qui eam linguum probat. »

« Allent. Amavit enim ille vir sanctus (nimirum David) musicam pianam, et in ea studia nos magis ipse, quam ulla alius auctor accedit. » Est igitur consensus Patrum, Psalmos originaliter fuisse metricè compositos. Neque obstat auctoritas S. Gregorii Nysseni (3) negantis, eamdem artem, ut in Psalmis inest, similem ei esse, quâ utuntur alii poete. Is enim sic explicari potest, ut hebraicam poesin grecce et latine similem esse negaverit, non ut nullam apud Hebraeos poeticam, nullosque libros sacros metro seu modulis adstrictos, praesertim Psalmos Davidicos agnoverit. Porro de poesi Hebraeorum dissertationem D. Abbatis Fleury, et Illustriss. Calmeti invenies apud eundem Calmetum (4).

Quali autem carmine, seu metri genere editi Psalmi sint, hodiè nescitur. Fuit quidem adhuc Hieronymi seculo cognita poesis Scripturarum, ut ex hujus S. Patris (5) verbis colligatur, de libro Job ita scribentibus: « A principio itaque voluminis usque ad verba Job apud Hebraeos prosa oratio est. Porro à verbis Job, in quibus ait: *Pereat dies, in quâ natus sum...* usque ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est: *Idcircò ipse me reprehendo, et ago paenitentiam in favilla et cinere;* hexametri versus sunt, dactylo spondeoque currentes, et propter linguæ idioma crebro recipientes et alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorumdeq; temporum. Interdum quoque rhythmus ipse dulcis et tunulus fertur numeris lege solutis. Quod metrī magis, quam simplex lector, intelligunt. A supra dicto autem verso usque ad finem libri parvum comma, quod remanet, prosa oratione contexitur. » Ex his, inquam, S. Hieronymi verbis clarè colligitur, ipsius etate hebream Scripturarum poesin adhuc fuisse cognitam; hodie tamen eamdem ignorari fatentur Bellarmi-

(1) Prefat. in L. Job.

(2) Epist. 101, alias 151, ad Memorium episcopum.

(3) Tract. 4 in Psalm.

(4) Ante Commentarium in Exodum, et ante Commentar. in Psalm.

(5) Loc. cit.

nus (1), Ludovicus Lusitanus (2), Alphonsus Mendoza (3), Lorinus (4), passimque ceteri. Et quamvis Genebrardus (5) post Rabbi David Kimhi affirmet, Psalmos vario metro constare, monet tamen, ad instrumenta musica decem generum scandendi rationem intercidisse, sicut et hodiè magnâ ex parte Pindari et similium; nec Hebraeos ipsos satis perspectam habere rationem sacræ poesios, et ipsosmet fateri, scandendi modum se ignorare. Hoc unum Hebrei aiunt in Tractatu Sopherim (sive de Scribis), versus carminum biblicorum non paucos in suum statum juxta mensuram rationem à Scribis restitutos, cum ante fuissent à libraria confusè et permixtè scripti. Ceterum qui plura de metro psalmorum nōsse cupit, consulat Natalem Alex. (6), Guarin (7), Menochium (8), etc.

Scholion I. Culpam, cur hodiè metrum Psalmorum, etc., nesciamus, Genebrardus (9) refundit in Massoretas. Nam dum distinguunt diligentius versus per sententias (quam conceperant) membra et periodos, metra sive mensuras versusum non modò neglexerunt, verum etiam confuderunt atque miscuerunt, quas fortassis propius servaverunt 70 Interpretes; ut non mirum sit, si inter utrosque nonnunquam distinctionum in notandis versibus varietas reperiatur.

Scholion II. Anabaptista, cum assequi non possint rationem metri in texto hebreo Psalmorum aut aliorum carminum biblicorum V. T., dixerunt Scripturas depravatas esse. Verum si hoc valet, depravati pariter essent poetae graci latine antiquiores, potissimum tragedi, comicique, quorum carminis hodiè ignoratur artificium. Ceterum hanc Anabaptistarum objectionem pluribus refellit Sixtus Senensis (10).

5. Quæres V: « Quid in textu hebreo Psalmorum vox Selah, vel in textu græco 70 Interpretum vox Diapsalma significet? » Resp.: Vox hebreæ Selah, vel græca Diapsalma in Psalmis juxta communem Hebreorum et interpretum opinionem designat certam rationem cantandi, nimirum vel pausam, vel elevationem vocis, aut mutationem melodie, aut aliquid simile. In diversam tamen opinionem propendet S. Hieronymus (11) existimans, hanc vocem Selah idem significare ac amen, in sempiternum, in aeternum, vel ita est, aut aliquid simile. Plura de hac voce præter alios crudeliter disserit Calmet (12).

6. Quæres VI: *An liber Psalmorum canonicus sit?* Resp. affirmativè. Et profectò librum Psalmorum ferè

(1) In Institut. lingue Hebr. Part. 3, cap. ult.

(2) Quest. de carm. David.

(3) In Globo ling. San. L. 9, cap. 4.

(4) Prefat. in Psalmos cap. 7.

(5) In Chronico ad annum Mundi 3106.

(6) In 4 Mundi actat. Dissertat. 24, quest. 1, propos. 4.

(7) In Grammaticâ hebreao-chaldaicâ.

(8) Centur. 1, cap. 76. (Vide etiam D. Lowth, de sacra poesi Hebreorum.)

(9) Loc. cit.

(10) L. 8. Biblioth. sacr. Hæres. 2.

(11) Ad Marcellam.

(12) In Dissertat. prefixa Commentario in Psalmos, et in suo Dictionario Bibl., v^o Selah.

omnes, qui S. Scripturam admittunt, pro divino et Canonico habent, etiam heterodoxi plerique. Neque id mirum; quia hunc librum Canonicum et sacrum esse, non solum docent concilia Patresque, et omnes Canonorum seu divinorum librorum Catalogi (1); sed et Christus ipse (2), Apostoli, nominatim Petrus (3), et Paulus (4), dumque aliquos ex Psalmis citant, Spiritum S. per os Psalmista locutum esse, asserunt (5). Porro Psalmi vel in solo novo Testamento ferè sexages citantur.

Scholion. Hoc insuper habito fuere quidam haeretici veteres, quos hinc in re imitatus est Nicolaus Machiavellus, qui detrahentes Davidis auctoritati, hoc ipso Psalmorum pariter Davidicorum estimationem immisus censendi sunt. Sic Philastar (6) referet, Manichaeos, Gnosticos; Nicolaitas affirmasse, Davidem humanæ cautionis, ac secularis rei conscriptorum extitisse. Similiter Machiavellus, in suo illo quem fixxit principe, Davidem virum sanctum fuisse, negare ausus est, scribendo cuncta eum susdeque in regno permittasse, esurientes implevisse bonis, divites dimisisse inanis, etc. Anabaptista verò teste Sixto Senensi (7) asseverabant, Psalmos neque à Davide, neque ab alio quodam sancto viro divinitatis fuisse conditos, sed à recentioribus quibusdam Iudaorum Magistris post Christi adventum compositos; et diris multis et imprecationibus in Christum et Christianorum gentem repletos, ut haberent Hebrei ad captivitatem solatum cantilenas nonnullas, quibus publicè in synagogis suis convenientes, orando et canendo, hostibus suis calamitates et exitium impreecurrentur.

7. Quares VII: *An dñe seu imprecatio[n]es in libro Psalmorum (principue Psalm. 108, v. 6, etc.) contentae, obsint sanctitat[i] et divinitati hujus libri? Minim obsunt. Nam execrationes, quibus David in Psalmis hostes Dei suosque diris devovere, infastaque omnia eidem imprecarvi videtur, vel non sunt execrationes propriæ tales, sed sub execrationis specie vere predictions et vaticinia, ut Patres et interpres communiter exponunt; vel, si sunt execrationes propriæ sumptæ, profisciscuntur non ex libidine vindicte, sed ex amore justitiae, suntque intelligendi tanquam conditionales, hoc est, ut mali male perant, nisi resipiscant; vel denique significant desiderium non poenæ, sed destructionis eupœ. Non enim David mansuetissimus malorum hominum interitu delectabatur; comminatus est potius, quam imprecatus; homines dilexit, sclera odio habuit (8). Eleganter totam hanc rem explicat D. Thomas (9) his verbis: « Dicendum, quod hujus-*

(1) Vide Part. IV. S. Scriptur. contra incredulos propugn. num. 2, 5.

(2) Matth. 22, 45 et 44.

(3) Actor. 4, 16.

(4) Ad Hebr. 4, 7.

(5) Locus modò citatis. Item hanc de re dissredit Natalis Alex. Tom. II, in 4 Mundi actat. Dissertat. 24, quest. 1, propos. 1.

(6) De Haeresib. c. 26

(7) Bibliothec. sac. L. 8, Haeresi 5.

(8) Vide Lorinum Comment. in Psalm. 78, 6.

(9) 22 q. 25, art. 6 ad 3.

modi imprecatio[n]es, quæ in S. Scripturâ irveniuntur, tripliciter possunt intelligi. Uno modo per modum prænuntiationis, non per modum operationis, ut sit sensus Ps. 9, v. 18: *Convertantur peccatores in infernum, id est, convertentur.* Alio modo per modum operationis, ut tamè desiderium optantis non referatur ad poenam hominum, sed ad justitiam punientis, secundum illud Ps. 57, v. 41: *Letabitur justus cum viderit vindictam, quia nec ipse Deus punit mens letatur in perditione impiorum, sed in sua justitia; quia justus Dominus, et justitias dilexit.* Ps. 10, 8. Tertiò, ut desiderium referatur ad temptionem culpe, non ad ipsam poenam, ut scilicet peccata destruantur, et homines remaneant. Similia etiam habet S. Augustinus (1), et illustriss. Calmet, qui (2) ita disserit: « Pluribus ergo de causis (Psaltes regius) adversus inimicos suos obloqui potuit: 1° Ex sincera correctionis illorum cupiditate. Eos perente, Domine, ut iniquè agere, ac lacessere tandem aliquando desistant. 2° Ut in hoc mundo castigari, minoribus in altero afficiantur. 3° Ut corum supplicium impios deterret, qui ex illorum nequissimo exemplo paria conantur. 4° Ut bonis scandalum admiratur, quod impii injustis vexationibus ingerunt illis. 5° Ut Dei gloriam ac providentiam vindicet adversus impios, qui renunt intelligere, Deum justorum praesidio invigilare. 6° Ne justi pravo iniquorum exemplo corrumpanter. »

Coroll. I. Imprecatio[n]es et horrendi maledictiones in Ps. 108, qui vulgo *Psalmus execrations* dici solet, contentæ, vel sunt vaticinia, et non imprecatio[n]es; vel si tales sunt, eas David divina afflata Spiritu, ac ardenti justitiae zelo succensus ex justo zelo, Deoque inspirante protulit. Si autem queras, contra quem, aut contra quos easdem protulerit? varia est inter præsum responso. Multi putant, illas Davidem protulisse adversus Doeg Idumeum, et in Achitophel, aliasque inimicos suos; vel, ut Patres Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, Euthymius, ac interpres duce S. Petro (3) communiter exponunt, futuram Judæi Iscariotis et Iudeorum Christi persecutorum infelicitatem predixit; vel denique (ut Calmet rectè docet) Psaltes regius utrumque fecit, hoc est, in sensu historico seu litterali adversus Doeg et Achitophel terribiles illas minas protulit, in sensu vero elatiori et spirituali de Judæi et Iudeis Christi persecutoribus vaticinatus est, quorun veluti figuræ et precursores erant Doeg et Achitophel.

Corollarium II. Sensus verborum Ps. 158, v. 20 et 21, juxta expositionem Lorini et aliorum est iste: *Nonne, qui oderunt te, Domine, oderam, h. e., in peccatoribus criminis et flagitiis odisti, Domine, sed in illis id, quod tuum est, diligis, nempe naturam humanam, et qualitates ingenitas, quarum auctor es. Ego quoque similiter facio; hominem amo, peccatum eius abominor. Perfecto odio oderam illos, h. e., eorum nequitiam et*

(1) Sermon. 2, in Psalmum 34, v. 6.

(2) Praefat. in Psalm. 54.

(3) Actor. 4, v. 20.

sceleria perhorrescabant. Unde S. Augustinus (*Enarrat. in lunc Psalmum*) querit: *Quid est perfecto odio?* et respondet: *Oderant in eis iniuriae eorum, diligebam conditionem tuam.* Eodem sensu illib (1) scriptum est: *Odio sunt Deo impius et impia est ejus, nictem impia est invisa est Deo; impius vero tantum, quatenus impius est; seu ratione impietatis.* Nam, quatenus creatura et homo est, auctoratur a Deo. Ille etiam S. Thomas (2) ex instituto ostendit, quod, quamvis respondendo culpam diligendi peccatores non sit, secundum tamen naturam, ut divine beatitudinis ipsi sunt capaces, ipsis quoque diligere debeamus.

8. Quares VIII: *An tantum 150 Psalmi canentes sint?*
Resp.: Tam Syriogoga, quam Ecclesia Christi ab antiquissimis temporibus non plures, quod 150 Psalmos, qui in nostra Vulgata extant, pro Canonico agnoscit, ut proinde à Canonica auctoritate prerogativa excludatur Psalmus centesimus quinquagesimus primus, qui in Codice grece 70 Interpretum ad calcem Psalterii adductus est cum hac inscriptione: Οὐρανὸς ἡ Υἱός μου ὁ προφετεύων τοῦ Διδύμου, καὶ ἐπώνυμος ἡ οἰκουμένη τοῦ Θεοῦ. Quasi scriptus à Davide extra numerum, cum pugnasset cum Goliath. Porro hic Psalmus in latinitatem translatus, ita sonat: *Parvus eram in fratribus meis, et junior in domo Patris mei; paucabant oves patria mei. Manus meae fecerunt organum, et digitus mei concinnaverunt psalterium. Et quis annuntiabit Domino meo? ipse Dominus ipse exaudit; ipse enuit Angelum suum, et tulit me de orbis patris mei, et unxit me in oleo unctuosis sue. Fratres mei pulchri et magni: et non bene complacuit in eis Dominus. Exi in occursum alienigenae (Philistinorum) et maledixit me in idolis suis; ego vero trahens gladium, qui ab illo, capite truncavi eum, et abstuli opprobrium ex Israel.* Verum de hoc Psalmus Bonfrius (3) non abs re ait: *Psalmus ille, nescio quid adulterinum redoleat, et Ecclesia hactenus tantummodo approbavit psalterium 150 Psalmorum.*

Citatur quidem hic Psalmus in suppositiis Mariae Cassabensis ad S. Ignatium Epistolam; et à S. Chrysostomo (4), et in conflicto Arnochii et Serapionis, et in Sinopsi S. Athanasio adscripta. Sed, ut Natalis Alex., (5) meritò observat, horum auctorum testimonium canonican auctoritatem huic Psalmu conferre non potest, hebreicà veritate, et melioris nota codicibus tam græcis quam latinis repugnantibus, Patribusque ceteris invitis, et Ecclesia contradicente, quæ centum quinquaginta Psalmos duntaxat recipit.

9. Multò etiam longius à Canonica auctoritate abest *Psaltrium Salomonis* Psalmis octodecim græcè scriptis constans, ex Augustana Bibliotheca vetustissimis membranis ab Andréa Schotto descriptum, postea ad Joannem Ludovic. de la Cerdę missum, ab eoque latine conversum, et ad calcem Adversariorum sacerorum vulgatum. Ille enim istorum 48 Psalmorum collec-

tio, cum et veteri Synagogæ et Ecclesiæ Christi incognita inanescit, *tutius credi potest*, inquit Huetius (1), *Hellenistæ aliquis opus esse, quo plurimacum ex Davidicis Psalmis, tum ex Isaïa et Ezechiele et aliunde etiam ad id opus mutuatus fuerit.* Plurā de hoc Psalterio Salomonis refert Calmetus (2).

10. Quares IX: *An tituli Psalmorum perinde ac ipsi Psalmi Canonici sint, divinaque auctoritatem habeant?* Ut ad propositum hanc questionem rite ac distincte respondeatur, præviè notanda sunt sequentia: *In primis scinduntur, variis esse Psalmorum titulos.* Nam non pauci nomina propria vitorum pre se fertint David, Asaph, Idiolum, Salomonis, Mosis, Enian, Ethan, Jeremias, Aggei, Zacharias, Filiorum Core, filiorum Jonadab. Non nulli Psalmis in titulo præter nominis propriæ quidquam aliud annexitur ad rem pertinentē. Sic Psalmi 62 titulus est: *Psalmus David, cùm esset in deserto Idumeæ.* Alii Psalmi notant diem pro certis Psalmis decantandis, e.g., *primidie Sabbati, etc.; ante Sabbatum, etc.* Plures Psalmi adscriptum habent *Alleluia;* quidam cognomē *Graduum;* nonnulli *orationis, laudationis, cantici, etc.* Nonnulli Psalmi sunt *alphabetarii sive acrostici;* nonnulli sine omni titulo et inscriptione, etc. Accuratam autem horum titulorum explicatioem invenies in Bellatini et Lorini, aliorumque commentariis in Psalmis.

Porrò notandum, quod duplex sit de auctoritate horum titulorum diversa sententia. Principiū quidam Patres, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Theodoreitus in titulis Psalmorum auctoritatem divinam agnoscere. Sic Theodorotus (3) adjectos cœsset eodem titulos ab Esdra, non sine peculiari S. Spiritu afflatis; servasse autem illos addit iit sua græca versione 70 Interpretis viros ab eodem S. Spiritu ductos, qui sanè ab addendis S. Scriptura his additamentis cavisserint, si ea humanum inventum esse judicassent. Judici qtoque in Synagogis eodem planè ritu et Psalmum et titulum cantant, sicutque veluti portionem quādam Psalmi recipere titulos videntur. Eorum interpres Rabbini, sicut et nostri commentatores, plurimum laborant in exponentibus Psalmorum titulis; quibus rejectis, auctores Psalmorum frustra querantur. Unde etiam Illustriss. Bossuet, episcopus Meidensis (4), apertos verbis ait: *Psalmorum titulos divinitus inditos conservatores dicimus, ut Psalmorum auctores et argumenta noscerentur.*

Nihilominus non desunt recentiores critici, nominatim Natalis Alexander (5), et Calmet (6), qui non in omnibus titulis Psalmorum divinam auctoritatem agnoscunt. Argumenta ipsorum sunt, quæ sequuntur. Quod non omnes illi tituli divinâ auctoritate instructi sint, inde probari aiunt, quia aliqui eorum nec à David, nec ab alio scriptore sacro compositi fuerunt, sed à privatis

(1) Demonstr. Evang. propos. 5, § 40.

(2) In Dictionario suo Bibl., v^o *Salomon.*

(3) Prefat. in Psalmos.

(4) Dissertat. de Psalmis cap. 6.

(5) Loc. cit.

(6) In Dissertat. de Psalmorum titulis, quæ ipsius Commentario in Psalmos præfigitur; item in suo Dictionario Bibl., v^o *Psalmus.*

(1) Sapient. 14, 9.

(2) Loc. cit.

(3) Prałq. in S. Scriptur. cap. 5, sect. 6.

(4) Homil. 47 ad Populum Antiochenum.

(5) Loc. cit., propos. 2.

hominibus, iisque infernum parum antiquis appositi. Sic Psalmi nonagesimi titulus, cum ab hebreis codicibus et à S. Augustini commentario absit, suam ipse prodit novitatem, quae et S. Hieronymi, Theodoreti et Euthymii testimonio confirmatur, asserentium hunc Psalmum titulo carere. Præterea ipse Theodoretus, quamvis auctoritatem divinam tribuat titulis in textu hebreo et versione græca 70 Interpretum extantibus, tamen eos omnes rejecit, qui ibidem non extant. Ita reprobandum censem titulum Psalmi 64, et putat eum titulum recentioris alicujus scriptoris; satis historice Psalmorum sensus imperiti, operâ adjectum esse. Imperiti pariter et stultitiae accusat illos, qui Psalmi 156 titulum, cum in hebreo nullus appareat, adjecerunt. Similia scribit de titulis Psalmi 138 et 145, et 145, etc. Accedit, quod 70 Interpretes, vel alii posteriores Græci, alias, quam apud Hebraeos, titulos addiderint. Neque semper et in omnibus versionibus eosdem titulos legi contingit. Versio enim syriaca, vetustissima sanè, non rarò cù in re à textu hebreo, et à versione græca 70 Interpretum, et à textu latino nostræ Vulgatae discrepat. Quis autem titulus, si omnes Canonici essent, immutandis temerario ausu manum apposuerint unquam? Numquid Ecclesia, si titulos Psalmorum in canonem recipiendos censeret, modum aliquem imposuisset tantæ commentatorum licentia, ac extra prescriptos in fronte Psalmi limites præterredi prohibuisset severissime? Neque id fecit Ecclesia, dum in concilio Tridentino Canonicum auctoritatem nostræ Vulgatae, adeoque etiam libri Psalmorum adstruxit. Quod enim ipsius mens non fuerit, tunc etiam omnes Psalmorum titulos declarare, esse divina auctoritatis atque Canonicos, inde colligitur, quia hodiè usque eruditissimi plures theologi (non reclamante aut improbante Ecclesiæ) demonstrandum sibi sumunt, non omnes illos titulos Divini Spiritus opus esse, nec in censum divinarum Scripturarum cooptandos. Certè Illustris. Calmet (1) expressè ait his verbis: *Concilium Tridentinum canonican auctoritatem textu vulgate adstruens, titulos librorum sacrorum floquitur ibi ex instituto de titulis Psalmorum) in medio reliquise, omnes consentiunt.* Cùm igitur satis conveniat inter theologos, non omnes æquè librorum sacrorum titulos pro inspiratis habendos (aliquos enim divinitus inspiratos fuisse, non ambigimus, ait ipse Calmet); fateamur oportet, eos qui divinitus inspirati sunt, cum exeteris titulis immixtos, confusosque non satis posse distinguiri, ut prouide in ea, quā sumus ambiguitate, neque rejicere omnes, neque probare tanquam divinitus inspiratos et Canonicos andeamus.

11. Quare omnibus consideratis, videtur media via hæc in quæstione tenenda, et dicendum 1°: Psalmorum titulos omnes retineri et servari oportet, cum inter illos non rarò divinam habeant auctoritatem. 2° Qui à primis auctoribus, h. e., scriptoribus textus originalis, vel ab Esdrâ originem docunt, divine auctoritatis esse, dicendi sunt. 3° Tandem, qui sive ante,

(1) In suo Dictionario Bibl., v^o *Psalmus*.

sive post Esdram profana manu, sive græca, sive judeæa, adiecti sunt, dicta auctoritatearent. Neque sanè Patribus, qui divinam titulis auctoritatem astruunt, alia fuisse mens existimanda est, quā quod tituli in textu originali extantes, vel ab Esdrâ, aut aliquo Prophetarum appositi, divinam habeant auctoritatem; ceteros vel ipse Theodoretus non rarò deseruit, ut supra vidimus.

12. Queres X: *Cur Liber Psalmorum adest obscurus?*
Resp.: Plures sunt tante obscuritatis cause. 1° Textus hebreaci abstrusitas, quæ sanè in Psalmis, utpote poetico et metrico scripto, magis quā in aliis prosa exaratis libris, sese prodit: fermè sicut facilius intelliguntur, e. g., libri Ciceronis aut Titi Livii, quā carmina Horatii, Homeri, Pindari, etc. In linguis autem Orientalibus maximè difficultas augetur, quorum prosa pariter orationis patitur figuræ, quas rarò, et non nisi cautissimè Latinorum poësis admitteret. Præterea illorum (i. e., Orientalium) carminis ea est sublimitas, ut et græcorum et romanorum poetarum stylum et sublimitatem stepè multum superet. Accedit ignoratio vis particularum in lingua hebreæ, contextum orationis colligantim; quin et aliquando ab auctore, in argumeuti magnitudine occupato, eadem particulae omissæ, lectorem in incerto vagantem relinquunt. 2° Apparentes antilogiae seu contradictiones; quamvis reapsè tales non sint. 3° Varietas sensuum; cum alius sit sensus litteralis seu historicus, alius mysticus. 4° Predicatio rerum futurarum. Est enim Psalmatorum profundissimi et implexi sensus liber, in quo non mysteria tantum maximè sublimia, sed vaticinia etiam obscurissima pariter et enigmaticè proposita (1). Et quamvis sciamus, in Psalmis contineri futurorum oracula, et præter literalem lectoribus obvium, penitiorum alium esse et sub figurarum velaminibus latenter sensum, tamen quæ determinatè vaticinia in hoc aut illo Psalmo, quise continetur sensus, non semper nobis constat. 5° Illa gravissima æquè omni conveniens Scriptura causa, cur adest difficultis et obscura sit ejus intelligentia, quia requirit eundem in lectori Spiritum, quo scripta est. Tradunt eam caussam Basilius (2), Bernardus (3), Cassianus (4): « Nunquid intelliges David, ait Bernardus loc. cit., donec ipsa experientia ipsius Psalmorum affectus induceris. » Quo sanè difficiliores Psalmi ad percipiendum evidentur, cum plus quam ceteræ Scripturæ affectibus abundant, et quidquid in illis est, in se continent.

Scholion. Librum Psalmorum esse valde obscurum, nihil magis probat, quam immensa commentariorum in Psalmos editorum multitudo. Sunt qui ultra 500 enumeraverint, non computatis veterum Patrum commentariis. P. Le Long, sacerdos Oratori, sedulus, si quis alius et exactus earum rerum perscrutator,

(1) Vide Ililar. Prolog. in Psal. num. 5, et in Psal. 142, et Cassiodor. conclus. Comment. in Psal.

(2) Proem. in Isaiam.

(3) Ad Fratres de Monte Dei.

(4) Coll. 8, cap. 3, L. 3, Inst. cap. 33 et 34.

expansis tabulis ad 630 recensuit, iis demptis, qui super universam Scripturam commentaria elucubravit, tum et iis, qui Psalterii solummodo partem aliquam prosecuti sunt; ut proinde teste Calmeto (1) omnibus collectis, ad 1000 scriptorum in Psalmos summa constet. Accedit, quod etiam post hoc hujus auctoris assertum quidam in Psalmorum expositione magno studio laboraverint.

13. Queres XI: *Quisnam sit præcipuus Psalmorum scopus, à Spiritu S. intentus?* Resp.: Non multos dunt taxat, sed omnes omnino Psalmos ad Jesum ejusque Ecclesiam collineare vel in sensu litterali, vel in sensu spirituali seu figurato, gravissimis nititur rationum momentis, scilicet 1^o, assertione ipsius Davidis (2) quasi communem ad Psalmos præfationem asserentes his verbis: *Dixit David filius Isaï: Dixit vir, cui constitutum est de Christo, hebraicè hūkam al Meschiach.* Obvio hic sensu declarat David, Psalmorum argumentum fuisse id omne, quod ad Christum pertinet, prenuntiare, seque ipsum in his velut organum Spiritus S. extitisse. 2^o Jesus Christus et Apostoli Psalmos in N. T. libris non alia de causa toties allegant, nisi ut eos de Christo accipiendo esse ostendant; ac licet non de omnibus et singulis mentionem faciant, utpote argumento, quod tractabant, minus convenientem, ipso tamen usu Psalmorum, quos allegabant, generali de germano omnium sensu regulam statuisse videtur. 3^o SS Patres legitimi S. Scripturæ interpres eundem Psalmorum scopum esse affirmant. Sic præter Tertullianum (3) et alios Hilarius, Hieronymus, Augustinus, Theodoretus disertè admonent, omnes Psalmos in Personâ Christi loqui, ac ad Christum ejusque Ecclesiam collinicare; id quod S. Augustinus expressè asserit, fidenter ad auditores suos pronuntians: *Certè illud meminimus, sapè vos audiisse, quod dicimus: vix est, ut in Psalmis inveniamus voces, nisi Christi et Ecclesiæ; aut Christi tantum aut Ecclesiæ tantum, quod utique ex parte nos sumus.*

Corollarium. Minus probanda, hoc præsertim tempore, videtur trium literatorum in Gallia virorum opera Ludovici de Poix, Hieronymi de Arras, Claudi Francisci de Paris, qui ante annos non adeò multos novam Psalmorum ex Hebreico versionem atque explicationem propo- sueré, in quâ potissimum Psalmorum parta ad veterem et novum Israelem relata Christo Domino non nisi septem ex omni numero ~~xxxvii~~ ~~xxvii~~ convenire docent. Sed majori ipsis laude respondit Cl. Rondetius, ostenditque multò plures Psalmos ~~xxxvii~~ ~~xxvii~~ ad Christum pertinere; imò Christum et Ecclesiam sensum esse principalem, h. e., propheticum et spiritualem omnium Psalmorum. Porro insigne quoddam schema de illustrioribus Psalmorum Prophétias expressiis ad Chri- stum Dominum relatis exhibet Hermannus Goldba- gen (4).

(1) Praefat. in univers. Psalm. librum § V, et in Dictionaryario Bibl., v^o *Psalmus*.

(2) 2 Reg. 25, 4.

(5) Contra Præexam, cap. 1.

(4) Introd. in Scriptur. Part. II, sect. 3, pag. 246, num. 136, 142.

14. Queres XII: *Quomodo intelligendum illud (Psalm. 13, 3): Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, nec est qui faciat bonum usque ad unum; cùm tamen multi in S. Scripturâ nominentur justi, et inter ceteros Zacharias et Elisabeth?* Omissis aliorum responsionibus, quas Cornelius à Lap. (1) accuratè recenset, respondeo cum eodem laudato auctore, Psalmistam in citatis verbis describere corruptionem nature humanae, omniumque hominum, si sola eorum natura peccato vitia, sine Dei gratiâ illum reparante et restaurante consideretur. Tali enim statu homines in omnia peccata proclives rount. Non autem loquitur Psaltes de hominibus, in quantum verâ fide et gratiâ divinâ instructi sunt, quales erant Zacharias et Elisabeth. Quod verâ hic sit genuinus sensus citati Psalmi, inde patet, quia S. Paulus, qui verus est Davidis interpres, citata Psal. 13 verba hoc sensu allegat in Epist. ad Romanos, cap. 3, v. 9, 13 dicens: *Causati enim sumus, (h. e., jam causam attulimus) Judeos et Grecos (seu Gentiles) omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est justus quisquam; non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est nusque ad unum.* Quibus verbis Apostolus ostendit, omnes homines, tam Judeos quam Gentiles, esse peccatis obnoxios, et egere gratiâ Christi, nec eisdem à peccato liberari et justificari, nisi ex fide in Christum propitiatorem, et per gratiam Christi. Quare cit. loc. genuinus horum verborum, *non est qui faciat bonum*, sensus est: Non est qui ex se, sine Dei, id est, Christi gratia faciat bonum, scilicet tale, quod sit perfectè et absolutè bonum et justum coram Deo, seu meritorum gratiæ, justitiae aut vita aeternæ, et si possit facere aliqua opera moraliter bona. Hinc ergo non sequitur, omnia opera infidelium esse mala et peccata, sed tantum esse inepia ad justitiam et gratiam Dei ac vitam aeternam promerendam. Hoc enim, quod ista promeretur, cit. loc., vocatur *bonum*, prout ex intentione et scopo S. Pauli manifestum est.

15. Queres XIII: *Quomodo verba illa Psalmista, Psalm. 31, v. 3: Quoniam tacui, inverteraverunt ossa mea, dum clamarem totâ die, intelligenda sint? Si enim tacuit, quomodo totâ die clamavit? aut si totâ die clamavit, quomodo maximè tum tacuit?* — Resp.: Psalmus hic agit de peccato et pénitentiâ Davidis; et secundum plerosque interpres putatur scriptus post reprehensionem, quâ Nathan Davidem ob crimen adulterii et homicidii commissum objurgavit. Itaque citati versiculi, adstipulante Theodoreto, Athanasio, August., Genebrard. et Hebreis plerisque apud Calmetum, Comment. in Psalm. 31, v. 3, sensus est iste: *David tacuit; celavit facinus suum, donec Nathan detexit illud; deinde verò non cessavit totâ die illud patlā confiteri, atque propter-illud adeò pénitentiâ afflari, ut valetudo detrimentum passa fuerit, et ossa il-*

(1) Conūment. in Epist. ad Roman. Cap. 3, v. 10, 11 et 12.

Ius inveteraverint. Et revera longo tempore David peccatum adulterii cum Bethsabea commisum tacuit, immo multis artibus occultare conatus est. Primò enim Uriam multis modis inducere tentavit, ut cum uxore propriā dormiret; ut filius ex adulterio conceptus, ipsius Uriæ proprius putaretur. Et cùm Urias ad dominum propriam accedere nollet, adjicit David crimen homicidii, ut Uriā sublato, et illius viduā in uxorem continuò ductā, partus, qui post novem menses expectabatur, crederetur esse Uriæ mariti, et non Davidis adulteri. Nec tamen viduā illā in uxorem assumptā, David peccatum suum continuò confessus est; sed expectavat, ut filius nasceretur. Et fortassis ne tunc quidem peccatum suum deflere cōpisset, nisi à Prophetā Nathan admonitus fuisse. Itaque annum fere integrum, et fors etiam diutius David in cœno peccati jacuit, et confessionem distulit. Propterea dicit, *quoniam tacui*, et non continuò peccatum confessus sum, sed abscondere et occultare volui; idēc *inveteraverunt ossa mea, dum clamarem totā die*; id est, post agnitionem peccatum totā die pro indulgenti clamare corpori, et tandem ac tanto affectu clamavi, ut ossa mea debilia et vetusta facta sint. Vox enim Hebreia **בְּ בָלָע**, significat *inveteraverunt*, et etiam consumpta sunt, sive attrita sunt. Illud etiam, *dum clamarem*, in hebreo ad verbum est, *dum rugirem*. Ex quo intelligimus, clamorem illum fuisse clamorem doloris et compunctionis, qui recte rugitus dici potest. Vide Bellarminum iuxta eundem Psalmi trigesimi primi locum.

16. Quæres XIV : « Quomodo veritati consentiat illud (Psalm. 56, v. 25) : *Junior fui, etenim senni, et non vidi justum derelictum, nec semini ejus quarens panem?* Item illud (Prov. 10, 5) : *Non affiget Dominus fame animam justi; cùm tamen (Luc. 16, 20), Lazarus mendicus et justus, inedi laboraverit?* » — Resp. : Psalmista non ait, nullum dari hominem justum mendicantem, sed tantum ait, se non vidisse talēm. Adducit nimis proprio experientiam, diligens. Licit sim senex, nullum unquam justum penitus derelictum, nos filios ejus stipem ostiatio querentes conspici. Dein, etiam si justi quandoque aut sapientia engantur mendicare, et forte aliquos tales etiam Psalmista viderit, tamen in eis inopiam temporalem compensat Deus solatis et gratiis aeternis, ac spe aeternorum bonorum, ita ut non possint dici penitus *dilecti*, nec anxi et tristes aut quasi desperantes *quarent panem*, sed reapsè inhibent potius bonis spiritualibus et aeternis; bonis vero temporalibus paucis contenti vivunt.

Quod autem attinet alterum *textum* ex Proverbiis desumptum, inprimis ille intelligentius est in sensu distributivo tantum accommodo, seu solū de ordinariis contingentibus; nam hęc et similes promissiones rerum temporalium in veteri Testamento saltem ut plurimum impletæ sunt. Aliquando tamen secūs factum est, sed tunc Deus-famem corporalem supplebat saturitate et copia donorum spiritualium; ut etiam vere tum dici posset, egestatem et incommoda corporis esse justo delicias animi. *Non igitur affugebat tunc Dominus*

fame animam justi, sed potius eamdem saturabat, et recreabat. Sic etiam Lazaro illi evangelico inopiam temporalem compensavit Dominus aeternorum spe et retributione bonorum que potiora sunt.

17. Quæres XV : « Quomodo David (Psalm. 50, v. 6) ad Deum dicere potuerit : *Tibi soli peccari?* Numquid enim etiam peccavit adversus Uriam, quem per adulterium cum ipsis uxore commisum gravissime inhonoravit, et occidit? adversus Bethsabeam, quam seduxit? adversus populum suum, cui tantis sceleribus pessimum exemplum præbuit? » — Resp. : Omissis aliis aliorum interpretationum responsionibus, quas apud Calmetum (comment. in Psalm. 50, v. 6) invenire poteris, mihi preplacent duæ aliae expositiones, quarum prima est Bellarmini, altera Bulleti. Bellarminus hunc locum ita exponit : « *Tibi, inquit, soli peccavi; non dicit, contra te soluni peccavi;* peccaverat enim etiam contra Uriam, quem occiderat, et contra Bethsabeam, quam adulteraverat, et contra populum, quem scandalizaverat; sed dicit : *Tibi soli peccauit*, nimis ut judicet, apud quem solum convinci poterat; nam nec alium judicem habebat; etsi habuisset, quoniam factum erat sine teste, et quoniam ex suspicione fama peccati manasset in vulgus, tamen legitimè peccatum probari non poterat; sed apud Deum judicem convictus erat, tum quia Deus viderat, tum quia conscientia ipsius testis erat apud Deum, qui scrutatur renes et corda; et ideo subiungit declarans : *Et malum coram te feci.* Quamvis enim David occultè peccaverit, in tenebris clausi cubiculi, tamen oculos Dei excludere non potuit. »

Altera expositio est Cl. Bulleti (1), qui in primis monet, et exemplis probat, vocem *solutus* non semper esse exclusivam omnium aliorum. Sic summus sacerdos Achimelech ad Davidem dicebat, 1 Reg. 21, 1 : *Quare tu solus, et nullus tecum?* Et tamen ex sequente versu 4 patet, Davidem cum aliquibus, sed solito paucioribus comitibus, tunc venisse. Unde teste Cornelio à Lap., Comment. in 1 Reg. 21, 4, Lyran, Dion, et Athanasius, homil. de Semente, docent Davidem cit. loc. dici solum venisse, quia non veniebat comitus solita frequentia famulorum et militum, sed pacis duntaxat stipatus. Sic etiam in Epist. S. Judæ vers. 4, legimus : *Subintroierunt enim quidam homines... impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, et solum Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes.* Profectò, dum S. Judas Apostolus Christum hic appellat *solum Dominatorem et Dominum nostrum*, non vult excludere Patrem divinum et Spiritum S., qui pariter noster Dominator et Dominus sunt. Tacco plura alia exempla à laudato auctore haec in rem adducta, qui his verbis concludit : *Igitur pari modo, quoniam David contra Uriam, contra Bethsabeam, contra multos Israelitas, quos cum Uriā in perniciem tradidit, et contra populum suum taliter scandalizatum peccaverit, tamen ait, se SOLI DEO PECCASSE, quia vehementissimo*

(1) Réponses critiques, tom. III. num. 51.

dolorē offensi *Numinis occupatus*, de solo hoc summo bono tantoperē offeso cogitabat, in eo contritionis monumento omnium creaturarum, etiam earum in quas pectavit, oblivisceretur. Ita Cl. Bulletus.

18. Queres XVI : 1 Quoniodū illud (Psalm. 57, v. 5 et 7): *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdae, obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, et venefici ircantantis sapienter, conyeniat cum hodiernorum philosophorum doctrinā, qui inter fabulas numerant illam multorum opinionem, quid serpentes obstruant aures suas, ne vocem incantantis audire cogantur? Ut cavillis horum philosophorum (et præsertim de Voltaire, qui (1) sacros Yates irridet, quid crediderint serpentes hunc in modum fascinari posse) plenius faciam satis, observo 1: Bochartus, qui (2) omnes consuetæ eruditio[n]is sue nervos in hoc argumentum de excantandis serpentibus intendit, demonstrat notos apud veteres fuisse angues, qui venefici incantantis artem omnem eluderent; in assignando autem modo, quo animalia isthae id efficerint aut efficiant, variant auctores. S. Augustinus, Cassiodorus, Beda, S. Isidorus, aliique plures in eâ fuerunt persuasione, aspidem vix ad primum magicorum carminum sese è latebris evocantium susursum, alteram aurem terre applicare, alteram verò caudæ summitate occludere, donec evocatio absolvatur. Patres græci, uti Eusebius, S. Athanasius, Theodoretus, callidâ quâdam arte surditatem sibi inducere serpentem credebant, sed quam potissimum, non explicant. Bochartus verò duplicum modum, quo serpentes vim magicorum carminum eludere possunt, recenset. 1º Cùm anguis horrent quodam sibilo elato, incantantis vocem vel superat, vel saltem æquat; seu potius serpens sibilatione suâ evocanti mago et respondet, et illum rudi quâdam imitatione simulatur, quod à Latinis verbo *recurre* exprimitur. 2º Cùm serpens naturali surditate laborat, sive veneni sui malignitate vim magicorum carminum superat. Sic teste eodem Bocharto est apud Arabes quoddam serpentum genus, qui surdi sunt, et quorum venenum insanabile et lethale, quique vim omnem magici carminis ita eludent, vultui si obstructas haberent aures. Nimis malignitate veneni sui, quod hi angues habent, impedit stupor, à carmine magico inducendus. Quo enim vehementius est virus, et major agitatio spirituum et sanguinis oritur; que non potest continuo à demone compesci applicatione cause naturalis. Neque enim illimitata est potestas demonis vel in ipsis bestias. Tales ergo angues vim magici carminis haud secūs eludent, *ac si aures obturatas haberent*. Cæterum non negamus, sed potius asserimus, excantationes serpentum sc̄p̄ aut plurimæ esse naturales et non supersticiose, quibus angues, aliisque bellue soporentur, capiantur, ac veluti incantentur; musica videlicet, et cantu, seu potius imitatione sibili ipsi*

(1) Tractatu de Tolerantia, ubi quasdam observationes super Prophetas accumulat.

(2) De animal. Sacr. P. II, L. 3, cap. 6.

proprī; denique et odoribus nonnullis, ac maximè suis (1).

Observo II. Quamvis nostrâ ritate ab eâ incantandi angues superstitione homines desueverint, non penitus tamen ab hoc magie genere cessarunt. Testatur Scaliger (2) vidisse se homines, qui magicorum carminum phœnurmuratione serpentes accirent; et Pomponiacus, de Incant. cap. 4, viri enjusdam Mutinæ versantis meminit, angues tractantis prorsus inoxiæ; sed cùm fortè simil virtutis sue in immane aliquem et virulentiorem anguem dare specimen vellet, subito morsu creperunt, diros inter cruciatus interiit. D. Bernier (3) testatur, etiam in regno Cachemir repertis homines, quorum id proprium esset institutum, serpentes excantare. Texeira (4) affirmit, à se visos serpentes, ipso aspectu immanes ac terrililes, qui carmine cicurati non solùm manibus hominum palpari se sinerent, sed dominos suos haud secūs ac domestica animalia sequerentur, ad tibias edocti saltarent, atque alia hujus generis facerent. Taceo alii ejusmodi exempla, quæ apud Calmetum, loc. cit., et Weissenbach (5) annotata invenies.

Observo III. Si quis omnia haec incantationis serpentum exempla ad fabulas amandare velit, faciat mea pace. Nam citra vim S. Scripturæ illatam cum Bellarmino (6), et Calmeto dici potest, non multum referre ad citati Psalmi explicationem, utrum sit verum, an fabulosum, quod dicitur de aspide claudentis sibi aures, ne audiat maleficum incantantem. David enim similitudinem ducit ab eo quod vulgo fertur, loquiturque ex sententiâ populari, seu ad mentem vulgi carminibus magicis vim istam incantandi serpentes tribuentis. Neque in imaginibus seu similitudinibus semper verum, sed veri speciem sequi solemus. Et profclò solempne est scriptoribus sacris, quanquam divino, supernaturali, et infallibili lumine illustratis, ut vulgarem loquendi rationem non rarò sectentur, quod se ad captum et indeo vulgi accommodent. Hinc legimus in Scripturâ odium, iram, penitentiam Dei, ejusque oculos, manus et pedes. Audire Deus legitur voces pulli corvorum ad ipsum clamantis, Ps. 146; columba simplicitas, et serpentis prudentia proponitur in exemplum Matth. 10, 16; quatuor esse super terram scribit Solomon Prov. 30, qua, minima licet, sapientia tamen vel ipsis sapientes viros superant; nempe formica, lepusculus, locusta, et lacerta. Quidni igitur Psalmista sine errandi periculo sese potuerit accommodare communis veterum persuasiōni de incantatione serpentum, dicens: *Furor illis secundum similitudinem serpentis!* etc.

Scholion. Monet S. Augustinus, non idē approba-

(1) Vide Calmet, Dissert. de excantatis serpentibus, que Commentario in Psalmos præfixa est.

(2) De Animalibus L. 1, cap. 28, sect. 123, apud Bochart.

(3) Tom. IV Itinerarii sui in Cachemir, pag. 162, gallice.

(4) Histor. Persica L. 4, cap. 19.

(5) In formâ Theol. Bibl. Tom. II, pag. 197, 204.

(6) Comment. in Psal. 57, 5.

ri in Scripturā incantationes venescorum. quia Psalmista inde similitudinem accepit : nam et Dominus in Evangelio similitudines duxit à judece injusto, qui nec Deum timet, nec hominem reveretur; et à villico iniqutis, qui donando bona domini sui, amicos multos sibi conciliavit; nec tamen approbavit iniquitatem iudicis, neque fraudes servorum. Porro, quando Psalmista loc. cit. beneficium *sapienter* incantare ait, *quaer (aspis) non exaudiet vocem incantantium : et benefici incantantis sapienter*, non laudat aut probat artem magicam, sed (ut Menochius et Bellarminus recte¹ expoununt) sensus est : « Quae non exaudiet vocem... benefici incantantis sapienter, id est, valde periti in arte sua, seu in arte magica exercitatissimi. »

19. Quæres XVII : « Quomodo Psalmista, Psal. 68, 29, in sensu mystico contra Iudeos persecutores Christi Domini orare potuit : *Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur*; cùm tamen hi nunquā scripti fuerint in libro vite? » Resp. : Variæ sunt hujus sententiae explicaciones; prout etiam variæ sunt libri vite vel libri viventium significaciones, quemadmodum apud Lorinum (1), alios interpretes videre poteris. Mihi preplaceat explicatio Bellarmini, qui per librum viventium et justorum hoc loco intelligit librum populi Dei, atque ita ait : « Probabilior videtur eorum sententia, qui per librum viventium et justorum, intelligent populum Dei, in quo scripti sunt veri cultores Dei, quibus solis vera justificatio contingit, et qui sunt filii et heredes. Verè enim Iudei qui olim erant populus Dei, nunc deleti de libro viventium et justorum, non sunt amplius populus Dei, neque partem habent in hereditate filiorum Dei; et contra gentiles, qui non erant populus Dei, per fidem in Christum cœperunt esse populus Dei, et partem habere in regno Dei. Hoc prædictum... Daniel cap. 9 : *Non erit eus populus, qui cum negaturus est. Et Osee 1 : Non populus meus, et ego non ero vester Deus.* Et Dominus in Evangelio seppissimè hoc predixit Iudeis, fore, ut auferretur ab eis regnum Dei, et filii regni ejicerentur foras, et in locum eorum venirent gentes ab Oriente et Occidente, et renumerarent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno celorum. Hanc expositionem attingit breviter S. Hilarius, sed fusiū S. Hieronymus, qui dicit Iudeos persecutores Christi deletos esse de libro, in quo scriberebantur Patriarchæ et Prophetæ, et non esse scriptos in libro eorum qui justificantur per fidem Christi, quorum nomina scripta sunt in celis. Ex his Bellarmini verbis satis, ut opinor, sensus illorum verborum : *Deleantur Iudei persecutores Christi de libro viventium, et cum justis non scribantur*, patet.

20. Quæres XVIII : « Quomodo David, Ps. 73, 9, dicere potuerit : *Jam non est Propheta*; cùm tamen tunc Propheta fuerint Nathan, Gad, aliique? — Resp. : Nego suppositionem, quod hoc loco sermo sit de tempore Davidis, sed describitor oratio populi Iuda-

ci in afflictione positi sub Nabuchodonosore tempore captivitatis Babylonice, vel, ut alii volunt, gementis sub jugo Antiochi Epiphanius. Et sane, si citatum textum accipiamus de statu Iudaïorum tempore captivitatis Babylonice, aptè explicari possunt illa captivorum suspiria, cit. loc. expressa : *Signa nostra non videntur, jam non est propheta.* Quamvis enim signa seu prodigia quædam tempore captivitatis Babylonice facta fuerint, e. g., liberatio Danielis, et sociorum eius de ardenti fornace, et iterum Danielis de lacu leonum, etc.; tamen ista non erant ad liberationem totius populi Iudaïorum patenter edita, ut illa in Ægypto olim, atque in deserto facta, quæ idèo Iudei meritè appellare poterant *signa nostra*. Dicin *non erat* tunc *Propheta*; quamvis enim Daniel fuerit Babylone, tamen non erat Propheta popularis, quem vulgo consulerent homines, quemadmodum in Iudea olim conseruerant. Ezechiel longius Babylone aberrat in Mesopotamia superiori, iuxta fluvium Chobar divino astu afflatus. Jeremias omnino non erat cum Iudeis captivis Babylonem profectus, sed à reliquiis Iudeorum, ut secum iret in Ægyptum, compulsius est, Jer. 43, 4, 8. Denique, licet tempora captivitatis Babylonicas fuerint Prophetæ aliqui, nulli tamen erant, quales Iudei captivi optabant, et quales olim post exitum ex Ægypto habebant, aut in Iudea ei Jerusalem intuebantur; qui palam ipsis initium, vel finem malorum annuntiabant, qui eos hortabantur, vel in calamitatibus ipsorum consolabantur, ac etiam signis seu miraculis juvabant. Sensus itaque illorum verborum : *Jam non est Propheta*, rectè assignatur iste : *Jam non est Propheta, qui nobis optinetur, ut olim Moyses, Samuel et alii, quique coram praesens nos voce soletur, et signis seu miraculis juvet contra hostes.* Vide Tirinum, Calmetum, Menochium Commentar. in hunc locum.

21. Quæres XIX : « Quomodo Psalmista, Ps. 81, 5, predicere potuerit : *Movebuntur omnia fundamenta terra*; et simul, Psal. 103, v. 5, asserere : *Fundisti terram super stabilitatem suam. Non inclinabitur in seculum seculi.* Quomodo hic evitatur contradictionis? — Resp. : Nulla hic est contradicatio. Nam in primo textu (ut Bellarminus et Menochius exponunt) Scriptura loquitur in sensu morali et metaphorico, quod nempe ob ignorantiam vel iniquitatem Iudicum secutura sit perturbatio et tumultus, sedicio et desetio populorum. Deplorat enim ibi Psalmista voluntariam cœcitudinem Iudicum, ob quorum iniquitatis totus orbis terrarum conturbatur. In altero autem textu Scriptura loquitur in sensu physico, ac sensus est : Terra non innuitur alteri solidi corpori; illa sibi basis est ac fundamentum; illa innuitur super stabilitatem suam, super æquilibrium et centrum suum, sive ut textus hebreus habet : Fundavit terram super basim suam, non commovebitur in seculum seculi. Sic etiam alibi Scriptura dicit : Fundavit (Deus) orbem immobilem, 4 Paral. 16, 30.

22. Quæres XX : « Quomodo explicetur illud Psal. 124, v. 3 : *Non relinquet Dominus virginem peccatorum super sortem Justorum*; cùm tamen experientia do-

(1) Comment. in Psalm. 68, v. 29.

ceat, ab impiis scēpē opprimi justos, et illos his dominari? — Resp.: Textus non ait: *Non ponet Dominus virgam peccatorum, etc.*, sed: *Non relinquet, vel ut in hebreo est: Non requiescat virga (sea sceptrum) peccatoris super sortem justorum; quaē metaphora non requiescat eleganter exprimit brevitatem temporis, quo peccatores permituntur regnare super justos. Quamvis enim tempus hoc longum videri possit iis, qui non cogitant aternitatem; tamen iis, qui ex diuinā promissione certi sunt, regnum sanctorum cum Christo sine fine duraturum, momentaneū videtur omne, quod habet finem. Ait igitur Psalmista: Non requiescat virga peccatoris super sortem justorum, id est, erit quidem potestas peccatoris non raro super justos ad eorum probationem, vel exercitationem, vel correctionem; sed non erit manens, sed transitura; temporalis, noua aeterna. Ita Bellarminus cum aliis. Eadem fermè expositione est Menochii, qui citatum textum ita exponit: Non requiescat virga peccatoris, etc., id est, non permettit Dominus pios et fideles populos, qui sors et haereditas illius sunt, nimis diu vexari flagello impiorum, ut non extendant justi ad iniqutitatem manus suas. id est, ne si justi diuturno tempore se malis confictari animadverterent, a pietate descedant, quasi Deus parvum curen suos, et impia melius sit.*

22. Quares XXII: «Quomodo concordet illud Psal. 126, 3: *Vanum est vobis ante lucem surgere, cum illo* Sap. 16, 28: *Oportet prævenire solem, ad benedictionem tuam, et ad ortum lucis te adorare. Quomodo hi duo textus conciliandi?* — Resp.: Sensus primi textus est, inutiles esse hominum curas, ac vigiliantiam, ut Domini adiut auxilium. Nam, ut S. Chrysostomus, Theodoretus, et Eutymius tradiderunt, haec propheticā exhortatio, sive admonitio in sensu litterali pertinet ad populum Hebreorum post reversionem à captivitate Babylonica, quando laborabat in ædificandā domo Dei, et restaurandā civitate Jerusalem, et à vicinis gentibus toto ferè illo tempore vexabatur et impeditabatur (1). Dūm igitur filii Israel pra nimia sollicitudine, dūm in angustiis essent, ante lucem opus ædificationis aggre diebantur; monet illos Spiritus S., nihil profuturum, quid ante lucem operari incipient, nisi Dominus illis adfuerit: sed si Dominum adjutorem habuerint, et in illo spem suam posuerint, opus prosperè successurum, etiamsi post necessariam quietem, orto jam sole operi se accingant. Insinuat nobis hunc sensum totus sacre contextus cit. loc. positus. *Vanum, inquit Deus, est vobis ante lucem surgere, ad opus videlicet ædificationis prosequendum; ubi subintelligendus est versus immediatè precedens, nisi Dominus ædificaverit domum, vel custodierit civitatem;* et idè confidentes in Domino, et illum assiduè invocantes, *surgite, postquam sederitis,* id est, post nocturnam, ac necessariam quietem, surgite ad opus: *Qui manducatis panem doloris,* id est, vos qui in angustiis et oppressione nunc vivitis propter infestationem continuum inimicorum. Sen-

sus autem alterius textus ex L. Sapientiae desumpti est longè alius, nimiriū iste: Oportet prævenire solem, seu ortum solis, ad benedictionem, græcè ἐπιχειρεῖν, id est, gratiam tuam recipiendam; vel ad gratiarum actionem pro manna reddendam, et ad ortum lucis te adorare. Unde patet allatos duos textus neutiquam inter se pugnare.

24. Quares XXII: «Quomodo David, Ps. 131, 2, 6, jurare et votare potuerit, se non intraturum est domum suam, nec in lectum ascensurum; immo etiam neque extra lectum dormiturum, aut quietem ullam capturum, donee tale templum extruxerit, ut in eo dignè possit area Domini collocari? Nonne absurdum et insipiens est, aiunt increduli, jurato promittere et votare, quod implere non possis, quodque naturae vires superat, videlicet tamdiu insomnum esse, dum templum stratur? Antequam respondam, recito Psalmi modò citati verba hæc de re ita sonantia: *Sicut (David) juravit Domino, votum vorit Deo Jacob: si introiero in tabernaculum domis meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitionem, et requiem temporibus meis; donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Quæ ultima verba, ut Bellarminus cum aliis rectè advertit, non significant Davidem votisse, se non acceptum villam quietem, donec à Deo sibi locus templi ædificandi revelaretur; sed sensus est, donec reapsè templum extruxisset. Nam, ut ex 2 Reg. cap. 7, et ex 1 Paralip. cap. 22, constat, David non tam de designando templi loco, sed de ipsa ejusdem ædificatione sollicitus erat, et in hanc executioni dandam ingenti studio invigilabat. Jam autem, inquit increduli, nolle quietem capere, aut dormire, donec templum tam magnificum ædificatum fuerit; idque jurato votare, non nisi hominis insipientis est. Aut, an ille sancta mentis est, qui juratò promittit, quod servare non potest? Verum ad hunc incredulorum earivill, resp. cum Bellarmino et Buleto, hoc perquam ineptè objici ab incredulis. Evidem David et asseverat et votet, se nec domum, nec lectulum suum ante aditum, sed nempe per figuram hyperboles, ad iugens desiderium suum exprimendum, quo semper æstivalbat, Deo templum ædificand. Neque ejusmodi figura in S. Scripturâ, aut in communī modo loquendi infrequentis est, quæ hoc loco, et in similibus circumstantiis duntaxat sollicititudinem magnam rei faciendæ denotat. Sic in L. Proverb., cap. 6, v. 3 et 4, sponsori prescribitur, ut maximâ sollicitudine fidem datam liberet: *Discurre, festina, suscita amicum tuum; ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebra tui.* Neque tamen idè precipitur, ut sponsor omnino non dormiat, donec promissum suum impleverit. Hoc enim interdum non nisi intra spatiū longi temporis fieri potest. Itaque sensus solummodo est, ut sponsor moralem diligentiam adhibeat, et impletionem promissi sui inter primas curas numeret. Simili modo, quando Jeremias post devastationem Jerosolyma ad Jerusalem ait, Thren. 2, 18: *Deduc quasi torrentem lacrumas, per diem et noctem, non des requiem tibi, neque*

(1) Vide Bellarminum aut Calmetum Comment. in hunc Psalmum.

taceat pupilla oculi tui, non petuit, ut Judæi diu noctuque absque intermissione flerent : id enim suisset impossibile, sed ut animo valde contristarentur, quoties devastationis sanctæ civitatis recordarentur. Taceo plura alia ejusmodi exempla. Unicum addo ex communi nostro loquendi modo desumptum. Sepè dicimus, nos non antea quieturos, donec certum aliquod propositum aut negotium consecutum fuerit, cuius tamen executio interdum pluribus annis indiget. Atqui hoc modo loquendi planè dicere nolumus, nos toto hoc tempore nullam quietem, nullam animi tranquillitatem, somnumve capturos. Solummodo illis verbis indicare volumnus, tale negotium nobis maximè cordi esse, nec illius exequendi curam nos unquam animo dimissuros, donec plenè consummum fuerit. Sic etiam hæc verba intelligit unusquisque, ad quem ita loquimur.

Similiter igitur etiam juramentum illud Davidis intelligendum est : Si introiero in tabernaculum domus meæ ; id est, juro me non intraturum in donum meum, ita ut obliviscar domus Dei ædificare : Si ascendero in lectum strati mei, id est, juro me non ascensurum in lectum meum, ita ut non cogitem de ædificatione templi, ubi propriæ area Domini requiescat. Si dedero sonum oculis meis, et palpebris meis dormitionem, id est, juro me non dormiturum, ita ut non vigilem circa templum Domini erigendum : Et requiem temporibus meis, id est, juro me non compositurum caput meum ad quiescendum, ita ut quiescam à sollicitudine donum Domini preparande. Quod juramentum et votum David, quoad in se fuit, accuratissime adimplevit ut intelligi potest ex verbis ejus, 1 Paral. 29, 2 : Ego, inquit, totis viribus meis præparavi impensis domus Dei mei ; aurum ad vase aurea, argentum ad argentea, etc... Et super hæc, quæ obtul in donum Dei mei de peculio meo aurum et argentum, do in templum Dei mei, exceptis his, quæ præparavi in ædon sanctam, tria milia talenta auræ de auro Ophir, et septem milia talentorum argenti probatissimi ad deaurandos parietes templi. Ac preter has ingentes opes, paravit etiam David descriptionem omnium partium templi, porticùs, et eclariorum et cœnaculi et similiūm rerum, ac præterea omnium ornamentorum, ut habetur in L. 1 Paralip. cap. 28.

Neque dicas : Templum ipsum tamen non ædificavit David, sed Salomon ejus filius; ergo David votum suum juratum non integrè implevit. Resp. : Deus votum quoad ipsum ædificationem templi noluit à Davide impleri, sed ei per Prophetam Nathan indicavit, non ipsum, sed ejus filium Salomonem à Deo electum esse, ut templum ædificaret, 1 Reg. 7, et 1 Paral. 28.

*25. Quares XXIII : « Quomodo illud Psalm. 432, c. 5 : *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion,* intelligendum sit? Quàd enim viâ aut canali ros montis Hermon, qui in tribu Issachar situs est, descendere poterit in montem Sion, qui est Jerosolymis? » Resp. : Variae sunt variorum interpretationum hujus textus expositiones, quarum alias solum commemoro. Bellarminus ait Psalmistam considerasse montem*

*Hermon esse altissimum, et amplissimum, atque in eo magnam esse roris abundantiam; montem autem Sion esse multò humiliorem et aridorem; et ideo more poetico dixisse, ex monte Hermon descendere rorem in montem Sion, quasi communicet mons Hermon rorem, quo abundat, cum monte Sion. Non quòd idem omnino ros, qui est in monte Hermon, descendat in montem Sion, sed quòd similis ros descendens in montem Sion, videatur quodam modo ex monte Hermon descendere. Et apertissime convenit haec similitudo in conventione fratrum habitantium in unum, de quo ibi sermo est (1). Sunt enim fratres concordes, quasi tot montes, sive colles Sion, in quos descendit ros cœlestis à Christo, qui est quasi Hermon altissimus, et rore cœlesti plenissimus. Unde dixit Joannes, cap. 4, v. 16 : *Et de plenitudine ejus nos omnes accipimus.* Non communicat autem Christus nobiscum eam ipsam gratiam, et gloriam numero, quam in se habet; sed aliam similem, et minorem. Itaque Psalmista recte ait : Bonum utilitatis fratrum habitantium in unum sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion, sive, ut est in hebreo, *in montes Sion.**

Altera expositio est Euthymii, Theodoreti, Genibrardi, aliorumque dicentium, per ventum Euro-Aquilonum ex monte Hermon in montem Sion deferriri roscidam materiam cum nubibus, et hoc sensu rorem ex illo in istum descendere.

*Tertia expositio est Haymonis, Jacobi Perez de Valenzia, episcopi Christinopolitani, Vatabli, et plurium aliorum, qui censent, aut iteratò subintelligi debere nomen roris, ita ut sensus sit : *Sicut ros Hermon, et sicut ras qui descendit in montem Sion, jucundus est et exoptatus ; ita bonum et jucundum est habere fratres in unum.**

*Scholion. In citato Psalmo commendatur fratrum concordia, et dualis similitudinibus explicatur jucunditas, et utilitas fratrum habitantium in unum. Ac primò jucunditas haec comparatur unguento pretioso, quo ungebatur caput summi pontificis, quod erat orðoris suavissimi (vid. Exod. 30, 25, 31) : quod quidem unguentum effusum in caput pontificis, inde defluat ad barbam, et à barba in oram vestimenti, id est, in illam partem vestimenti, qua circumdat collum, seu que immediate subjecta est barba. Neque enim per oram intelligitur extremitas vestis sacerdotalis, sed summitas, ut notavit S. Augustinus, et ut indicat textus hebreus, qui ad litteram habet : *Super os vestium illius;* nam, juxta Scripturæ stylum, os vestium superiorum illum hiatum significat, quàd collum inseritur (2). Idipsum etiam ratio ipsa demonstrat; non enim tantum unguenti in caput pontificis effundi solebat, ut usque ad extremas vestes deflueret. Itaque ho-*

(1) Contextus Psalm. 432, 1, 4, ita sonat : *Ece quām bonum et quām jucundum habitare fratres in unum! Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron;* quod descendit in oram vestimenti ejus : *sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.*

(2) Exod. 28, 31. Item 39, 20 et 21. Job. 30, 18.

rum verborum : *Ecce quām bonum, et quām jucundum habitare fratres in unum! Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron; quod descendit in oram vestimenti ejus, merito assignatur iste sensus :* « *Sicut unguentum sacerdotale effusum in caput Aaronis defluebat in barbam et oram summam vestimenti ejus; et sic fragrantia suā mirē recreabat tum Aaronom, tum præsentes omnes; ita concordia fratrum mirē oblectat Deum et homines.* » Vide Tironum, aliosque interpres in hunc locum. Eamdem veritatem Psalmista illustrat alia adhuc similitudine roris incidentis in montem Ieronim et Sion, ut supra ex Bellarmino explicatum est.

26. Queres XXIV : « *Quoniam explicatur illud Psalm. 158, 8 : Si ascendero in cælum, tu illic es : si descendero in infernum, ades.* » Resp. : Non diffitentur, in hoc textu nomine *inferni* non intelligi sepulcrum, aut fossam, ut quidam hebraizantes volunt (1), sed infernum dominatorum , seu gehennam. Negamus autem, esse indecens, aut absurdum, quod Deus per immensitudinem suam ibi, sicut in quovis alio spatio reali, existat, non quidem, ut ibidem aliquid patiatur, sed ut damnatos et ignem infernalem conservet. huncque omnipotenti suā virtute vindice ad puniendos spiritus reprobos elevet. Ceterum Deus in inferno praesens est, ac manet in se aquē beatissimus, ac existens in cœlo. Neque enim ibi patitur *pænam danni*, cūm s̄ipsum in inferno aquē clarē videat et amet, ac in cœlo; ne que *pænam sensis*, utpote ejus incepax est; Deus enim, cūm sit ens à se, et ab omni alio prorsus independens, à nullā creaturā, adquaque nec à demônibus, nec ab igne infernali aliquid pati valet: sed potius ipse, ut diximus, tanquam *Ens ex naturā suā immensus et causa universalis omnium rerum creaturarum*, à quā bae omnes essentialiter dependent, conservat ipsum etiam esse daemonum et ignis infernalis, iisque tribuit virtutem cruciandi damnatos.

27. Queres XXV : « *An oratio vel cantus Psalmorum, si sit à moniale, aliāe personā non intelligente sensum verborum, Deo tamen accepta sit?* » Resp. : Affirmativè, dummodo ita orans, aut cantans verba, ordinatè, distinctè et reverenter pronuntiet; simulque intentionem seu voluntatem habeat orandi, et per haec verba, quae profert, aut cantat, Deum honorandi et laudandi. Solidè id demonstrat Dissertationis, cui ti-

(1) Vocem hebream school, quam latinus inferpres hoc loco *infernum* et alibi *inferos* solet interpretari, semper in Scripturā significare fossam vel sepulcrum quidam contendunt, nunquam autem locum infernum, vel gehennam. Ast contrarium ostendunt Lorinus (Commentar. in hunc Psalmi 158 locum), et Perierius (in Genes. cap. 37, disput. 8). Ac profectio in his cit. Psalm. verbis : *Si ascendero in cælum, tu illic es : si descendero in infernum, ades.* opponuntur duo loca distantissima tum inter se, tum à superficie terre, ubi habitant homines. Unus locus est distantissimus secundum altitudinem, quod est cælum; alter locus est disjunctissimus secundum profunditatem, qui est infernum. Liquet igitur non posse accipi hic nomen inferni pro seipso, quippe quod parvum distat à superficie terre, et longissime abest à profundissimis terra locis.

tulus : *Defensio Breviarii nuper accusati, germanicè : Rechtfertigung des unlängst angeklagten Breviers* (1). Quamvis autem hæc attentio ad sola verba quam theologi morales cum S. Bonaventuræ (2) attentionem superficialem nominare solent, ad essentiam orationis sufficiat (3); certum tamen est, quod attentio, quæ est ad ipsum sensum verborum, melior et præferenda sit. Huic autem in Psalmis aut aliis Scripturæ locis, maximè apud homines illiteratos, obstare solent varij obscuri aut peregrini modi loquendi, hebraismi, grecismi aut similia, quorum quidem aliqua jam explicavimus, sed plura explicanda restant. Unde difficiliores aut obscuriores quasdam locutiones in Psalmis occurrentes hic secundum ordinem Psalmorum evolvemus.

Psalm. XI, 7, dicitur : *Eloquia Domini, eloquia casta : argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.* Sensus est (4) : Verba Dei sunt casta, i. e., pura, sine ullâ falsitatis, mendacii, dolis admixtione; sunt velut *argentum* defecatum, quod per ignem *probatum* et à scoria separatum, ac *septuplum*, i. e. pluries seu maximâ diligentia purgatum est. Alii hæc verba, *probatum terræ*, explicant de argento à populis terræ approbato, videlicet ab hominibus peritus metallorum; alii de argento à regionis domino, rege, principe, approbato. Psalm. XI, 13 : *Circumfederant me vituli multi ; tauri pingues obcederunt me.* Hæc verba sunt Psalmistæ in personâ Christi patientis, loquentis, in quibus per *vitulos multos* intelliguntur populus Iudeorum et milites, qui instar petulantium vitulorum joco sibi vertebant atque oblationi, nequissimas quaslibet contumelias tempora passionis Dominicæ in Servatorem optimum ingerere : nomine autem *taurorum pinguium* designantur sacerdotes Iudeorum et pharisei pervicaci superbìa et interneccino odio Christum persequentes, qui fortes et pingues instar taurorum pinguium dicuntur; quia erant potentes et divites. Vel, ut Bellarminus existi-

(1) Hæc dissertatione idiomate germanico impressa, exlat in tom. XXXV, NEUESTER SAMMLUNG, etc. Legi etiam hæc de re præcipue meritorum Ludovicus de Ponte, tom. IV de Perfectione christiana, tractat. III, cap. 6, § 4 et 2.

(2) L. VII, de processu Religionis cap. 5, ubi S. doctor ita ait : « *Orandi tres sunt modi. Unus vocalis per verba composita et usitata, sicut cūm Psalmos, hymnos, collectas, et alias orationes, vel laudes compositas, ad exercitandam devotionem, vel solendum debitum recitamus. Triplex autem est (in oratione vocali) attentio. Una superficialis tantum, ut si attendat quæ dicit, quem Psalmum interim dicat, vel quam antiphonam, vel orationem. Fructus hujus attentionis est, quod non cogitare repete, cūm sciat se dixisse.... Alia attentio est literalis, qua homo sensum literarum tantum attendit, quid exterius verba sicut.... Tertia attentio est spiritualis, vel intellectualis, quando ex verbis Psalmorum queritur sensus spiritualis.... In tali attentione est fructus maximus.* »

(3) Vide laudatus dissertationem loc. cit. pag. 72, 76.

(4) In assignando sensu Psalmorum, et ejusmodi difficultiorum et obscuriorum, quas hic afferemus, locutiones in Psalmis contentarum, sequimur communiorum interpretationem explicationem.

mat, hac posteriora verba, *tauri pingues obsederunt me*, sunt explicatio sive repetitio verborum immediatè precedentium, *circumdederunt me vituli nulli*; nam, ubi in Vulgata nostrà dicitur, *tauri pingues obsederunt me*, in hebreo ad verbum habetur, *fortes Basan obsederunt me*. Vituli enim vocantur *fortes Basan*, quia erant robusti et pingues; nam Basan erat regio abundans optimis pascuis, unde pinguisimi tauri et arietes prodibant. Quare, juxta hanc Bellarmini explicacionem, citatus versus habet hunc sensum: *Judæi, milites, pontifices, et pharisei instar vitulorum et taurorum pinguium petulantibus et effusati me circumdederunt, et persecuti sunt.*

Psalm. XXII, 4: *Virga tua et baculus tuus me consolata sunt. Id est, pastoralis tua cura, ô Deus! et sustentatio, quâ me infirmum fuleis; quin subinde etiam castigatio, quâ me errantem mones et in viam revocas, mihi solatio erant. Lætatur enim anima, cùm videt profectum suum et salutem cura esse Deo.* Ita Origenes, Hieronymus, Augustinus, et Bellarmius cum aliis. Psalm. XXXII, 17: *Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis sue non salvabitur. Id est, fallax est spes, quam quis in equo ponit, quasi eodem salvis esse possit: equus enim in abundantia virtutis sue, seu in multo suo robore et velocitate non salvabitur. Hebr. non salvabit, scilicet se, et sessorem suum. Porro, qua hic dicta sunt de salute corporali, multò magis intelligenda sunt de salute spirituali, ad quam obtinendum nemo sufficiens est, sine preveniente, et subsequente gratia Dei. Psalm. XI.III, 25: Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster. Id est, vita nostra morti propinquâ, est quodam modo in sepulcri pulvrem redacta. Ante te super pulvrem, ac cinereum prostrati sumus. In altissimâ humiliationis statu à te misericordiam petimus. Facies et corpus nostrum humi prostratum, omnino terra ac pulveri adhaesit.*

Psalm. LXVIII, 14: *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. Quoniam Psalmista dixit, homines factos esse per peccatum similes bestiis insipientibus, addit finem illorum fore, ut more ovium brutarum et stolidarum, ad macellum ultrò et gregatim cursantium, in infernale stabulum cogantur maximo numero. Ibi mors depascet eos, id est, pabulum erunt æternorum cruciatuum, et ignis, qui non extinguitur. Ita S. Basilius, Athanasius, Eusebius, Chrysostomus et Augustinus, qui legit, *mors pastor erit eis*, quia scilicet Christi veri pastoris oves esse noluerunt.*

Psalm. LIX, 10: *Moab olla spei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditæ sunt. Sensus est: Moab, id est, regio Moabitica, est olla spei meæ, i. e., quam spero nôli subjectum et pedibus substratum iri, quasi ollam lavacri, (ut vertit Aquila, Hier. et Chaldaeus), id est, ollam, in quâ pedes abluere possim, q. d. Moabita mili in omnibus etiam abjectissimis rebus, inservient tanquam vilia mancipia, ut contigit 2 Reg. 8, 2. Ita Theodoretus. In Idumæam extendam calceamentum meum. Porro pergam prosequi victoriam de Idumæis obtentam, et*

*vestigia ponere in regione ab illis possessâ. Quamvis enim, cùm hic Psalmus scriberetur, jam obtinisset David unam victoriam adversus Idumæos, et occidisset ex ipsis duodecim millia, ut dicitur in titulo hujus Psalmi, tamen nondùm totam Idumæam sibi subjecebat; quod postea factum est, ut patet ex illis verbis 2 Reg. 8, 14: *Et facta est universa Idumæa serviens David.* Ait igitur: *In Idumæam extendam calceamentum meum, vel, ut Chaldeus habet: Super juncturam colli cervicis fortium Idumæorum projeci calcem meum, id est, pergam ad debellandam et pedibus conculcandam Idumæam. Mihi alienigenæ subditæ sunt, hoc est, jam enim Philistæos, qui alienigenæ sunt, debellavi. Dicuntur autem Philistæi alienigenæ, quia nullam affinitatem habebant cum Israelitis; Idumæi verò, Ammonite, et Moabite, quamvis non essent filii Jacob, tamen erant affinitate aliquâ illi conjuncti; nam Idumæi descendebant ab Esau, fratre Jacob; Ammonite verò, et Moabite à Loth nepote Abraham. Sensus ergo, ut dixi, est: Pergam occupare Idumæam; nam jam mihi parent Philistæi. Vide Bellarmium et Melochium in hunc Scripturæ locum.**

Psalm. LXIII, 8: *Sagittæ parvolorum factæ sunt plaga eorum, et infirmitate sunt contra eos linguae eorum. Id est, Deus in irritum abire jussit omnes inimicorum meorum conatus in me. Illorum tela seu ictus sunt valuti si parvolorum manu sagittæ emitterentur, vulnus inferre non valentes. Ipsorum lingue, quæ tanquam gladii, atque sagittæ acute erant, omni adversus me vi carerunt. Eos tantam vulnerârunt, qui utebantur illis. Alludit nimis Propheta ad illud, quod precedente versu 3 dixerat: *Exaceruerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram;* ac si diceret: Laboraverunt, ut gladium linguæ exaceruerent, atque ut sagittas lethales ex arcu jacearent; sed lingue eorum, gladius plumbeus, et sagitta, tela infantium evaserunt.*

Psalm. LXVII, 14: *Si dormiatis inter medios cleros, penne columbae deargentatae, et posteriora ejus in paleto auri. Hic versiculus, quem Bellarmius cum aliis interpretibus fatetur obscurissimum esse, juxta communem interpretationem est apostrophe ad Ecclesiam, maximè ad predicatorios Evangelii, ita ut sensus sit: Si dormiatis inter medios cleros, id est, si vos, qui evangelizatis verbum Domini, dormiatis, id est, quietatis in medio duorum Testamentorum novi et veteris, acquiescentes videlicet veritati divinitutis inspirato Prophetis et Apostolis, tunc penne columbae, id est, Ecclesie fides et mores erunt deargentatae puritate sapientiae, et deauratae fervore charitatis. Nam per duos cleros (vox enim hebraica sephathaim dualis est numeri) intelligenda esse duo Testamento, scribunt communī consensu latini et græci interpres, S. Augustinus, S. Hieronymus, Theodoretus et Euthymius. Neque absurdum est, per duos cleros, intelligi duo Testamento, quoniam clerus sortem, possessionem, et hæreditatem significat: sunt autem Scripturæ divinae possessio quædam et hæreditas Ecclesiæ. Quod si etiam per cleros intelligamus cum S. Hieronymo*

terminos, rectissimè duo Testamenta duo termini erunt, extra quos egredi non licet iisdem contrarium docendo, nisi veritatis semitam perdere velimus. Possent etiam per duos clerios intelligi possessio cœlestis, et terrena. Debent enim predicatores Evangelii non toti esse affixi contemplationi cœlestium honorum; neque toti addicti vita activa, et operibus charitatis erga proximos, sed in medio utriusque sortis quiescere, et nunc per contemplationem erigi in Deum, nunc per charitatis obsequium descendere ad proximos. Alias hujus perdifficilis versiculi interpretationes alii afferunt, quas referre nimis amplum et modestum esset, cum sint numero plurimæ. Eas qui nosse volet, legat apud Lorinum, aliosque interpres.

Psalm. LXVII, 31: *Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento. Hæ feræ, que in arundinitum pascuntur, et hi tauri, qui sunt in medio armamentorum, designant hostes Israel. David eos confert tauris furientibus, id est, qui ferociunt quasi tauri congregati in vaccis populorum, id est, cum populis, qui instar vacuarum (hebreo vitarum) lasciviant, salaces et dissoluti sunt. Metaphoræ sumptu à tauris, qui tum ferociores sunt, cùm generationi inter armata dant operam. Ut excludant, id est, vitæ et hereditate suâ depellant eos qui tibi, ô Deus! probati sunt argento, id est, instar argenti. Allegoricè per feras arundinis, juxta S. Hilarium intelligentur dæmones, qui libenter versantur inter homines leves et vanos, et in locis humeribus, ubi regnat luxuria. Sie de diabolo sub figurâ Behemoth dicitur Job. 40, 16: Sub umbrâ dormit in secreto calami, et in locis humeribus.*

Psalm. LXVIII, 15: *Adversum me loquebantur, qui sedebant in portâ, et in me psallebant, qui bibebant vinum. Sensus est: Qui sedebant in portâ, id est, principes et judices in conciliis meo consultabant, et falsa testimonia quererant, etc. Judicis enim in portis civitatum, vel propè portas civitatum in publico apud Hebreos exercabantur; unde est illud Prov. 31, 24: Nobilit in portis vir ejus, cum senatoribus terre (1). Porro pergit Psalmista: Et in me psallebant, qui bibebant vinum, hoc est, non solum publicè in conciliis, sed etiam privatim in domibus tempore conviviorum, vel etiam nebulones omnes et perpotatores, qui in popinis versantur, inter pocula de me garriebant, et cantabant ludentes et irridentes. Cæterum, quod Psalmi hujus argumentum in litterali historicoque sensu desumptum, non satis inter-*

(1) Sapè in Scripturâ nomen portæ, oculum denotat, ubi cotus judicium assidebat, Deut. 17, 5 et 8. Item cap. 21, v. 10, et cap. 22, v. 15, et cap. 25, v. 7, etc. Cum enim Judei vulgo in arvis exercerentur, locum tribunalium pre portis urbis constitendum censueré, ut lites ciuitatis possent expidiri. Ne cogerentur agricultores intrare urbem, et aliquod subire dispendium, ait S. Hieronymus in Zach. 8, judices in portis residabant, ut tam urbanos, quam rusticos in exitu et introitu urbis audirent, et finito negotio unusquisque confessim ad sedes prorrias reverteretur.

interpretes convenit (1); sed Patres, atque expositores alii pro illius spirituali ac propheticò sensu consentiunt, et uno ore fatentur, hunc Psalmum ad Messiam spectare, atque apertissimas de Jesu Christi adventu, passione, resurrectione, Ecclesiæque institutione Prophetias continere.

Psalm. LXXXIII, 14: *Tu confirmasti in virtute tuâ mare, contribulasti capita draconum in aquis. Explicit Psalmista, quomodo Deus operatus sit salutem Judeorum, et ait: Tu, Deus, confirmasti mare in virtute tuâ, id est, potentia tuâ fecisti, ut Mare Rubrum firmisimè quasi murus consisteret, dum transiret per medium ejus divinâ virtute siccatum filii Israel. Et cædem potentia obruisti in aquis ejusdem maris, ad locum suum resurgentibus, capita Ægyptiorum, qui instar draconum ferociantium filios Israel insequebantur.*

Psalm. LXXXIV, 5 et 6: *Dixi iniquis: Nolite iniquè agere; et delinquentibus: Nolite exaltare cornu. Nolite extolleré in altum cornu vestrum, nolite loqui adversis Deum iniquitatem. Bis monet Deus iniquos, ne exaltent cornu, hoc est, ne peccaminosè glorientur, ne superbìa intumescent. Nam vox cornu in S. Scripturâ non raro significat gloriam, potentiam, dignitatem, sublimitatem; que significatio inde videtur derivari, quia cornutorum animalium robur et fortitudo sita est in cornibus. Sic etiam in codice septagesimo quarto Psalmo vers. ult. dicitur: Et omnia cornua peccatorum confingum: et exaltabuntur cornua justi, i. e., peccatorum fastum confundam; et potentia, dignitas, gloria justi exaltabitur. Et iterum in Psalmo 91, v. 14, legitimus: Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum, i. e., potentia mea, et robur meum exaltabitur sicut cornu monocerotis. Monoceros enim, seu unicorns, animal est gerens in fronte cornu unicum, sed excelsum et robustum valde. Similiter vox cornu interdum etiam regnum significat; sicut Luc. 1, 49: Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui, i. e., erexit regnum et florentissimum feci in familiâ David servi sui.*

Psalm. LXXVII, 54: *Et ejecit à facie eorum gentes; et sorte diuīs eis terram in funiculo distributionis. Ejecit Dominus Chananeos à facie Hebreorum. Quoad distributionem però Terræ promissionis per sortes Israëlitæ divisæ, patet ex L. Josue (2). Porro textus sacer ad litteram ait, ipsis Terram promissionis divisa fuisse in funiculo distributionis; Ægyptii enim (Vid. Herodot. 1, 2, c. 6) et Hebrei (3) funiculis utebantur ad longitudines locorum, agrosque metiendo.*

Psalm. LXXVII, 65: *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crupulatus à vino, id est, Deus posquam diutius dissimulavit, ac dormire visus est, dum tantam Philisthei exercabant de populo ejus stragem, et indignissimè Arcam sanctam tractabant, Deumque ipsum impiissimè blasphemabant, tandem, veluti completo somno, excitatus est*

(1) Vide Calmeti Praefationem in hunc Psalmum.

(2) Cap. 14, v. 2. Et cap. 13, usque ad cap. 20.

(3) Psalm. 15, v. 6. Josue 17, v. 5, 14, et passim.

ad auxilium et ultiōnem populi sui, injuriarumque sibi illatarum; et militi animoso ac forti similis, cui ex largiter epoto vino alacritas, roburque accedit novum, majoreque in hostem ruit impetu, exarsit plenus quodammodo indignationis mero in Philistaeorum exitium. Ita S. August. et Theodoretus. Loquitur nimurum Scriptura hic (sicet sapientis alibi) de Deo more humano.

Psalm. LXXVII, 69: *Et aedificavit sicut unicornium sanctificationis suum in terra, quam fundavit in secula, id est, aedificavit templum suum, sicut facere solent unicornes, qui prae ceteris animalibus magnificis sibi mansiones alto et praerupto loco, easque stabiles strunt. Sic Deus templum sibi struxit in aere Sion excelsum, magnificum, non mobile, ut in Sio, sed stabile, quodque erectum est in terra, quam fundatur in secula, scilicet in terra sancta montis Sion, qui erat figura Ecclesie Christi perpetuò duratura, adversus quam portae inferi non prevalebant.*

Psalm. LXXVII, 70: *Et elegit David servum suum, et sustulit eum de gregibus ovium, de post factantes accepit eum. Pascere Jacob servum suum, et Israel haereditatem suam; id est, Deus elegit David servum suum, scilicet in regem populi electi; et tuli eum de humili loco, de gregibus ovium, seu de officio et munere pastoritio, quod re ipsa exercebat, cum oves factas et prægnantes sequeretur. Pascere Jacob servum suum et Israel haereditatem suam, id est, transluit eum de ministerio pascendi oves ad ministerium pascendi homines. Hic notandum, quid hoc verba, de post factantes accepit eum, sint hebraismus seu modus loquendi apud Hebreos usitatus. Nam ab Hebreis non raro præpositio una ante alteram ponitur, ut præter exemplum modo allatum etiam patet ex illo 1 Reg. 14, 27: Ut deleret Israel de sub celo, i.e., ex omni regione sub celo sita. Item Sophet. 4, 6: Avertuntur de post tergum Domini, i.e., contempnunt Dei legem, et ab eo avertuntur. Item Matth. 4, 23: De trans Jordanem, i.e., de regionibus ultra Jordancem sitiis respectu Galilee, que erat cis Jordanem, in qua prædicabat Christus. Item, Luc. 17, 24: Fulgor coruscans de sub celo, i.e., è nubibus, qua sub celo sunt.*

Psalm. LXXXI, 1: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat; id est, Deus collocavit se in synagogā deorum, in congregazione, et consensu judicium viceim Dei gerentium, ut scilicet eorum actiones contemplatur, et de eorum iudicis et sententias censuram ferat. Argumentum enim hujus Psalmi est exhortatio ad iudices, ut recte iudicent; que exhortatio ut efficacia sit, inducitar Deus summus Iudex inferiores iudices increpans.*

Psalm. XCVI, 5: *Montes sicut cera fluixerunt à facie Domini; à facie Domini onus terra; id est, terra ac montes terrore quodammodo correpti fuerunt coram Omnipotente; liquefacti sunt, soluti, ad nihilum redacti coram Domino. Hi loquendi modi S. Scripturae sunt familiares (1), et mirum in modum significant*

(1) Vide Judic. 5, 5. Judith 16, 18. Mich. 4, 4.

eam reverentiam, quae Omnipotens aspectui debetur. Juxta Menochium hic locus Psalmorum potest de Christo intelligi, et de iure conflagrationis, qui premititur ante iudicium extremum; et omnibus absurda, juxta illud 2 Petr. 5, 10: *Adeveniet autem dies Domini ut fur: in quo celi magno impetu transirent, clementer calore soleventur; terra cutent, et quæ in ipsa evanescerent, exirentur. Quibus verbis concordat Psalmista, in hoc Psalmo, v. 3, dicen: Ignis ante ipsum præcedet, et inflammat in circuitu inimicorum eys.*

Psalm. XCVII, 8: *Flumina plentiter manu, simul montes exultant à conspectu Domini; quotidianè venit judicare terram. Psalmista, sicut in versu immediatè præcedente mare et terram invitavit; ita invitat nunc flumina et montes, ut similititer signa letitiae ob adventum Christi edant. Porro haec et similes locutiones, flumina plentiter manu, montes exultant, etc., sunt locutiones magnificæ et figuratae, que quidem in Scripturâ (1) et apud Orientales visitate sunt: in hisqâ tamē lingua non nisi ægerimè adhiberi possunt. Illud autem, quotidianè venit judicare terram, potest referri tam ad primum quam ad secundum Christi adventum. Si ad primum adventum referatur, sensus erit: Exultent, et extenter terra et mare, montes et flumina, quotidianè Dominus tenit judicare, id est, regere et moderari optimis et justissimis legibus orbem terrarum, non solum, ut olim, maiestate invisibilis Divinitatis, sed etiam corporali et visibili formâ, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo, Philippi. 2, 7. Si referatur ad secundum, sensus erit: Exultent terra et mare, montes et flumina, quotidianè Dominus venit judicare terram, et exterminabit omnes peccatores, et ostendet suam potestiam, et speciem amorem electos.*

Psalm. CI, 7: *Similis factus sum pellicano solitardinis; factus sum sicut nyctiborax in domicilio; id est, sicut pellicanus (2) solitarius et lucifugus, et nyctiborax, seu noctua, ut Chaldaeus vertit, vel, ut Hieronymus, buba, qui in angulo domus per diem quasi lucifugus latet, noctu vigilat, et non tam tanit, quam genit et lugit: ita et ego præ meorore fugio lucem et homines, noctes insomnis ago, genit, etc. Vide Thiburn aut alios interpres.—Psalm. CIII, 4: Qui pavis nubes descensum tuum; qui ambulas super petras tentorum. Psalmista prædictus admittit billem Dei sapientiam et potentiam in velocitate nubium, quæ vi ventofus stupenda celeritas.*

(1) Vide etiam Psalm. 93, 11 et 12. Item Psalm. 143, 4, etc.

(2) De pellicano scribit S. Hieronymus in Epist. ad Præsidium; Augustinus, Isidorus, Albertus M. et alii apud Gesnerum L. de Avibus, eum esse aegyptianum Nil soliditudinibus communorant, quid pullos à serpente occitos, lateribus rostro perforatis, suo sanguine suscit. Sed ipse Gesnerus negat, talen avem dari: Nisi, inquit, accipius vultur aegyptianus, de quod Orus scribit, quid pullos in fave sollet sanguine suo, quem ex femore proficit. Faretur tamen Gesnerus pellicanum, quem alio nomine Plateam nominant, ave esse solitariam et lucifugam. Et hoc servit proposito Psalmista, ut ex nostra expositione hujus versus data datet.

tate transeunt ab una parte mundi ad aliam. Aliquando enim serenum aerem conspicimus, et mox, ut ita loquar, in iuctu oculi, flante Austro, cernimus eundem aerem obductum nubibus; et contra, videmus interdum aerem nubibus undique cooperatum, et mox flante Aquilone vel Euro, cernimus nubes omnes velut in puncto temporis dissipari. Describit autem Psalmista haec omnia more poetico, ac si Deus insideat nubibus velut in curru, et utatur ventis, quasi eum pennis regi. Sed hæc metaphoræ nihil significat aliud, nisi Deum esse principalem auctorem omnium rerum, et ejus nutu ventos moveri, et nubes adduci vel abducere. Vide Bellarmínium in hunc locum.

Psalm. CIII, 52: *Qui tangit montes et fumigant.* Et Psalm. CXLIIII, 5: *Domine, inclina celos tuos, et descend; tange montes, et fumigabunt.* Alludit Psalmista ad caput 19 Exodi, v. 16 et 18, ubi describitur mons Sinai terribilis, et fumigans descendente Domino. Ita Bellarmínus; vel ut, alii explicant, sensus est: *Tange montes, fulmina immittendo, ex quo ignem concipient, et fumigabunt.* — Psalm. CXIX, 4: *Sagittæ potenter acuta cum carbonibus desolatoris.* Psalmista, v. 5 immediatè precedente, interrogatur: *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* q. d. Quem fructum, quod emolumenntum capies ex lingua dolosa? Vel: *Quid mali dari, aut addi possit supra linguam dolosam?* Jam respondet v. 4, et dicit: *Sagittæ potenter, etc.* id est, durissima plague, gravissime pena, et incendia vehementissime urentia tibi dabuntur, et apponentur. Itas porrò penas per metaphoram sagittas vocat à potenti Dei brachio emissas. Vel sensus est, linguam dolosam similem esse sagittis graver ferientibus. *Cum carbonibus desolatoris.* In hebreo est, *cum carbonibus juniperorum*, ut verit S. Hieron. Hoc enim significat vox hebreæ *rethain*. Sed 70 Interpretes explicaverunt metáphoram; carbones enim juniperorum sunt admodum solidi, idèque apti ad incendendum, vastandum et desolandum. Sensus ergo citati v. 4 est, velli linguam dolosam manere graves dolores, et incendia ex carbonibus accerrimè urentibus, et omnia populantibus et absumentibus orta; vel tales esset linguam dolosam, ut eum hujusmodi carbonibus; qui acriter urunt, conferti possit. Vide Menochiūm in hunc locum:

Psalm. CXXV, 4: *Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in Austro,* id est, reduc captivos nostros tantà velocitate in patriæ sinu, quemadmodum aquæ torrentium, Austro flante, et nives solvente, per alveum citissime decurrent, et ad mare proferant.

Psalm. CXLVII, 6: *Mittit crystallum stâni sicut buccellas; ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?* Quamvis diversæ sint hujus loci interpretationes expostiones, communior tamen sententia est hic locutione *crystalli* grandinem intelligi, quæ similis est buccellis; hoc est, bolis. Descendit enim in globos compacta magnitudine ferè boli unius, Græcis, *xp̄ox̄a*λες, et glaciem significat, et lapidem crystallum. In hebreo est *gerach*, quæ vox propriæ glaciem significat. Sed convenit etiam hoc vocabulum grandini, quia omnis grando quedam glacies est. *Ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?* q. d. Quis

ferre possit vim frigoris ejus? adeò enim frigida est grando, ut qui multa illius grana manibus collegerit, frigus ejus ferre vix possit. Alia expositio haec verba, *ante faciem frigoris ejus*, etc., ad Deum referit, quasi Psalmista dicat: *Nullus homo sustinere posset, si Deus frigus vellèt intendere, ut posset.*

Atque haec respectivè pauca exempla sufficiant ad ostendendum, qualis sit sensus seu literalis, seu spiritualis Psalmorum. Institutum et scopus operis mei non permittit, utterius in explicacionem singulorum Psalmorum excurreat; præseruit quin plurima in Psalterium commentaria Jam suæ editæ, et adhuc hodiè insignia in lucem edontur; prout Jam supra, (quesit. X, in scholio,) observavimus.

SECTIO II.

DE LIBRO PROVERBIORUM.

Juxta unanimem tam Hebraeorum, quam Catholicorum sententiam, Salomon edidit tres libros sapientiales, scilicet Proverbia, Ecclesiasten, et Canticum cantorum. Dubitamus autem multi Hebreorum antiquorum, an Salomon à Spiritu S. fuerit illustratus in compositione horum librorum. At oppositum declaravit Esdras, totaque Syntagoga, ac ipsa Ecclesia Christi, quæ predictos libros in Canone S. Scripturæ collocarunt. Porrò Salomon Juxta opinionem S. Hieronymi (1) librum Proverbiorum composuit pro juvenib[us], librum Ecclesiastis pro viris, et Canticum cantorum pro senibus: vel, ut Salmeron (2) cum aliis existimat, librum Proverbiorum fecit pro incipientibus, Ecclesiasten pro proficientibus, Canticum cantorum pro perfectis. Nam in primo præcepta tradit ad mores formandos, virtutemque amplectendandæ: in secundo, vanitate omnium rerum terrenarum ostensâ, in futurorum et aeternorum bonorum spei erigit, ac ita ad progressum in virtute stimulat; in postremo, perfectam charitatem in amicis spacio et sponsæ delineatam exhibet. Si autem quereras: an Salomon hos tres libros composuerit antea vel post lapsus suum in peccatum et idolatriam? Resp.: Proverbia et Canticum cantorum verisimiliter composuit ante lapsum; Ecclesiasten vero penitus post lapsum (3). Incipiendo jam à primo, seu libro Proverbiorum; est ille, ut modò diximus, absolutissima Summa trium moralis doctrinæ partium, videlicet ethice, economie, et politices. Ab Hebreis *Misericordia* vocatur, que vox sententias graves et apprime utiles significat.

28. Quæres I: «An libri Proverbiorum elegia sit, sive delectus optimarum sententiarum ex plurimis, qui ante Salomonem floruerunt, scriptoribus, ut Grotius (comin. in c. 1 Prov.) cum quibusdam Batavis assertit? » Resp. negativè. Nam hoc Grotii assertum repugnat tum S. Scriptura, quæ pluribus locis (4) Sa-

(1) In Prefat. librorum sapientialium.

(2) Proleg. X, canon. 32.

(3) Vide Pinedam in Salomonem prævio L. VIII, c. 4, sect. 5 et 7.

(4) Proverb. 4, v. 1. Et cap. 25, v. 1. Item Ecclesiastis cap. 12, v. 9. Et 1 Reg. 4, 32.

lomonem auctorem Parabolorum seu Proverbiorum pronuntiat; tum constanti et antiquissimae Hebraeorum ei Christianorum ferè omnium traditioni et persuasiōni, Salomonem esse auctorem libri Proverbiorum; tum etiam chronologię. Non enim dici potest, quinam excelleat illi scriptores ante Salomonis aevum fuerint, ex quibus sententie L. Proverb. collectae fuerint. De hebraicis enim non constat; gentilium verò Sapientum vix nomen, primam ante olympiadē quadragesimā ferè annis Salomonē posteriorem fuit auditum. Accedit, quòd veteres legislatores et philosophi, juxta probabilem multorum Patrum opinionem, sapientiam potius ex S. Scripturā hauserint, quam scriptores sacrorum librorum ex veteribus philosophis, prout in solutione III questionis ostendemus.

29. Quæres II: « An liber Proverbiorum, si à Salomonē in scelera luxuriae et idololatria lapsō scriptus esset, propterea ē Canone sacrorum librorum foret eliminandus? » Resp. negativē. Nam, licet homo sit malus et vitiosus, tamen Deus per illum suas veritates manifestare potest; sicut prophetavit per Balaam et per Caiapham. Pulchrit̄ē hanc in rem S. Augustinus, in Psalm. 126, loquens de Cantico canticorum ait: « Salomon erat tempore suo filius David, magnus ille per quem multa sancta præcepta, et salubria monita, et divina sacramenta Spiritus S. in divinis litteris operatus est. Nam ipse Salomon mulierum amator fuit, et reprobatus est à Deo.... Sed si illo cadente, quae per illum dicta sunt, delerentur, judicaretur, quia ipse dixerat, non quia per illum dicta erant. Optimè igitur etiam hoc egit misericordia Dei, et Spiritus ejus, ut quidquid boni per Salomonem dictum est, Deo tribueretur, peccatum autem hominiis homini. » Ceterū librum Proverbiorum Salomon verisimiliter ante, et non post lapsum suum composuit; prout supra cum Calmeto in Praefatione ad L. Proverb. observavimus.

30. Quæres III: « An veteres legislatores et philosophi leges suas et moralem scientiam ex libro Proverbiorum, aliisque S. Scripturæ partibus hauserint? » Resp. rem hanc inter ipsos Catholicos esse controvēram. Calmet, citans pro se Origenem, Tertullianum, S. Augustinum, ac Lactantium, propendet in sententiam negativam; affirmativa tamen (faciente ipso Calmeto) majori niūtior auctoritate. Eam enim tenent Clemens Alex. (1), S. Cyrillus Alex. (2), Theodoretus (3), Eusebius (4), S. Justinus M. (5). Porrò Origenes, Tertullianus, et S. Augustinus pariter affirmativam tenent, aut saltē dubium et controversum est, utri sententias affirmativas vel negativas, magis accedant. Denique affirmativę etiam faveat Hermippus (6), et Josephus Jud. (7). Plura de hac questione Calmetus (8) in spe-

(1) Admonitione ad Gentes.

(2) Adversus Julianum L. I.

(3) In opere adversus Grecos, seu Gentiles.

(4) Toti libro XI Preparat. Evang.

(5) Apolog. I, p. 15. Edit. Paris. 1636.

(6) Apud Josephum L. I contra Appionem.

(7) L. II contra Appionem.

(8) Ante suum Commentarium in L. Proverb.

ciali quādara Dissertatione. Item Huetius (1), et Weisbachius (2) in medium proferunt.

31. Quæres IV: « Quomodo verba illa Prov. 6, 1 et 2: « *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, deficitisti apud extraneum manum tuam: illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus, convenient cum charitate proximo debitā, quæ sapè petit, ut ad juvandum amicum, vel alium, sponsonem faciamus.* » Resp.: Liber Proverbiorum solum agit de sponso temerariā, quā, e. g., juvenes improvidi suas non raro facultates periculo eas perdendi exponunt; nequitquā verò de illa sponso, quam proximo, in necessitate constituto, charitas imperare solet.

32. Quæres V: « Quomodo illud Prov. 6, 6, 9: « *Vade ad formicam, & piger, et considera vias ejus, et discere sapientiam; que... parat in aestate cibum sibi, et congregat in messe quod comedat, cum illis Christi verbi, Matth. 6, 34: Nolite solliciti esse in crastinum, et concordet.* » Liber Proverbiorum loc. cit. agit de iis, qui ex pigritia nullam curam habent rerum temporaliū; quos proin jubet, providos esse; Christus verò loquitur de illis, qui rebus mundanis se nimil impendunt contra illud, quod v. 33 immediatè precedente dictum est: *Quærите.... primū regnum Dei, et hec omnia adiicientur vobis.*

33. Quæres VI: « An verba illa Prov. 6, 50: *Non grandis est culpa, cùm quis furatus fuerit, non sint illiciū surandi?* » Resp. negativē. Nam his verbis Salomon furium non excusat ab omni culpā et poenā, sed solum dicit, illud esse minorem culpam, quam adulterium, presertim si ex necessitate aliquā, et famis pellecta causa fiat, prout ex contextu patet, qui ita habet: *Qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cùm tetigerit eam. Non grandis est culpa, cùm quis furatus fuerit; furatur enim, ut esurientem implet animam. Deprehensus quoque reddet septuplum, et omnem substantiam domū sue tradet. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam, etc.* Hoc est, per insipientiam et insaniam perdet animam suam.

34. Quæres VII: « Quomodo illud, Prov. 10, 3, *Non affligit Dominus fame animam justi*, congruat cum experientia, juxta quam plurimos justos et piros reperire est, quibus domi res valde arcta? » — Resp. Ad hanc questionem jam respondimus supra, quando de libro Psalmorum egimus, quest. XIV, num. 16.

35. Quæres VII: « Quomodo Salomon, Prov. 23, 31, scribere potuerit: *Ne intuearis vinum, quando flavessit, cùm splenduerit in vitro color ejus;* et cùm tamen (ut quidam incredulorum ait) Salomonis aestate vitrum nondū fuerit inventum? — Resp.: Nego, quòd tempore Salomonis nondū inventum fuerit vitrum. Quamvis enim certa origo et iniūtum artis confundi vitra nesciat; ea tamen antiquissima est, et jam apud veteres Sidonios (3), qui erant Palestini-

(1) In Demonstrat. Evang. Propositione IV, cap. 8.

(2) Nova forma Theologie Biblica. Tom. II, L. IV, Quest. 22.

(3) Vide Lexicon Universal. Lipsiens. Tom. X. art. Glas.

vicini , viginis dicuntur. Præterea, Aristophanes , de vitris causticis apud Athenienses , et Plinius , lib. 36, c. 27, de sabulo Beli fluvii in Phoeniciâ , quod multa per secula gignendo vitro fuisse, loquuntur. Enimvero, ex genuino hoc testimonio antiquissimorum auctorum satis appareat, usum vitri ætate Salomonis non fuisse in Palæstinâ prorsus ignotum. Accedit, quod in fonte hebreo, Prov. 23, 31, non legatur in vitro, sed in calice , puta pellucido, v. g., crystallino; quo sensu etiam in libro Job , cap. 8, v. 17, de vitro videtur sermo esse, quando dicitur: *Non adæquabitur ei (sapientie) aurum vel vitrum.* Ubi per vitrum intelligitur crystallus, aut adamus, qui lapides vitro similes sunt; quamvis alii huic textum de vitro ipso intelligent, quod olim fuit in non exiguo pretio. Vide Menochium in hunc locum.

36. Quæres IX: « An ex verbis illis Prov. 24, 16: *Septies enim cadet justus, et resurget, anonymous qui-dam in Opusculo: Nouvelles Libertés des Pensées,* rectè inferat, Religionem tantoper adversari natura humanae , ut etiam, qui maximè sunt religiosi, nihilominus ferè singulis horis in peccatum labantur, fatente idipsum hoc loco Scripturâ? » — Resp.: Iste anonymous, verae religionis impius contemptor, qui toties sibi libertatem, et novitatem cogitationum gratulatur, neque veretur dicto modo Religionem in invidianum vocare, debuisset ad sequentia bene attendere. 1º Liber Proverbiorum cit. loc. non dicit justum septies de die cadere, sed septies , id est, septis universè. Quamvis enim auctor Catenæ Grec. Cassianus, collat. 22, c. 15, et nounulli codices manuscripti legant cit. loc., *septies in die cadit justus*, ex quo non pauci colligunt justum ordinariè non posse se cohíbere per unum diem, quin in aliquod peccatum veniale, imò in septem , id est, in plura labatur; tamen, ut Cornelius à Lap. (1) rectè monet, &c. in die, nec est in textu hebreo, nec in Sept. et Vulgatâ nostrâ, cæterisque codicibus impressis; adeoque ex hoc textu sacro non sequitur, quod homines etiam maximè religiosi ferè singulis horis in peccatum labantur. Imò, teste Suario (2), ipse Soto et Vega expressè admittunt justum ad unum diem posse abstinere a peccato veniali; et S. Augustinus (3) docet justos, præsertim cætiores et puritatis conscientiae studiosos, posse aliquo tempore esse puros ab omni peccato veniali (4). 2º Dicitur quidem cit. loc., *septies cadet justus;* sed mox additur: *Et resurget*, i. e., resipiscet. 3º Ibidem non intelliguntur alii lapsus hominis justi, quam leves et veniales, et à quibus statim resurgent. Hinc leves hi lapsus in eodem versu opponuntur gravibus et lethabilibus impiorum lapsibus hoc modo: *Septies enim cadet justus, et resurget; impii autem corrueant in malum.* Quid autem mirum, quod homo quantumvis justus in

(1) Comment. in L. Prov. 24, 16.

(2) Toin. III De Gratia L. 9, c. 8, num. 29.

(3) L. 2 de Pec. mer. c. 2.

(4) Plura hanc in rem vide apud Nicolaum Lancianum Opus. Spiritual. XVI, L. 2, c. 1, conclus. 7, num. 261.

statu naturæ lapsæ et per peccatum originale (cujus pornalitates etiam post baptismum remanent) corruptæ, non rarè in leviores defectus seu culpas habatur, à quibus tamen, que Dei bonitas est, brevi resurgit, ac sese restituit? Aut an Deus ad obtinendam majorem humilitatem hominum justorum vel ex aliis altissimis finibus non potest permettere ejusmodi tenues lapsus, quin aliquid sue infinite perfectioni et sapientiae, aut sanctitati Religionis ab ipso instituta decedat?

37. Quæres X: « Quomodo auctor Libri Proverb. sine contradictione , Prov. 26, 4, dicere potuerit: *Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficias ei similis;* et tamen, ibidem, 5, mox addere: *Respondere stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur?* An respondere ei non respondere a stulto juxta stultitiam suam, nulla contradicatio? » — Resp.: Nulla est contradictione. Nam, ut interpres recte monent, sensus prioris textus sacri est: Ne cum stulto stulte ac insipienter agas, scilicet imitando illius stultitiam verbis et gestibus, vociferando, contende:do, conviciando, ut colligitur ex verbis immediatè additis , ne efficiaris ei similis . Sensus vero posterioris textus est . Responde stulto juxta meritum stultitiae sue, et modo ad eum redargendum accommunitato. Hinc additur: *Ne sibi sapiens videatur.* Convincendus nimurum est homo imprudens seu stultus solidis rationibus et gravibus prudentibusque verbis, vel si opus est, etiam verberibus arguendus et castigandus iuxta illud, Prov. 26, 3: *Flagellum equo, et canthus asino, et virga in dorso imprudentiam* (1).

38. Quæres XI: « Quomodo Salomon, Prov. 50, 2, de seipso dicere potuerit: *Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum;* etiam tamen , 3 Reg. 3, 12, Deus dicit Salomon: *Dedi tibi cor sapiens et intelligens in tantum, ut nullus ante te similis fuerit, nec post te surrecturus sit;* quin et post la- psu suum Salomon, Eccl. 2, 9: *Sapientia quoque perseveravit mecum, de se ipso testetur?* » — Resp.: Omnis apparet antilogia evanescit, si consider mus quod verba primi textus proferantur à Salomonone (si tamen et Salomonis sunt) modestiae causâ , ut sensus illorum sit: *Stultissimus sum, si que ex me habebo vel scio, secluso Deo speciem.* Unde mox subdit: *Sapientia hominum non est mecum, q. d. Sapientia non est à me humano studio acquisita, sed si quid nactus sum sapientie, id omne à Deo didici et accepi.*

Dixi: *Si tamen haec verba sunt Salomonis.* Nam Menochius cum non paucis aliis contendit citatum cap. 30 Prov. propriè auctorem habere Aghur, enijs tamen dicta Salomon suis adjunxit parabolis , tanquam illis consentientia, et iisdem planè digna. Unde, cùm ea suis dictis admiscuerit, iisdemque subscriperit, merito tanquam Salomonis citantur (2).

38. Quæres XII: « Quomodo locus Scripturae Prov. 31, 22, ubi commendatur valdè mulier , quæ sibi

(1) Confer huc Basil. Poncii *Quæstiones exppositives.*

(2) Vide Menochium et Calmetum Comment. in Prov. 30, v. 4.

« stragulatum vestem consecerat, et in byssō et purpurā incedebat, concilietur cum aliis Scripturæ locis, » Lue. 16, 19, ubi viuperatur homo dives, qui induēbatur purpurā et byssō; item, 1 Timoth. 2, 9, ubi mulieres ornare se veste pretiosā prohibentur? » — Resp. : SS. Lucas et Paulus intelligendi sunt de cultu feminarum superflui, et immodico, neglectis interim pauperibus, aut aliis officiis proba feminæ. In L. Prov. autem loc. cit. descriptibit uxor viri nobilis, et senatorii ordinis; que tamen non omisit munia proba mulieris adimplere, et suam manum largè pauperibus aperire; prout ibidem fusè recensetur, ac inter alia expressè dicitur, cap. 31, v. 19: *Manu suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem.*

SECTIO III.

DE LIBRO ECCLESIASTÆ.

Hujus libri auctor est Salomon, ut in Præfatione ad L. Prov. jam diximus, ac ex ipso Eccles. cap. 1, v. 1, patet, ubi dicitur: *Verba Ecclesiastæ filii David, regis Jerusalem.* Nullus enim filiorum David fuit rex in Jerusalem, nisi Salomon (1). Porrò hic liber videtur scriptus à Salomon post lapsum, et agnitum peccaminosarum voluptatum vanitatem, ut Hebrei, S. Hieronymus, et commentatores plerique autuant. Idem liber hebraicè vocatur, *Cohæleth*, id est, *congregatrix*. Solent enim Hebrei nominibus generis feminini proximulnis interdum uti, ad exprimendam magis rei præstantiam et elegantiam. Itaque se congregatricem appellat Salomon, hoc est, elegantem concionatorem, qui Ecclesiam seu cœtum ad concionem audiendam congregat. Græcè hic liber dicitur Ἐξαλεπιστας, id est, *Concionator*: nam more propemodum concionatio rerum vanitatis, aliquæ argumentis ad mores formandos idoneis disserit.

40. Quæres I. « An L. Ecclesiastæ meritò in canonem sacrorum Librorum relatus sit? » — Resp. affirmativè. Id enim constat ex constanti Synagogæ et Ecclesiastæ consensu de libri hujus divinitate: item ex aliis argumentis pro Canone sacrorum Librorum Catholicæ alibi (2) adductis. Quæ autem contra theopneustiam seu divinitatem Libri Ecclesiastis à quibusdam sectariis, vel incredulis objici solent, in sequentibus questionibus solventur.

41. Quæres II: « An L. Ecclesiastæ faveat Epicureis? » Resp. negativè. Scio quidem, priscos Hebreorum Rabbinos in Talmude ausos fuisse Ecclesiastem hujusmodi erroris arguere, idèque deliberâsse de eo penitus repudiando, non alia re absterritos, quām quòd et initium, et finis L. Ecclesiastæ legi consentiant; ut videre est tum apud Maimonidem, tum apud S. Hieronymum (3). Haud majore reverentiâ de Eccle-

(1) Vide Calmetum Præfat. in L. Ecclesiastis, ubi Grotius et aliorum negantur. Salomonem esse auctorem Libri, falsam opinionem refutat. Eandem opinionem etiam refellit Hermannus Goldhagen, *Introduct. in Scriptur. P. II*, sect. 3, § 2, num. 148 et 149.

(2) Vide Scripturæ S. contra Incredulos propagatae, Part. IV, quæst. 1.

(3) In fine Commentarii in Ecclesiast.

siaste opinati sunt veteres quidam heretici (1) cum Theodooro Mopsuesteno. Isdem hæc in rē consentiunt Lutherus, Grotius, atque cum famoso illo impietatis magistro Voltairio (2), qui de Ecclesiaste dicit, mirandum esse, quòd iste Epicureismum redolens liber Canonis sacrorum librorum insertus sit. Sed nempe id factum ait, eo tempore quo libri erant perquām rari, et magis admirationi, quām lectioni serviebant. At queso unde Voltairius novit illo tempore adeo raros fuisse libros? Numquid ipse Ecclesiastes, cap. 12, v. 12, expressè dicit: *Faciendo plures libros nullus est finis?* Plura contra impiam illam Voltairii de Ecclesiaste assertionem invenies apud D. abbé Nonnotte (3). Illud solum addo, valdè paradoxum et absurdon videri, quòd Voltairius ex una parte librum Ecclesiasticus tanquam hominis epicurei et materialiste abominetur; ex altera verò parte tamen eundem librum beneficio poesos sine politum, ac numeris adstrictum gallicis, in lucem emiserit. Si enim hic liber est ejusmodi; si Epicureis faveat; si incitat ad vitam more bestiarum transigendam, quas unicus hic sit vita fructus, ac nullum deinceps virtutis præmium; cur illum vertit in lingua patriam, et innumeris legendum offert?

Cæterum, ut directè ad Voltairii, et aliorum paulò ante memoratorum criminacionem respondeam, ultrius observo, quòd ex ipsa synopsi et scopo libri Ecclesiasticus faciliè colligatur, ejus auctorem non sensisse cum Epicureis. Nam in eo toto Salomon demonstrandum suscipit, in omnibus hujus mundi rebus vanitatis plurimum et molestiæ esse; unum duntaxat superesse, in quo conquiescere homines possint, timorem Dei scilicet, et mandatorum divinorum observantiam; his solidis obtineri veram beatitudinem. Occurrunt quidem in hoc libro non pauce Epicureorum et impiorum opiniones, quibus tamen auctor nunquā adhæret; alteram vitam agnoscit, Eccles. 11, 8, 9, simul et præmia poenasque post obitum, ibid. 12, 14; laudibus prosequitur sapientiam, virtutem, justitiam (4); orationem suam claudens, in eo totam hominis rationem sitam esse ait, si Deus timeat, ejusque preceptis obsequatur, ibid. 12, 13.

42. Quæres III. « An duo auctores invicem dissidentes librum Ecclesiasticus scripserint; vel unus quidem, sed scepticus, qui repugnatia loquitur, et modò ad vitam more belluarum voluptuosam, modò ad virtutem et honestatem homines stimulat? » Resp.: Nec duo invicem dissidentes, nec unus à seipso dissidentes seu scepticus, sed Salomon in hoc libro unum eundemque scopum respiciens, sibique constants et neutriquā repugnans, istius operis auctor est. Nam, quando in eo videtur modò ad vitam voluptuosam belluarum ritu transigendam (5), modò ad virtutem

(1) Vide Philastrium, hæres. 133.

(2) In Lexico Philosoph. manuali.

(3) In Lexico Philosoph. Relig. artic. *Prediger.*

(4) Ibid. cap. 4, v. 17, cap. 5, v. 1 et seq., cap. 7, v. 26 et seq.

(5) Ibid. cap. 2, v. 24, cap. 3, v. 22, et alibi.

tem et honestatem (1), incitare, sicque repugnantia loqui, non reapsè à seipso dissidet, nec scepticorum more anceps fluctuat; sed duntaxat dicta illa Epicureismum redolentia in personâ stultorum et impiorum hominum, non autem ex sententiâ suâ profert; sed ea, dicto modo proflata, refutat. Facit inquirum, quod facere solent concionatores, qui dum populum salutari doctrina instituunt, sepè impiorum cavillos propnendos sibi et refutandos suscipiunt; vel si mavis, sua Salomon prioris vite perversâ sensa hac ratione prodit, et jam pœnitens, quâm absurdâ et ridendi olim sapere, simul demonstrat.

Dices I., cum Joanne Clerico: Non est credibile Spiritum S. voluisse Epicureorum sententias cum aliis sapientibus et sanctis effatis ita miscere, ut perdifficile sit distinguere, quæ auctor libri per se, queque personam agens impiorum loquatur. Resp.: Hoc non est adeò difficile, maximè illis, qui scopum auctoris ob oculos semper habent, ad eumque singula dicta conferunt. Hi enim saùs intelligent librum Ecclesiasticum veluti perpetuam quandam orationem seu dissertationem unius auctoris esse, varia impiorum argumenta proponentis, et refutantis, ac omnia liberius in hoc libro dicta ex initio et fine ejusdem libri dijudicanda esse. Certè qui assicit et repetit, omnia in mundo vanissima esse preter timorem Dei et mandatorum ejus observationem, prout monet Ecclesiastes ab initio et in fine libri, is planè moralem Epicureorum doctrinam non tenet. Adde, quôd in autographo libri Ecclesiasticus sensa impiorum fortassis (inô Cl. Weissenbach loc. cit. quest. 25, id sibi omnino persuasum habet) sic per-cripta fuerint, ut subjectæ responsiones haberent diversos characteres, aut notarum instar adderentur. Eisi verò sublatum nunc sit hoc discrimen in exemplaribus sacrorum codicum, quos hodiè habemus, nemo tamen hucusque hoc libro perversus, multi vero, ut resipiscerent, adducti sunt. Soli impietatis magistri, eorumque asseclæ, qui sacris in libris non remedia scelerum, sed licentia patricinium querunt, ex propriâ suâ malitiâ relatis ex libro Ecclesiasticus impiorum sententias flagitosissimos mores suos et errores tueri volunt.

Dices II. cum observatoribus Hallensibus: Illud scepticorum principium, nos nihil scire nec scire posse, per totum librum Ecclesiasticus insinuatur: ergo auctor hujus libri videtur fuisse scepticus. Prob. ant. ex illis verbis Ecclesiasticis, cap. 5, v. 21: *Quis novit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursus?* Item ex illis, cap. 8, v. 17: *Et intellexi, quod... quâm plus laboraverit homo ad querendum, tantò minus inveniat; etiam si dixerit sapiens se nōsse, non poterit reperire.* Resp. I. Ex his et similibus Protestantum in Ecclesiastem criticis observationibus patet (2), quâm multi eorum sint, qui effata Spiritus S. in libro à veteri Synagogâ et Ecclesiâ Christi constanter pro canonico habitu contenta censurare et vilipendere audeant. Imitantur nimisrum

Lutherum suum, qui in symposiacis sermonibus eundem librum parvî pendendo per jocum dixit, « auctorem libri, qui *Ecclesiastes* inscribitur, sibi videri ocreis et calcaribus destitutum, equitare tantum in soccis, quemadmodum ipse soleret, cum adhuc esset in cœnobio. » Resp. II. Ex aliatis textibus nullum in auctore libri Ecclesiasticus scepticismum evincere posse. Nam verba illa: *Quis novit, si spiritus filiorum Adam,* etc., Ecclesiastes non profert ex suâ, sed ex impiorum sententiâ, sensibus omnia metentium; prout ex contextu colligitur; vel si ex suâ mente loquitur, tantum difficultatem rei, non impossibilitatem demonstrare voluit; fermè sicut in aliis Scripturæ locis (1) modus interrogandi per particulam, *quis*, interdum solam rei difficultatem indicat. Unde sensus erit iste: *Quis novit?* hoc est, *arduum ac difficile est cognoscere*, prout Calmetus (2) rectè observat. Quid autem ipse Ecclesiastes senserit, claris verbis indicat cap. 12, dicens: *Et revertatur pulvis in viam suam, unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Quod verò alterum attinet textum: *Quâm plus laboraverit, etc.*, is loquitur de investigatione viarum Dei, et inscrutabili divine Providentiae ratione; in quibus utique nostram profiteri debemus ignorantiam, cum Apostolo, ad Rom. 11 exclamantes: *O altitudo divitiarum sapientie et scientiarum Dei! quâm incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles via ejus?*

Dices III. Saltem illud non potest negari, in libro Ecclesiasticus desiderari ordinem, nexumque sententiarum vix posse inveniri. Resp.: Spiritus S., cùm quid inspirat, non tenetur id exigere ad leges eloquentiae humanæ. Sèpè enim, et etiam in libro Ecclesiaste, quod deest dispositioni ac nexui sententiarum, compensatur divinioribus quibusdam subditisque conversionibus, quas esse in Bibliis admodum frequentes, res ipsa loquitur, et lustranti sacras litteras facilè patebit. Quanquam illud quoque notandum, quod jam olim Joannes de Pineda (3), et nuper abbé Nonnothe (4), in eo sedulam operam posuerint, ut arcauam dispositionem capitum libri Ecclesiaste aperirent.

43. Quæres IV.: 1° An non Ecclesiastes, cap. 1, v. 4 et 9, dicens: *Generatio præterit, et generatio advenit; terra autem in aeternum stat;* item: *Quid est, quod fuit? ipsum quod futurum est, satis aperte aeternitatem mundi judicet,* prout impius Collinus (5) censet? 2° An non ex adverso vitam aeternam atque anime immortalitatem neget, dûm, cap. 3, v. 18 et 19, ait: *Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, et ostenderet similes esse bestias.* Idcirco unus est interitus hominis et jumentorum, et aquæ utriusque conditio, etc.? Item, cap. 9, v. 5: *Viventes enim sciunt se esse morituros; mortui verò nihil reverunt amplius, nec habent ultra mercedem.* Si enim unus est interitus hominis et jumentorum; si mor-

(1) Jerem. 17, v. 9. Psal. 14, v. 4.

(2) Comment. in hunc locum Ecclesiaste.

(3) In commentario in Ecclesiastem.

(4) In Lexico Philos. Relig. art. *Prediger.*

(5) Discours sur la liberté de penser, pag. 218.

(1) Ibid. cap. 4, v. 17, cap. 5, v. 4 et seq. cap. 7, v. 26 et seq., cap. 11, v. 8 et 9, cap. 12, v. 15 et 14.

(2) Vide Calmet Praefat. in Ecclesiastem.

¶ tui nihil neverunt amplius, nec ultra mercedem habent, quomodo animae immortalitas et vita eterna evincetur?

Resp. ad primum. Ecclesiastes cit. loc. non loquitur de aeternitate mundi simpliciter tali, sed de durata-
tione ejus opposita durationi singulorum hominum,
ita, ut sensus sit: Hominum alii moriuntur, alii na-
scuntur, et in defunctorum locum succedunt (1);
terra autem, quoad suam massam considerata (2),
stabilis, et quasi commune diversorum est venien-
tium et abeuntium. Cæterum, quod vox hebraica *olam*
(pro qua nostra Vulgata Eccles. 1, 4, habet, in *aeter-
num, non raro tempus*) significet, evidenter
demonstrat Joseph Albo Ikkarim, tum alii ex locis,
tum ex hoc ipso Eccles. cap. 1, v. 10, idemque jam
prius copiose ostenderat Maimonides. At petes for-
tassis: Quomodo verba illa Eccles. 1, 4: *Terra autem
in aeternum stat, conciliari possint cum illo Evangelistaru-
m, Math. 24, 35, Luc. 21, 33, Marc. 13, 31, ef-
fato: Calum et terra transibunt?* Resp.: Evidenter terra
in aeternum stat, hoc est, ut paulo ante diximus,
alii et alii hominum generationibus sibi succedenti-
bus et transeuntibus, ipsa stabilis persistit. Evange-
listæ autem loquuntur de novissimis diebus, quibus
celum quoque et terra transibunt, id est, secundum
præsentem suum statum peribunt et mutabuntur. Ad
secundum. Textus ex cap. 3 et 9 desumpti ab Ecclesiaste
preferuntur, non ex sententiâ sua, utpote jam
penitentis, sed in personâ impiorum animæ immor-
talitatem negantum, prout in solutione secundæ et
tertiæ questionis supra fusiùs explicavimus. Possunt
tamen memorati textus in sensu etiam vero et sano
exponi, ita, ut Salomon solvîm signifieare voluerit,
unum esse interitum hominum et jumentorum quoad
corpus, non verò quoad animam. Item: Mortui nihil
neverunt amplius, hoc est, nihil quidquam eorum,
quaे hic in terris aguntur, de novo discere possunt,
nisi eis reveletur. Vel per mortuos significatur condi-
tio hominis mortui preciè secundum corpus, non
verò secundum animam à corpore jam separatum spe-
cificati. Illud verò: *Non habent ultra mercedem, verissi-
mum est. Nam mortui benè operando non amplius
mercedem promereri possunt, cùm sint extra merendi
statum, et non jam in viâ, sed in termino existant.* Vide Calmetum, Menochium, aut alios interpretes in
citatos Scripturæ textus.

Dices: Ecclesiastes post illa verba: *Unus interitus
est hominis et jumentorum, etc., in eodem capite, v. 21,*
ait: *Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sur-
sum, et si spiritus jumentorum descendat deorsum?*

(1) Hoc sensu etiam in l. Ecclesiastici 14, 18 et 19,
dicitur: *Omnis caro sicut fonsum veterascat, et sicut fo-
lium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, et
alia deficiuntur; sic generatio carnis et sanguinis. alia
finiuntur, et alia nascitur.*

(2) *Dixi: Terra quoad massam considerata, non an-
tem quoad ea, quibus est circumdata; hoc enim in
sensu ipsa quoque juges patitur vicissitudines, tem-
porum tempestatumque immutacionem, atque eam
inversionem, quam procurant homines laboribus suis,
aut quæ efficiunt bellis, aquis, etc.*

Ergo censuit unum esse interitum hominum et ju-
mentorum tam quoad corpus, quâd quoad animam,
vel saltē dubitavit, an in hoc aliquod inter hominem
et bruta discrimen sit. Resp.: Cone. ant., neg. cons.
Nam verbis illis, *quis novit, etc.*, Ecclesiastes non vult
significare nullum esse discrimen inter conditionem
animæ hominis, et animæ bruti in morte; sed solum
vult difficile esse dignoscere hoc discrimen, si nimi-
rum ex iis, quaे extrinsecus apparent, judicium quis
ferre velit. Unde sensus est: *quis novit? hoc est, or-
duum est cognoscere, pauci dignoscere valent, quid in
morte hominis et bruti accidat duobus his entibus,
quaे in vita ei in morte adeò similia videntur. Atque
haec responsio est etiam S. Hieronymi, qui in hunc
locum: *Quis novit, si spiritus filiorum Adam ascendat
sursum, etc.*, ita commentatur: Non inter pecudes et
hominem secundum animæ dignitatem nihil inter-
esse contendit (Ecclesiastes), sed adjiciendo, *quis,*
difficultatem rei voluit demonstrare. Pronomen enim
quis, in Scripturis sanctis, non pro impossibili, sed
pro difficulti, semper accipitur, ut Isa. 53, 8: *Gene-
rationem ejus quis enarrabit?* Et in Psalmo quarto
decimo: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo et
in monte sancto tuo, et cetera quaे sequuntur...* Inter
homines igitur et bestias haec sola est differentia,
quod spiritus hominis ascendit in celum, et spiri-
tus jumenti descendit in terram, et cum carne dis-
solvit: si tamen hujus rei vir aliquis ecclesiasti-
cus, ei quasi dubiae rei certus assertor sit, Quibus
ultimis verbis S. Hieronymus dicere vult, hoc discrimen
inter spiritum hominis et spiritum jumenti diffi-
cultur ab aliis agnoscí, nisi sit vir veræ fidei ac
sapientiae lumine prædictus (1).*

Cæterum, quod Ecclesiastes ex sententiâ sua in li-
bre suo loquens de animæ nostræ immortalitate non
dubitaverit, patet ex cap. 3, v. 17, ubi ait: *Et dixi in
corde meo: Justum et impium judicabit Deus.* Item ex
cap. 12, v. 7, ubi expressè inquit: *Et revertatur
potvis in terram suam, unde erat, et spiritus redeat ad
Deum, qui dedit illum.* Ac versus 14: *Concta, quaे sunt,
adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum,
sive malum illud sit.*

44. Queres V: « Quomodo verba illa Eccles. 3, 1:
« Omnia tempus habent, et suis spatis transeunt uni-
versa sub sole, concilientur cum subsequenti v. 14,
ubi omnia opera, quaे fecit Deus, perseverare in per-
petuum dicuntur? » Resp.: Prior textus agit de ho-
minum actionibus, et negotiis suo tempore finiendis;
posterior de rebus ipsis, stabiliter in sua specie per-
manentibus.

45. Queres VI: « Quomodo illud Eccles. 7, 5: Cor
sapientium, ubi tristitia est, et cor stultorum, ubi est
laetitia, concilietur cum illo Apostoli ad Philipp. 4,
« Gaudete in Domino semper? » Resp.: In primo
textu reprehenditur letitia immoderata et profana; in
altero textu laudatur letitia seu hilaritas sancta et

(1) Vide hanc de re Menochium, Comment. in Ec-
clesiaste cap. 3, v. 21 et 22. Item, cap. 2, v. 25, us-
que ad cap. 3.

spiritualis. Unde primi textus sensus est : Cor sapientum est, ubi severitas vultus et gravitas morum, non ubi levitas et proclivitas ad risum. In altero autem textu sensus est : Servite Domino in sanctâ hilaritate et letitiae cordis; quia hilarem datorem diligit Deus, ut dicitur 2. Cor. 9. 7.

46. Quares VII: « Quomodo concordet illud Eccl. 7. 17: *Noli esse justus multum, cum illo Apoc. ultimo, 11: Qui justus est, justificetur adhuc, et qui in sordibus est, sordescat adhuc?* » Resp.: Primi textus sensus est : *Noli esse justus multum, hoc est, nimium, vindicando nimis tuam tu vel aliorum justorum innocentiam, ac expositulando cum Providentiâ, que permittit iustum perire temporaliter, et in opium vivere longo tempore.* Hic sensus patet ex contextu, ut apud Menochium, aliosque interpres videre potes. Sensus autem alterius textus, ex Apocalypsi desumptus, est : *Quisque pius ac justus accumulare studeat sua merita, sicut impii accumulant demerita.* Hoc enim pacto et impiorum supplicia, ac justorum premia tandem ad plenum suum cumulum devenient. Ita exponunt Cornel. à Lap., Tiriua, Alcazar.

47. Quares VIII: « Quomodo Ecclesiastes, cap. 7, c. v. 29, dicens : *Virum (sapientem) de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni, conciliari possit cum auctore libri Proverb., capite ultimo, c. v. 10 et seqq., laudante mulierem fortem, licet rarò eam dari fateatur?* » Resp.: Illa Ecclesiastes locutio est hyperbole, quâ ostendit, paucos esse viros sapientes et perfectos : feminas vero prudentes paucissimas et vix ulla, propter sexu imbecillitatem. Ceterum Ecclesiastes, id est, Salomon, non absolutè negat, ullam dari feminam sapientem; sed tantum ait se nullam invenisse, vultque, ut S. Hieronymus in hunc locum observat, dicere : *Omnes enim (mulieres) me ad luxuriam, et non ad virtutem deduxerunt.* Fortè Salomon alludit ad 700 uxores, et 300 concubinas suas, quas lepidè porstringit.

48. Quares IX: « Quomodo Ecclesiastes, cap. 9, c. v. 1, dicens : *Nescit homo, utrum amore vel odio diriguis sit, concordet cum D. Paulo, 2 Timoth. 4. 7 et 8, de seipso asseverante : Bonum certamen certavi.; in reliquo reposita est mihi corona justitia?* » Resp.: Quamvis prorsus certam et infallibilem scientiam de statu gratiae, vel predestinatione suâ homo (seclusâ revelatione) in terris degens non habeat; conjecturalem tamen de his notitiis ex interna specie robore et virtutum exercitiis, quae anxietate exclusa, obtinere potest; prout docent Cyprianus (1), Augustinus (2), Leo (3), Gregorius (4), Bernardus (5), quos hâc in re sequuntur alii doctores communiter. Itaque Ecclesiastes loc. cit. tantum negat nos (nisi Deus id nobis revelet) posse habere absolutam et pror-

sus infallibilem scientiam de nostro anime statu, vel predestinatione : D. Paulus autem vel solum asserit, se habere de sua predestinatione firmam spem et certitudinem minus strictè tam; vel de ea specialem à Deo revelationem accepit.

SECTIO IV.

DE CANTICO CANTICORUM.

Libellus hic inscribitur *Canticum cantorum*, et non *Cantica cantorum*, ut aliqui perperam illud citare solent. Nam in hebreo est *στήριξ ἀσθείας*, in singulari, ut etiam apud Graecos Λόγος ἀσθετός. Dicitur autem *Canticum cantorum*, ad denotandum ejusdem excellentiam, ita ut sensus sit : Eximium prorsus, et omnium excellentissimum canticum. Sunt enim Hebrei rem præstantissimam exprimere geminando substantivum hoc modo, *Deus deorum, Rex regum, Sanctum sanctorum, mons montium.* Itaque similiter hoc appellatur *Canticum cantorum*, quia est canticum præstantissimum et suavissimum, et longè superat non tantum omnia cantica Moysis, Debboræ, etc., ut explicat Origenes, sed et ipsius Salomonis, qui compositi carmina quinque et mille, 3 Reg. 4. 32, estque auctor hujus ipsius *Cantici cantorum*; prout patet ex titulo in nostrâ Vulgatâ his verbis extante : *Canticum cantorum Salomonis*, etc. Neque obstat, quod in hebreo sit *Liselomo, ipsi Salomonî*, quasi ipsi potius inscriptum sit opus, et dicatum, quam ab ipso compositum. Hebrei enim, ut Graeci, sajè dativo utuntur pro genitivo, praesertim cùm rem aliqui propriam esse significant; unde dicunt, villa quæ est mihi, id est, quæ est mea; liber, qui est illi, id est, qui est illius; sic titulus Psalmorum, pro *Psalmis Davidis Septuag.* vertunt τῷ Δαβὶδ, id est, Davidi, in dativo, quia Davidi inspirati et dictati sunt Psalmi à Deo, aquè ac Canticum hoc Salomon. Hinc et arabicè hic libellus inscribitur : *Carmen carminum, sive Laus laudum Salomonis sapienti*, hoc est, ejus auctor est Salomon; Arabes enim dativo personæ utuntur, cùm significant rem aliqui esse propriam et peculiarem (1).

Porrò Canticum cantorum scriptum est in modum dialogi inter sponsum et sponsam, qui jam ut rex et regina, jam ut pastor et puella pastoritia, jam ut vintor vel hortulanus et puella hisce laboribus in vincis et hortis occupata representantur. Ex communi autem P.P. sententiâ, sub his allegoriis canitur epithalamium sive nuptiale carmen, quo incomparabilis amor Christi in Ecclesiam sponsam, et reciprocus hujus amor in Christum sponsum exhibetur; ubi tamen advertendum, Canticum hoc non debere sic de Ecclesiâ intelligi, ut vel B. Virgo, vel quilibet justi hominis anima, que sunt partes nobiliores Ecclesiæ, excludantur; nec vicissim de B. Virgine, vel de quavis animâ justi, ut non id præcipuum de Ecclesiâ universâ dictum putetur. Quamvis enim de B. Virgine tanquam sponsâ lectissimâ et dilectissimâ celeberrimum hoc Canticum multi-

(1) L. de Immortalitate, et L. adversus Demetriam.

(2) Comment. in Psalm. 149.

(3) Serm. 8. de Epiphaniâ.

(4) L. 6 Registri, c. 187.

(5) Serm. 69.

(1) Vide Cornel. à Lap., Proleg. in Cant. cantic., cap. 4.

interpretes, nominatim Dionysius Carthusianus, Rupertus Tuitiensis, Martinus del Rio, Salmeron, et alii benè multi (1), sensu historico indirecto, aut tropologico aut accommodatio elegansissimè exposuerint; item quamvis idem Canticum de cuiusque justi anima, tautuam singulari Christi sponsa explicit Origenes, Nyssenus, Theodoretus, Ambrosius, Bernardus, aliqui; ex communī tamen PP. et interpretum consensu in hoc libello Spiritus S. primariò respexit et exprimere voluit spirituale conubium et reciprocum amorem inter Christum sponsum, et Ecclesiam sponsam. Hūc etiam tendit interpretatio eorum, qui dicunt hoc Canticum velut epithalamio celebrari ineffabilem unionem Verbi divini cum naturā humanā in incarnatione. Nam in desponsatione Christi cum Ecclesiā, sive in institutione Ecclesiæ, includitur et presupponitur Verbi Incarnatio, velut in fine medium, et quasi in effectu causa. Ideò enim Verbum humanitatem assumpsit, sibique quasi despondit, ut per eam omnes homines, veram fidem amplexos, quasi membra sibi copularet et adstringeret, utque eorum esset caput, et quidem caput homogeneum, ejusdem scilicet cum hominibus generis et naturae.

49. Queres I: « An Canticum cantorum inter libros Canonicos merito numeretur? » Resp. affirmati. Nam hoc Canticum tam ab Hebreis in veteri Testamento, quam à Christianis in novo semper habitum est pro scripto Canonico. Accedit, quòd omnia (2) argumenta, que pro catholice sacrorum librorum Canonе pugnant, etiam Cantici hujus auctoritatem canoniam demonstrent. Unde detestandæ andracæ maculam veteres quidam heretici contraxerunt, inter quos seculo quinto Theodosius Mopsuestenus erat; ultimis verò Ecclesiæ seculis Anabaptistæ, Castalio, Thilogi Batavi, et Wistonus Anglus, ac recentissimè in suo Lexico Philos. manuili Voltairius, qui omnes Canticum cantorum indignum censuere, ut inter libros Canonicos referatur, blasphemè assertores, illud non Spiritu Dei, sed impuri amoris afflato esse conscripsum, nihilque continere nisi sermones amatorios Salomonis regis, et uxoris ejus filie Pharaonis, vel etiam amicae cuiusdam sue nomine Abisag Sunamitis. Sed nempe *animales ejusmodi homines*, qui hanc de Canticō cantic. censuram ferunt, non percipiunt ea quae sunt *spiritus* (3); prout ex praeiloquio nostro in hoc Canticum facile colligi potest, et adhuc magis infra ex solutione sextæ questionis patet. Plura de Canonica auctoritate ejusdem Cantici invenies apud Calmetum (4), et Hermanni Goldhagen (5).

Objiciunt hujus Cantici impugnatores, Dei nomen in Canticō cantorum nusquam extare; adeoque non esse divinum, et Spiritu S. afflante conscriptum. —

(1) Vide Herman. Goldhagen, Introd. in S. Scriptur. P. II, num. 158.

(2) Vide S. Script. contra incredulos propugnat. P. IV, num. 4, 5.

(3) Sunt S. Pauli, 1 Cor. 2, 14, verba in simili argomento.

(4) Loc. cit. num. 161 et seqq.

(5) Prefat. in L. Cantici cantic.

Resp.: Libri sacri auctoritas divina non ex Dei nomine, sed ex Dei revelantis auctoritate, et Ecclesiæ testimonio pender. Cæterum in Canticō cant. sub aliis nominibus epithalamio accommodatus Deus latet, nimirum *Fratris, Amici, Dilecti*, que ad amorem exprimendum et excitandum aptiora sunt, quam nomina majestatis ac potentiae. Cætera adversariorum argumenta per decursum sequentium quæstionum solventur, aut apud auctores paulò antè citatos soluta extant.

50. Queres II: « An Cl. Grotius de Canticō cantorum decenter et rectè scripserit? » Resp. negati. Nam, ut Natalis Alex. (1) merito ait, Grotius non multum abest ab errore illorum, qui Canticum caoticorum non nisi amatorium carmen esse contendunt in gratiam filie Pharaonis à Salomone conditum, et aiunt, hunc libellum nihil aliud esse, quam garritum conjugum, lenesque amantium susurros, nihilque in eo divini esse, sed profanum duntaxat amorem spirare omnia. Addit quidem Grotius laudabile esse Christianorum studium, hoc Canticum ad spiritualem Christi cum Ecclesiæ conjunctionem applicantium. Verum hoc dicendo memoratus auctor nondum distinctè asserit illud, Deo inspirante, à Salomone esse conscriptum, opusque verè divinum (2). Porrò, verba Grotii (3) sunt haec: « Carmen hoc (nimirum Canticum cantorum) vocatur Hebreis *excellentissimum carmen*, ob multis elegantias, que in alium sermonem translate, non idem sapiunt. Est autem (hoc carmen) garritus conjugum inter se, inter Salomonem et filiam regis Ægypti, interloquentibus etiam choris duobus tum juvenum tum virginum, qui in proximis thalamo locis excubabant. Nuptiarum arcana sub honestis verbis involucris hic latent; que etiam causa est, cur Hebrei veteres hunc librum legi noluerint, nisi à jam coniugio proximis. Creditur autem Salomon, quod magis perennaret hoc scriptum, eā arte id composuisse, ut sine multâ distorsione allegoriae latentes sensus in eo inventiri possent, que Dei amorem adversus populum Israeliticum exprimerent; quod et sensi et ostendit chaldaeus Paraphrastes; nec aliter accepit Maimonides. Ille autem amor typus cùm fuerit amoris Christi erga Ecclesiam, Christiani ingenia sua ad applicanda ad eam rem hujus carminis verba exercuerunt laudabilis studio. Nam et Apostoli Christi cum Ecclesiæ conjunctionem matrimonio comparaverant. Ephes. 5, 32. » Ecce, non dicit Grotius, Canticum cantorum à Salomone ex inspiratione divinâ scriptum esse, sed solum quod magis perennaret hoc scriptum, eā arte id illum composuisse, ut sine violentia ad amorem Dei erga populum Israeliticum applicari possit; item Christianos ingenia sua laudabili studio (industria scilicet humana) exercuisse ad sensum spiritualem ex Canticō illo cruendum.

(1) Histor. Eccles. tom. II in quintam mundi aetatem, dissert. IV, artic. 4.

(2) Vide Calmet, Praefat. in Canticum cantorum.

(3) In Annotationibus ad cap. I Cantici cantorum.

51. Queres III : « An Salomon Canticum cantico-rum scripsit ante, vel post lapsum suum in luxuriam et idolatriam? » Resp. : Non convenit quidem inter auctores, quo tempore et quā aetate hoc Canticum Salomon scripsit; communior tamen sententia cum Salherone, Bellarmino, Cornelio à Lap. et Calmeto tenet, scriptum esse ante lapsum Salomonis, verosimiliter non diu post nuptias suas cum filiā Pharaonis, cūm adhuc sapientiā cœlesti à Deo donatus, casta pīque religione Deum coleret, et vocaretur *amabilis Domino*, 2 Reg. 12, 25. Quare Salomon in hoc Cantico se castosque suos erga filiam Pharaonis affectus in exemplum profert, dūmque in verā historiā ea singit, quæ flagrantissimo amori congruunt, describit apīssimā sub eleganti fabule involueris celestes amores, Christi et Ecclesiae conjunctionem. Sed ne parūm congruē regio nomini in amorios sensus ac verba desuperet, majestate tantisper depositā, plenrumque pastorem, vinitorem, aut hortulanum induit, et in idem vite genus Pharaonis traduxit filiam. Neque id vacat mysterio, quōd Salomon filiam Pharaonis sponsam suam tot landibus exornet: ea quippe est imago Ecclesiae, quam Christus etiam ē gentibus congregavit. Cæterum, Delrio, Bacchiarus et alii, qui hoc Canticum à Salomone scriptum volunt post lapsum, illud ab eo jam pōnitente compositum esse asservant.

Dices : In Cantico canticorum, cap. 6, v. 7, numerus reginarum sexaginta, et octoginta concubinarum disertē affirmatur, non accensendo adolescentulas sine numero, quas Salomon habuit, dūm Canticum hoc scripsit; ergo volupatibus obsecenis immersus Canticum canticorum scripsit. Resp. : Tot reginas et concubinas cit. loc. Salomonis non tam trīhui, quām per figuram concessionis permitti, numerumque certum ac definitum constitui pro indefinito, ita ut sensus sit: *Licet mihi sexaginta forent reginae et octoginta concubinæ, adolescentularum porrò non esset numerus, una tamen est columba mea.* Vide Menochium aliosque interpres, in hunc locum. Alia est expositio S. Hieronymi et aliorum concedentium, Salomon etiam sub initium regni, et quando Canticum canticorum scripsit, tot fuisse reginas et concubinas non tam libidinis, quām regalis magnificētiae causā pro more regum in Oriente dominantium, cum quibus proinde animus etiam non castus et à Deo inspiratus consistere pro ratione illorum temporum potuisse. Neque per concubinas hic intelliguntur pellices, sed legitimæ uxores, quamvis secundarie; prout jam aliī indicavimus.

52. Queres IV : « An Canticum canticorum habeat aliquem sensum litteralem proprium, vel tantum sensum spiritualē? » Resp. : Evidēt Theodorus Mopsuestenus, ejusque sequaces supra citati, solum litteralem sensum in hoc Cantico admittēbant, nihil sensum spiritualē morati, quem tamen Spiritus S. maximē intendit; inō negabunt ullum subesse sensum plūm à Deo inspiratum, sed contendebant unicē ibi narrari amatoria colloquia et nuptias Salomonis cum filiā regis Ægypti, vel alia amasiā. At certum est non emnia in hoc Cantico habere sensum litteralem pro-

prium, sed quedam sensu spirituali accipiēndā esse. Ineptissimae enim forent quedam locutiones et gesta ibi contenta, si omnia Salomon et ejus sponsa vel amasia in sensu historico seu litterali proprio unicē accommodanda essent. Quis enim credit, quōd tanti regis sposa facta sit custos vinearum, paverit oves juxta tabernacula pastorum, ab excubitoribus fuerit spoliata, percussa et vulnerata? Neque deceat sponsa magnorum principum obviis quibusque amore suum aperire, uti sponsa in Cantico facit, et post sponsum currere etiam noctu per plateas et vicos civitatis. Praeterea, forma sponsæ Salomonis admodū monstrosa fuisset, si omnia Cantici verba sensu litterali proprio seu historico sumenda essent. Habuisset enim caput instar *Carmeli*, cap. 7, v. 5, nasum sicut *turrim Libani*, vers. 4, oculos instar *piscinæ*, ibid. Spiritualē igitur hic sensum investigare opus est. Interim nolim positivē defendere nonnullorum Patrum (1) et commentatorum sententiam, qui in hoc Cantico nullum prorsū querendū sensum litteralem et historiū dicabant, nec in eo quiddam referri ad temporale Salomonis cum feminā Ægyptiā vel Judæā connubium, sed unicē de spirituali Jesu Christi cum Ecclesiā fodere illud scriptum esse contendebant. Neque enim improbandos censemus Patres illos et interpretes, qui sensu litterali et historico admisso, spirituale tamē praeferunt, suamque interpretationem Jesu Christo maximē accommodant. Hanc methodum teste Calmeto sibi constituerunt veterum et recentiorum interpretum plerique. Nec immerit; nam magna vel major pars veteris Testamenti (quid mirum, si idem fiat in Cantico canticorum?) duplēcē sensum, unum historicum et litteralem, alterum mysticum et spirituale continet. Certè, quōd multa in V. T. præter sensum litteralem habeant sensum mysticum, sat apertē docet S. Paulus, 1 Cor. 10, 41, dicens : *Hæc omnia in figurā contingebant illis.*

Oppōnes : Sensus mystici usus longē posterior est aetate Salomonis; nam prima ejusdem origo ad Esæorū sive Therapeutarū aetatem referenda est; ergo Canticum cantic. à Salomone scriptum non continet sensum mysticum. Neg. Antecedens multō falsissimum. Numquid enim Jud. 9, 8, 16, Joatham, apolodus; item 2 Reg. 12, 1, 5, Nathanis parabola jam ante Salomonis aetatem; numquid In vaticinis Prophetarum, maximē apud Jeremiam, Ezechielem, Daniēlem, et Zachariam, diu ante aetatem Therapeutarum, plurima symbolica, figurata, aut sensum mysticum habentia reperiuntur? Numquid ex Apostolo novimus, legem Mosaicam umbramuisse legis novæ; adeo ut omnia veteribus Hebreis in figurā contigerint, prout D. Paulus in Epistola ad Hebreos explicat?

At instat Whistonus hunc in modum : Nullus vel in vet. vel in nov. Testam. liber integer reperitur, qui (quemadmodum Canticum canticorum) totus sit allegorius, totus tamen allegoriæ evolutione et clave (uti in Cantico canticorum sit) destitutus. Resp. : Fal-

(1) Vide Præfat. Theodoreti in Canticum cantic.

sitas hujus asserti patet vel ex unius S. Joannis apocalypticis visionibus, ad hunc usque diem explicatu difficultissimis. Porrò qualis inter Canticum cantic. et Apocalypsin harmonia intercedat, copiosè ostendit Cornel. à Lap. in Prolegom. in Cant. cantic. cap. 4.

53. Queres V : « An lectio Cantici cantorum omnibus promiscue suadenda, aut permittenda sit? » Resp. negativè. Nam quicunque profanis oculis et minùs casto corde ad legendum hoc Canticum accedit, pro spiritu vivificante occidentem litteram offendit, ut preter alios monet Origenes in prolog. in Cant. cant., his verbis : « Epithalamium libellus, id est, nuptiale carmen, in modum mihi videtur dramatis à Salomonе conscriptus (scilicet Canticum canticorum), quem cecinit instar nube tis sponsæ et erga sponsum suum, qui est sermo Dei, coelesti amore flagrantis. Adamavit enim eum, sive anima quæ ad imaginem ejus facta est, sive Ecclesia. Sed et magnificus hic ipse atque perfectus sponsus, quibus verbis usus sit ad conjunctam sibi animam, vel Ecclesiam, huc ipsa Scriptura nos docet... Perfectiorum autem est solidus (iste) cibus; et tales requirit auditores, qui pro possibilitate sumendi exercitatos habeant sensus ad discretionem boni et mali... Si verò aliquis accessebit, qui secundum carnem tantummodo vir est, huic tali non parvum ex hac Scripturâ discriminis, periculi que nasceret. Audire enim purè et castis auribus amoris nomina nesciens, ab interiori horne ad exteriorem et carnalem virum omnem deflectet auditum, et à spiritu convertetur ad carnem, nutrietque in semetipsa concupiscentias carnales, et occasione divinae Scriptura commoveri et incitari videbitur ad libidinem carnis. Ob hoc ergo moneo, et consilium do omni, qui nondum carnis et sanguinis molestias caret, neque ab affectu naturæ materialis abscedit, ut à lectione libelli hujus, eorumque quæ in eo dicuntur, penitus temperet. Aiant enim observari etiam apud Hchro:os, quod nisi quis ad astatem perfectam maturamque per venerit, libellum hunc ne quidem in manibus tenere permittatur. » Hucusque Origenes. Nemo igitur in legendis hoc Cantico amantis sponsi et spose colloquia et amores carnaliter aut corporaliter cogitet, sed spiritu ascendat ad suavitates et dulcedines animorum, quæ omne carnis et mundi delectamentum superant, ne in verbis æternæ vite certissimam spiritus mortem sibi accersat. Utinam hoc sibi notarent carnales homines, et quamdiu tales sunt, à legendis hoc Cantico abstinerent! Fructus enim hujus lectionis non aliud expectari aut potius timeri potest, quam carnalia peccata, quibus se et alios, qui ipsorum obscena et impia de sacro illi carmine scripta perlegunt, commaculant et perdunt. Exemplo est Voltairius, cuius impius et spurius Commentarius in Canticum canticorum, ut primùm lucem vidiit, decreto supremi senatus ad rogum est damnatus.

Si porrò queras : An omnes versiones Cantici cantic. approbandae sint, etiam illa *Castaliana*? Resp. negativè. Castilio enim Canticum hoc nimis affectata vocalium blanditiæ vertit, quas ille voces ex profanis

auctoribus mutuans, pernicioseas quasque passiones veluti ad vivum depinxit, et sannis impiorum exposuit opus venerabile. Aut an Spiritu S., vel potius amasio digna sunt illa verba : *Mea columbula... fac, ut audiam tuam voculam. Nam et voculam venustulam, et vulniculum habes lepidulum*, et quæ sunt plura ejusmodi. Vide Gretserum (1), et Calmetum Praefat. in Cant. cantic. Unde haud mirum, quod ipse Theodorus Beza in Castalianam inventus sit, et hujus in vertendo Cantico cantic. absurditatem, et consilii levitatem vehementer improbarit.

Queres VI : « Quomodo sponsus sponsam, Cant. 1, 7, potuerit vocare pulcherrimam mulierum; cum sponsa ipsa, ibid. 4, de se dicat : *Nigra sum*; et v. 5 : *Fusca sum, quia decoloravi me sol*. An nulla hie datur contradicatio? » Resp. : Nulla. Nam licet ista verba secundum sensum litteralem seu historicum spectata alicui videri possent antilogiam seu contradictionem continere, nullam tamen continent, si spectentur, prout vel unicè, vel polissimum spectari debent, secundum sensum spiritualem et mysticum. Nam sponsa seu Ecclesia Christi est quidem fusca exteriori, intus verò ex gratiâ Christi, virtutibus et donis Spiritus S. pulcherrima. In humilitate enim fundata, et multis persecutionibus vexata foris infuentibus contemptibilis videtur, penitus verò noscentibus amabilis et venerabili. Unde ipsa sponsa, loc. cit. v. 4, ait : *Nigra sum, sed formosa*. Ceterum etiam in sensu litterali et historico, sponsa Salomonis, seu filia regis agyptii potuit se dicere nigram, fuscam et à sole d coloratam; quia agyptiæ mulieres generatim fusco sunt colore; quamvis exteroqui possint esse et sepè sint formosæ et pulchræ.

55. Queres VII : « Quomodo, Cant. 4, 7, sub typo sponsæ de Ecclesiâ dei possit : *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te*; cum tamen in Ecclesiâ tot mala, tot peccata et peccatores existant? » Resp. : Quæ loc. cit. dicuntur, magis ad Ecclesiam triumphantem, in quam nihil coquinatum ingreditur, et quæ sine macula est, sine rugâ, quam ad militantis pertinent; possunt tamen etiam de hac dici, quantum ad professionem sanctitatis et fidei; nihil enim in fide falsum, in moribus pravum docet orthodoxa Ecclesia.

56. Queres VIII : « Quomodo, Cant. 4, 16, his verbis : *Surge, aquilo, et veni, austor, et perfla hortum meum, et fluant aromata illius*, sponsus hos ventos prudenter advocare potuerit ad perflandum hortum, et cum non tantum loco et qualitatibus ii contrarii sint, et sed aquilo insuper hortis non modice noceat? » — Resp. : Duplex diversa interpretum expositiu hujus loci datur. Prima est Calmeti dicentis, Salomonem cupere, ut venti hi non simul, sed subinde et vicissim perlent hortum suum, ut illius odor latius diffundatur, h. e., ut nomen, pulchritudo, et meritum sponsæ suæ quocumque diffundatur, ac omnes intelligent, illam omnes sponsas et oris specie, et animi virtute antecel-

lere. Altera, eaque mēā opinione verisimilior explicatio est Sanctii, Est., Theodoret. et Menochii affirmantium, quōd, dūn aquilo à sponso surgere jubetur, intelligi debeat, quōd ei suo horto interdicat et non in eundem invitet, ita ut citati textū sensus sit: *Fuge, recede, aquilo: tu autem, austus, veni et perfla hortum meum.* Ratio sic interpretandi est, quia in hebreo pro surge est ἦγε, uri, id est, evigila; Syrus, expergiscere, qui quasi dormis. Hac autem vox ambigua est, potesque habere hunc sensum: *Surge ut habeas, natura fagam, cito discede, ô aquilo, quia tu es ventus frigidus, plantas adurens et enecans, ut venias tibique succedat austus, qui suo calore et humiditate flores et arbores vegetat et facundat.* Quamvis si ἦγε surge accipiatur in alto et opposito sensu, ut referatur ad ἡρά, tamen aptam aliquam significationem facere possit; prout in primā expositione citati textū indicavimus. Vide Cornelium à Lap. in eundem locum.

57. Quæres IX: « Quomodo sponsus in hoc Cantico « modò rex et pastor, et suæ sponsæ frater; sponsa « verò simul ut filii principis, et vinitoris, et tamen ab « excubitoribus percussa et vulnerata induci possit sine « antilogiā seu contradictione? » — Resp.: Quæ in Cantico canticorum narrantur, non unicè Salomon, et filie Pharaonis accommodanda sunt. Altior hic sensus latet, quo sub schematibus sponsi et sponsæ, pastoris et gregis, vinitoris et vineæ, amor Iesu Christi in Ecclesiam, et ejusdem in JESUM CHRISTUM reciprocus describitur; prout jam supra quest. IV, num. 52, indicavimus.

SECTIO V.

DE LIBRO SAPIENTIAE.

Totus est hic liber in instituendis regibus, principibus ac judicibus ad zelum et amorem justitiae; precepiù tamen ad sapientiam, cuius originem, preium, utilitates copiosè exponit. Illustra quoque de Christi, qui vera Sapientia est, passione, vaticinia hoc libro contineri, patebit conferenti caput II, à vers. 17 prope, usque ad finem, cum iis quæ de Judavorum adversus Christum conciliis, dictoris et machinationibus in Evangelio rescentur. Auctor autem hujus libri incertus est, prout Calmet (1) fusè ostendit. Evidenter sententia in hoc libro contenta Salomonis esse creduntur, ita tamen, ut illa ab alio quodam in scriptum seu librum redacte fuerint. Hinc, quamvis hunc librum SS. Patres (2) non rarò sub titulo *Sapientia Salomonis*, laudent; alius tamen à Salomone ejusdem auctor est. Certè, si Salomon hunc librum scripsisset, in Canone Esdrino fuisset positus; quod tamen factum non est. Ceterum, D. Hieronymus (3) refert, juxta multorum existimationem, Philonem hujus libri compositorem esse. Ubi tamen notandum, quōd Philo, de quo hic loquimur, non is fuerit, qui tempore Aposto-

(1) In dissertatione Commentario suo in L. Sapientiae premissa.

(2) Tertullian. L. 1 de Prescrip. c. 7; S. Hilarius in Psalm. 127; S. Ambros. de Parad. c. 7, et alibi.

(3) Praefat. in libros Salomonis.

lorum vixit; sed antiquior alius, quem Genebrardus putat unum fuisse ex 70 Interpretibus. Verùm nullus Philo in historiâ 70 Interpretum ab Aristea nominatur; cùm tamen in cā recenseantur nomina, et tribus singulorum 70 Interpretum (1). Unde hodiè plurimi existimant, non à Philone, sed ab alio Judæo quopiam divinitus excitato, gracie sermonis perito (originaliter enim L. Sapientiae probabilitis græcè scriptus est), ac fortè ab uno 70 Interpretum librum Sapientiae fuisse compositum. Sed, ut diximus, res est incerta.

58. Quæres I: « An liber Sapientiae sit Canonicus? » — Resp.: Affirmativè. Quamvis enim non sit Proto-Canonicus, est tamen Deutero-Canonicus, ac ab Ecclesiâ catholica merito in numerum sacrorum librorum relatus; prout alibi jam ostendimus, et polemici ac scripturistæ passim contra Protestantes ostendere solent. At

Opponunt I. S. Hieronymus de libro Sapientiae ait: *Valebat tantum ad edificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam; sed si esset liber verè divinus et Canonicus, valeret etiam ad confirmando dogmata fidei.* — Resp. 1°: Ex hoc dicto S. Hieronymi plus non sequitur, quām librum Sapientiae aliquando non valuisse ad prædictum effectum, quando nimirū ab universâ Ecclesiâ nondū erat receptus in Canonem sacrorum librorum; non autem inde infertur, *nunc ad illum effectum præstandum non valere, postquam à Tridentino solemniter declaratus est canonicus.* Igitur S. Hieronymus duntaxat vult, quōd L. Sapientiae tune non fuerit omnīō validus ad hereticos convincendos, et dogmata fidei contra eos stabilienda, quando hujus libri auctoritas divina inter ipsos Catholicos erat adhuc controversa. 2° D. Hieronymo et alijs quibusdam Patribus cum eo hāc in re identi sentientibus, opponi possunt alii Patres de libro Sapientiae contrarium judicantes, videlicet eum etiam ad dogmata fidei confirmanda adhiberi posse. Sic S. Justinus in Dial. cum Tryphone, contra Judæos utitur illo ex L. Sapientiae 2, v. 12: *Circumveniamus justum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris,* etc. S. Basilius, lib. 5 contra Eunomium, probat Spiritum S. esse Deum ex illo Sap. 1, 7: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum,* etc., et sic de aliis. 3° Quām malè Protestantes contra L. Sapientiae aliasque libros Deutero-Canonicos V. T. ex dubitatione primorum seculorum argumententur, inde patet, quia ipsimet hodieum in Canonem recipiunt libros N. T. (nempe epistolæ Jacobi, Judæ, 2 Petri, 2 et 3 Joannis Epistolam ad Hebræos, Apocalypsin), quos Lutherus, alique ipsum primi parentes olim rejecerunt.

Opponunt II. Liber Sapientiae deest in Canone Juðorum, quos latuisse hoc opus ante adventum Christi videtur: ergo non est Canonicus. — Resp.: Ad

(1) Vide Sextum Senensem in Bibliothecâ sanctâ, L. 4, verbo: *Septuaginta.*

hanc objectionem jam alibi (1) respondimus. Dein Iudeorum auctoritas nunquam validè magni ponderis in Ecclesiâ Christi habita est, saltem recentiorum Iudeorum, quorum liber, et prava in religionem christianam studia exploratissima sunt. Apostoli, quibus sanè major, quam Judaeis debetur fides, plura ex L. Sapientia testimonia tanquam oracula divina in Evangelium, vel Epistolas suas Canonicas derivârunt, prout Calmetus et Hermannus Goldhagen eruditè ostendunt. Ab Apostolis autem ad fidèles liber Sapientia devenit, acceptusque ab Ecclesiâ velut divinum depositum servatus semper, et tanquam Scriptura divina habitus est. Causæ autem, cur non ab omnibus Ecclesiis semper pro Canonicâ libro habitus sit, potuerunt esse plures; numerù primò, quia Apostoli nunquam publicè et apertâ decisione hunc librum Canonico esse declarârunt, sed eum duntaxat approbârunt ipso facto ex illo textos quosdam allegando. Praterea aliae causæ erant immoderata crisis Melitonis Sardensis episcopi (2), item librorum primis seculis raritas, Ecclesiarum inter se distantia, cogendorum conciliorum difficultas; donec tandem longiore tempore et discussione explorata veritas, unanimes omnes Ecclesiæ consensu in recipiendo in Canonem libro illo conciliavit. Nam inter divinos libros eum recensuit concilium Carthaginense III, an. 397, Sardinense, an: 347, Constantino-politanum, in Trullo an. 692, Toletanum XI, an. 675, Florentinum, an. 1458, et Tridentinum, sess. 4.

Reliqua novatorum contra librum Sapientie argumenta partim jam alibi (3) soluta sunt; partim in sequentibus questionibus soluta invenientur.

59. Quæres II: « Quomodo illud Sap. 1, 15: *Deus à mortem non fecit*, cum alio sacro textu, Eccli. 4, 14: « *Bona et mala, vita et mors, parpertas et honestas à Deo sunt*, concordet? » — Resp.: Rectè dicit sapiens: *Deus mortem non fecit*. Non enim Deus hominem mortalem, sed immortalem condidit; interim lamentum, quia hic peccavit, mortem non nisi uis supplicium eidem decrevit. Ille Eccl. loc. cit. dicitur: *Vita et mors... à Deo sunt*: quæ duo tamen sibi contraria non sunt, ut S. Prosper, in Sent. coll. sent. 305, sit: *Profectio videt, quisquis ab operibus divinis iudicia divina discernit, cui aliud est creando non instituisse mortalem, aliud judicando plectere peccatorem*.

60. Quæres III: « An verisimile sit auctorem L. Sap. fuisse à Deo inspiratum, etiamsi, cap. 1, v. 14, inducat fabulum Plutonis seu regni inferorum; et in textu græco, cap. 17, v. 14, qui in Vulgata nostrâ latâ est versus 13, fabulam fluvii Lethe, ut quidam exponunt, insinuet; ac denique, cap. ult. v. 20, loco mannae fabulam ambrosiac velut cibâ deorum suggerat? » — Resp.: Hæc omnia non obstant theopneustiæ auctoris L. S. Cūm enim hic auctor totum suum librum stylo poetico donaverit, mirum

(1) S. Scriptur. contra Incredulos propugn. P. IV, quest. 4, num. 6.

(2) Vide S. Scriptur. contra Incredulos propugn. P. IV, num. 7 et 8.

(3) Ibidem, num. 5, 8.

non est, illum hinc inde ad fabulas allusisse, non ut eas sùa auctoritate quasi ratis habeat, sed ut vel veritatem aliquam iisdem fabulosis dictiobus nobis inueniat; quemadmodum cap. 1, v. 14, ubi indicat imperium mortis et dæmonis in homines noui ex Dei institutione, sed ex ipsis hominis culpâ esse; vel ut eventum quemdam nobis magis graphicè proponat, ut cap. 17, v. 14, ubi illum stuporem, quo Ægypti nocte illâ horrendâ (loquitur de densissimis Ægypti tenebris Exod. 10, 22 et 23), affligebantur, tantum exaggerat, ut eo illos non aliter attitios et velut consopitos fuisse dicat, quasi spississimis orci tenebris essent stupefacti, aut (ut alii exponunt) quasi de fluvio Lethe bibissent. Cæterum nec Vulgata nostra, nec versio 70 Interpretum locis citatis nominant Plutonem aut fluvium Lethe, sed solum dicunt, quòd non sit inferorum regnum in terra, et quòd Ægyptii ex inferni speluncâ supervenientem noctem dormierint. Denique, dum auctor L. Sap. manna vocat ambrosiam, non nisi nostro loquendi scribendique modo sese accommodat, qui cibum palato gratissimum nomine ambrosiæ designare solemus. Accedit, quòd Spiritus S. scriptoribus non semper singula verba, sed sensum duntaxat inspiraverit, et delectum verborum iisdem librum reliquerit.

61. Quæres IV: « Quomodo illud Sap. 2, 1: *Non est, qui agnitus sit reversus ab inferis*, cum resuscitatione Samuels ab inferis (1 Reg. 18, 15) concordet? » — Resp.: Verba illa ex L. Sap. citata non sunt effata Spiritus S. ea approbantis, sed solum narrantis, quid dicant homines impii, qui opinantur animam esse mortalem, et omnia cum morte finiri. Hinc Sapientia loc. cit. premitit hæc verba: *Dixerunt enim cogitantes apud se non recte... Non est quia agnitus sit reversus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus et post hoc erimus tanquam non fuerimus; quoniam sumus flatus est in naribus nostris* (h. e., fumo similis est respiratio nostra, quæ simul fit, et simul deficit); et sermo scintillæ ad commovendum cor nostrum (h. e., vita nostra est res quædam scintille similis); *quæ extincta, cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tanquam mollis aer, et transitus vita nostra tanquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur*, etc.

62. Quæres V: « An vaticinia de Christi passione (Sap. 2, 17 et seqq. contenta) non sint conficta, et ut Grotius suspicatur, ab aliquo christiano post mortem Servatoris huic libro inserta? » — Resp. negativè. Vana enim est Grotii suspicio, cùm totius libri Sapientie contextui vaticinia illa optimè cohaereant. Sanè longè aliter Patribus (1) visum est, et ab illis creditum, vaticinia illa in Jesu Christo impleta esse. Neque suspicionem suam Grotius ullo gravi arguento firmare potest.

63. Quæres VI: « Quomodo textus ille Sap. 6, 8:

(1) Tertullian. L. 3 contra Marcion.; Clemens Alex. L. 5 Strom.; Lactant. L. 4, c. 16; Augustinus L. 17 de Civ. Dei, c. 20, et L. 12 contra Faustum, c. 4.

• *Equaliter ei cura est de omnibus, cum illo, 1 Cor. 9, 9:* — *Numquid de bobus cura est Deo? conciliari possit?* — Resp.: Etsi providentia Dei ad omnes sine exceptione se extendat, non tamen aequales sunt effectus Providentiae Dei respectu omnium. Sensus itaque primi textus est: Deus aequaliter curam habet omnium, scilicet tam vulgarium, quam nobilium et potentum, ita tamen, ut cuique provideat pro cujusque statu, conditione et exigentia. In altero autem textu non significatur, quod Deus nullam curam boum habeat; sed sensus solunmodò est, quod praecipua cura Dei in illa lege Mosaica, Deut. 25, 4: *Non alligabis os bovi trituranti*, non fuerit de bobus, sed quod Deus in ea statuendā altius quid spectaverit, videlicet predicatores Evangelii, qui sunt boves typici laborantes et trituran tes in agro et area Domini, ex Evangelio posse vivere. Vide Cornelium à Lap., aliosque interpres comm. in citatos S. Scripturæ textus.

64. Queres VII: « An verba illa Sap. 8, 19 et 20: *Sortitus sum animam bonam, et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum*, non supponant praexistentiam animalium, antequam corpora effingantur, ab Origene assertam? Aut am non oleant Pelagianismum docentem, adesse in anima quedam naturalia virtutis semina, ita ut ad salutariter operandum non indigent auxilio supernaturali; vel doctrinam aliorum haereticorum asserentium, quasdam animas esse minus peccato originali infectas, quasdam verò magis? » — Resp. ad omnia negativè. Sensus enim citati textus, ut Menochius, aliquie rectè docent, est iste: *Sortitus sum animam bonam*, i. e., ingenii acuminem, et aliis praelaris dotibus praeditam; *et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum*, i. e., cum bona indoles in dies magis excoleretur, tunc me ad bonum fortiter extimularet, factum est, ut corpus quoque intemeratum custodiarem. Igitur Sapientis his verbis significat, bonitatem animae, quam Dei munere habuit, et quia benè usus est, fuisse causam munditiae corporis. Quis autem non videt, juxta hanc explicationem, neque praexistentiam animalium ante corpus formatum, neque sufficientiam virum naturalium ad salutariter, i. e., meritorum ad vitam æternam operandum, neque inaequalem communicationem peccati originalis in posteros Adæ asseri?

65. Queres VIII: « Quomodo, Sap. 10, 4, dici possit, propter Cain terram diluvio delectam esse: *Propter plerumque (i. e., Cainum), cum aqua delerit terram*, etc.; cùm tamen potius propter sceleram gigantum id factum esse (Genes. 6, 4, 8, et Sap. 14, 6) indicetur? » — Resp.: Sensus, Sap. 10, 4, non est, quod Cain unus ea omnia patrari sclera, quæ diluvii Noetici causa fuere: sed genuinus sensus est, quod propter impium Cain, ejusque posteros ejusdem impietatis ascelas et imitatores aqua diluvii delerit terram. Cæterum etiam illud notandum, quod inter alios loquendi modos in Scripturâ existentes etiam ille sit, quo S. Scriptura majoribus aut progenitoribus tribuit, quod non tam ipsis, quam filiis aut nepotibus suis competit. Sic Christus per os Zachariae Prophetæ, cap. 2,

v. 8, ait, *se missum ad gentes*, nempe Evangelii predicationi causâ; quod tamen non fecit ipse per se et in sua persona, sed per Apostolos suos.

66. Queres IX: « Quomodo illud. Sap. 10, 14, de Josepho, Jacobi patriarcha filio, dictum, quod in Egypto obtinuerit *sceptrum regni*. explicetur, cùm tamen non fuerit rex Egypti, sed solum minister regis, ut ex libro Moysis constet? » — Resp.: Etiam in libris Moysis legitur, fratres Josephi ad patrem reluisse: *Joseph filius tuus vivit; et ipse dominatur in omni terra Egypti*, Gen. 45, 25. Sicut ergo Joseph in Egypto non ut rex, sed ut minister regis dominabatur, ita hic *sceptrum regni* non suo, sed alieno (nempe regis) arbitrio ac favore gessisse, dicendum est.

67. Queres X: « Quomodo, Sap. 10, 15, Israelites sub Pharaone velut viri probi describi possint his verbis: *Hæc (Sapientia) populum justum, et semen sine querela, liberat à nationibus* (i. e., ab Egyptiis), *que illum deprimebant*, cùm tamen Prophetæ Israelitas ut idololatrias traducant? » — Resp.: Quamvis Israelites post exitum ex Egypto lapsi sint in idolatriam, noui tamen leguntur coluisse idola, usque dum post exitum ex Egypto ad radicem montis Sihai absente Moyse fabricarunt et adorarunt vitulum aureum. Præterea auctor L. Sapientiae populum Israeliticum meritò potuit vocare *populum justum*, seu ut grecus textus loc. cit. habet, ἡρωις, id est, *sanctum ex sequentibus causis*: 1^o Dei vocationem et electionem; quia Deus Hebreos ex omnibus gentibus seleggerat sibi in populum, id est, in Synagogam et ecclesiam, ut ab eo sacrificiis et legibus à se sanctis coleretur. 2^o Sanctum, id est, sanctorum Patriarcharum stirpem et posteritatem. Nam si *delibatio sancta est, et massa; et si radix sancta, et rami*, Rom. 11, 16. 3^o Quia inter priscos primosque Hebreos multi erant sancti, ut Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Moyses, et ceteri, qui à Pharaone opprimebantur. Oppressio enim facit sanctos, cogitque ad Deum configere. Neque obest, quod inter Hebreos multi fuerint improbi. Nam etiam Ecclesia christiana est et dicitur sancta, quia multi in ea sunt sancti, eti plures sint impii. A potiori enim et digniori parte res denominatur.

68. Queres XI: « Quomodo veritati consentiat illud de Moyse dictum, Sap. 10, 16: *Stetit contra reges horrendos in portentis, eti loto lib. Exodi non fiat mentio, nisi unius regis Egypti?* » — Resp.: Rex unus fuit Pharaon contra quem stetit Moses, sed regum nomine hic intelligentur etiam principes Pharaonis coram quibus editæ sunt plague ægyptiacæ. Hinc etiam in Psal. 104, terra ægyptiorum dicitur *edidisse ranas in penetalibus regum ipsorum*, qui in aliis locis (1) vocantur servi Pharaonis. Eamdem responsionem etiam amplectitur incognitus quidam priscus auctor, qui Commentaria in Psalmos in duos tomos divisus scripsit, quæ in tenebris delitescentia, primus Joannes Fonseca, episcopus Burgensis, vir doctissimus, in lucem curavit edenda. Ibi auctor ille incogni-

(1) Exod. 7, 10. Item Exod. 8, 3 et 4.

tus in haec verba psal. 104, 30 : *Edidit terra eorum ranas in penetratibus regum ipsorum*, ita conumatur : *Et dicit regum in plurali, quamvis unus esset rex*. *Egypti* : *quia reges intelligit omnes principes regum, populi regentes*. Nimis Hebrei consueverant *reges* vocare eos omnes, qui ad insueti honoris, aut potentiae gradum eveni sunt; et in Chanaanite antiquitus jam invaluerat mos, ut qui alieni civitati praessent, regum nomine insignirentur; prout alibi (1) observavimus.

69. Quæres XII : « Quomodo illud Sap. 11, 25 : *Divites omnia quæ sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti*, cum illo, ad Rom. 9, 13 : *Jacob dilecti, Esaū autem odio habui*, concilietur? » Resp. : Ad Romanos loc. cit. per odium non intelligitur odium propriæ, et strictè tale, quale Deus solum habere potest et habet erga opera mala; sed tantum neglectus aliquis quadam bona quædam temporalia, quem Deus respectu Esaū exercuit, dum non ipsum, et ejus posteros, sed Jacobum cum suis descendentiis in peculiarem sibi populum elegit, eique fertilem terram Chanaan ad habitandum assignavit, Esaū non nisi sterilibus montibus Seir relictis.

70. Quæres XIII : « An auctor libri Sapientæ in assignandâ idolatriæ origine, Sap. 14, 15, 22, non erraverit, ut Calvinus, L. I Instit. cap. 11, § 8, assertit, et etiam ex eo videtur probari posse quia in libro Sap. loc. cit. origo idolatriæ tribuitur amori patrum in filios; cum tamen historici eam passim derident ab amore filiorum in parentes, dum referunt. Ninum patri suo Belo primitus statuam adorandam creuisse? » Resp. : Auctor L. Sap. nullius mendaci aut falsitatis argui potest, dum loc. cit. causam idolatriæ repetit ex inordinato parentum in filios defunctos amore, imaginem mortuas proliis tanquam Dei colentium. Nam non negat, etiam alias, et fortè antiquiores fuisse idolatriæ causas; immo ipsem metalibi (2) alias adhuc pervetustam idolatriæ originem assignat, describens cultum à Chananeis et Egyptiis in astra et elementa impensum, videlicet ob admirationem pulchritudinis, præstantias et bonitatis barum creaturarum, quin mente sub ad Creatorem ascenderent. Quando igitur auctor L. Sap. loc. cit. occasionem idolatriæ derivat ex immodico parentum in filios defunctos amore, dintaxat vult ostendere, causam idolatriæ præcipuum aut unam ex præcipuis fuisse inordinatum affectionem erga suos jam defunctos, quod apud varias gentes et idololatras diversimodi factum est; apud quosdam patre extruente imaginem defuncti filii, apud alios filio extruente imaginem defuncti patris, ut fecerit Ninus patri suo Belo erigendo statuam; iterum apud alios erigendo simulacrum regis, aut alterius defuncti;

(1) P. I. S. Scriptur. contra incredulos propugnat. sect. 2 cap. 5, de libro Deuteronomii, quæst. XXXVIII, ad secundum.

(2) Sap. 13, 1 et 2, ubi ita legimus : « Vani autem sunt omnes homines... Sed aut ignari, aut spiritum, aut ciliatum aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem et lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt. »

uti ipse auctor L. Sap. iterum insinuat his verbis : *Multitudine autem hominum abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum estimaverunt. Et fuit vita humana deceptio; quoniam aut affectui, aut regibus deservientes homines, incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt*. Sap. 14, 20, 21. Verissimum itaque est, quod idolum finxerit inordinatus defunctorum amor et veneratio. Auctor autem libri Sap., cap. 14, 15, unicum exemplum (exteris omissionis, sed non exclusis) adducit, nempe parentis filium demortuum in imagine sibi representantis.

71. Corollarium. Crassè erravit Calvinus, dum librum Sapientie falsitatibus coarguit. « De idolorum, inquit, origine publico ferè consensu receptum est, quod in libro Sapientie habetur, primos scilicet extitisse eorum auctores, qui nunc honorem detulerunt mortui, ut ipsorum memoriam superstitione coherent: et sanè fateor perversum hunc morem fuisse vetustissimum.... Non tamen concedo hunc fuisse primum malum fontem. Idola enim jam fuisse prius in usu, quāmista in consecrandis imaginibus mortuorum ambitio invaluisse... constat ex Mose. Cum enim Rachelem narraturam esse patri suo idola, non secūs ac de communivitio loquitur, lib. Instit. 1, cap. 11, § 8. » In his verbis Calvinus asserit, aut supponit, 1^o quod ante Rachelem tempora nulla fuerint idola in hominum defunctorum superstitionem honorem fabricata. 2^o Illa ipsa idola, que furata est Rachel, non fuisse imagines hominum defunctorum. Jam verò primum ex his dubiis suppositis est omnino falsum. Certum enim est Belum primum regem Assyriorum, qui fuitante Rachelem, immo et ante Abraham, fuisse pro Deo habitat post mortem suam, ut Eusebius initio Chronicæ testatur, et statuam illi a Nino filio positam, fuisse primum idolum publicè propositum ad adorandum; prout Cyrilus (1) et Ambrosius in primum caput ad Roman. sive quicunque fuit eorum Commentariorum auctor, docueré (2). Alterum verò, quod illa ipsa idola, que Rachel furtivè abs tulit, non fuerint imagines hominum defunctorum, Calvinus probare nequit; præsertim, quia positivè probari potest, quod representaverint figuram humanam. In texto enim hebreo cit. loc. adhibetur vox *Teraphim*, que statuas seu idola significat, hominis figuram representantia, et arte diabolique loquenter seu responsum dantia (3). Quod enim haec vox hominis figuram significet, patet ex L. I Reg. cap. 19 ubi Michol, cum vellet ernare Davidem de manibus Saul, emisit illum per fenestram, et in lecto loco eius posuit simulacrum, quod hominem referret; ubi in hebreo pariter est *Teraphim*, pro eo quod nos in Vulgatâ habemus *statuam* vel *simulacrum*. Quod autem dicta idola locuta fuerint, patet ex Ezechiele, cap. 21, 21; ubi enim nos legimus : *interrogavit idola*, in hebreo est *Teraphim*. Et similiter Zachar. 10,

(1) L. 3 in Julianum, non procul à fine.

(2) Vide Bellarmine L. I de Verbo Dei, cap. 15.

(3) Vide Calmetti Dictionarium Biblicum, v^r *Teraphim*, aut consulte Cornelium à Lap., aliosve interpres in Genes. 31, 19.

2, ubi legimus : *Simulacula locuta sunt inutile. Cæterum unam ex precipuis idolatria causis fuisse fabricationem imaginum humanarum in memoriam defunctorum, ut liber Sap. docet, testantur Cyprianus (1), Chrysostomus (2), Egesippus (3) et alii passim.*

Scholion. Quamvis ad vindicandam libri Sapientie divinam auctoritatem necesse non sit, omnium primam causam seu originem idolatriæ determinare, ut præc. num. 70 et 71 jam observavimus : tamen in gratiam studiosi lectoris hæc de re sequentia breviter commemorare juvat. Inprimis sat certum est, quod ante Noeticum diluvium primâ ætate non fuerit idolatria propter recentem, ut S. Thomas ait, memoriam creationis mundi, ex quâ cognitio unius Dei in mente hominum adhuc vigebat. Quenam autem omnium prima idolatriæ causa seu origo post diluvium fuerit, res est incerta (4). Communiter tamen interpres docent, Ninum initium dedisse universalis idolatriæ statuarix; idque ad longum deducit Cornelius à Lap. (5). Quamvis enim ante tempora Nini jam fuerint idola, initium tamen idolatriæ Nino tribuitur; quia tunc idola coepérunt esse universalia, utpote regiæ auctoritate erecta. Quâ de re S. Hieronymus (6) loquitur his verbis: *Ninus in tantam peruenit gloriam, ut patrem suum Belum referret in Deum, qui hebraicè dicitur Bel, et in multis Prophetis maximèque in Daniele et juxta Thecoditionem sub idolo Babylonis, hoc appellatur nomine.* Porrò postea à populis pro varietate linguarum varia sortitus est nomina, nimirum *Bel* ab aliis dicebatur *Baal, Baalim, Beelzebub, Beelphegor*; et quia Greci Saturnum deorum parentem faciebant, teste Eusebio in *Chronico*, *Belum Assyrii deum nominarunt Saturnum*. Igitur cùm interpres Abrahæ nativitatem ponant 43 anno imperii Nini, dicendum erit, idolatriam universalis incepisse circa Abrahæ nativitatem, id est, circa annū mundi 2008, seu ante Christum annis circiter 1992 (7).

72. Quæres XIV : « Quonodò illud Sap. 16, 28 : « Oportet prævenire solem, et ad ortum lucis te adorare, « cum illis Jobi verbis (Job. 31, 26 et seqq.) dicentis : « Si vidi solem cùm fulgeret, et lunam incidentem clarè : « et osculatus sum manum meam, quæ est iniurias maximæ et negatio contra Deum altissimum, conciliare possit? » Resp. : Nulla hæc est contradictione. Nam in primo textu sermo est de adoratione veri Dei ad ortum lucis; in altero autem textu de superstitione adoratione ipsius solis. Solebant enim olim idolatriæ adorantes idola, hæc protensæ manu tangere, et deinde manum ad osculum reducere : de quâ adorandi ceremoniâ vide S. Hier-

(1) Initio libri de idolorum vanitate.

(2) Homil. 87. in Matth.

(3) Apud S. Hieronymum de Viris illustribus.

(4) Vide Calmetti Dissertationem de Origine idolatriæ, quæ hujus auctoris Commentario in L. Sap. præfixa est.

(5) Comment. in Sap. cap. 14.

(6) Comment. in c. 2 Osee.

(7) Vide Tabulam Chronologicam Biblic, universalem, quam apud Calmetum ad finem Dictionarii Biblicali, aut apud alios interpres invenies.

ronymum (1), Plinium, lib. 28, c. 2, aut Apuleium (2).

Neque inferas : Ergo Job fuit idolatralis. Resp. : Nequaquam. Nam Job loc. cit. non dicit: *Vidi solem... et osculatus sum manum meam, etc.*, sed solum conditionatè pronuntiat : *Si vidi solem, etc.* Nimis sensus est : « Si idolatriam exercui adorando solem, et puniat me Deus, » etc. Probè enim notandum, quod Job citato capite ex instituto ostendat innocentiam suam, et à variis criminibus, ac inter alia etiam ab idolatriâ se inimunem esse, asserat cum juramento executoris, dicens : *Si hoc, aut illud crimen feci, Deus me puniat; libenter fateor, me omnia mala ei penas, quas patior, promeritum esse, si tale quid commisi.* Ac non rarò quidem ejusmodi pœnam conditionatam Job loc. cit. explicatè addit, e. g., v. 7 et 8 : *Si declinavit gressus meus de viâ..... et si manibus meis adhæsit macula; seram, et alijs comedat, et progenies mea eradicetur.* Aut v. 21 et 22 : *Si levavi super pupillum manum meam.... humerus meus à juncturâ suâ cadat, et brachium meum cum suis ossibus confringatur.* Ubi autem ejusmodi pœnam conditionatam explicatè non addit, subintelligenda est, quemadmodum in objecto v. 26 et seqq. : *Si vidi solem, etc.*, prout Cl. Weitenaer rectè annotat, ad Job. cap. 51, v. 54.

73. Quæres XV : « 1° An verisimile sit illud assertum Sap. 16, 20 : *Angelorum escâ nutriti populum tuum, et paratum panem de calo præstiti illis.* Quis enim sibi persuadeat, quod manna fuerit escâ in celo parata ad cibum Angelorum? 2° An verisimile sit, quod manna habuerit omnem saporem pro cuiusque desiderio et voluntate, ut (ibidem) his verbis : *Omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suavitatem, asseritur; cùm tamen, Nun. 21, 5, constet quod manna Hebreis fastidium non moverit? An Hebrei hunc cibum nauassent, si sapuisset cuique id quod volebat? Præterea manna (Exod. 16, 31) sapor fuit similis saporis simile cum melle; quonodò igitur potuit habere quicumque que alium saporem pro cuiusque voluntate? »*

Ad primum, dico, haec loquendi rationem esse figuratam et in poetico sensu accipiendam, ita ut sensus sit : Si Angeli corporali cibo uterentur, tali meritù ut possent; inò celestis fuit quodam modo haec escâ, quandoquidem de celo unâ cùn rora decidebat, atque jucundi adeò saporis erat, ut jure dici posset, Angelorum manu preparatam fuisse. Cæterum non desunt alias figuratas loquendi rationes in S. Scripturâ, quæ ab hæc minimè ab ludunt, et pariter in sensu poetico accipiendæ sunt. Sic de promissa Terræ dicitur Exod. 3, 17 et alibi, ibi mellis lactisque rivos manare; et Joel, cap. 3, v. 18, patriæ celestis felicitatem describens, futurum ait, ut montes silent dulcedinem, et colles fluant lacte. Est nimirum ejusmodi modus loquendi figuratus populis orientalibus perquam usitatus.

(1) L. 4 contra Ruffinum.

(2) In Apolog. 1, et L. 4 de Asino.

Ad secundum, dico, quod Scriptura, quando Exod. 16, 31, dicit, mannae *gustum* fuisse quasi *simile cum melle*, loquatur de sapore ipsi mannae quasi congenito ei naturali; nam ita sapiebat, si comedens nullum alium cibum desideraret; si enim ipse aliud quid desiderabat, mox id manna sapiebat juxta effatum Sap. 16, 20 et 21. Sed hoc tantum in justis, et qui Deo obsequentes erant, locum habebat, quos ibi, v. 21, filios Dei Scriptura appellat. At alii hoc beneficio non fruebantur, sed his tantum naturalem saporem manna referebat, unde etiam hunc cibum tandem nauseabundi rejecerunt, quod utique non fecissent, si in illo, vel ex illo omnem cibi saporem exprimere potuissent. Ita rem hanc cum S. Augustino (1), Bonfrerius (2), Calmet, aliique explicant. Menochius verò, et illi, qui contendunt, non tantum pios, sed etiam impios Israelitas omnem saporem, quem desiderabant, ex manna perceperisse, ad objectam difficultatem poterunt cum Lorino et Cornelio à Lap. responderē, nauseam et murmur Israelitarum non ex fastidio saporis provenisse, sed ex eo, quod color, odor, forma, tenuitas et similes aliae qualitates eadem semper perseverarent in manna, quarum jucunda diversitas solet gustatum magis allicere. Sie enim puer aliqui gulosi non tantum ventrem, sed et narcs et oculos et manus cibis pascente et implere cupiunt. Poscebant igitur Israelitas varietatem et soliditatem ciborum, et manna tanquam escam nimis tenuem, et exiguae substantie ac virtutis respuebant, dicentes: *Anima nostra jam nauseat super cibo isto levisissimo*, Numer. 21, 5.

74. Quæres XVI: « An liber Sapientie non saveat fabulosis gentilium poetarum metamorphosis, dūm, cap. 19, 18, ait: *Agrestia (animalia) in aquatica convertebantur; et quæcumque erant natantia, in terram transibant*. Verum an in librum divinitatis dictatum cadit, fabulosas ejusmodi metamorphoses adstruere? » — Resp.: Toto celo aberrant omnes, qui, ut liber Sapientia impugnat, hunc Scripturæ locum ad somnia de mutatis animalium naturis detorquent. Nullus enim hic sermo est de fabulosa quādam metamorphosi, sed de iis, que acciderunt in regione Ægypti variis plagis percussa, ubi inter exteras plaga, postquam aqua in sanguinem, *tam in lignis vasis quam in sacris, et in omni terra Ægypti*, Exod. 7, conversa fuerat, agrestia animalia præ vehementia sitis in Nilum se conjiciebant; et vicissim omnis generis pisces, et maximè amphibia, cùm sentirent, aquas Nili in sanguinem mutari, vel in terram se effundere properabant, vel morte occupata ac super aquas sensim eminentia vi fluctuum in terram exiebantur. Extat in hunc libri Sapientie locum celebris Dissertatio in Diario Ecclesiastico, decembri 1761.

Scholion. Cornelius à Lap., Menochius, Calmet aliique interpres memoratum L. Sap. locum paulò

aliter explicant. Animalia *agrestia*, inquiunt, in *aquatica convertebantur*, id est, homines, boves, oves, armenta Hebreorum, quodam modo in aquatica animantia convertebantur, quando Hebrei per mare Rubrum transibant. Et *quæcumque erant natantia, in terram transibant*, hoc est, pisces, et amphibia (ut jam in primâ responsione dictum est) in terram effundebantur, cùm aquæ Ægypti in sanguinem versæ sunt; vel intelliguntur hoc loco rane, que ex aquis exilientes domos Ægyptiorum invaserunt, Exod. 8, et sic ex aquaticis quasi terrestria animantia facta sunt.

SECTIO VI.

DE LIBRO ECCLESIASTICI.

Hic liber à Latinis inscribitur *Ecclesiasticus* ad imitationem libri à Salomonе scripti, qui *Ecclesiastes* dicitur. Complectitur enim similem philosophiam moralē, tradens encomia sapientie et precepta virtutum, quibus laudes Patriarcharum et Prophetarum subnebet. Appellatur autem *Ecclesiasticus*, et non *Ecclesiastes*, ut sit aliquis distinctus ab hoc altero libro; quamvis *Ecclesiasticus* idem significet ac *Ecclesiastes*, nempe *Concionator*. Porrò Ecclesiastici auctor est Jesus, filius Sirach senioris, qui tamen multa ex Salomonе deproprompsit, et ob similitudinem argumenti, styli et phrasis cum libris Salomonis plurimum convenit, ex quo factum est, ut multi SS. Pares testimonia ex Ecclesiastico desumpta passim citent nomine Salomonis. Alius dein Jesus, item filius Sirach, sed junioris ac nepos auctoris L. Ecclesiastici, hunc librum ex hebreo in grecum sermonem transluit. Distinguendum igitur est inter Jesum, filium Sirach senioris, auctorem Ecclesiastici, et inter Jesum, filium Sirach junioris, interpretem ejusdem libri. Nam Sirach senior genuit Jesum auctorem Ecclesiastici; hic genuit Sirach juniorum, cui moriens Ecclesiasticum hebraicè compositum reliquit: Sirach junior genuit Jesum juniorum, qui avi sui hebraicum volumen in idioma grecum transluit (1).

75. Quæres I. 1^o: Quot fuerint in veteri Testamento celebriores viri, compellati *Jesus nomine?* 2^o Et quo seculo extiterit Jesus, filius Sirach senioris, auctor L. Ecclesiastici? — Resp.: Plures in V. T. hoc nomine *Jesus*, i. e., *Saluator*, compellantur; tres tamen magis celebres sunt, quorum singuli erant figura Christi Domini. Primus fuit Josue, apud Græcos *Iou;*, et apud Siracidentem seu Ecclesiasticum, *Jesus Nava* appellatus; alter erat Jesus, filius Josedec pontificis tempore captivitatis Babylonicae; tertius Jesus, filius Sirach senioris, auctor Ecclesiastici. Josue, dux populi Israelitæ, expressit typum Jesu Christi fideles suos in terram promissam, id est, in regnum celeste deducentis. Jesus, filius Josedech, tanquam pontifex repræsentavit sacerdotium et pontificatum Christi. Denique Jesus, Ecclesiastici auctor, præ-

(1) L. 2 Retract. c. 20

(2) Comment. in Exod. 16, 44.

(1) Vide in S. Bibliis Prolog. Ecclesiastici.

figuravit Christum tanquam magistrum et doctorem universi.

Ad secundum dico, Siracidem seniorem, seu Jesum filium Sirach senioris, floruisse tempore Ptolomaei Philadelphi, 70 Interpretum et Eleazari, summi Pontificis, hoo est, circiter 280 annis ante Christum natum (1). Nam Siracides junior Siracidis senioris nepos versionem Ecclesiastici ex hebreo in grecum se suscepisse ait tempore Ptolomaei Evergetis, qui Philadelpho fratri successit. Præterea Siracides senior seu auctor Ecclesiastici magnorum virorum laudes recenterse desinit in elogio Simonis pontificis, qui fuit frater Eleazari Pontificis, signo satis manifesto, se circa ilud tempus scripsisse Ecclesiasticum. Denique valde probabilis multorum opinio est, auctorem Ecclesiastici fuisse unum aliquem ex 70 Interpretibus, inter quos Aristaeas (2) etiam quendam Jesum recenset.

76. Quares II : « Num credibile sit, quod auctor Ecclesiastici fuerit theopneustus, seu à Deo inspiratus; cùm potius videatur fuisse philosophus gentilis de sectâ Platonicâ. » Antequam respondam, observo, quemadmodum recentiore ex doctoribus acatholicis divinitatem libri Ecclesiastici ex eo maximè capite impugnâsse, quod bujus libri auctor videatur esse philosophus ex schola Alexandrinâ secte Platonicæ, cùm dicat cap. 1, v. 18 : *Et effudit illam* (i. e., Sapientiam suam Deus) *super omnia opera sua et super omnem carnem secundum datum suum*, prout sciœt eam dare et communicare voluit; atqui haec est doctrina Platonica. Plato enim docuisse fertur, Deum primò produxisse per effluxum quemdam ex se duo principia, unum quod esset mens, ratio et idea mundi efformandi; alterum quod materialiter animaret, et esset anima seu spiritus mundi. Ita Plato in Philebo seu de summo bono, et in Timotheo, de mundi naturâ; prout refertur in Lexico universal. Lipsiensi (3). Verum dico, verba illa Eccl. : *Et effudit illam super omnia opera sua*, non ita crassè et materialiter accipienda esse de effusione aliqui seu effluxu reali ex Deo, quemadmodum Plato docuit; sed metaphoricè, ita ut sensus sit : Sapientia Dei effulget in omnibus operibus suis, secundum mensuram perfectionis eis datae. Igittur auctor L. Eccl. non loquitur de ideis Platonicis, aut de spiritu mundi à Deo realiter distincto, et super omnes creaturem effuso; sed potius de idea Dei aeternâ, juxta quam ipse hoc universum condidit, producendo singulas creaturem ad quamdam similitudinem suarum divinarum perfectionum, quin tamen id est de suâ essentiâ vel idéa aeternâ, que reapsè Deus ipse est, aliquid decerpere, aut realiter extra se effundere. Sicut enim artifex dici potest effundere artem suam in artefactum, v. g., pictor pingendo imaginem similem sue arti et idæ, quam mente concepit; sic Deus quasi artifex universi, sapientiam et ideam suam

veluti in illud contulit et transtulit, cùm illud juxta illam, illique simile condidit. Uode textus syriacus habet : *Manifestavit eam (nimurum Sapientiam suam), et divisit eam omnibus operibus suis*; et arabicus : *Patet fecit eam et revelavit eam... distribuit eam inter universam creaturam suam*. Cæterum haec locutio metaphorica, *effudit illam super omnia opera sua*, significat largitatem beneficentie Dei, quod sua dona et sapientiam instar imbris vel torquentis in sensu ante explicato copiosissimè effuderit in creaturas hoc universum constituentes (4). Porro Siracidem seniorem, qui est auctor Ecclesiastici, non fuisse philosophum gentilem de sectâ Platonicâ, etiam ex eo satis manifestum est, quia creditur unus fuisse ex 70 Interpretibus (2); et quia laudes Patriarcharum, et aliorum apud Hebreos præclarorum, incipiendo ab Enoch usque ad Simonem summum Pontificis longâ serie contextis: Præterea is erat civis Jerosolymitanus eximie sapientiae, et alter sui ævi Salomon (5), ac per multas et graves tribulationes probatus, et ad culmen perfectionis deductus (4), ac denique propheticò lumine à Deo illustratus. Insignis enim ab ipso scripto consignata prophetia est illa cap. 24, v. 45 : *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminaboh omnes sperantes in Domino*. Quæ loquentis sapientiae divine verba per descensum Jesu Christi ad inferos perfectissimè impleta esse, docent cum S. Isidoro (5) passim interpretes catholici; tum enim anima Christi per mortem in cruce à corpore separata ad limbum descendit, detentosque ibidem patres sui cognitione et latissimâ praesentiaue sue luce perfudit, beatos reddidit, ac subinde è terrâ ascendens secum in cœlestem gloriam deduxit. Ad prophetias etiam pertinent, quæ idem auctor Ecclesiastici scribit (6) de reditu Henoch et Eliæ; namque ex his locis veteres passim ac recentiores uno quasi consensu docent, Henoch venturum cum Eliâ contra Antichristum. De utroque loco fusè disserit Cornelius à Lap.

77. Quares III : « An Ecclesiasticus, omnibus consideratis, meritò repositus sit in Canonem librorum divinorum? » — Resp. affirmativè contra Lutherum, Calvinum, eorumque sequaces. Quamvis enim Ecclesiasticus non sit liber Proto-Canonicus, est tamen Deuterono-Canonicus, ut alibi ostendimus. Confirmatur id ipsum ex Patribus, qui libro Ecclesiastici tanquam Scripturâ divinâ et Canonicâ suis in operibus usi sunt; longam horum seriem tam ex PP. grecis quam latinis secundum ordinem seculorum recensent et citant Tourneniūs, et Hermannus Goldhagen. Insuper auctoritas divina Ecclesiastici elucet ex novo Testamento, in quo non paucæ ex Ecclesiastico depromptæ sen-

(1) Vide Cornelium à Lapide, Commentario in Eccl. 1, 40.

(2) Vide num. 75, Quæst. 4, ad secundum.

(3) Vide Eccl. 50, 29, 30 et 31.

(4) Ibidem, et sequenti cap. 51, v. 2, 15. Item cap. 34, v. 13.

(5) L. de Resurrect. Domin. cap. 51.

(6) Eccl. cap. 44, v. 16. Item cap. 48, v. 10.

(1) Vide apud Calmetum ad finem Dictionarii Bibl., aut apud alios Tabulam Chronol. universal. Historiæ Biblicæ, ad annum Mundi 3742.

(2) In Historia de 70 Interpretibus.

(3) Tom. XXVIII, verbo *Platonische Philosophie*.

tentis occurunt tanquam effata divina, ut demò Cl. Goldhagen ostendit. Adde sensum Ecclesiæ græca etiam hodiernæ quantumvis schismatische, quæ contra Cyrillum Lucarem, et Calvinistas in synodo Hierosolymitanâ sub Dositheo celebrata an. 1672, pronuntiavit, *Sapientiam Sirach* (i. e., Ecclesiasticum) aliosque libros Deutero-Canonicos *insipiente, inscile, ac magis malitiose vocari apocryphos* (1).

Cæterū argumenta peculiaria contra librum Ecclesiasticum Protestantes ordinariè nec afferunt, nec habent; communis verò eorum contra hunc aliasque libros Deutero-Canonicos argumenta jam alibi confutavimus. Unicum affero, quod tamen pariter ex alibi dictis solvi potest, sed hoc loco paulò enucleatius recessendum, refellendumque censemus.

Est autem hujusmodi: Librum Ecclesiastici in Scripturarum Canonicularum catalogo non adscriptum Melito Sardensis episcopus in Epistola ad Onesimum; Origenes in Expositione Psalmi 1; nec S. Athanasius in Epistola Festali; nec S. Gregorius Nazianz. in Carmine ad Seleucum; nec S. Epiphanius L de Mensuris et Ponderibus; nec S. Joannes Damascenus L. 4 de Fide orthodoxâ; nec concilium Laodicenum, Canone ultimo; nec S. Hieronymus Prefat. in libros Salomonis, ubi testatur Ecclesiam hunc librum (nempe Ecclesiasticum) legere ad adificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam; nec tandem Rufinus in expositione Symboli, ubi cum libro enumerasset, *quos Patres intra Canones conluerunt, ex quibus fidei nostræ assertiones constare voluerunt*, addit: *Sciendum tamen est, quod et alii libri sunt, qui non Canonici, sed ecclesiastici à majoribus appellati sunt; ut est Sapientia Salomonis, et alii Sapientia, que dicitur Iesu filii Sirach; qui liber apud Latinos hoc ipso generali vocabulo ECCLESIASTICUS appellatur; quo vocabulo non auctor libelli, sed scripture qualitas cognominata est: ergo liber Ecclesiastici non est Canonicus.*

Dist. cons.: ergo liber Ecclesiastici non est liber Proto-Canonicus, conc.; non est liber Deutero-Canonicus, nego. Ex omnibus in allatâ objectione atlatis solum confitetur, librum Ecclesiastici non esse Proto-Canonicum seu in primo Canone non contineri, quia nec Hebrei illum ut Canonicum habuerant, cum post obsignatum jam Canonicum Esdrinum sit editus, et de illo à nonnullis veterum dubitatum sit, num sit liber divinus, seu Deo dictante et inspirante scriptus. At est liber Deutero-Canonicus, seu in secundo ordine librorum Canonicularum habetur; signum longè plures et majoris auctoritatis Ecclesia illum ab Apostolorum temporibus ut sacrum et divinum receperunt, et Ecclesia universa illum Canonicum declaravit in ecumenica synodo Tridentinâ (2). Ad hæc, Patres ipsi, qui in librorum Canonicularum indice Ecclesiasticum pretermiserunt, illius tamen testimonia tanquam libri sacri, et Spiritu S. auctore conscripti laudare non

dubitârunt, scilicet Origenes, qui Homiliâ 9 in Ezechielem ita profutat: « Quid enim sit Scriptura? *Quid superbit terra et cinis?* Et: *In vita ejus projectit inter raneas ejus.* » Habet autem hoc Eccli. 10, 9 et 10. S. Gregorius Nazianz., Oratione 4 contra Julianum, inquit: « Due tu quoque precibus tuis, præi seruone, et fulci spiritu. *Benedictio enim patria firmat domos filiorum.* » Quod scriptum est Eccli. 3, 2 et 3. S. Epiphanius in Anchorato cap. 12: « Etenim cùm nos Scriptura reprehendat his verbis: *Quæ præcepta tibi sunt, haec cogita; neque arcanis et occulis tibi opus est;* et altiora te ne quæsieris, ac profundiora te ne inquiras. » Habet Eccli. 3, 22. S. Hieronymus Epist. 34 ad Julianum: « Divina Scriptura loquitur: *Musica in luctu impetuosa narratio.* » Habet Eccli. 22, 6. S. Joannes Damascenus, Oratione 4 de Dormitione Deiparæ: « Quamvis omnibus Dei servis, quorum mortis beata ducitur, ab ipso vita sine istud comparetur, ut Deo grata eorum vita jam in tuto sit, coque nomine mors ipsorum fausta ac felix habeatur (mors enim eos perficit, beatosque ostendit; id videlicet ipsis afferens, ut in eorum virtutem nulla jam mutatione cadat, juxta illud Scripturarum oraculum: *Ante mortem neminem beatum dicas*): minimè tamen hoc est: *Ante mortem ne laudes hominem quenquam.* »

78. Quæres IV: « An etiam Prologus L. Ecclesiastici Canonicus sit? » — Resp. rem hanc ab Ecclesiâ nondum esse decisam, sed inter ipsos doctores Catholicos controversam. Equidem, teste Hermanno Goldhagen, plerique cum Cornelio à Lap. negant, Prologum illum esse Canonicum, et ratio negandi est, quia Siracles junior, qui hejus Prologi auctor est, avi librum seu Ecclesiasticum duntaxat ex hebreo in gracum translatus, ut ipsem in predicto Prologo testatur: sed interpres, qui librum aliquem divinum ex una in aliam linguam transfert, non est hoc ipso auctor theopneustus seu à Deo inspiratus, quamvis eidem Prologum praeditus; ergo prologus illi non est Canonicus, neque pars S. Scripturæ. Hinc idem Prologus in multis sacris codicibus deest, ut in Bibliis Complutensibus 70 Interpretem, item in versione arabicâ et syriacâ. Hoc non obstante sunt, qui (quamvis ex rationibus meâ opinione minus firmis) defendant, memoratu Prologum esse Canonicum. Ita sentit Bonferrarius (1), et Gretserus (2), quos, si lubet, consulte.

79. Quæres V: « Quomodo illud Eccli. 7, 15: *Non iteres verbum in oratione tuâ, cum illo Matth. 26, 44: Oravit (Christus) tertio, eamdem sermonem dicens,* concordet? Resp.: In L. Eccli. loc. cit. spectandum est totus versus, qui ita sonat: *Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, et non iteres verbum in oratione tuâ.* Unde Scriptura hoc loco tantum vult id, quod Christus alibi docuit, dicens: *Orantes nolite multum loqui, sicut ethnici: putant enim, quod in multi-*

(1) Vide Harduimum, tom. XI Coll. concil.

(2) Sess. IV, in Decreto de Canonicis Scrutatoris.

(1) In Preloq. S. Scriptur. cap. 4, sect. 14.

(2) In Defensione Bellarmini, l. 1, cap. 15.

loquio suo exaudiantur. Matth. 6, 7. Clamandum igitur potius affectu quām voce, cavendaque futilis battologia sine affectu interno prolat. Laudabilis autem Ecclesiæ consuetudo et usus fideliter est, qui exemplo Christi eundem sermonem orando repetentes, ex abundantia pii affectus easdem preces repentunt.

80. Quares VI : « An verba illa Eccli. 18, 1 : *Qui vivit in eternum, creavit omnia simul*, non contradicunt primo capiti Genesios, ubi diuersis verbis narratur. Deum non simul et semel, verum successivè seu spatio sex dierum, hujus mundi singula creasse? » Resp. : Etiam si Deus rerum species successivè per sex primos mundi dies creaverit, tamen cum veritate dici potest, quod *omnia simul creaverit*. Et sane Cornelius à Lap. (1) decem diversas hujus sacri textus auctorum expositiones referit, quarum omnes sunt probabiles. Ego tres solum ex pricipiis affero. 1^o Ergo omnia *simul* sunt creata creatione propriè dicta. Creatio enim est et dicitur, cum res producitur ex nihilo, sine ulla materia praecedente. Talis autem fuit duxata primo die, immò primo instanti mundi : illo enim creavit Deus celum, terram et abyssum ex nihilo, ex illis deinde cætera omnia sequentibus quinque diebus non tam creavit, quām formavit et distinxit. Quare omne quod propriè creavit ex nihilo, hoc totum primo die creavit; primo enim die creavit omnem mundi materialiam, ex quā ceteris diebus cuncta in suis species et formas effinxit, sicut figulus ex luto varias vasorum formas effingit. Ita Suarez cum aliis. Hinc 2^o Deus omnia *simul* creavit, quia primo mundi die virtute omnia simul creata sunt : nam simul facte sunt principales mundi partes, scilicet cœli et elementa, in quibus alia virtute et quasi in semine continebantur, atque ex illis postea cetera omnia corporea facta sunt; astra enim de cœlo facta sunt; viventia verò ex aquis et terrâ. Ita S. Gregorius (2), S. Thomas (3), Raban., Hugo, Dionys., Lyran. et alii. 3^o Omnia creata sunt simul, græcè καὶ, id est, pariter, nullà re excepta; q. d. Omnia pariter à Deo sunt creata; nihil est, quod ab eo non sit creatum. Atque hanc expositionem Corn. à Lap. censet maximè genuinam ex sequentibus rationibus. 1^o Quia hoc significat vox græca καὶ, id est, communiter, pariter, nullo excepto; unde vox *simul* refrenda est non ad *creavit*, sed ad *et omnia*; q. d.: *Omnia simul, id est, pariter, nullo excepto*, creavit Deus; ita ut nullum sit ens, quod Deo suum non debeat, seque ab eo creatum confiteri non cogatur. 2^o Quia vox *simul* etiam alibi in Scripturâ non raro idem significat ac pariter, communiter, nullo excepto, ut Psal. 15, 3 : *Omnes declinaverunt simul*, id est, communiter, nullo excepto. Item Psalm. 48, 3 : *Simul in unum dives et pauper;* et iterum, ibid. 41 : *Simul* (id est, pariter, quamvis non eodem tempore) *insipiens et stultus peribunt*, et sic scèp̄ alibi. 3^o Quia Eccli. 18, 1, pro *simul* vertunt communiter *complut.*, Rom., Tigurina, alioque. Quia idem sensus patet ex contextu, atque ex scopo

(1) L. 4 de Opere sex dierum, cap. 12, num. 22.

(2) L. 52 Morol. c. 9 et 10.

(3) I. P., quast. 74, art. 2, ad 2.

Siracidis. Scopus enim ejus loc. cit. est docere, tam solum quām homines, ceteraque omnia, creata esse à Deo simul, id est, communiter, pariter, ac proinde omnia omnino manifestare inomensam Dei poterit, bonitatem, etc., eaque jugiter indigere, ut in sua natura, quam à Deo accepérunt, conserventur. Ad hoc autem impertinens est, quod *simul*, id est, eodem instante omnia sint creata.

81. Quares VII : « Quomodo illud Eccli. 49, 5 : *Præter David, et Ezechiam, et Josiam, omnes peccatum commiserunt*, intelligendum sit? Nonne enim etiam David peccatum adulterii et homicidi, etc., commisit? Nonne Ezechias, 4 Reg. 20, 13, etc., exterritorum principum amicitiae, et dicitiarum suarum copie nimium confidit? » R. et dico sermonem ibi esse de peccato idolatriæ, vel alio huic affini, in quod reges Juda plerique lapsi sunt. Igitur sensus est: Omnes preter David, Ezechiam et Josiam peccatum idolatriæ, vel huiusmodi modo affini commiserunt, quia scilicet excelsa, in quibus vel idolis, vel Deo quidem vero, sed loco et modo indebito cultus deferebatur (1), non abstulerunt. Equidem Scriptura laudat quoque Josaphat, sed cum redarguit, quod cum Achab et Ochoziā fœdus percusserit, et excelsa non succederit. Asa quoque ejusdem culpe de excelsis non sublati se reum fecit.

At inquires: Si Asa et Josaphat dicto modo peccarunt, non appareat, quomodo Scriptura, 3 Reg. 15, 14, cum veritate dicere possit: *Cor Asa perfectum erat coram Domino cunctis diebus suis.* Et iterum, 5 Reg. 22, 43, de Josaphat rege: « Ambulavit in omni viâ Asa patris sui, et non declinavit ex eâ: fecitque quod rectum erat in conspectu Domini. » — R.: Certum est, quod Asa et Josaphat non fuerint immunes ab omni culpâ, ut à nobis jam ostensum est, et de Asa etiam ex eo liquet, quia is potius in Benadad rege Syriae fiduciam posuit, quām in Domino Deo, et Hanani Prophetam, qui ipsum ob id increpavit, in nervum concepit, hoc est, jussit ei injici compedes ex nervis confectos; ac denique agrotans non quæsivit Domini.

(1) Jam alibi (scilicet Scriptura S. contra Incredulos propug. P. III, quast. LII, in LL. Regum, n. 58) observavimus, duplicit generis fuisse apud Judæos *excelsa*, quo nomine altaria et templi in locis altioribus erecta designantur. Quidam profanis idolis erant erecta, cum statuis, et lucis, et peregrino cultu; quedam autem vero Deo erant erecta, sed loco non debito. Hec posteriora non evenerunt rex Asa, ut habetur 3 Reg. 15, 14, et rex Josaphat, 2 Paral. 20, 17. Neque tamen hoc illis vertitur magno vitio, quia plurimi putabant id adhuc licere condito iam templo, et certo loco Jerosolymis statuo pro publico cultu divino et sacrificiis; sicut licuerat Judæis ante conditum templum Hierosolymitanum, cum nondum certus locus talis pro cultu divino et sacrificiis designatus esset. Quia tamen prudenter sciebant id illicitum esse, neque hoc poterat reges latere; binc saltem pro nave notatur tum in Asâ, tum in Josaphat, quod seu metu popularis offensionis, seu neglecti accuratoriis discipline, tolerariunt ejusmodi excelsa, que ad cultum veri Dei erant erecta; et idcirco Eccli. 49, 5, præter Davidem, Ezechiam et Josiam omnes alii reges Juda peccasse dicuntur, nempe excelsorum vel usu, vel tolerantiâ culpabili.

num, sed magis in medicorum arte confusus est. Quare, cùm cor Asæ vel Josaphat in sacris litteris dicuntur *fuisse perfectum aut rectum in conspectu Domini*, hoc non est intelligendum de perfectione aut rectitudine prorsus universalis et omnimodæ; sed tantum de perfectione aut rectitudine per magnam in puncto religiosum, in quantum in corde suo abominari fuerunt excelsa illa, quæ tamen ob metum populi justo diutius tolerarunt. Hoc enim significant verba S. Scriptoræ loc. cit.: *Excelsa autem non abstulit. Verumtamen cor Asa perfectum erat coram Domino.* Item illa de Josaphat testantia: *fecitque quod rectum erat in conspectu Domini.* *Verumtamen excelsa non abstulit.* Ceterum, per hoc, quod corde tantum adversati fuerit excelsa, non excusabantur à diuturnâ horum excelsorum permissione; ferme sicut sacerdos Ieli nō excusabatur à peccato nimia indulgentie in filios, etsi horum scelerâ intus in corde suo, inquit etiam verbis improbaverit.

82. Quares VIII: « Quomodo Siracides, Eccli. 49, 16 et 17, diceret potuerit: *Nemo natus est in terra, i qualis Henoch, neque ut Joseph; cùm tamen inter natos i mulierum non surrexerit maior Joanne Baptista*, prout Christus ipse, Matth. 11, v. 11, testatur? » Resp.: Siracides hæc scripsit de hominibus veteris Testamenti, qui ipsum præcesserunt, et quorum laudes ibi recenset. Hos enim inter se, non verò cum hominibus nondum natis, e. g., cum S. Joanne Baptista comparat. Ceterum textus Syrus habet: *Pauci creati sunt super terram sicut Henoch, et mater ut Joseph non peperit.*

Comparatio autem inter Henoch et Joseph loc. cit.

instituitur hoc sensu: Sicut Henoch ante diluvium, ita Joseph post diluvium Noeticum inter ceteros maximè eruit, quilibet in genere suo. Henoch quidem, cùd quod Dei pietatem impensis coluit inter nequissimam vitiorum omnium colluviem, et insigni prærogativâ vivebat adhuc ex his terris abrepens est; Joseph verò, eò quod imperavit fratribus suis, licet non esset primogenitus eorum; et singulari Dei providentia in Aegypto prorex factus, familiam suam tueri, atque inter prementem annonæ caritatem alere potuit, ipsiusque defuncti ossa Deus visitavit, et post mortem prophetaverunt, hoc est, ossa Josephi prophetiam, quam Joseph vivens de exitu Hebreorum ex Aegypto ediderat, confirmarunt. Contextus enim ita habet: *Nemo natus est in terra qualis Henoch; nam et ipse receptus est à terra. Neque ut Joseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis.... Et ossa ipsius visitata sunt, et post mortem prophetaverunt,* Eccli. 49, 16, 17 et 18. Plura autem de comparatione inter Henoch et Joseph eruditè more suo refert Cornelius à Lap. in eundem locum.

83. Quares IX: « Quid nomine Sapientia, Eccli. c. 4, intelligatur? » Resp.: Quia hoc loco Sapientia tribuuntur, partim increatae, partim creatæ sapientiae convenient. Increatae quidem, ut quod fuerit ab omni avo, seu ab aeterno; creatæ verò, ut quod timor Domini sit initium sapientia. Itaque sapientia, Eccli. c. 4, quemadmodum in libro Sapientie, sumitur generationis, prout Deo convenit infiniti, hominibus pro modo cuiusque. Pluribus hoc explicat Cornelius à Lap. Comment. in Eccli. 1, 1.

Pars vi.

PROPHETÆ IV MAJORES, XII MINORES, LIBRI DUO MACHABÆORUM.

Vidisti diligentiam Prophetarum, quoniam (de Christo) ventura omnia predixerunt? Quoniam ergo adhuc in incredibilitate peritas, cùm tantam virtutis ejus demonstrationem acceperis? (S. Chrysostomus in Sermone: *Quid Christus sit Deus*. Vide tom. V Operum huius S. Patris, pag. 482. Edit. Antwerp. anno 1614.)

SECTIO PRIMA.

DE PROPHETIS GENERATIM SPECTATIS.

Cum prophetæ sint unum ex præcipuis argumentis quibus veritas et divinitas nostræ religionis invictè demonstratur, haud mirandum, quod eadem à deistis, aliisque tam antiquis, quam recentioribus christianæ religionis hostibus acerrimè impugnentur. Sic famosus atheismi doctor Spinoza nō omisit ad revertendam prophetiarum auctoritatem ei veritatem. Similiter Du Marsais in impio opere suo, cui titulus: *Anatomia christianæ religionis*, (Zergliederung der christlichen-religion), varia contra prophetias Jacobi, Isaiae, Jeremiæ, Danielis, etc., impudenter effutit (1).

(1) Ita Cl. Nonnotte in suo Philosoph. Lexico religioni, art. *Vaticinia*, testatur, ubi dicti sycophante argumenta contra prophetias divinas prolatæ luculententer refellit.

Taceo plures alios incredulos, qui divinorum vaticiniorum in sacris litteris extantium veritatem aut divinitatem negant et pernegant. Unde opere pretium esse duximus, naturam, possibilitatem atque existentiam prophetiarum divinitutis inspiratarum paulò distinctius evolvere, ac ab incredulorum dieteriis et blasphemis vindicare.

1. Quares I: « Quid vox Propheta propriè significet? » Resp.: Omnia sapientium iudicio vox Propheta in sensu stricto et maximè proprio accepta significat hominem, qui res omni naturali sagacitate superiores (præsertim futuras) divinâ luce collustratus cognoscit, easque vel per signa, vel per verba jussi divino manifestat. Dixi: *Vel per signa, vel per verba*. Nam non semel Prophete à Deo jussi sunt, faciūt prophetare et portendere res futuras; ut cùm Isaías, cap. 20, nudus incessit, spoliacionem Aegypti et Aethiopie si-

gnificaturus ; cùm Jeremias , cap. 27, vincula et compedes collo gestavat, quòd captivitatem Babyloniam portenderet ; cum Ezechiel, cap. 4, trecentis et nonaginta diebus uni lateri incubuit, et in fimo boum pavem coquere jussus est, quòd obsidionem et famem Jerusalemae praenuntaret ; aut cùm, cap. 12, preceptum à Deo accepit, ut faceret vasa transmigrationis, et transmigret per diem in conspectu populi, in signum quòd populus Iudaicus transmigrare deberet.

2. Corollarium. Quamvis vox *Propheta* aut *prophetare*, varias alias in S. Scripturā significationes habeat, nulla tamen est magis propria, quam modò assignata. Nam nomen *προφήτης* propheta, si Euæchius, Demonst. evang. cap. 5, creditimus, à verbo *προφαίω*, id est, portendo, significo, originem habet; vel p. tiūs, ut Isidorus Hispalensis L. 7 Origin. c. 8, existimat, à verbo *πρόφηται*, hoc est, *præfor*, *præloquor*, *prædicto*. Quos enim gentiles, ait laudatus S. doctor, *Vates* appellant, hos nostri *Prophetas* voeant, quasi præfatores, quia porrò fantur, et de futuris vera prædictunt. Concordant hinc etymologie etiam voces hebreæ *Nabhi*, *Choze* et *Rhoe*, quibus Hebrei loco nominis, *Propheta*, utuntur. Nam *Nabhi* peculiari notione futurorum *prenuntium* significat (1); ut ex Scripturæ loco non uno (2) constat : *Choze* verò, et *Rhoe* significant *Videntem*, quo nomine indicatur, Prophetam esse eum, qui oculos mentis in res futuras, aut alioquin humanae perspicaciae incognitas altè defigit. Unde, 4 Reg. 9, 9, legimus : *Qui enim Propheta dicitur hodiè, vocabatur olim Videns*. Atque hoc vocabulo *Videns* aut *Viso* ad designandum Prophetam aut prophetiam S. Scriptura sèpè (3) utitur. Est igitur Propheta propriè dictus ex ipsa etiam hujus nōminis etymologiâ ille, qui res, maximè futuras, omni naturali sagacitate superiores divinâ luce collustratus cognoscit, easque aliis jussu divino manifestat.

3. Queres II : « An notionem Prophetæ in sensu stricto accepti haetenus à nobis stabilitate non obstat, quòd Scriptura hanc vocem, *Propheta*, aut, *prophetare*, in variis aliis significacionibus minus propriis diversis in locis accipiat? » Resp. : Non obstat. Significatio enim propria alicuius vocis aut nominis non excludit alias ejusdem vocis aut nominis significaciones minus proprias, ut ab inductione facilè probari posset. Porrò, quòd Scriptura voces modò dictas in variis significacionibus minus propriis accipiat, ex sequentibus exemplis patet. Sic 1^o vox *prophetare* etiam significat psallere et laudes divinas canere; quo sensu Samuel (4) ad Saûlem dixit: *Obvium habebis gregem Prophetarum..... et ante eos psalterium et tympanum et tibiam et citharam, ipsosque prophetantes*, hoc est, psalmos et hymnos in honorem Dei

(1) Vide Cl. Goldhagen Introduct. in S. Scriptur. P. II, sect. 4, num. 479, pag. 348

(2) Inspice textum hebreum Deut. 13, 1, 2. Num. 12, 6. Jer. 28, 8, 9.

(3) 4 Paral. 29, 29. Item 2 Paral. 9, 29. Isai. 1, 1. Abdice 1, 1, et in aliis Script. locis.

(4) 4 Reg. 10, 5.

carentes. 2^o Alii vox *prophetare* significat Scripturas interpretari. Sic (1) legimus : *Qui prophetat*, hoc est, qui Scripturas explanat, *hominibus loquitur ad edificationem*. Similiter, quando Deus ad Moysen (2) ait : *Aaron frater tuus erit propheta tuus*, vox *propheta* significat interpretem, ita ut sensus sit : Aaron erit interpres tuus, per quem, quæ vel Pharaoni, vel populo dicta voles, exponi et promulgari facies. 3^o Iterum alibi vox *prophetare* significat prophetiam confirmare. Sic de Joseph Ägyptio (3) dicitur : *Et ossa ipsius visiata sunt, et post mortem prophetaverunt*, h. e., prophetiam ab ipso editam confirmarunt. Cùm enim iuxta ipsius predictionem ossa sua ex Ägypto elata sint, ea sic translati facta ipso declaraverunt ipsum fuisse verum Prophetam. 4^o Alii verò vox *prophetare* significat miraculum edere. Sic de Eliseo (4) legimus : *Et mortuum prophetavit corpus ejus*, h. e., miraculum edidit, suscitando mortuum, qui in ejus sepulcrum projectus erat (5). 5^o Denique vox *prophetare* quandoque significat insanire, vel ex afflato spiritis nequam loqui insana. Sic de Saûle (6) narratur : *Ineasit spiritus Dei malus Saul*, et prophetavit in medio domus suis, h. e., insaniebat, corpore à demone quo obsessus erat, agitato, et aliena ac absurdâ more arreptorum loquebatur. Hunc sensum etiam habet illud de sacrificiis Baal (7) scriptum : *Illi prophetantibus venerat tempus*, etc.; ubi textus chaldeus rectè ponit : *Illi insanientibus*.

Scholion. Cùm vocis, *Propheta*, aut, *prophetare* plures ac diversæ, ut modò diximus, sint significaciones, haud mirandum, quòd increduli more suo eas confundant, et minus proprias eligant, ne maximè propriam admittere, ac fateri cogantur, dari aut datos fuisse homines, qui res omnes naturali sagacitate superiores, praesertim futuras, divinâ luce collustrati cognovent, easque jussu divino manifestarent, prout ex mox dicendis amplius patebit.

4. Queres III : « An Prophetæ V. T. tantum fuerint concionatores et adhortatores populi? » Ansam huic questioni discutienda dedi supra memoratus Du Marsais, qui notionem nominis *Propheta* tradit hunc in modum : « Vera significatio (hujus vocis) est : *Concionator seu Adhortator*. Hoc profectò erat munus Prophetarum : adhortabantur populum, ut ad cultum veri Dei reverteretur; minitabantur ei poenas, si in infidelitate suâ perseveraret; promittebant ei remunerations, si ad officium suum rediret. Haec promissa et comminationes habebantur in numero vaticiniorum, et Christiani sibi persuadebant, aliqua eorum de Christo venturo intelligenda esse. » Ita ille. Sed dico hunc scriptorem non explicare, sed

(1) 1 Cor. 14, 3.

(2) Exod. 7, 1.

(3) Eccl. 49, 18.

(4) Eccl. 48, 14.

(5) 4 Reg. 13, 21.

(6) 4 Reg. 18, 10. De eodem Scripturæ loco vide nostram P. III. Scriptur. contra incredulos propugn. sect. 1, cap. 1, quest. XIV et XV.

(7) 3 Reg. 18, 29.

franduler dissimulare genuinam notionem hujus nominis *Propheta*. Prima enim et maximè propria hujus nominis significatio est, ut denotet hominem, qui divinà luce collustratus res omni naturali sagacitate superiores, præsertim futuras, prævidet, et jussu di-vino manifestat, quemadmodùm supra demonstravimus. Evidet Propheta populum adhortabantur, populo communabantur, aut bona promittebant, prout Spiritus S. eis suggestit. Sed inde non sequitur, præcipiam et maximè propriam notionem hujus vocis, *Propheta*, designare concionatorem duntaxat aut adhortatorem. Sed, ut jam repetitis vicibus diximus, vox, *Propheta*, propriè significat hominem qui ex divinà illustratione res omni naturali sagacitate superiores, præsertim futuras, prævidet et manif. stat. Ac profectò onines quos Christiani inter Prophetas seu majores seu minores numerant, erant viri, qui divinitus illustrati res futuras prædicerant, quæ dein conformati his vaticiniis reapsè evenerunt, et quandoque multis post illa vaticinia seculis. Ille igitur omnium sapientum iudicio est præcipua et maximè propria notio Prophete.

5. Queres IV : « An Prophetae Hebraeorum fuerint homines fanatici, deceptores populi vanique astrologi; vel saltem (quemadmodùm auctor pestifer libri *Horus* dicti (1) fingit, et identidem repetit) an sua vaticinia de Christo ex malè intellectis Chaldaeorum, Agyptiorum et Persarum magorum seu astrolrogorum ethniciis fabulis, et hieroglyphicis symbolis velut venturi Messiae prognosticis consarcinarent? » — Resp. : Mendaces et blasphemæ haec sunt calumniae ad impugnandam Prophetarum V. T. auctoritatem et theopneustiam ab incredulis excogitate, nec ultra solidi ratione nixæ. Quero enim ex hisce calumniatoribus, nom ex malitia, vel ignorantia factum sit, ut Prophetae Hebraeorum vanam ethniæ orum astrologiam amplexantes, astrologicas fabulas Agyptiorum, Chaldeorum et Persarum vaticiniis suis immiscuerint, easque dein de venturo Messia interpretati sint? Non ex malitia. Quis enim est adeò imperitus, ut nesciat, quantà vigilantiæ et curâ Prophetae studuerint religionem Hebraeorum ab omni superstitione puram conservare, et legis observationem ad amissim severè exigere, quæ omnem vanam divinationem et hariolationem sub poenâ mortis (2) prohibebat? Quis

(1) Titulus impii hujus libri est : *HORUS, oder astrognostisches Endurtheil über die Offenbarung Johannis, und über die Weissungen auf den Messias, wie auch über Jesus und seine Jünger. Ebenezer, im Verlage des Verunthausen, 1784.* Latinè : *HORUS, sive astrognosticum iudicium de Apocalypsi Joannis, et de vaticinis Messian prævaniabitibus, necnon de Iesu ejusque discipulis. Ebenezer in domo Rationis 1784.* Execrabilium hunc librum ex instituto refutavit *Aloys Sandbächer* in *XXXI Epistolis*. Utinam eruditus hic auctor armis sua literaria, quibus contra Horum strenue depugnavit, contra alios quoque novatores stringere porrexisset!

(2) Sic Lev. 20, 6, legimus : *Anima, quæ declinaverit ad magos et hariolos, et fornicata fuerit cum eis (h. e., magos aut hariolos de futuris et occultis consuluerit), ponam faciem meam contra eam, et interficiam il-*

nescit, quā sollicitè idem populum dehortati fuerint, ne astra vanè observarent, aut à signis cœli superstitiones sibi metuerent (1); item quā contemptum de astrologis, r. agis et hariolis ethniæ nationum semper locuti sint (2)? Igitur studiosè et ex malitia, Hebreorum Propheta astronomicas gentilium magorum fabulas et superstitiones observations vaticiniis suis non immiscuerunt. Restat, ut id fecerint ex ignorantia, prout famosus ille *Horus* de iisdem assertit. Verum quis prudens Propheta suspectos habeat de tam crassâ ignorantia sive circa legem Mosaicam, vanitatem astrologie et fabularum ethniæ summoperè detestantem, sive de ignorantia repugnantie harum fabularum aduersus sanctam religionem? Quis, inquam, tantam, tam supinam de Propheticis Hebras orationibus ignorantium suspicetur, de viris, oia, divino lumine adeò collustratis, ut remotissimos rerum remanent post secula futuros certissimò præviderint, prout exactissima harum rerum reapsè gestarum consenso cum vaticiniis præcedentibus inculentur demonstravit? Profectò tam extraordinarium divinum lumen tantam ignorantiam sibi sociam non habet. Accedit, quod ipsa laudatorum Proprietatum volumina, sine præjudicio et sincero veritatis amore lecta, putidam illam criminationem ab incredulis adversis eosdem effutitam abundè refellant. Firmitas enim argumentorum, selectus sententiarum, sublimitas stylî, flumen eloquentiae et sacre poeseos in libris Prophetarum ubique se prodit, et testatur auctores horum voluminum non levì admodum culti aut sine altiore instinetu locutos esse; nec instar obscurissimorum oratorum aut poetarum defectum proprii ingenii alienis et peregrinis ethniæ fabulis supplevisse.

6. Corollarium. Atrox incredulorum calumnia est, Prophetae Hebraeorum fuisse homines fanaticos, impostores, aut vanæ astrologie cultores. Fuere idem potius viri, quamvis non semper omni humana infirmitate superiores, tamen ut plurimum vite integræ et inculpate, in quâ etiam infensiissimi ipsorum hostes nil vituperandum, alli verò multa encomia ac admiratione digna deprehenderunt, præsertim ob severam illorum abstinentiam, et austera vivendi conditio-nem. Fuere idem viri ardentissimo studio promovendi bonum reipublice, legis observationem, et Altissimi honorem prædicti; viri, qui officio sibi divinitus delato nunquam non fideleri ac strenue fungebantur.

tam de medio populi sui. Alii textus, quibus Deus in Pentateucham magos et hariolos ethniæ detestatur, sunt Lev. 19, 26 et 31, Deut. 18, 10.

(1) Jerem. 10, 2, dicitur : *Hæc dicit Dominus : Juxta vias gentium nolite discere; et à signis cœli nolite maturare, quæ timent gentes.*

(2) Sic Babylonis humiliatio ab Isaïa predictitur propter ipsius superbiam et crudelitatem in Iudeos captivos : et quia in auguribus cœli seu astrologis, et incantatoribus spem posuit. Verba Isa. 47, 12 et 15, sunt haec : *Sta (ò Babylon!) cum incantatoribus tuis, et cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentiâ tuâ, si fortè, quid prosil tibi..... Stet et salvent te augures cœli, qui contemplabantur sidera, et supplicabant menses, ut ex eis annuntiant ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stivula, ignis combussit eos.*

Inde generosus ille privati commodi neglectus, quo munus suum explebat; illa libertas animi, quā regibus et subditis, magnis et parvis, sacerdotibus (1) et laicis horrenda ipsorum sceleram in faciem exprobabant; eosdem ad agendam seriam pœnitentiam horabantur, secūs terribiles penas à Dominō obstinatis infligendas pœnuntiantes; inde invicta illa animi fortitudo, quā publicas ignominias, acerbissimos cruciatu, et quandoque (2) ipsam adeo violentam mortem constanter excipiebant. Itaque non fanatici, non impostores, non deceptores populi erant Prophetæ Hebreorum, sed multò magis viri prorsus admirandi ac veneratione digni, Deo conjunctissimi, legati Numinis ad populum suum missi, interpres divine voluntatis, et reconciliatores pacis inter cœlum et terram; qui extraordinariam missionem suam etiam extraordinariis signis et prodigiis (3), ipsaque resuscitatione mortuorum (4) interdum confirmarunt.

7. Queres V.: « An ars prophetandi instar aliarum artium aut scientiarum apud Hebreos tradita fuerit? » Et quid aut quales apud eosdem fuerint scholæ Prophatarum? Huic questioni ansam prebet enormous illa incredulorum columnna, teste Cl. Sigismundo Storchenau (5) contendentium, apud Hebreos artem prophetandi fuisse ordinariam (ein Handwerk), que, instar aliarum artium aut scientiarum, in scholis Prophatarum, presertim à Samuele discipulis tradita fuerit; quam tamen nonnisi homines ex insimā plebe didicerint; et dein in foro seu locis publicis populum ficti visionibus et fabulosis deliramentis deluserint; fermè quemadmodum in magnis urbibus circulatores (die Markischreyer und Quacksalber, oder Scharlatane) facere solent.

(1) Sic Jeremias, Thren. 4, 11 et 15, ita lamentatur: *Complevit Dominus farorem stam, effudit iram indignationis suæ, et succedit ignis in Sion... proper peccata Prophatarum ejus, et iniurias sacerdotum ejus. Similiter et Valachias, cap. 2 v. 1, 2, 5, sacerdotibus, non resuscitant, in nomine Dei his verbis communiciant: Et nunc ad vos mandatum hoc, o sacerdotes. Si non heretis audire, et si non heretis ponere super cor, et delis gloriani nomini meo, ne Dominus exercituum, mittam in roregestatum, et mediam dic benedictionibus vestris... Ecce ego proiciam robis brachium, et dispersam super vulnus vestrum sterco solvinitatibus vestravum, etc.*

(2) Sic constans Hebreorum, Christianorumque traditio fert, Isaianam initio regni Macassis regis Jude, serrā dissecutum obtuisse. Vide Origen. in cap. 23 Matth., et Epist. ad Julianum Afric.: Tertull. de Pauentiâ c. 14; Justin. contra Tryphon; Hieron. L. 15 in Isa.; Aug. L. 18 de Civit. c. 24, etc. Sic etiam complures ex antiquis (numirum Tert. in Gnost. cap. 8, Hier. contra Jovin. L. 2, Epiph. de vitâ et morte Prophatarum, etc.) tradunt Jeremiam Prophantam lapidibus obrutam in Taphnis à Judeis, ejus minas atque loquendi libertatem impatiens ferentibus, ac de ipso dictum illigunt illud Apostoli Hebr. 41, 37, lapidati sunt.

(3) Vide Isa. 58, 1, 9. Item 4 Reg. 2, 8. Et ibid. cap. 4, v. 5, 6, 45.

(4) Sic Elias (3 Reg. 17, 22), et Elisen (4 Reg. 4, 34, etc.) defunctum revocarunt à morte ad vitam.

(5) P. III Appendic. ad Phisosophiam Religion. pag. 79, 84 germanica editionis Augustae Vindel. 1787, hoc titulo: *Zugaben zur Philosophie der Religion. — Dritter Band.*

Verū, ô immane calumpniam! Quis enim nescit, quales quantunque auctoritatis viri inter Prophetas numerentur? Orbi notus est Moyses liberator et dux filiorum Israel: Samuel iudex et preses totius Israe- lis; David rex; Daniel à regibus Babyloniis ad præcipientes regni dignitates promotus; Isaías è regali genere; Jeremias et Ezechiel è sacerdotali genere oriundi. An omnes hi nobiles et illustres viri ex insimā fecerit plebis erant? An vero simile, quod idem ad instar vilissimum histrionum aut circulatorum nugis et fabulis populum deceiverint? Equidem etiam in plebe dababant selecti homines, qui prophetæ dono gaudebant. Sed hujus rei causā prophetia fuit non ars aut instructio humana, sed quia Spiritus spirat, ubi vult, neque acceptor est personarum. Unicè enim à Deo (uti ex sequentibus questionibus amplius patebit) pendet grande illud donum prophetice, quod largivit quando et cui vult; quodque neque natura, neque ars, nec ascititia ulla notita, nec habilitas corporis, nec capacitas ingenii, nec nobilitas generis conferre possunt.

Unde absurdissimum est scholas singere, in quibus Prophetæ discipulos suos ex instituto arte prophetandi educerint. De harioliis quidem ethnitarum nationum simile quid cogitare licet; ii enim certas habebant valicinandi regulas ex situ astrorum, ex volatu avium, ex constitutione viscerum in victimis, ex somniis, et centenis aliis easibus opinione hominum fortuitis, ex quibus nescio quas absurdas et mendaces fabricant conjecturas ad homines presertim rudes decipiendos, et modò ad gaudium, modò ad terrorem, modò ad spem, modò ad desperationem impellendos. Verum de Hebreorum Prophetis nil tale dici potest, sed potius oppositum, ut supra demonstratum est.

8. Scholion. Negari quidem nequit, quod quedam scholæ Prophatarum apud Hebreos datae fuerint; ut pote quas ipsa S. Scriptura inticat. Verū in his scholis discipuli non in arte propriæ prophetandi, seu res futuras omni humanâ sagacitate superiores prædicendi; sed in studio, contemplatione et lectione sacrae Scripturæ, ac in cantandis hymnis et laudibus divinis exercabantur. Schola ejusmodi in Naioth Ramathæ sub Samuele floruit, quō satellites suos misit Saül, ut apprehenderent Davidem; sed illi propiores facti cœtui prophetarum, cuius erat princeps Samuel, pariter prophetare, id est, Deum sacris hymnis et canticis laudare (1) coepérant, prout (1 Reg. 19, 20) narratur his

(1) Vox prophetare sepè in S. Scripturâ significat psallere, seu laudes divinas decantare, nominatum si sermo e. t. de memoratis scholis Prophatarum, aut de cœtu plurim in honorem Dei cantantium. Sic Samuel (1 Reg. 10, 5) ad Saülem dixit: *Oboium habebit gregem Prophatarum... et ante eos psalterium et tympanum, et tibium et citharam, ipsosque prophetantes, h. e., psalmos et hymnos in honorem Dei canentes. Sic etiam Chonemias (1 Paralip. 43, 19, 23) dicitur præfuisse prophetie ad præcinienciam melodiam, et vocatū principis prophetie, id est, melodie inter cantores; et (1 Paralip. 25, 1) David et magistratus exercitus dicuntur variis constituisse, qui prophetarent in citharis, et psalteriis et cymbalis. Ex quibus vel solis instrumentis patet hic agi non de pœnuntiatoribus futurorum aut*

verbis: *Misi ergo Saül lictores, ut raperent David, qui cum vidissent cuneum Prophetarum vaticinantium (i. e., laudantium Deum solitis hymnis et psalmis), et Samuelem stantem super eos (quasi eorum praecentorem et choragum), factus est etiam Spiritus Domini in illis (lictoribus), et prophetare (i. e., psallere) cœperunt etiam ipsi. Dictavit nimirūm Spiritus Domini memoratis satellitibus hymnos, quos canerent, puta eosdem, quos canebat Samuel cum suis, et simul indidit eis affectum canendi, ac modulos vocis ad scitè canendum. Censendus autem est Deus hoc fecisse in gratiam Davidis, ut is haberet tempus effugiendi. Porrò tales, quas paulò ante diximus, schola Prophetarum, etiam erant in Bethel, juxta illud 4 Reg. 2, 3: *Egressi sunt filii Prophetarum, qui erant in Bethel, et in agro Jerichonitio; accesserunt filii Prophetarum, qui erant in Jericho,* ibid. 5. Hi nimirūm et similes erant Elie, Elisei, aliorumque Prophetarum discipuli, qui quasi viri religiosi totos se dabant Deo et contemplationi legis divinae, ac cantandis hymnis et canticis sacris. Idem tamen non erant omnes Prophetæ propriè dicti, qui futura prædicerent; quamvis inter eos aliqui tales fuerint, ut rectè observant Tirinus (1) et Cornelius à Lap. (2). Qui autem ex iis erant Prophetæ propriè tales, et res futuras omni sagacitate humana superiores prædictæ, id non didicerunt in scholis aut institutione humana, sed inspiratione divinæ more aliorum Prophetarum propriè talium. Certè contrarium adversarii nec ex Scripturâ, nec alio probabili arguento ostendere possunt.*

9. Quares VI: An prophetæ, quando ad vaticinandum se accingebant, sese inebriarint, aut vechementes corporis agitationes ad caput insatuandum et perturbandum exercuerint; quas tamen populus ex supernaturali impulsu et divinâ inspiratione prove[n]ire putabat? Ita deinde calumniant increduli dicentes (3), *Prophetarum morem fuisse, ut se prius inebriant; et dein instar Corybantum, aut Fakirs Indorum, aliorumque ethniconum vatum inter varias ineptas corporis distorsiones et indecoras gesticulationes, temulent saltantesque vaticinarentur. Sic Saülem, quando se accingebat ad prophetandum, exuisse omnia vestimenta sua; et Davidem Prophetam adeò indecori ante arcum nudum saltasse, ut ejus uxor id eidem acerbè exprobrarit dicens: «Quàm gloriösus fuit hodiè rex Israel, discopere riens se... et nudatus est, quasi si nudetur unus de scurria.» Sic etiam Isaiam, cùm prophetaret, totum denudatum; Jeremiam verò funibus et catenis onustum, per urbem incessisse; interdum verò Prophetis opus fuisse psalte aliquo et instrumentis musicis, ad recipiendam propheticam inspirationem, etc.*

10. Sed primò dicant increduli, qui Prophetas tam absentem, sed de cantoribus musicis seu modulatoribus psalmorum.

(1) Comment. in 4 Reg. 10, 5.

(2) Comment. in 4 Reg. 10, 5. Item Comment. in 4 Reg. 2, 3.

(3) Morgan tome 1, p. 22, *Esprit du Judaïsme*, note, p. 123; de l'Homme, tom. II, p. 102.

impiè calumniant, ubinam in sacrī Biblīs legerint, Prophetas vaticinaturos, sese prius inebriąsse, aut vehementibus et insanis gesticulationibus caput suum perturbassè? Profectò tam gravis accusatio non temerè esfutienda, sed manifestis rationibus demonstranda foret. Secùs horrendae calumniæ se reum facit, quisquis viros, quòrum apud suos, et quosdam etiū coevos reges ethnico magnum nomen, maxima auctoritas erat, tam fedorū scelerum arguit; que tamen nullā solidā ratione probare potest. Certè exemplum Saülis et Davidis ab adversariis in objectione allatum prorsus non est ad rem. Agimus enim hic de Prophetis propriè talibus, et de prophetis propriè dictis; sed nec ex S. Scripturâ, nec aliundè constat, quòd Saül aut David in illis circumstantiis propriè (1) prophetarint; sed id solum Scriptura in objectis locis dicit, quòd David coram arcā saltaverit; Saül verò altiore impulsu incitat etiam ipse cum ceteris coram Samuele prophetaverit, nimirūm impropriè, h. e., laudes divinas seu hymnos cecinerit, prout interpres hunc locum unanimiter intelligunt.

41. Præterea falsum est, quod in objectione additur, scilicet Saülem tunc se exuisse omnibus vestimentis. Dicitur quidem de Saüle cit. loc.: *Et expoliavit etiam ipse se vestimentis suis, et prophetavit cum ceteris..., et cecidit nudus totà die illâ et nocte.* At hoc non sic intelligendum, ac si omnibus, etiam interioribus se vestimentis exuerit, et omnino nudus in terram proculaberit; sed, juxta communem interpretum sententiam, expoliavit se dumtaxat exterioribus vestimentis regiis, qdibus à vulgo secernehatur. Et hoc sensu dicitur nudus cecidisse, h. e., more adorantium sepè procidisse in terram venerationis et honoris ergo, ut solabant ceteri illi prophetantes. Nudus enim verè dicitur tum apud sacros, tum apud profanos auctores, qui sui ordinis ac dignitatis ornamenti exutus est. Sic nudus ambulare dicitur, qui præter morem patrium, sine togâ ac pallio foras egreditur. Sic etiam David loc. cit. dicitur nudus ante arcam saltasse, quia paludamento regio spoliatus. Nam nudum omnino omni ueste non fuisse vel inde patet, quòd ibidem, 2 Reg. 6, 14, dicator indutus fuisse lineo ephod. Sic pariter Isaías loc. cit. nudus incessuisse dicitur, quia abjecta uestem prophetalem seu cilicinam, sine quâ citra notam incedere non poterat. Præterea notandum, quòd in Scripturâ talis aliquis dicitur, cùm parùm abest à formâ, à quâ propriè et verè talis vocari posset. Sic apud Isaia, 19, v. 5, siccus vocatur Nilus, quando minus habet aquæ quâ soleat, aut quâ exigit agri Egyptii necessitas. Et Actor. 27, 33, *jējuni fuisse scribuntur socii Pauli quatuordecim diebus*, eò quòd toto illo navigationis tempore famem tenui admodum cibo sustentabant. Similiter ergo Saül et Isaías citalis locis dici possunt nudi, quia parùm ab omnimodâ nuditate aberant. Cæterūm non solum in sacrī literis, sed etiam apud profanos familiari phrasí sepè aliquis di-

(4) Quis sit Prophetæ propriè talis, et quid sit propriè prophetare, jam supra, num. 1, 3, explicavimus.

citur talis, cùm parùm abest ab ea forma, à qua verè et propriè solet quis talis vocari. Unus sufficiat Seneca, qui expressis verbis, lib. 5 de Beneficiis, cap. 13, dicit, *mala vestitum et pannosum, nudum* vocari solitum. Verba ejusdem sunt: *Quædam etiam vero non sint (verbis in sensu strictissimo sumptis), propter similitudinem (adde, et propter vicinitatem) eodem vocabulo comprehensa sunt. Sic illitteratum non ex toto rudem, sed ad litteras altiores non productum; sic qui MALÈ VESTITUM ET PANNOSUM vidit, NUDUM se vidisse dicit.*

12. Porrò, etiam vero non esset, quid David, Saül, vel Isaia cit. loc. *omnibus omnino vestimentis* sese exuerint, prout saltem de ultimo graves auctores (1) assurunt; nihil inde increduli contra dignitatem et theopneustiam Prophetarum lucrarentur. Potuissent enim id sine peccato et ex instinctu divino facere; quemadmodum Cornelius à Lap. de Isaia gravibus argumentis ostendit. Quis enim Deo supremo rerum omnium Domino negat potentiam, id ex altissimis et sapientissimis finibus precipiendi; præsertim cùm ei hand difficile sit, scandalum omne, quod inde connaturaliter oriri posset, impideat?

13. Neque dicas: Incedere omnino nudum, est turpe et scandalosum, ac incentivum libidinis: ergo hoc Isaia non potuit precipere Deus. — Resp. cum Cornelio à Lap. t antecedens esse quidem verum, si id sponte et ex petulantia fiat; non autem si fiat ex necessitate, ut cùm quis nudus fugit ex incendio, aut excidio urbis; aut si fiat ex voluntate et jussu Dei; tum enim Dei mandatum omnem ab hac nuditate foeditatem abstergit. Judæis autem constabat Isaiam esse Prophetam Dei, et ex Dei jussu nudum incedere, id que ad hoc ut populum (*Ethiopie et Aegypti*) per modo ab hoste (ab Assyriis) expilandum et captivos nudandos portenderet; unde magis ad metum et pavorem, quam ad libidinem (Propheta) hac nuditate suâ incitabat; præsertim quia corpus ejus jam effectum hirsutum, macie et inediâ confectum, horrorem potius movebat, quam concupiscentiam. »

Addo, quòd, si jussu Dei quædam ponatur action natura suâ et per se loquendo indifferens (qualis est incedere nudum), in eâdem omnis ratio scandali directi et per se talis cesseret, et ipso illo, qui jubet, prouidente impediatur; aut certè, si scandalum per accidentem oriatur, illud non Deo, sed solùm malitia hominis tale Dei jussum scientis, adscribendum sit.

14. Ex dictis facile colligitur, quid sicut Deus rectè et sanctè Isaiam jussit nudum incedere, ut portentat *Aegypti et Ethiopia* spoliationem, et captivorum nuditatem; ita pariter absurdo potuerit Jeremiea precipere, ut vinculorum et catenarum gestatione, et ad vicinos reges transmissione portentat et predictet, gentes illas omnes subendas Chaldaës. Numquid enim Deus liberum est, per suos Prophetas aliquid predicere verbis, vel factis?

15. Denique ad id, quod de Eliseo antequâm pro-

(1) S. Hieronymus, Haymo, Dionysius, Sasbout, Cornelius à Lap.

phetaret, psaltem advocante, ab adversariis supra dictum est, alibi (1) respondimus. Id solùm addo, quòd, quamvis Spiritus S. spiret, ubi vult, et nullis certis regulis, e.g., artis musicae, inspirationem suam alliget; tamen negari non possit, ad pietatem aliquod musicæ genus opportunum esse, quale est illud, quod ad sacram officia adhibet Ecclesia, quod, ut experientia ipsa nórunt viri pii, animos quodam modo abstrahit à terrenis et rapit ad celestia, non hoc sensu, quòd moduli musici sint positiva dispositio ad gratiam supernaturalem, sed duntaxat, quòd removant obstacula gracie naturaliter orta, e.g., immoderatam tristitiam, iram, etc., sicutque animum suo modo disponant ad gratiam, quam Deus gratis dat, recipiendam. Sanè S. Augustinus in Confession. mirè se affici dicebat, cum canticum audiret ecclesiasticum. Sic enim (2) Deum alloquitur: *Quantum flevi in hymnis et canticis tuis suave sonantis Ecclesiae tuae vocibus commotus acriter! Voces illæ influebant auribus meis, et eliquaque veritas tua in cor meum, et ex eâ astutabat affectus pietatis, et currebant lacrymæ, et benè mihi erat cum eis.* Neque alios numeros aut cantus audivit Eliseus, quam qui modò ab ecclesiasticis personis in Ecclesiâ cantantur. Ut enim docet Theodoretus (3), psaltes ille, qui suo canto excitavit spiritum Elisei, et ad excipiendum divinum afflatum ait: *té dispositio levita fuit, qui psalmos cecinuit Davidicos. David, inquit, levitas uti jussit citharis, et tibiis, et cymbalis, et aliis instrumentis. Utebant autem ipsi spirituali Davidis modulatione. Ex his unum jussit accersiri Propheta (Elisei); illo autem psallente, quod erat agendum, significavit gratia Spiritus.* Quemadmodum enim Psalmus malum è Saûle spiritum pellebat aut sedebat (nam suos tunc Psalms cecinisse Davidem verisimile est); sic etiam Psalmus bonum spiritum advolare potuit. Quâ de re vide Gregorium M., homil. I in Ezechielem, ubi per psalmodiam dicit omnipotenti Deo ad hominum corda iter aperiri. Certè S. Franciscus Seraph ad lyricis cantum ad celestium rerum contemplationem excitabatur.

16. Queres VII: « An ad prophetiam supernaturale lumen à Deo infusum requiratur, vel an ea potius à homini prophetanti possit esse naturalis, et varia pro vario temperamento seu dispositione corporis, vel imaginationis, aut pro ratione opinionum, quas ante talis homo amplexus fuerat? » Resp.: Vis prophetica homini naturalis esse non potest; neque ea penderi à temperamento seu dispositione corporis, vel imaginationis Prophetæ, aut ab opinionibus, quas iste ante amplexus fuerat. Antequâm autem hanc nostram responsionem magis declaream et probem, observo, quòd huic questioni enucleatius discutenda ansam dederit Spinoza (4) cum quibusdam aliis (5)

(1) Vide Scriptur. S. contra Incredulos propugnat. P. III, sect. 1 cap. 4, quest. LX.

(2) L. 9 Confession. cap. 6.

(3) Comment. in L. 4 Reg. quest. XI.

(4) Tract. Theol. Polit. cap. 2.

(5) Teste Cl. Thomâ Carboni (Theologiae revelat.

audacter affirmans non unam in omnibus Prophetis, sed diversam fuisse prophetiae rationem pro varia dispositione corporis, inclinationis, habituum atque opinionum, quibus antea Prophetae imbuti erant; quod idem est ac dicere, prophetiam inter cognitions naturales recenseri posse, et à naturali prophetantis dispositione pendere.

Verum ostendo contrarium, atque ita argumentor: Sapissimè à Prophetis predicta sunt futura contingentia, quæ à solius Dei, vel etiam à liberarum causarum arbitrio dependent; ut Cl. Goldhagen per multa exempla ostendit, e.g., dūm Balaam de Saûle Israëlis rege prædictis: *Tolleter propter Agag rex ejus, et ause-retur regnum illius;* hoc est, propter Agag servatum Saûl rex Israëlis excedit regio; prout reapsè etiam factum est; aut dūm idem Propheta de Romanis prænuntiavit, Num. 24: *Venient, in trieribus de Italiâ, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebreos* (nimirūm Vespasiano et Tito imperantibus) *et ad extremum etiam ipsi peribunt;* aut dūm Isaïas, cap. 44 et 45, mira de Cyro prædictis, expresso etiam ejus nomine; aut dūm Danieli de futurâ Christi occisione et excidio Hierosolyme per Titum, cap. 9, definitè enuntiat. Taceo plura alia, quæ nullâ naturali sagacitate prævideri potuerunt, utpote à solius Dei et liberarum causarum arbitrio pendentia. Et profectò excutiant huc Spino-sistæ, theiste, aliquie increduli, quidquid ingenii habent, ut ratione quâdam verisimili probent, naturali quâdam sagacitate huc tam varia, tam ab omni expectatione aliena, tam longè à prophetantium temporibus remota prædicti adeò distinctè potuisse. Nil nisi absurdâ hic diuit; prout Cl. Houtevillius (1) manifestissimè ostendit.

Confirmatur I. Si propheta dicti posset naturalis, tunc vel ideò, quia ejusdem principium activum esset natura, vel quia natura eas dispositiones produceret, ad quas vis prophetandi consequeretur? Neutrum dici potest. Non primum. Nam si principium activum prophetæ esset natura, tunc anima, quandocunque vellet, futura prænoscere posset; sicut quandocunque vult intelligit, si aliunde non impeditur; atqui falsum est animam, quandocunque vult, futura prænoscere; ut quisvis facile videt. Neque etiam alterum. Intellectus enim noster viribus naturalibus ad ea tantum cognoscenda disponitur, que vel ex naturalibus causis prævideri, vel conjecturâ aut argumentatione prospici possunt; verum ut etiam ea cognoscamus, que omnino latent, et à liberâ Dei et hominum voluntate pendent, nunquam intellectum vi naturali capacem reddere valimus.

Confirmatur II. Per prophetiam cæ res cognoscuntur, quæ non solum nondum evenerunt, quando co-

tom. I, L. 1, quest. 2, art. 3, pag. 78) jam ante Spinosa idem hic in re senserant Petrus Apionensis, Pomponatus, Cardanus, et alii, quos tamen etiam multi acatolicorum solidè confutavint. Eamdem Spinosa et aliorum sententiam nos ipsi, alibi (nimirūm P. III. Scriptur. S. contra incredulos propugn. sect. 1, cap. 4, quest. LX) breviter refutavimus.

(1) La Relig. Chrét. prouee, tom. III, chap. 4.

gnoscuntur, sed neque ex naturalibus causis, neque ex eâ conditione rerum, quæ sensui, aut rationi obversatur, conjici possunt; sed haec solus Deus omniscius cognoscere valet; quia ea sunt talia, ut in suis causis ab humana mente prævideri non possint; ergo solus Deus prophetice auctor esse potest, scilicet per lumen supernaturale, hoc est, transcendit vim nostram cognoscendi naturalem. Hinc rectè Origenes, lib. 6, contr. Celsum. n. 10, inquit: *Propria Divinitatis nota est, res futuras ita prædicere, ut prædicendi ratio vires humanas superet, et ex eventu judicetur, divinum Spiritum esse prædictionis auctorem.*

17. Corollarium I. Hallucinatur Spinoza, dūm asserit, varian in unoquoque Prophetâ revelationem fuisse *pro dispositione temperamenti corporis*, indequæ factum esse, ut Prophete, prout benè vel malè erga alios affecti erant, aut ad hilaritatem, vel tristitiam inclinabant, leta vel infesta predixerint; prout exemplo Elisei, antequâm prophetaret, psalmem advocantis & Reg. 3, ut hujus cantu ad hilaritatem excitaretur, aliisque similibus exemplis ex Scripturâ adductis probare contendit. Verum præter jam dicta contra est 1^o Querrimus à Spinozâ, quenam ad prophetandum habitudinem corporis necessaria sit? Cùm enim inter tam multis, qui usque modò vixerunt, tam pauci prophetæ dono inclinarerint, neque omnes, qui hilari animo erant, leta; qui tristi, infesta predixerint; explicare ipse debet, quâ potissimum ratione propter habitudinem corporis nonnulli prospera, adversa ali prenoverint; cur non omnes, qui in alios benè affecti erant, felicitates; quæ autem malè, infortunia illis prænuntiaverint. Cùm enim se philosophum esse profiteatur, et philosophicâ ratione prophetia domum explicare audeat, hujus reirationem afferre debet. Quia ergo verisimile afflire nunquam poterit, abundè patet eum tarpir hallucinari. 2^o Ex ipsâ Scripturâ manifestè ostendi potest falsum esse sanctos Prophetas, prout benè, vel malè erga alios affecti erant, aut ad hilaritatem, vel tristitiam inclinabant, leta vel infesta prædivis, sicuti Spinoza inceptè nugatur. Moyses, quanvis in Pharaonem malè affectus, et propter Israelitarum calamitates tristi animo esse deberet, tamen non sola infortunia illi, si Dei mandat non obsequeretur, prædixit, sed etiam liberationem ab his malis propter suas ad Deum preces futuram prænuntiavit, modò quidem ut rancæ atque musæ ab eo recederent, modò ut grando atque tonitrua cessarent. Falsum itaque est Moysem, quia in Pharaonem iratus erat, nonnisi mala et infortunia ei prædixisse. Joseph eunuchis secum in carcere degentibus, alteri supplicium crucis subendum, alteri in pristinam dignitatem restituendum esse, eodem tempore, eadēque animi affectione prædictis prænuntiavit, atque Pharaoni septem annos ubertatis totidemque alios sterilitatis consecutorum, simul prædictit. Ex hisce ergo satis patet, quâ absurdè jactet Spinoza, propter habitudinem corporis, aut affectiones animi, modò leta, modò infesta à sanctis Prophetis prævisa fuisse. Ceterum, ad exemplum Elisei, antequâm prophetata-

ret, psaltem advocantis, à Spinosâ nobis objectum jam alibi (1) respondimus.

18. Corollarium II. Pariter hallucinatur Spinoza, dum ait prophetiam à vividiore imaginatione pendere. Nam prophetiae vel sunt verae et reapse tales, vel non sunt: si non sunt verae et reales, Prophetis propter vividiorem imaginationem frustra tribuuntur; si autem sunt verae atque reales, superest, ut Spinoza cum aliis sui similibus exponat, quæ ratione fieri possit, ut propter vividiorem imaginationem tales prophetice menti objiciantur. Inò, à vividiore imaginatione multa sapè fingi, atque etiam èa representari, quæ quoad esse repugnant experientiâ compertum habemus. Ceterum, ut per eam noverimus, quæ pendent à liberis causis (quæ Prophetae sapè præviderunt), gratis omnino fингitur. Nam ut nos vel imaginatione nostrâ influamus in alterius liberas electiones, vel ea quoque quæ primum fient post longum spatum annorum, in vividiorem imaginationem influant, nemini unquam ne apparetur quidem verum videri poterit; inò nihil absurdius dici posse, nullus negaverit; ergo prophetiam à vividiore imaginatione pendere, delirantis Spinoze inopia est. Dicinde, licet res materiales imaginatione representantur, tamen veritatem rerum ut imaginatione cognoscamus, fieri nunquam potest: ergo cùm prophetia illarum veritatum cognitionem supponat, quæ longè à nobis posita sunt, impossibile est, ut à phantasia seu imaginatione dinanet, quantumvis vivida ea sit. Tandem, non potest phantasia efficerit ut id sit, quod non est; ergo per phantasiam, quæ libere futura sunt, atque æquæ esse, ac non esse possumus, prævidere non possumus.

At inquires cum quibusdam pseudo-philosophis (2) : Prophetas efficit imaginatio valde viva, si ea secundum certas, quantumvis nobis *incognitas*, naturæ leges operetur. Vel etiam dici potest, quid certae e. traordinarie tensiones, aut vehementes concussions ac tremores nervorum et fibrilarum cerebri in causa sint, cur vividiior quorundam imaginatio futuros rerum eventus acutius et altius intropiciat. Sed contra est: Cl. Wolfius et post hunc non exiguo præstantissimorum metaphysicorum numerus leges nature, secundum quæ phantasia seu vis imaginativa operatur, accuratissimè explicarunt et dilucidarunt. Igitur nil prodest, ad incognitas naturæ leges, et nescio quæ tensiones aut violentias concussions nervorum provocare. Equidem possumus ope phantasie varias res tanquam futuras animo nostro representare; sed realiis his rebus existentiam, et nobis ipsis certitudinem, qualēm Prophetæ habebant de futurâ reali existentiâ illarum rerum tribuere non possumus. Præterea tam note, quām incognite naturæ leges semper et ab origine mundi eadem sunt. Qui ergo sit, ut nullus jam Isaías, nullus Jeremias aut Ezechiel sit, qui nobis res prorsus inexpectatas, et primum post multa secula futuras more Prophetarum fidenter denuntiet?

(1) P. III Scriptur. S. contra incredul. propugn. sect. 1, cap. 4, quest. LX.

(2) Vide Cl. Storchenau loc. cit. pag. 433.

19. Scholion. Negari quidem non potest, per imaginariam visionem nonnulla Prophetis aliquando revelari; verū neque in imaginariâ visione prophetia consistit, neque prophetia, quæ imaginariam visionem conjunctam habet, est perfectissima omnium. Rem totam D. Thomas more suo doctissimè explicat (1) his verbis: *Per donum autem prophetæ consertur aliquid humanae menti supra id quod pertinet ad naturalem facultatem quantum ad utrumque, scilicet et quantum ad iudicium per influxum luminis intellectualis, et quantum ad... representationem rerum, quæ fit per aliquas species.... Horum autem duorum principalius est primum in prophetiâ, quia iudicium est completivum cognitionis. Et idèo, si cui fiat divinitatis representatio aliquarum rerum per similitudines imaginarias, ut Pharaoni et Nabuchodonosor, aut etiam per similitudines corporales, ut Balthasar, non est talis censensus Prophetæ, nisi illuminetur ejus mens ad iudicandum. Sed talis apparitio est quiddam imperfectum in genere prophetiæ..... Erit autem Prophetæ, si solummodo intellectus ejus illuminetur ad iudicandum etiam ea, quæ ab aliis imaginariè visa sunt: ut patet de Joseph, quæ exposuit somnum Pharaonis. Porro prophetiam, quæ futura conspicuntur per solam veritatem intellectus, longè præstantiore eā esse, quā per similitudinem rerum corporalium secundum visionem imaginariam cognoscitur veritas rei futuræ, idem doctor Angelicus (2) ita demonstrat: *Dicendum, inquit, quid dignitas eorum quæ sunt ad finem, principiè consideratur ex fine. Finis autem prophetiæ est manifestatio alicuius veritatis supra hominem existentis. Unde quando huicmodi manifestatio est potior, tantò prophetia est dignior. Manifestum est autem quid manifestatio divine veritatis, quæ fit per nudam contemplationem ipsius veritatis, potior est, quam illa, quæ fit sub similitudine corporalium rerum. Magis enim approximat ad visionem patriæ, secundum quam in essentiâ Dei veritatis conspicitur. Et inde est, quid prophetia, per quam aliqua supernaturalis veritas conspicitur secundum intellectualem veritatem, est dignior quam illa, in quā veritas supernaturalis manifestatur per similitudinem corporalium rerum secundum imaginariam visionem.**

20. Corollarium III. Impiè quoque, ac insipienter fixit Spinoz., variam in quoquoque Prophetâ revelationem fuisse pro diversitate opinionum, quas antea amplexus fuerat. Ad quam assertionem stabilendam plura ex sacris litteris adducit exempla. Adamo, inquit (3), revelatus fuit Deus secundum captum ejus, ut in paradiso ambulans post meridiem, Gen. 3, 8, quia eum ubique esse, atque omnia nōsse ignorabat; Caino quoque Deus velut rerum humanarum inscius secundum capacitatem illius repræsentatus fuit, Gen. 4, 9. Similiter Deus se Labano manifestavit, ut Deum Abrahami, Gen. 51, 29, quin unamquamque nationem suum proprium Deum habere Laban putabat, etc. Porro, ex hac diversitate opinionum, illud quoque evenisse conclusit Spinoza, ut sacri scriptiores non semper unum idemque senserint. Neque enim, ait

(1) 2-2, quest. 173, art. 2.

(2) 2-2, quest. 174, art. 2.

(3) Tractatu Theologico-Politico, cap. 2.

Spinosa loc. cit., ea qua Ezechiel de non sustinenda iniuitate patris à filii cap. 18 tradit, cum iis consentiant, qua Exod. cap. 34, v. 7, leguntur, in quo à filiis iniuitatem patris usque ad quartam generationem portandam esse dicitur. Ita Samuel supplicum preces à Deo non exaudiendas putavit, 1 Reg. 8, 18; contrarium tamen Jeremie, cap. 23, v. 12, 13, aliquis sanctis prophetis revelatum fuit. Simili ratione ex Genesio cap. 4, v. 7, constat, appetitum nostrum esse sub nobis, nosque in illum dominari; contra autem sine gratia Dei de tentationibus nullum triumphum nos reportare posse, Paulus ceterique Apostoli sèpè clamant. Haec sunt præter alia, que impius Spinosa cit. loc. contra divinam revelationem prophetiarum impudenter opponit.

Sed ex toto hoc Spinozæ discursu sequeretur, quòd revelatione sanctorum Prophetarum vel non fuerit divina, vel quòd Deus sibi meti ipsi contradixerit, et opposita revelaverit; quod sine blasphemia dici non potest. Ceterum ad allegata à Spinozæ à exempla Scriptura dico, neque Adamum credidisse, non ubique esse Deum, neque secundum hanc ejus opinionem Deum illi apparuisse. Nam Adamum credidisse, Deum ubique non esse, inde se colligere posse Spinozæ fortasse putavit, quia à facie Dei sese abscondisse legitur. Verum hoc non fecit, quasi, si fugeret, à Deo se videri non posse putaret, sed admissi criminis conscientia agitatus à facie ejus declinare voluit, ne eum tantum sibi scelus exprobarent audiret. Omnibus enim contemptum est, impellente passione ruboris, nos sèpè ea facere, que nobis prodesse, aut deformitatem admissi criminis tegere non possunt.

Similiter mala est illatio, quam Spinoza ex verbis Dei ad Cainum fratricidam prolatis format. Non enim Deus à Caino de illius fratre quæsivit, quasi ignoraret, ubi esset, sed ut eum coaugueret, atque de admisso crimine convinceret. Nam apud nos quoque usuvenit, ut quævis admissum crimen non ignoremus, reusque probè sciatis nos illud non ignorare; tamen confessio nem illius ad augendam confusione et poenam, ab ipso reo extorquemus. « Interrogat Deus Cain, inquit » S. Augustinus, lib. 22 contra Faustum, cap. 10, non tanquam ignarus eum, à quo discas, sed tanquam iudex reum, quem puniat, ubi sit frater ejus. »

Temerè etiam Spinoza ait, Labanum existimasse, unamquamque nationem suum proprium habere deum; quia Laban ad Jacob, Gen. 31, 29, cum omnibus suis aufugientem, sed in fugâ deprehensum ait: *Vale manus mea reddere tibi malum; sed Deus patris vestri (i. e., Abrahami) heri dixit mihi: Cave ne loqueraris contra Jacob quidquam durius.* Verum, unde constat Spinoza Labanum è potissimum de causâ *Deum patris vestri*, i. e., Abrahami vocâsse, quia quamlibet nationem suum deum habere putaret? An non potius Deum Abrahami appellasse censendum est, quia Abraham ampliori benedictione præ ceteris fuit à Deo repletus, vel quia suam fidelitatem erga Deum exemplo inusitato comprobavit? Ast mirandum non est, si in sue desperatione cause patrocinium quævis absurdâ Spinoza confingat.

Ceterum, pessimè asserti idem impius auctor, oppositionem dari inter ea, qua Ezechiel cap. 18, et Exod. cap. 34, v. 7, leguntur. Plures enim ex; faciendi modi suppetunt, quibus nullam inter haec contrarietatem esse demonstratur. 1° Enim dici potest, poenas scelerum paternorum juxta citatum locum Exodi à filiis luendas esse, quando et parentum suorum pravae mores expresserint, et iniuitatem securi fuerint. Quando autem filios paternorum scelerum poenas laturos non esse Ezech. cap. 18 decernuntur, è conditione decernuntur, ut ab eorum sceleribus aversi esse debeant. 2° Dici etiam potest, Deum aliquando permettere, ut cum impius simul justi puniantur, vel innocens filius propter iniuitatem patris sui aliqui mala sustineat, non quidem in penam sceleris, quod non admiserunt; sed vel ut exercitatione virtutis gloriam aternam assequantur, vel à propriis peccatis resipiscant. Solummodo ergo propter peccatum patris nunquam filius punitur. Nullam ergo oppositionem inter ea esse, qua Ezechielis cap. 18 et Exod. cap. 23, leguntur, sive prior, sive alter explicandi modus accipiat, luculentem patet.

Samuel autem non quascumque supplicum preces à Deo exaudiendas esse negavit, sed tantum eas, quibus ipsi Iudei aliquando decipraturi essent Deum, ut à dominatione regum ipsos eriperet. Verba enim hujus Prophetæ loc. cit. sunt ista: *Ei clamabitis in die illa, à facie regis vestri, quem elegistis vobis; et non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem.* Ieremie verò, aliquis sanctis Prophetis nunquam revelationem fuit Deum votis nostris *semper* obsequi, quando eum rogamus, ut mala temporalia à nobis avertat. Nulla igitur inter Samuelem, ceterosque Prophetas oppositione est, nisi in cerebro Spinozæ confusa.

Demum illis verbis Genesio, quibus appetitus noster sub nobis esse dicitur, de libertate nostrâ ad monemur; quando autem Paulus ceterique Apostoli ad vincendas tentationes gratiâ Dei nos indigere affirmant, contra arbitrii nostri libertatem non sentiunt; non enim gratia Dei nos necessitat ad agendum, sed facit, ut liberè volentes consentientesque operemur.

21. Scholion. Cùm prophetæ V. T. accuratè implete, sint unum ex præcipuis argumentis veritatem et divinitatem Christianæ religionis demonstrantibus; mirum haud est quòd deistæ, aliisque increduli ejusdem religionis hostes acerrimi theopneustiam Prophetarum modis omnibus impugnent, et propheticam cognitionem rerum futurarum homini naturalem esse posse, nulloque supernaturali lumine indigere, ostendere conunter. Id patet ex questionibus hactenus propositis et solutis, ampliusque patebit ex mox solvendis.

22. Quæres VIII : *An exemplis brutorum, hominum, aut dæmonum probari possit, quòd futura contingentia absque lumine supernaturali videri possint?* Theistæ cùm omnem lapidem moveant ad impugnandum *Geostrophæ* seu divinam inspirationem Prophetarum; præter multa alla apponunt 1° : *Bruta quædam animalia habent præmonitionem futurorum ad se pertinen-*

tum; e. g., formicæ, pisces, gallinæ, etc., præsentiant pluvias, etc.; ergo multò magis et perfectius homo potest naturaliter prænoscere futura. Oppon. 2°: Cognitio anima humanae magis viget in vigilando, quam in dormiendo; atqui in dormiendo quidam naturaliter prævident quædam futura, ut docet Aristoteles (1). Similiter S. Augustinus (2) docet, animam humanam posse futura prævidere, dum à sensibus corporis abstrahitur. Et S. Gregorius M. (3), quod ipsa auiamarum vis sua subtilitate quedam prævideat; ergo naturaliter et sine lumine divinitatis immisso homo potest futura prævidere et prædicere. Oppon. 3°: Dæmones possunt futura certò predicer; habent enim intellectum perspicacissimum, diuturnam experientiam, et præsentes sunt rebus occultissimis; ergo facutas prophetae etiam naturaliter, sine lumine supernaturali obtinere potest. Confirmatur 1°: Dæmones re ipsa per prophetas suos, v. g., Balaamum, veras ediderunt prophetias, e. g., Num. 24, 17: *Oriat stella ex Jacob*, etc. Confirm. 2°: Vates Ethnicorum, et oracula idolorum non raro futura annuntiabant: ergo.

Resp.: Futura, quæ à solius Dei, vel etiam à librarum causarum arbitrio dependent, illa nec brutum, nec homo, nec dæmon sola naturali sagacitate infallibiliter prævidere potest, ut ex supra dictis patet, et hic amplius demonstrabitur. Et sanè semper erat communis ipsarum etiam gentium sensus, soli Deo, iisque creaturis, quas ille singulari divino lumine illustrat, ejusmodi futurorum cognitionem competere, prout Huetius (4) adducti copiosis veterum poetarum ac pliophorum testimoniis ostendit. Unde etiam ethnici vates suos appellârunt *Dierinos*. Accedit ratio manifesta, à nobis jam adducta. Nam ejusmodi futura non possunt ab homine naturaliter cognosci in scissis, quia neccùm existunt; nec in suis causis, quia cum his necessariam, sed duxatlibet contingentem connexionem habent. Hinc extra mentis creatæ cognitionem posita sunt futura hominum ignorantiorum consilia, præcipuò si pendent ex innumerabilium voluntatum liberâ consensione, earumdemque cum innumerabili serie causarum physicarum conjunctione; qualia sunt remotissima imperiorum facta, quæ tamen à Prophetis non semel prædicta fuere. Præterea ab homine sine supernaturali lumine cognoscî nequeunt ea omnia, que præter naturæ ordinem divinâ virtute contingunt, ut miracula et divina decreta. Hæc enim nec videri possunt in causis naturalibus, cùm sint præter naturæ ordinem; nec in ipsâ divinâ voluntate, cùm hujus consilia, nisi Deo manifestante, nobis innoscere non possint. Cùm igitur Prophetæ etiam talia prædixerint aut manifestarint, fateendum omnino est, causam unicam harum prophetiarum esse Deum, Prophetas supernaturali lumine illustrantem. Neque contrarium evincent argumenta incredulorum opposita. Nam

23. Ad primum, dist. ant.: Quædam bruta habent

(1) L. de Somn. et Vigil.

(2) L. 12 de Genesi ad litteram.

(3) L. 4 Dial. cap. 26.

(4) In Demonstr. Evang. axiom. 4.

prænotionem futurorum in suis causis proximis phantasiam moventibus, conc. ant.; habent prænotionem futurorum in seipsis, neg. ant., et dist. cons.: Ergo multò magis homo potest naturaliter præscire futura necessaria in suis causis proximis, v. g., ortum, occasum, conjunctionem aut eclipsin planetarum, et alia, de quibus non est prophætia propriè dicta, conc. cons.: potest præscire futura libera, seu illa, de quibus est prophætia propriè dicta, neg. cons. Nam prophætia propriè dicta, ut supra ostensum est, definitur, quod sit certa cognitio rei libere ei contingenter future, quæ nullis indiciis naturalibus certò prævideri potest.

24. Ad secundum, nec S. Augustinus, nec S. Gregorius loc. cit. ait, quod anima naturali suâ vi, et absque revelatione divinâ possit infallibiliter prævidere futura contingentia libera, quod proprium Prophetarum est; sed S. Augustinus solum vult, animam, quanto magis à corporeis abstrahit, tantò aptiorem fieri ad percipiendas revelationes divinas, vel etiam ad percipiendos motus subtile ex impressionibus causarum naturalium in phantasiam reficit. Similiter S. Gregorius tantum vult, ab animâ, ubi ad mortem propinquat homo, prænoscit futura quædam subtilitate sive nature, in quantum scilicet tunc percept modicas etiam impressiones; aut etiam futura ab eadem cognosci, non propriâ virtute, sed revelatione angelicâ, seu à Deo per Angelos acceptâ. Nam Angeli etiam boni non possunt vaticinia propriè edere tanquam primi eorum antores, sed solum ea annuntiare Jésus Dei, ut S. Thomas 2-2, quest. 172, art. 6, rectè observat; neque possunt facultate cognoscendi ea, quorum cognitio nullis potest naturalibus indiciis haberi, seu circa que versatur prophætia propriè dicta; sed solum prænoscunt, quorum cognitio naturalibus indiciis acquirent potest, sive que sine prophætia strictè tali prædicio possunt.

25. Ad tertium, neque dæmones ea, circa que versatur prophætia strictè talis, id est, futura libera, prædicere possunt, nisi interdum conjecturaliter ex causis presentibus sibi cognitis, nobis verò occultis. Prophætia autem strictè talis non tantum est conjectura, sed certa cognitio rei future. Ceterum multa sunt, à quorum cognitione dæmones, Deo vetante, arcuntur. Præ omnibus autem eos latent intimè hominum cogitationes, nisi exteriori prodantur, et futura contingentia à libero Dei decreto, vel etiam à libero arbitrio hominum pendentia. Hinc oracula apud gentiles per dæmones edita erant valde ambigua, et æquivoca, ac ad omnem eventum parata.

Ad confirm. 1° Resp.: Prophætia illa à Balaamo edita non erat à dæmonie, ut objectio supponit, sed à Deo, prout S. Thomas ibidem docet, et nos ipsi infra (1) ex instituto exponemus.

Ad confirm. 2° Resp.: Dist. ant.: Vates ethnicorum ac oracula idolorum futura annuntiabant conjecturaliter, ambigè, æquivocè, aut modo longè

(1) In questione, an etiam malis Spiritus prophætus communicari possit?

divero à predictionibus verorum Prophetarum, conc.; secùs, neg. aut. et cons. Vaticinia etiuncorum ac oracula idolorum à predictionibus sanctorum Prophetarum plurimùm discrepabant. Num 1° vates gentilium vaticinabantur, fugientes presentiam prudenter, et maximè Christianorum; passim quoque Graeci et sapientiores Romani, teste Origene, cap. 23, v. 8 et seqq., nihil pendebant celeberrima Graecie oracula. E contrario Prophetae in presentiā populi ipsorumque regum aspera queque prænuntiabant, nullo timore tormentorum aut mortis absterriti, ipsasque prophetias, ut posteritati innotescerent, scripto relinquebant. 2° Idolorum vaticinia sàpè inter se discrepabant. Sic oracula Apollinis Clarii dissonabant aliquando ab Apolline Delphico. E contrario vaticinia Prophetarum optimè inter se consentiunt, licet Prophetae interdùm loco fuerint maximè dissiti. Sic, v. g., Jeremias in Palæstina, et Ezechiel in Chaldaea eadem utrinque prænuntiabant; sic etiam, quæ de Christo et Ecclesiâ à diversis Prophetis fuere predicta, videamus hodiè consentire in eventu. 3° Gentilium oracula, si de rebus magis latentibus edebantur, aequivoce semper, ambigua, et ad omnem eventum erant parata, ut supra jam indicavimus; vicissim predicationes Prophetarum sàpè erant clarissimæ, ut, e. g., illa Jeremias de futura captivitate 70 annorum. Plura de discrimine inter oracula gentilium et vaticinia Prophetarum eruditissimè disserit Cl. Storchenau, loc. cit. pag. 112, 124; item pag. 190, 195. Plura nos quoque infra, num. 56, dicemus.

26. Quæres IX: *Cur nonnullæ prophetiæ (e. g., quæ sunt Isaiae Prophetæ) elegantiori, alia verò (e. g., quæ sunt Amos Prophetæ) rudiori stylo seu dicendi ratione scriptæ sint? Item cur aliae clarius, aliae obscurius exaratae; cum tamen unus idemque Spiritus sanctus omnium prophetiarum verè et propriè talium auctor sit?* Resp. cum Melchiore Cano (1) Bellarmino, Less., Contenson., aliisque prestatissimis theologis, Deum non singula verba materialiter sumpta et quoad sonum, sed solum formaliter accepta, id est, sensum verborum sacris scriptoribus inspirasse; ita tamen, ut simul vellet omnia et singula verba ab illis scripta habere prouisus; sive tota Scriptura iisdem inspirata et dictata esset, saltem quod sensum (2). Quia tamen Spiritus S. ipsa verba et verborum constructionem materialiter sumpta non semper (3) suggestit, inde factum fuit,

(1) L. 2 de Locis Theologicis, cap. 18.

(2) Sic videntur conciliari posse diverse theologorum sententiae, quorum aliqui affirmant, ali negant, omnia et singula verba à Deo fuisse sacris scriptoribus dictata; conciliari, inquam, has sententias diversas posse, dicendo, omnia et singula dictata quidem fuisse formaliter et quod sensum, sed non materialiter sumpta; quamvis Deus aliqua etiam materialiter sumpta dictaverit, ut mox in sequenti nota dicam.

(3) Dixi: *Non semper.* Omnes enim admittunt, Deum sacris scriptoribus, maximè prophetis sàpè dictasse verba, etiam materialiter sumpta: eis nimis suggerendo ipsas voces, iis præcipue in locis ubi de Deo rebusque divinis et mysteriis supernaturalibus sermo est. Aliquas etiam phrases ac figuræ energeticas seu ad movendum aptiores, eisdem inspiravit, et in-

tr, cùm varius sacrorum scriptorum genus ac peritia esset, varia quoque dicendi ratione usi fuerint; aique in nonnullis esset elegans, sicut in Isaïa, qui in aula regiæ versatus fuerat; in aliis autem simplex et humilis, sicuti in Prophetâ Amos inter pastores enfracto. Neque enim Spiritus divinus scriptores sacros râ ratione movebat, quo energumeni ab immundis spiritibus impelluntur, sed ita ad scribendum incitabat, ut eorum indoli sese attemperaret.

Duplici autem ratione configit, ut, una eademque res non omnibus Prophetis èdem claritate ac perspicuitate manifestaretur. Prior *ex modo revelationis*, altera *ab ipsis rebus revelatis* repeti debet. Quibusdam enim Prophetis per intellectualem cognitionem, aliis per similitudinem rerum corporalium secundum visionem imaginationis, et per illam mens Prophetæ altius assurgat, quia absque imagine veritatem in seipsâ videt (1), consequens inde est, ut veritatem revelatam i. clarius et distinctius cognoverint, quibus per cognitionem intellectualem manifestata fuit; qui autem rei revelatam per similitudinem rerum corporalium secundum visionem imaginationis cognoverunt, non aquæ clare et distinctè cognoverint. Porro, sicuti cur haec, et non illa, isto tempore et non alio, Prophetis revelata fuerint, ratio penè Deum est, ita etiam apud ipsum est, cur non omnes veritates eodem modo supernaturaliter manifestatae fuerint.

Dein etiam ab ipsis rebus revelatis haec diversitas repeti debet. Nam Deus de Christi incarnatione homines per divinam revelationem è plenius eductos esse voluit, quod minus ab illâ distabant. Propheta quoque, que pertinet ad fidem Deitatis, tribus diversis distincte temporibus crevit; hoc est, naturæ, legis, atque gratiæ, quo ultimo tempore (nempe gratiæ) ab ipso Filio Dei mysterium Trinitatis aperte revelationem est (2). Unde denuò patet, hallucinari Spinosa (3), dum ait, propter imbellicitatem aut acumen ingenii

terdum aut sapiens subministravit ubertatem verborum. Dùm autem sacri scriptores loquebantur de rebus sibi naturaliter notissimis, delectum, constructionemque verborum materialiter sumptuoribus Deus aliquando permissit libertati atque ingenuo ipsorum; et scilicet non semper dictavit verba materialiter, sed tantum formaliter sumpta, seu quoad sensum, ac ita scribentibus calamus attemporavit, ne scribendo laberentur, voluit tamen omnia et singula verba, ab illis scripta habere prout suis, ut prout omnia et singula sic scripta sint verè et propriè verbum Dei scriptum.

Ceterum, quia non constat, quenam sint omnia illa verba, que non tantum formaliter, sed etiam materialiter sumpta divinitus inspirata fuerunt, merito si gula diligenter expenduntur, nec in sacris Biblis mutanda sunt, praesertim quia sàpè aliquia videntur synonyma, que reverè non sunt, et omnia verba saltem scripta fuerunt cum speciali assistentiâ Spiritus sancti.

(1) Vide S. Thomam part. 1, q. 74, art. 2.

(2) Vide S. Thomam 1-2, q. 174, art. 6.

(3) Tractat Theologico-Politico, cap. 2.

contigisse, ut non omnes Prophetæ veritates sibi revealatas æquè distinctè noverint.

27. Quares X: *Cur Prophetæ plerūque sint tam obscuræ; cùm tamen eorum auctor sit Deus, qui est lux ipsa* (1), *et Pater lumen* (2)? Resp.: Cause obscuritatis prophetarum sunt plures. 1^o Res ipsæ per prophetias propositæ, que in se obscure sunt, et sorpè ænigmatibus, symbolis, proverbiis, ac tropis involuta; de quo infra dicemus. 2^o Ignorantia historiarum; quia non satis tenemus, quibus in circumstantiis rerum et personarum, quisque Propheta vaticinatus sit. 3^o Ignorantia linguarum orientalium. Nam prophetia V. T. ut plurimum hebreico, aut aliquæ chaldaico vel alio orientali idiomate originaliter conscripsæ sunt, et tum in græcum per 70 Interpretes translate; postea denum in latinum conversa ad nos pervenire. 4^o Frequentes saltus seu repentina in vaticinando transitus Prophetarum à figurâ ad figuratum, à rebus corporeis et temporalibus ad mysteria Christi et Ecclesie; item latentes mutationes personarum in prophetiâ loquentium, aut etiam temporum, dum jam in tempore presenti, jam in præterito, jam in futuro vaticinantur. 5^o Multe prophetiae obscuræ sunt, quia plura eorum que iisdem prædicuntur, antequam eveniant, nobis impossibilia esse videntur. Hoc etiam contingit in rebus humanis; unde licet, postquam res aliqua inusitatæ evenierit, distinctè advertamus, talia ejus principia fuisse, ut iisdem hic et non aliis exitus responderem debuerit; tamen, antequam evenierit, et nihil certè conjicere possumus, et in summâ obscuritate versamur. 6^o Sapè quoque in divinis prophetiis comprehenditur obscuritas, vel quia in iis velut inter se unita sunt, que non uno eodemque tempore contingere debent, vel quia nonnullæ circumstantiae aliquando retincent quæ ad rem illustrandam plurimum conferrent, vel denum quia temporales promissiones cum aeternis simul conjunguntur, et sic figura cum figurato quasi couolvit, ut paulò ante diximus, aut tam multa atque in se diversa unum tempore reverlantur, ut ea inter se pugnare, alicui videri fortasse possent, nisi fides contrarium doceret. Fecit autem Spiritus S. tam multiplici difficultate obscurari prophetias ex duplice potissimum (ut PP. et interpretes censem) capite. 1^o Ut consulere incolumenti tam Prophetarum ita tectæ et obscurè loquentium (3),

(1) Joan. 1, 5: *Quoniam Deus lux est, et tenebrae in eo non sunt nullæ.*

(2) In Epist. S. Jacob. 1, 17: *Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre lumen, etc.*

(3) Hanc rationem assignat S. Chrysostomus, concone 1, de prophetiarum obscuritate num. 3, ita loquens: « Multa Iudeas ista (hoc est, prophetica) mala prædicunt, ac fore, ut ejiciant illi, non recipiantur, templum evertatur, nec amplius existetur.... Neque vero tantum ista, sed et alii multa ejusmodi prædicabant Prophetæ, dum innumeræ suis libris tragedias immiscentur. Ne igitur ab initio Iudei manifeste hæc audientes, eos interficerent, qui hæc dicebant, interpretationis difficultate predictions occultarunt, ac multa obscuritate rebus offusa, per eorum que dicebantur obscuritatem prophetarum incolumenti consuleruerunt. »

quam securitati librorum ab ipsis scriptorum (1). Voluit enim Deus hæc ratione infidelibus Judæis aut gentibus rem ad tempus celare, ne margaritas projiceret ante porcos; et ne impii reges aut populi, audientes quæ sibi non placent, in Prophetas insurgerent, vel sacros Prophetarum libros exurerent, ut interfici secerent. 2^o Ut prophetia ipsa ob obscuritatem suam cogret, vaticiniorum sanctorum auctorem Deum adire, et ad illum humiles preces fundere, vel ad Ecclesiam, doctoresque in eâ existentes accedere, pro illorum adipiscendo intellectu: qui sanè ingens est fructus. Ob eandem et alias causas Deus etiam reliquas Scripturas sacras censendus est voluisse in multis esse obscuras. Habebit autem Ecclesia semper viros doctos et piros, qui requisita linguarum ac historiæ notitia polleント, insuper veterum Patrum lectione, et Apostolorum, Evangelistarumque doctrinâ adjuti, ac (quod præci puum est) divino lumine collustrati, obscura dilucidabunt, et predictas diffi ultates in explanandis prophetiis, modo et tempore quo Deus voluerit, surperabunt.

Scholion. Quamvis non pauce prophetiae sint obscuræ, negari tamen non potest, multa quoque tam clarè atque distinctè Prophetarum oraculis manifestata fuissent, ut nullus in eis sit obscuritatis locus. Cur verò hæc clare, illa obscurè revelata fuerint, à mortalibus non est curiosius inquirendum.

28. Quares XI: *Cur in vaticiniis Prophetarum nullus ordo servetur, quin potius temporibus et locis maximè dissita relut unita exhibeantur, et susdeque omnia miseri videantur; cùm tamen que à Deo sunt, ordinata esse debeat?* Resp.: Quamvis Dei veracitas et sapientia postulent ut nulla inter se pugnantia in divinis vaticiniis asservantur, nihil tamen prohibet, quoniam in iis plura simul unita occurrant, que diversis distinctisque temporibus atque locis contigerunt. Quis enim mortalium tanta erit audacia, ut eorum, quæ per Deum revelanda erant, modum, rationem, ordinem atque numerum prescribere contendatur? Numquid Deus aliqua, que post longum tempus eventura erant, revelare potuit, quin simul revelaret, que antecedere et subsequi debebant, vel uno tempore simul manifestare, que distinctis locis atque temporibus implenda erant? Profectò tanta temeritatis nemo extiterit, qui hæc in re agendi rationem Deo constitutus presumpserit. Non est ergo, cur miremur, si non semel sancti Prophetæ divino Spiritu afflati remotissima locis atque temporibus simul prædixerunt, nam ea tantum cognoscere ac prædicere poterant; quæ à divino Spiritu sibi manifestabantur.

(4) Eusebius, in Proemio L. 6 Demonstrationis Evangelicæ, ad questionem cur de Christo venturo alia quidem obscurius, alia autem apertius dicta in Prophetis inventantur, ita respondet: Atque ego qui dem arbitror, occultior illa propter Iudeos ita inventa atque impletæ redditæ esse, quod videlicet tristia quadam in illis contra ipsos canerentur, ob quæ verisimile fuit, ipsos abfuturos, perditurosque fuisse Scripturam, si aperte extremum ipsorum interitum significasset. Sic sanè etiam Prophetis infestos fuisse, memorie proditum est, propterea quod ab illis reprehenderentur. »

Habebant nimis Propheta amplum lumen, et ideo ad nubes et plura diversis temporibus futura sua oracula extendebant. *Tales sunt Prophetae*, ait S. Chrysostomus (1); *omnia tempora percurrunt, praesentia, præterita, futura*; et, ut Cl. De Feller (2) significanter ait: *Instar fulguris, quod exit ab ORIENTE, ET PARET USQUE IN OCCIDENTEM* (3), salient ab uno ad aliud. Idem quoque affirmatur a S. Hieronymo (4) his verbis: *Hinc vel maximè obscuri sunt Prophetae, quia repente diu aliud agitur, ad alias persona mutatur. Sic, ut Cornelius à Lap.* (5) observat, Prophetae transiunt à captivitate assyriacâ decem tribuum, ad captivitatem duarum tribuum, Iuda scilicet et Benjamin, atque haec omnia faciunt cithismâ, saliendo à priore ad posteriorem, et statim ad priorem resilendo; subinde verò id faciunt post longam orationem et quasi parenthesin. Similiter sepè transeunt ab historiâ seu figurâ ad figuratum, i. e., Christum; eum enim habent pro scopo: et à Christo rursù redempti ad historiam et res sui temporis. Porrò id faciunt tribus de causis. 1^o Ut videatur esse propheta, non ingenio humano ordinata narratio aut historia. Unde in suis vaticiniis quasi in cyclade variegata et auro intertexta predicunt sepè historiæ filium, ut Christum historiæ attexant et intertexant. Ita S. Hieronymus, in Osee cap. 1. 2^o Quia Prophetae elevati lumine prophetico, omnia (quæ nobis remota et longè dissita videntur) sub se quasi exilia, coram et conjuncta intuebantur, ut reverè sunt, si cum aternitate Dei conferantur. Quomodo S. Benedictus in Deum elevatus vidit totum mundum collectum quasi in parvo globo, uti narrat S. Gregorius, 2 Dialog. cap. 55. 3^o Quia mos Prophetarum est diversorum temporum conjugere prophetias, ut ex eo, quod ipsimet audientes, vel eorum successores viderent impletum, etiam crederent, quod in posterius tempus differtur, v. g., de Christo et Ecclesiâ fore implendum. *Prophetæ*, inquit S. Hieronymus, in cap. 1 Malach., *futurorum texunt vaticinum, ut presens tempus non deseruant; nam utriusque nescire sermonem, et ex occasione huius felicitatem Christi prædicunt*. Similia habet Theophilus loco mox citando.

29. Scholion I. Quamvis sancti Prophetae diversis locis atque temporibus futura prædixerint, quamvis non eodem semper ordine prophetaverint, quamvis futurorum nonnulli plura, alii pauciora manifestaverint, quamvis demum, ut multa alia omittant, non omnes eadem dicendi ratione usi fuerint; tamen nihil in iisdem, in quo unus alteri in vaticinando contradicat, occurrit, nihilque, quod vel antea prævisis, vel sequenti rerum eventui, eo sensu quo prædictus est, non respondeat. Hanc autem consensionem etiam Israëlitæ pro certo discrimine habuerunt, quo falsi à veris Prophetis internocecerunt, sicut monet S. Au-

gustinus (1). Eleganter quoque in hanc rem Theophilus (2) ait: *Sed Dei homines, cum Spiritu S. efferventur, et Prophete essent, divinitus docti, et sancti, et justè fuere, ut potest ab ipso Deo afflati et eruditæ. Quamobrem hac etiam mercede dignati sunt, ut Dei instrumenta ferrent, et sapientiam, quæ ab eo est, caperent; cuius quidem sapientiae beneficio et de creatione mundi, et ceteris omnibus rebus dixerunt. Pestes enim, et famæ, et bella prædixerunt; nec unus, aut alter, sed plures variis temporibus fuere apud Hebreos..... ac amica inter se, et consona omnes dixerunt, tum quæ ante eos gesta fuerant, tum quæ ipsis erant æqualia, tum quæ apud nos hodiè persicuntur; undè etiam et de futuris certò scimus, ea ita esse eventura, quemadmodum et priora ad exitum perduta sunt.*

30. Scholion II. Quamvis Prophetae temporibus et locis maximè dissita simul annuntiantur, minime tandem sequitur, quod ipsorum vaticinia sint aliquod totum in suas partes velut discrictum; quales essent, v. g., lacrimæ Virgilii aut aliorum poetarum, perturbato ordine à contextu avulse. Nam prophetæ in se sunt aliquid secundum Dei intentionem perfectum; et quamvis earum coherentiam aut sensum sepè non intelligamus, ob ignorantiam tam dissistarum rerum, temporum et locorum, vel ob alias rationes, tamen ille dicto modo sunt perfecte, suamque habent coherentiam. Res hæc, ut Cl. De Feller scitè ait, declarari potest similitudine carminis lyrici. In hoc enim, v. g., in prestantissimis odis Pindari aut Horatii, sepè eruditissimi commentantes totam coherentiam seu contextum non satis penetrant.

31. Quæres XII: 1^o *An omnes prophetæ divinarum Scripturarum sint allegorice?* 2^o *An allegoria res sit inanis, eaque pendens à genio illius qui ad allegoricam explicationem recurrat?* Ad primum, resp. negativè. Nam omnes prophetias divinarum Scripturarum eo sensu esse allegoricas, ut per eas nouissim allegoricè aliquid prædictum fuerit, falsissimum est. Quid? anne fortasse Jeremias excidium Jerosolymorum et captivitatem 70 annorum allegoricè prophetavit? Anne Josephi propheta de iis, quæ eventura erant eunuchis secum in carcere degentilibus, deque futura famæ in Aegypto, allegoria fuit? Atque, ut alia plurima omittam, M yesne Pharaoni allegoricè prædixit quæ illi eventura erant, ni Domini mandatis obtemperaret? Quamvis ergo factis quoque à sanctis Prophetis futura prædicta fuisse legamus, tamen sepè ac frequenter verbis, et iis non allegorici aut obscuris, sed omnino claris ac per se manifestis, nullique ambiguitatibz obnoxii, futura multa à sanctis Prophetis prædicta fuisse, nemo sane fidei dubitaverit.

32. Scholion. Ad dicta et dicenda melius intelligenda breviter explicandum, in quo ipsa allegoria (prout hic ab Augustino accipitur), allegoriusque sensus consistat. *Allegoria dicitur*, inquit S. Augustinus, Enarrat. in Psal. 103, serm. 1, d. 13, quæmu

(1) Comment. in Psalm. 43.

(2) In Philosoph. Catechismo, tom. 2, art. 2, n. 534 et seq. præcipue n. 343.

(3) Matth. 24, 27.

(4) Sub initium Commentar. in cap. 2 Nahum.

(5) Comment. in Prophetas majores. Inter Cauones, qui faciem preferunt Prophetis, canon. IV.

(1) L. 18 de Civit. Dei, cap. 41.

(2) L. 2 ad Autolycum, num. 9.

aliquid aliud videtur sonare in verbis, et aliud intellectu significare. Quomodo dicitur agnus Christus, numquid pecus? Leo Christus, numquid bestia? Petra Christus, numquid duritia? Et sic multa aliud videntur sonare, aliud significare, et vocatur allegoria. Sicut verò animadvertisit S. Thomas, part. 1, quæst. 1, art. 10, dinovinorum Scripturarum sensus spiritualis triplex est, et allegoricus quidem, quandò ea, que sunt veteris legis, significant ea que sunt novae legis.

33. Ad secundum, resp. pariter negativè. Tantùm enim abest, ut allegoria sit quædam res inanis, ut potius plurimùm utilitatis in se continet; quemadmodum S. Augustinus (1) rectè monuit his verbis: « Ad ipsum autem ignem amoris nutrientum... ista omnia pertinent, que nobis figuratè insinuantur; plus enim movent, et accendunt amorem, quam si nuda sine ullis sacramentorum similitudinibus ponerentur. Cujus rei causam difficile est dicere. Sed tamen ita se habet, ut aliiquid per allegoricam significationem intimatum plus moveat, plus delectet, plus honoretur, quam si verbis propriis diceretur aperi- tissimè. Credo quòd ipse animæ motus, quamdiu rebus terrenis implicatur, pigrè inflammat; si verò feratur ad similitudines corporales, et inde referratur ad spiritualia, que illis similitudinibus figurantur, ipso quoque transitu vegetatur, et tanquam in facula ignis agitatus ascendit, et ardentiore dilectione raptur ad quietem. »

Allegoriam autem pendere à genio ejus qui ad allegoricam explicationem recurrerit, soli Deistar suà solidità confidientia affirmare audent. Quid? Anne in allegorica explicatione, que quondam dicta vel facta esse leguntur, non oportet, ut in eum quadrant, ad quem referuntur? Anne in allegorica explicatione congruà ratione evinci non debet, que præcesserunt, suis typum eorum que secuta sunt? Anne de aliquà connexione constare non oportet inter figuram et figuratum? Quapropter in allegorica explicatione, nisi reverà inter duo connexio, sive ordo sit, eneque ad arbitrium ponì, neque ad libidinem configi potest; sicuti accideret si eadem penderet à genio illius qui ad allegoricam explicationem recurrerit; sed necesse est, ut independenter à cuiusque judicio figura et figuratum inter se ordinem habeant.

35. Corollarium. Ex omnibus hæc quæstione dictis patet, effrons esse incredulorum mendacium, omnes prophetias divinarum Scripturarum esse allegoricas, atque turpiter illos à vero aberrare, dum effutunt, allegoriam rem inanem esse, eamque pendere à genio ejus, qui ad allegoricam explicationem recurrerit, tantumque abesse, ut per allegoriam Indus sensatus convincatur, ut potius ratione illius contraria sit (2). Nam, ut supra dicebamus, allegoria plurimùm utilitatis continet, cum, ut ex S. Augustino audivimus, aliiquid per allegoricam significationem intimatum plus moveat, plus delectet, plus honoretur, et nexus quendam at-

que ordinem esse supponat inter èa, que quondam facta, atque dicta fuere, atque inter illud, ad quod referuntur, licet illud multo post tempore contigerit. Quapropter si nunc utilis sunt, à nemine sane mentis respici debent; si que mirabilem quondam inter se connexionem habent, licet temporum, locorumque intervallo inter se distent, et ab hominum libero arbitrio pendeant, peculiari ratione divinitùs et ordinata et prævisa esse constat, atque iocircò suæ divinitatis argumenta pre se ferunt; nullus sanè rectæ rationi contraria ea esse affirmaverit, dum tamen ipse polleat judicio rationis. Indus ergo, si bardus, stupidus, insensatusque ille sit, aut si ita indocilis et obfirmato animo, ut sunt increduli, allegorica explicationi sese acconcedere non poterit, non verò si sit sane mentis, atque polleat sano judicio rationis. Hinc rectè S. Augustinus (1) observavit, quòd neque etiam pagani in hoc nobis Christianis obstrepant, aut contradicere audeant, ne ea, que in Scripturis divinis figuratè sunt dicta, interpretetur ad Christum intelligendum; præsertim, quia ea, que sic prænuntiata sunt, reapsè jam sunt impleta. Verba S. doctoris loc. cit. ita sonant: *Nec pagani* (hoc verò est, quod incredulos recentiores vellem advertere, ut ipsi paganis deteriores sese agnoscerent) *nobis in hoc obstrepunt; neque enim audent contradicere, ne illa non solùm dicta, sed etiam facta, figuratè accepta, interpretetur ad Christum intelligendum;* præsertim quia ea, que prænuntiata inteligimus, etiam demonstramus im-feta.

35. At inquires: Ideò oracula gentilium exploduntur, quia anigmatica, obscura et ambigua fuerant; ergo idem dicendum de mysticis allegoricis, vel anigmaticis prophetiis Isaiae, Jeremiac, Ezechielis, aut aliorum Prophetarum. — R.: Oracula gentilium non tam ob obscuritatem suam, quam ex aliis causis, quas supra (2) recensuimus, rejiciuntur. Præterea ingens est discrimen inter duplœm sensum (litteralem scilicet et mysticum) quem mystice prophetiae divinarum Scripturarum continent, et amphibologiam oraculorum gentilium. Hæc enim containebant duplœm sensum oppositum, quorum unus excludebat alterum; ita, ut si unus erat verus, alter necessariò esset falsus, quo factum est, ut homines deciperentur; quemadmodum Crœsus expertus est, dum percipiens ambiguum illud oraculum: *Crœsus Halym (fluvium) penetrans, magnam pervertet opum vim,* putavit hostium vim sese perversurum; pervertit autem suam, ut Cicero (3) ait, regnumque cum ingentibus divitiis suis anuit.

At in prophetiis allegoriciis, mysticis, vel anigmaticis longè aliter se res habet. Nulla ibi oppositio inter sensus diversos, nulla contradictio. Duntaxat duo di versa objecta indicantur, quorum unum figura, alterum figuratum, ita tamen, ut ambo successivè impleantur. In exemplo, Propheta Nathan, 2 Reg. 7, in nomine Dei ad Davidem dixit: *Cumque completi fuerint*

(1) Epist. 57, num. 21, alias Epist. 119.

(2) Auctor Operis inscripti: *Examen de la Religion*, cap. 7, num. 1 et 2, ita delirat.

(1) L. 12 contra Faustum, cap. 40.

(2) Num. 24, ad confirm. II.

(3) L. 9 de Divinatione, ultra medium.

... et firmabo regnum ejus. Ipse æificabit domum nomini meo, et stabilitam thronum regni ejus usque in sempiternum. Ego ero ei in patrem, et ipse mihi erit in filium. Quò aciem mentis et spiritus sui Prophetia his verbis intendetur in Salomonem, et, teste S. Paulo, Hebr. 1, 5, etiam in Messiam, i. e., Christum; in figuram et figuratum; et quod hoc loco dicit, tam in uno quam in altero, modo quamvis illorum decente, impletum est. Salomon enim unus è maximis terra regibus factus est; ædificavit templum Domino; et Deus in eum, velut dilectissimum filium, singularia paterni amoris officia exercevit. Sed et Messias noster Jesus Christus secundum carnem descendit ex Davide; secundum potentiam et dignitatem est Rex regum, cuius regni non erit finis; secundum naturam verò divinam est Dei Filius naturalis, consubstantialis Patri; ædificavit seu fundavit Ecclesiam legis nova, quasi regnum et thronum Dei sempiternum. Quid jam in hoc absurdum? quid contradictiorum? quid fraudulentum aut seductorum? An non potius ex harmonia seu consensu gemini hujs sensus (litteralis et mystici) potius eluet infinita Dei sapientia, quæ, sicut sola in omnes quantumvis remotissimos rerum eventus penetrat, ita etiam futura sapientissime ordinare, et longè distantia per viciniora tantumq; imaginem et figuram designare seu portendere potest?

36. Quæres XIII: *An prophetiæ sint efficax argumentum ad veritatem religionis christianæ demonstrandum?* Resp. affirmativè contra impian olim Theodori Mopsuesteni doctrinam in synodo V oecumenicâ damnatam, negantis, ullam prophetiæ vim probandi inesse; item contra Grotium eandem doctrinam posterioribus seculis recocquentem, cùm ait (1). prophetias non in vim argumenti propriè adhiberi, sed duntaxat ad illustrandum et confirmandum rem jam creditam. Quæ sententia, ut bene inquit Huetius, tota Socini fermento turget; ejus quippe discipli, i. e., Sociniani, eamdem avide arripiunt atque defendere conantur. Apicem autem temeritatis attigit impius Collinus Anglus, dūm prophetiæ utpote merè typicis, mysticis et enigmatis, nullam probandi vim inesse contendit, indequæ christianam religionem, quæ his prophetiis maximè niteretur, luculentè falsam pronuntiare non reformatdat.

Verum contra hos omnes, eorumque doctrinam,
¶ Christus ipse veris prophetis ad probandum usus
est, Joan. 5, Iudeos incredulos remittens ad Moysem
Prophetam : Scrutamini Scripturas... illae sunt, que te-
stimonium perhibent de me... Si crederelis Moysi, cre-
deretis forsitan et nahi; de me enim ille scripsit. Sic
etiam duos discipulos in Emanus euntes reprehendit,
quod editis de se prophetis modicani fidei adhucible-
rent, dicens ad eos, Luc. 24: O stulti et tardi corde ad

(1) Verba Iugonis Grotii in suo Commentario in Matth. cap. 4, v. 22, divina vaticinia deprimitis sunt ista: *Huc igitur omnia, et quæ alia sunt ejus generis, suis locis excutienda, non in tunc arguuntur propriæ adhibentur, sed ad confirmandam et illustrandam rem jam creditam.*

*creendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ! In eamdem sententiam allocutus est ibid. etiam Apostolos: *Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, et Prophétis, et Psalmis de me;* ergo ex ipsius Christi effatis patet, prophetias esse potens argumentum ad probandas fidei veritates. 2^o Idipsum testatur etiam Apostolorum principes, Petrus et Paulus. Nam prior, Epist. 2, cap. 1, prophetias vocat *firmiorem propheticum sermonem;* posterior verò, cùm Romæ Judeos ad se convenientes christianâ lege informare vellet, *sudebat eis de Jesu ex lege Moysi et Prophetis, à manu usque ad vesperam,* Act. 28. Hoc eodem argumento tanquam validissimo usus est apud Agrippam regem, Act. 26, vimque argumenti agnoscens Agrippa, dūm à Paulo interpellaretur: *Credis, rex Agrippa, Prophetis?* statim respondit: *In iudicio suades, me Christianum fieri;* ergo ex prophetis potest solidum vere religiosum argumentum desumi. 3^o Ex prophetis fortissimum argumentum petere conserverunt omnes veteres christiane religionis defensores et Patres gravissimi. Sic S. Justinus M. in Apologiâ primâ pro Christianis num. 30, ait: *Sed ne quis nobis opponat nihil obstat,* quominus et is qui apud nos dicitur Christus, homo ex hominibus arte magica, quæ dicimus miracula ediderit, ac propterea Filius Dei esse visus sit, jam demonstrationem instituimus, non dicentes credentes, sed futura antequam siant prædicentibus necessariò fidem habentes, eò quod ipsis oculis ita, ut predicta fuerant, evenisse et evenire videamus; quia sanè demonstratio vobis quoque, ut arbitramur, maxima et verissima videbitur. » Et num. 33, ita pergit: *Que enim incredibilia erant, et fieri non posse hominibus videbantur, ea Deus per spiritum propheticum futura prænuntiavit, ut cùm evenissent, fides eis non derogaretur, sed ex eo quod essent prædicta, crederetur.* Similiter Origenes Prophetarum oracula pasim contra Celsum adhibet, eamque probationem ex prophetis petitan L. 2 vocat, *τεχνοτάτην ἀπόδειξιν validissimam demonstrationem.* Similia quoque habent S. Irenæus, lib. 2 advers. Heres. cap. 12, qui non prophetiarum veritatem miraculis, sed miraculorum Christi veritatem prophetis comprobat; Tertullianus, qui librum suum adversus Judeos hâc absolvit clausulâ: *Hæc aut prophetata nega, quæ coram videtur, aut adimpleta, cùm leguntur; aut si negas utrumque, in eo erunt adimpleta, in quem sunt prophetata;* S. Augustinus (1), Lactantius (2) Eusebius (3), atque innumeri alii. 4^o Ipsa natura veræ prophetie, quæ per se certam dicit eum veritatem connexionem, utpote a solo Deo tanquam causâ efficiente proveniens, demonstrat, invictum ex veris prophetis argumentum ad stabilendam religionem poti posse.*

37. At inquit : Apostolus, 1 Cor. 14, expressè ait :
Itaque linguae in signum sunt non fidelibus, sed infideli

(1) L. 12. adv. Faustum, cap. 46; tract. 58 in Joannem; L. I de Conf. Evang. c. 11.

(2) L. 5 Instit. cap. 5.

(3) *Præpar. L. 4, cap. 3.*

bus; prophetiae autem non infidelibus, sed fidelibus; ergo prophetiae non habent vim argumenti efficacis ad convincendos infideles de veritate christiana religionis, sed duntaxat utiles sunt fidelibus ad illustrationem rem jam creditam. R.: Nego cons. et suppositum, quod hoc loco nomine *prophetiarum* intelligantur vaticinia seu predictiones futurorum; sed, uti interpres consentiunt, hic per prophetias intelliguntur exhortationes sacre seu et interpretationes S. Scripturae, laudes divinae, aut cantus sacri in Ecclesiis, prout patet ex illis verbis initio cit. cap. 3 positus: *Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, et exhortationem, et consolationem.* Unde jam supra num 8, monuimus *nō prophetare non semper futurorum predictionem* (de quā hic agimus), sed interpretationem divinarum Scripturarum, aut laudes Dei vel cantus sacros designare.

Scholion: Reliqua adversariorum (efficaciam prophetiarum ad demonstrandam christiana religionis veritatem inficiantium) argumenta in praecedentibus questionibus jam preoccupavimus, aut in subsequentibus diluemus.

38. Quæres XIV: *Utrum prophetiae alicui possint esse efficaciam argumentum ad stabilendam religionem christianam, etiam si proprie auribus non audierit Prophetas vaticinantes, nec eventum talibus prophetis respondentem viderit propriis oculis?* Resp. affirmativè. Nam 1°, nil velle pro certo habere nisi quod quis propriis oculis vidit, et propriis auribus audivit, extreme pertinaciam et insipientiam indicium est. Si enim nil nobis certum esse posset, nisi de quo ipsimet oculati et auriti testes sumus, sequeretur, quod etiam dubitandum sit de veritatibus, de quibus nemo sans mensuris dubitat, e. g., ac unquam data fuerint Athenæ, Babylon, Ninive, Roma, etc.? Nam istas urbes propriis oculis non vidimus. An unquam data sit Socrates, Plato, Aristoteles, Homerius, Virgilius, Cicerio, etc.? Nam hos tam parum propriis oculis vidi-
mus, aut propriis auribus loquentes audivimus, quam Moysen, Isaiam, Jeremiam, Daniel, aut alium è Prophetis. 2° Utrum, e. g., Jeremias hoc vel illud vaticinans sit; et utrum ejus vaticinia fuerint impieta, est quasi facti; sed quæstiones facti à nobis absque prudenti dubio aut periculo errandi decidi possunt ex testimonio aliorum, si sint testes omni exceptione majores, etiam ipsimet tale factum, e. g., Jeremiam prophetantem, propriis auribus non audi-
verimus, nec eventum prophetæ respondentem propriis oculis videbimus. Nisi enim quæstiones facti ex aliorum fundatissimum testimonio sine periculo errandi decidi possent, pessimè essent constituta tribunalia judicum et magistratus, iisque omnes, qui publica munera gerunt. Hi quippe omnes, si nemini nisi propriis auribus et oculis fidem habere debent, siccissime neque remunerari, quos æquitas ratio postulat, neque reos punire poterunt, prout horum scelerata merentur. Rectè igitur et sapienter credimus testibus omni exceptione majoribus, si de aliquo facto testantur, quod quidem nos propriis oculis non vidimus, nec alio

sensu perceperimus. Quare, cum de existentiâ sacerdotum Prophetarum, et vaticiniorum ab iis editorum, ac eventu his vaticinii respondentे multa milia hominum testata fuerint, et testentur, nullaque prudens ratio sit, omnes hos testes falsitatis arguendi; ac præterea hoc testimonium per constantem et continuam traditionem ad nos usque sit propagatum, non nisi homo protervè contumax aut emotæ mentis, has prophetias factas et impletas fuisse, ac proin easdem esse efficax argumentum ad stabilendam religionem, negaverit. 3° Si ad hoc, ut prophetæ nobis sint efficaciam argumentum ad stabilendam religionem, requireretur, ut ipsimet Prophetas vaticinantes audiremus, simulque eventus prophetis respondentes propriis oculis viderimus, prout quidam deistarum contendunt; sequeretur omnino, quod Deus, quantumvis omnipotens, omniscius et sapientissimus hujus mundi gubernator sit, tamen nec per seipsum, nec per aliquem suorum servorum, mortalibus aliquem even-
tum, qui primum post plura secula eveniet, revelare possit; vel si hoc potest, talis revelatio esset inutilis, esset inefficax argumentum ad aliud demonstrandum, e. g., ad stabilendam religionem, quia illa ab uno eodemque homine non potest simul audiri, et impleta conspici. Atqui Deum vel non posse revelare aliquem eventum post plura secula futurum; vel ejusmodi revelationem fore inutilem, dici nequit sine grandi injuriâ omnipotenti, sapientissimo, et optimo Numini illata. Plura de presenti questione doctissime disserit Cl. Storchenau.

Corollarium: Ex dictis constat, et omnino impianum, et prorsus contemnendum eam rationem esse, quam præter alias deistas sequitur etiam Rousseau, tom. 3, in dialogo quem ibi habet. Nam hoc in dialogo pag. 145, miracula inde negat, quia illa non vidit. Similiter ratione pag. 144, quia neque audivit prophetias, neque testis fuit eventus, quem habuerunt, illas quoque negat.

39. Quæres XV: *An testimonium historicum de existentiâ Prophetarum et prophetiarum ab eis editarum, harumque adimplitione, nihil de sua certitudine amittat ob longissimam temporum, quibus ista contigisse dicuntur successionem?* Resp. negativè. Nam universum notandum est, quod testimonium, quod ob omnes suas circumstantias certum est, propter longam successionem temporum nihil de sua certitudine amittat; id quod Cl. Thomas Cerboni (1) sequenti ratiocinatione demonstrat: «Certitudo rei alicuius, ut per se unicuique patet, pendet ab argumentis ipsius credibilitatis; ergo si argumenta credibilitatis eadem perseverant, ipsa res eodem modo credibilis persistit, atque, quoniam longum tempus fluxerit, tamen argumenta credibilitatis semper eadem perseverant, ergo successio temporum de certitudine rei alicuius nihil detrahit. Ergo contra apertam rationem insisterunt, qui propter successionem temporum certitudinem alicuius facti semper minui, ac tandem

(1) De Theologia revelata tom. 1, l. 2, lemma. 12, pag. 104 et 105

omnino evanescere, geometrica methodo se demon-
strare somniati sunt (1). Infiniti quidem calculi fieri
possunt; verum, si arbitrariis suppositionibus ii
innitantur; quales suppositiones, tales et calculi
sunt. Ut ergo per calculum hac de re institutum
evincatur, rem aliquam aliorum testimonio confir-
matum per successionem temporum suam certitu-
dinem amittere, illud demonstrari debet, testimoni-
um aliorum, quamvis idem perseveret, eamdem
que evidentiam habeat, tamen non esse idem,
eandemque evidentiam non habere, si ad solam
successionem temporum advertatur. Id autem num-
quam evinci posse, quicumque demum calculi insi-
tuuntur, per se manifestum est. Nam quod, semel
verum est, semper est verum, quicunque tandem
successionem temporum præterfluxisse ponatur;
nam successio temporum non facit, ut non fuerit,
quod semel fuit.... Ergo successio temporum veri-
tates rerum non innutat; ergo neque etiam facit,
ut testimonio multorum confirmatum non sit, quod
revera confirmatum fui; ergo testimonium, quod
ob omnes suas circumstantias... certum est, propter
ipsam successionem temporum do sua certitudine
nihil amittit.

Verum ut nullus hac de re ambiguitati, vel ob-
scuritati locus esse possit, *impressio*, quam aliquis
eventus mente causat, à convictione, seu *persua-*
sione, quam inducunt argumenta creditibilitatis, di-
stingenda est. *Impressio* consistit in admiratione,
gaudio, tristitia, aliisque passionibus, que factum
aliquid magni momenti comitari solent; *convictio*
autem, seu *persuasio*, est firma assensio mentis pro-
ter evidentiam, ob quam aliquid revera factum esse
dubitari non potest. *Impressio*, secundum distantiam
temporum atque locorum, datā proportionē minui-
tur, ac fieri potest etiam, ut propter longinquitatem
temporum prorsus evanescat; præcipue si, quod
contigit, neque attentius mediterum, neque ad nos
aliquo modo pertineat. Verum *convictio*, seu *per-*
suasio, eadem omni tempore perseverat, quoadusque
suppetunt eas rationes, qua in illam semel induxe-
runt. Hucusque laudatissimus auctor, qui insuper
addit et recte monet certitudinem alicuius faci, licet propter successionem temporum non minuitur,
tamen successu temporum augeri posse. Verum
enimvero (inquit) propter successionem temporum
alicuius facti certitudinem augeri posse contendit.
Suffragio, auctoritate atque consensione multorum
fieri, ut res aliqua certior evadat, nemo negaverit;
sed quod major fuerit successio temporum, suffra-
gium quoque, auctoritas, et consensio multorum
magis extendi potest; ergo, propter successionem
temporum, alicuius facti certitudo augeri potest;
ergo, si successione temporum factum fuisse con-

(1) Hoc Trajus tentavit, Theolog. Christ. Princip. Mallem. cap. 11, propos. 17, qui etiam eō usqüē
dementie devenit, ut post ter mille quingentos à Chri-
sti ortu annos evangelicorum historian amplius proba-
bile futuram non esse, divinare non dubitaverit.

stet ut multi sapientia, doctrinā, atque sanctitate
præcellentes viri, non solum in rem aliquam (tan-
quam gestam) consenserint, quæ licet suo tempore
non contigerit, tamen omnia creditibilitas argumenta
retineret, sed etiam in defensionem illius tum scri-
ptis laboraverint, tum omne malum sustinuerint, et
ipsam vitam profuderint, res illa prœcul dubio sem-
per certior evadit; sed hoc in omnibus iis contingit,
de quibus cum deisticis disputationem nos habemus,
ergo hec talia sunt, ut propter successionem tem-
porum certiora semper evaserint. Tunc ergo de iis
certiores sunnus, que paucis, quam de iis, que mul-
tis ante annis contigerunt, quando quæ remotiora
sunt, vel non retinent pristina argumenta creditibili-
tatis, vel subsequentiū temporum homines illa ra-
tionabilis de causis in dubium revocant; cate-
rūm, si enī et pristina argumenta creditibilitatis reti-
neant, et homines omnium temporum suo testimonio
constantissimè confirmaverint, dubitari non potest,
quoniam majorem gradum certitudinis semper acqui-
rant.

Corollarium : Ex dictis consideranti facile patet
certitudinem de existentiā sanctorum Prophetarum,
et prophetiarum ab eis editarum, harumque adimple-
tionē propter longam successionem temporū ab illis
usque ad nos extensam, non modō non innutatam,
sed potius auctam fuisse; cū traditio de existentiā
illorum vaticiniorum, corumque adimpletionē sit ant-
iquissima aquē ac constantissima, ad nos usque pro-
pagata.

40. Quares XVI : *An demonstrari possit, quod*
eventus à Prophetis predicti non acciderint fortuitā at-
que casu? — Resp. affirmativē contra famosum Rousseau, qui, ut in dubium revocet, quod in Prophetiis
divinæ virtutis argumentum evidentissimum occurrat,
ait, nunquam fuisse demonstratum, non accidisse
contingenter atque casu, ut eventus prophetiis respon-
deret. Verum contra est 1° : Nil in mundo reapsè fit
casu merē fortuito, sed omnia fiunt juxta sapientissi-
mam Dei ordinationem, ei vel positivē volentis, vel,
si peccata sint, permittentis; quamvis nos mortales
has Dei ordinationes scēpē ignoremus, aut ad eas non
attendamus, sieque multa casu fortuito contingere
nobis videantur. 2° Probē notandum, fieri non posse,
ut, que connexionem inter se nullam habent, semper
inter se quoad omnia etiam minutissima fortuitā, at-
que casu convenient; potissimum verò si pendent à
liberis causis, iisque multiplicib⁹ et omnino diversis
quoad indolem, ingenium, institutionem et alia om-
nia; vel si sint contra naturalem ordinem, consute-
rumque aut nature, aut hominum agendi modum;
sed talia sunt, que factis multo ante tempore prope-
tis omnino etiam quoad minutiora responderunt (1);

(1) Vide Cl. Hermannum Goldhagen, p. 2 Intro-
duct. in S. Scripturam, sect. 4, num. 189, 193, ubi
cum Cl. Houzevillo quatuor ex omni numero pro-
phetias, è quatuor scilicet majoribus Prophetis delibat,
et paulo fusi⁹ ostendit, eos tam multa, tam varia, tam
ab omni expectatione aliena, tam longè à temporib⁹.
quibus prophetarunt, remota distinctissime pre-

ergo evidentissimè constat eventum non fortuitò, aut
casu respondisse prophetiis.

41. Queres XVII: *An Prophetæ contraria docuerint, et sibi contradixerint?* — Resp. negativè. Falsam enim hanc esse Spinosæ contra sanctos Prophetas prolatam calumniam, jam supra, quest. 7, num. 20, ostensum est, et paulò intrà (1) adhuc magis ostendemus.

42. Queres XVIII: *An prophetæ semper sint impletæ, aut implenda?* — Resp.: Prophetæ divinitùs inspiratae, seu quas Ecclesia Romano-Catholica tanquam veras prophetias agnoscit, semper sunt impletæ aut implenda. Contradicunt quidem increduli, et opponunt prophetiam Jonæ de interitu urbis Ninive non impletam; prophetiam Jeremiacæ de Sedeciacæ rege in pace dormitoru, cui tamen ambo oculi effossi, ejusque filii in ipsius conspectu occisi sunt; prophetiam Isaiae de morte regis Ezechie pariter non impletam, et similia. • *Comminationes et promissiones Prophetarum*, inquit Du Marsais (2), sèpè effectu carebant & suo. Jonas predicebat urbem Ninivem intra 40 dies subvertendam; cùm autem eventus vaticinio non respondisset, dicebat Deum, pœnitentiâ Ninivitarum commotum, decretum suum revocasse. Jeremias nomine Dei promittebat Sedecia, ipsum in pace dormitorum; et tamen postea eidem ambo oculi adempti sunt, postquam gemini ejus filii in ipsius conspectu occisi fuissent. • Verùm hi et similes incredulorum assultus contra vaticinia sanctorum Prophetarum vani sunt. Non enim genuinam notionem habent comminatoře sententiæ, qualis fuit illa Jonæ aduersus urbem Ninive. Sententia enim comminatořa solet esse implicitè conditionata, ni resipiscat reus; cùm igitur ante elapsos 40 dies Ninivite resipuerint, mirum hanc est eis fuisse parcitum. Aut an Deus fortassè debuissest pœnitentibus non parcere? Sed, o immanem tyrranidem! hic exclamassent adversarii. Igitur rectè concludimus prophetiam illam fuisse conditionatam, qua conditione non impletæ, nec debebat, nec poterat impleri. Præsensit hoc ipse Jonas; hinc tantoperè drecteavit, exequi mandatum divinum annuntiandi Ninivitis interitum, prout postea afflitus, quia vaticinium suum adversus Ninivem videbat non impleri, orans ad Dominum fassus est his verbis: *Propter hoc præoccupavi, ut fugerem in Tharsis. Scio enim quia tu Deus clemens et misericors es, patiens et multæ miserationis, et ignoscens super malitid.*

Neque se felicit prophetia Jeremiacæ cap. 34, ut Du Marsais blasphemat. Prædixit enim Jeremias Sedecia regi, Jerosolymam expugnandam, ipsum in manus Nabuchodonosoris perterriturum, et captivum addendum fore Babylonem, ibi in pace moriturum, et more regum suorum antecessorum sepeliendum et plangendum; et omnia haec impleta sunt, ut Jeremias

nuntiassè, ut prorsus incredibile sit, illos naturali quādam sagacitate prævidisse, aut eventus his prophetiis exactè respondentem fortuito duntaxat casu contingisse.

(1) Perlege sequentem quest. 48.

(2) Vide Cl. Nonnotte, *Dictionnaire de la religion*, tom. 3, art. *Prophéties*, S. 2, pag. 367.

prædixit. Quamvis enim in captivitate fuerit mortuus, tamen decessit in pace, id est, naturali, non violentâ morte. Hoc enim duntaxat vult sacer textus ibidem dicens: *Non morieris in gladio, sed in pace morieris.* Atque ita evenisse testantur etiam Hebrei in suâ Chronologiâ, quam *Seder Olam*, id est, *Historia seculi* appellant: ubi etiam planctum ei exhibut commemorant (1).

Quod verò attinet vaticinum Isaiae, & Reg. 20, de morte vicina Ezechie, illud fuit conditionatum, sicut prædictio Jonæ de interitu urbis Ninive, ita, ut verborum illorum: *Morieris certè ex vi hujus morbi; juxta naturalem causarum ordinatiōnē, ægritudo lethalis est, nisi Deus extraordinario modo sanet, qui unus mederi jam potest.*

Ita quoque Eliæns, & Reg. 8, quamvis sciverit, Syriæ regem ægrotantem moriturum morte violentâ, quia Hazael illum suffocaturus erat; tamen cum veritate respondit, futurum, ut Syriæ rex convalesceret, nimis intelligendo, quantum ad vim morbi attinet (morbis enim non erat lethalis), et nisi alia mortis causa extrinseca accedat. Et convalnisset etiam, nisi alia vis extrinseca et violenta ægritudini accessisset.

43. Instant I. Auctor operis de *Spiritu Judaismi* ait: *Percipi nequit, quomodo Propheta Judeus (quales erat Jonas) Ninivitas convertere posset, quibus religio Judaïca prorsus erat incognita. Sufficit, quid Ninivite verum Deum agnoverint; quem hanc dubiè agnoscebant, cùm ad eum per pœnitentiā confugerint, ejusque iram pœnitendo placarint. Simile exemplum habemus in Achab, rege Israelis, qui, quamvis idololatra et impius, tamen comminatione plurimorum malorum ab Eliâ factâ territus, se coram Deo vero humiliavit, et temporela veniam obtinuit (2); quâ de re consule Cornelium à Lap. (3), alias interpretes.*

44. Instant II. Auctor citati operis de *Spiritu Judaismi*, aliique increduli (4), dicunt: • *Mos Prophetarum erat, ut, quando falsa prædixeret, ad honorem suum in tuto ponendum dicerent se à Domino delatos fuisse, Dominum ad se misisse spiritum mendacem, ut ii, quos perire volebat, falso vaticinio decepti, in ruinam præcipitarentur. Sic quadrigeniti Prophetæ Domini deciebant Achab regem Israel et Josaphat regem Juda, eis præcindendo felicem exitum pugnae aduersus Syros inœnde. Solus propheta Michæas veritatem fassus est. Jeremiacæ contradixit Propheta Hananiæs, cui Dominus prorsus opposita vaticinijs Jeremiacæ inspiravit.* — Resp.: Hæc incredulorum objectio sequentes falsitates complectitur. 1° Falsum est ullibz in sacris Litteris scriptum esse, quod Dominus suos Prophetas decepit, aut in suos Prophetas spiritum mendacij immiscerit. Dicit quidem Deus per os Ezechieli Prophetae cap. 14,

(1) Vide Tirimūn Comment. in Jerem. 34, 5.

(2) 5 Reg. 21, 20, usque ad finem hujus capituli.

(3) Comment. in 3 Reg. 21, 27 et 29.

(4) Tindal, c. 15, p. 232 et 233, Bible expliquée. Morgan, tome 2, p. 165, 205.

1. 9 : *Propheta cum erraverit, et locutus fuerit verbum; ego Dominus decepi prophetam illum.* Sed agit ibi de idolatriis et pseudoprophetis, ac sensus est : *Decipi illum permisi; toleravi ejus mendaces prophetias et promissiones, ut per eum puniam interrogantes idola et horum prophetas.* Sermo enim hoc loco sicut etiam capite precedente, est de falsis prophetis, qui fallaci response populum decipiebant, et simulabant se esse Prophetas Domini, quales tamen non erant. Unde illis comminatur Dominus, Ezech. 13, 3 his verbis : *Vx prophetae insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident!* Similiter quadringenti illi impostores, qui Achabum et Josaphat falsa predictione deceperunt, non erant Prophetae Domini, sed pseudoprophetae Achabi regis impii et idololatræ. Certè ex S. Scripturâ clavè patet, non hos pseudoprophetas, sed solum Michæam ibi fuisse Prophetam Domini. Nam ita, 3 Reg. 22, 6, legimus : *Congregavit ergo rex Israel prophetas quadringentos circiter viros... Dixit autem Josaphat : Non est hic Propheta Domini quispiam, ut interrogemus per eum?* Et ait rex Israel ad Josaphat : *Remansit vir unus, per quem possumus interrogare Dominum; sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Gemla.* En! solus Michæas (1) appellatur ab Achabo Propheta Domini, et ex toto illo capite 22 l. 3 Reg. manifestum est, non quadringentos illos viros, sed solum Michæam ibi fuisse Prophetam Domini. Et profectò ipse solus geminis illis regibus veritatem non dissimulavit; sed exauditus non est, imò loco premii in carcere à rege Achabo detrusus est, 3 Reg. 22, 26, 27. Porrò, dūm cit. cap. v. 25, Deus dicitur *deditis spiritum mendacii in ore omnium prophetarum*, i. e., pseudoprophetarum, eo solum sensu spiritum mendacii illis deditis dicitur, que magnos peccatores excusat et inducat; hoc est, permettebat, eos à spirito mendace obsideri et decipi; ut interpres orthodoxi (2) rectè exponunt.

2° Falsum est, quòd Propheta Domini deceperint regem Achab. Hic enim, ut modò demonstratum est, non à Prophetis Domini, sed à suis pseudoprophetis deceperit.

3° Falsum est, quòd Dominus Hananiae id, quod erat oppositum vaticinio Jeremiae, inspiravit. Hananiae enim non fuit Propheta Domini, sed pseudopropheta, quem Jeremias, verus Propheta Domini ita est allocutus : *Audi, Hanania, non misit te Dominus, et tu confidere fecisti populum istum in mendacio.* Idcirco hæc dicit Dominus : *Ecce mittam te à facie terra; hoc anno morieris; adversum enim Dominum locutus es. Et mortuus est Hanania propheta in anno illo, mense septimo,* Jer. 18, 15, 16, 17.

(1) Iste Michæas est alius et diversus ab alio Michæa, qui inter minores Prophetas sextus est positus. Ille enim prior alterum Michæam centum et pluribus annis præcessit; quoniam prophetavit sub Josaphat et Achab; alter vero sub Joathan, Achaz et Ezechia; ille prior in Israel, alter in Iuda.

(2) Vide Cornelium à Lap., Tirinum, alios probatos interpres Comment. in Ezech. 14, 9. Item in 3 Reg. 22, 20 et 22.

45. Instant III. Apostoli vicina annuntiari finem prædicti. Unde etiam quidam Patres opinabantur propinquum esse mundi interitum; et tamen hæc prædictio Apostolorum post septemdecim secula nondum est implita; ergo non omnes propheticæ, quas Christiani tanquam divinitutis inspiratas venerantur, implete sunt. — Resp. : Apostoli non hoc sensu propinquum mundi finem dicebant, quasi post paucos dies vel annos mundus interitus esset. Hanc enim opinionem expressè rejecit D. Paulus, et in Epistolâ 2 ad Thessalonicenses monet fidèles, ne se falsa hæc persuasione insici sinerent : *Rogamus autem vos fratres, ait 2 Thess. 2, 2, ut non citò moveamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum (quasi diuum, aut propheticum), neque per sermonem (scilicet nostrum; erant enim qui mentiebantur, se ex ore Pauli audisse, quòd instaret dies Domini); neque per Epistolam tanquam per nos missam (h. e., si quis epistolam aliquam tanquam à nobis scriptam proficeret), quasi instet dies Domini.* Itaque longè alio sensu in sacris litteris vicinus dicitur mundi finis; quia nimirum ultima est mundi ætas. Si enim tempus omne ab origine mundi usque ad illius finem dividamus in primum, medium et novissimum, sive in legem naturæ, Moysis, et gratiæ, tempus legis gratiæ (licet ad multa secula extensus) est ultimum, cui aliud non succedit, sed sola æternitas. Sic apud Isaiam 2, 2, dicitur in novissimis diebus (h. e., in novissimo tempore, puta Messiae) *præparatus mons domus Domini in vertice montium, etc.* Sic etiam, quandò S. Joannes, Epist. 1, cap. 2, v. 18, inquit : *Filioli, novissima hora est, intelligi ultimam mundi ætatem, quà venturus est Antichristus, et ejus præcursoris (1), vel etiam idè præquinque dici potest mundi finis, quia licet plura sint secula usque ad extremi judicii diem, tamen apud Deum mille anni sunt instar unius diei, prout S. Petrus modò allatam incredulorum objectionem preoccupans, distinctè ait, Epist. 2, cap. 3, v. 3 et seqq. : Venient in novissimis diebus illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes : Ubi est promissio aut adventus ejus? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturaræ... Unum verò hoc non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. Ex quibus verbis patet, quòd Apostoli sensa incredulorum plenè prænoverint, et quòd id, quod nostra ætatis pseudo-philosophi tanquam fructum doctæ soæ inquisitionis evulgant, in Apostolorum scriptis jam ante septemdecim secula refutatum fuerit.*

Cæterum, si aliqui Patres finem mundi tanquam proximum per errorem annuntiariunt, id mirandum non est; cùm Christus ipse, Matth. 24, dixerit, quòd de die illâ et horâ nemo sciut, neque angelî calcrum, nisi solus Pater. Sunt autem alii Patres, qui mundi finem non tam præquinquam esse, asseverârunt. Sic S. Chrysostomus, homil. 9 in Matth., ait : *Moram autem*

(1) Vide Menochii Comment. in 1 Joan. 2, 18.

faciens sponso... non parvum temporis spatium interjectum ostendit.

46. Queres XIX : *An libri Prophetarum V. T. sint authentici, vel potius supposititi, seriū confici, ac Prophetis illis falso attributi?* — Resp. : Sunt authentici, nec seriū confici, nec Prophetis illis falso attributi. Antequād id probem, observo, quod olim contrarium senserit Porphyrius, et postea Spinoza, ac post hunc magna caterva incredulorum philosophorum. Porphyrius quidem propriis impugnabat solius Danielis prophetias, et eam duntaxat ob causam, quia illæ ipsi videbantur nimis clare et aperte; sed Porphyrii sectatores jam audacieores facti, ex simili causa etiam cæterorum Prophetarum vaticinia carpebant, sed contra est : Liber Danielis jam diū ante Antiochi tempora exiit; nam teste Josepho, lib. Antiq. 11, cap. 8, Jerosolymis à summo pontifice Jaddus appellato hic liber ostensus est regi Alexandro M., qui non solum extraordianariam reverentiam summo pontifici et memorato libro exhibuit, sed etiam Judeos singularibus favoribus exim prosecutus est. Verba Josephi Judei loc. cit. sunt : « Alexander... in urbem (Jerusalemam) pervenit, et ascendens in templum... pontifici quoque suum honorem habuit. Ostensoque sibi Danielis libro, in quo Græcum quemdam Persas debellatur significat, hunc ipsum se esse interpretatus, latus dimisit multitudinem. Sequenti verò die, votatis eis (i. e., Judeis), jussit, ut, quidquid vellent petenter. Pontifice autem petente, ut patris legibus vivere sibi liceat, atque septimo quoque anno cedecetur eis tributorum immunitas, concessit omnina, » etc. Jam verò stabilità hæc veritate, quod liber Danielis Prophetæ jam tempore Alexandri M. extiterit, hoc ipso omnis timor panicus, ne fors iste liber suppositius, aut ab impostore aliquo confectus, et Danieli fraudulenter attributus sit, evanescit. Is enim, qui hunc dolum nectere voluisset, ipsem detubuisse verus esse Propheta, qui in scriptis Danielis multa facta prædicuntur, que diū post mortem Alexandri M. contigerunt. Sic cap. 9, v. 26, Angelus Gabriel Danieli prædictit devastationem civitatis Jerusalem, et templi à romano exercitu duece Tito factam. Sic cap. 11, prædicuntur bella posteriorum Alexandri M., puta Seleucidarum regum Asiae et Ptolomeorum Egypti, ac tandem, v. 21, sermo fit de Antiocho Epiphane, in quo Antichristus, ejusque tyrannis describitur.

Porrò, si Danielis scripta (ut hactenus ostendimus) authentica et nequaquam supposita sunt, tunc neque de scriptis Jeremiæ aliud suspicari licet. Huic enim Daniel testimonium perhibet, dūm eum nominat Prophetam, et ad ejus vaticinia provocat, dicens, cap. 9, v. 2 : *Anno uno regni ejus (Darii), ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam Prophetam, ut comprehenserent desolationis Jerusalem septuaginta anni.*

Quod autem Prophetias Isaiae, cæterorumque Prophetarum atinet, ex tam arcto nexus cum totâ historiâ populi Judaici cohærent, ut nemo ex gravi aut ve-

risimili quâdam ratione de illarum authentiâ dubitare queat. Et universim loquendo, edicant increduli, si possunt, et nominent virum, à quo, locum ubi, et tempus exactè determinent, quo dolosa illa suppositione fictarum prophetiarum facta sit; sed ita ut antiquisissime et perenni Patrum traditioni non contradicant. Profectò id non poterunt. Unde manemus in possessione, et contra quenvis incredulum aut scepticum palam asserimus, quod Prophetæ Judaici populi res futuras reapsè predixerint; et quidem ejusmodi res; quæ humani intellectus ac perspicaciam sphaeram longè superant, uti jam supra, quæst. 7, num. 16, demonstravimus.

47. Corollarium. Ex dictis patet falsum quoque esse, quod prophetæ, quas in scriptis veteris Testamenti habemus, primum post adventum Christi à Christianis fuerint confictæ, et in libros V. T. intrusaæ, ut Christus et religio christiana divinitus prænuntiata et approbata videtur. Falsa, inquam, et apprime injuriosa haec assertio est; cum veras esse, non suppositas prophetias, quas in libris V. T. habemus, ipsi etiam Judæi, infensissimi hostes Christi et religionis christiana semper fassi sint, et hodiæcum fatentur. Præterea, genuinas et non confictas esse illas prophetias, sed divinitus inspiratas, declaravit Ecclesia, illas ponendo in Canone librorum divinorum, Ecclesia, inquam, Romano-Catholica, quæ in rebus fidei et morum, adeoque etiam in proponendo fidelibus Canonis sacrorum librorum, est infallibilis iudex, prout orthodoxi theologi in tractatu de Religione ex instituto ostendere solent.

48. Queres XX : *An prophetæ etiam falsis sectantur?* Resp. negativè. Nam omnis propheta, si sit propriè talis, est à Deo auctore qui falsam religionem signis aut prophetiis approbare nequit. Certe oracula gentilium non erant prophetæ propriè tales, ut supra, num. 25, ostendimus.

49. Queres XXI : *An etiam homines nequam et peccatores possint habere, et quandoquæ habeant Spiritum propheticum ac prædicant verum?* Resp. affirmativè. Verè enim prophetarunt Balaam et Caiphas uterque sceleratus, prout alibi jam diximus. Rationem autem, cur donum prophetæ etiam malis hominibus communicari à Deo possit, et quandoquæ iis communicetur, S. Thomas (1) assignat istam, quia Deus utitur etiam malis in utilitatem honorum, atque ita fit, ut veritas magis credibilis evadat, quia etiam ei adversantium testimonio confirmatur. Verba doctoris Angelici loc. cit. sunt : *Deus utitur etiam malis ad utilitatem honorum. Unde et per Prophetas daemon aliqua vera prænuntiat; tum ut creditior fiat veritas, quæ etiam eis adversariis testimonium habet, tum etiam quia cum hominibus talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur.* Aliam adhuc rationem idem S. doctor alibi affert, scilicet hanc, quia donum prophetæ est gratia gratis data, quæ aliqui conferri potest, quin eidem conferatur gratia gratum faciens, i. e., gratia sanctifi-

(1) 2-2, quæst. 172, art. 6, ad primum.

cans, per quam homo sit amicus Dei. « Bonitas hominis, inquit laudatus S. doctor (1), in charitate consistit, per quam homo Deo unitur. Quaecumque ergo sine charitate esse possunt, communiter inveniri possunt in bonis et malis. In hoc enim divina bonitas praecepit commendatur, quod tam bonis quam malis utitur ad suum propositum implendum, et ideo utriusque tam bonis, quam malis, illa dona largitur, quae ad charitatem necessariam dependentiam non habent. Propheta autem non habet necessariam quamdam colligantiam cum charitate propter duo: primò, quia propheta est in intellectu, charitas in affectu..... Secundò, quia propheta datur alicui propter utilitatem Ecclesie, et non propter seipsum. Contingit autem aliquem utiliter quantum ad aliquid deserire Ecclesie, qui in se bonus non est... Unde propheta et operatio miraculorum, et ecclesiastica ministeria, et alia hujusmodi, quae ad utilitatem Ecclesiae conferuntur, inveniuntur quandoque sine charitate, quae sola homines bonos facit. »

Observandum tamen hic est, quod donum prophetice quamvis sit gratia gratis data in utilitatem aliorum destinata, tamen etiam in utilitatem eorum, quibus hoc donum conceditur, dari possit, et sepè detur; et tunc Deus per gratiam gratis facientes seu sanctificantem sese transfert in animos eorum, quibus donum prophetice communicatur, eosque Prophetas simul, et amicos suos constituit. Si autem prophetae donum ad utilitatem aliorum solumente communicatur, tunc nulla hujusmodi gratia transfusio fit in eos, quibus communicatur. Dicendum, inquit S. Thomas (2), quod donum prophetiae aliquando datur homini et propter utilitatem aliorum et propter propriæ mentis illustrationem; et hi sunt, in quorum animas sapientia divina per gratiam gratum faciem tem se transferens amicos Dei et Prophetas eos constituit. Quidam verè consequuntur donum prophetice solum ad utilitatem aliorum, qui sunt quasi instrumenta divina operationis. Unde Hieronymus dicit super Mathaeum, c. 7, v. 22: *Prophetare, et virtutes facere, et demona ejicere, interdum non est meritis ejus qui operatur, sed vel invocatione nominis Christi hoc agit, vel ob condemnationem eorum, qui invocant, et utilitatem eorum, qui vident et audiunt, conceditur.*

50. Queres XXII: « Quomodo ille textus Deuter. XIII, 1, 2 et 3: *Si surrexerint in medio tui Propheti, aut qui somnium se vidisse dicat, et predixerit si gnum atque portentum, et evenerit, quod locutus est, et dixerit tibi: Eamus et sequanur deos alienos.... non audies verba prophetæ illius aut somniatoris, intelligendus sit? Aut an Spiritus propheticus eum alicui communicetur ad confirmandam doctrinam falsam, e. g., sequendi deos alienos, et exercendi idolatriam? » Resp.: Donum prophetice nulli communicatur à Deo ad confirmandam doctrinam falsam: neque citatus textus id dicit, sed longè alio sensu*

habet. Afferunt autem interpres orthodoxi triplicem hujus textus expositionem, quarumnulla concedit, aut supponit, donum prophetice dari posse ad confirmandum falsum. Prima expositio est eorum, qui dicunt in citato textu esse argumentationem ex hypothesi impossibili, quæ interdum in loquendo uti solemus, ita ut sensus sit: Etiam si fieri posset (quod tamen impossibile est), ut quis veram prophetiam cum eventu et miraculo conjunctum ederet, et sic ad idolorum cultum incitaret, talis audiendus non est; fermè sicut Paulus, Galat. 4, 8, ait: *Licet nos aut Angelus de celo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Altera expositio est, quod in citato Deuteronomii loco sermo esse videatur de homine, qui fingeret se per somnum habuisse visionem rei futuræ, et qui eventu, quem naturali sagacitate prævidet, prænuntiato, ad idolatriam incitaret. In hoc casu jubet Deus eventum hujusmodi non curare; cum satis ex perversâ talis somniatoris doctrinâ pateret, divinam ac propriâ taleni prophetiam hic esse non posse. Tertia denique, et Tirini, aliorumque iudicio genuina expositio est hæc: « Propheta, sive à Deo is sit, sive à demone afflatus; sive falsa edat prodigia et facta ad suscipe doctrine confirmationem, sive vera olim ediderit ad veritatem confirmandam, atque his nomine et auctoritatem veri Prophetæ comparari; si tamen post contingat, ipsum idolatriam sudare, et nullo modo audiendus est; qualiscumque tandem ille Prophetæ sit, quantumcumque signa ediderit, et quantumcumque portenta, quæ prædixerat, eveniant. » Talis Prophetæ fuit, e. g., Balaam, qui veras fuit prophetæ, et res futuras, longè remotas, et veras prædictas. Sic de regno Christi, instar stellæ ex Israële nascituri, item de Analec, de Cinais, de regno Romanorū, corumque excidio, Num. 24, vaticinatus est. Nihilominus mansit in iniustiate sua, et scelerato consilio suo Israelitas ad idolatriam et impudicitiam induxit.

51. Queres XXIII: *An et quomodo prophetiae veræ à falsis discerni possint?* Resp.: Characteres veræ prophetiae sunt sequentes. 1^o *Prophetæ eventus*, hoc est, si quæ propheta prædictit, ipso eventu compleantur. Unde in Scripturâ, Deut. 18, hoc signatur signum, falsum prophetam à vero discernendi: *Quod si tacita cogitatione responderis: Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? Hoc habebis signum: Quod in nomine Domini propheta ille prædictarit, et non evenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui Propheta confinxit, et idcirco non timebis eum.* Duo tamen hic sunt notanda: 1^o, quod hic character, scilicet prophetæ eventus, ad veritatem prophetice solum requiratur, si aliquid *absolutum*, non verò si *conditionatum* prædicatur, et conditio non impletatur. 2^o Quod solus hic character non semper sufficiat ad existentiam prophetice propriæ talis demonstrandam, si nempe aliiquid prædicatur, quod etiam naturali sagacitate prævideri potest. 2^o *Doctrinæ veritas.* Si enī propheta aliiquid continet repugnans veritati bus jam antea vel ex revelatione, vel ex rectâ ratione

(1) De Veritate, quest. 12, art. 5.

(2) 2-3, quest. 172, art. 4, ad tertium,

certis, non est vera, sed spuria propheta. Hinc Paulus, 1 Cor. 12, 3, ait : *Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu*; ergo propheta divinitati Christi contradicens, hoc ipsospuria est et adultera. 3^a *Prophetia claritas suo tempore apparet*; nam propheta debet habere sensum determinatum, ita ut saltem post eventum clara fiat. Sic, e. g., propheta de excidio templi et Jerosolymae, Dan. 9, v. 26, his verbis expressa : *Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo*, omnino perspicua est, postquam exercitus romanus duce Tito Jerosolymam expugnavit, templo et urbem devastavit. 4^a *Miracula*, quae si prophetae confirmandas accedant, maximam probandi vim illis conferunt. Plura de signis et characteribus vere prophetae à falsis discernenda apud Calmetum (1) et Sigism. Storchenau invenies.

52. Corollarium. Ex dictis potest frivolum ac infirmum esse incredulorum (2) argumentum, dūm aiunt, nihil ex prophetis probari posse; quia dūm illæ sunt aut siebant, nondūm discerni poterat utrū sint vere vel falsa. Nam, etiamsi ab initio hoc dubium fuisse, tamen dubitatio de veritate prophetiae cessasset, postquam illa impleta est. Consensus enim predicti eventus cūm vaticinio, quo prædicebatur, clarum indicium est illud vaticinium fuisse verum, et illius auctorem non esse falsum Prophetam; notanda tamen ea, que hāc re numero precedente observavimus. Ceterum falsi prophete semper facile discerni poterant, quia omnibus temporibus sui similes erant, impensis hominibus adulantes, impunitatem scelerum ac pacem falsò promittentes, et contemptum religionis divinæque justitiae inculcantes; sicut nostrā aetate solent facere increduli, et pseudophilosophi. Certè falsi prophete nunquam decepterunt alii, nisi volentes.

53. Quæres XXIV : *An ab origine mundi usque ad ultimam Ecclesie tempora sint Prophetæ?* Resp. affirmativè. Nam Prophetæ in lege naturæ erant Adam (3) suo cum Eva conjugio præsurgans communium mysticum Christi cum Ecclesiæ; Noe predicens diluvium; Abraham, Isaac et Jacob de rebus diu post futuris à Deo instructi, aliquie. In lege Mosaicæ prophetarum Moyses, Samuel, David, Elias, Eliseus, pluresque alii, quibus accenseri possunt summi pontifices, per *Urim et Thummim* oracula (4) reddentes. Prae aliis autem nomine Prophetarum V. T. veniunt ii, qui vocantur Prophetæ Majores, nimirum Isaías, Jeremias, Ezechiel, Daniel, vel Minores, Oseas, Joel,

(1) Prefat. general. in Prophetas, artic. 4.

(2) Espr. du Judaïsme, c. 9, p. 127, Philos. de l'Hist., cap. 43.

(3) Genes. 2, 21 et 23, ubi : cūm Deus Adamo immisit zooprem cum extasi mentis conjunctum, is spiritu propheticō cognovit matricimonium naturale esse figuram unionis Christi cum Ecclesiæ. Vide interpretes orthodoxos in cit. loc.

(4) Quid in rationali summi pontificis fuerit *Urim et Thummim*, et quomodo Deus per *Urim* et *Thummim* summo Pontifici responderit, seu oracula dededit, explicat Cornelius à Lap. (5), Tirinus (6), Goldiagene (7), solent oculis subjicere tabulam chronologicam Prophetarum tam majorum, quam minorum.

Amos, etc., quorum vaticinia sub nomine Prophetarum in sacris Bibliis continentur. Denique, in lege gratiae apparuit summus Prophetarum, et Prophetarum auctor Jesus Christus, in quem tanquam scopum collimant tota lex et Prophetae. Præterea dominum Prophetie in lege novâ Deus communicavit (8) Mariæ sanctissimas matri sue, Zacharie, Simeoni, Joanni Baptiste, quos sequebantur Apostoli, plures viri Apostolicī, continuâ quasi successione in Ecclesiâ catholica dono prophetie illustres; uti testantur S. Justinus (2) et S. Augustinus (3) de suis temporibus; de aliis vero seculis Thomas Bozius (4), et theologi polemici passim.

54. Quæres XXV : *Quomodo intelligendum illud Luc. 16, 16 : Le Prophete usque ad Joannem; et cùm tamen usque ad ultima Ecclesiæ tempora prophete aliqui fuerint?* Resp. : Dictum illud Christi Domini intelligendum est de illis solū Prophetis, qui de primo Christi adventu in hunc mundum prophetarunt; non de illis, qui vel de secundo ejusdem adventu in extremâ iudicii die, vel de aliis quibusvis rebus aliqua prædixerunt. Nam, ut de aliis nihil dicam, Agabus post Joannem Bapt. ab ipsis S. Scripturâ vocatur Propheta, act. 21, 10, et famam generalem vaticinatus est, ibid., 11, 28, ac S. Paulo prædictit, fore ut Jerosolymæ in vincula conjiciatur, ibid., 21, 11, S. Joannes quoque in Apocalypsi vernus est Propheta, librumque suum in ultimo Christi adventu ad iudicium extremum terminat.

55. Quæres XXVI : *Quinam, et quot numero dicuntur Prophetæ V. T. MAJORES et MINORES?* Resp. : Prophetæ, qui dicuntur *majores* et *minores*, sunt universim sexdecim, nimirum quatuor majores, Isaías, Jeremias, cui juncutus est Baruch ejus amanuensis, Ezechiel, Daniel. Atque hi ob prophetias suas fusiores appellantur quatuor Prophetæ *majores*. Séquuntur duodecim minores, nimirum Oseas, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Ilahacue, Sophonias, Agæus, Zacharias, Malachias, idèo dicti Prophetæ *minores*, quia vaticinia sua libellis brevioribus sunt complexi; licet ceteroquin auctoritate canonica omnino parés sint Prophetæ majoribus.

56. Quæres XXVII : *Quo tempore Prophetæ majores et minores prophetaverint, et an eo ordine, quo in sacris Bibliis ponuntur?* Resp. : Ad intelligendam vaticinia Prophetarum tam majorum, quam minorum, magnopere refert scire chronotaxim seu tempus, quo quisque illorum Prophetarum vaticinatus est. Hinc scripturistæ, nominatim Cornelius à Lap. (5), Tirinus (6), Goldiagene (7), solent oculis subjicere tabulam chronologicam Prophetarum tam majorum, quam minorum.

(1) In Cantico *Magnificat*.

(2) Dial. contra Tryphon.

(3) L. 5 de Civ. c. 26.

(4) De Signis Ecclesiæ Dei tom. 1, l. 6, signo 19. Item tom. 2, l. 22, cap. 3, pag. 424.

(5) Ad initium Commentar. tam in Prophetas majores, quam minores.

(6) In Chronico sacro ante Commentarium suum in S. Scripturam positio, cap. 30.

(7) Part. 2 Introduct. in S. Scriptur. num. 209.

Et quanvis haec tabulae inter se discrepant quoad figurandum annum mundi, quo primus Prophetarum istorum, nempe Oseas, prophetare coepit; tamen omnes in eo conveniunt, quod Prophetae tam maiores, quam minores intra spatium 300 annorum circiter, aut certe non ultra spatium 400 annorum flourerint.

Porrò scire expedit, quinam eorum ante, in, aut post captivitatem Babyloniam vaticinati sint. Ante captivitatem prophetarum Oseas, Joel, Amos, Isaías, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum; Jeremias vero prophetauit paulò ante captivitatem Babyloniam, et durante ipsa hac captivitate, quae contigit sub Sedecia rege Juda. Circa idem tempus prophetarum Habacuc, Sophonias, Baruch, Ezechiel. Unde colliges, quod Jeremias et Ezechiel eodem tempore vaticinati sunt; Jeremias quidem in Iudea, Ezechiel in Babyloniam: idem erat utriusque Prophetæ argumentum, hoc solo discrimine, quod, quæ, Jeremias clare et aperte Iudeis Jerosolymæ; eadem Ezechiel in Babyloniam testè per figuræ et enigmata proposuerit; quod ideo fecisse creditur, quia noluit sua innotescere Babylonii, ne hi causam inde sumerent irridendi et vexandi Judicos, sed voluit illa à solis popularibus suis intelligi, quibus ipsem et omnia explicabat. Circa idem tempus in captivitate Babyloniam clarere coepit sub Nabuchodonosore Daniel, et Prophetam egit usque ad tempora Cyri. Post redditum Iudeorum ex captivitate Babyloniam fluerunt Aggeus, Zacharias et Malachias.

Præterea, notandum, quod ex predictis Prophetis aliqui etiam ante eversionem regni Israel (hoc est, antequam decom tribus ad Assyrios abducerentur) vaticinati sunt. Nam Oseas, Amos, Isaías et Michæas non tantum de regno Juda, sed etiam de regno Israel, ejusque interitu prophetarunt; ceteri ex predictis Prophetis fermè unicè regnum Juda respiciunt. Voluit nimis Dux tot Prophetas intra spatium 300 annorum (vel certe non ultra spatium 400 annorum) ad regnum Israel de Juda mittere, ut lapsos in abominationa sceleris, præsertim idolatriæ de imminente poena premoneret, et ad avitam religionem ac Deum patrum suorum revocaret.

Denique ad partem alteram praesentis questionis dico Prophetas eo ordine temporis prophetasse quo in nostris Biblitis ponuntur, nisi quod quatuor maiores Prophetæ cum Baruch preponantur Prophetis minoribus, etiam si non hos omnes tempore præcesserint. Nam teste Cornelio à Lap. (1) (cui haec in re etiam ceteri scripturistæ ferme in omnibus consentiunt) primus secundum seriem temporis, quo vaticinati sunt, fuit Prophetæ Oseas; secundus Joel; tertius Amos; quartus Isaías; quintus Abdias; sextus Jonas; septimus Michæas; octavus Nahum; nonus Habacuc; decimus Sophonias; undecimus Jeremias; duodecimus Baruch; tredecimus Ezechiel; quatuordecimus Daniel; quintusdecimus Aggeus; sextusdecimus Zacharias; septimusdecimus Malachias.

(1) In Prophetas Proæmio, quæst. 4.

Hæc de prophetiis et Prophetis generatim sumptis (maximè in ordine ad scopum nostrum contra incredulos) adnotâsse sufficiat. Plures adhuc Canones seu regulas, quæ ad intelligentes propheticos S. Scripturae libros apprimè serviant, erritissimè recentent Salmeron (1), Cornelius à Lap. (2) Calmet (3), aliisque.

SECTIO II.

DE PROPHETIS MAJORIBUS.

CAPUT PRIMUM.

De Isaïd.

Isaías secundum etymon nominis sui, Jeschahaj, *Salus Domini*, in vaticinis suis regnum Israelis, præcipue tamen regnum Iudeæ spectat, quam historiam licet respiciat, permagnâ tamen curâ circa vocationem gentium, et Jesu Christi adventum, predicationem, passionem, mortem, regnumque versatur. Porrò hic Prophetæ fuit vir per omnia magnus, puta primò splendore generis, utpote regiâ stirpe ortus (4). Secundò vita sanctitatis; ut patet ex ejus scriptis, et ex communī Ecclesiæ sensu, in quâ pridem receptissimum fuit, huic Prophetæ titulum sancti attribuere (5). Tertiò, eloquentiâ, quæ ut aulicus et è regiâ stirpe, et regiâ educatus, plurimum valuit. Unde à S. Chrysostomo (6) merito *Propheta vocalissimus et magniloquissimus* vocatur: à Grotio vero Demostheni; à Mornao Tullio Ciceroni; à Heideggero fulgoranti Pericli comparatur; immò Gaspar Sanctius neminem illi vel oratorem vel poetam, vel historiem conferendum putat, utpote quos omnes eloquentiâ styloque sublimi longo post se intervallo relinquit, nobilitatem generis sui ipsa dictione præ se ferens. Scripsit autem Librum suum hebraicæ, quem 70 Interpretæ in linguam græcam, S. Hieronymus in latinam transtulerunt; quamvis hodiè translatio græca ab hebraico et latino textu bine inde discrepet. Quartò, constantiâ in adversis, et glorioso martyrio. Nam serrâ lignæ ab impio rege Manasse dissecutum fuisse, quod regem et principes acrisùs increpat, communis est Hebreorum traditio, inquit Tertullianus. Hieronymus, Basilius, Ilaymo et alii. De magnificis ejus sepulturâ et egregiis miraculis multa referunt Epiphanius et Dorotheus.

57. Quæres 1: « Quid de vaticinii Isa. 7, 14, etc. : Ecce virgo concipiet et pariet filium, etc., exposi-

(1) Prolegom. in S. Scripturam, proleg. X, canon. 35, usque ad Canon. 48.

(2) Vide in fronte Commentarii hujus auctoris in Prophetas majores, Proæmium et Canones, qui facent præferunt intelligendos Prophetis; item Proæmium et Canones, in 12 Prophetas minores.

(3) Præf. General. in Prophetas.

(4) Isaías fuit nepos Amasis regis Juda, ex fratre, patruelis et sacer Manassis, ut teste Hieronymo in cap. 20. Ita Hebrei tradunt.

(5) In Martyrologio Romano annuntiatur die sextâ juli memoria S. Prophetæ Isaïæ, cofiturque is tam in Ecclesiâ græca, quam latinâ; quemadmodum in Actis sanctorum à Bollandistis conscriptis, tom. 2 mensis juli, pag. 250 et 251, fuse demonstratur.

(6) Homil. 8 in Genes. et Homil. 40 in 1 ad Cor.

tione, quam auctor impii libri *Horus* dicti excogitavit, sentiendum sit? Antequam respondeam, aliquas annotationes premittere oportet. Primo notandum, quod memorati libri auctor, qui sub assumpto *Horus* nomine latere voluit, in detestando opere suo inani loquacitate ostendere conetur, libros propheticos S. Scripturae nūl aliud continere, quam hieroglyphica veterum *Ægyptiorum* et Orientalium malè intellecta. Atque hoc videtur esse una (1) ex rationibus, cur ideo auctor sibi adoptaverit fictitium nomen *Horus*. Sicut enim seculo V, quidam grammaticus *Horus*, *Apollo* appellatus fragmenta veterum *ægyptiacorum* hieroglyphicorum greco sermone explicavit (2); ita recentior ille nostræ atatis *Horus* prophetias in sacris Litteris contentas, quæ ipsius opinione eamdem cum hieroglyphicis veterum *Ægyptiorum* et Orientalium originem habent, ad horum normam expонere adlaborat (3). Secundum notandum, quod idem auctor illud Isaiae vaticinum: *Ecce Virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel..... Quia antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum, derelinquet terra quam tu detestaris à facie diuorum regum suorum, in memorato libro suo (4) sequentibus verbis (quæ ex germanico in latinum translata, lectori ob oculos ponimus) exponat: En denū allusio fit ad juvenem *Horum*. Notum est, quod cœlestis Virgo, juxta opinionem *Ægyptiorum* fuerit Isis, mater *Hori*. Ea hunc singulis annis pariebat, quandò sol ex signo cœlesti Virginis ad librum transibat. Quandiu autem sol in his ambobus regibus cœli, puta in leone et virgine morabatur, tamdiu *Isis Horum* gestabat in utero, et omnis regio, exundante Nilo, tegebatur, hoc est, à gemino illo cœlesti signo quodam modo deserta erat. — At Propheta (nimis Isaías) ipsem nesciebat, quod virgo illa sit Isis, et Emmanuel sit juvenis *Horus*; ideo Emmanuel facit Messiam Iudeorum..... pro ambo bus verò illis regibus coli (leone et virgine) duos reges, nimis tamen regni Juda, et regni Israel substituit. Ita fabulosus ille auctor. Sed resp. et dico: Hanc memorati vaticinii Isaiae expositionem esse fal-*

(1) Dixi una ex rationibus, etc. Potuit enim etiam alia esse, scilicet illa, quam ipse *Hori* liber totus indicat. Omnia enim in eo plena sunt hieroglyphicis ad *Horum*, aut melius loquendo ad antiquissimum *ægyptiacum* idolum allusionibus. Ubicumque auctor pestiferi hujus libri audeat Prophetas et Evangelistas exponere, *Horus* ipsi quodammodo instar clavis servire debet ad aprienda nescio que enigmata, quæ nullus aliud S. Scripturae interpres haecne in sacris Litteris videre aut detegere potuit.

(2) Optima editio libri ab hoc grammatico de *Hieroglyphicis Ægyptiorum* conscripsi est illa, quæ greco et latino idiomatico an. 1727, cum Notis Joan. Corn. de Paw proditi.

(3) Nam magnum nomen *Horus*, quod impius ille liber in fronte seu titulo suo præ se fert, secundum mentem auctoris hujus libri indicat, quod idem liber sit c. *Ægyptiaco*.—Mythologica demonstratio, sacros libros Christianorum nūl aliud esse, quām male intellecta hieroglyphica veterum *Ægyptiorum* et Orientalium.

(4) De vaticiniis Messiam prænuntiantibus, pag. 288.

sam, prorsus gratis confictam, et sibimetipsi contradicentem. Nam, ut nihil dicam, quod ea sit omnino nova, inaudita, ac contra unanimem SS. Patrum et totius Ecclesiæ sensum, præterea etiam ex eo falsa ostenditur, quia Isaiam depingit veluti virum, cuius caput superstitionis *Ægyptiorum* fabulus de *Horo*, *Iside*, etc., appletum; cūm tamen sanctus hic Propheta morum sanctitate et miraculis insignis, ac ob clarissima sua de Christo vaticinia ab Hieronymo et Cyrillo nominatus Evangelista et Apostolus, simulque Mosaicæ legis, quæ omnem gentium superstitionem tantoper detestator, studiosissimus fuerit. Dein, si fabula de *Iside* tanquam virgine pariente apud *Ægyptios* jam tempore Isaiae erat res perulgata, adeoque Judeis, quorum maiores diū in *Ægypto* commorati sunt, non omnino incognita; num idem Propheta ausus fuisse habet fabulam tanquam signum prorsus novum et inauditum liberandæ Jerosolymæ et gentis judaice regi Achaz et Judeis timentibus excidium propondere, dicens: *Audite ergo, domus David..... Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet, et pariet filium*, etc. Præterea, quomodo inter se coherent, quæ in fabulosâ illâ expositione hujus vaticinii ab adversario nostro dicuntur, scilicet quod virgo pariens primò sit signum cœlestis in zodiaco, deinde *Isis*, quam tamen ipsi *Ægyptii* non credebant, esse virginem, sed uxorem Osiris, regis *Ægypti*, etc. Nullane hic contradictione, vel, si dicere malis, summa absurditas? Verum piget nos ulterioris moræ in eviceranda falsitate illius expositionis (1).

Corollarium. Liber *Hori* est recens exemplum, quo de novo demonstratur, in quas absurditates et errores intellectus humanus sibi soli relictus, aut spiritu privato ductus devict, si deserto SS. Patrum et Ecclesiæ sensu S. Scripturam interpretari audeat, prout novatores solent. Aliud simile exemplum in sequentibus duabus questionibus mox adducemus, in quibus etiam genuinum sensum memorati vaticinii Isaiae pluribus explicabimus.

58. Queres II: *Quenam memorati vaticinii de Virgine paritur, Isa. 7, 14, etc., fuerit expositio Joan. Laurentii Isenbiehl, et quām justè ea sit condemnata?* Resp.: Juxta iudicium theologorum Argentinensium, 5 aprilis 1778, de Libro J. L. Isenbiehl (2), ejusque expositione vaticinii Isa. loc. cit. de Virgine paritura latum, totum hujus auctoris sistema ad has tres propositiones reducitur, 1^o Isaías, cap. 7, v. 14 et 15, dicens: *Ecce Virgo concipiet et pariet filium et vocabitur, nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum et eligere bonum, nihil praeditus de Christo et ejus Matre. 2^o Emmanuel Isaiae de Christo intelligi nequit, scu in sensu litterali, seu in sensu ty-*

(1) Plura contra impium librum *Horus* dictum habet Cl. Sandbuchi supra, sect. 4, quast. 5, num. 5, in notâ citatus.

(2) Titulus hujus libri germanicè vulgati est: *Jo-hann. Lorenz. Isenbiehls neuer Versuch über die Weissagung vom Emmanuel. 1778. Sive latinè: Joan. Lau-rentii Isenbiehl novum Tentamen de Emmanuel. 1778.*

pico. 3^o S. matthæus in Evangelio suo cap. 1, v. 22 et 23, de conceptione et partu Christi futuro per angelum Mariæ annuntiato ita loquens : *Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem : Ecce Virgo in utero habebit, et pariet filium; et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum : Nobiscum Deus, textum Isaiae cap. 7, v. 14*, ut meram adnotationem historicam adducit, vel tantum ad illum alludit. Porro has tres propositiones laudati theologi Argentinenses in judicio suo theologicō (1) declararunt esse haereticas, addentes hæc verba : « Declaramus pariter in tantamine seu « opere auctoris (Joan. Laurentii Isenbicheli) de dicta « prophetia (Isaiae), plures alias reperiri propositiones « falsas, temerarias, scandalosas, Ecclesie et Patribus « injuriosas, ac heresi faventes. » Nomina autem corum, qui huic iudicio theologicō subscripti erunt, sunt sequentia : Louis, S. theologie professor, ejusdem Facultatis syndicus et summi chori ecclesie cathedralis præbendarius ; Hirn S. Th., D. Th. m. prof. Semdir. ad S. Petrum canonicus et schol. ; Sættler, S. Th. professor, ad S. Petrum Seniorem canonicus. Brendel S. theor. et juris can. doct. ac ejusdem prof. nec non Facult. can. synd. Ceterum huic censura seu iudicio theologicō in comitiis die decimā maii habitis lectae sacra Facultas Argentinensis unanimiter adhæsit, eamque approbavit; quod et subscriptione suā et majoris sigilli appositione testatus est. Argentinae undecimā maii 1778. Bantz, Univers. rector.

Verūm non solum à Facultate theologicā Argentinensi, sed etiam à Sorbonā seu Facultate sacrā Parisiensi expositiō Isenbichiana citati loci Isaiae de Virgine pariturā censurata et rejecta est 1 august. 1778, tanquam perniciosa, temeraria, scandalosa, erronea, contraria Verbo Dei.

Præterea, memoratus liber et expositiō Isenbichiana severissimè prohibita est ab archiepiscopali vicariatu Moguntino 9 martii 1778, in quā prohibitione ad finem adduntur hæc verba, quæ ex germanice in latinum translata, referimus : « Cogimur hanc prohibitionem eō magis divulgare, quia libertas contra religionem christianam loquendi et scribendi nostrā cœtate per omnes hominum status tam latē pro pagata est, ut multi de christianismo nil nisi solum nomen christiani retineant, et præcipue non pauci eō audacie procedant, ut S. Scripturæ probrosis simē vim inferant, in hujus expositione à sensu SS. Patrum penitus deflectant, sieque in periculosisimos errores secundum ductum propriæ rationis sue prolabantur, eosque cum universalis scandalo Christianorum verè catholicorum, et ad maximam animarum ruinam disseminent (2). »

Simili ferè modo sonat prohibitiō dicti libri et ex

(1) Hoc iudicium theologorum Argentinorum typis impressum est Moguntie, ex typogr. Aulic. Academ. priv. apud Joan. Alef. Hered. Häfner. 1778.

(2) Hanc prohibitionem dicti libri ab archiepiscopali vicariatu Moguntino factam recenset Cl. Hermannus

positionis Isenbichiana, quæ episcopus Spirensis 24 april. 1778 eamdem proscriptis (1).

Sed, quod caput rei est, ipse SS. dominus noster Pius VI eumdem librum damnavit, et quia in hac damnatione ulcus novatorum, qui sacras litteras secundum proprium arbitrium suum aut ductum spiritus privati contra sensum SS. Patrum interpretari audent, ad vivum tangit. Ejusdem sapientissimi et doctissimi pontificis verba magnam partem hic recensenda censeo. Inter alia ita ait : « Dolemus autem majorem in modum, quod ex iis ipsis, qui catholicam religionem et profitentur, non desint errorum magistri, qui profanis novitatiibus indulgentes, dum terminos transilunt, quos Patres nostri posuerunt, à viâ veritatis deflectunt; et domestici fidei cùm sint, seu potius videri velint, aperiunt hostibus se adjungere non verentur, eisdemque ad impietatis propagatio nem nova veluti subsidia et adjumenta stippeditare. hi scilicet predicti sunt qui veniunt ad vastandum gregem, tecti vestimentis ovium, eō deteriores, quod sunt ad nocendum aptiores. Illic commovemur etiam christiane plebis periculo, cuius fidei innocentias laqueos, insidiās, fraudes omnix parte comparari animadvertisimus. Nam ad quæ jam grex sanctus septa confugiet, si intra ovilia Ecclesie sanctiatur? Id tum sapè aliás, tum maximè præcipua quādam ratione hisce præteritis mensibus experti sumus, cùm ad aures nostras allatum est, superiore anno teterimum librum prodiisse germanico idiomatico conscriptum, ex quo maxima christiano populo certissimaque pernicias impenderet. Is autem liber hunc titulum prefert : *Johann Lorenz Isenbichls never Versuch über die Weissagung vom Emmanuel... 1778.*

« Mirum dictu, quantam liber iste, statim atque vulgari cepit, bonorum omnium indignationem communoverit, mirantium, ab homine sacris addicto tantum errorum labem in tam exiguum opus concipi potuisse; tum etiam dolentium, non id tantum agi, ut veneni particulam, qui legant, per imprudentiam hauriant; sed eō totam infelis tentationis summam spectare ac ducere, ut posthabitat Patrum auctoritate, quos Ecclesie sua Deus doctores dedit, ac pastores, novis, peregrinis, atque à privato depravatoque spiritu prosectis explicitionibus divina oracula pervertant... Sanè, cùm ad divini verbi puritatem conservandam, et à petulantibus ingenii vindicandam, Tridentini Patres decreverint, ut in rebus ad fidem et mores pertinentibus nemo sacram Scripturam contra eum sensum, quem tenuit ac tenet sancta Mater Ecclesia, aut etiam contra unanimente consensem Patrum interpretari audeat, querebantur, non eo decreto coerceri potuisse procax hominis ingenium, sed eō temeritatis, et insanitatem progressum esse, ut saluberrimam regu-

Goldhagen. P. 3 sui Diarii Religion. (Religious-Journal) pag. 494–496.

(1) Vide Hermann. Goldhagen. Ibidem, pag. 293, 296.

• Ian, nec sine divini Spiritus ope constitutam, fal-
• lacious commentis cludere, seu verius in discrimen
• et contemptum adducere niteretur. Maximè verò se
• prodidit Catholicorum offensio, cum predicari au-
• dierunt, propheticum oraculum de divino Emma-
• nuelis ortu ex Virgine, non ad virginem Deiparæ
• partum, quem prophetæ omnes annuntiaverunt,
• non ad verum Emmanuel Christum Dominum
• ullo sensu, sive literali sive typico, pertinere;
• cùmque S. Matthæus insigne istud vaticinum in
• illo mirabili pietatis sacramento adimplevit ex-
• pressis verbis testatur, hoc tamen ipsum non ut
• oraculi adimplementum, sed ut adnotacionem me-
• ram vel allusionem à S. Evangelistâ memorari.
• Quà in re horruerunt pīc aures, Scripturam si-
• mul et traditionem, qualis perpetuò ex unanimi
• Patrum consensu ad nos pervenit, per summam in-
• pudentiam labefactari.

• Quæ cùm ad nos multorum litteris et querelis
• deferrentur, succurrat animo, quod jam olim que-
• rebatur Leo M., Epist. synod. ad Flavianum..... in
• hanc eos insipientiam cadere, qui, cùm ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obseuro,
• non ad propheticas voces, non ad apostolicas litteras, nec ad evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt. Certum est autem, quod pridem edixerat S. Cælestinus, scribens ad cler. et popul. Constantinopolitanum,.... quia tales sermonum novitates de vano gloriæ amore nascentur; dum sibi nonnulli volunt acuti, perspicaces, et sapientes videbri, querunt, quid novi proferant, unde apud animos imperitos acuminis gloriam consequantur. »

Demum SS. dominus noster, postquam fūsē retulisset, quantā curā et circumspectione liber illi Joannis Laurentii Isenbicheli Rome fuerit examinatus, damnationis sententiam fert his verbis: « Nos itaque pro apostolico munere, quo licet immeriti fungimur... motu proprio, et ex certa scientiā nostrā, deque apostolicæ potestatis plenitudine, antedictum librum, Joannis Laurentii Isenbicheli novum Tentamen in prophetiam de Emmanuele 1778, in duas partes divisum,... tanquam continentia doctrinam et propositiones respectivē falsas, temerarias, scandalosas, perniciosas, erroneas, heresi faventes, et hereticas damnamus ac pro damnato et reprobato in perpetuum habere volumus, atque decernimus, etc. » Subscriptio autem in fine hujus prohibitionis et damnationis est haec: « Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 20 septembris 1779, pontificatus nostri anno V. »

Porrò, si quis hanc damnationem et prohibitionem dicti libri à Pio papā VI factam, legere integrum cupit, eam apud Cl. Hermannum Goldahgen (1) inventiet. Idem auctor (2) jussu archiepiscopalis ordinatus

(1) In Appendixibus partis 2 Diarii Religionis, appendice speciali 2, seu germanice ī lh. II, besonderen Heft für den II. Band. der Beylagen zum Religions-Journal 1779, om. 58. Blatt., etc.

(2) Ibidem, pag. 87, 89.

Moguntini, suo Diario, quod religioni dedicat, etiam palindrom seu retractionem Joann. Laurentii Isenbicheli, ut publicaretur, inseruit, qua germanicus concepta verbis ita sonat: « Ich Endesunderschrifbener betenne hiemit feylich und ungeheuchelt, dass ich den neuen Versuch über die Weissagung vom Emmanuel, nach dem Zeugnisse der beygedruckten Vorrede, zwar in einer löblichen Absicht, der katholischen Kirche einen Dienst zu leisten, geschrieben habe: nachdem aber der heiligste Vater zu Rom diese meine Abhandlung in eine reifere Untersuchung gezogen, und ein dogmatisches Urtheil darüber abzufassen für nöthig befunden hat: so erkläre ich mich ferner aufrichtig und offenherzig, dass ich nunmehr dienen meinen neuen Versuch, da nach dem Ausspruches des heiligsten Vaters darinn falsche, freventliche, ärgerliche, schädliche, irrite, der Ketzcrey günstige, und ketzerische Sätze enthalten sind, schlechterdings und ohne Rückhalt oder Ausnahme verwerfe und verdamme. Mainz, den 25. December 1779. Johann Lorenz Isenbichl, m. p. » Haec palindria ex germanico in Latinum sic transferri potest: « Infra scriptus profiteor publicè et sincrè quòd novum Tentamen in prophetiam de Emmanuele, quemadmodum apposita prefatio testatur, bono quidem fine catholicæ Ecclesiæ aliquam operam præstandi scripserim. Postquam autem sanctissimus Pater Romæ hoc meum scriptum matutini expedit, et de eodem dogmaticum iudicium necessariò ferendum censuit; sensa mentis meæ candidè et sine fuso aperio, nimirum quòd illud meum novum Tentamen, cùm juxta effatum sanctissimi Patris falsas, temerarias, scandalosas, perniciose, erroneas, heresi faventes, et hereticas propositiones contineat, simpliciter et sine restrictione aut exceptione rejiciam et damnem. Moguntiae 25 decembris 1779. Joann. Laurentius Isenbichl m. p. »

59. Ex dictis, et maximè prohibitione dicti libri à Pio VI, summo pontifice, facta, facilè patet, quād justè hic liber proscriptus sit. Si quis autem ampliorē ejusdem refutationem desiderat, consulat iudicium theologorum Argentinensium ad initium precedentis num. 58 citatum. Inveniet in eo solidam et prolixam confutationem systematis Isenbichiani de Virgine pariturā, non solum ex unanimi contraria sententiā Patrum omnium seculorum, sed etiam ex aliis argumentis generalibus, quorum unum duntaxat alterumne hic recenseo quod simul Serviet ad plen intelligendam Isenbichianam in vaticinium Isaiae de Virgine pariturā et Emmanuele doctrinam. Itaque Argentinenses theologi primum suum argumentum sic instruunt: « Cūm queritur, an versus 14 et 15 cap.

7 Isaiae : Ecce Virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel, etc., intelligendi sint de B. V. et Jesu Christo, nemo sanè melius quaestionem dissolvere potest, quād ipsa Ecclesia; nemini enim licet... in rebus fidei et morum ad ædi-

« ficationem doctrinæ christianæ pertinentium sacram
« Scripturam ad suos sensus contorguere contra eum
« sensum, quem tenuit et tenet S. Mater Ecclesia.
« cuius est judicare de vero sensu et interpretatione
« Scripturarum sanctorum... Trid. sess. 4 Ecclesia
« autem judicavit dictos versus spectare ad Jesum
« Christum ejusque Virginem matrem; sententia certè
« Ecclesiae apertè habetur in libris liturgicis (1). Spe-
« etare verò ad adificationem doctrinae christianæ
« dictum prophetie sensum quis neget, qui considera-
« raverit, de illa prophetia populum fidelem toties et
« ubique edoceri, tanquam de firmo fundamento ve-
« ritatum, quas credit revelatas de virginio partu Je-
« su Christi Dei simul et hominis.

« Simile ferè argumentum ex auctoritate Ecclesie
« efformat summus pontifex Bened. XIV, in festis B.
« V. lib. 2, cap. 2, num. 8, ubi probat in his Evan-
« gelistæ (Lucæ) verbis cap. 2, v. 22: *Et postquam
implete sunt dies purgationis ejus... vocem ejus refe-
rendam esse ad Beatam Virginem, non ad Jesum,
quia Ecclesia catholica, cuius est SS. interpretari
Scripturas, non modò in Martyrologio festivitatem
appellat Purificationem B. Mariae, sed in Evangelio,
quod in missa legendum prescribit, loco pronomi-
nis ejus ponit Mariae. »*

60. Neque dicas cum Isenbiechlio : Ecclesia de hoc
textu : *Ecce Virgo concipiet*, etc., nihil formaliter defini-
nit. Ne, inquam, hoc dicas. Merito enim theologi
Argentinenses hanc responsionem Isenbiechliam refu-
tant sequentibus rationibus. 4º Quamvis Ecclesia
explicitè et formaliter id non definiverit; tamen omnes
Catholici haec verba : *Ecce Virgo concipiet*, etc., una-
nimiriter de Christo et sanctissimâ ejus matre Virgine
sempor intellexerunt. Unde Estius in hunc locum
Scripturæ ait : « Inter Christianos nulla est quaestio,
qui his verbis contineatur vaticinium de partu Vir-
ginis, seu nativitate Salvatoris ex Virgine. » Imò
interpretes plures non hæsitarunt pronuntiare de fide
esse, citatum textum Isaiae de Christo et B. Virgine
intelligendum esse. Sic Cornelius à Lapide inquit :
« Dico ergo : De fide est, sic vertendum esse : *Ecce
Virgo concipiet*, et haec verba intelligenda esse de
B. Virgine Deipara, integrâ et intactâ virginitate
Christum Dominum conceiente et pariente, ita ut
qui hoc neget, sit hereticus ; ut fuit Helvidius, con-
tra quem scripsit S. Hieronymus ; id patet Matth. 1,
20 et 23. » Tirus ait : « Porrò vaticinari hic Isaiam
de conceptione Christi in utero virginali Mariæ, de
fide est, ex Matth. 1, 22, ubi... dicit (Evangelista),

(1) Vide Missale Romanum feria 4 quatuor temporo-
rum Adventus, lectione 2; item missam in festo An-
nuntiationis B. Marie Virginis; et missam de S. Mariâ
ab Adventu usque ad Nativitatem Domini. Dictam Isaiae
prophetiam etiam adhibet liturgia arabica in lectione
nativitatis apud Wallonum, in Isaiâ; in aliis quoque
officiis divinis, citato vaticinio Isaiae ad Christum et
sanctissimam ejus matrem Virginem designandam Ec-
clesia uitetur. Legatur in Breviario Romano antiphona
ad *Magnificat*, pro die 23 decemb. Item capitulum ad Ve-
speras, et lectiones primi nocturni in festo Annun-
tiationis B. V.

« impletum fuisse, quod dictum est à Domino per
Prophetam : *Ecce Virgo in utero habebit*, etc. Unde
fas non est Christianis hæc de re dubitare. »

Nec immeriti ita docent Catholici, si modò antiqua
Ecclesia traditio spectetur; fatebitur enim quilibet,
prophetiam *Isaiae* de Virgine paritù æquè facilè et
constaute de virginio Christi partu ab Ecclesia fuisse
intellectam, quam alios Psalmorum textus de Christo,
e. g., illa Psalmi 15, 10, verba : Quoniam non derelin-
quens animam meam in inferno, nec dabis Sanctum
tuum videre corruptionem; et tamen *Theodoro Mopsu-*
steni hoc videtur dici, prophetiam quæ ex persona
Christi loquens ait : *Non derelinques animam meam
in infernum, nec dabis Sanctum tuum videre corrup-*
tionem, non de ipso Christo predictam fuisse, sed
de populo Israeliticæ generationis; beatum verò
Petrum Apostolum ad Christum hanc prophetiam
per eventum aptare voluisse, et idèo, qui hac ita
sapit, docet, credit aut prædicat, anathema sit. Ratio autem, cur *Vigilius* papa hoc anathema vibret
in Theodorum Mops., est, quia Apostoli (2) in sensu
litterali intellexerunt de Christo citatum textum, quem
Theodorus contendebat Christo tantum aptari posse
per eventum; quomodo ferè, juxta *Isenbiechlium*, *S.
Matthæus*, cap. 4, v. 22, verborum Isaiae meminit.
Ergo Vigilius idem anathema vibrasset in eum qui
illud textum Isaiae Christo tantum per eventum aptari
potuisse, docuisset, sicut Isenbiechlius docuit.

Addunt theologi Argentinenses, et ita argumentan-
tur : Si quis diceret verba haec Christi : *Hoc est cor-*
pus meum, hi est sanguis meus, non spectare corpus
Christi eucharisticum... quid responderet auctor
(id est, Isenbiechlius)? Certè non dicit Ecclesiam
formaliter definitivè, haec verba significare Eucha-
ristiam; talis enim definitio (seu expressus canon
id definiti) nullibi legitur; responderet ergo per
haec Trid. sess. 43, cap. 4: Ita enim majores nostri
omnes, quotquot in verâ Christi Ecclesiâ fuerunt,
qui de sanctissimo hoc sacramento disseruerunt,
apertissimè professi sunt, hoc tam admirabile sa-
cramentum in ultimâ cœnâ Redemptorem nostrum
instituisse, cum post panis vinique benedictionem
se suum ipsius corpus præbere, ac suum sanguinem
disertis ac perspicuis verbis testatus est; que verba
à SS. Evangelistis commemorata et à D. Paulo postea
repetita, cum propriam illam et apertissimam signi-
ficationem præ se ferant, secundum quam à Patri-
bus intellecta sunt, indignissimum sanè flagitium

(1) Tom. 2 conciliorum, p. 2, pag. 19. Edit. Colon.
1618.

(2) Sic S. Petrus, Actor. 2, 31, ait : *Providens locu-*
tus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est
in inferno, neque caro ejus videt corruptionem. Et S. Paulus
Actor. 13, 34 et 35, inquit : *Quod autem suscitavit eum à mortuis, amplius non reversurum in corrup-*
tionem... ait̄ dicit : Non dabis Sanctum tuum videre cor-
ruptionem.

est, ea à quibusdam contentiosis et pravis hominibus ad fictitious et imaginarios tropos, quibus veritas carnis et sanguinis Christi negatur, contra universum Ecclesiae sensum detorqueri. Ille ipso autem respondens auctori (id est, Isenbiehllo) quoad textum Isaiae, et id non sine fundamento, ut ex dictis patet. » Ita laudati theologi, ex quorum argumentatione simul de novo elucescit, quād justam causam damnandi librum Isenbiehllo de illo Isaiae vaticinio: *Ecce Virgo concipiet*, etc., disserentem habuerit SS. dominus noster Pius VI.

61. Scholion. Eruditus lector fortassis scire cupit 1^o qualem Virginem, aut filium Virginis nomine Emmanuelis insignitum in vaticinio Isaiae intellexerit Joan. Laurentius Isenbiehl, cūm negaverit Virginem illam esse Matrem Christi, et filium illum esse Jesum Christum? 2^o Quo sensu idem auctor dixerit S. Matthaeum vaticinium illud Isaiae citāsse duntaxat per historicam annotationem, vel applicationem aut allusionem; et quomodo hoc probaverit?

Ad primum: In vaticinio Isaiae loc. cit. secundum systema Isenbiehllo, non est sermo de Virgine quae per stupendum miraculum semper virgo permaneret in conceptu et partu filii, sed de virginē seu puella, quam Propheta Isaiae regi Achaz dīgito præsentem monstraverat, et quæ ex matrimoniō proximè contrahendo aliquem filium, qui vocandus esset Emmanuel, modo communī conceptura et paritura erat. Hujus enim prophetiæ: *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel*, genuinus sensus secundum systema Isenbiehlianum fuisset iste: « Ex hoc signo, tu (ð Achaz, cūm ceteris Iudeis) disces, te ab hostiis tuis liberandum; scias hanc tibi liberacionem obventuram intra spatiū temporis, quod requiritur ad hoc, ut puella modò adhuc virgo, quam hic præsentem vides, nubat et pariat, id est, intra novem menses; et infans post novem menses natus, Emmanuel (id est, *Nobiscum Deus*) vocandus est, ut certum fiat. Dei auxilio te ab hostiis tuis esse liberatum. » Itaque systema Isenbiehlianum ad hac quinque puncta revocatur. 1^o Isaiae loquitur de puerū nupturā, concepturā et pariturā filium modo communī et naturali. 2^o Hec puella regi quasi dīgito monstrabatur præsens a Prophetā. 3^o Isaiae verba nullo modo respiciebant Christum, nec ejus Matrem. 4^o Consequenter signum, quod promittebat Isaiae, non erat verum miraculum. 5^o Hinc S. Matthaeus hoc Isaiae vaticinum in Evangelio suo allegans, aliter explicari non potest, nisi quod textum Isaiae citaverit per historicam annotationem vel applicationem aut allusionem. Ita systema Isenbiehllo referunt et testantur theologi Argentinenses.

Ad secundum: Quandò Isenbiehllo ait S. Matthaeum in Evangelio suo illud vaticinum Isaiae Prophetæ: *Ecce Virgo concipiet*, etc., citāsse duntaxat per historicam annotationem vel applicationem aut allusionem, vult, quod vaticinum illud non tunc primum in conceptu et partu Mariae Christum concipientis et

parientis fuerit impletum, sed quod S. Matthaeus illius vaticinii solū meminerit, quia inter verba Isaiae regem Achaz alloquentis, et verba Angeli S. Josephum alloquentis quedam intercedit similitudo; dixerat enim Angelus, Matth. 1, 21: *Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum*; dixerat Isaiae ad Achaz: *Virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel*. Hinc concludit Isenbiehllo, verba Matthæi: *Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Ecce Virgo in utero habbit*, etc., nil significare aliud, quād annotationem quamdam historicam ad verba Angeli à Mattheo factam, ita ut vox *adimplere* nil exprimat aliud, quād applicationem quamdam vel allusionem ad verba Isaiae demonstrantis regi Achaz, adolescentulam mox nupturam et paritutram filium, qui sit signum liberationis proximè future. Ita systema Isenbiehllo denuò referunt theologi Argentinenses.

Verum hæc explicatio vocis, *adimpleretur*, ab Isenbiehllo facta, est torta, et contra unaninem SS. Patrum, totiusque Ecclesie sensum, unicè à dicto auctore excogitata ad sui systematis defensionem, ac tam parùm naturalis et obvia, ut nemini ante ipsum in mentem venerit. Certè ipse Isenbiehllo non difficitur, suam illam explicationem esse omnino neotericam, et omnium aliorum (scilicet Catholicorum) sententiam contrariam. Ita enim disserit: « Primus aspectus vel prima consideratio horum verborum: *Hoc autem totum factum est*, etc., clarè videtur indicare Evangelistam credidisse prædictionem Isaiae cap. 7, veterem esse prophetiam, quæ usque ad id tempus nondim fuerit impleta, quæ complementum suum habuerit tantum in B. V. Mariâ, ejusque filio Christo. Si enim jam impleta fuisset, vel de Christo non ageret, ineptè fuisset allata; cūm immediatè ante allegationem ejus prophetiæ de nullâ aliâ re mentio fiat, quād de virgineo conceptu Marie, et de angelio Salvatorem mundi ab ipsâ nasciturum annuntianti; et statim post allatum vaticinum narratur ille reip̄s natus: in medio autem hujus narrationis affertur prophetia, quæ idem dicit quod in Evangelio describitur; utitur Evangelista ad relationem illius prophetiæ hæc formulâ: *Hoc totum factum est, ut impleretur*, etc., ex quo nihil aliud concludi potest, quād quod ejus mens fuerit, virgineam Jesu nativitatem his verbis prædictam fuisse; quomodo enim alioquin prophetam citare, vel etiam de eo cogitare potuisset? Prophetas (Matthæus) sepius citare solet, ut Evangelio suo magnum auctoritatis gradum conciliet; et hic probabiliter in præsenti loco fuit ejus scopus. Paganis et Iudeis incredibile et falsum videri debebat, Jesum non ex viri semine, sed contra omnem naturę usum ex virgine fuisse natum. Matthæus non poterat hanc veritatem verisimiliorem et credibiliorem reddere Iudeis (in quorum favorem hebraicè scripserat suum Evangelium), quād si illis monstraret, supernaturem hunc partum ab Isaia jani olin esse prædictum. Ad hoc autem prestantium in toto Evangelio opportuniorem

non habebat occasionem, quām in cap. 1 (sui Evangelii, in quo generationem Iesu secundūm ordinem et circumstantias describit. Sic omnes ex Evangelio Matthaei concludunt. Hucusque Isenbiehlus. En uitro fatetur suam S. Matthaei cit. loc. explicationem esse omnium aliorum fundatissime sententias contraria.

62. Corollarium. Omnibus ergo consideratis, novum Tentamen Isenbiehlī in prophetiam Isaiae cap. 7, 14, merito et multipliciter, ac ab ipsa Sede romana fuit damnatum, utpote sensui omnium PP, ac totius Ecclesiae, ac etiam verbis atque scopo S. Matthaei omnino contrarium. Sanctus enim hic Evangelista cap. 1 sui Evangeliī, v. 18, sic inchoat: *Christi autem generatio sis erat*; narrat deinde quomodo S. Josephus videt B. Virginem in utero habere; quomodo eam occulte dimittere voluerit: quomodo ab Angelo de mysterio eductus et jesus sit, ut filium Mariae vocaret Iesum. His narratis Evangelista, vers. 22, addit: *Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est a Domino per prophetam, etc.*; ubi evidens est, *Hoc totum factum est*, referendum esse ad omnes mysterii circumstantias à precedente versu 18 usque versum 22 narratas; illudque contigisse, prout ipse Dominus per Prophetam predixerat. Additur id factum esse, ut adimpleretur hæc prophetia: *Ecce Virgo concipiet, etc.* Præterea Evangelista explicat nomen Emmanuelis, quod est interpretatum, *Nobiscum Deus*; ut nemo dubitaret, illum, ejus generationem ab Isaiae loc. cit. prædictam, ibi describit esse ipsum Emmanuelē, et non filium aliquem communem, ex adolescentiū quāpiam natum, ut Isenbiehlus voluit; quis igitur hic simplicem et nudam citationem, applicacionem vel allusionem ad verba Isaiae suscepitur, et non potius inferat, in nativitate Christi ex Mariā geniti impletum esse vaticinium illud Isaiae? Aut quibusnam ergo verbis (si ista non sufficiunt), utendum fuissest Matthæo, si voluisset significare, prophetiam ab Isaiae factum habuisse complementum in nativitate Christi ex Mariā nati?

63. Quæres III: *Quomodo Iudei cum incredulis, multisque aliis novatoribus vaticinum Isaiae de Virgine pariuā exponere soleant, et quid de eorum expositione sentiendum?* Resp.: Res mira! Increduli, qui alias populū et religionē Iudaicam tantoperè contineant, dicti tamen vaticinii expositionem ex libris Judeorum exscribere, et contra Christianos in medium proferre non erubescunt, cum Iudeis (1) asserentes, prophete-

(1) *Munimen Fidei*, sect. 1, cap. 21; *Examen des Prophétés*, § 8, p. 46; *Espr. du Judenth.* c. 9, p. 158; *Opinions des Anciens sur les Juifs*, p. 122; *Ques. sur l'Encyclop. Prophéties*. Ac præter hos du Marsais in Anatoni. Religion. Christian. Ubi, postquam assurit, per Virginem paritūrū significari uxorem Isaiae, ita concludit, seu potius blasphemat: « Ex his patet, quām parvū hic locus Scriptura respiciat nativitatem Jesu Christi. Non enim duxatxt criticus, imo ipse abbé Houteville maluerunt hoc vaticinum Isaiae silentio præterire, quām ejus mentionem facere, quia adverbiant creditulit hominum illo nimis impudenter ludificari. Et profectò mirandum est quid Matthæus ausus sit, tam ridiculam hujus vaticinii

tiam illam Isaiae nullatenus respicere ad Jesum Christum, neque vocem hebream נָסָרַת Alma, cit. loc. in textu hebreo positam (cui interpres latinus in nostrā Vulgatā latīna vocem Virgo substituit) semper significare virginem, sed adolescentulam, sive virgo sit, sive non sit virgo: ac proin diei posse, quid cit. loc. his verbis: *Ecce Alma concepit et pariet filium*, designetur uxor Isaiae, quæ adhuc juvenis tunc erat, et postea (quemadmodum sequenti cap. 8, v. 3, narratur) ab Isaiae concepit et peperit filium. Eamdem sententiam adoptarunt Joannes Crellius (1), et Wolzogenius (2) Sociniani, cum multis aliis novatoribus, ipsoque Grotio (3): quibus etiam ante palinodium suam accessit Isenbiehlus, sed cum quadam discriminatione (4).

applicationem (ad partum Christi), facere, et quid homines alias valde perspicaces, tamen hæc in re adeo debilis sint iudicij, ut dicti Evangelistæ exemplum (sua doctrinam) sequantur. Ita du Marsais, prout testatur et refert Cl. Nonnotte in Lexico Phil. Rel. tom. 3, art. *Prophetæ*, § 4, pag. 573.

(1) Crellius, tom. Operum exegeticorum p. 17, scriptis: *Quare nihil est dubitandum in verbis illis (Isa. cap. 7, v. 14)... sermonem esse de puer, qui tempore Isaiae Prophetæ et Achazi regis Iudeæ conceptus natus fuerit.* Et pag. 18, dicit eam virginem fuisse uxorem Isaiae, quæ hucusque virgo fuerit, sed mox conceputa et paritura esset filium.

(2) Wolzogenius, Commentario in Matthæum, pag. 51, ait: *Hoc autem totum (liberationem) nempe regni Achazi, quod futurum prædicat Prophetæ, ista inclusit temporis, que puella, quæ tum temporis adhuc virgo erat, nuberet, conciperet, pareret, et filium educaret.* Et pag. seq. ait, candem fuisse prophetissam Isaiae uxorem.

(3) Grotius, qui antequam Crellio amicitia junctus fuerat, scripsit in egregio suo libello de veritate Religionis Christianæ. Edit. Elzev. pag. 558, 559 et 340, virgineum Christi partum Isa. 7, 14, fuisse predictum, et a S. Matthæo cap. 1, ac à S. Lucā pariter c. 1 explicatum; alter (prout theologi Argentinenses in suo de casu Isenbiehlano iudicio theologico, quod supra jam sepius laudavimus, referunt) sensit post initium cum Crellio Socinianam amicitiam; nam in primâ, quæ Parisiis data est, 10 maii 1651, suum promitti Grotius studium Crellio aliquis Socinianis, quos valde commendat; in secunda, quæ data est 20 junii 1652, profitetur, se magno cum fructu scripta Crellii legisse; quantum autem exinde proficerit, patet ex annotationibus in Matthæum, Operum Theologicorum tom. 2, vol. I, pag. 13, colum. 1, ubi sic scribit: *Describitur autem temporis istius ambitus (quo duo Reges hostiles Rasin, et Phæace Iudeæ discederent) hæc spatio, quo puella, quæ tum virgo adhuc erat, nuberet, conciperet, pareret, et infantem educaret.* Column. sequenti docet, illam fuisse Isaiae uxorem.

(4) Nam Isenbiehlus negavit, vaticinum Isa. 7, 14, ullo modo intelligi posse de Christo, sive in sensu literali, sive in sensu typico, prout supra, num. 58, iam observavimus; Crellius autem, Wolzogenius et Grotius, quamvis illud vaticinum in sensu literali de uxore Isaiae et hujus filio explicit, tamen fatentur, id ipsum in sensu sublimiore typico seu mystico spectare ad Christum, ejusque Matrem. Sic Crellius, postquam, pag. 17, docuisset, apud Isaiam agi de puer, qui tempore Prophetæ conceptus, natusque fuerit, addit: « *Haec nihil obstant, quoniam idem locus à Matthæo ad Christum ejusque admirabilem nativitatem rectissime fuerit relatus; etenim ut in aliis multis locis de Messia presertim loquentibus, duplex est sensus, literalis ministrum seu historicus, et mysticus: Ita etiam de hoc loco statuendum*

64. Verum, in illo vaticinio : *Ecc Virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel*, voce *Virgo* (hebraicè *Alma*) non significari uxorem Isaiae, vel adolescentulam proximè conceputuram et paritaram cum ammissione sue virginitatis; neque nomine *Emmanuel*, designari filium Isaiae ex uxore sùa genitum, de quo seq. cap. 8, 4, 5, juxta adversarios sermo est, ostenditur sequentibus argumentis. *Filius*, de quo Isa. 7, 14, sermo est, vocatur *Emmanuel*; sed filius prophetissæ, Isa. 8, 3, non est vocatus *Emmanuel*, i. e., *Nobiscum Deus*, sed : *Velociter spolia detrahere, festina prædari*, ut patet ex Isa. cap. 8, v. 4: ergo hic filius prophetissæ non est filius de quo, ut adversarii volunt, sermo est Isa. 8, 3.

Neque dicas cum Iudeis, hunc filium Isaiae habuisse tria nomina, respiciuntia tres reges, de quibus hoc loco sermo est; at in primis illi impositum esse nomen *Emmanuel* (*nobiscum Deus*), ad assecurandum regem Achaz de auxilio divino non defuturo : dein *Maher Schalal* (*velociter spolia detrahe*) ad indicandum, quod rex Israel Phace sit despoliandus : et, *Casch Bas* (*cito prædare*) ad præsignificandum, quod Assyrii sint deprædati Rasin, regem Syriæ: Ne, inquam, hoc dicas; nam sine omni sufficiente ratione dicitur, quod ille filius Isaiae habuerit tria nomina; cum *Maher Schalal* et *Casch Bas*, (Isa. 6, 1), reapsè sint idem nomen, significans velocem depredationem. Præterea *Emmanuel* tanquam Dominus terra Iuda, Isa. 8, 8, nobis ponitur ob oculos his verbis : *Et erit extensio alarum ejus*, i. e., regis Assyriorum *implens* (copiis suis militaris) *latitudinem terræ tue*, ò *Emmanuel*. Sed Filius Isaiae aut alterius hominis privati non fuit Dominus terræ Iuda; ergo filius Isaiae aut alterius hominis privati non fuit *Emmanuel*, de quo Isa. 7, 14, sermo est. Denique hoc loco nomine *Emmanuelis* designari filium Isaiae, aut alterius hominis privati, non solum est contra unanimum SS. Patrum et Ecclesiæ catholice sensum, sed etiam contra Rab. Davidem Kimchiūm, qui hac in re ab aliis Rabbinis Iudaeorum dissentit, et Commentario in cit. locum Isaiae contendit, puerum illum *Emmanuelem* probabilius non fuisse filium Isaiae, aut alterius hominis privati, sed filium regis Achaz. *Est*; et tantò quidem magis, quod... verba... ita sint comparata, ut non nisi diriter ac sensu valde tenui, ad puerum Isaiae tempore natum accommodari queant. Id ipsum adstruit Wolzogenius, pag. 51 et 52, colum. 2, sic concludens : *Ex quibus jam atsis intelligitur, locum hunc Isaiae prophete à Matthæo allegatum, primo ac literaliter sensu de filio Prophete qui imperante rege Achaz natus est, accipiendo esse; ceterum sensu mystico et spirituali sublimius aliquid ac excellenter, nempe miraculose Christi conceptionis atque nativitas, verbis istis significata ac præfigurata est.* Grotium pariter audiamus. Postquam id ex uxore Isaiae litteraliter explicasset illa verba : *Ecce Virgo concipiet*, etc., addit, pag. 13, column. 2: *Illud autem, Virgo concipiet, quantum excellētiorum habet sensum, si referatur ad eam, que ita concepit, ut Virgo post conceptum maneret, quod sōli Mariae evenit!* nomen autem *Emmanuel* sicut et *Iesu*, habere quidem in aliis snam potest significacionem restrictam atque limitatam; at in Christo aliara habet infinitis partibus perfectiorem.

Verba ejus sunt : *Puella autem bæ (Isa. 7, 14) erat uxor Prophetæ, vel uxor Achaz; quod probabilius videtur. Si enim fuisse uxor Prophetæ, appellavisset eam prophetissam, quemadmodum ait : Et accessi ad prophetissam*, Isa. 3, 3. » Ceterum in hoc tamem notissimus hic Rabbinus David Kimchius certissimè errat, dum ait, virginem illam de quâ Isa. 7, 14, sermo est, probabilius fuisse uxorem regis Achaz. Nam, etsi ponatur, Isaiam vaticinium illud de virgine pariturâ edidisse primo statim anno regni Achaz, tamem filius ejus Ezechias tunc jam erat puer novem annorum (1), prout ipse etiam R. Salomon, et R. David Kimchi futentur. Quapropter mater ejus tempore editi illius vaticini neque amplius erat virgo, neque adolescentula, ut ipsimet Judei denudat fatetur. Certè ipse R. David Kimchi cit. loc. denique fatetur, neque Ezechiam filium regis Achaz esse *Emmanuelen* (Isa. 7, 14), prædictum, neque matrem Ezechiae esse illam virginem, de quâ cit. loc. Isaiae sermo est, esse matrem Ezechiae. Verba Kimchi sunt : *Hunc verò filium (Emmanuel dictum) non possumus dicere esse Ezechiam; etenim quando regnauit Achaz, Ezechias filius erat novem annorum, et haec propheta dicta fuit Achaz in diebus regni ipsius. Adolescentula pariter ne ea quidem est mater Ezechiae, quia non erat puella, quando dicta fuit propheta haec.* Quare non video, quale effugium huic aliisque Rabbinis (siquidem vaticinium illud : *Ecce Virgo concipiet et pariet filium*, etc., de virgine Christi partu intelligere nolint) supersit, nisi dicere malint, *Emmanuel* non quidem esse Ezechiam, sed alium filium regis Achaz, vel filium alterius hominis privati, ex virgine, quam Propheta tunc præsentem regi Achaz velut digito demonstrabat, quaque proximè erat nutputra, et conceputra, et paritura, nasciturum.

65. Sed neque hoc dici potest. 1º Quia preter Ezechiam, qui regi Achaz in regno Iuda successit, Achaz nullum alium filium habuit, qui dici potuerit Dominator terra Iuda, quo tamen nomine *Emmanuel* ille, Isa. 7, 10, insignitur. Ob eamdem rationem *Emmanuel* ille neque erat filius alterius hominis privati, ut præcedente numero 64 jam ostendimus. 2º Idem *Emmanuel* à Virgine concepientus et gignendus, Isa. 7, 14, dicitur : sed nullus alius à Virgine conceptus, et genitus est, nisi Jesus, Messias Christianorum; de quo S. Matthæus in suo Evangelio, cap. 1, v. 18, 24, testatur quod Maria Virgo eum sine commercio virili de Spiritu S. conceperit et pepererit. At Iudei, eorumque hac in re sequaces dicunt, et, ut supra, num. 63, jam indicavimus.

66. Opponunt I. Vox hebreæ מִלְאָה Alma (Isa. 7, 14) in texto hebreo posita non semper significat virginem, sed duntaxat adolescentulam, sive virgo sit,

(1) Nam quandò Ezechias patri Achaz in regno successit, natus erat 23 annos, Achaz verò regnauit 16 annis, juxta illud 4 Reg. 16, 2: *Viginti annorum erat Achaz, cum regnare capisset, et sedecim annis regnauit in Jerusalem.* Porro, 4 Reg. 18, 2, dicitur : *Viginti quinque annorum erat* (Ezechias), *cum regnare capisset*; ergo Ezechias anno primo regni Achaz patris sui iam erat puer novem annorum.

sive non sit virgo; ergo ex hoc vaticinio non potest efficaciter probari, quod Christus de Virgine, illæsâ hujus virginitatem, conceptus et natus sit. Resp. 1°: Etiam si vox hebreæ *alma* non semper significaret virginem, tamen in hoc Isaïæ loco virginem significat, quemadmodum S. Matthæus, cap. 1, v. 18, 24, clare docet. Unde haec objecio à nullo christiano fieri potest. Sed quia Iudei Evangelium S. Matthæi (sicut et ceteros libros novi Testamenti) negant, esse divinos et irrefragabilis auctoritatis, ulterius tam contra Judeos, quam multos novatores christianos. 2° Ostendo, quod vox *alma* semper, et per consequens etiam in citato vaticinio Isaïæ virginem significet. Nam 1° hebreicum vocabulum *alam*, significat adolescentulam absconditam, à radice □ַי *alma*, *abscondit*; que ipsa etymologia monstrat, vocabulum *alma*, significare illibatam castissimamque pueram; idèo enim virgo appellatur *alma*, *abscondita*, quoniam sub custodiâ servatur à virorum aspectibus segregata: quod constat ex l. 2 Machab. 3, 19, ubi dicitur, quod prater mulieres per plateas confluentes, etiam virgines quæ conclusæ erant, procurerent ad Oniam; item ex l. 2 Reg. 13, 2, ubi de Amnone legitur: *Ita ut propter amorem ejus* (i. e., Thamaris, sororis sue) *agrotaret, quia, cum esset virgo, difficile ei videbatur, ut quidam in honeste cum ea ageret.* Itaque non potuere apud Hebreos viri accedere ad virgines ob arcum harum custodium, et idèo Amnon usus est consilio Jonadabi, ut cum Thamar conversandi occasionem nanciseretur. Cum ergo virgo apud Hebreos tam arctè detincretur occulta, ut difficiliter ad ipsam viris pataret accessus; meritò dicebatur, *abscondita*. 2° In aliis S. Scripturæ locis, *alma* designat virginem incorruptam, ut liquet ex Genes. 24, 16, et Exodi 2, 8, ubi Rebecca, et Maria, soror Moysis, appellantur *abnæ*, scilicet incognite viris, nec juncta maritis. Rebecca enim loc. cit. expressè dicitur *incognita viro*; neque ulla est ratio suspicandi, quod Maria, soror Moysis, quæ Exod. loc. cit. *puerilla* (1) dicitur, fuerit corrupta, aut iam nupta. Ergo per hanc vocem *Alma* pariter in vaticinio Isaïæ designatur Virgo. 3° Demonstrat Buxtorius in Lexico, et constat ex 1 Reg. 17, 56, et ex 1 Reg. 20, 22, □ַי signficare puerum coelibilem, et domi in parentum curâ latitandum. Idem ergo de feminino *Alma* dicendum est. 4° Triam tantum vocabula reperiuntur in lingua Hebreorum, quibus demonstrari possit femina adolescentula, videbilet □ַי, *alma*, □ַי *Betula*, et □ַי *Naara*; at postrema duo non significant propriè virginitatem; nam *Naara* est nomen ætatis, et tribuitur etiam juvencula conjugata; *Betula* autem est nomen feminæ innuptæ, sive ea sit adolescentula virgo, sive aut ætate iam provocata, aut juvenis vidua, ut constat ex Joel. 1, 8, ubi legimus: *Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis sue*, i. e., sicut virgo, quæ recens nupta fuit, amarissimè solet plangere, cùm perdit virum suum; cui in adolescentiâ et virginitate suâ nupserat. Ignor-

vocabulum solum, *alma*, est illud proprium, quo denotatur adolescentula et viro incognita. 5° In illo vaticinio Isa. 7, 14, ad vocabulum, *alma*, additur littera emphatica □ he, demonstrans singularem ac spectabilem aliquam virginem. Ineptè autem singularis et inclita idèo diceretur femina, quia aut fornicaria, aut adultera, aut à marioto cognita est. 6° Vocem, *alma*, cit. loc. designare virginem etiam ex eo probatur, quia cadem vox in lingua punica, quæ linguae hebreæ affinis est, teste S. Hieronymo virginem incorruptam significat. Verba S. Patris (1) sunt: *Lingua quoque punica, quæ de Hebreorum fontibus manare dicitur, propriè virgo, alma, dicitur.* Virginem quoque cit. loc. reddit versio græca 70 Interpretum, versio chaldaica, syriaca et arabica. 7° Denique Isaïas loquitur de signo et prodigio, quod datus erat Dominus domui David maximè admirandum in profundum inferni, sive in excelsum supra, Isa. 7, 11. At quod concipiatur femina ex viro, nullum signum, nullum prodigium est. Non ergo de adolescentulâ, quæ ex viro conceputa et paritura esset, locutus est Propheta. Idem argumentum S. Hieronymus loc. cit. contra Judeos urget, dicens: «Quandò autem (Isa. 7, 14) dicitur: *Dabit Dominus ipse vobis signum*; novum debet esse atque mirabile. «Sin autem juvencula vel puerilla, ut Judei volunt, et non virgo pariat, quale signum poterit appellari; et cum hoc nomen ætatis sit, non integratissimum?»

67. Instant 1°: Aquila, Symmachus et Theodotion in cit. vaticinio Isaïæ vocem *alma*, non verterunt *Virgo*, sed, *adolescentula*, vel, *mulier abscondita*; ergo.—Resp.: Dictam Symmachi, Aquile et Theodotionis versionem non curamus, ut qui studio partium et affectu in Judeos ahrepti, in suis S. Scripturæ versionibus, quas post adventum Christi edidere, hoc oraculum Isaïæ, et plura alia Scripturæ loca, quæ christiane religioni favebant, non sat fideliter verterunt (2). Symmachus quippe fuit è sectâ Ebionitarum, qui Deiparæ integratam denegarunt; Aquila vero et Theodotion, primum gentiles, tum Christiani, demum apostata et Judeorum proselyti facti sunt. Huius hominum faci opponimus, qui Judeis suspecti esse non possunt, 70 Interpretes et paraphrastas chaldaeos, Onkelos scilicet et Jonathan, præter versionem Syriacam et Arabicam, qui, perinde, ac latina Vulgata, vertunt: *Ecce Virgo concipiet.* Ceterum, admisssæ etiam symmachii, aquile et Theodotionis versione pro, *alma*, □ַי, *abditam*, vel, *absconditam*, reddentium, nego, virginem non dici propriissimè *absconditam*, cùm virorum subtrahatur consortio, ut precedente num. 66 ostendimus.

68. Instant 2°: Eodem vocabulo, *alma*, designatur scortum, Prov. 30, 19, ubi Vulgata habet: *Viam viri in adolescentiâ extat in hebraico, ad alman*, et versu

(1) Comment. in Isaï. 7, 14.

(2) Sic de Aquili Pontico S. Epiphanius. (L. de Mens. et Pond. cap. 45) ait: «Ad interpretandum sese contulit, non sincerâ animi inductione, sed ut quedam Scripturæ loca depravaret..... atque expressa sacris Litteris de Christo testimonia alter eliceret.»

(1) Maria, soror Moysis, tunc erat puerilla, 10 aut 12 annos ætatis habens, ut illustriss. Cahuet in suo Dictionario Biblico, art. *Maria*, ait.

proximo additur: *Talis est et via mulieris adulteræ.* Ergo *alma* non semper significat virginem. Præterea, Cant. 6, 7, una cum uxoribus et concubinis connumerantur *almae*, id est, adolescentulæ ad regis nutum statum virginitatis amittere parata; ergo *alma* non semper significat virginem prorsus illibatam et incorruptam. — Resp.: Ad illum textum Prov. 30, 19, sunt varie variorum responsiones. Omissis aliis, solummodo unam alteramve recenseo. Cornelius à Lap. (1) censem, textum hebreum hic esse corruptum, et legendum esse cum Vulgata latinâ et Septuag. תַּבְלִיטָה, *baalma*; i. e., *viam viri in adolescentia*; non, *ad adolescentiam*, ita ut sensu sit: Difficillimum est cognoscere, quid fecerit, quidve faciet adolescentis, qui fervore sanguinis et spirituum in alia et alia studia, cogitationes, opera ræquè ac loca statim abripitur. *Talis est*, i. e., similius latet, *via adulteræ*, i. e., actiones vel astus turpes adulteræ. Sanchez verò admittit legendum esse *viam viri in adolescentia*; sed ait sensum esse: Ignoro *viam viri baalma*, id est, ad virginem absconditam, quæ fugit oculos virorum et domi se abdit; q. d.: Facilius invenies in aere viam aquilæ, et in mari viam navis, quam vestigia virorum ad januam virginis illius, quæ nunquam viris se videndum offert, imò eos aversatur et fugit, idèòque est *alma*, i. e., *abscondita*. Notantur ergo in Proverbii hoc loco juxta Sanchez aliquos camdem interpretationem amplectentes, machinationes et insidie scortatoris, ut ingratiatur ad virginem intra paternas ædes absconditam. Igitur semper *alma* significat adolescentulam *virginem*; atque id multò expressius in Cantic. 6, 7. Ibi enim *alma* diserte separantur à reginis et concubinis, idèòque significatur hoc nomine chorus puellarum, quæ innuptæ erant, et virgines honorarie seu destinate ad hoc, ut reginas et concubinas honoris causâ comitarentur, earumque facerent gynæceum; aut quasi in gynæcco servabantur, ut morientibus reginis, vel concubinis in eum locum succederent, fierentque uxores vel primariae (seu reginæ), vel secundariae (seu concubinæ) (2); prout Cornelius à Lap. in hunc locum Canticorum observat. Itaque etiam in hoc loco Cant. vox *almae* denotat virgines. Verba sacri textus sunt: *Sexaginta sunt reginæ et octoginta concubinæ, et adolescentularum non est numerus.*

69. Instant 3º: Etiamsi in vaticinio Isa. 7, 14, *alma* significet virginem; quæ nimirum, antequam Emmanuel conceperet et parceret, fuit virgo; tamen probari nequit, quod in conceptione hæc, et parte manuserit virgo; ergo.—R.: Neg. ant. Nam probationem jam attulimus supra (3), nimirum hanc: Isaías, cit. loc., loquitur de signo et prodigo prorsus stupendo, quod datus erat Dominus domui David. At quod concipiatur virgo ex viro, siue virginitatem suam perdat, nullum signum, nullum prodigium est. Accedit,

(1) Vide Cornel. à Lap. Commentar. in L. Proverb. 30, 19.

(2) Vide P. IV S. Scriptur. contra incredulos propugn. de L. Job. quest. VII, num. 127. Item P. V. de Cantico cantic. quest. III, num. 51, dices.

(3) Num. 66, septuag.

quod tota Ecclesia Christi vera semper cum S. Mattheo, vaticinium illud Isaiae intellexerit de virginie prorsus singulari et excellente, quæ, etiam in ipsa conceptione et partu Emmanuelis, virgo permanxit. Unde non mirum, quod in textu hebreo cum litterâ emphaticâ ῥι, he, demonstratur virgo prorsus singularis, ut jam supra (1) observavimus.

70. Oppon. 2º: Filius virginis, de quo in citato Isaiae vaticinio sermo est, vocandus erat Emmanuel, sed filius Marie vocatus est Jesus, non Emmanuel; ergo.—Resp. 1º: Filius Isaiae, aut regis Achaz, nimirum Ezechias vel alius illius regis filius pariter non sunt vocati Emmanuel; ergo Judei, qui hanc objectionem faciunt, et tamen filium Isaiae vel regis Achaz in illo Isaiae vaticinio designari contendunt, debent eamdem solvere. Si dicant, nomina filii Isaiae, vel regis Achaz fermè idem significare quod Emmanuel, reponimus, nomen Jesus aut *Salvator* multò magis concordare cum nomine Emmanuel, *Nobiscum Deus*, quam nomen Ezechias, aut nomen filii Isaiae. Si replacent et dicant, hoc loco non tam de nomine, quam de re ipsâ sermonem esse, et vocem Emmanuel non tam nomen alicujus hominis, sed potius symbolum esse præsentiae et protectionis Dei in medio populi sui habitantis; idem, imò plus nos Christiani dicere possumus, quia noster Emmanuel seu Messias non est duntaxat symbolum divinitatis, sed Deus ipse. Si enim purus homo esset, ei non convenienter tituli, quos illi tribuit Isaías, c. 9, v. 6, dicens, quod vocandus sit *Deus fortis et Pater futuri seculi*. 2º Conc. maj., dist. min.: Filius Marie non est vocatus Emmanuel tanquam nomine proprio quad appellationem externam, conc. min.; reip̄e non est talis, qualis hoc nomine designatur, neg. min. et cons. Verbum, *vocari*, in S. Scripturâ non rarò significat esse tales, quemadmodum nomen significat, etsi is, cui hoc nomen reip̄e convenit, eo, tanquam nomine proprio, non soleat vulgo appellari. Sic, e. g., de Messia seu Christo propheta Zacharias, cap. 6, ait: *Eccœ vir, oriens nomen ejus*, non quod Messias nomine, *Oriens*, vulgo sit appellandus, sed quod reip̄e talis sit futurus, nempe oriturus ex stemmate patriarcharum, tanquam novus surculus, qui defossus in terrâ germinavit, et in magnam arborem crevit, cujus rami sunt filii Ecclesie. Similiter igitur de Messia Isaías, c. 7, dicit, quod sit vocandus Emmanuel, *Nobiscum Deus*, non quod hoc nomine vulgo sit appellandus, sed quod reip̄e sit talis futurus, nempe Deus-Homo; sicut idem propheta, cap. 9, de Messia eodem sensu dicit: *Vocabitur nomen ejus, Aamirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi*. Cæterum nomen Emmanuel, *Nobiscum Deus*, reip̄e idem est, quod nomen Jesus, id est, *Salvator*; idem, inquam, est non quidem sono, sed sensu; salvare enim nos à peccato, morte et inferno nemo potuit, nisi simul esset Deus.

Scholion. Plures alias objections, quibus Judæi ostendere conantur, Emmanuel, de quo Isaías, cit.

(1) Ibidem quinto.

loc. vaticinatur, non esse Jesum Nazarenum, seu Messiam Christianorum, eruditè assert, ac solidè solvit Cl. Bergier (1), quas tamen nos, non hoc loco, sed infra diluemus.

71. Oppon. 3^o: *Isaias, 7, 14, promittit signum regi Achaz, ut credit se liberandum fore à duabus regibus, qui Jerusalem invaserant, Basim, rege Syriae, et Phasee, rege Israel. Atqui signum debet precedere rem, quæ tali signo promittitur. Ergo signum, de quo Isaias loc. cit. loquitur, precessit liberationem Jerusalem à duabus illis regibus. Sed Christi conceptio et nativitas hanc liberationem non precessit, sed eamdem septingentis primis annis subsequuta est; ergo nec Christus est ille Emmanuel, nec Maria est illa virgo, de qua in eis, vaticinio Isaiae sermo est.—Resp.: Propheta Isaias vaticinum illud, non ad solum regem Achaz, neque ad presentes tantum Judeos, sed ad omnem Davidiam dominum, seu ad omnes hujus posteros direxit, dicens: *Audite ergo, domus David..... Dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virga concipiet.* Præcipius enim scopus prophete, (ut intr. num. 7, 24, videbimus), erat, toti domui David oblatu signo fidem facere, quod ea nec à duabus illis regibus, nec ab illo alio imminente infortunio eradicanda sit, cum Messias ex stirpe Davidis nasciturus esset. Ad obtinendum autem hunc finem, necessarium non erat annuntiari signum brevi eventurum. *Imò, quid magis distans et remotum hoc erat, è securior domus David reddebatur, quid diu esset persistuus.* Cum enim impius rex Achaz Deo diffideret et signum de liberatione à duabus regibus hostilibus futuræ, quod Deus ipsi obtulerat, respueret Isa. 7, 12, propheta Isaias huic incredulo regi, totique domui David in memoriam revocat fundamentum federis, puta Messiam, in quem tanquam suum liberatorem credebant et sperabant omnes Judei, et quasi dicit: *¶ Tu quidem, ô rex impie, promissionem divinam signumque de tuâ et tui populi liberatione futurâ respuendo, pessimè agis. Sed quia tu cum tuis non facitis quod debetis, non creditis Deum vos posso liberare à duabus illis hostilibus regibus; hinc Deus faciet aliquid dignum sc., non quod debet, sed quod misericorditer decernit, scilicet dabit multò mirabilius et potentius quid, quam sit hæc liberatio vestra; dabit, inquam, vobis non in personâ vestra, qui increduli, idèque indigni estis, sed in nepotibus vestris (2) signum prorsus stupendum. Aliquando enim Messiam Salvatorem ex virginie suscitabit, quod manifestum est argumentum, Deum jam nunc populo suo posse succurrere, eumque salvare, et à duabus illis regibus Syriae et Israel liberare; inò liberabit.**

(1) Traité historique et dogmatique de la vraie Religion, t. 7, chap. 7, art. 3, §§ 5, 6.

(2) Solet Scriptura promittere quadam, quæ non in eo, cui promittuntur, sed in posteris ejus implenda sunt. Sic Gentes. 13, 15, Deus promittit Abraham terram Chanaan, quam tamen non ipse, sed posteri ejus post aliquot secula sub Ioseph occuparunt. Tace plura alia similia exempla, quæ Cornelius à Lap. (canone 34 inter canones prophetis faciem præferentes, Comentario in quatuor prophetas majores) adducit.

Porro hoc signum virginis paritura Messiam non erat præviu seu precedens ipsam liberationem regni Judei à duabus illis regibus hostilibus, sed erat signum subsequens et confirmativum promissionis divine de illa liberatione factæ et jam impletæ. Dantur enim etiam signa quæ non sunt prævia seu prognostica rei futura, sed quæ sunt velut posthuma, et complete jam promissionis vel alterius rei commemorationes, quale, e. g., est illud Exodi 3, 12: *Et hoc habebis signum, quod miseris te: cum educeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum.* Item illud 4 Reg. 19, 29, ubi Isaias regi Ezechie à Sennacherib obpresso in periculo famis assignat alimoniam, eamque dat signum futurae liberationis urbis Jerusalem obesse, dicens: *Tibi autem, Ezechie, hoc erit signum: Comede hoc anno, quæ repereris; in secundo autem anno, quæ sponte nascuntur: porro in tertio anno seminate et metite.* Hoc autem tertio anno, obsidione jam solutâ, messis facta est, postquam angelus 185 milia in exercitu Sennacherib cecidit; ergo rei præcedens res subsequens (e. g., præcedens liberationis Jerosolymæ messis tertio illo anno facta) signum esse potest.

Ceterum Deus per Isaiam Judeis non solum dedit dictæ liberationis signum illud subsequens virginis aliquandò Messiam paritura, sed etiam duo alia signa prævia seu liberationem illam præcedentia, nempe in duobus filiis Isaiae, adultiore et recens nato, prout paulo infra pluribus explicabimus.

72. Scholion. Quod Messias ex virgine sine patre carnaliter generante nasciturus esset, veterum etiam rabbinorum testimonii palam evincitur, quæ cum ac aliis non paucis scriptoribus collecta sint, non opus est illa transcribere. Accedit quod, teste Michaeli Medina (1) scribat *Johannes Zonaras*, celebris græcus historicus (2), imperatoribus Constantino VII et Irene, quendam in Thraciâ inter fodiendam in lapideam cistam incidisse, quæ humanum cadaver (sive Judæi, sive alterius defuncti) continebat, cum hæc græca propheticæ inscriptione: *Xp̄iōtēs μήτερ γενιάσθε εκ παρθένου, καὶ πατέρου εἰς οὐδέτο.* Ènt δὲ Κωνσταντίνου, καὶ Εἰρήνης τῶν βασιλέων πάλαι, ἡδε, θύμη. Id est, *Christus generandus est ex Virgine; et credo in eum. Tempore autem Constantini et Irene regum rursus me videbitis, δο σοι.* Idem factum narrat etiam Natalis Alexand. (3) loquens

(1) L. 2 de rectâ in Deum Fide, cap. 9.

(2) *Johannes Zonaras* circa annum Christi 1120 vivebat. Gravia et honorifica obibat munera in aula imperatoris Constantinopolis; postea autem monachus ordinis S. Basillii factus est; unde alio nomine *Joannes Monachus* vocatur. Preter plura alia scripsit etiam annales, seu historiam universalem ad initio mundi usque ad Alexii Comneni obitum, sive annum Christi 1118. Hoc enim anno dictus imperator Greco-Orientalis obiit. Porro annales illi continent tribus volumibus, in quorum tertio res gestæ à tempore Constantini M. usque ad Alexii Comneni mortem, sive usq[ue] ad annum Christi 1118 recensentur. Ceterum id de Zonara illud quoque observatione dignum, quid antequam monasticam vitam amplexus est, etiam fuerit supremus secretarius Constantinopolis.

(3) Histor. ecclesiast. tom. 6, in Synopsi historiae eccles. octavi seculi cap. 6, art. 6.

de Constantino VII et Irene his verbis : « Tunc annus' Christi septingentesimus octogesimus vertebatur. Eodem anno ad longum Thracia muros cista effossa est, in qua vir proceræ magnitudinis sepultus jacebat, et hec insculpta legebatur iōscriptio : *Christus è virgine nascetur, inque eum ego credo. Constantino et Irene Imperantibus, sol me tursus videbis.* »

75. Oppon. 4° : De illâ matre et de illo filio est sermo in vaticinio Isaiae cap. 7, v. 14, de quo est sermo sequenti cap. 8, v. 3 et 4; sed cap. 8, cit. loc. non est sermo de matre Christi, et eius filio recens nato; ergo etiam de iisdem sermo est in cap. 7, v. 14. Major ex eo ostenditur, quia sicut in cap. 7, v. 14, 17, dicitur puer nasciturus ex virgine in signum liberationis futurae Iudeorum, sic etiam in cap. 8 cit. loc. dicitur filius nasciturus in idem signum; item sicut cap. 7, v. 16, regnum Iuda dicitur liberandum, antequām puer sciat reprobare malum et eligere bonum, ita cap. 8, v. 4, dicitur liberandum a duobus illis hostilibus regibus Rasini et Phacce, antequām sciat puer vocare parentem suum et matrem suam. Minor verò patet legenti cap. 8, v. 3, ubi expressè narratur, quod Isaiae accesserit ad prophetissam, i. e., uxorem suam, quae concepit et peperit filium, cui jussu Dei inditum est nomen : *Velociter spolia detrahe, festina prædari;* quia scilicet erat natus in signum et pignus, quod illi quo hostes regni Iuda, eorumque regiones brevi sint spoliandæ, id quod etiam intra biennium factum est.

Ad hanc objectionem, quæ una ex præcipnis est, datur à catholicis interpretibus doplex diversa responsio. Multi enim, concessa maiore, negant minorem; alii negant, vel potius distinguunt majorem et minorem. Itaque 4° multi negant minorem, i. e., negant in illis verbis Isa. 8, 3 : *Et accessi ad prophetissam, et concepit, et peperit filium,* sermonem esse de uxore Isaiae, et hujus filio recens nato. Hanc enim assertionem tanquam continentem sensum nimis crassum et Judaicum, negarunt plerique Patres, et plurimi S. Scripturae interpres, presertim veteres. Sic Eusebius, Hieronymus, Augustinus, Epiphanius, Ambrosius, Tertullianus, Basilius, aliique dicunt, prophetissam illam, Isa. cap. 8, esse ipsam B. Virginem, quæ non tantum prophetissa fuit, ed quod sanctissima esset et in templo educata apud virginis Deo consecrata, sed et propriè, quia futura prædixit, ut in suo hymno, *Magnificat*, prædixit illud : *Beatum me dicent omnes generationes*, quod etiam hodiè impleri et verificari cernimus; item quia genuit sumnum orbis prophetam Christum. Ceterum, quæ citato cap. 8 de accessu Isaiae ad prophetissam, aliaque huc pertinentia dicuntur, juxta Menochium et Cornelium à Lap. (qui pariter huius primæ responsionis adhærent) non realiter contigerunt, sed per imaginationem tantum et visionem mentalem obiecta sunt Isaiae. Itaque (ut hic interpres ait) sicut cap. 6 Isaiae per mentalem visionem nem vidit Deum in throno, et Seraphim ei acclamantes, *Sanctus*, unumque ex eis cùculo urentem clavia sua; ita et hic vidit non corporaliter, sed mentaliter librum grandem, in quo visus est sibi

scribere stylo hominis, *velociter spolia detrahe, atque mentaliter testes suæ scriptioñis adhibuit Uriam et Zachariam;* cùmque quid haec scriptura sibi vellet, non intelligeret Isaías, innit ei Deus ut adiret venerandam quamdam matronam ac prophetissam, quam ejus imaginatione obiecta. Visus ergo est sibi Isaías eam adire, ac videre quod illa conciperet et pareret filium, cui ipse jubetur imponere illud nomine, quod in libro jussus erat scriberet, scilicet, *accelera spolia detrahere, festina prædari.* Mox causam et mysterium in hoc nomine latens discit, dum audit : *Quia antequām sciat puer, etc.* Porro fusior hujus responsionis explicatio et defensio legi potest apud eundem laudatum interpretem loc. cit.

Alli verò cum S. Chrysostomo, Richardo à S. Victore, Sixto Senensi, Vatablo, Tirino, etc., ad objectionem initio num. 73 propositam respondent et dicunt, prophetissam, Isa. 8, 3, esse uxorem Isaiae, et filium ex eâ recens natum in signum brevi liberandi regni Iuda esse filium Isaiae, ita tamen, ut uxor Isaiae fuerit typus seu figura B. Virginis; filius verò ille ex prophetissâ recens natus figura Christi, qui regnum diaboli citè spoliavit. Atque, juxta hanc secundam responsionem, syllogismus in memoratâ objectione allatus ita distinguendus est : De illâ matre et de illo filio sermo est Isa. cap. 7, in illis verbis : *Ecce virgo concipiet, etc.*, de quâ matre et de quo filio in sequenti cap. 8, v. 3 et 4, sermo est in sensu mystico, conc. maj.; de quâ matre et de quo filio ibidem sermo est in sensu litterali, neg. maj. et dist. min.; de uxore et filio Isaiae sermo est cap. 8, v. 3 et 4, in sensu litterali Scripturae, conc. min.; in sensu mystico, neg. min. et cons.

Porro, quoniam ex his duabus diversorum auctorum responsionibus nobis præferenda videatur, ex sequenti questione IV patet.

74. Quares 4° : *Quomodo interpres catholici vaticinium Isaiae c. 7, v. 14, de virgine paritura concilient, aut conciliare possint cum Isa. cap. 8, v. 3 et 4, et cum pluribus aliis ejusdem Prophetæ effatis.* — Resp. Quamvis interpres catholici in eo convenient, quod verba illa vaticinii Isa. 7, 14 : *Ecce virgo concipiet et pariet filium, etc.*, in sensu litterali de Virgine Christum, illas sua virginitate, conciente et pariente intelligendi sunt; discrepant tamen in exponendo Isa. cap. 8, v. 3 et 4, prout precedente num. 73 ostendimus. Nobis videtur præferenda sententia illorum, qui dicunt, in illis verbis Isaiae cap. 8, v. 3 : *Et accessi ad prophetissam, et concepit et peperit filium*, in sensu litterali intelligi filium Isaiae, ex prophetissâ, h. e., uxore suâ recens natum; quamvis in sensu mystico, quem hic præcipue intendit Spiritus sanctus, exponenda sint ista de Christo per has umbras prefigurato. Nempe Spiritus sanctus accessit ad B. Virginem non uno ex titulo prophetissam; que obumbrata à Spiritu sancto concepit et orbi peperit Christum, qui celerrimus prædator et victor fuit totius regni diabolici. Itaque uxor Isaiae Propheta fuit figura B. Virginis, quæ pariter verè dici potest prophetissa; et filius illi recens natus Isaiae, cui nomen : *Accelera spolia de-*

trahere, festina predari, jussu Dei inditum est, typus erat Christi celerrime spoliantis et debellantis regnum diabolicum.

Hac jam assumpta sententia, facilè ea, que Isaiae cap. 7, v. 14, de virginе paritur et ejus filio Emmanuel dicit, conciliamus cum ejusdem prophetæ cap. 8, v. 5 et 4, et aliis ipsis effatis. In primis autem observandum est, quod propheta Isaiae capite 7 et 8 triplicem scopum resperxerit, ad quem etiam nos studiosius attendere debemus. Primus erat, fidem facere regi Achaz, quod urbs Jerusalem à duobus hostilibus regibus Rasin et Phacee non sit expugnanda; unde in signum et confirmationem hujus rei Isaiae promitti, quod antequam filius suus *Sear-Jasub*, quem jussu Dei ad prophetandum, duos illos hostiles reges contra regnum Juda non prevalueros, secum adduxit (1), *sciat reprobare malum et eligere bonum*, et antequam alter filius suus, quem prophetissa, seu uxor sua proximè esset paritura, *sciat vocare patrem suum et matrem suam*, hoc est, antequam biennium elabatur, reges illos hostiles Israel et Syriae esse ab Assyriis spoliandos. Et revera hoc contigit post istud vaticinium intra spatium biennii vel triennii (2). Secundus erat, regem Achaz reprehendendi, quod Deo disfidentis, regem Assyriorum in auxilium vocaverit, eique predicandi, quod hoc auxilium tristem habiturum sit exitum. Unde Isaiae (3) regi Achaz prædictit, quod Assyrii graviora mala inducturi sint in regnum Juda, quam

(1) Isa. 7, 3 et 4 legimus: *Et dixit Dominus ad Isaiam: Egredere in occursum Achaz, tu, et qui derelictus Jasub filius tuus, ad extrellum aquæ ductus piscine superioris in viâ agri fullonis. Et dices ad eum: Vide ut sileas; noli timere, et cor tuum ne formidet à duabus caudis titiōnum fumigantium istorum in ira furoris Rasin regis Syriae et filii Romelie.*

(2) 4 Reg. 16, 9, legimus: *Ascendit enim rex Assyriorum in Damascum, et vastavit eam; et transiit habitatores ejus Cyrenem, Rasin autem interfecit. Porro 4 Reg. 15, 29, narratur: In diebus Phace regis Israel venit Theglaphasar, rex Assur et cepit Aion et Abel, dominum Maacha et Janoe, et Cedes, et Asor, et Galad, et Galileam, et universam terram Nephthalit, et translatus eos in Assyrios. Hac autem clade, que memoratur hoc versiculo vigesimo nono, amisit regnum Israel duas tribus cum dimidiâ, quae erant trans Jordanem, tribum scilicet Ruben et Gad, et dimidiâ tribum Manasse; cis Jordanem autem totum tribum Nephthaliti, quæ tota superior Galilee, que gentium dicitur, continetur. Vide Menochium in hunc Scriptura locum. Quod autem hec genina clades duorum regum, Rasin regis Syriae et Phace regis Israel, intra spatium biennii vel triennii post illud vaticinum Isa. 7, 14, contingit, in Calmeti Tabulâ chronologicâ generali Historie biblicæ (ad calcem Dictionarium biblicum, ab eodem auctore compositi, posita) videri potest ad annum mundi 3264. Aut in notâ Cl. Ignati Weitenauer aditum ad Isa. cap. 7, v. 16. Consule etiam, si vis, hac de re Sanctum, Commentar. in Isa. 8, 4, num. 9. Vel ejusdem Commentar. in 4 Reg. 16, 7, num. 19.*

(3) Verba Isaiae ad regem Achaz, cap. 7, v. 17 et seqq., sunt: *Adducet Dominus super te (ð Achaz) et super populum tuum, et super dominum patris tui, dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum. Et erit in die illâ: Sibilabit Dominus.... apî, quæ est in terra Assur, etc. Et 2 Paral. 28, 19 et 50, narratur: Humiliaverat enim Dominus Iudam propter Achaz regem Juda, eo quod..... contempsit habuisset Dominum; adduxitque contra eum The-*

fuerint omnia illa, que hoc regnum à tempore separationis sue à regno Israel expertum est. Tertius et precipuus erat, toti domui David fidem faciendo, quod ipsa neque à duobus illis regibus hostilibus, Rasin et Phacee, neque ab Assyriis, nec alio quocumque imminente infortunio eradica sit; cùm Messias ex stirpe Davidis nasciturus esset. Ad tertium autem hunc scopum assequendum non erat necessarium, domui David prædicere signum hujus rei brevi eventurum; sed potius (ut suprà jam observavimus) quo magis distans et remotum hoc signum erat, eò securior fiebat dominus David de diuturnâ sua duratione; quia Judæi à generatione in generationem sciebant et credebant, ex stirpe David, adèoque ex domo David nasciturum Messiam. Hinc Isaiae vaticinium de virginē paritura Emmanuel seu Messiam non ad regem Achaz, sed ad totam domum David direxit: *Audite ergo, domus David, etc.*

Porrò, postquam hic Propheta in cap. 7, partum Emmanuelis, *Deus nobiscum*, prædixit, eundem Emmanuel cap. 8, v. 10, tanquam pignus auxiliū divini adversus Assyrios et alios Judæe hostes proponit, dicens: *Iuste constitua (ð hostes Judeæ), et dissipabitur; loquimini verbum, et non fiat, quia nobiscum Deus.* Et cap. 9, v. 6 et 7, afferat prærogativas characteristicas Emmanuelis, qui *super solium David et super regnum ejus sedebit..... in sempiternum*. Denique cap. 11, Emmanuelis seu Messiae describit virtutes et exaltationem, ut ipsi Judæi fatentur.

5. Ex omnibus hactenù dictis colliges: 1º Filius virginis concipientis et parentis, Isa. 7, v. 14 et 15, est Jesus Christus, verus Emmanuel, cuius mirabilis conceptio et partus domui David datum est in signum, ipsam à duobus illis regibus hostilibus Rasin et Phacee non eradicandam, cùm ex stirpe David aliquando nasciturus esset ex Virgine Messias. 2º Ibidem, versus 16: *Quia antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum, derelinquetur terra, etc.*, non est intelligendus de Emmanuel seu Christo ex Virgine nascituro; quia Deus per Isaiae prophetam his verbis indicat celerem liberationem Jerosolymæ à duobus illis regibus hostilibus, Rasin et Phacee; sicut illis verbis, cap. 8, v. 4: *Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, auferetur fortitudo Damasci et spolia Samarie coram rege Assyriorum*, Propheta indicavit velocem illam liberationem. Atqui Christus non nisi 700 annis post utrumque hoc effatum Isaiae natus est; ergo in neutro hoc effato Isaiae sermo est de Christo puer, saltem in sensu literali.

Cæterum, quod puer, de quo Isa. 7, 16, sermo est, non sit Emmanuel seu Christus, de quo ibidem, 14 et 15, sermo erat, fatetur etiam Sanctus (1) his verbis: *Hic autem puer, Isa. 7, v. 16, non est Emmanuel, cuius proximè antecesserat nomen, nempe ibid. v. 14, sed aut hic filius Isaiae, aut quicunque alius, qui tunc esset in lucem editus. Similiter Cl. Bergier, cuius vestigiis in glathphasas, regem Assyriorum, qui et affixit eum, et nullo resistente vastavit.*

(1) Loc. cit. § 3.

hac quæstione insisto, negat, puerum illum cit. v. 16, esse Emmanuelem. Verum etiam negat eundem esse filium Isaiae (cit. cap. 8, v. 3) recens natum, atque esse potius alterum Isaiae filium adultiorum, *Sear Jasub* dictum, quem ad vaticinandum secum jussu Dei tunc adducebat. Atque hanc sententiam etiam nos amplectimur, et cum laudato auctore dicimus : 3º Puer, de quo sermo est Isa. 7, 16, non est filius Isaiae ex prophetissâ recens natus, de quo Isa. 8, 3 et 4, sermo fit; sed est filius adultior Isaiae, *Sear Jasub* dictus, quem Isaia jussu Dei tunc secum adduxit, uti sequentibus rationibus ostenditur. 1º Si tam in versu 16 capituli septimi, quam in versu 3 et 4 capituli octavi idem filius Isaiae, nempe ex prophetissâ recens natus et **בָּנֵי שָׁלָחַ** Maher Schalat nominatus, dicatur intelligi debere, oritur contradicatio. Nam in cap. 7, v. 16, sacer textus habet : *Antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum*; in cap. 8 autem v. 4, dicitur : *Antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam*; sed haec duas epochas non sunt una eademque. Infans enim in tertio statu sue anno potest loqui et vocare patrem suum et matrem suam; at primum in septimo anno ordinariè gaudet usi rationis, ac discernit inter bonum et malum. Igitur in cap. 7, v. 16, non est sermo de eodem puer, de quo cap. 8, v. 4, sermo est. Si autem dicatur (prout nos cum Cl. Bergier dicimus), quod Isa. 7, 16, de filio Isaiae, *Sear Jasub* dicto, qui tunc 4 circiter annorum puer fuisse ponitur, sermo sit; in altero vero textu (nempe Isa. 8, 3 et 4) de filio Isaiae, Maher Schalat appellato, et proxime nascituro, omnia facile conciliantur, et eadem epocha liberandæ à duobus hostilibus regibus Hierosolymæ prodit. Nimirum, antequam adultior filius Isaiae perveniret ad ætatem, quæ usi rationis uti, et inter bonum et malum discernere posset, et antequam alter ejusdem propheta filii loqui, et patrem matremque suam vocare posset, h. e., antequam biennium vel triennium elaberetur, duo regna illorum hostilium regum, Rasin et Phacee vastanda erant; id quod etiam factum est. 2º Si solus filius Isaiae, Maher Schalat dictus, de quo in cap. 8 sermo est, fuisset datum in signum brevi liberanda Hierosolymæ, isque ille ipse esset, de quo cap. 7, v. 16, sermo est, non apparet ratio, cur Deus Isaiam jusserit, alterum adultiore filium suum *Sear Jasub* dictum secum ad vaticinandum adducere: si autem dicatur, quod cap. 7, v. 16, sermo sit de *Sear Jasub*, facile redditur ratio (quam etiam interpretes unanimiter afferunt), cur Deus cit. loc. Isaiam jusserit, filium suum *Sear Jasub* dictum ad vaticinandum secum adducere, ut scilicet hic puer suo nomine esset in signum brevi restaurandi regni Juda ab hostibus vastati, ut mox distinctius explicabimus. 3º Si solus Maher Schalat fuisset datum in signum brevi liberandi regni Juda, non potuisse Isaias cum veritate dicere in numero plurali: *Ecce ego et puer mei, quos dedit mihi Dominus in signum et portentum Israel*. Jam verò juxta nos id verissimum est, quia, juxta nostram modò explicatam doctrinam, his Isaiae verbis indicatur uterque ejus filius, nempe adulterior *Sear Jasub* dictus, quem Isaia

jussu Dei ad regem Achaz secum adduxit vaticinatum, et alter postea recens conceptus ex prophetissâ, Maher Schalat dictus, quorum uterque suo nomine fuit in signum et portentum Israel, ac præfiguravit liberationem regni Juda, et cladem regni Israelis et Syrie. Nam nomen hebreum בָּנֵי שָׁלָחַ *Sear Jasub* (1) ex duabus dictiōnibus compositum significat, *reliquum redibit*, vel, *reliquia convertentur*. Ex quo rex Achaz, et populus regni Juda facilè colligere poterant, illos Judeos, quos præsentium temporum iniquitas patriæ exulare, aut in captivitatem hostium incidere coegit, postlimiò reddituros, vel populum regni Juda, qui malè ab hostibus vexatus fuerat, quique à Deo videbatur esse derelictus, ad priorem statum et gloriam quadam modo redditurum. Nomen verò alterius filii recens concepti, Maher Schalat, i. e., *Velociter spolia detrahe*, indicabat, regna hostilia Syriæ et Israelis citè fore spolianda, ut adèd duo Isaiae filii suo nomine fuerint reverè ænigma, prodigia, et oracula spirantia, seu figuræ dictorum eventuum brevi futurorum. Benè enim hic notandum est, quod Deus non tantum per verba, res et symbola, sed etiam per nomina soleat prophete. Sic Osee prophete, cap. 4, v. 6, 9, precepit, proles suas nuncupare, *Absque misericordiâ.... Non populus meus*. Similiter igitur Isaias Dei jussu illis duobus filiis suis nomina *Sear Jasub*, et Maher Schalat, ut dictos eventus præfigurarent, indidit. Audiamus jam contra expositionem nostram Isaiae hucusque propositum argumenta contraria.

76. Argumentum I. Hec expositiō asserit, quod ille puer, Isa. 8, v. 3 et 4, fuerit filius Isaiae ex uxore suâ recens natus; sed hoc dici nequit; prob. min. De eodem puer (cit. loc. v. 4) 70 Interpretes dicunt, quod spoliabit Samariam. Nam ubi Vulgata latina habet : *Antequam sciat puer vocare patrem et matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, et spolia Samarie*, etc. Seputaginta vertunt: *Accipiet (nempe hic puer) fortitudinem Damasci et spolia Samarie*. Atqui hoc non convenit filio Isaiae, sed soli Christo. Ita Cornelius à Lap. contra expositionem, quam nos amplectimur. — Resp.: Dist. maj. Hec nostra expositiō asserit, quod ille puer fuerit filius Isaiae, etc., ipso tamen nomine

(1) Nostra Vulgata latina, et 70 Interpretes hunc Isaiae filium decurto nomine appellant *Jasub*; nam nomina propria non rarò decurantur, ut cùm Idumea vocatur *Duma*, Isa. 21, 11, aut cùm Jerusalem vocatur *Salem*, Genes. 14, 18, aut cùm Bethlemites vocatur *Lemites*, 4 Paral. 20, 5. Taceo quadam alia hujusmodi exempla. Ceterū, in textu hebreo, Isa. 7, 3, est *Sear Jasub*, *filius tuus*; filius ergo ille dictus est *Sear Jasub*. Unde illud *derelictus*, pro quo in textu hebreo ponitur *Sear*, juxta Sanctum et plures alios pertinet, quoque ad nomen illius filii Isaiae, et totum nomen est *Sear Jasub*, quod valet idem ac, *derelictus* seu, *reliquie convertentur*; quasi in nomine hujus filii sui, quod instinctu divino proli sue indidisse censendum est, prædicti Isaias fore, ut regnum Juda à vexatione hostilium regum sit liberandum; ut non explicabimus. Porro nomen proprium hujus filii Isaiae esse *Sear Jasub* ex duabus dictiōnibus compositum, tenent Pagninus et Vatablus, Osorius, Forerius, Sanctius, Cornelius à Lap. et Tirinus, quos, si malis, consulere poteris.

suo p̄efigurans celerem ablationem fortitudinis Damasci, et depreciationem Samariae, cōc. ; secūs, neg. Hoc ipso autem, quod ille puer tam velocem de hostiis regni Iuda reportandam à rege Assyriorum victoriā nomine suo p̄efiguraverit, aliquo sensu, nempe figuratē, dici potest accepisse seu abstulisse *fortitudinem Damasci et spolia Samarie*, hoc nimirum modo : *Accipit, id est, accipienda portendet fortitudinem Damasci et spolia Samarie*.

Cæterūm aliam adhuc responsiōnēm nobis suggerit S. Chrysostomus ad solvendam allatam objectionēm, que eum non absterruit, quominus filium prophetissē (Isa. 8, v. 3 et 4) diceret fuisse filium Isaiae ex uxore suā recente natum. Nam postquām gratus ille S. Pater citavit Isaiae cap. 8, v. 3, verbā : *Et accessi ad prophetissam, immediaē addit istam horum verborum expositionēm : Hoc forsitan nomine (prophetissae) suam uxorem (propheta Isaiae idē) vocari, quod spiritu propheticō habita esset digna.* Dēm post intervallū recitat modō dicti capitū 8 versus 4, non prout eundem habet Vulgata latīna, sed prout eum vertunt 70 Interpretēs, nempe sic : *Quia antequām sciat puer vocare patrem et matrem, accipiet fortitudinem Damasci, et spolia Samarie ; ac mox hunc versum exponit, ita pergens : Quod autem (propheta Isaiae hoc loco) dicit tale est : Tempore aetatis puerilis, nec adhuc maturae et neclum compotis loquendi, quae ad victorian et traphorū erectionem spectant (scilicet ablato fortitudinis Damasci, et spoliorū Samarie), fient. Non quod puer (de quo ille versus 4 loquitur) possit aduersum hostes aciem instruere et bella dirimere ; sed quod eā aetate infantis, hoc est, illo tempore, priusquam scilicet puer disertè loquatur, universa tridentur manib⁹ hostium.* Hucusque S. Chrysostomus. Ex quibus bujus S. Patris verbi patet, quod is censurit, verba illā citati textū græci, antequām sciat puer vocare patrem et matrem, accipiet fortitudinem Damasci et spolia Samarie, non habere hunc sensum, quod ille puer in personā suā consideratus accipiet, i.e., auferet fortitudinem Damasci et spolia Samarie, sed quod haec auferenda sint eā aetate infantis, seu illo tempore, priusquam puer ille sciat disertè loqui. Atque hoc etiam factum est, ut iam supra ostendimus.

77. Argumentum II. Juxta nostram expositionem, num. 74 et 75, allatam Isaiae, cap. 7 et cap. 8, identidem variaret, et eodem quasi halitu modō de Christo et B. Virgine, modō de uxore et liberis suis vaticinaretur. Nam cap. 7, v. 14 et 15, sermo esset de Christo et B. Virgine; versu autem 16, immediaē sequenti, de Scār Jashb filio suo. Porri cap. 8, v. 3 et 4 loqueretur de uxore suā, et de altero filio suo Maher Schalal dicto, etc. Atq̄i tanta variatio in vaticinando non videtur verisimilis. Confirmatur. Ille puer de quo Isa. 8, 3 et 4, sermo est, in eodeū capite 8, 8, vocatur Emmanuel : *Et erit extensio alarum ejus implens latitudinem terræ tuæ*, o Emmanuel; quod nomen nulli filio Isaiae competit; ergo puer, de quo Isa. 8, 3 et 4, sermo est, non est Maher Schalal, filius Isaiae, prout denuo observat Cornelius à Lap.

Cone. maj., nego min. Nam ipse Cornelius à Lap. (1) cum aliis interpretibus preter alios Canones seu regulas intelligendi prophetas statuit Canonem ordine quartūm, in quo fūse et p̄e varia exempla estendit, quod prophete saliant repente ab uno ad aliud, à figurā ad figuratum aut viceversum, citaque in hanc rem S. Hieronymūm, qui (2) ait : *Hinc vel maximē obscuri sunt prophetæ, qui repente diuī aliud agitur, ad alios persone mutatur.* Porro ibidem post intervallū Cornelius à Lap. ita p̄ergit : *Sic Isaías, cap. 7, à liberazione Iudeorum et Achaz de Manu Rasin regis Syriae, et Phace regis Samarie, subito transit ad partum virginis et Emanuēl ortum, ac liberationem hominum è potestate diaboli per Christum, cuius illuī erat typus.* Sic s̄pē vastitatem urbis (Jerosolyma) miscent cum excidio orbis, et die iudicii, cujus illa (devastatio Jerosolyma) fuit speculum et preludium (3). Cæterūm, quamvis juxta nostram expositionem in cap. 7 et 8, magna sit variatio personarū, prout presētē objec̄cio recte dicit, tamen haec variatio non sinē gravitationē à nobis asseritur, ut ex supra dictis abunde colligi potest.

Ad confirmat. resp. negando suppositū, quod puer, de quo Isa. 8, 3 et 4, sermo est, sit Emmanuel, ad quem ibidem propheta suspirat. Ille enim, v. 3 et 4, est filius Isaiae ex prophetissā genitūs et Maher Schalal Iūssu Dei nominatū; Emanuēl autem v. 8, est ipse Christus, ut iam supra observavimus. Cum enim Isaiae ibi regni Iuda afflictionē futurām praediceret, subito mōre prophetarū se convertit ad Emmanuel, i. e., ad Christum tanquam Dominum terrae Iuda. Cæterūm haec responsio nostra dñiōs prorsus conformis est doctrinae Ihesus Cornelii à Lap., qui presentē objectionē nostrā expositiōnē capitū 8 Isaiae opponit. Ipsemet enim celeberrimus hic interpres in citato Canonē seu regulā à intelligendi prophetas inter alia ita dicit : *i. Hinc unusū, cūm aliquis umbras ē sese ostendit Messie, aut aliquā quod ipsius memoriā exaltat, excitatur Propheta, et affectu magno ē in eum rapitur...* Deinde quāsi de stupore et extasi ē sc̄ipsum recipit, ac ad institutam narrationēm sese referit. Itaque dāta occasione, repente quasi per suspicium Propheta avolat ad Christum, quasi ad sc̄opum, amorem et deliciās suas, moxque reddit ad historiam, vel materialē ceptam. Exempla sunt i Isaiae 16, 1, ubi cūm praediceret excidium Moab per Chaldeos, privedens Christum ē Moab p̄ Ruth et Moabitēm nascitūrum, subito ad eum avolat dicens: *Emittite agnum, Domine, dominatorem terra, de Petra deserti ad montem filie Sion;* moxque post hōc siūm suspicium, quasi per parenthesis inscritū, reddit ad

(1) Commentarii in 4 prophetas maiores, ubi ad initium hujus Operis ponuntur Canones Prophetis faciem preferentes.

(2) Sub initium Commentar. in cap. 2 Nahum.

(3) Inī ipse summus Propheta, Christus dominus Matth. cap. 24, sub excidio urbis Jerusalem tanquam typo seu figurā depingit excidium orbis in fine mundi tanquam figuratum, et ab illo ad hōc transit, ac utrumque conjungit.

• vaticinandum cladem Moab. • Similiter igitur etiam nos merito dicimus, verba illa Isa. 8, 8 : *Et erit extensio alarum ejus implexus latitudinem terrae tue, & Emmanuel!* repentinum susprium propheta ad Christum, quin ideò sequatur, quod etiam puer precedente versu 3 et 4 sit Emmanuel, aut Christus ex Virgine natus.

78. Argumentum III. Expositio supra (num. 74 et 75) allata non satis coheret cum verbis Isaiae, et cum historiâ. Nam regum Samarie eversum est anno 6 regis Ezechie, cùm puer ille Isaiae, de quo Isa. 8, 3 et 4, sermo est, jam pridem sciret vocare patrem et matrem; erat enim tum facile 16 annorum. Neque juvat respondere, tunc quidem eversum esse regnum Samarie, sed longè ante coepisse Assyrios eam deprædarî, quod solûm prædictis Isaiae cit. loc. dûm ait, *aferenda spolia Samarie, antequam sciat puer vocare patrem suum, et matrem suam.* Nam contra est: Isaías non tantum deprædationem, sed et interitum regni prædicti; nam cap. 7, v. 8, expressè ait: *Aduic sexaginta et quinque anni, et desinet Ephraim (hoc est, regnum Samarie) esse populus.* Ita denud Cornelius à Lap. — Resp. negando suppositum, quod in verbis illis Isa. 8, 4: *Antequam sciat puer vocare patrem et matrem suum, aferetur fortitudo Damasci et spolia Samarie,* sermo sit de omnimodo excoido Samarie; sed duntaxat hoc loco sermo est de deprædatione Samarie, ut ex eo haud obscurè colligitur, quia propheta ait *aferenda esse spolia Samarie.* Atque hoc revera per Theglaphasar regem Assyriorum factum est, antequam puer ille sciebat vocare patrem et matrem suum: uti jam supra à nobis ostensum est. Post plures (1) autem annos Salmanasar, rex Assyriæ et successor Théglaphasar, capti Samaria, reliquias decem tribuum captivas duxit et translatuit in Assyrios, 4 Reg. 17, 6; atque hic fuit finis regni Israel, et tunc impletum est illud: *Ephraim (2) desinet esse populus;* prout Isaías, cap. 7, 8, predicit.

Aliam adhuc responsionem ad allatam hic objectio-nem iteratò (3) affer Sanctius, docens, Ephraim seu regnum Israel post magnam illam cladem, quam accepérat tempore Phacee, 4 Reg. 15, 29, jam dici posse, devastatum seu excidium esse passum, ctsi plenus et perfectus interitus non nisi post plures annos secutus sit; quia aliiquid tunc factum dicimus, aut compleatum, cùm bona ex parte cœptum est fieri. Atque hunc modum loquendi laudatus auctor etiam exemplis S. Scripturae confirmat. Sic, ait, Dan. cap. 9, anno primo Darii completi esse dicuntur septuaginta anni desolationis Jerusalem, cùm tamen septuagesimo illinc anno non desolata fuerit, sed desolari cepta.

(1) Vide Calmeti Tabulam chronologicam generalem Historia biblica (ad calcem Dictionarium biblici iusdem auctoris positam) ad annum mundi 5264 et 3283.

(2) Non raro nomen Ephraim pro tota regno decem tribuum, seu pro toto regno Israel usurpatum. Vide Calmeti Dictionarium biblicum, v^e *Ephraim.* Rationem autem, cur Ephraim sumatur pro toto regno Israel, Sanctius (Commentar. in Isa. 8, 4) assignat istam, quia ex tribu Ephraim ortus fuit Jéroboam, qui prius omnium regnum illud obtinuit.

(3) Commentar. in 4 Reg. 16, 7, num. 9. Et Commentar. in Isa. 8, 4, num. 9.

79. Quæres 5^o « quo sensu (Isa. 18, 2) de rege *& Äthiopie* dicatur: *Mittit in mare legatos in vasis papyri.* An navibus papyraceis trajicunt mare? — Resp.: *In vasis papyri,* id est, in navibus ex papyro arbore confectis, ut moris est in Äthiopia et Ägypto, teste Herodoto, lib. 2, qui scribit Ägyptios suas naves ex junco fabricare. Est enim papyrus (1) arbuseula vel frutex juxta Nilum nascentis, sicut apud nos nascuntur junci in locis palustribus, vel marginalibus fluminum. Id ipsum testantur Theophrast. (2), Plinius (3), et Lucanus (4) ita canens :

Conseritur bibulæ Memphytis cymba papyro.

Porrò, quia Ägyptii ex eâdem arbore, ejusque foliis tenui phylrà, acu deductà faciebant chartam ad scribendum teste codem Plinio, lib. 13, c. 11, ideò chartæ nostræ, licet ex contritis linteis factæ, quia tamen cumdem scribendis usum præbent, papyrus vocantur.

80. Quæres. 6^o « quo sensu (Isa. 19, 2) dicatur: *& Concurrere faciam Ägyptios regnum adversus regnum,* cùm tamen Ägyptus non sit nisi unicum regnum. — Resp. sensum esse: *Concurrere faciam regnum adversus regnum,* id est, provinciam adversus provinciam, ut Septuaginta habent; vel satrapiam seu prefecturam unam adversus aliam. Cm. enim Assyrii Ägyptum invaderent, quedam provincie seu prefecture Assyriis sese dedere volentes, insurixerunt etiam armis adversus alias, quæ se dedere noblebant. Quà dissensione ei mutuè cæde factum est, ut Sennacherib nullo negotio subigeret Ägyptum; prout etiam loc. cit. indicatur. Totus eni versus ita habet: *Et concurrere faciam Ägyptios adversus Ägyptios, et pugnabit vir adversus fratrem suum, et vir contra amicum suum, civitas adversus civitatem, regnum adversus regnum,* id est, provincia adversus provinciam. Ägyptus enim tuic in duodecim partes divisæ erat. Ita Calmetus cum aliis.

81. Quæres 7^o num verisimile sit, quod Deus (Isa. 20, 2) *Isaiam jusserrit, exutis vestibus nudum incedere, ad presignificandum quod Ägyptii et Äthiopie nudi ab Assyris abstrahendi sint in captivitatem.* Num mandatum, quod pudicitæ repugnat, potest esse divinum? Ita complures increduli (5) ad deprimentam auctoritatem Scripturae et Prophetarum. Verum hanc objectio-nem alibi (6) jam solvimus. Hinc pluribus eam refellere, hic supersedeo.

82. Quæres 8^o « quomodò concordet dictum Isaiae (cap. 23, v. 17): *Post 70 annos reducat Dominus Tyrum ad mercedes suas, cum effato Ezechielis (26, 14), & de Tyro dicentes: Non adficaberis ultra.* Et (v. 21): *& Non invenieris ultra in sempiternum.* An hæc non re-pugnant verbis Isaiae modo citatis? — Resp.: Certum est, quod post illos 70 annos urbs Tyras dicta extiterit, prout patet ex citato Isaiae loco, et ex eo, quod Alexander M. eam rursus expugnarit. Ad objecta vero

(1) Vide Cornel. à Lap. Commentar. in Exod. 2, 5.

(2) L. 4 Histor. plant.

(3) L. 7, c. 56.—(4) L. 4.

(5) Philos. de l'Hist. c. 23, p. 22. Essai sur la Tolé-rance, c. 12, note f, p. 425. Examen important, c. 10. Tindal, c. 13, p. 231.

(6) Vide supra, sect. 4, quest. 6, num. 9, 14.

Ezechieliis verba, omissis aliis responsionibus, dupl. citer responderi potest. Nam primò dici potest cum S. Hieronymo, instauratam quidem fuisse Tyrum in urbem, sed nunquam pristinam suam gloriam et potentiam ab eâ fuisse ex integro recuperatam. Tyrus enim ab eo tempore, quo à Nabuchodonosore eversa fuit, deinceps subfuit Chaldeis, Græcis, Romanis. Unde verba Ezechieliis possunt habere hunc sensum: *Non recuperabis ultra pristinam tuam gloriam et dominatum.* Vel cum Calmeto (1) dici potest, duas Tyri urbes fuisse: veterem penitus à Nabuchodonosore eversam, quæ nunquam in pristinum decus reversa est; et novam in insula, quæ usque ad Alexandri M. tempora floruit. Josephus enim (2) testatur, Nabuchodonosorem constituisse Ithobal, ut esset rex Tyri, cuius successores ibi usque ad Alexandri M. tempora imperitarentur.

83. Quæres 9° « quo sensu Isaías (cap. 33, v. 7) dicat: *Angeli pacis amarè flebunt;* cùm tamen in cœlo neque luctus, neque dolor locum habeat. — Resp. negando suppositum, quòd hoc loco per angelos pacis intelligentur spiritus angelici; sed intelliguntur nuntii (3) seu legati pacis, qui egressi sunt ad Rabsacem, ducem Sennacherib, pacis cum eo compонendæ causâ, solliciti Eliakim, Soba et Joahe. Verum cùm pacem à tyranno non impetrarent, sed potius minas et contemptus, videntes præsentissimum urbis periculum fleverunt, et scissis vestibus Regi Ezechie in maximis angustiis constituto nuntiaverunt verba Rabsaci.

Si quis autem in sensu spirituali per angelos pacis cum S. Hieronymo intelligere velit spiritus angelicos presides templi Salomonici, lugentes, dūm viderent templum esse in periculo tante cladis, is textum sumere debet in sensu impropietate figurato; sicut etiam Deus in S. Scripturâ quandoque dicitur dolere, pœnitere, irasci.

84. Quæres 10° « quid sentiendum de expositione verborum Isaiae (cap. 40, v. 3, 4 et 5): *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, et omnismons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Et revelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro.... quod os Domini locutum est.* Quid, inquires, sentiendum de hujus loci expositione, quam auctor famosi libri *Horus dicti assertit? —* Resp.: Sicut alia hujus detestandi libri asserta, ita etiam haec expositio est prorsus gratis conficta, falsissima, et in contemptu S. Scriptura excoquita. Antequam hoc ostendam, observo, memoratum auctorem haec Isaiae verba non de S. Joanne Baptista præcursorre Domini, sed de futuro regimine solis, seu puri coelestis ignis secundum magorum Persarum do-

ctrinam interpretari. Propria ipsius verba (1), que ex germanico in latinum transtulit, sunt haec: *Hoc loco noster Videns (id est, Isaías) utitur arcana doctrinā persicorum magorum de futuro regimine solis, seu puri coelestis ignis.* Audivit, quòd sol in fine presentis mundi dominatum, quem eadem apud aliquos populos impii planetæ eripueré, recuperatur, et tum omni inordinatione sublatâ, cunctos montes humiliatur, cunctas valles exaltaturus esset. Quam ob rem (Isaías) sibi proponebat, vaticinum pro sua (Iudeorum) natione inde configere.

Dominus, cui via paranda esset, erat sol, cui astra ab ortu in occasum veluti viam facilem et planam faciunt. Vates itaque (seu vox) in deserto non erat Joannes Baptista, sed magus in Persia (qui hanc de sole doctrinam annuntiavit), et ille Dominus, cui astra viam pararent, potius solem, quam Jesum significare poterat.

Hucusque fanaticus ille auctor, de cuius scripturisticae expositionibus problema esto, an magis absurdæ et heteroclitæ, vel magis impia sint, et execrabilis.

Et profectò in citato Isaiae textu, *vox clamantis in deserto*, etc., primo statim intuitu patet, hoc loco sermonem esse de adventu magni cuiusdam regis, cui ubique parandam esse viam, praeco aliquis ex deserto Iudeis acclamat, apertè asseverans, hunc regem esse ipsum *Tyrannum Jehova* (2): atque haec via preparatio sub magnificientissimo schemate humiliandi montes et colles, exaltandi valles, ac omnia complanandi proponitur et imperatur. Quomodo jam cum his concordat memorali auctoris expositio? Num sol unquam dictus est Jehova? an unquam persicum magum tanquam vocem clamantem in deserto ab ullo describi aut nominari legimus? Quis credat, quod Isaías propheta tam sanctus à magis Persiae doctrinam aliquam mutuatus sit, qui omnem superstitionem ethnamicam juxta præceptum Domini summopèraversabatur (3)? Isaías, inquam, qui capitalem errorem magorum in Persia, dari duo principia rerum, unum bonum, alterum malum (4), palam refellit, dum cap. 45, v. 5, 8, in persona Dei

(1) In suo Horo seu astrogностico iudicio de vaticiniis Messianis prenuntiantibus.

(2) In citato textu Isa. 4, 3 et 5: *Parate viam Domini..... et revelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro... quod os Domini locutum est,* in Hebreo semper ponitur *Jehova*, ubi in latino *Domini* positum est nomine.

(3) Vide supra, sec. 4, quest. 4, num. 5 et 6.

(4) Persicæ philosophia, que tempore magorum vigebat, et cuius sectatores etiamnum in Persia superstities esse dicuntur Gafri dicti. Persicæ, inquam, hujus philosophiae primum ac fundamentale dogma est, dari duo magna principia, unum lucem, alterum tenebras. Primum horum principiorum appellant *Oromasdem*, alterum *Arimanius*. Inter hæc duo, aīunt, esse tertiam substantiam medium, quam *Mithram* vocant. Lux seu *Oromasdes* juxta doctrinam dictæ persicæ philosophia est principium omnis boni: tenebra seu *Arimanus* est principium omnis mali. Oromasdes dominatum tenet in naturas eternas; Myltha in aeternis; Arimanus in res terrenas et transentes, seu in corruptibili. Plura de hac persicæ philosophia refert Lexicon Universal. Lipsiens. tom. 27, artic. *Persicæ Philosophie*, citatus in hanc rem Plutarchum de Isid. et Osirid. p. 369. Diog. Laertium in proœm. Joan. Christoph. Wolff de Manichæo pag. 51.

(1) Commentar. in Isa. 23, 15. Et in Ezechiel. 26, 14.

(2) L. 1 contra Appion.

(3) Angelus est vox Græca, ἄγγελος, et latinè nuntius significat. Nam officii nomen est, non nature, hoc est, officium significat, non naturam. Hinc quia coelestes genii sacer à Deo ad hominesmittuntur tanquam nuntii vel legati, vocantur angelii.

ita ait: *Ego Dominus, et non est amplius, extra me non est Deus...* *Ego Dominus, et non est alter, formans lucem et creans tenebras, faciens pacem, et creans malum* (1); *ego Dominus faciens hæc omnia.* In quo textu, quoties in vulgata nostra ponitur vox *Dominus*, toties in hebreo ponitur vox, *Jehova*. Quis autem non videt Isaiae his verbis præcipuum antiquæ philosophiæ persicæ dogma de duobus principiis et veluti diis aperte impugnare? Quis proin credit eundem prophetam suam doctrinam, et vaticinia ex dictâ philosophiæ male intellectâ; aut male applicatâ confusisse? præsertim cum in eodem 43 capite statim initio (nempe v. 1, 2, 3) Cyro, qui primùm ducentis annis post hanc Isaiae prophetiam extitit, quemque, v. 4, hic Propheta expressè nominat, victorias à Deo concedendas prædicat his verbis: *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes...* *Ego ante te ibo; et gloriosos terre humiliabo...* *Et dabo tibi thesauros absconditos...* *ut scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel.* Num Isaías etiam hanc notitiam de Cyro post ducentos primùm annos extitiro, et de victoriis ipsi à Deo concedendis ex philosophiæ persicæ, vel ab aliquo mago persico accepit, aut potius à Deo ipsius mentem propheticò lumine collustrante?

Corollarium I. Vox clamantis in deserto (Isa. 40, v. 1) non erat aliquis magus in Persiâ hominibus annuntians, quòd sol regimen suum in fine mundi recuperaturus sit; sed est Joannes Baptista, qui reapse mensuram hujus nominis implevit, in deserto homines adhortatus ad pœnitentiam, eosque stimulans, ut Dominio viam præparent; Dominus autem ille est Jesus Nazarenus, cuius Joannes Baptista Præcursor erat; Jesus, inquam, verus Messias, et ipse Jehova, de quo Isaías in eodem capite v. 10 et 11, ad civitates Juda nomine Dei ait: *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, et brachium ejus dominabitur; ecce merces ejus est sum eo, et opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit; foetas ipse portabit.* Certè, qui amorem Jesu erga genus humanum penitus novit, enimdem his verbis depingi, facilè agnoscat, memor illius similitudinis apud S. Lucam cap 15, v. 5, ubi amantissimus Servator comparat se pastori, qui ovem errantem in humeros tollit, et ad ovile redit; aut memor illorum ejusdem verborum apud S. Joahûnem cap. 10, v. 11, ita loquens: *Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro oibus.* Et v. 27 et 28: *Oves meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me; et ego vitam æternam do eis; et non peribunt in eternum, et non rapiet eas quisquam de manu meâ.*

(1) Hoc loco per *ad malum*, non intelligitur malum *enipre*, seu peccatum (Deus enim non est auctor peccati, ut Calvinus blasphemavit), sed malum pena, h. e., pestis, famæ, bellum, servitus, captivitas, et quidquid hominem affligit. Nam sensus citati loci est: *Ego Dominus... faciens pacem, h. e., dans prosperitatem (nam *pax* hebr. significat quietem, opulentiam, et bonorum omnium affluentiam), et creans malum, v. q., pestem, famem, aut alias afflictiones.*

Corollarium II. Ex dictis etiam patet, quam futile, absurdâ et impia pariter sit expositiō, quā Horus modò citata Isaiae (cap. 40, v. 11) verba: *Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit agnos et in sinu suo levabit; foetas ipse portabit*, hunc in modum interpretatur: *Id est, supremus Deus, seu pura lux* (hoc nomine Horus conformater suo systemati solem designat) *in posterum sub novo suo reginive omnia astræ, sicuti pastor gregem suum, in celo pascet; ea caute custodiet, nec amplius permittet illa manè à ferocibus lupis devorari; multò minus fedum draconem tolerabit, qui in presenti male constituto mundo tot mala soli, lunæ et stellis infest.* Ita Horus. Sed quis sanè mentis homo sibi persuadeat, Isaiam virum tam sapientem, tam sanctum suis illis verbis tam heteroclitas et insanias fabulas Judeis annuntiare voluisse? Credat hoc Judeus Apella.

83. Queres 11°: « Quomodo explicatur illud (Isa. 45, 15): *Ipse (nempe Cyrus) edificabit civitatem meam*; cum tamen diu post mortem Cyri (2 Esdræ 2, 8) anno vigesimo Artaxerxis Longimanus Nehemias primùm impetraverit licentiam edificandi Jerusalēm? »—Hæc ita conciliantur. Cyrus aedificavit Jerosolymam, sed inchoatè tantum, jubendo ruinas ejus instaurari, 1 Esdræ cap. 4. Licet enim hoc loco tantum de restaurando templo explicita mentio fiat, tamen non est presumendum, quod Cyrus, iubens Judæos ascendere in Jerusalem, ibique aedificare templum, voluerit hoc stare in loco deserto sine circumcisiti aedificiis speciem inchoatæ urbis referentibus. Præterea Esdras ibi expressè addit: *Ut completeretur verbum Jeremias.* Sed Jeremias, 50, 18, non solum de restauranda templi, sed etiam urbis Jerosolymæ vaticinatus est his verbis: *Hæc dicit Dominus: Ecce ego convertam conversionem tabernaculorum Jacob, et tectis ejus miserabor, et aedificabitur civitas in excelso suo, et templum iuxta ordinem suum fundabitur.* Verum plura hæc de re invenies in tractatu theolog. de Incarnatione, auctore Thomâ Holtzclau num. 61 et seqq.

86. Queres 12°: « Quomodo Isaías (cap. 52, v. 1) his verbis: *Consurge, consurge, induere fortitudine tuâ, Sion, induere vestimentis gloriae tuae, Jerusalem, civitas Sancti; quia non adjicit ultrâ ut pertranseat per te incircumcisus et immundus, prædicere potuerit, per Jerosolymam solutâ captivitate Babylonica, non amplius pertransitum incircumcisum et immundum; cum tamen etiam post redditum ex captivitate Babylonica, multa passa sit Jerosolyma ab Antiochæ, Tito et gentibus incircumcisis?* — Resp.: Omissâ aliorum responsione, hæc difficultas facillimè videatur tolli, si cum Cl. Franc. Xaverio Widenhofer (1) dicatur, hoc loco sermonem esse de Hierosolymâ non terrestri, sed coelesti, seu de Ecclesiâ triumphante in cœlis, in quam nullus incircumcisus corde ac moribus, nullus immundus, intrare potest. Ratio citatum textum ita explicandi est 1° Quia hoc loco, ubi vulgariter latine habet, *Consurge, in hebreo est, Erigila (¶ Uri) Sion!* sed evigilatio propriè fit, cum huic

mundo mortui cōclō evigilamus. 2^o Dicitur : *Indue vestimentis gloriæ tuae, Jerusalem!* sed *vestimentis gloriæ* in sensu magis stricto et proprio vestietur in cōclō ; ibique erit civitas sanctitatis (ut hebreum habet) seu, ut 70 loquuntur πόλεις ἡ ἡγεμονία quoad singulos suos cives seu mēmbrā. Excitat igitur hīc Deus Jerosolymam terrestrem, sive Ecclesiam militante, ut evigilet ad gloriā, ubi erit *civitas* in sensu explicite perfecte sancta, quia tunc non adiicit ultra ut pertranseat per eam gloriosam incircumsicis corde ac moribus, quales Judei sunt. Actor. 7, 51, et *im mundus*, quia teste Joanne, Apoc. 21, 27, in eam (Jerusalem) non intrabit aliquid *coquinatum*.

87. Quæres 13° : « An verba illa Isa. 53, 2 et seqq. Non est species ei, neque decor; et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum; despectum et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem, etc., intelligenda sint de Christo paciente, vel potius de gente Judaicā in statu hodiernæ humiliationis et afflictionis considerata, ut recentiores Judei contendunt? »—Resp.: Allata verba Isaiae necessariò intelligenda sunt de Christo paciente, non autem de gente Judaicā. Nam non tantum Jesus Christus prophetiam Isa. cap. 53 contentata de seipso interpretatus est (1), et illa de eodem intellexit, et exposuit Philippus diaconus in Actis Apost. (2) : sed etiam Isaac Orobio pertinacissimus Judeus fassus est (3), historiam passionis et mortis Christi ab Evangelistis esse accuratè transcriptam ex Isa. capite 53. Nemo tamen prudens aut sanè mentis homo idèo suspicatur Evangelistas ejusmodi historiam de Christi finxisse. Mox enim osores christiana religionis, Judei et Gentiles, qui Christo et Evangelistis coœvi erant, fuissent protestati, et Evangelistas mendacij arguissent. Summa igitur consensio est inter Isa. caput 53 et historiam Christi patientis. Et profectò Prophetæ Isaías tam plenè et fusè, adèò clare et planè Christi passionem et ignominiam hoc capite portractat, ut non prophetam, sed evangelistam agere, neque futura prædicere, sed facta et visa narrare videatur. Quocirea hoc caput, at Cornel. à Lap. (4) ait, inscribi posset : *Passio Jesu*

(1) Luc. 22, 57, Christus de scipo ait : *Dico enim vobis, quoniam adiuv hoc, quod scriptum est, oportet impletur in me.* Et cum iniqtis deputatis est. Indicat nimur optimus Servator his verbis illud Isa. 53, 22, de se scriptum : *Tradidit in mortem animum suum (pro nobis) et cum sceleratis reputatus est.*

(2) Act. cap. 8, postquam narratum est, quod vir ethiopio eunuchus Candace regina Ethiopum petierit à Philippo sibi explicari, de quo propheta ille locus Isa. 53, 7 : *Tanquam ovis ad occisionem duxit est; et siue agnus coram tendente se, sine voce, sic hoc aperuit os suum,* etc., intelligendus sit, Philippus ei respondit, de Jesu intelligentum esse. Nam Act. 8, 35, subditur : *Aperiens autem Philippos os suum, et incipiens a Scriptura ista, evangelizavit illi (eunuchu) Jesum.*

(3) Ita de Orobio Judeo refertur in Philippi Limborch opere, *Amica collatio cum Judeo*, dicto p. 101. Auctor enim iste quedam Colloquia seu Collationes de Religione cum Orobio instituit, que dein titulo *Amica collatio cum Judeo*, inscripta, Basilea an. 1730, in lucem edite sunt.

(4) In Synopsi Isa. capituli 53.

Christi secundum Isaian. Tam luculentè enim (pergit insignis hic interpres) ejus dolores, condemnatio nem, verbera, mortem, sepulturam, locum, canam, fructus, socios denique latrones hic describit, ut Judei nihil habeant hic, quod objiciant aut respondant, nisi sua somnia (scilicet hoc capite describi afflictionem et despctum populi Judaici, quem jam patitur à Christianis et Turcis); que tamen ipidem prophetæ verbis mendaci et falsitatis statim convincuntur, uti eos convincit S. Irenæus, lib. 4, 56; Justin. contra Tryphon.; Tertullian. contra Judæos cap. 9; Eusebius, 3 Demonstr. cap. 2; Cyprianus, L. 2 contra Judæos, cap. 43; Chrysost., Orat. 3 contra Judæos, et alii. Quin et Chaldaeus (1) haec de Christo (seu Messia) non de populo accipit; sic enim vertit sub finem capituli 52, v. 13 : *Ecce prosperabit servus meus Messias, exaltabitur...* Sic et R. Moyses Gerundensis, in cap. 29 Genes. Quocirea S. August., lib. 1 de Consensu Evangel. cap. 51, putat, haec de Christi passione vaticinia explicatione non indigere. Nimurum egent potius pia meditatione, vivaci sensu et lacrymis. Ilucusque Cornelius à Lap. Præterea verba Isaiae (incipiendo à capite 52, v. 13, usque ad finem sequentis capituli 53) ab omnibus priscis expositoribus, tam qui Christi antecesserunt adventum, quām qui post Christum pāssū extiterunt, nōn nisi de Messia exposita sunt : sicuti ipse quoque Rabbi Selomo (quantumvis adversarius, et sentientia recentiorum Judæorum defensor) aperte testatur, dum verba illa Isa. 52, 13 : *Eude intelliget servus meus cum reliquis expōns, sic ait : Magistri nostri totum hoc de Messia intelligi affirmant.* Ex quibus omnibus satis manifestè patet, quod omnīa Isaiae verba ab eo loco (cap. 52, v. 13) : *Ecce intelliget servus meus,* usque ad finem 53 capituli, ab antiquis Judæorum sapientibus de Messia intellecta fuerint. At recentiores Rabbini, Rabbi Salomi, Rabbi Dabid, ac affl. cūm tantum inter historiam evangelicam de passione et morte Jesu Nazareni, et verba illa Isaiae cap. 52, v. 13, usque ad finem capituli 53, videntur consensionem, hec tamen Jesum Naz, verum Messiam vellent agnoscere, negarunt in citatis Isaiae verbis sermonem esse de Messia, sed illa de gente Judæorum hodiè tantoperè afflictæ et humiliatæ exponabant.

88. Verū quod illa Isaiae verba nullatenus Judæorum populo in hac novissimâ afflictione et tribulatione existenti, applicari possint, ostendo sequentibus argumentis. 1^o Citato cap. 53, v. 4, Isaías, dicit : *Ipse autem vulneratus est propter iniqtitates nostras, attritus est propter sceleris nostra.* At queso, quomodo haec verba sine violentâ distorsione de Judeo populo intelligi possunt? Respondet quidem Isaac Orobio (2), et ait Deum prenas, quas nationes Judæis infestæ promovererunt, Judeo populo infligere, atque hunc

(1) Isa. 52, 13, incipit Prophetæ loqui de Christo seu Messia, de quo postea, cap. 53, sermonem suum continuat; prout pluribus mox ostendemus.

(2) In Opero suo Munimen Fidei nuncupato, sect. 1, cap. 22, p. 159, 162.

locò omnium alliarum nationum punire. Cæteras enim nationes in oculis divinis adeò viles et despicias esse, ut Deus non majorem earum curam habeat, quām brutorum animalium, et ne quidem casdem in sceleris ruerentis punire dignetur. Quare cæteras nationes per vulnera populi Judaici sanari; qui, dūm aliarum gentium persecutions patitur, insuper oret pro suis persecutribus, et Deo supplicet pro venia eisdem impetranda. Veròm; quot falsa uia hæc responsione Orobio Judeis efficiunt? Falsum enim est, quod Deus per Isiam citato cap. 53, dicat populum Judaicum pertinere propter sceleris aliarum gentium. Nam prorsus nullum vestigium hujus rei ibi inventur. Falsum quoque est, quod Judaicus populus pro gentibus persecutoribus suis oret; Imò teste Galatinus (1), Judæi non solum non orant pro aliarum nationum salute, sed potius pro estrarum destructione et præsertim pro romani imperiis et Ecclesiæ christiana pernicie ac perditione, existimantes quod post romani imperii defectionem, atque Ecclesiæ Christi destructionem, mox à presenti afflictionis suæ statu liberandi sint. 2º Isaias de conditione servitù Dei vulneratio, attrito, etc., cap. 53, loquens, vers. 9, ait: *Et quod iniquitatem non fecerit, regnus eius fuerit in ore ejus;* atq[ue] hoc de populo Judaico, ut Petrus Galatinus loc. cit. ait. *Aperit falsum est, ut per rei evidētiā liquidū patet; et quod (Judei) pro maiore parte sint omnes usurpi, iniquitatibus, dolis... aliisque flagitiis immersi.* Ergo servus ille Dei, de quo Isa. 52, 13, usque ad finem sequentis capituli 53, sermo est, non est populus Judaicus. 3º Idecm servus Dei Isa. 53, 3, dicitur *nōrisissimus virorum, vir dolorum.* Atq[ue] hic modis loquendo non significat integrum populuini, sed personam aliquam singularēm. Et sane, incipiendo à versu 13 capituli 52, usque ad finem sequentis capituli 53, diffīla de servo Dei dicta proferuntur tanquam de unicâ singulari personâ. *Ecce intelliget servus meus... verè languores nostros tulit... ipse autem vulneratus est... oblatus est, quia ipse voluit,* etc., sat claro indicio, quod hic de unâ certâ personâ, scilicet Christo, sermo sit, non de Judeis seu integro populo Judaico. Respondent quidem recentiores Judei populum Judaicum à prophétis non raro *Servum Dei* nominari in numero singulari, adeoque meritis dici, quod etiam Isa. 52, 13, usque ad finem capituli 53, Propheta per *Servum Dei*, quem ibi afflictum, vulneratum, etc., sed postea iterum exaltatum describit, Judeorum populum intellegat, et de hoc quasi de uno homine loquatur. Sed contra est: Non negamus, quod Deus in S. Scripturâ populum Judaicum appellat servum suum (2); sed etiam Moyses, David, etc., et ipse Christus seu Messias (3) in illâ hoc nomine appellantur. Unde ex subjectâ materia, circumstantiis, aut aliundè desumî debet, utrum in hoc vel illo Scripturâ loco per ser-

vum Dei intelligatur totus populus Judaicus, vel persona aliqua singulari. Jam autem, quod Isa. 52, 13, usque ad finem capituli 53, per servum Dei, de quo ibi sermo est, non intelligatur integer populus Judaicus, sed persona singularis, jam supra (1) probatum est ex unanimi consensu interpretum. Veterum etiam hebreorum, ex Paraphrasi chaldaicâ, ac ex ipso contextu, seu verbis capituli 53.

89. Instat Orobio Judeus, et ait: Si Jesus Nazarenus Deus est, ut Christiani credunt, non potuit dici servus Dei, non potuit pati, mori, etc.—Resp.: Jesus Nazar. est Deus et homo: ut homo potuit pati, mori, estque simul filius et servus Dei; licet enim idem, quæ homo sit filius Dei, et quidem filius naturalis; quatenus scilicet humanitas illa subsistit in persona Verbi, quæ est Filius Dei naturalis; tamen idem est et servus ratione ipsius naturæ, puta humilitatis, quam assumpti; hæc enim est creatura, ac proinde serva sui Creatoris; prout Cornelius à Lap. recte observat, et theologi orthodoxi (2), cum D. Thomâ (3) in tractatu de Incarnatione, fusiū explicare solent.

Ceterum, nisi Jesus Nazar. verus Deus esset, non potuisse Deo condignam satisfactionem præstare pro nostris peccatis, siue nos à morte aeternâ redimere; quia nulla pura creatura sive pro suis, sive pro alienis peccatis condigne Deo satisfacere potest; prout denuo theologi cum D. Thomâ (4) probare solent. Certè ab ipsom̄ Isaia Messias appellatur *Deus fortis* (5), ac *Emmanuel*, i. e., *nobiscum Deus*; unde veteres Judei divinitatem Messiae attribuebant, sicut hos eamdein Jesu Nazarenō attribuimus; quemadmodum Galatinus, lib. 3, cap. 5 et seqq., solidè ac eruditè ostendit.

90. Scholion. Equidem multa adhuc de vaticinis Isaiae contra novatores et incredulos in medium proferri possent, inter quæ etiam distinctior explicatio horum verborum Isa. 53, 4 et 5: *Verè languores noströs ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit.... Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter sceleris nostra, etc., quibus et sequentibus verbis contra Socinianos efficaciter sane probatur Christum pro nobis non tantum in proprio (prout ipsi volunt), sed verè et proprio satisfecisse passionem ac morte suâ. Verum haec fidei veritas passim in theologorum orthodoxorum libris (6), tum ex modo citatis Isaiae verbis, tum ex aliis S. Scripture locis manifeste demonstrata extat, ut adeò hoc loco hanc necessariam judicem ampliorem illius controversia discussionem. Similiter quamvis multa adhuc de tortis, falsis et im-*

(1) Num. 87, et præsente num. 88.

(2) Suarez, Commentar. in 5 part. D. Thomæ 1, disput. 44; Billuart, Cursus theolog. tom. 15, dissertat. 20, artic. 1; Joseph Widman, in Institut. univers. theolog. tom. 3, § 58, pag. 176 et 177.

(3) Summar. theolog. part. 3, quest. 20.

(4) 5 part., quest. 1, art. 2, ad 2. Vide etiam Joseph Monschein, Theolog. dogmat. specul. p. 2, disput. 1, quest. 2, num. 207 et seqq.; Tournely, tom. 1 Cursus Theolog. p. 5, quest. 5, art. 1, argum. 2.

(5) Isa. cap. 7, 14, et cap. 9, v. 6.

(6) Vide Tournely, loc. cit. artic. 2, Billuart, loc. cit., dissert. 19, art. 4.

(1) In Opero suo de Arianis catholice veritatis, lib. 8, cap. 45, p. 537.

(2) Sic Isa. 41, 8, his verbis: *Et tu, Israel, servus meus,* significatur populus Israelicus. Vide etiam Isa. 44, 1, aliave Scripturæ loca in hanc rem.

(3) Vide Cornelius à Lap. Commentar. in Isa. cap. 42, 1, cap. 43, 10, cap. 49, 3.

piis vaticiniorum Isaiae ab Horo factis expositionibus dici possent, his tamen ulterius commemorandis supersedeo; præsertim quia ex supradictis, num. 5, 6, 57 et 84, abunde patet, quām absurdæ et prorsus gratis confictæ sint hujus auctoris expositiones, ex vanis Ægyptiorum aut aliorum gentilium fabulis haustæ. Nihilominus, ut idipsum amplius confirmetur, in sequentibus prophetis illius fabulatoris (puta Horii) hinc inde aliquam mentionem, additâ refutatione somniorum ipsius, facturus sum.

CAPUT II.

De Jeremiâ cum Baruch.

Jeremias, hebraicè *Jirmîa*, sive, ut in contextu libri habetur, *Jirmâhu*, id est, *extelsus Domini*, vel *celsitudo Domini*, fuit filius Helciae ex genere sacerdotali natus in Anathoth, viculo de tribu Benjamin, distante tribus milliaribus Hierosolymâ, ut S. Hieronymus, prefat. in Jeremiam, observat. Teste eodem S. doctore Jeremias anno vita sue circiter 45, adhuc puer existens prophetare coepit, ac continuavit per 45 ferè annos sub quinque regibus Iuda, nempe sub Josia, Joachaz, Joakim, Jechoniâ, Sedecia, usque ad excidium urbis et templi, quod deplorat in suis Lamentationibus. Tandem in Ægyptum abductus à residuis Judeis, ibidem in Taphnis, urbe regiâ, à Judeis lapidibus obrutus est (1), et celebratur ut martyr à Tertulliano (2), Epiphanius (3), Dorotheo (4), Isidoro (5) et Martyrologio romano, 1 maii. Eum semper virginem permansisse, tradunt Ignatius M. (6), Hieronymus loc. cit., Isidorus ibid., et colligitur ex illis Dei ad ipsum verbis, cap. 46, v. 2: *Non accipes uxorem.*

Porrò liber *Jeremiâ* ab omnibus ut *proto-canonicus* (7) admittitur. Notandum tamen, 1º quod *Jeremias* prophetias suas communiter dictaverit; *Baruch* verò ejus scriba seu amanuensis easdem scripsérunt, ut patet ex *Jerem.* 36, 4: «Vocavit ergo Jeremias Baruch filium Neræ; et scripsit Baruch ex ore Jeremias omnes sermones Domini, quos locutus est ad eum, in volumine libri. Cumque *Joachim*, rex Iuda (ibidem 21) tres pagellas vel quatuor oraculorum *Jeremiæ* combussisset, Jeremias (ibidem 32) tulit volumen aliud et dedit illud Baruch, qui scripsit in eo ex ore Jeremias omnes sermones libri, quem combusserat Joachim rex Iuda igni, et insuper additi sunt sermones multò plures, quām antea fuerant. Ceterū, quamvis *Baruch* fuerit amanuensis *Jeremiæ*, et hujus prophetias scripto exaraverit, tamen proprium quemdam librum propheticum scripsit. Nam post mortem *Jeremiæ*, cui constanter adhæsit etiam in Ægypto, ipse hanc regio-

(1) Vide Bellarminum de Scriptor. Eccles. v. *Jeremias*.

(2) In Scorpiano, cap. 8.

(3) De vita Prophatarum.

(4) In Synopsi.

(5) De vita et morte Sanctorum.

(6) Epist. ad Philadelphios.

(7) Vide part. 4 Scriptur. S. contra incredulos propugn. sect. 4, quæst. i.

nem deseruit et cessavit in Babyloniam anno quinto ab excisa Hierosolymâ, Baruch. 1, 2, ut regem Jechoniam aliasque Iudeos ibi captivos solaretur ac roboret. Unde ibi librum suum, qui in vulgarità nostra nomine *Prophetia Baruchi* continetur, conscripsit haud dubiè hebraicè vel chaldaicè; sed hebreum exemplar jām intercidit. Verum redeamus ad librum *Jeremiac*. Notandum, 2º quod postremum caput libri *Jeremiac*, nempe 52, ab alio (probabiliter ab *Esdrâ*) appositum sit; prout patet ex fine capituli 51, quod sic clauditur: *Hucusque verba Jeremiac*. Notandum, 3º quod ordo capitulorum in libro *Jeremiac* non sit ordo temporis, quo singula contigerunt, sed sèpè priora capita ea quæ posterius facta sunt referunt, aut posteriora quæ prius facta sunt recensent; quod in *Prophetis* persquens est.

Denique argumentum *Prophetie Jeremiac* est: 1º Predicit excidium Hierosolymæ ob peccata quæ Iudeis probrat. 2º Consolatur tamen iterum eosdem, predicendo post septuaginta annos è captivitate reditum. 3º Porrò non raro Jeremias fuit typus aut Prophetæ Christi (1). De stylo autem hujus Prophetæ S. Hieronymus (2) ait: *Qui quantum in verbis simplex videtur et facilis, tantum in majestate sensuum profundissimus est.*

91. Quæres 1: «Num verisimile sit, quod Jeremias, antequam exierit de vulva, sanctificatus fuerit, ut (*Jerem. 1, 5*) dicitur; cum tamen ipsem (cap. 20, v. 14 et seqq.) diei nativitatis sue maledixerit, exclamans: *Maledictu dies, in quâ natus sum!* Num maledicendum diei, in quo homo sanctificatus nascitur?» Resp. 1º: Teste Salmeron (3), et Tirino (4), graves quidam autores verba illa: *Antequam exires de vulva, sanctificavi te*, non expoununt hoc sensu, quod *Jeremias* adhuc in utero materno existenti remissum fuerit peccatum originale, et infusa gratia sanctificans; sed dunt taxat isto sensu: Antequam nasceris, predestinavi, preparavi te in prophetam. Verum, quia communis est doctorum sententia, quod *Jeremias* verè fuerit sanctificatus in utero, et infusa ei gratia sanctificans, antequam nasceretur, resp. 2º et cum Calmeto (5) dico *Jeremiam*, dum diei nativitatis sue maledixit, more Orientalium usum esse modis loquendi vehementioribus, violentis et hyperbolicis, quibus ostendere voluit, quantas angustias et quām gravia mala patiatur. Vel cum Cornelio à Lap. (6) et quibusdam aliis ab eodem citatis dici potest, hæc verba, *maledicta dies, in quâ natus sum!... maledictus vir, qui annuntiavit patri meo, dicens: Natus est tibi puer!* etc., esse modum loquendi Hebreorum, ut per maledictionem tantum intelligent interjectionem optantis, ita ut sensus sit: Utinam nunquam essem natus, ac consequenter utinam nunquam fuisset homo id nuntians! Porrò, dum ita optat *Jeremias*, abstrahit à sanctificatione seu statu gratiae

(1) Vide Cornel. à Lap. Proleg. in *Jeremiam*.

(2) Prefat. in lib. 6 *Commentar. in Jeremiam*.

(3) Tom. 2, tract. 34.

(4) *Commentar. in Jerem. 1, 5*.

(5) *Commentar. in Jerem. 20, 14*.

(6) *Commentar. in Jerem. 20, 14*.

et ordinatione Dei, tantum spectans naturalia bona et mala. Sunt enim illae puræ naturæ voces et velleitatem circa rem præteritam et mutatu impossibilem, quas vehementer doloris quasi naturaliter exprimit, præcisè ad mali gravitatem ostendandam (1). Quasi diceret : Si commoda et incommoda naturalia spectem, quæ sunt tam in vitâ, quam in carentiâ vite, optarim nunquam natus esse, quam vivere. Sic alibi (2) dicitur : *Laudavi magis mortuos quam viventes, et feliciorem utroque judicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala, quæ sub sole fuit.* Et iterum (3) : *Melior est dies mortis die nativitatis.* Vel denique, et fortassis omnium optimè cum Xaverio Widenhofer dici potest, quod Jeremias non absolutè, sed tantum conditionatè maledixit diei nativitatis suæ, nimirum sub hac conditione : *Si sim falsus propheta, et non ex Dei sensu loquar, sed ex meo, ut frustra patiar, quemcumque ob mea vaticinia patior.* Ita nimirim conditionatè maledixit ad defendandam suam innocentiam et veram missionem prophetandi à Deo acceptam contra calumniatores, qui ipsum deridebant, et studiosè ad ejus dicta et facta attendebat, utrum non in aliquâ re erret et deceptiatur, ut sic illum tanquam fatum prophetam apud regem accusare possint. Sed audiamus verba ipsa memorati Cl. auctoris. Sic ait (4) : *Quod ad v. 14 et 15 Isa. cap. 20, attinet, ea per hysteriologiam recitata, versu octavo, non eo decimo subjungenda sunt, maneat continuatio querimoniæ; vel subintelligi debet ex 9, dixeram : Maledicta dies, in qua natus sum, etc.* Sed ad quos dixerat Jeremias hos versus execratores? Respondeo : Ad illos, qui v. 10 Jeremiam calumniabant ut falsum Prophetam, dicentes : *Persequantrum eum, si quo modo decipiat, et prævaleamus adversus eum, etc.* His ait : *Si ego non ex Dei sensu loquor, sed ex meo, ita ut frustra hæc patiar, verè melius esset, si nec natus, nec per quemquam patru annuntiatus fuisset, sed, jam maledictus in conceptione statim in vulvâ occubuerit..... At cur v. 15 et 16, maledicit viro, qui annunciavit patri, quod natus sit Jeremias?* Resp. : Non maledicit absolutè, sed conditionatè, ut dixi, quatenus in nativitate particeps gaudi, nunc particeps maledictionis pronuntiatur fore, si indicasset nativitatem falsi prophete, qui se ultrò ac sine ratione in tot labores ac sine dolore coniceret. »

Hucusque laudatus auctor, cuius expositioni etiam suffragatur germanica versio Bibliorum facta à Cl. Ignatio Weitenauer, qui Jerem. 20, 14, adjectâ per parenthesis conditione, ita (5) verit : (Wenn ich die-

(1) Vide Scriptur. S. contra incredulos propugn. p. 4, sect. 4, de Libro Job, quæst. 4, num. 117, 121.

(2) Ecclesiasticis 4, 2.

(3) Ibid. 7, 2.

(4) Comment. in Jerem. 20, v. 7.

(5) Hujus Germanicae versionis sensus latine sic exprimi potest, Jerem. 20, 14 : « (Si hoc non sincero corde dicam) maledicta sit dies, in qua natus sum. » Et 17 : « Quare me (Deus) non interfecit in utero materno, et nativitatem meam impeditiv (si prævidit, quod ipsum falsis prophetis inhonoraturus essem)? »

ses nicht mit aufrichtigsten herzen sage) soll der Tag, an dem ich von meiner Mutter bin geboren worden, verflucht und ungesegnet seyn. Et pariter, v. 17 : Warum hat mich (Gott) nicht eber im Mutterleibe getötet, und mein Geburt verhindert (ween er vorsah, dass ich ihm mit falschen Weissagungen entehren würde)? En etiam iste auctor in germanica suâ versione supponit, et censet Jeremiam non absolutè, sed solum conditionatè diei nativitatis suæ maledixisse, ad demonststrandam nempe suam contra calumniatores innocentiam; quia sciebat hanc conditionem, si sim falsus propheta deceptor, non impleri, seque à tanto crimine quam longissimè remotum esse.

Corollarium. Calvinus haec Jeremie verba, maledicta dies in qua natus sum, etc., immerito et prorsus malignè vocat blasphemias et contumelias in Deum naturæ et ortu autorem. Si enim propheta verbis illis Deum blasphemare voluisse, certè in versu 13 immediatè precedente non tam affectuosè Deum laudasset, dicens : *Cantate Domino, laudate Dominum, quia liberavit animam pauperis de manu malorum;* prout teste Cornelio à Lap. S. Hieronymus, Origen., Theodoret, et cæteri rectè observârunt.

92. Quæres II : « An ex illis verbis Jerem. 7, 22 : *Non sum locutus cum patribus vestris, et non præcepisti eis in die, quâ eduxi eos de terra Ægypti, de verbo hoc locautomat et victimarum,* D. de Voltaire rectè prohet Hebreos in deserto nullum Deo publicum cultum impendisse. » Resp. negativè. Nam interpres (1) ex contextu solidè ostendunt, quod citata verba Jerem. 7, 22, nil aliud velint, quam Deum abominari exteriore cultum, qui non sit conjunctus cum cultu interno, seu cum observatione mandatorum Dei; quemadmodum ejusmodi cultum merè externum (Isa. 1, 13; Amos 5, 21, 44, et alibi) sine interno Deus reprobat. Unde etiam auctor Epistolarum Judaicarum ad D. de Voltaire, pag. 209, ad oculum ostendit, quam improvidè hoc argumentum Voltairius à Tindalio mutatus sit; cùm citata verba Jerem. 7, 22, respèc nil aliud vellet, quam Deo non esse grata sacrificia illorum, qui Deum externè colunt, intus autem in animo sceleribus pleno ipsum inhonorant et offendunt. Ceterum, quid Hebrei in deserto publicum Deo cultum impenderint, patet ex Exodi 20, 24, ubi Deus ad Moyensem ait : *Altare de terrâ facietis mihi, et offeretis super eo holocausta et pacifica vestra.* Idem indicatur Exod. cap. 27, ubi altare holocaustorum et alia ad cultum Dei externum parari jubentur. Exod. cap. 38, ubi fabricatur altare holocaustorum cum aliis ad cultum exterum destinatis. Libro Levitici, ubi tractatur de sacrificiis et hostiis, de sacerdotibus et levitis, deque diebus festis celebrandis. Libro Num. cap. 7, ubi oblatione principum duodecim tribuum in dedicationem tabernaculi et altaris recensentur, et vers. 2 et 3, dicitur : *Obtulerunt principes Israel..... munera coram Domino, etc.*

(1) Vide Tirinum, Menochium, etc., Comment. Jerem. 7, 22

93. Quæres III : « Quomodo illud Jerem. 20, 7 : Seduxisti me, Domine, et seductus sum, intelligendum sit ? » Resp. cum Cornelio à Lap. et deo, Jeremiam hic loqui ex humano spiritu pusillanimitatis et anxietatis animi, uti et Job (1). Vident autem nobis querimonia Jeremias (sicut et Jobi) nimium acres vehementesque, quia nos Europei loquendi modis uti solemus castigationibus, magisque simplicibus, quam quibus Orientales uti consueverant, prout Calmet in hunc locum Jeremias recte observat. Nam apud eos populos verba, quæ nostratibus duriuscula et audacia viderentur, res omnino simplices iocunt. Sic cùm ait Prophetæ se à Deo seductum fuisse, tantum vult innuere se sperasse futurum, ut absque tantis afflictionibus, opprobriis et irrisiōibus Iudeorum mūnere suo prophetandi lungeretur, ac se in hoc sensu verba Domini ad hoc munus vocantis intellexisse ; at nōs tandem, si in suā spē esse deceptum, et onus opinione suā gravius se suscepisse. Itaque Jeremias his querelis ad Deum fusis : Seduxisti me, Domine, et seductus sum... factus sum in derisum totā die, omnes subsannant me, etc., quasi dicat : « Detrectavi munus Prophetæ, dicens : Puer ego sum (Jerem. 1, 6), ad id me induxisti, promittens me fore quasi columnam ferream (ibid. 18), contra quān hostes non essent prevalituri ; et ecce omnes obruunt me, et succumbo carceri, aerumnō, odiis, irrisiōibus et sannis Iudeorum ; sieque veluti calidè in hosce compedes et aerumnas inducetus mihi videor. » Ita rem hanc explicat Cornelius à Lap. cum Theodoreto et Vatablo.

Aliam expositionem hujus loci nobis suggestit Sanctius, qui ait subinde in S. Scripturā dici factum esse aliquid eo consilio et affectu, quo plerumque ab hominibus fieri solet, licet re ipsa longè aliter se habeat. Sic jubemur à Christo odisse patrem, quin et animam, id est, eorum suggestiones relinquere, cùm Dei legi aut voce repugnant; quod tamen re ipsa potius est eos amare quam odisse. Sic Christus, Galat. 3, 15, dicitur pro nobis factum maledictum, quia talia passus est, qualia patientur qui à Domino sunt maledicti. Sic Jeremias seductus à Deo dici potuit, quia talia pertulit, dum ei obsequitur; qualia, qui ab alio in insidiis inducitur, sustinere solet.

Iterum aliam expositionem memorati loci afferat Cl. Schunk (2) hunc in modum disserens : Seductio, inquit, sive deceptio duplex est. Alia accedit vitio et culpa aliquid promittens; alia vitio ejus cui quid promittitur. Hęc, non illa Prophetæ accedit. Nempe promiserat Jeremias (3) Deus, non fore, ut a suis hostiis expugnetur; ille autem non tantum hoc intellexisse videtur, sed etiam, quod ab illis nil gravissimum.

(1) Vide Scriptur. S. contra incredulos propugnat. p. 4, num. 118 et 119.

(2) In Nōtione dogmatica S. Scripturae utriusque Testamenti, pag. 198.

(3) Jerem. 1, 18 et 49. Observat autem Tirianus cum aliis in hunc locum, Deum hic Jeremias polliceri, ut solet selectioribus amicis suis, non pacem, non quietem, non prosperitatem; sed adversa, sed prelii, sed insignes victorias.

aut certè non tanta adversa passurus sit, in quo seductus, seu errore suo deceptus est.

94. Quæres IV : « Quomodo illud Jerem. 22, 10 : Nolite flere mortui, neque lugere super eum flite, cum effato, Eccl. 22, 10 : Supra mortuum plora, deficit enim lux ejus, conciliandum sit. » Resp. : Jeremias Propheta solum prohibet, ne mortuus immoderatè plangatur, præsertim quando major adest ploratus causa propter aliam rationem, qualem Iudei, mortem Josie pię et gloriōsè defuncti, supra modum desientes, habent in defendo ejus filio Joachaz (qui alio nomine Sellum dicebatur) utipote procul à patria in captivitate mortuo. Ceterum Ecclesiasticus solummodo approbat moderatum luctum supra mortuum, ut patet ex vers. 11 immediatè sequenti, ubi dicitur : Modicum plora supra mortuum, quoniam requievit.

95. Quæres V : « Quomodo sequentes Scripturæ textus invenient conciliantur, dum Jerem. 22, 19, de rege Joachim dicitur : Sepulturā asini sepelietur, presfatus et projectus extra portas Jerusalem, h. c., ut Jerem. 36, 30, explicatur : Cadaver ejus projicietur ad astum per diem, et ad gelu per noctem; sed, 4 Reg. 24, 6, legimus hunc regem dormivisse cum patribus suis; immo 2 Paralip. 36, 6, narratur eundem vinculum catenis ductum fuisse Babylonem. Quomodo haec tam diversa inter se conciliantur ? » Resp. : Verisimilior modus hos textus conciliandi mihi videtur ille, quem Cornelius à Lap. adhibet. Cum hoc igitur celebrerrimo interprete dicimus, regem Joakim dictum esse Babylonem (1). Sed mox à Nabuchodonosore, quocum res suas composuit, eique tributum promisit, remissus est in Jerusalem; ubi rursus rebellans anno undecimo regni sui à latrunculis (2) Chaldaeorum, ut dicitur 4 Reg. 24, 1, urbe Jerusalem intercepta, in eā occisus est, et extra portas protractus, insculptus, instar asini in sterquilinium projectus est, ut ab ayliis et feris lanarietur. Sic enim verissimum manet, quod rex Joakim Babylonem capti⁹ fieri abductus, et tamen cadaver ejus extra portas Jerusalem projectum. Neque obstat quod Scriptura alibi dicat hunc regem dormivisse cum patribus suis. Nam non addit eum etiam cum iisdem tumulatum fuisse, quod tandem Scriptura alias solet addere, quando de morte regum loquitur; prout S. Hieronymus in hunc locum benē observat his verbis : « Nec tamen ejus (regis Joakim) sepultura narratur, hanc habente Scripturæ sacræ consuetudinem, ut omnes reges, et mortuos referat, et sepeliantur. » Igitur locus Scripturae, ubi rex Joakim dicitur dormisse cum patribus suis, non aliud, quam illius obitum significat, ita ut sensus sit : Mortuus est non secus ac patres sui; aliorum hominum conditionem secutus est.

(1) Cl. Weitenauer in sua versione germanica Bibliorum, Daniel. 1, 4, in nota, ostendit regem Joachim à Nabuchodonosore copiisse quidem obsidem anno regni sui tertio, captum autem esse primum anno regni sui quartu.

(2) Latrunculi isti erant pars exercitus et militum Nabuchodonosoris, quos ipse contra Pharaonem misserat.

96. Queres VI : « Quomodo Propheta Jeremias, cap. 22, v. 30, Jechoniam virum sterilem appellare potuerit : Scribe virum istum sterilem, cum tamen Esdras, lib. 4 Paralip. 3, 16, octo filios Jechonie recenseat ? » Resp. : Propheta Jechoniam virum sterilem dicit, non quia liberis caruit; nam hi v. 28 precedente ipsi tribuuntur, sed quod nullum ex semine suo habiturus sit, qui sceptrum regium teneat in Iudea ; ut clarè dicitur cit. vers. 30, his verbis : *Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur : nec enim erit de semine ejus vir qui sedeat super solium David, et potestatem habeat ultra in Iudea.* Nam Zorobabel, filius Salathielis, et nepos Jechonie, non fuit rex, sed solum dux populi redeuntes à Babylone in Iudeam, et principatus Iudeorum deinceps penè pontifices fuit usque ad Herodem, inquit Josephus, lib. 11 Antiq. cap. 4, et Eusebius, lib. 4 Histor. cap. 5.

Dices I : Christus descendit ex Jechoniâ, et regnabit in domo David, Lue. 1, 32 ; ergo Jechonias non fuit rex sterilis. Resp. : Christi regnum non temporale fuit, de quo loquitur Jeremias, sed spirituale.

Dices II : Jechonias successit Sedecias rex. Resp. : Sedecias non fuit de semine, id est, prole Jechonie, sed patruis. Ceterum brevissimo post tempore, et rex, et regnum sub Sedecia funditus interiit.

97. Queres VII : « Quomodo explicetur illud Jer. rem. 27, 27 : *Onnes gentes servient Nabuchodonosori, et filio ejus, et filio filii ejus ; cum tamen Nabuchodonosoris filio Balthasar nulus hujus filius successerit, sed, Dan. 5, 31, Darius Medus?* » Resp. : Jeremias loc. cit. loquitur de Nabuchodonosore seniore seu Nabopolassar, cuius filius erat Nabuchodonosor junior postea dictus Magnus; qui Jerolymam evexit : Balthasar autem erat Nabuchodonosoris senioris nepos, seu filius filii, nempe filius Nabuchodonosoris Magni : ut ostendit Tirinus (1) cum Cornelio à Lap. Et profectò veritas hujus responsionis patet ex ipso initio citati capituli 27, ubi Jeremias Propheta ait, se haec locutum esse in principio regni Joakim filii Josiae regis Iudea. Atqui, in principio regni Joakim regnabat Nabuchodonosor senior, et quidem solus; nam anno demum quarto regni Joakim sicut et collegam regni sui accepit filium suum Nabuchodonosorem juniorum, ut habetur Jerem. 25, 1.

98. Queres VIII : *An Jeremias fuerit proditor patriæ suæ, et Jerosolymam tradiderit in potestatem Assyrion?* Resp. negativè. Calumniantur quidem increduli, et aiunt Jeremiam Nabuchodonosori in expugnanda Jerosolymâ magno usui fuisse, et hujus Propheta adjumento reapsè eamdem esse expugnatam. Ut enim, inquit, Jeremias concivium suorum animum frangeret, eosque à defensione urbis avocaret, prædicabat illis certum interitum, et sine intermissione hortabatur, ut ultrò et citè hosti se dederent; sic enim meliorem futuram ipsorum sortem, quā si pertinaciter resisterent. Interim, quod bene notandum est, idem Propheta, au-

gebat suas possessiones; et in regione, cuius processam devastationem prædicebat, emebat sibi novum agrum; claro indicio, quod jam prænoverit mercedem suam ab Assyriis se receptarum. Et reverè liberaliter remunerabatur eundem postea rex Assyrionum, dum eum belli duci suo Nabuzardan optime commendatum, libertatem aliisque egregiis donis affici jussit. In hunc modum de Jeremiat increduli (1) disserunt.

Sed expendamus paulò enucleatius, quād falsæ, quād malè fundatæ sint omnes hæc contra sanctum Prophetam eructatae calumniae. Negari quidem non potest, quod Jeremias concivibus suis certum interitum prædixit; et quod eosdem ad ultroncam dedicationem adhortatus fuerit; verū hæc adhortatio in obstinatorum Iudeorum animis effecta caruit. Il potius credebant Ananiae, et aliis falsis prophetis, contrarium prædicentibus, Jerem. cap. 28; Jeremiam verò in carcere conceperunt, ipsi autem extremā pertinaciā hosti repugnabant; et idecirco postea irati victoris graviorem furorem, ut eis Jeremias predixerat, experti sunt. Quis jam ex his gestis, et ex ipso rei eventu non videt Jeremiam fuisse verum Prophetam, et Iudeis salutare monitum seu consilium dedisse, urbemque Jerosolymam absque ipsis administrculo (ut pote cui Iudei nec credebant, nec obsequabantur) in potestatem hostium venisse?

Ceterum, si sola prædictio excidi justa causa esset, Prophetam suspectum habendi de præditione urbis vel regni, cuius interitum prædictit, sequeretur, quod Jeremias non tantum proditor Iudeorum fuerit, sed etiam Idumeorum, Moabitarum, Ammonitarum, Tyriorum et Aegyptiorum, immò ipsorum etiam Assyrionum; nam omnibus his regnis feralem desolationem praenuntiavit (2). Evidem cum barum posteriorum gentium hostibus Jeremias occulte non conspiravit; sed neque in Iudeorum excidiū conspiravit cum Assyriis. Certè id increduli nulla solidâ ratione probare possunt. Sic vana est suspicio, quod memoratus Prophetæ in atrio carceris positus agrum in Anatoloth emerit à suo patruele, hæc de causâ, quia vidit se ob præditionem patræ sue accepturum mercedem ab Assyriis. Emptio enim illa neque siebat auro assyriaco, neque ex terrenâ cupiditate possessiones suas augendi, aut pinguis fructus ex agro illo percipiendi; sed facta est iussu Dei, eratque symbolica quādam actio portendens, quod terra illa, à Iudeis ex captivitate Babylonica dimissis (id quod post 70 annos futurum esset) iterum inhabitanda et colenda sit: in cuius rei confirmationem Prophetæ liberum emptionis in vase fictili, in futura tempora asservari jussit.

Sed neque favor hostilis regis, ejusque belliducis erga Jeremiam evincit, hunc Prophetam fuisse proditorem patriæ suæ. Ambo Nabuchodonosor et Nabuzardan non poterant non magni facere virum, qui, prout verisimiliter ex transfiguris (3) intellexerant,

(1) Esprit du Judaïsme, c. 9, p. 152. Bible expliquée, p. 437.

(2) Vide quatuor capita, nimiriū Jerem. cap. 27, 46, 50 et 51.

(3) Jerem. 38, 19 : Rex Sedecias ad Jeremiam

(1) In Chronico ad initium sui Commentarii Biblici, tom. I posito, cap. 55, conclus. 3, dices 4.

tantà certitudine praevidit futura ; et tam imperterrit odiosam veritatem, nullà habità ratione gravium persecutionum, publicè coram rege Juda et aulicis, coram sacerdotibus et falsis prophetis et coram universo populo annuntiavit ; et quamvis illi (scilicet rex Assyriorum, et hujus bellidux) Deum Iudeorum non profiterentur; honorabant tamen Jeremiam tanquam amicum Dei sui, et verum Prophetam. *Dominus Deus tuus*, ait Nabuzardan ad Jeremiam, cùm eum de catenis solvi jussit, *locutus est malum hoc super locum istum, et adduxit, et fecit Dominus, sicut locutus est*, Jerem. 40, 2, 3.

Inde nati sunt favores illi à rege hostili ejusque belliduce exhibiti Jeremie, solutio de catenis, libera electio vel in Iudeâ remanendi, vel cum Nabuzardan pergendi Babylonom ; et exigua quedam munera ad vita sustentationem servientia (1). Magnifica sanc remuneratio ! presertim cùm facultas remanendi in Iudeâ adhuc multis aliis concessa fuerit. Quæso an ab hoste victore tam tenuibus donis compensari solet proditoris fidelitas ?

Illi omnibus adde, quòd Jeremias non uno in loco (2) Judeis liberationem ex captivitate Babylonica post 70 annos futuram prædixerit, cuius propheta veritatem ipse eventus comprobavit, claro indicio, hunc Prophetam non proditorum patriæ sue, sed verum et à Deo inspiratum votum fuisse. Certe Judei illi in captivitate Babylonica detenti, quibus Baruch (3) legebat litteras Jeremie, *audientes plorabant*, Baruch 1, 5, et dolebant, quòd ejus monitis divinitatis inspiratis, ut Chaldaeorum imperio sese sponte submitterent (4), non paruerint. En ! coœvi testes gestorum Jeremie, quibus illa ipsa monita dedit, agnoveré hujus Prophetæ innocentiam, divinam missionem, ac immunitatem à crimine præditionis. At post annos tandem bis mille quadringentos præditionis scelus in Jeremiâ se detexisse somniant increduli nostra attatis ; quæ quidem res tam acuti ingenii, tantaque benevolentia viris ingentem scilicet gloriam conciliat.

Scholion. Lutherus de seipso aperto pronuntiat, quòd, si tempore Jeremiæ extisset, et hujus prophetiam de interitu Hierosolymæ audiisset, tam pa-

dixit : Sollicitus sum propter Iudeos, qui transfugerunt ad Chaldaeos.

(1) Ibid. 5, ubi dicitur : *Dedit quoque ei* (i. e., Jeremie) *magister militie cibaria, et munuscula, et dimisit eum.* Quæ verba Calmetus cum aliis interpretibus hoc sensu intelligit, quòd præter cibaria alia quædam ad vita sustentationem servientia, puta indumentum, argentum dono dederit Jeremie ; iste enim nudus erat, et catenis vincitus, non secus ac vilissimus quivis ex captiuis.

(2) Jerom. 25, 41 et 42 ; item 29, 40. Et Baruch, 1, 2.

(3) Baruch. 1, 5. Vide Calmeti Commentar. in Baruch. 1, 3.

(4) Baruch. 2, 20, 23. Vide Calmeti Commentar. in Baruch. 2, 21, ubi eruditus hic interpres citat Jerem. 25, 9, 10, 11) et 27, 7, 8, et seqq. et 28, 14, quibus in locis Jeremias Judicos à Chaldeis subigenos predicit, et capite quidem 27, v. 8 et seqq. Iudeos hortatur, ut Chaldeorum imperio sese sponte submittant.

rūm id credidisset, ut potius propriis manibus Jeremie caput amputasset ; et tamen fatetur ultrò, quòd injustè egisset, cùm prophetia hec fuerit à Deo Jeremie inspirata , et reipsa impleta. Verba Lutheri in Colloq. conviv. (in seinem Tischreden), artic. 60, de Patriarchis et Prophetis, titulo, Prophetarum severæ conciones adversus hypocrisim et idolatriam, german. edit. Francforti an. 1567, pag. 499. In primâ facie paginae sunt hæc : *Da Jeremias sagt : JERUSALEM WIRD ZERSTÖRET WERDEN, wenn ich das von ihm hätte gehört, so hätte ich ihm selber den Kopf abgeschlagen : Und doch gleichwohl hats der heilige Geist durch Jeremias geredet ; und es ist auch also geschehen und ergangen.* Latinè : *Dim Jeremias ait : JERUSALEM VASTABITUR, si hoc ex ejus ore audivissem, ipse met ei caput amputassem ; et tamen id Spiritus S. per Jeremiam locutus est ; atque etiam ita factum est et evenit.* Eadem verba extant etiam in aliis editionibus Colloq. conviv. Lutheri ex gr. in edit. Francfort. an. 1568, pag. 590, in alterâ facie paginae. In edit. Francfort. an. 1575, pag. 583, in primâ facie. In edit. Islebiensi an. 1566, artic. 61, pag. 358, in primâ facie.

Sic increduli hodierni sunt constituti ; omnia negant et pernegant pertinaciter, inò fors eorum quidam caput amputare parati essent iis qui, ex gr., aternitatem pœnarum, divinitatem Christi, infallibilitatem Ecclesie, presentiam realem Christi in Eucharistiâ, judicium extreum, etc., predictant. Attamen omnia ista aut fient, aut facta jam sunt. Per impudentem incredulorum contradictionem divinæ revelationes et prophetiae non evacuabuntur.

99. Quæres IX : *Quomodo illud Jerem. 34, 2 et 3, de rege Sedecia vaticinium : Ecce ego tradam civitatem hanc in manus regis Babylonis.... et tu non effugies de manu ejus : sed comprehensione capieris, et in manu ejus traderis ; et oculi tui oculos regis Babylonis videbunt... et Babylonem introibis, cum illo altero vaticinio Ezechiel. 12, 13 : Extendam rete meum super eum (id est, super Sedeciam), et capietur in sagena mea ; et adducam eum in Babylonem in terram Chaldaeorum ; et ipsam non videbit, ibique morietur, concitari possit ? An Ezechiel non contradicit sibi meipsum, et collegæ suo Jeremias ? Si enim Sedecias adductus est in Babylonem, videtur regem Babylonis, quomodo hanc urbem potuit non videre ?* Resp. : Nulla hic est vera, sed duntaxat apprens contradicatio. Sedecias venit Babylonem in terram Chaldaeorum, nec tamen hanc urbem vidit, prout Ezechiel 12, 13, rectè asserit, quia jam ante ex mandato regis Babylonis ei effossi erant oculi. Res ita contigit : Urbs Jerusalem à Nabuchodonosore rege Babylonis capta est anno undecimo Sedeciae regis Juda. Sedecias quidem noctis favore dilabebatur, sed tandem in hostium manus incidens, Reblatam ad Nabuchodonosorem deducebatur. Hujus jussu caccitate mulctatus, Babylonem in terram Chaldaeorum abs tractus est. Ita prophetia conciliatur, quarum illa Ezechielis nunquā illum visurum Babylonem prænuntiabat ; altera

verò Jeremīe, visurum illum suis oculis regem Babylonis (nempe in Reblatā), ac ingressurum urbem Babylonem asserebat.

Scholion. Cittata Ezechielis verba cùm non intelligeret rex Sedecias, putaretque esse contraria verbis Jeremīe, neutrius oraculis credidit, teste Josepho, l. 10 Antiquit. c. 10. Sed, ut videmus, duo illa prophetarum in speciem pugnantia oracula exactè conciliata sunt.

100. Quæres X : « Quomodò illud Jerem. 36, 30 : « Non erit ex eo (i. e., ex Joakim rege), qui sedeat super solium David, cum illo 4 Reg. 24, 5, 6 : Dormiuit Joakim cum patribus suis, et regnauit Joachim filius eius pro eo, concilietur? » Resp. : Trimestre illud, idque valde turbulentum, quo Joachim regnum possedit, Chaldaëis obnoxius; et post quos in captivitatem Babyloniam cum omnibus aulicis abductus est, non meretur nomen sessionis super solium David. Scripturæ enim mos est, parva parvi pendere et habere pro nihilo (1). Undè regnum Joachim, qui alio nomine Jechonias dictus est, adè breve, atque arcta adè auctoritatis pro nihilo haberi potest. Porrò Joachim successorem in regno habuit Sedeciam patrum suum; qui proin non fuit ex eo, i. e., neque filius, neque nepos ipsius.

Neque dicas regis Joachim posteros regnasse. Nam ii non fuerint reges, sed, ut summum, duces ac principes tributarii, regibus Persicis subjecti.

101. Quæres XI : An Jeremias cum Baruch, Jerem. 43, 5, 8, Judeos illos, qui contra prohibitionem Domini, Jerem. 42, 18, ex Iudea in Aegyptum secesserant, licet comitatus sit? Resp. : Jeremias verus et sanctus Prophetæ haud dubiè agnoverit voluntatem Domini, et prohibitionem illam divinam ritè intellexerit; neque de viro prophetæ dono et sanctitate morum conspicuo præsumendum, quòd contra agnitionem Dei voluntatem quidquam facere attentaverit. Idem præsumendum de Baruch ejus discipulo et scribè. Itaque dicendum quòd prohibito illa Domini non spectabat singulos, sed solum principes et populum in genere; illis nihilominus cum populo Aegyptum petentibus, Jeremias et Baruch se jungere potuerunt; præsertim quia expedire non videbatur, ut populum desererent, et ab idolatria aliius violationibus legum divinarum non coheribent. Hæc enim fuit ratio, cur Deus Judeos noluerit ire in Aegyptum, ne fiant idololatriæ more gentilium ibi degentium; quodque re ipsa factum est, Jeremias Judeos illos, qui in Aegyptum fugerunt, ab idolatria frustra debortante; prout patet legenti Jerem. cap. 44. Vide etiam Menochium, comment. in Jerem. 42.

102. Quæres XII : « Cur loco Nabuchodonosor, Jerem. 46, 16, vox columba ponatur: Revertamur... à facie gladii columbae, i. e., gladii Nabuchodonosoris et Chaldaeorum; cum tamen nulla sit similitudo columbarum cum tam formidando rege et gente? » Resp. : Graves docent interpres (2), idè hoc loco

nomine columbae appellari Nabuchodonosorem et Chaldaeos, quòd hostilis iste rex celeriter advenisset, et quasi volans ut columba, vel quòd Chaldei in vexillis et labaris suis preferrent columbam, sicut Romani aquilam; idque, ut notat Diodorus Siculus, lib. 2, cap. 2, in gratiam memoriam Semiramidis prime regine sue, que, ut poetæ fabulantur, à columbis entrita fuerat, et à morte in columbam versa. Porrò, qui plus hæc de re scire cupit, aedat Cornelium à Lap. , comment. in Jerem.

103. Quæres XIII : « Quo sensu Jerem. 51, 36, de Babylone dicatur: Desertum faciam mare ejus, et siccabo venam ejus; cùm tamen hæc urbs longè fuerit à mari dissita, et non huic, sed Euphrati adiacuerit? » Resp. : Quamvis Babylon Chaldaeorum metropolis (1) à mari longè esset dissita, meritò tamen mare vocabatur, propter ingentem aquarum vim ibi existenteum. Nam situs hujus urbis erat in solo plurimi seculo rivis (2) prope Euphratis aquas, qui urbem interluebat, camque undequaque circundabat; unde non uno tantum Scripturæ loco (3) Babylon mare appellatur; mare enim vocatur ab Hebrais omnis aquarum copia; prout Cornelius à Lap. in Isa. 21, 1, observat. Accedit quòd, teste Abydeno pervestusto scriptore de rebus Chaldaeorum, Babyloniorum et Assyriorum (4), locus ille, ubi Babylon adficata fuit, anteò ab ingentem aquarum vim, quibus contegebatur, mari quodammodo similis visus fuerit. Cyrus verò hanc aquarum vim exhauiens, ac Euphratem aliò detorquens, ad literam has Jeremias minas explevit: Desertum faciam mare ejus, et siccabo venam ejus. Itaque mare Babylonis exsiccatum est, et post plura secula, Euphrates in paludes desertasque terras dilapsus exaruit, ita ut ad mare usque non perveniat (5). Denique sunt, qui citata Jeremias verba in sensu allegorio interpretentur, per mare intelligentes abundantiam civium et opum, quæ tanta erat, ut instar maris videatur exhausti non posse (6). Et sanè, ex quo Euphrates aliò defluere coactus fuit, Babylonis negotiament. in Jerem. 46, 16, ubi celeberrimus hic interpretatur, Nabuchodonosorem hoc loco vocari columbam, quòd celeriter advenisset, et quasi volans ut columba, vel quòd in vexillis suis haberet columbam.

(1) Duplex diversa erat Babylon. Una et celebrinaria Chaldaearum, de quâ hic agimus; altera in Aegypto non procul à Nilo fluvio sita. Utraq[ue] fuit devastated; prout refert Lexicon Lipsiense Universal. tom. 3, artic. Babylon.

(2) Vide Herodot. l. 1, cap. 193.

(3) Isa. 21, 1; Jerem. 51, 36 et 42.

(4) Eusebius, l. 9, de Præparat. evang. prope finem capit. 4, de Abydeno ait: De Babylone quoque Abydenus hac scribit: Omnia, inquit, illa loca aquis concreta fuisse dicuntur. Belus autem regionem siccasse perhibetur, et Babyloniam condidisse, qua maxima aquarum illuvione deleta, Nabuchodonosorus restituit... et fluvios Arachalem atque Arachanum ab Euphrate ortos obstruxit: paludem etiam effudit virginis passuum altitudinis, parasangarumque quadraginta, portasque in eâ fecit, quas rivotonentes appellabant, quibus apertis Babylonicae campis irrigabant... Hæc ab Abydeno sibi placuit. Ita Eusebius, loc. cit.

(5) Plinius, l. 7, c. 27; Cellar. Geograph. l. 5, c. 16.

(6) Vide Menochium aut Tirinum in Jerem. 51, 56.

(1) Vide Bonfrerii Praelougia in S. Scripturam, cap. 21, sect. 4, canon. 49.

(2) Vide præter alios interpres, Menochium, Com-

tio, qua florebat ob naves in sinum Persicum missas, pro�ris intercidit.

104. Queres XIV : *An Praefatio in Threnos seu Lamentationes Jeremiæ canonica sit?* Antequam respondem, recito hanc Praefatiunculam in nostrâ Vulgata his verbis extantem : *Et factum est, postquam in captivitatem redactus est Israel, et Ierusalem deserta est, sedid Jeremias Propheta flens, et planxit lamentatione hic in Ierusalem, et amaro animo suspirans et ejulans dixit. Jam de hac Praefatiuncula controversia est inter ipsos doctores catholicos, ab Ecclesiâ nondum decisa, an ea canonica sit, et divinam auctoritatem habeat, necne? Gretserus (1), Gislerius, Delrius et Acosta defendunt esse canoniam; quorum sententiam Tirus reputat probabilem. Sed longè communior et verisimilior est sententia S. Bonaventuræ, Lyrani, Cornelii à Lap., Calmeti, aliorumque plurium negantum, dictam Praefatiunculam esse canonican, ac assentientum, hoc esse duntatax Græcorum additamentum, neque uspiam in authographo textu suis. Certe haec Praefatiuncula neque in hebraico textu, neque in chaldaeo, neque in syro, neque in probatoribus et antiquioribus editionibus versionis S. Hieronymi inventur (2).*

Neque obstat, quod dicta Praefatiuncula extet in nostrâ Vulgatâ, quæ cum omnibus suis partibus à Tridentino declarata est canonica. Nam dico Praefatiunculam hanc censendam esse velutum titulum vel argumentum Threnorum, non partem eorumdem; quod ita verum est, ut hic titulus seu hoc proemium in nonnullis Bibliorū editionibus omnino non inveniatur, neque obscurit quoniam complures tam ex veteribus, tam ex recentioribus interpretibus (3), crediderint, lamentationes has in obitum Josiae fuisse conscriptas; quod tamen apertè contrarium est huic Praefatiuncule. Plura de presenti quæstione seu de memoratæ Praefatiunculæ auctoritate apud Herman. Goldhagen (4) invenies.

105. Queres XV : *An liber Baruch meritò libris canonicis S. Scripturæ accenseatur?* — Resp. affirmativè contra Grotium aliquosque Protestantes. Hanc assertiōnem nostram jam alibi (5) probavimus, ubi etiam ad objectiones contra canoniam hujus libri auctoritatem respondimus (6). Qui plura de hac quæstione polemico critica scire cupit, eam solidè discussam repeatrict apud laudatum Hernianum Goldhagen, aut apud alios scripturistas, vel polemicos.

CAPUT III.

De Ezechiele.

Ezechiel, græcè Ἐξεχίας, hebr. Jechezgel, id est,

(1) Tom. 1 Defension. Bellarmino, I. 4, c. 14.

(2) Vide Not. in Threnos nov. edit. S. Hieronymi.

(3) Vide Calmeti Praefationem in Threnos Jerem.

(4) Part. 2 introd. in S. Scripturâ, num. 226 et seqq.

(5) Part. 4 Scripturæ sacrae contra incredulos propug. sect. 1, quæst. 1, num. 1 et seqq.

(6) Ibidem, num. 2, dices II; num. 5 et seqq.

robur seu fortitudo Dei (1), ex nobili sacerdotum stirpe, à Chaldeis Babylonem deportatus unâ cum Iehonâ rege Juda, prophetare cepit in Chaldaâ anno quinto deportationis ejusdem, continuavitque usque ad vigesimum septimum, id est, per 22 annos; quorum priores undecim concurrerunt cum undecim posterioribus Jeremias prophetant in Judeâ. Et verè idem est utriusque Prophetæ argumentum. Sicut enim Jeremias primis 27 capitibus excidium Iudeorum et captivitatem Babyloniam predicit, ita idem facit Ezechiel per prima 24 capita, causasque, scilicet peccata eorum recenset et arguit. Secundò, sicut Jeremias, à cap 46 ad 51, aliis gentilis, nempe Agypto, Ammon, Moab, Edom, Philisthae excidium minatur; ita facit et Ezechiel, à cap. 25 ad 33. Denique sicut Jeremias, à cap. 50 usque ad cap. 54, et alibi sparsim, ita Ezechiel ultimis capitibus prædicti redditum et liberationem Iudeorum è captivitate, Messiac regnum, vocationem gentium, etc. Deus ergo, qui omni tempore Ecclesie et fidelibus prævidet doctores et præcones, tunc temporis Judeis in Babylonie dedit Ezechiel, Judeis verò in Ierusalem dedit Jeremiam. Illud tamen discriminis est inter utrumque hunc Prophetam, quod quæ Jeremias clarè et apertè Judeis Jerosolymæ, eadem Judeis in Babylonie Ezechiel teat per figuræ et enigmata proponat, quod ideò feuisse videtur, quia nolcat sua innotescere Babylonis (ne ansam inde sumerint irridendi et vexandi Iudaos), sed solis popularibus suis, quibus ipsem et omnia explicat. De ipso autem dicendi genere, quo Ezechiel utitur, S. Hieronymus (2) ita judicat : *Sermo ejus nec satis disertus, nec admodum rusticus est, sed ex utroque medi temperatus.* Ceterum Grotius (3) hoc de illo encomium pronuntiat : *Valuit eruditione et ingenio, ita ut (seposito prophetæ dono, quod incomparabile est) non immergit Homero eum comparès ob pulchras ennojas, comparationes illustres, magnam rerum multarum, præsertim architecturæ cognitionem.*

Præterea martyrem fuisse Prophetam Ezechielem, à duce populi Iudaici occisum, quod eum idolatriæ argueret, docet Martyrologium romanum die 10 aprilis, item Dorotheus (4), Isidorus (5) et Epiphanius (6), qui et varia ejusdem miracula enarrant. Circa genus martyrii, quod subiit, discrepant auctores. Adriachomius (7) vult eum equis distractum fuisse; auctor verò Operis imperfecti (8) per saxa raptatum et excrebratum.

Ex dictis constat falsum esse, quod quidam veterum apud Clementem Alexand. (9) opinati sunt, Eze-

(1) Vide Ezech. 3, 8, aut versionem litteralem nominum Hebreorum in S. Scripturâ occurrentium, quam in tom. 2 Dictionarii Bibl. Calmeti ad finem possum invenies.

(2) Praefat. in Vers. Ezech.

(3) Praefat. Comment. in Ezechielem.

(4) In Synopsi, cap. 16.

(5) De vita et obitu SS. cap. 59.

(6) De Prophetarum vita, cap. 49.

(7) In terrâ sanctâ, p. 246.

(8) In Matth. Homil. 46.

(9) L. 4 Strom.

Ezechiel esse ipsum Pythagoram. Primo, quis Ezechiel floruit regnante apud Chaldaeos Nabuchodonosore; Pythagoras verò regnante Cambyses filio Cyri, qui Chaldaeorum monarchiam evertit. Secundo, Pythagoras Græcus fuit, ex Samo insula oriundus, ut veteres passim docent; Ezechiel verò Iudeus. Tertio, Pythagoras, etsi fortè ab Ezechiele aliquis Prophetis aliqua mutuata sit, in multis tamen ac praecipuis dogmatibus ab illo dissidet, ut ex ridicula peregrinariis, seu animalium ex uno corpore in aliud transmigratione, et alius fabellis ipsius apud Tertullianum (1) et Hieronimam (2), quivis facilè colligere potest. Vide hanc de re præter alias Calmetum.

106. Quares I: « Quomodo illud Ezech. 4, 14: *Animalia ibant et revertabantur, in similitudinem fulgoris coruscantes*, cum illo Ezech. 1, 9 et 17: *Non revertabantur, cum incederent, concordet*? An non novum dictu, ac paradoxum, reverti, et tamen non reverti? » — Resp.: Non est hic realis, sed duntaxat apprens contradicatio, quam Cornelius à Lap. ita solvit et explicat: *Iabant animalia seu Cherubini*, id est, rectâ ad locum, ad quem impetu Spiritus Dei agebantur, tendebant, et non revertabantur, cum incederent, hoc est, non regrediebantur, sed rectâ antrosrum semper pergebant unâ cum curru communi motu; quo modo loquendi significatur Angelos rectâ properare eò quod mittuntur, nec desistere, sed perseverare, donec jussum Dei perficiant, idque citissimè. Cum autem venissent ad locum, qui mittebantur, revertabantur, in similitudinem fulgoris coruscantis, id est, convertabant se, et ibant quoquā Deus jubebat; aut revertabantur, ut rursus se sisterent Deo, quasi prompti ad alia ejus jussa excipienda, et pari rectitudine et fortitudine exequenda. Deo enim jubente evolabant et revolabant celerrimè instar fulgoris.

107. Quares II: « An ex illo loco, Ezech. 5, 1, 4: « *Et dixit ad me (Dominus Deus): Fili hominis... comedere volumen istud...; et aperui os meum, et cibavit me volumine illo.* Et dixit ad me: *Fili hominis, venter tuus comedet, et viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi.* Et comedí illud, et factum est in ore meo sicut mel dulce, D. de Voltaire (3) meritò caput occasionem, Prophetas tanquam amentes traducendi? » — Resp. negativè. Imò potius hic rursus sive inscitiam sive impudentiam suam prodit Voltaire. Aliud enim est narrare factum tanquam re ipsa factum, aliud illud tanquam visum referre. Ezechiel non est à Deo re ipsa correcta pergamenta charta aut volumen aliquod, sed neque ab hoc Prophetā comestum ore corporali, sed per visionem imaginariam, quā hæc omnia ei representabantur. Docet hoc ipsum initium secundi capituli prophetæ Ezechielis, quod ita incipit: *Hæc visio similitudinis gloriae Domini. Et vidi; et cecidi in faciem meum*, etc.

(1) L. de Animâ, cap. 28.

(2) In tractatu de gentilium philosophorum irratione. Exstat tom. 4 Biblioth. SS. Patrum.

(3) Ita de Voltaire refert Cl. Weissenbach in nova formâ Theologiae Bibl. tom. 2, lib. 4, quesit. 56, p. 240.

Sic etiam apud S. Joannem in libro Apocalypses, cap. 10, v. 8 et seqq., legimus: *Et audi viocem de caelo iterum loquentem mecum et dicentem: Vade et accipe librum apertum de manu Angeli flantis super mare et super terram. Et abi ad angelum dicens ei, ut daret mihi librum. Et dixit mihi: Accipe librum, et devora illum; et faciet amaricari ventrem tuum; sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accipi librum de manu Angeli, et devorari illum; et erat in ore meo tanquam mel dulce: et cum devorarem eum, amaricatus est venter meus.* Hæc, cùm narrantur in libro visionibus sacris replete, nemo sanus reipsa dicet contigisse, sed S. Joanni per visionem imaginariam fuisse representata. Idem ergo etiam de libro, quem Ezechiel comedit, dicendum est. Quid si autem haec non re ipsa contingitur, quid tanquam emotæ mentis deliria à Voltaire exploduntur, et in vidiam vocantur? Aut numquid res etiam valde paradoxæ, etiam spectato consueto ordine, et legibus naturæ fieri non possint, exhiberi tamen per visionem imaginariam possunt?

Porrò, quid visio illa Ezechielis (idem est de me morata visione S. Joannis in Apocalypsi) nihil absurdum aut implicitorum continet, patet eadem ritè intelligenti et exponenti. Sensus nimurum illius visionis Ezech. loc. cit. est iste: *Comede volumen istud*, scilicet per visionem, ut dixi, qua significat id quod explicat Deus v. 10 dicens: *Omnes sermones meos, quos loquer ad te, assume in corde tuo*; q. d.: *Hæc traditio voluminis symbolum est legationis tuae* (1), et indicat tibi infundi spiritum propheticum; contestio verò significat ea quæ in hac legatione à Deo audis et vides, in intima anima tue ruminando et meditando transmitti, ut cum affectu, ac toto animo et spiritu, ea populo proloquaris, sicut cibus et vinum, sanguinem et spiritus excitant, ac novos suggerant, qui linguam faciunt discrant. *Et aperui os meum, et cibavit me volumen illo*, h. e., visus sum mihi volumen hoc comedere; videbatur enim mihi quid Deus volumen illud os meum ingrat facialque ut illud devorarem; hoc est, docuit me cuncta que in illo erant scripta, scilicet minas et excidia Iudeorum aliarumque gentium eis à Deo decreta. Unde textus Chaldaeus hunc versum 2, cap. 3, ita exprimit: *Et inclinavi animam meam, et docui me quod scriptum erat in volumine isto.* Sed pergamus: *Venter tuus comedet, et viscera tua complebuntur volumine isto quod ego do tibi*, id est, ut Chaldaeus habet; *animam tuam satiabis... si suscepis quod scriptum es in volumine isto, etc.; vel, ut Menochius exponit, s' venter tuus comedederit (puta, prophetias corde excipiendo, eas sedulè meditando et velut ruminando et concoquendo), anima tua saturabitur, et ita complebitur, ut satis materia ad prophetandum habiturus sis nihil erit quod amplius desideres.* ET COMEDI ILLUD, ET FACTUM EST IN ORE MEO SICUT MEL DULCE. Nimurum, valde suave est nôssæ divina et arcana Dei consilia

(1) Sicut doctores creantur, tradendo ipsis librum (inquit Cornelius à Lap. in hunc locum), sic in hac visione Ezechiel creaturæ Prophetæ, accipiendo volumen prophetiarum à Deo.

ac judicia , inquunt S. Hieronymus et Theodoreetus. Dulce item est zelare Dei justitiam , predicere et minari , quin et videri peccatorum punitionem , quā vindicetur Dei honos. *Amaricatus* est tamen postea *venter*, ut S. Joannes in *Apocalypsi* loc. cit. ait, videbat ex condonē et compassionē, cum postea cogitavit iram Dei, et supplicia maxima, et tot hominum damnationem. Sic etiam Ezechiel, citato cap. 3, v. 14, inquit : *Abii amarus in indignatione spiritus mei, hoc est, ut Cornelius à Lap. exponit, abii meditabundus et tristis, ac cum indignatione quā indignabar sceleribus populi mei, propter quae Deus urbem et templum volebat everttere; simul anxius quid facerem. Dicbam enim intra me: Si haec, quae Deus jubet, prædicem populo, eum contra me concitabo; si non, Dei majestatem offendam. Hic ecce pilula voluminis in ore dulcis... in ventre dissoluta operatur, et ventrem torquet et lanicat.* Rudebunt fortassis ad hanc et similes orthodoxorum interpretatum expositiones increduli, easque per sibilos et convicia explodent; neque id mirum ; animatis enim homo non percipit ea quae sunt spiritus, 1 Cor. 2, 14.

108. Quæres III : Quid sentiendum de Voltaire, qui in tractatu de Tolerantia (1) narrationem, Ezech. 4, 4, 9, de situ recubanti Ezechielis Propheta deridicula habet ? — Resp. : Censendum est, id more suo fecisse ex irreligiositate et impia audacia irridendi sacras litteras. Si autem increduli replicent, et petant, an non revera ridiculum , imò impossibile sit, Jeremiam dormivisse super latus suum sinistrum 390 diebus continuis pro totidem annis iniquitatibus Israelitarum et Iudeorum debitam (2). Quis autem neget, Deum per servos suos prophetas posse propheteare sive verbi, sive facti, ex. gr., certo gestu aut situ corporis ? Et revera non raro prophetæ etiam factis ipsis prophetarunt (3), idque sine deridiculo. Sed neque impossibile fuit Jeremiam tot diebus in memorato situ corporis dormire. Nam vel hoc reapsest non contigit, sed tantum per visionem prophetam Jeremias sibi visus est tot diebus in situ corporis supra dicto dormire , uti quidam, inter quos est etiam Hector Pintus (4), et quorum opinioni ipse S. Hieronymus (5) preluisit, contendunt. Et tunc per se

(1) Ita denuò de Voltaire refert Cl. Weissenbach, loc. cit. quest. 37, p. 242.

(2) Vide Cornelium à Lap. aut Menochium, Commentar. in Ezech. 4, 4 et 5.

(3) Vide supra, sect. 1, num. 1.

(4) Comment. in Ezech. 4, 4, ubi ita ait : *Hic autem somnus non fuit realis per tot integros dies; quā enim fieri poterat ut Ezechiel super unum latus trecentos et nonaginta dies continuò dormiret? et somno solitus super aliud latus quadruplicata?* Sed fuit hoc factum in visione quādam intellectuali et prophetica; videbatur enim illi se tot dies dormire.

(5) Comment. in Osee 1, 8, ubi hic S. Pater pariter

pater ejusmodi visionem non fecisse impossibilem , quemadmodum in precedente quest. 2 de illa quādam visione prophetica Ezechielis jam diximus. Vel in illo situ corporis propheta revera tot diebus dormuisse asseritur, ut communior Patrum (1) et interpretum (2) tenet? Sed neque tunc aliquid dicitur quod fieri non potuerit. Quamvis enim durum sit in eodem semper aut longiori tempore latere cubare, interdūcum tamen haec homines ex virtute patientiae aut necessitate tolerant, ut in ægrotis videmus , qui longo tempore ita incumbunt in latus , aut supini jacent, ut lapides putres , aut truncos insensibiles. Carterum cum Sancto facile concessero , in diuturno illo Ezechielis cubitu super latus sinistrum , et postea super latus dextrum , aliquid supra humanum intervenisse; nam qui eo modo jacere jussit, ille vires addidit et constantiam, ut cum minori fastidio fieret, quam experiantur illi , quos aut voluntas propria, aut valetudinis necessitas addicit, vel alligat lecto. Vide etiam Cornelium à Lap. Comment. in Ezech. 4, v. 17 : Quaritur secundo.

Denique illud quoque notandum quod ille Ezechielis per 390 dies cubitus super latus sinistrum , et dein per 40 dies super latus suum dextrum, non fuerit conjunctus cum somno continuo. Nam ubi Vulgata nostra habet, Ezech. 4, 4 : *Et tu dormies super latus tuum sinistrum, etc., in Hebrewo est, שְׁכָקָה, id est, jace, decumbe.* Non ergo dormivit propheta 390 dies ; sed vigil decubuit, quasi obsidens, aut potius spectans obsidionem urbis Jerusalem. Sic vulgo dicimur totā nocte dormire, id est, decumbere in lecto, etiam si multi multas horas propriè non dormiant, sed vigilent, vel morbi , vel curarum , vel curationis causā , præterea ex eo etiam patet, Deum propheta loc. cit. non præcepisse continuum per tot dies sumnum, quia eodem cap. 4, 9, 13, ac dein v. 15, Deus Ezechielem jussit, ut cibo et potu valde vili et modico illis diebus utatur. Vide Cornelium à Lap. Comment. in Ezech.

109. Quæres IV : Num credibile sit quod Deus , Ezech. 4, 12 et 15, Ezechielis prophetæ præceperit, ut ex stercore humano aut bovino panem conficiat et comedat.

— Antequam respondeam, observo quod Voltaire us, qui toties S. Scripturam imprudentissime risu et contemptu exponit, etiam hoc loco rotundè asserat , Ezechielem prophetam panem suum linivisse stercore humano , quod tamen falsum. Inde justo Dei iudicio factum ut infelix hic auctor brevi ante obitum suum, inter terribiles agitationes corporis et rabidos ejulatus, propria sua stercora voraverit (3).

negat , Ezechielem revera dormivisse tot dies super unum latus , addens hanc rationem : *Hoc enim rerum natura non patitur, ut quisquam hominum per 390 dies in uno semper latere dormiat.*

(1) S. Chrysostomus, l. 3 de Dei Providentiâ ; S. Basilus in illud Isa. 8 : *Sume tibi librum grandem.* Item Thodoreetus in cap. 4 Osee.

(2) Cornel. à Lap., Tirinus, Sanctius, Calmet, etc.

(3) Res haec in Diario , cui titulus : *Diarium pro amicis Religionis et rei litteraria , edit. August. in tabernā libraria Bartlianā , part. 4, ad annum 1780 , p. 501 , in Notā (1) cum omnibus circumstantiis suis distinctè narratur.*

Hoc ad terrorem impiorum comminorato, respondeo et dico assertio[n]em Voltairii de citato precepto divino esse apertam falsitatem, eamque duplice[m]. Primo enim Scriptura dicit, ejus rei indulgentiam Ezechieli à Deo factam, et stercus humanum cum stercore bovino commutatum esse. Quamvis enim Deus, loc. cit. v. 9 et 12, ab initio jusserit : *Sume tibi frumentum et hordeum, etc., et quasi subcinericum comedes illud; et stercore, quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum;* tamen cùm Ezechiel, v. 14, horrorem suum in sumendo ejusmodi sordido cibo reponeret, Deus ejus petitioni cessit ad eum v. 15, dicens: *Ecce dedi finum boum pro stercoribus humanis, et facies panem tuum in eo.* Secundò Scriptura neque his, neque priùs citatis verbis dicit, prophetam jussum comedere stercus humanum, aut bovinum, sed duntaxat coquere panem sub cinere, ex ejusmodi excrementis composito atque succenso: qua[us] duo longè diversa sunt. Imò, v. 9, 12 et 15, Deus prophete expressè mandat, ut panem suum ex frumento et hordeo, etc. (non aut ex stercore), conficiat, et quasi subcinericum, i. e., sub cinere, ex dictis excrementis composito coquat: *Sume tibi frumentum, et hordeum, et fabam, et lentem, et milium, et riciam, et mittes ea in vas unum, et facies tibi panes...* Et quasi subcinericum hordeaceum comedes illud: *et stercore, quod egreditur de homine, operies illud...* Et dixit ad hoc: *Ecce dedi finum boum pro stercoribus humanis, et facies panem tuum in eo.* Voluit nimirūm Deus hisce omnibus portendere famam, sordes et angustias summamque rerum penuriam, quam passuri essent postea Judæi sub rege Sedecia, obssessi à Chaldaeis in Jerusalem. Solent enim qui obsidentur, aut pauperes admodum sunt, subcinericio pane uti, coctoque non sub pruni lignorum, sed sub stercore boum, aliorumque animalium; quod hodièque in nonnullis locis ex lignorum penuria fieri consuevit.

Certè in regionibus Orientis, ubi rara sunt ligna, quemadmodum in Arabiâ Petrosâ, in Mesopotamiâ, etc., erat hoc maximè usitatum, sub ejusmodi cinere, ex stercoribus boum, camelorum, aliorumque pecorum coquere panes, ac maximè hordeaceos. Imò Cl. Bullet (1) ex variis itineraris, vel aliis relationibus D. d'Arvieux, D. de Tournefort, Villalpandi, etc., perhibet, hunc morem utendi stercore bovino combusto loco prunarum ligni durare hodièque apud varias nationes. Similiter Scheuchzerus (2) hâc de re ita loquitur: *Gentes offendimus, quæ ex defectu ligni vel cespitum bituminosorum utuntur fimo vaccino...* Et quid, queso, redigerentur Belya, si turfa deficeret? miseriorem hi traherent vitam præ Egyptiis, qui in ipsâ metropoli Cairo cespitis ex fimo equino et asinino uti tenentur; vix Melitensis, qui cardui speciem in minutias concisam cum stercore vaccino commixtam in cespites redigunt... hodièdum Arabes placentas coquunt igne fini vaccini. Ita Scheuchzerus. Igitur illa Scriptura verba

(1) Réponses critiques, tom. I, num. 40, de Praecepto Domini ad Ezechiem.

(2) Physicae sacr. tom. 4, pag. 4192 et 4193.

Ezech. 4, 12 : *Et quasi subcinericum hordeaceum panem comedes, ... et stercore, quod egreditur de homine, operies illud, habent hunc sensum: Sub cinere stercoris humani coques illum, prout Menochius aliquie interpretes passim exponunt. Atque eundem sensum distinetius innuit versio graeca 70 Interpretum, quæ loco vocis *operies*, ponit vocem ἐγρήγορεις, id est, abscondes illum, nempe sub dicto cinere, ita ut eundem non sub pruni lignorum in cibano, sed sub cinere stercoris humani torreas; quamvis, ut supra ostensum est, Deus postea permiserit, ut propheta in torrentibus panibus stercore bovino loco stercoris humani utetur.*

Vide de hâc Biblicâ questione interpretes Ezechie lis, vel etiam Cl. Bullet, loc. cit., et Nonnotte (1).

110. Quares V: « Quomodo Scriptura, Ezech. 18, 20, dicens: *Filius non portabit iniuriam patris, et pater non portabit iniuriam filii, conciliari possit cum illo loco Scriptura, Deut. 5, 9, ubi Deus æmulator, reddens iniuriam patrum super filios in tertiam et quartam generationem, dicitur? » Etiam istam apparentem contradictionem, toties apud interpretes ventilatam et solutam ad illudendum recoxit Voltairius, qui impiè docet, citatum locum Scripturæ apud Ezechiem rectâ opponi illis quæ legantur Deut. 5, 9, ubi expressè dicitur Deus iniuriam parentum vindicare etiam in liberis ad usque tertiam quartamque generationem.*

Verum duplex potissimum potest dari responsio, quarum qualibet apparentem hanc contradictionem dispoludit et ostendit, nullam hic esse veram et realē antilogiam. Nam 1° cum Cornelio à Lap. et aliis merito dicitur, apud Ezechiem loc. cit. sermonem esse de filiis piis, qui impiorum parentum peccata detestantur; in Deuteronomio vero, loc. cit., Scripturam loqui de impiorum patrum impiis filiis, qui peccata parentum imitantur: in his enim peccata parentum punit Deus, quia filius punitur ob peccatum patris, non quatenus est peccatum patris, sed quatenus illud imitatus est, et sibi proprium efficit. 2° Cl. Nonnotte et alii dicunt citata verba Deuteronomii esse intelligenda de delictis universalibus totius populi, e. gr., si totus populus in idolatriam labitur. Tunc enim universalis pena saltem in temporibus transit etiam in filios, prout Judei saepius experti sunt, dum ob scelus progenitorum suorum etiam innocentes, ut Tobias, Daniel, Baruch, etc., in captivitate abducti fuerunt. Verba autem Ezech. 18, 20, esse directa ad quanlibet personam privatam, et intelligenda de delictis cuiusque singularibus, ita ut sensus sit: *Patris crimen non luet filius, nec filii crimen pater.* Elucescit hic sensus ex toto contextu loco citato, qui ita sonat: *Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur; filius non portabit iniuriam patris, et pater non portabit iniuriam filii; justitia justi super eum erit, et impietas impii erit super eum.* Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis.... vita vivet

(1) In Lexico philosoph. tom. I, art. Ezechiel, pag. 473.

et non morietur. Vide Calmetum aut alios interpres in hunc locum.

111. Queres VI : An his verbis Ezech. 20, v. 25 : « Ergo et ego dedi eis præcepta non bona, etc., sanctitas legis Mosaicæ in dubium vocetur; prout Tindalius, et qui istâ in re hunc exscripti, Voltairius, ad hunc locum animadixerunt? » Resp. : Tindalius et Voltairius, sicut increduli solent, vel nodum querunt in scirpe, vel crassam suam in studio scripturistica ignorantiam produnt. Solidam enim hujus dubii solutionem reperire est apud obvios interpres. Dicimus itaque cum S. Hieronymo (1), Paraphrasi chald. (2), Maldonato et alii, hoc loco verbum, *dedi*, idem esse atque *permisi*, ita ut sensus sit : Permisisti eis dari seu imponi præcepta gentilium non bona de ritu et cæremoniis colendi idola, quale præceptum erat illud, de quo statim versus sequenti (3) sermo fit, nempe de primogenitis idolo Moloch immolatis; idem *dedi*, id est, permisi eos facere quidquid vellent; noluerant obtenerare præceptis meis, que illis vitam conferre potuissent; ergo verò in eorum infidelitatis poenam eos suis erroribus et perniciosis cupiditatibus relinquo; mancipauit sese illi, quam clegerunt, religioni et fructus suorum flagitiorum percipient. Porro hunc sensum, non solum versus immediate sequens, ut jam observavi, indicat, sed etiam immediate precedens. Postquam enim Dominus, v. 24 precedente, Iudeis scelus idolatrie exprobriasset, infervit. 23, verba illa : *Ergo et ego dedi eis præcepta non bona;* fermè sicut Rom. 1, 24, dicitur : *Propter quod tradidit illos (etimicos) Deus in desideria eorum, in inuiditiam, etc., id est, permisit eos ambulare secundum viam cupiditatum suarum.*

Negatur itaque suppositum, quod Ezech. 20, 25, per præcepta non bona intelligantur præcepta divina legis Mosaicæ; sed intelligantur leges, ritus et cæremonia servandæ in cultu idolorum, à gentibus excogitate, quas Deus dicitur Hebreis *dedisse*, quia permisisti eos in idolatriam labi, et se illarum observationi subjicere.

112. Queres VII : *Quomodo propheta Ezechiel, cap. 33, sub parabolâ duarum meretricum describens fornicationem, id est, idolatriam tam Samaria quam Jerusalem, à criminatione Voltairii vindicandus sit.* — Resp. : Iniquè impudens et incredulus hic scriptor Ezechiel objicit obsceno dicta et imagines lubricas de gemina

(1) Verba hujus S. Patris Comment. in hunc locum sunt : *Dedit eis (Iudeis) dispersis in gentibus præcepta non bona: hoc est, dimisisti eos cogitationibus et desideriis suis, ut facerent quæ non convenient.*

(2) Paraphrasis chaldaica citatum versum 25 c. 20 Ezech. his verbis exponit : *Ego quoque, quia prævaricati sunt in verbum meum... projici eos, et tradidi eos in manum concupiscentiae eorum insipientiis, etc.*

(3) Post illa verba Ezech. 20, 25. *Ft ego eis dedi præcepta non bona, et iudicia in quibus non vident; Deus, v. 26, statim addit : Et pollui eos in numeribus suis, cum efferent omne quod aperit vulvam, etc.;* hoc est, pollui eos permisi sacrificiis suis superstitionis et scleratis, cum idolo Moloch cremarent primogenita sua. Vide Tirimum, alios probatos interpres Comment. in hunc versum.

illa meretrice cit. loc. expressas; immo (ut Cl. viri Nonnotte et Weissenbach observant) potius ipse Voltairius criminis, quod Prophete objicit, se rem fecit, dum memoratum locum Ezechielis exaggerando, addendo, demando studiosè videtur lectorum animos nimis vivacibus et periculosis imaginibus ad libidinem provocare. E contrario Ezechiel ex fine bono, et gravibus justisque de causis parabolâ et imaginibus, ob quas a Voltairio acerbè carpitur, usus est.

Nam notandum 1° quid peccata libidinis gravissima habebant apud Hebraeos, cum lex Mosaicæ in omnia ferè ejus genera capitali supplicio animadverteret. 2° Quod cultus idolorum fuerit semper cum libidine et scortationibus publicis conjunctus; vel, rectius loquendo, erat pars rituum et cæremiarum ethnicae superstitionis seu cultus falsorum deorum; quemadmodum Lucianus, Strabo, multique alii ethnici scriptores, teste Cl. Nonnotte, referunt. Unde propheta Ezechiel ad monstrandam abominationem idolatriæ et conjunctorum scelerum, quibus Samaria et Jerusalem pollutæ sunt, simulque gravitatem promerite poena indicandam et horrorem horum scelerum excitandum, usus est parabolâ duarum meretricum in abyssum luxurie miserrime prolapsarum. 3° Sed neque perfidia populi Judaici, quem Deus singulari fodere quasi desponderat sibi, poterat aptius ob oculos ponи, quam moribus adulterie omnibus sese prostituentis. 4° Accedit, quod antiquis illis Ezechielis et aliorum veterum Prophetarum temporibus multa dicta et imagines, quas hodiè castas aures horrent, nequaquam adeò in honeste et periculose vise fuerint, prout nunc sunt, ubi mox pluribus declarabo.

Cæterum in praxi circa lectionem memorati c. 23 Ezech. abstineendum à temeraria curiositate, et observandum id quod jam alibi (1) de lectione Cantici canonicorum monuimus.

113. Scholion : Que hic diximus de cit. cap. Ezechielis, servūnt et alii Scriptura locis defendendis. Nam non rarò in S. Scripturâ modi loquendi aut res gestas describendi occurunt, qui hodiè minus pudici aut in honeste videntur. Hostes autem religionis simulant se offendì ejusmodi loquendi libertate, quâ sacri scriptores res exprimunt, quas non hodiè nonnisi sub velamine honestissimorum verborum proponere audimus. An, inquit, Deus qui etiam solas cogitationes in honestas prohibet, scriptoribus hagiographis verba aut res scribendas tam aptas ad excitanda impudica phantasmata inspirare potuit? Ut hunc scrupulum impius, hypocritis eximamus, dicimus cum Cl. Bullet, verba illa, et locutiones in S. Scripturâ occurrentes, que hominibus nostrorum temporum ab honestate alienae apparent, tales non erant eo tempore quo à Prophetis ad Judios prolatæ sunt; id quod sequenti arguento ostendo. Viri, qui hæc dicta proferabant, asseverabant se loqui ex inspiratione divinâ, et Judei, ad quos oracula sua dirigebant, credebat illos reverâ divinitus esse inspiratos. Jam verò si verba protulissent, quæ audien-

(1) Scriptura S. contra incredulos propug. p. 5, sect. 4, ouest. 3, num. 55.

tibus meritò fuissent à scandalo, à suis auditoribus nequaquam in numero hominum à Deo missorum et ex divinā inspiratione loquuntur fuissent habiti. Itaque concludendum quod scriptores sacri, dum ejusmodi verbis et locutionibus usi sunt, nildixerint aut scripserint, quod sine scandalo dici scribile non potuerit. Exterum Cl. Bullet, loc. cit., rectè observat, quod etiam in nostris linguis sèpè vocabula aut modos loquendi habeamus, que non semper et ubique, aut in omnium personarum ore honesta sunt, vel vicissim in honesta; sed quod honestas aut in honestas verborum et locutionum pro varietate temporum, locorum et personarum variet; fermè sicut voces quantumvis luhricae et respectu aliorum periculosæ, in ore tamen medici castæ sunt, quia ejus eorū non afficiunt.

CAPUT IV.

De Daniele.

Daniel (גָּמְלֵן, id est, *Judicium Dei*, ex גָּמְלֵן, et בָּנֶן *El Deus*, vel, *Dens judex meus*), ex semine regum Iuda natus, adhuc adolescentis 20 annorum captivus à Nabuchodonosore, ductus est Babylonem unā cum rege et cognato suo Joakim, anno tertio regni ejusdem; ubi quanto post anno Susannam à morte liberavit, et Prophetam agere copit. Is fuit et sanctissimus (ut colligitur ex Ezech. 14, 14) simul et sapientissimus, ut ex Ezech. 28, 3, infertur, ubi regi Tyrio, qui se sapientissimum reputabat, per sarcasmum objicitur: *Ecce sapientior es tu Daniel.* Porrò scopus Danielis in prophetiā sùi est, regnum Christi describere, quod incipit facere c. 7, et prosequitur c. 9, 10, 12. Nam historie regum Babylon, Medorum et Persarum, que primis sex capitibus præponuntur, et reliqua, que cap. 7, 8 et 11, de quatuor monarchiarum vicissitudinibus narrantur, cò pertinent, ut intelligamus omnia alia regum et imperia aliquando péritura, solum Christi regnum æternum futurum.

Scriptus est hic liber ab ipsomet Daniele, et quidem hebraicè ab initio usque ad capit. 2 versum 4; in medio autem hujus versùs, nimirum post illa verba: *Responderuntque Chaldaei regi syriacè* (1), incipit Daniel chaldaicè, et hanc linguā pergit usque ad finem capitùs septimi. Reliqua quinque capitula sunt hebraicè scripta; atque hucusque textum hebreum libri Danielis habemus. Cætera que sequuntur usque ad finem libri, id est, ultima duo capitula de Theodotione græcè editione translatâ sunt (2). Porrò, si de versione græcâ

(1) Syriacè, id est, chaldaicè, que ipsorum materna lingua erat, queque olim dicta est syriaca, ad distinctionem linguae hebreæ. Erat tamen hæc lingua diversa ab è quæ nunc syriacam dicimus, non tam verbis et vocibus quām dialecto, ut græca attica differt à doricâ. Dicit autem Daniel, eos locutos syriacè, ut ab eis prolatâ sunt, quod facit, ut dixi, ab hoc verso, et deinceps usque ad initium capituli octavi.

(2) Equidem etiam hæc duo ultima capitula hædū bipli olim lingua hebreæ vel chaldaicæ exarata legebantur, quia Theodotion ea ex his linguis in græcum idioma transtulit, et quia antiquissimi Ecclesiæ Patres historiam Susannæ, item Belis et draconis (que in illis 2 ultimis capitibus recensentur) citant; verum incuria

horum ultimorum duorum capitulorum, nimirum capitùs 13 et 14, sermo sit, observandum, quod eam (sicut et ceteram versionem græcam hujus libri) non habemus à 70 Interpretibus, sed à Theodotione, qui aliquot seculis post septuaginta Senes vivebat.

Pro coronide hujus Prefationis observo, quod Ecclesia in martyrologio suo 21 juli memoriam Danielis tanquam sancti celebret; quodque huic Prophete laurea martyrii tam parum deneganda sit, quam sociis ejus Ananiae, Azariae et Misaeli: nam quām fortiter illi in fornacem Babyloniam, tam generosè Daniel ob exiuniam pietatem et zelum honoris Dei, se mitti permisit in locum leonum, etsi miraculo inde illas evaserit. Virginitatem autem illibatam ad mortem usque conservasse tam Danièle, quam dictos tres pueros, omnes Patres consentiunt; et eā de causa hos ab igne Babylonico, illum à dentibus leonum intactos mansisse, afferunt Damascenus, lib. 4 de Fide, cap. 25.

114. Quaræ I: *Quonodo confutanda assertio Porphyrii, Spinozæ, aliorumque incredulorum contendentium, prophetiam Danielis de quatuor monarchiis sibi succedentibus, Dan. cap. 2, primum confitam esse tempore intermedio, quod ab Antiocho usque ad Jesum Christum effluxit?* Antequām hanc incredulorum assertiōnem, nullo prorsus solidō fundamento nixam, refutem, observo, quod modò dicta Danielis prophētia incredulisi (1) nimis clara et dilucida visa sit, adeò quidem ut post Porphyrium et Spinosam, ut Cl. Berger testatur, asserere non dubitaverint, hanc prophētiā post res, quas prædicere videtur, jam gestas, et illis primū temporibus, que ab Antiocho usque ad Jesum Christum effluxere, confitam fuisse. Imò auctor Examini momentosi (2) censem, tam librum Danielis, quam libros Salomonis, Davidis, aliasque Alexandriæ compositos esse.

Verū resp. et dico: Temeritas, quā recensenti increduli has suas suspiciones et vanissimas conjecturas efflutiunt, planè demonstrat eos in arte critica perparvū proficisse. Nam 1° si liber Danielis primum post tempora Antiochi compositus fuisset, tunc, sicut aliae Paraphases Judiceæ, ita pariter liber Danielis idiomate chaldaicō exaratus esset, cùm ē contrario maximam partem hebraicè scriptus sit. Tempore autem Antiochi et postea lingua hebreæ non amplius erat lingua vulgaris Judeorum, nec hebraicè tunc amplius libros scribere sciebant, aut certè non solebant. 2° De Daniele in vaticiniis Ezechielis, qui post illum capitulū Babylonem abductus est, sermo ingeritur, ac de ejus-

Judeorum, aut injuriā temporum, vel perfidiā alicujus impostoris factum est, nt hodiē textum hebreum aut Chaldaicū dictorum 2 capitulum non amplius ad manū habeamos. Similiter etiam hymnus trium puerorum, et ea quo cap. 3 in hebreis voluminibus non reperiuntur, censenda sunt olim in hebreo vel chaldaicō textu extitisse, sed injuriā temporum, aut casu, etc., in hebreo vel chaldaicō idiomate derelicta esse.

(1) Opinions des anciens sur les Juifs, p. 417; Esprit du Judaïsme, pag. 449; Examen des Prophéties, p. 449, 452.

(2) Examen important, c. 10, p. 54.

dem sapientiā et scientiā rerum secretarū mentio sit his verbis ad arrogantis regem Tyri per sarcasmum directis : *Ecce sapientior es tu Daniel; omne secretum non est absconditum a te*, Ezech. 28, 3. 5° Nhemias quoque, qui diu ante tempora Antiochi extitit, ad Deum orationem fudit, quæ ex libro Danielis (1) manifestè desumpta est. 4° Josephus Jud. (2) vaticinia Danielis tanquam genuina et divinitus inspirata celebrat, ac narrat, quod diu ante regnum Antiochi à Jaddo summo Judeorum pontifice ostensus sit Alexandro M. liber Danielis, et in eo prophetia illa (3) de *Greco quodam Persas debellaturo*. 5° Tempore quoque Christi Domini persuasum erat Judeis, librum Danielis esse authenticum, et prophetias in eo contentas non esse serius confictas, sed Danieli divinitus inspiratas, ut clarè colligitur ex illis Christi verbis ad discipulos : *Cum ergo videritis abominationem desolationis, que dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto* (Dan. 9, 27), qui legit, intelligat, etc. 6° Etiam si auctor libri qui dicitur Danielis, primùm tempore Antiochi vixisset, tamen illi spiritus propheticus non esset denegandus, quia regnum Christi primum venturi, et Jerusalem à Romanis devastandam ex revelatione intellexit (4).

Cæterum, quod nec liber Danielis, nec libri Salomonis, Davidis, etc., Alexandriæ compositi sint, ut auctormomentosi Examini fabulator, inde patet, quia, si hi libri Alexandriæ essent conficti, scripti fuissent græcæ, cùm ad usum Alexandrinorum Judeorum, upote qui lingua hebraeam non callebant, græca horum librorum versio fieri debuerit, et liber Danielis æquè ac alii libri ita versi sunt. Certè anno 1772, Romæ græca 70 Interpretum versio libri Danielis, secundum aliquod exemplar ex Tetrapl. Origenis desumptum facta, in lucem prodiit.

115. Quæres II : An Nabuchodonosor, Dan. cap. 4, verè in boven mutatus sit. — Resp. : Variae sunt hæc de re sententiæ. Ac in primis veterum quidam, teste

(1) Comparetur Esdr. 2, 5, cum Dan. 9, 4.

(2) L. 16 Antiquit. Judaic. cap. 12, ubi Josephus ad hujus capituli finem, postquam visionem Daniel. 8, 9, etc., de Antiochi Epiphanius potentiam et impietatem in Judeos recensuit, subiungit hæc verba : *Quæ quidem calamitas genti nostræ sub Antiocho Epiphane accidit, ita ut futurum Daniel ante multis annos scripsisset. Eodem autem modo scripsit et de Romanorum imperio, et quantam vastitatem illatui essent nostris hominibus. Itæ omnia divinitus sibi demonstrata scripto tradidit, et posteris legenda reliquit, ut videntes eventum non discrepare a predictionibus. Daniel mirentur ob tam insigne honorem illi a Deo habitum...* Quoniamvero, dñm Danielis vaticinia considero, non possum non damnam istorum inscitiam, qui Deo negant curæ esse res mortalia. Qui enim fieri potuit ut prophetis ejus responderet eventus, si temerè in mundo gererentur omnia? Ilucusque Josephus, qui insuper... 11 Antiq. Judaic. cap. 8, haec habet : *Pontifici quoque (Jaddo) suum honorem exhibuit (rex Alexander M.), ostensoque sibi Danielis libro, in quo Græcum quendam Persas debellatur significat, hunc ipsum se esse interpretatus, laetus dimisit multitudinem.*

(3) Vide Josephum loc. cit., nempe l. 11 Antiq. Judaic. cap. 8.

(4) Daniel. 7, 15, 14, 27. Item Daniel. 9, 24, usque ad finem. Confer etiam Josephum supra citatum, l. 10 Antiq. Jud. cap. 12.

D. Hieronymo, Comment. in Daniel, nomine Nabuchodonosor hoc loco intelligebant Luciferi è cœlo lapsum. Putabant nempe historico sensu vix posse constare ea, que cit. loc. de mutatione Nabuchodonosoris in boven a prophetâ dicuntur. Unde censebant in Nabuchodonosore hic casum describi Luciferi, qui de cœlo, quasi de imperio lapsus, in bellum naturam degenerasse visus est. Verum constans est, communisque Patrum et interpretum (1) tam nostrorum quam hebreorum sententia, veram esse hanc de Nabuchodonosore in boven mutato historiam, non allegoriam tantum aut parabolam. Probat autem id Hieronymus ex eo, quia eodem filo ac modo haec sunt à Daniele descripta, quo precedentia; atque ideò si ista fidem habent historicam, non est, cur illis historicam fidem denegemus. Præterea Daniel ipsi Nabuchodonosori haec eadem parenti ipsius contigisse dicit, et haec omnia sigillatim dinumerat his verbis : *Quando autem elevatum est cor ejus (i. c., Nabuchodonosoris regis), et spiritus illius affirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui.... et à filiis hominum ejectus est; sed et cor ejus cum bestiis positum est... senum quoque ut bos comedebat, et rōe cœli corpus ejus infectum est, donec cognosceret quod potestatem haberet Altissimus in regno hominum.* Atqui Daniel haec tam distinctè non narrasset, si non vera essent et re spē contigissent, neque conclusisset vers. 22, dicens : *Tu quoque filius ejus Balthastr non humiliasti cor tuum, cùm scires haec omnia; sed adversum dominatorem cœli elevatus es.* Sed audiamus quid veteres illi, teste Hieronymo loc. cit., contra veritatem historiæ de Nabuchodonosore in boven mutato opposuerint, aut opponere possint.

Oppon. I : Sicut in rege Tyri Ezech. cap. 28, v. 4, etc., et sub rege Babylonis, Isa. 14, 12, etc., casus Luciferi descriptus est; sic ejam in rege Nabuchodonosore Daniel. cap. 4, idem casus diaboli adumbratus fuit. — Resp. : Nego paritatem. Nam varia sunt in Dan. capite 4 de Nabuchodonosore dicta, quæ in Luciferi casum convenire nullatenus possunt, ut quod post vitam diu cum bestiis actam reversus sit sensus ad Nabuchodonosorem, quod Deum laudaverit, quod ad regnum post ignominiosum ac sordidum statum revocatus sit, quod Daniel suum appellavit collegam; quæ omnia quomodo aut quod sensu de diabolo dici potuerint, non appareat. Neque exempla regis Tyri ac Babylonis in objectione adducta adversariis suffragantur; nam reverè historiæ tam quæ de Tyrio quam quæ de Babylonio rege cit. loc. Ezech. et Isa. narratur, contigerunt; per accommodationem tamen sunt ad Luciferum translata, ut iis locis docent interpretes. At quomodo, qua Dan. cap. 4 de Nabuchodonosore dicuntur, ad Luciferum accommodari possint, nequaquam, ut paulo ante diximus, appareat.

Oppon. II : Res tanta, tamque prodigiosa, qualē fortassis nulla vidit atas (scilicet mutatione Nabuchodonosore).

(1) Hieron., Theodoret., Augustin., Maldon., Perer., Cornel., Sanct., aliique.

nosoris in bovem) non fuisset omissa ab historicis qui de rebus scrispere chaldaicis, si ea reapsè contigisset. Atqui fuit omissa. Resp.: Quòd res tanta à nullo ex profanis scriptoribus prodita sit annalibus, aut saltem sic prodita, bodiè non extet, non una ratio est. Prima, quia illa secula fuerunt illitterata; unde pauca admodum, quae Cyri aetatem antecesserunt, in antiquis habemus monumentis. Deinde quia, licet illa scripta fuerint, injuria longissimi temporis, et artis typographicæ defectu perierunt. Certe monumenta Chaldaeorum penè omnia interierunt. Habemus quidem fragmenta quædam scriptorum, qui res olim chaldaicas historiæ persecuti sunt, apud Josephum ac Eusebium, quæ et ipsa quoque interiissent, nisi essent posteriorum industriæ renovata. Sanè teste Josepho (1) Bereros et Megasthenes non pauca de Nabuchodonosoris proddiderunt historiis; sed illa omnia præter admodum pauca intercederunt, in quibus fortassis scriptum erat id quod hic apud Danielicem sacra prodit historia. Multi Hieronymi aetate scriptores legebantur, ex quibus Hieronymus docet illi sumenda esse, que aliquid lucis Danielis propheticæ sunt allatura; at illorum nihil reliquum præter obseuram memoriam. Quis modò legit Suctiorum Callinicum, Possidonium, Theonem, Andronicum et alios ejusdem ordinis historicos, at horum lectionem commendat Hieronymus (2) illi qui abdita Danielis arcana scrutari voluerit. Sic puto illorum scripta, si qua fuerunt, interiisse, in quibus olim admirabilis illa Nabuchodonosoris tragedia seu mutatio in bovem legebatur. Neque omnino deest tenue saltē aliquod hujus rei vestigium apud profanum quendam scriptorem in aliquo fragmanto, quod ex historiæ fortassis longa olim scripta relictum est. Hic est Alpheus, de quo Eusebius (3) inquit: *Alpheus de Assyriis et Nabuchodonosor hoc modo scribit. Megasthenes, inquit, vir priscus, Nabuchodonosorem Hercule robustiorem dicit fuisse, universamque Lybiam, ceteramque Asiam usque ad Armenios dominuisse, quem Chaldei dicunt, cùm in regnum suum rediisset, furore divinitus captum, magnâ exclamâ voce: Futurem, ô Babylonii, vobis ego calamitatem prænuntio, etc. His aliisque hujusmodi dictis subito evanuit.* Hec Alpheus ex Megasthene. Denique, cùm monumenta Chaldaeorum, ut diximus, penè omnia interierint, sufficiat solus Daniel, non æqualis modò, sed etiam rei gestæ testis omni exceptione major; quia vir illustris ac justus, favore regio pollens, et, ut ex totâ ejus vita constat, extra omnem suspicionem dolii, assentationis, corruptionisque positus.

Oppon. III: *Multa cap. 4 Daniel. supra vires naturæ, multa contra fidem historicam de Nabuchodonosore dicta sunt, quæ, si in sensu reali seu historico sumuntur, prorsus incredibiliter videntur. Ut quòd mutatus dicatur in bellum; quòd septem annos homo prius in regiis deliciis enutritus, nudus hyemes aetatesque*

(1) L. 10 Antiq. Jud. cap. 41; et lib. 4 contra Appionem.

(2) Praefat. in Commentar. Danielis.

(3) L. 9 de Præparatione evangeli. cap. ultimo.

transegerit, pastus steno, et caelesti rore madidus. Quòd post statum illum ignobilem et sordidum non solum iterum admissus fuerit, sed etiam quiesitus ab optimatibus in regnum, et plura ejusmodi, que nemo prudens facile credet. — Resp.: Hæc omnia non eventunt veritatem historiae de mutatione Nabuchodonosoris in bovem; prout infra, num. 117, distinctè exponemus, ubi nostram hanc de re sententiam protulerimus.

116. Stabilità igitur sententiæ, quòd mutatio dicti regis in bovem reapsè contingit, ulterius queretur, quo modo aut sensu ea contingit. Quatuor potissimum circa hanc rem sunt diversæ sententiae. 1^a Bodinus, Demonolog., lib. 2, c. 6, rebus exoticis ac maximè demoniacis, quāplurimum tribuens, somnianavit, Nabuchodonosorem ita mutatum, ut hominis et formâ, et mente exutâ, merus, merissimus taurus esset. Verum hæc opinio ab omnibus rejicitur, nec ulla necessitas est sic intelligendi. S. Scripturam Dan. c. 4, prout mox infra videbimus. 2^a Alii censem, regem Nabuchodonosorem, retentâ hominis animâ, externam tantum bovis speciem induisse; uti S. Augustinus, lib. 18 de Civit. cap. 18, accidisse narrat quibusdam Italos, qui cùm gustassent caseum, arte magici paratum, formam equi assumpsint, ita quidem ut id ipsi sentirent, dolerentque; coacti enim erant hanc externâ specie magis certo quodam tempore servire; quo evoluto, jure postlimini propriam formam recipiebant. Sed neque hoc de Nabuchodonosore asserere necesse est, ut pariter ex infra dicendis patet; neque vestigium magici fascini hic intercedentis in sacrâ litteris deprehenditur, sed totum id, quidquid est, divinæ potentie tribuitur, deprimere fastum superbi regis valenti. 3^a Rabbini nonnullis aliter visum est. Dicebant autem (1), animam Nabuchodonosoris metempsychosi repentinâ in aliud corpus traductam, locumque ejus discessu fuisse factum, ut bovis anima substitueretur, ex quâ bovinæ mores indolesque, quantum tamen hominis figura, quæ semper manebat, pateretur. Evoluto septennio repetuisse animam Nabuchodonosoris aiebant contubernium suum, et animam bovinam migrare coegisse vel invitam, contraque mugientem quâ fortissimè. Evidem nostra aetas, que inceptias antiquorum non rarò recogit, hominibus presertim militaribus persuadere cupit, animas ex uno corpore in aliud transire; quòd fortius scilicet ruant in mortem, atque è gregariis duces fortassis evadant; aut ex aliis rationibus, quas hic commemorare supersedeo. Præterea negari non potest Pharisæos metempsychosis cuiusdam genus admisso, justorum animas (2) de uno in aliud corpus transmigrare autumantes, cùm interim impii tenebrioso carcere perpetuò damnentur. Taceo plures alios, qui transmigrationem animalium docuere aut docent. Ceterum, omissâ refutatione hujus stultitiae, quam

(1) Ita refert Calmetus in Dissertatione de Metamorphosi Nabuchodonosoris.

(2) Vide Josephum, i. 2 de bello Judaico, cap. 7, ad finem.

Cl. Weissenbach (1) breviter afferit, id solum denuo observo, ad explicandam Nabuchodonosoris mutationem in bovem nullâ transmigratione animalium opus esse, ut ex mox dicendis patebit. 4^a Denique, recepta communi suffragio et maximè probata sententia, quam etiam nos amplectimur, tenet (2) Nabuchodonosorem percessum ultrice manu Omnipotenti in phrenesin incidisse; in illud nempe morbi genus, cuius species lycanthropiam, aut albanthropiam appellant; cuius vi turbata phantasia, atque morbido ardore effervescentis lupi, felis, vel canis, etc., mores indolenique sibi adsciscit, ita ut talis eger, que illarum belluarum propria sunt, cogitet, illa amet, querat, imitetur, etc., quin tamen ideò forma exteriora hominis in speciem bruti mutetur. Neque id morbi genus ignotum est medicis scriptisque de medicina libris, ut videre est in Dictionario medico, Basileæ an. 1564 typis. Henrici Stephani impresso, vocabulo Αὐκανθρώπιος. Sic igitur rex Nabuchodonosor semel bovem se esse persuasus, caput curvato dorso manibus pedibusque reptare, herbas carpere, mugire, veluti cornu petere, fugere homines, comas unguesque ferino more negligere, etc. Quod stupeantes Babylonii furentem vinixerunt, ut inuit propheta Daniel, cap. 4, v. 12, his verbis: *Alligetur vinculo ferreo et aereo. Tandem verò tanquam insanus ejectus est consortio hominum, communici cum belluis habitationem nactus, iuxta illud, ibid. 22: Ejicient te ab hominibus, et cum bestiis ferisque erit habitatio tua, et fenum ut bos comedes, et rore cœti infunderis.*

117. Porrò in hac nostrâ sententiâ de mutatione Nabuchodonosoris in bovem, facilè jam solvuntur et ea que supra num. 415 objecta sunt, aut quoru[m] expli[cati]o à lectore sciendi avido hic fortassis expectatur. Nam 1^a in nostrâ sententiâ aptè explicatur, quomodo aut quo sensu Nabuchodonosor in bovem mutatus, ut ex dictis priore numero satis liquet. 2^a Explicatur quomodo potuerit rex ille delicatissimè ab ortu suo educatus, summisque deliciis immunitus, toto septennio, nudus et sub dio, soloque herbarum pastu vivere. Certè illud de nudo corpore difficultatis nihil habet, si consideremus et cœli naturam, et loci proprietatem in Babylonîa. Esi enim locus ille calidissimus et ejusmodi, ut mirari quis debeat potius, cur homines ibi vestiti, quam cur incedant nudi. Vide Plinius, lib. 2, c. 105, Strabonem 1 lib. 16, Plutarchum, quorum ultimus in viâ Alexandri ad medium, de Babylonica regionis temperamento ait: *Incolæ (illius)... per aëstus immen- sos super plenis aquâ utribus somnos capiunt; testaturque, hedera in tellure Babylonica non crescere, ad- dens hauc rationem: Illa namque (nempe Babylonica) fervida regio est; hac (hedera) verò locis unica frigidis.* Sanè austus Babylonicus in proverbiis abierat, ita ut

impossibile judicaretur testum Bahyloni defuturum. Unde Ovidius hoc inter impossibilia posuit, canens: *Nec Babylon astum, nec frigora Pontus habebit, etc.* In tali regionis temperie, quid miremur regem Nabuchodonosorem vixisse nudum? Vixere in aliis regionibus, in quibus minus est benigna cœli temperies, complures alli nudi, ut gymnosophistæ; et quotidiè in regionibus trans Oceanum, nunc ab Europæis detectis, populi reperiuntur frequentes, qui nudi vivunt; neque tamen ideò minus est diurna atque robusta eorum vita. Legimus item in sanctorum Patrum historiis, complures eorum, qui morabantur in eremo, et fuisse nudos, et herbarum duntaxat pastu vitam sustinuisse. Narrat quoque Aben Ezra audiisse se de quodam (quod et ego, ait Maldonatus, audire aut legere memini), qui in insula Sardinia in montes secesserit, seque cervis aggregari, longoque tempore cum illis herbâ vicitatir. Praterea non esse tamē victimum simpliciter impossibilem homini, inde patet, quod Plinius, lib. 6, c. 50., narret quandam esse gentem Äthiopum, quæ solis locustis crudis vivat; alias tantum herbis pasci; quodam omnia mandare, et obviis quibuslibet rebus vesci, ob idque panphagos, id est, omnia edentes appellari. Plurimum quoque conducebat ad illud vita genus tolerandum, vehemens Nabuchodonosoris imaginatio. Cum enim imaginaretur se bovem esse, cibum bovinum tanquam sibi convenientem expetebat. Plurimum autem facere in hujusmodi rebus imaginationem, præsertim in amentibus et furiosis, quotidianis experimentis discimus. Vidimus eum inter sanos et amentes magnum esse discribien, et multa ab amentibus appeti, et cum voluptate fieri, quæ sanâ mente prædicti aver- santur et herrent. Adde, quod cum Perer, lib. 5 in Daniel., dici possit, temperamentum corporis ejus regis divinità vi et potentia adeò fuisse immutatum et efforatum, ut similius esset temperamento bestiæ quam hominis. Quapropter cibus bestiarum, qui humano temperamento est noxius, non erat temperamento illius regis alienus, sed quodam modo conveniens ei utilis. 3^a Quando iti, qui veritatem hujus historiae mutatione dicti regis in bovem elevare volunt, querunt: *Quisnam illo septennio tempore regnum Chaldaeorum tenerit; aut num credibile sit, eum, qui illo tempore intermedio imperium tenuit, resipescienti et ad priorem vita statum redeunti regi regno cedere, aut sponte voluisse, aut coactum esse?* facilis est responsio. *Polet enim responderi, ut Pererius ibid. ait, eo intermedio tem- pore, regis Nabuchodonosor filium, nomine Evilme- rodach, patris vice, imperium rexisse. Nam hunc successisse ipsi Nabuchodonosori expressè traditur, Jerem. 52, 31. Si autem Evilmerodach non erat eo tempore per statu[m], tanto imperio regendo maturus atque idoneus, responderi potest optimates regni, consensu populi, quoad rex ad sanam mentem re- dilit, gubernacula imperii tractasse. Ut autem postea Nabuchodonosor sine ullâ contradictione et difficul- tate, ab omnibus reciperetur ad imperium, perfe- cit rat Daniel suâ auctoritate et sapientiâ: quippe pra- dixerat regem post septenium ad integratorem sen-*

(1) Nova Forma Theol. Bibl. tom. 2, l. 3, quest. 43, pag. 235.

(2) Hieron., Theodoret., Maldon., Perer., Cornelius à Lap., Sanctius; D. Thomas de regimine princip. 1.2, c. ult.; Ruper. de Trinit. l. 6 de Vic. Verb. c. 29, Au- gust. l. 18 de Cœvit., aliisque.

« sum mentisque sanitatem redditum, eumque post id temporis, regem futurum modestissimum, etc... « Chaldei autem, qui sep̄p̄tāliā Danielis predicta fuisse vera experti fuerant, in hoc pariter vera fore, non dubitabant. Itaque summo illius regis desiderio tenebantur, ut mirum non sit, statim ut ad se reversus est rex, fuisse eum ab omnibus non modō sine diffūcitate, sed summā etiam gratulatione laetitiae receptum. Atque hoc ipsum indicant verba ipsa Nabuchodonosor Dan. 4, 33 : *Optinates, inquit, et magnificientia amplior addita est mihi.* Vide etiam hāc de re Cl. Weitenauer (1). 4º Haud incredibile est, quod illo septennio capilli Nabuchodonosoris in similitudinem aquilarum creverint, et ungues ejus quasi avium, Dan. 4, 30. Sensus nimirū horum verborum est : Rex ille in belluina speciem sic degenerasse visus est, ut capilli ejus corpus eum in modum operarent, quo plumis vestitur aquilarum corpus; et ungues sic excreverunt vehementer, ut avium diceres, non hominis unguis. Cū enim ejus capilli multo tempore intonsi inquietique manerent, mirum in modum creverunt, eumque ita opererunt, ut illis esset tectus velut aquila plumis. Porrò, sicut neglectus et intonsus ejusdem regis capillus in aquilarum similitudinem diffusus est, sic etiam septennali spatio unguis nūquām rēscēti, tantoperē excreverunt, ut avis putares, non hominis unguis. Huiusmodi pralongos unguis in decrepito sene vidit Bartholinus cent. 2, epist. ult., immo quivis experiri potest in semetipso, si quidem crescere sinat unguis, ad exemplum Sinensis, quorum non nulli, teste Sanctio, manus habent ad plurimas functiones inutiles, quia unguis non resecant, atque ideō in pugnū manus complicare non possunt. 5º Denique, in nostrā sententiā, commodè explicatur, quomodo aut quo sensu Nabuchodonosor restitutus sanementi et regno dicere potuerit Dan. 4, 23 : *Et figura reversa est ad me;* quia verba indicant, prius alienam ab humāna figurā habuisse. Sed nempe, ut Sanctius in hunc locum observat, vox *figura* omnium gentium consensu significat multa et varia, ac praeferat alia etiam speciem seu habitum corporis. Sic, si propter morbum et inediā aut vitam rusticam in eo qui urbanam prius et delicatam egerat, vultus mutatur, et fit macilens et luridus, niger aut horridus, impexus, intonsus, etc., tum mutasse dicitur figuram seu formam priorem. Sanè figuram amisisse dici potenter illi, de quibus Jereymias Thren. 4, v. 7, 8 : *Candidiores Nazarei ejus nive, nitidiores lacte,* etc. *Denigrata est super carbones facies eorum, et non sunt cogniti in plateis; adhuc sit cutis eorum ossibus, aruit et facta est quasi lignum.* Cum ergo Nabuchodonosor regia depositisset insignia, nempe figuram regis; et promissa atque neglecta comā; et excrescentibus deformiter unguibus, et toto corpore astuta corpore deformato nihil retineret dignitatis antiquæ, et longè diversam à priore p̄re se ferret formam, verē dici potuit amisisse priorem figuram, et tunc resumpsisse novam.

(1) In notā, quam in suā Biblioīrum versione germanicā Dan. cap. 4, v. 39, addidit.

seu priorem, quando iterū in antiquam munditatem regnique dignitatem restitutus est. Quod ipse videtur significasse Nabuchodonosor; tunc enim dixit : *Et figura mea reversa est ad me,* cū dixisset immediatē antea : *Ad honorem regni mei decorēque perveni.* Plura in confirmationem hujus nostra explicationis eruditus lector inveniet apud Sanctum et Pererium.

Corollarium. D. de Voltaire Christianos ridet, qui crederent Nabuchodonosorem abiisse in verum bovem. Sed frivolē omnino ac inepte. Excepto enim Bodino, et fortassis paucissimis aliis, nemo Christianorum supra plebem sapientium hoc credidit, ut ex supra dictis abunde patet. Ceterū de mutatione illius regis in bovem, præter auctores jam citatos, et complices alios, etiam scripsit auctor Epistolarum Judaicarum ad dominum de Voltaire, et Augustinus Calmet, Dissertatione premissā Commentario in Danielem, et in Dictionario Biblico, vocabulo *Nabuchodonosor.*

418. Quæres III : *An non lepidē sonare videatur, dum rex Nabuchodonosor,* Dan. 4, 5, *Danielem vocat collegam suam.* — Resp. : Nil in hoc dicto lepidum, aut non verisimile contineatur. Nam rex Danielem participantem fecerat imperii sui, cū p̄fécit eum administrationi totius Babylonie, Dan. 2, 48, et, ut valde verisimile est, ejus consiliis in quibusque gravibus usus sit, adeo ut reverā socium habuerit, in administrando regno : unde honoris gratiā suum appellavit consortem et collegam. Itaque paraphrasis horum verborum Nabuchodonosoris loc. cit. : *Donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel..... qui habet spiritum deorum sanctorum in semelipso; et somnum coram ipso locutus sum,* sic fieri potest : « Ilesi itaque dudum perplexus et dubius, donec assiduus mihi socius et collega, cui ego occulta consilia et publicas regni curas impertior, Daniel...., quem divinus afflat et illustrat Spiritus, ingressus est ad me, quem ego in hume modum allocutus sum. » Jam, queso, quid in hoc lepidi aut absurdī ? Taceo alias aliorum responses.

419. Quæres IV : *Quomodo Nabuchodonosor,* Dan. 4, 27, *se factare potuerit velut Babylonis fundatorem,* dicens : « Nonne hæc est Babylon civitas magna, quam ego ædificavi ? » cū tamē notum sit Nenrodom Babylonem molitionē esse. — Resp. : Babylon longè aliam ac multā augustiore faciem sub Nabuchodonosore induit, ac sub Nemrodo habebat. Hanc sibi debet Nabuchodonosor loc. cit. gloriatur.

420. Quæres V : *Quomodo concordent hæc duo, dum (Dan. 6, 16, 24) Daniel dicitur fuisse in lacu leonum unā dūntaxat nocte; sed (Dan. 14, 39) legitur, usque ad diem septimum ibi fuisse.* — Resp. : Optimè concordant. Nam Daniel bis in lacum leonum missus est. Prima vice a Babylonis, quia Belus draconem interfecit, et tunc in lacu mansit 6 diebus, ut Dan. cap. 14 describitur. Secundā vicē sub Dario Medo, quia contra edictum regis preces fudit ad Deum, et tunc unā dūntaxat nocte in lacu mansit, ut Dan. cap. 6 narratur.

421. Quæres VI : *Quomodo Daniel (Dan. 8, 2) potuerit dicere : Cum essem in suis castro; cū tamea*

Susæ in historiâ etiam profanâ describantur tanquam urbs magna et metropolis Susianæ regionis? — Resp. : Urbs hec *castrum* dicitur, quia munitissima et castrum habuit expugnatu valde difficile, à quo nomen illud sortita est, in quo persicæ servabantur gæze. Audiamus Q. Curtium, lib. 5, de hac civitate et ejus arcea ita loquentem : *Ubi verò (Alexander M.) urbem (Susam) intravit, incredibilem ex thesauris summani pecunie egressit, quinquaginta millia talentorum argenti non signati formâ, sed rudi pondere.... Rex (Alexander M.) Persidis fines adiuturus, Susan urbem Archilao, et praesidium trium millium tradidit; Xenophilo arcis cura mandata est; Macedones aetate graves præsidere arcis custodiarum jussit.* Quām verò arxa illa Susiana fuerit munita, docet Polybius lib. 5, narrans Molonem, cùm multas Antiochæ M. urbes abstulisset, venisse Susan, et urbem cepisse non magno negotio; arcem verò diu molitumque tentata expugnatione capere non potuisse.

122. Quæres VII. 1° An ex septuaginta hebdomadiis Danielis (Dan. 9, 22, etc.) contra Judeos, non obstantibus difficultatibus chronologicis, invictè demonstrari possit, quod Messias jam venerit? 2° An per abominationem desolationis, de qua angelus ad Danielē cit. loc. loquitur, intelligenda sit desolatio Iudeorum sub Antioche Epiphane, vel desolatio universalis in fine mundi. — Antequam respondam, in primis observo, quod tam Judæi quām alii increduli (1) ex multiplici varietate sententiarum, quæ Christiani initium septuaginta hebdomadarum Danielis, et earumdem finem in morte Christi chronologicè computare adlaborant, inferant, ex hac prophetâ in libro Danielis contentâ nequaquam evinci posse, Messiam jam venisse, ita argumentantes : *Inter ipsos Christianos est maxima dissensio de initio et chronologica computatione septuaginta hebdomadarum Danielis, dum alii harum exordium ducunt ab edicto Cyri, alii ab anno septimo regni Artaxerxes Longimani, iterum alii ab anno ejusdem vigesimo, etc.; ergo ex his hebdomadis contra Iudeos nî certi pro adventu Messiae jam facto concludi potest.* Verum nos Christiani huius enthymematis antecedens facili concedimus Judeis; negamus autem consequentiam, et ostendimus, quod non obstante tantâ diversitate opinionum circa exordium et chronologicam computationem dictarum hebdomadarum, tamen ex cit. loc. Danielis invictè evincatur, Messiam jam venisse. Ut autem hoc clarè et distinctè ostendamus, aliqua sunt præmittenda.

Notandum 1°: *Revelatio de septuaginta illis hebdomadis Danieli facta est anno primo Darii Medi* (2), prout ipsem Daniel testatur cap. 9 (3). Porrò, Darius Medus, de quo hic loquimur, est ille ipse qui, oppugnata Babylone, Balthasarem postremum Assyriorum

(1) Munimen Fidei, sect. 1, c. 42; Amica collatio, p. 161; Bible expliquée, pag. 467; Du Marsais, cuius verbo refert et refutat. Cl. Nonnotte in Philosoph. Lexico Relig. t. 3, art. *Prophecies*, p. 580, edit. 1818.

(2) Darius Medus non erat ille Darius qui ab Alexandro M. vicitus est. Ille enim vocabatur Darius Codomannus, et diu post Darium Medium regnavit.

(3) Dan. 9, 1, 21, etc.

et Chaldaeorum regem interfecit, et monarchiam ab Assyriis ad Medos et Persas transtulit, cui tamen non nisi uno altero anno prefuisse dicitur. Successit ei Cyrus, qui in S. Scripturâ tanquam liberator populi hebraici, utpote quem primo regimini sui in monarchia persica anno è captivitate Babylonica liberum dimisit, ut l. 1 Esdræ cap. 1 narratur.

Notand. 2°: Hebdomas est vox græca, latine significans septenarium. Unde sicut variarum rerum et temporum septenarii dari possunt, ita variae dari possunt hebdomades, nempe hebdomades dierum, quo sensu nos ordinariè accipimus hebdomadem, nimirum pro tempore 7 dierum, vel hebdomades annorum seu pro tempore 7 annorum, vel hebdomades jubilorum, aut seculorum, etc. Advertendum tamen, quod neque in S. Scripturâ, neque à scriptoribus profanis aut ullâ gente alius hebdomadarn usus occurrat, nisi dierum vel annorum. Pro 7 diebus hebdomas accipitur Lev. 25, 15 et 10; item Dan. 10, 2, ubi propheta de se ait : *Lugebam trium hebdomadarum diebus*, i. e., 21 diebus. Pro 7 annis verò hebdomas sumitur Lev. 25, 8, ubi dicitur : *Numerabis quoque tibi septem hebdomades annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadragesima novem, quibus expletis succedit annus quinquagesimus tanquam jubileus, prout subjungitur v. 10, hi verbis : Sanctificabisque annum quinquagesimum... ipse enim est jubileus.* Porrò in septuaginta hebdomadis Danielis sermo est non de hebdomadis dierum, sed annorum. Septuaginta enim hebdomades dierum, id est, 490 dies, non sufficissent de novo redificandis templo urbeque Jerosolymæ cum muris propugnaculis, ædibus, etc., quæ tamen juxta dictam prophetiam intra illas hebdomadas perfici oportuit : *Ab exitu sermonis, ut iterum adificetur Jerusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem et hebdomades sexaginta duæ crunt; et rursus adificabitur platea et muri in angustiâ temporum.* Septuaginta autem hebdomades, seu septuaginta septenarii annorum conficiunt 490 annos. Si enim 70 multiplices per 7, prodit factum — 490.

Notand. 3°: Initium septuaginta illarum hebdomadarum angelus ducendum esse monuit *ab exitu sermonis*, ut iterum adificetur *Jerusalem*: id est (ut omnes, aut ferè omnes interpres haec verba intelligent) ab eo tempore, quo à rege Persarum exhibit sermo seu edictum, quo Judeis permittet facultatem rursus adificandi *Jerusalem* 70 abhinc annis à Nabuchodonosore antepenultimo Assyriorum rege destructam. *Exire enim sermonem idem est. ac emanare decretum sive edictum principis;* sicut Lue. 2, 1, dicitur : *Exiit edictum à Cesare Augusto, ut describeretur universus orbis.* Porrò quatuor ejusmodi edicta à diversis persicæ monachie regibus in favorem Iudeorum data sunt : Primum à Cyro anno regni ejus in persicâ monarchia primo, 1 Esdræ, cap. 1. Secundum à Dario Hystaspæ anno regni ejus secundo, 1 Esdræ, cap. 6. Tertium ab Artaxerxe Longimano anno regni sui septimo, 1 Esdræ cap. 7. Quartum ab eodem Artaxerxe Longimano, anno regni sui vigesimo, 2 Esdræ, cap. 2. Jam

verò à quocumque ex his quatuor edictis regum Persarum exordium illarum septuaginta hebdomadarum ducatur, patet, illas jamdiù esse elapsas, consequenter Messiam jamdiù venisse, ut mox infra paulò enucleatiū demonstrabo. Scio quidem, aliquos non ab uno illorum quatuor editorum initium septuaginta hebdomadarum Danielis ducere, sed *ab exitu*, i. e., à fine templi Salomonici à Nabuchodonosore eversi, vel *ab exitu sermonis Jeremie*, de solutione captivitatis Iudeorum Babylonice, vel *ab exitu sermonis*, id est, à revelatione Danieli ab Angelo factā de rebus intra illas septuaginta hebdomadas gerendis. Verū, quæcumque ex his expositionibus assumatur, tamen semper verum manet, quod illæ septuaginta hebdomadas jamdiu sint elapsæ, ut partim ex dictis, partim ex infra dicendis facile cilicib[us] patet.

Notand. 4^a: Is qui intra spatiū temporis harum septuaginta hebdomadarum venturus, et in hebdomadā septuagesimā seu ultimā occidendum dicitur, est Messias. Nam qui in hac prophétia promittit venturus, simpliciter et sine addito vocatur *Christus*, i. e., *unctus*, seu *Messias* (1); dicitur *Sanctus sanctorum*, qui *impleat prophetiam*, qui *delet iniquitatem*, qui *adducat justitiam sempiternam*, qui *confirmet pactum* seu foedus cum hominibus, Dan. 9, 7. Hæc autem attributa in neminem alium quadrant, nisi in Messiam. Confirm. Ipsi Rabbini veteres plerique, præcipue illi qui ante Jerosolymæ et templi excidium per Titum factum vivebant, dictam prophetiam simpliciter et bona fide interpretati sunt de Messia venturo. Hinc Iudei ante ultimam illam cladem expectabant Messiam venturum. Imò illi ipsi Rabbini, qui fuerunt auctores libri Talmud, nempe Rab. Moses Gerundensis, Rab. Ozia in Seder Olam, Rab. Josue ibidem, Rab. Barachias, Rab. David, Rab. Abraham, etc., omnes uno ore asserunt, in fine septuaginta hebdomadarum Danielis venturum Messiam, cumque intelligunt per justitiam sempiternam, de quâ Dan. 9, 24, sermo est. Vide Cornel. à Lap.

His p̄missis, breviter contra Iudeos, Messiam jam venisse, sic demonstro: Is qui intra spatiū temporis illarum septuaginta hebdomadarum venturus et occidendum predictur, est Messias juxta annotationem 4, seu ultimam, modò recensitam; sed septuaginta ille hebdomadas jamdiu sunt elapsæ; ergo Messias jam venit. Prob. min. Septuaginta ille hebdomadas conficiunt 490 annos juxta precedentem annotationem 3, seu penultimam; et harum hebdomadum exordium duci debet vel ab edicto Cyri, vel Darii Hystraspis, vel ab anno septimo aut vigesimo regni Artaxerxis Longimanus; vel ab eversione templi Salomonici; vel ab exitu sermonis Jeremie de solutione captivitatis Babylonica; vel à revelatione Danieli ab Angelo factā de rebus intra illas septuaginta hebdomadas gerendis ut pariter praecedente annotatione 3 jam ostendimus; atq[ue] à quocumque ex his initium septuaginta illarum hebdomadarum ducatur, ex (id est, 490 anni) jamdiu

sunt elapsæ; ergo. Prob. min.: A Christo nato jam ultra mille septingentos anni sunt elapsi; ergo multò magis 490 anni ab edicto Cyri, etc., totidem anni elapsi sunt. Verum audiamus effugia quorumdam Rabbinorum, quibus hanc demonstrationem enerare conantur.

125. Opponunt I: Per hebdomades Danielis non intelliguntur hebdomades annorum, sed jubilæorum, vel seculorum, sed hæc nondū sunt elapsæ; ergo Messias nondū venit. Prob. min.: Septuaginta hebdomades jubilæorum conficiunt annos 24500; septuaginta verò hebdomades seculorum conficiunt annos 49000; atqui tot anni nondū sunt elapsi *ab exitu sermonis*, ut iterum adficietur *Jerusalem*. — Resp.: Neg. maj. Ratio negandi est, 1^a quia nec in S. Scripturâ, nec apud profanos scriptores ulla sit mentio de hebdomadis jubilæorum aut seculorum, sed tantum de hebdomadis dierum vel annorum. 2^a Quia templum Jerosolymitanum secundum, seu solutâ captivitate Babylonica à Iudeis de novo adificatum jampridem à Tito eversum est; atqui hujus templi devastatio juxta illam prophetiam Dan. cap. 9, v. 26, non præcedere, sed potius sequi debet septuagesimam illam hebdomadam, in quâ occidendum erat Christus, iuxta illud: *Et post hebdomadas sexaginta duas* (additis nempe primis septem hebdomadis, vel post sexaginta duas à completâ adificatione templi et urbis) *occidetur Christus...* *Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo*, etc.; ergo septuaginta hebdomades ille jam sunt elapsæ; sed non essent elapsæ, si essent hebdomades jubilæorum vel seculorum, ut objectio rectè probat; ergo non sunt hebdomades jubilæorum vel seculorum, sed duntaxat annos. 3^a Talmud, cui Iudei omnes credunt, in Tract. Sanbedrin, c. *chelce*, ex Rab. Saadiâ et aliis Rabbinis docet, septuaginta hebdomadas confidere duntaxat 490 annos, ut testatur Cornelius à Lap.

Opponunt II: Ille septuaginta hebdomades ponuntur ab Angelo tanquam numerus certus pro incerto; fermè sicut Apoc. cap. 7, v. 5, 9, numerus determinatus pro indeterminato ponitur his verbis: *Ex tribu Iuda duodecim millia signati, ex tribu Ruben duodecim millia signati*, et sic percurrente singulas tribus; ergo ex illo vaticinio Dan. cap. 9 de adventu Messie, non potest certum tempus, quo Messias veniet, determinari. — Resp.: Quamvis S. Scriptura numerum certum pro incerto non uno tantum in loco ponat (1); multò tamen frequentius per numerum certum significat numerum determinatum, ut variis exemplis ostendit. Et quidem Dan. c. 9, per septuaginta hebdomadas designari hunc numerum hebdomadum tanquam certum ac determinatum, manifestè colligitur ex circumstantiis. Nam 1^a Daniel et omnes Iudei jam aliunde sciebant, Messiam aliquando seu tempore aliquo indeterminatè sumptu venturum. Ergo si Angelus Danieli solummodo indicare volisset, Messiam ali-

(1) Vox hebreæ, Μεσσίας, Messias, et Graeca, Κριστός, Christus, latine significat, *Uncus*.

(1) Quid autem de citato ex Apocalypsi loco sit sententium quoad explicationem numeri, vide apud Cornelium à Lap., aut alios interpres Commentar. in hunc locum.

quando venturum, nihil sanè novic eidem indicasset, neque inde tam Daniel, quām totus populus Judaicus novum singulare solatium hāuiserent. 2º Daniel adventum Messiae ardentissimè desideravit, ut ex eo colligitur, quia ab Angelo Gabriele appellatus est *Vir desideriorum*. Hoc desiderium idem Angelus lenitus ad Daniēlem ait: *Ut docerem te et intelligeres... ut indicarem tibi... Tu ergo animadverte sermonem, et intellige visionem, non utique de aliquo, quod Daniel jam ante sciebat; ergo septuaginta hebdomades significant fixum ac determinatum tempus, quo venit Messias; alias Daniel nullum singulare solatium ex hac Angeli revelatione perceperisset, nec aliquid, quod non jam antea scivat, didicisset.*

Opponunt III: Promissio divina de Messia intra spatiū septuaginta hebdomadarum venturo facta dūntata est *sub conditione*, si scilicet intra hoc spatiū temporis Iudei resipiscant, ac seriam poenitentiam agant; quam cùm non egerint, elapsis licet septuaginta illis hebdomadis dilatū est adventus Messiae. — Resp.: Neg. ant. Nullum enim hujus conditionis vel tacitum vel expressum vestigium in illā prophetiā Danielis inventūr; ergo gratis id fingitur à Iudeis; alias dicere quis etiam posset, Messiam fors nunquām esse venturum, eò quōd is non absolutē, sed sub conditione quādam forsitan nunquām implendā, fuerit promissus. Accedit, quōd Angelus Gabriel cit. loc. ob hunc ipsum finem Messiam dixerit venturum, *ut finem accipiat peccatum et delectetur iniquitas*; ergo peccata non erant causa dilatī ultra septuaginta illas hebdomadas adventūs Messiae, sed potius Messias advenit eam ob causam, ut peccata delectantur, et finem accipiāt.

Dices: Nondūm deleta est iniquitas, nec finis impotitus peccatis; ergo Messias nondūm venit. — Resp.: Neg. cons. Messias in illā prophetiā Danielis non eo sensu dicitur peccatis finem imponere, quasi post ipsius adventum homines non amplius essent peccatori. Neque enim Iudei Messiam expectare debent, qui ipsos impeccabilēs reddat; sed eo sensu delevit iniquitatem et finem impositū peccatis, quōd hominum peccata, quae ante lex vetus seu Moysica taurorum sanguine abstergere non poterat, Christi sanguis gratiam internām conferens cluat, modò homines eo velint alii, et gratiā Christi ut. Boni enim medici partes non sunt, ut nemo moriatur et percat, etiam qui perire voluerit; sed ut nullus illorum intereat, qui salutaria ejus consilia amplecti voluerit. Igitur Christus finem peccatis imposuit, quia pro peccatis hominum verè satisfecit, et sic omnibus nostris debitūs, si ejus satisfactiones nobis applicemus, finem imposuit: item quia sacramenta in nostram salutem instituit, et gratias nobis promeruit, quibus, sicutē utamur, omne peccatum superare possimus.

124. Scholion. Messiam jam venisse, idque ex septuaginta hebdomadis Danielis, invictè demonstravi, etiam agnoscit, et sincerè fassus est Rab. Samuel, qui in Epistolā ab Rab. Isaacē datā (quam in Commentariis Dionysii Carthusiani et apud Natalem Alexandrum (1)

(1) Tom. 2 Hister. Eccles. in 6 mundi aetatem disserit. 2, prop. 2, ad finem.

legere est) ita scribit: « Videatur, domine mi, Danielis propheta, que scribirub non capite, jam completa esse; ubi sic dicitur: *Post sexaginta duas hebdomadas occidetur Christus; et veniet populus cum principe venturo, destruetque civitatem et domum, et erit consummata destruēt desolationis perpetua. Et non est, domine mi, dubium, quin destruēt perpetua desolationis sit hęc captivitas, in quā sumus. Nam jam sunt mille anni, et apertè dicit Dominus per Prophetam, quōd erit desolatio perpetua proprie occisionem Christi... Et si voluerimus dicere, quōd ante occisionem Christi fuerimus in desolatione, respondent nobis Christiani, quōd ante illam mortem non fuit desolatio nisi septuaginta annis; et post hoc fuiūs reducti in terram promissionis, et fuiūs apud Deum in gratiā et honore. Certe, domine mi, non video evasionem. De facto enim probatur nobis, quōd postquam à redificatione templi complete fuerunt septuaginta hebdomades annorum, tunc fuit Jesus occisus à Patribus nostris; et postea venit dux, scilicet Titus, et populus, scilicet Romani, et fecerunt nobis secundūm prophetiam istam. Hodie sunt mille anni, et nihilominus in irā Dei sumus; et tamen nos in ipso speramus, expectantes adhuc venturum Messiam, et reversuros nos in terram promissionis, et civitatem atque templum restauratos... nec desolationem hanc fore perpetuam, sed temporalem. Heu, mi domine, non est ista excusatio, et evasio consona; et vanā videbet talis expellatio. » En sincera confessio, quam Rab. Samuel vis veritatis expressit.*

125. Quæres VIII: « Quomodo Danieli anno tertio Cyri potuerit aliquid revelari, juxta illud, cap. 10, v. 4: Anno tertio Cyri regis Persarum verbū revelatum est Daniel; cùm tamen primo iam anno ejusdem regis Daniel obierit, quia, Dan. 1, v. 21, expressè dicitur: *Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis*: Quod Dan. 6, 28, iterum repetitur? et dico, vocem fuit, Dan. 1, 21, non tempus mortis innuere, sed tempus quo Daniel regiam aulam deseruit. Fuit enim Daniel in magnā apud reges Babylonis gloriā et auctoritate, vixique in aula regiā, Nabuchodonosori ejusque posteris charus et familiaris; idque constanter et semper, donec Balthasar à Cyro et regno vitā spoliatus est. Daniel, inquit S. Hieronymus (1), usque ad primum annum Cyri, qui Chaldaeorum destruxit imperium, potens fuit in Chaldaea; postea verbū Dario in Medos translatus est. Ita et Theodoretus. Addit Sanctius et ait Daniēlem, licet ad Medos translatus fuerit, atque ibi aliquandiu vixerit, rediisse tamen Babylonem, atque ibi tandem nobili scelupero conditum esse, ita omnes penè affirmare auctor-

(1) Comment. in Dan. 6, 8, ubi totus hic de re contextus S. Patris ita habet: « Quod supra legimus in Dan. 1, 21: *Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis*, non vita illius tempus accipendum est... sed hoc significatur, quōd usque ad primum annum Cyri regis, qui Chaldaeorum destruxit imperium, potens fuit in Chaldaea; postea verò à Dario in Medos translatus est. »

res, quorum de Daniele aliquid scriptum extat, Epiphacium, Isidorum, Dorotheum, Chronicum Alexandrinum, et ipsum etiam Martyrologium romanum ad diem 22 juli.

126. Scholion. Textum illum Dan. 1, 21, Calvinus (prout refert Cornelius à Lap. Comment. in hunc locum) perperam sic exponit: *Fuit, id est, prophetavit Daniel usque ad primum annum Cyri.* Perperam, inquam, Calvinus sic exponit. Nam et tertius anno Cyri prophetavit, ut ex supra citatis verbis Dan. 10, 1, patet.

127. Quæres IX: *An addimenta Danielis habeant auctoritatem canonicanam?* — Resp. affirmativè. Ut autem hoc ritè declarem, in primis sciendum est, addimenta Danielis vocari partem capituli tertij in libro Danielis à versu 24 usque ad versum 90 inclusivè sumptum, in quā recensetur Oratio Azariae et Hymnus trium puerorum; item duo ultima capita Danielis, nimurū 15 et 14, in quibus narratur historia Susannæ, et Beli ac draconis, quem Daniel interfecit. Porrò hæc addimenta tempore S. Hieronymi et aliorum antiquorum PP. non amplius in codicibus hebreis extabant, sed ex græca versione Theodotionis in nostram Vulgatam latinam translata sunt, prout etiam in Bibliis nostris expressè annotatur. Rejeciebant autem hæc omnia addimenta Judæi, et ex paginis Porphyrii tanquam fabulosa, quorum errorem seuti sunt posteriorum temporum sectarii Lutherus, Kemnitius, Wittacherus, et hodiè Protestantes passim; imò etiam ex Catholicis quidam antiquitùs, cum hæc res ab Ecclesiâ nondum definita erat, illa addimenta respuebant, inter quos fuit Julius Africanus, historiam Susannæ tanquam confictam repudians.

Verùm, post concilii Tridentini decretum, non licet ulterius ambigere de authentiâ et canonica auctoritate predictorum addimentorum. Præcipit enim hac sacra ecumenica synodus (1), libros Vulgatae latine tanquam canonicos cum omnibus suis partibus recipi, prout in Ecclesiâ catholica legi consueverunt; leguntur autem illa addimenta in Ecclesiâ; Oratio Azariae quidem in Epistolâ ferme V hebdomadis Passionis; Hymnus trium puerorum in laudibus Dominicarum et Sanctorum Breviarii romanii, et in missâ sabbati quatuor temporum adventus; historia Susannæ sabbato ante Dominicam 4 quadragesima; historia Beli destruci et draconis interfeci ferri III Dominicæ Passionis. Præterea plurimi Patres tam græci, quam latini, quorum longum catalogum Herman Goldhagen (2) enumerat, sententias ex iisdem addimentis depromptas, tanquam sacras et divinas usurparunt et citârunt. Denique argumenta (3), quæ pro Canone catholicō sacrorum librorum pugnant, etiam auctoratem canonicanam addimentorum Danielis evincunt.

128. Neque obstat I, quod hæc addimenta Danielis non extent in codicibus Hebreis. Quamvis enim

(1) Sess. 4 in Decreto de canonicis Scripturis.

(2) Introd. in S. Scripturam, p. 2, num. 242.

(3) Vide nostram part. 4 Scriptur. sacrae contra incredulos propugn. sect. 1, quest. 1.

hodiè et tempore S. Hieronymi non amplius ibi extiterint, in illis tamen aliquando et ab initio extiterunt. Nisi enim in hebreo olim codice extitissent, unde nam eadem accepisset versio græca 70 Interpretum, versio Aquila et Theodotionis? Causa autem, cur in hebreo non amplius extent, duplex assignari potest. Primam, ait Huetius (1), fuisse multitudinem græcorum exemplarium, quæ de historiis hisce lectu juvendis in Iudeorum, presertim Hellenistarum (2) et Alexandrinorum gratiam confecta fuissent, quæ inundante copia, ut fieri assolet, primigenia archetypa hebrei jacenrunt neglecta, ac sensim denique penitus intercederint. Alteram affert Origenes in epist. ad Africanum, dicens, id tribuendum malitiæ Judeorum, maximè circa suppressam historiam Susannæ. Cum enim viderent, hanc historiam in seniorum et judicum suorum (eum horum quidam castissimam Susannam falsò adulterii accusarint) dedecus redundare, mirum non est, inquit Origenes, si veram historiam hanc suffurati sunt, et subtraxerunt à Scripturis. Porrò, quamvis hæc epistola Origenis ad Africanum in aliquibus ipsius editionibus desideretur, reperitur tamen Africani epistola ad Origenem de historiâ Susannæ cum responso Origenis inter hujus opera Lutetiae edita.

129. Neque obstat II, quod de addimentis Danielis dubitatum aliquandò fuerit in particularibus quibusdam Ecclesiis. Nam ex hoc plus non sequitur, quæ addimenta illa esse duntaxat deutero-canonica, sicut sunt plures alii libri S. Scripturae, de quorum auctoritate olim dubitatum est. Cæterum, licet de isdem addimentis aliquandò quedam Ecclesiæ particulares dubitarent, à potiori tamen Ecclesiæ parte et majori cœtu PP. semper fuere habita pro canonica, ut constat ex serie PP., quorum ex Hermanno Goldhagen paulò ante meminimus.

130. Neque obstat III, quod hæc addimenta non expressè et distinctè in Catalogis sacrorum librorum, à S. Augustino, concilio Carthaginensi III, Innocentio I et Gelasio exhibitis, nominentur. Hoc, inquam, non obstat, quia sub nomine Danielis, qui in illis catalogis ponitur, intelliguntur etiam illa addimenta utpote partes libri Danielis. Qui enim approbat totum nullâ factâ exceptione, approbat etiam illius partes. Præterea ex Origene ibidem et Russino, lib. 2 advers. Hieronymum, constat addimenta Danielis jam iam in Ecclesiis fuisse lecta; atqui in memoratis catalogis recensentur libri prout illis temporibus in Ecclesiis legebantur; ergo rectè concludimus, in illis sub nomine Danielis intellecta quoque fuisse ejusdem addimenta.

Nota. Reliqua Protestantum aut aliorum argumenta, quæ contra Danielis addimenta afferre solent, in sequentibus questionibus confutabimus. Unicum adhuc afferro.

(1) Demonstr. Evang., propositio 4 in Dan.

(2) Quinam fuerint Hellenistaræ, et quid de ipsorum canone sacrorum librorum notandum, explicavit p. 4 Scripturæ sacrae contra incredulos propug. sect. 1, quest. 1, num. 5.

131. Dices : 1^o: Si additamenta Danielis canonicae auctoritatem habent, cur S. Hieronymus. (Prefat. in Danielis librum) illa appellat fabulas? 2^o Cur ibidem dicit, se has fabulas *anteposita vera jugulante subiecisse?* 3^o Cur alibi (nempè in proemio Commentarii in Danielis librum) de his additamentis loquens, aper- tè dicit, se non debere respondere Porphyrio pro his quæ nullam S. Scripturæ auctoritatem habent? 4^o Cur in eodem proemio Danieli Prophetam distinguunt à Daniele Susanna vindice, et (sicut Eusebius et Apollinaris feceré) illa additamenta alteri cuidam Danieli, qui à Daniele Prophetā diversus fuerit, adscribit? — Resp. 1^o generatim, et dico: Etiam tempore S. Hieronymi additamenta Danielis nondum agnita fuissent ut canonica, tamen hodiè ab universa Ecclesiâ catholica pro talibus habentur et agnoscentur. Quare ex objectâ S. Hieronymi auctoritate ad summum sequitur, hæc additamenta non esse proto, sed duntaxat deutero-canonica, quod ultrò fatemur, et jam supra fassi sumus. Resp. 2^o speciatim ad singula. Et ad primum quidem dico, D. Hieronymus dicta additamenta vocare fabulas, non quod sint narrationes fictæ et false, sed hoc tantum sensu, quod sine historiæ lectu jucunda et mirabiliter implexæ; fermè sicut epist. ad Castritum, idem S. Pater ait: *Brevem tibi fabulam referam, qua infinitæ meæ temporib[us] accidit.* Profectò, si accidit, non fuit confusa narratio, sed vera historia; nec fabulas fictas narrabant duo discipuli euntes in Emmaus; et tamen de illis dicitur Luc. 24, 45: *Et factum est, dūm fabularentur; ergo vox fabula, vel fabulari, non semper significat, falsas narrationes proferre.* Præterea S. Hieronymus in objecto nobis loco non fuit locutus ex propriâ sententiâ, sed duntaxat indicavit quid Judæi dicenter, prout ipsem in alio loco (1) expressè testatur his verbis: *De Daniele autem breviter respondebo, non me negāsse eum Prophetam, quem statim in fronte Prologi (id est, in proemio Commentarii in Danielis librum) Prophetum esse confessus sum; sed quid Hebrei dicenter et quibus argumentis suam niterentur probare sententiam, voluisse monstrare...* Quod autem refero, quid adversus Susannæ historiam, et hymnum trium puerorum, et Belis draconis fabulas, quæ in volumine hebraico non habentur, Hebrei soleant dicere: qui me criminatur, stultum se sycophantam probat. Non enim, quid ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicere soleant, explicavi.

Ad secundum dico, S. Hieronymum additamenta illa veru transfixisse, non tanquam signo narrationis false, sed tanquam signo, has partes in hebraico textu deesse. Hanc enim ipsam rationem afferit S. Hieronymus (2) dicens: *Nos ante annos plurimos cum verteremus Danielem, has visiones obelo prænotavimus significante, eas in Hebraico non haberi. Per visiones autem additamenta Danielis intelligit.*

Ad tertium dico, Hieronymum ibi tantum velle, quod illa additamenta tunc temporis non fuerint ab universâ Ecclesiâ tanquam canonica recepta; quod

(1) L. 2 Apolog. adversus Rusticum. c. 9.

(2) In proemio Commentarii in Danielem.

utique verissimum est; imò hoc dicit non tam ex mente suâ, quam aliorum, quia ibi tantum refert, quid Origenes, Apollinaris, Eusebius, aliqui de his additamentis senserint. Nam post illa verba in proemio commentarii in Danielem à nobis in responsione ad secundum citata: *Significante, eas in hebraico non haberi*, immediatè addit: *Et miror... quodam indignari mihi, quasi ego decurtauerim librum, sicut et Origenes et Eusebius, et Apollinaris atque Ecclesiastici viri... has, ut dixi, visiones non haberi apud Hebreos faleantur: nec se debere respondere Porphyrio pro his quæ nullam Scripturæ sanctæ auctoritatem præberent.*

Ad quartum pariter dico, S. Hieronymum ibi referre non tam sententiam suam, quam Eusebii et Apollinarii prout legenti locum illum patebit. Certè alibi (1) S. Hieronymus liberationem Susannæ, sicut interpretationem somniorum Danieli prophetæ attribuit. Eusebio autem et Apollinario opponunt communem PP., quos Hermann. Goldhagen (2) copiosè citat, et ipsius Ecclesiæ sensum, ad unum eundemque Danieliem prophetam totum librum Danielis cum suis additamentis pertinere judicantum. Cæterum, quod unus idemque Daniel et propheta et vindicta Susanna et Beli evversor fuerit, ex instituto ostendit Cl. Widenhofer Prefat. in Commentarii. Danielis, pag. 731, 754.

132. Quæres X: « An non historia Susannæ ab aliquo græco homine sit conficta, quia Daniel seniores adulteros alloquens (Dan. 13, 54 et 58) utitur allusione verborum de *schino* (græcè σχίνος) et actione *scindendi* (græcè τύγανεν); item de *primo* (græcè πρώτος) et actione *secundi* (græcè πρετέρος), que tantum inscrimone græco, non verò in hebraeo, quo Daniel hanc historiam conscripsisse dicitur, locum habent? » — Resp. ad hanc objectionem, quam olim Porphyrius contra librum Danielis, et doctus quidam Judæus contra Historiam Susannæ, teste D. Hieronymo (3), protulit, imò quam Wittacherus et Flunnus putarunt esse insolubilem, duplex potissimum dari potest responsio. Nam 1^o tempore Danielis in hebraeo et chaldaeo sermone potuit esse similis paranomasia seu allusio verborum circa illas arbores, qualis hodiè est in græco textu; sicut in illo Christi ad Petrum effato Matth. 16, 18: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, tam in syriacâ, quam in græca et latínâ lingua, eadem servatur allusio ad petram (4). Quomodo ergo Judæi et Protestantes probare poterunt, in historiâ Susannæ non fuisse similem ver-

(1) L. 4 contra Jovinianum.

(2) P. 2 introduct. in S. Scriptor. num. 24.

(3) Prefat. in Danielem; item in proemio Commentarii. in Danielem.

(4) Sicut in latínâ textu dicitur: *Tu es Petrus, et super hanc petram*, et in græco: *Ζω ἐπέρπος καὶ ἀνταρτὴ τηρεῖς*, sic in syriaco habetur: *Tu es Cepha, et super hanc Cephama*, etc., servata ubique allusione nominis Petri ad Petram, etc. Vide nostram dissertationem de primatu et infallibilitate R. pontificis, positione 3, pag. 9 et 10; aut interpretes in Matth. 16, 20.

borum allusionem in hebreo textu (qui hodie non amplius exstat) circa *schinum* et *prinum*, præsertim cum olim plures fuerint voces hebraicae quam nunc sint, et ipsi Hebrei, teste Origine in Epist. ad Africanum, responderint, se nescire, quomodo due illæ arbores hebraicae vocarentur, cum ipsi non jam haberent alias hebreas voces, quam illas, quæ in Scripturâ extant; arbores verò illæ in nullo alio Scriptura loco nominarcuntur. Verum Cl. Widenshofer (1), ut ostendat hanc paronomasiam seu allusionem etiam in lingua hebraico-chaldaica servari, ulterius ita respondet: « Dico verba *schin* et *prin* hebraico-chaldaica esse, quæ græcus interpres retinuit, ... ac græca terminatio donavit, ut et latinus (interpres) fecit. Quæ sierat Daniel v. 54, unum (ex illis senioribus) sub quâ arbore vidisset eos; qui respondebat sub *sgin* σγν, h. e., sub... senticeto, sep̄, à such, sep̄vit; *sgin* enim significat sepimentum, quæ vox sine punctis modernis lecta cum terminatione chaldaica legitim, *sgin*, σγν, aut, si mavis, dixit: *sginga*, σγν θητ, i. e., fuit dumetum; cui aptè respondet verbum iisdem litteris consonantibus *saggin*, culter, σγν, et *sagan*, scidit; ideoque dixit Daniel v. 55: *Angelus Dei scindit te medium*, nempe separando animam à corpore. Alter seorsim interrogatus respondit generice, se vidisse eos sub *fructiferi* arbore à pri, *fructiferi*, Gen. 1, 11, addito *nun* chaldaico, vel heemantico: sub *prin*, σγν, cui iisdem primis consonantibus aptè respondet verbum *parar*, σθε, communuit, fregit minutum, contrivit (Jobi cap. 16, 12, in Vulgata v. 15), græcè τρέψω, aut, si mavis, *param*: θετ, scidit: *Manet angelus ut secet te*, v. 59. »

Secunda responsio, quam etiam Cornelius à Lapet Tiranus approbat, est ista. Tametsi dicta allusio vocem in hebreo nunquam fuisset, ut nec jam est in latine inter *prinum* et *secure*; potuit tamen græcus interpres hebrei fideliter et ad verbum convertens, ejusmodi paronomasiam seu allusionem in græcis vocabulis inventire, ut inventi latini interpres in *schinum* et *scindet*. Igitur haud adeò difficulter nodus solvitur quem adversarii insolubilem putarunt; nec opus est alias adhuc responsiones, quæ ad enodandam hanc difficultatem invente sunt, opponere.

153. Quæres XI: 1^o *An verisimile sit, quid Joachim maritus Susanna in captivitate Babylonica adeò dires et conspicuus furit, ut amplas ades habuerit, ut (Dan. cap. 15) dicitur?* 2^o *Aut quid rex Babylonis captivis Judæis permisit erigere tribunal, et judicium sanguinis in Susannam exercere?* — Resp. ad utrumque affirmativè. Nam rex Nabuchodonosor videns Hebreos non rebels, sed mörigeros esse, ipsis facile multa indulxit, nec eos multum afflxit; præsentim autem bene habebantur illi Judæi qui penitentes ac sponte cum Joachim rege Juda se Nabuchodonosori tradiderunt; quin et tres pueros, quorum socius erat Daniel, voluit idem rex nutriti de mensa regia tanguium nobiles. Præterea alios quoque captivos legimus honores.

(1) Comment. in lib. Danielis, in Praefatione, pag. 753, 756.

ratos ac divites fuisse, ut Mardochæum et Tobiam, qui Gabelo decem talenta argenti mutuò dedit.

Præterea non mirandum, cum Judei plurimi essent, concessum illis à rege Babylonis fuisse, suis legibus et judicio uti; sicut rectè observat Origenes loc. cit. ita loquens: « Dicendum est autem, non esse mirandum et incredibile, cum magna gentes fuerint et subjectæ, à rege (Babylonis) fuisse concessum, ut captivi (Judei) uterentur legibus suis et judiciis. Nam nunc quoque Romanis regnabitibus, et Judæis didrachma eis pendentibus, quænam concedente Cesare possit gentis prefectus, ut nihil differat ab eo qui regum obtinet in gentem, scimus qui sumus experti. Fiant enim latenter judicia convenienter legibus, et damnantur quidam capitîs, neque cum plenâ omni ex parte libertate, neque rege omnino ignorantis; idque in regione gentis longo tempore versati didicimus, et pro certo accepimus; et quanquam sub Romanis duæ solæ relata sunt esse tribus, nempe tribus Juda, et tribus Benjamin. Esto etiam levitiva; Israel autem præter populum Juda (in captivitate Babylonica detentum) erant decem tribus. » Ecce his verbis Origenes contendit, mirum non esse, si Judei à rege Babylonis potestatem obtinuerint vivendi sub propriis legibus et judiciis; cum suo tempore videat, cosdem à Romanis imperatoribus, sub quorum captivitate degunt, jus vitaे ac necis accepisse in suos.

134. Quæres XII: « Quomodo illud Dan. 13, 45: *Suscitavit Dominus Spiritum sanctum pueri junioris*, cuius nomen Daniel: cum illo (Dan. 13, 50) senum dicto ad Danielicem: *Tibi Deus dedit honorem senectutis*, concordet? Num Daniel simul fuit puer junior, et honorem senectutis adeptus? » Resp. — Fuit tunc Daniel juvenis annorum circiter duodecim; vel, ut Tiranus vult, annorum 24; dicitur tamen ei Deus dedit honorem senectutis, id est, dignitatem iudicandi, que senibus propriè convenit.

Dices: Daniel jadūit antea (Dan. cap. 6) super satrapas regui à rege Dario Medo constitutus fuerat; quomodo ergo postea (nempe Dan. 13, 45) potuit appellari puer junior.

Resp. et observo, in nostrâ Vulgatâ in serie capitum Danielis rationem temporis servatam non fuisse. Nam S. Hieronymus historiam Susannæ, propterea quod eam in hebreo non inventerit, ad calcem libri Danielis collocavit; revera autem pertinet ad frontem ejusdem libri; quo loco etiam in antiquissimis editionibus 70 Interpretum et Theodotionis visebatur. Eadem de causa Belis quoque et draconis historia ad finem libri posita fuit; factumque id pariter esset circa orationem Azariae et hymnum trium puerorum, nisi abstracta è nexus capitîs 3 (ubi de facto existunt) et translata ad finem libri, hiuclam historiam atque imperfectam constituerent.

155. Quæres XIII: « An verisimile sit Prophetam *Habacuc* (Dan. 14, 33, 59) capillo capitîs sui portatam fuisse ab angelo Domini ex Judæa in Babylonem ad afferendum prandium Danieli in lacu leonum de-

» tento? » Resp. affirmativè. Quavis enim deiste aliive incredili rideant Prophetam cum prandio sublatum, et capitulo tentum, iter facere per aerem, et Babylonem ad lacum leonum ferri, velocitate tam mirabili, ut dapes etiamnum ederent, cum venit ad Danielum inter leones sedentem; tamen et huc, et innumera alii nobis capti difficultas, immo sphaeram limitati nostri intellectus superantia Omnipotenti, qui Angelum illum ad Danielem misit, hanc dubiti possibilia sunt. Ceterum, ut deistis, qui putant, Danieli per Angelum capillo capitatis sui in Babylonem translato, eveli crines debuisse, omnis scrupulus eximatur, observo cum illustris. Calmeto verba illa: *Et apprehendit Angelus Domini in vertice ejus, et portavit eum capillo capitatis sui, ita intelligenda esse, ut Angelus infra simul sustinet corporis ejus pondus, quod crines convellere potuisset; sive, ut Hector Pintus, Comment. in Daniel., eleganter ait: Manus Angeli (is enim, ut Glossa recte observat, apparebat in corpore assumpto, et ideo dicitur apprehendisse caput, quia posuit manum super caput Prophetæ) tenuit capillum Habacuc, sed virtus angelica totum illum tetigit, et admirabiliter ac rapidissimo moto in Chaldaeam suaviter adduxit. Capillus non tulit corporis gravitatem, sed Dei potentia illud per Angelum effecit.* Ideam etia uero affirmat Glossa his verbis: *Et portavit eum capillo capitatis sui.* Non est sic intelligendum, quod virtus Angeli solammodum tangeret capillos ejus, sed totum corpus.

Corollarium. Translatio Prophæta Habacuc per Angelum facta tam parum est incredibilis, quam parum translatio Henoch et Elie. Unde futilis erat enjusdam de preceptoribus Judeorum objectio, qui teste D. Hieronymo raptum Propheta: Habacuc in Chaldaeam explodens, quarebat exemplum, ubi legimus in toto veteri Testamento quemquam sanctorum gravi corpore volasse, et in puncto horæ tanta terrarum spati transvisse.

156. Quæres XIV: *An Habacuc ferens prandium Danieli in lacu leonum detinere puerit idem cum Habacuc uno e duodecim minoribus Prophetis?* Resp.: Duplex hic est diversa sententia. Prima sententia affirmat, unum eundemque esse Habacuc, qui translatus est ab Angelio ad Danielum in lacu leonum pasceundum, et qui octavus est ex 12 Prophetis minoribus. Ita Hector Pintus, loc. cit., Tirinus, et alii plures. Sed est id validè durum, atque difficile. Nam Habacuc inter Prophetas minores octavus iam ante captivitatem Babyloniam prophetavit; ut ex eo patet, quia predixit, ob injustias Judeorum Chaldeos venturos cum Nabuchodonosore: historia autem Prophetae Habacuc per Angelum translati ad Danielum, qui ob eveniam Bel et occisum Draconem in lacum leonum missus erat, huc, inquam, historia contigit post solutum captivitatem Babyloniam 70 annis durantem, iam Cyro apud Babylonios regnante; quo tempore ille Propheta Habacuc non amplius erat in vivis (1), aut certè tam gran-

(1) Habacuc, qui inter duodecim Prophetas minores numeratur, mortuus est in Iudea biennio, antequam populus Iudaicus sub Zorobabele ex captivitate

deva fuissest etate, ut prandium ad messores ferre non potuerit. Unde altera sententia est Riberæ (1) et aliorum, quam Cornelius à Lap. veriorem appellat, statuentum dous Prophetas Habacuc; priorem, qui inter Prophetas minores octavus ponitur, et cuius prophætia ad hunc diem in nostris Biblis extant; alterum discophorum, ut vocant, seu ferentes prandium ad Danielem, qui illo priore fuit etate posterior. Et profectò, cum duo fuerint Michael et eterque Prophæta, alter filius Jemla, de quo 3 Reg. cap. ult.; alter, qui est unus è duodecim Prophetis minoribus; immo et tertius Michael, de quo 2 Paral. cap. 17, quem Eusebius, teste Riberæ, etiam Prophetam appellavit; cur verecamur dicere duos quoque fuisse Habacuc Prophetas, quandoquidem unam dicere ratio temporis comodiè non patitur?

SECTIO III.

DE XII PROPHETIS MINORIBUS.

Prophetæ minores sic dicti ob scriptorum suorum brevitatem, numero sunt duodecim; et, sicut quatuor Prophetæ majores; ita etiam ipsi inveniuntur in idolatriam, aliaque sceleris Israelitarum, comminando ipsis captivitatibus vel Assyriacam, vel Babyloniacam, inspersis hinc inde letis vaticinis de Christo, de Ecclesiâ Christi, et ad eam pertinentibus, omnique felicitate per Christum mundo obvientur.

CAPUT I.

De Osee.

Hoseas sive Osee, hebraicè ὥσαι, græcè apud 70 Interpretates, ὥση, latinè Salvatorem significat. Optat enim hic Propheta ubique oratque Dominum pro salute populi. Igitur non solis oracula, gestis et vite sanctitate, sed et nomine suo Christum prafigurat Osee. Prophe-tavit autem jam sub Oziâ seu Azariâ, Joatham, Achaz, Ezechia, regibus Iuda, ut patet ex vers. 4, et sub Jeroboamo II, rege Israel, eratque Prophæta Isaiae synchronus; undè prophetavit circiter per 80 aut 90 annos, ut constat computanti annos memoratorum regum. Vixit facile 110 vel 120 annis. Colitur ut sanctus ab Ecclesiâ 4 iulii. Argumentum ipsis prophetæ est, peccantibus Israelitis excidium, aliasque plagas; pertinentibus clementiam et gloriam promittit.

157. Quæres I: « An Spinosa, prophetiam Osee in nostris Biblis extantem jure censeat mutilam et manuam esse, cum hic Prophæta per totum os prophetando plura haud dubie ediderit vaticinio? » Resp. cum Cl. Goldhagen: « Prophæta non alia consignabat scripto, ac que Deus posteritati servari voluit ad Ecclesie utilitatem; ut nec Evangelistæ omnia Christi dicta et gesta scripserunt, teste Joanne Evang. 21, 45 (1). Potuit igitur Oseeas dñi Prophæta Babylonica rediret. Ita Calmetus in suo Dictionario Bibl. v^o *Habacuc*; idem Sanctius (Prolegom. 8, in l. Danielis) citans pro hac sententia i.p. phænum, Dorotheum, Isidorum, et chronicum Alexandrinum.

(1) Prælad. 2 in Exposit. 12 Prophetarum, num. 19 et 20.

(2) Introduct. in S. Scriptur. p. 2, sect. 4, num. 246, Oppon. II.

« munus concedendo ad populum obire, scripto tamen non nisi paucas prophetias ad consilium Dei opportunas complecti. » Unde Spinoza libellum Oscæ immunito censem mutulum et mancum. Satis enim perfectus et integer ille liber est, qui secundum divinam voluntatem et ad finem à Deo præstitutum conscripsus est.

138. Queres II : « An mandatum Dei, Prophetæ Oscæ (cap. 1, 2) datum : *Sume tibi uxorem fornicationum, et fac tibi filios fornicationum, verisimile sit?* » Negant id, teste Cl. Bullet (1), Deistæ, ac dicunt hoc mandatum non sine horrore legi posse. Negavit id etiam jam olim Faustus Manichæus (2), ideò à M. Augustino ex instituto refutatus (3); et merito quidem. Nam sensus citati textus sacri non est, Denni jussisse Prophetæ, ut fornicetur, seu ut accedat ad meretrem manentem in vita sua sceleratæ; sed (quemadmodum interpres (4) communiter exponunt) ut ducat famosam illam meretrem, eamque legitimo sibi matrimonio copulet, et filios ex eâ procreet, qui vocantur *fili fornicationum*, non quod ex fornicatione nascint, sed quod ex legitimo quidem conjugio, attamen ex matre, que ante hoc matrimonium tota fornicationibus dedita fuit, fuerint procreati. Neque enim Deus ad Prophetam ait : *Sume tibi mulierem ad fornicandum*, sed : *Sume tibi uxorem fornicationum*, h. e., que ante erat scortum, seu tota fornicationibus dedita.

Honestum autem est, mulierem, qua vitios hoc questu vitam tolerat, ducere uxorem, modò cesset à scelere; uti meretrix illa Gomer dicta fecit, post initum cum Prophetæ Oscæ matrimonium (5). Unde S. Hieronymus (6) rectè de Oscæ ait : *Nec culpandas Prophetam, si meretrem converterit ad pudicitiam; sed potius laudans, quid ex mala bonam fecerit.* Et S. Augustinus, lib. 22 contr. Faustum : *Quid inimicum fidei christianæ, si meretrix relicta fornicatione in castum conjugium commutatur?..... Itaque cum meretrem Prophetam fecit uxorem, et ad vitum corrugandam mulier consulens est, et figuræ sacramentum (de quo mox loquemur) expressum.*

Corollarium. Immerito offenduntur lectores indocti, quod uxorem Oscæ audiant uxorem fornicationum nominari, non attendentes, quod Scriptura ex indole hebraice lingue, imò aliarum quoque, tam in rebus, quam personis nominandis non semel magis respiciat.

(1) Réponses critiques, tom. I, num. 42.

(2) Vetus Testamentum (ad quique etiam Oscæ prophetiam) rejiciunt Manichæi, Deum, qui per Moysen legem dedit, et in Prophetis locutus est, non esse verum Deum, sed unum ex tenebrarum principibus, asserentes, ut refert Natalis Alexander, tom. 4 Histor. Eccles. seculi 3, cap. 5, art. 9, § 2.

(3) Vide D. Augustini operum tom. 6 contra Faustum Manich. l. 22, cap. 6, 80 et 89.

(4) Ita S. Hieronymus, Cornelius à Lap., Tirinus, Calmet, aliique.

(5) An autem Gomer post conjugium cum Oscæ, tresque protes ex eo suspectus, adulteris dennisi se posuerit, vide Cornelium à Lap. Comment. in Oscæ cap. 5, 1.

(6) Comment. in cap. 1 Oscæ.

ad illud, quod ante, quam quod post fuerunt. Sic virga Moysis dicitur virga (1), etsi in anguile esset conversa. Sic in Evangelio Matth. 11, 8, appellantur surdi, claudique, qui antea erant tales, sed hic et nunc sive auditum, sive gressum jam receperunt.

139. Si autem petas, cur Deus tam durum præcepit ducendi mulierem fornicationibus infamem Prophetæ Oscæ injinxerit? — Resp. : Voluit Deus hoc factu (2) Oscæ designare et reprehendere infidelitatem et idolatriam populi Israelitici; nam Prophetæ Oscæ Deum hic representat, uxor vero fornicaria populum Israel. Fornicatio enim et hoc loco et passim apud Prophetas significat peccata, præsentim idolatriæ, quæ Israelitæ relieto Deo sponso suo, idolis voluptatibusque illicitis quasi amasis adhaerebant. Unde Deus loc. cit. ad Oscam ait : *Sume tibi uxorem fornicationum... quia fornicans fornicabitur terra à Domino*, h. e., quia Israelitæ à Deo prono impetu se convertent ad colenda idola.

Scholion. Cum unus idemque textus S. Scripturæ non semel habeat plures sensus litterales vel mysticos (3), mirandum non est, quod factum illud Prophetæ Oscæ juxta Patres et interpres non solum fuerit typus et figura spiritualis connubii Dei cum populo Israelitico, sed etiam gemini alterius conjugii Christi, nimirum cum carne nostrâ per Incarnationem. Caro enim nostra erat fornicaria, id est, caro peccati, quam Filius Dei depurata (quamvis veram et realem) sibi univit et despontavit per Incarnationem; dein cum Ecclesiæ ex gentibus prius idolatriæ deditis congregatæ. Verum de his plura vide apud Cornelium à Lap.

140. Queres III : « An Increduli meritò negent, Prophetam Oscam his verbis (Osee, 11, 1) : *Ex Ægypto vocavi filium meum, vaticinatum esse de reditu Christi pueri (Matth. 2, 15) ex Ægypto?* » — Resp. negativè. Priusquam autem meam responsionem probem, refero incredulorum quorundam sensu circa hanc rem. Unus eorum est famosus ille Horus, de quo jam alibi (4). Is de citato Oscæ loco ita ait (5) : *Hunc locum nemo mortalium credet esse vaticinium; Matthæus autem (Evangelista) fingit eum esse tale, et idè parentes Jesu cum suo filio in Ægyptum fugisse asserit, ut Deus filium suum ex Ægypto vocare, et ita Scripturam (scilicet citatum Oscæ oraculum) implere possit.* Simili modo de hac prophetæ Oscæ disserit Du Marsais (6).

Verum nil novi efficiunt hi increduli. Idem enim

(1) Exod. 7, 12. Sed devoravit virga Aaron virgas eorum, i. e., magorum egyptiacorum.

(2) Prophetæ non raro à Deo jussi sunt ipsis factis et actionibus prophetare, ut supra sect. 4, quæst. 4, num. 1, ostendimus.

(3) Vide Salmeronem, proleg. 8; Serarium, Proleg. cap. 21, quæst. 12 et 15; Boniferium, Prælog. in totam Scriptur. sacr. cap. 19, sect. 5.

(4) Vide supra, sect. 1, quæst. 4, num. 5.

(5) De Prophetis Messiam prædictibus, pag. 506 et 507.

(6) In Anatom. Christian. Religion. pag. 55. Vid

Jun olim Julianus Apost. teste S. Hieronymo objiciebat Christianis, ut S. Mattheum vel falsitatis vel inscitiae argueret. Sed ut ad rem ipsam et objectionem hanc incredulorum confutandam propius accedamus, observe omnibus, qui in lectione ac intelligentia S. Scripturæ non omnino peregrini sunt, exploratum esse, quod in scriptis Prophetarum res occurrant, quae vel puræ et simplices propheticæ sunt; alia verò, quæ sunt typus seu figura aliarum rerum futurarum. Sic in veteri Testamento permulti dabantur mystici ritus, facta, aut personæ, quæ typus erant et figura venturi Messiae, aut eventuum eidem occurrentium. Sic etiam S. Paulus, qui certè optimam notitiam antique legis habuit, expressè ait, ea, quæ Hebreis in veteri Testamento contingebant, fuisse figuram eorum quæ nobismetipsis sunt eventua: *Hæc omnia in figurâ contingebant illis.*

Simili itaque modo verba illa Osee 11, 1: *Ex Aegypto vocavi filium meum*, ad litteram quidem impleta sunt in populo Israel per Moysem educto ex Aegypto; allegoricè verò et typicè in puer Christo reducto ex Aegypto; licet autem hic sensus sit allegorius, tamen est priore litterali dignior, potior, et magis intentus à Spiritu S. Populus enim Israel in hoc reditu ex Aegypto gessit typum Christi, presertim quia Christus Iustus populi fuit pars et propagio, eaque nobilissima. Hæc de causâ, ut Cornelius à Lap. scièt observat, Deus cit. loc. ait *filium meum*, non filios meos, ut primario denotet Christum.

Corollarium. Infirma et futilis est objectio Osiantri, dñm in cap. 2 Matth. ita ait: Fieri nequit, ut populus Israel innumerabilis, unus hominis (nempe Christi) sit figura; ergo in sensu allegorico citatus locus Osee 11, 1, nequit accipi de Christo. — Nam Resp. negando antec. dñs. Si enim unus homo potest representare totum populum ex se generandum; si cut de Jacob et Esau dicitur Rebecce matri, Gen. 25, 23: *Duo gentes sunt in utero tuo*, etc., vel si unus homo (nempe rex) potest representare totum populum sibi subditum, sive totum regnum, cur vice versâ unus populus (nempe Israeliticus) unus hominem quasi patriarcham et regem, ac præsertim Christum Dominum, representare non possit? Ita Patres passim et doctores. Porro quâ ratione populus Israel fuerit figura Christi peregrinantis in Aegypto, et inde redeuntis, pluribus explicat Rupertus, Comment in Oseani.

441. Quæres IV: « An ex verbis illis, Osee 14, 1: « *Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitat vit Deum suum; in gladio pereant, parvuli eorum, illidantur, et factæ ejus discendantur*, Scriptor de Spiritu Judaisni (1) rectè concludat, Oseam à demone inspiratam hæc dixisse? » — Resp. · Pessimè sic concludit. Potius ex infami hoc scriptore

eiusdem refutationem apud Cl. Nonnotte Philosoph. Lexic. Religion. art. *Prophéties*, pag. 390, § 8, tom. 3, edit. 1818.

(1) *Esprit du Judaïsme*, c. 9, p. 131. Quest. sur l'Encyclop. supplém. Osee..

querimus, quo spiritu ipse ductus, versum immediate sequentem, qui omne scandalum tollit, omiserit, ita sonantem: *Convertere, Israel, ad Dominum Deum tuum: quoniam corristi in iniuitate tua*. Queso, an spiritus malus, sive diabolus stimulat ad seriam conversionem seu penitentiam? Igitur falsissimum est, quod citata verba Osee Propheta à spiritu malo profecta sint. Possunt autem eadem duplice modo inspirata fuisse à Spiritu S.: 1^o ita ut sint verba verè imperant, aut optantis, quo modo hunc locum S. Hieronymus interpretatur. *Imperat igitur*, inquit, *Propheta, et ut verius dicam, optativo modo loquitur, ut Samaria pereat*. Licet enim hoc est sanctis, vel virtute divinâ impetrare, vel etiam optare, quo peccatores resipiscant, aut eorum suppliciis alii corrigantur, aut certè Dei justitia et potentia demonstretur, ut optimè docet S. Thomas 2-2, q. 25, art. 6, ad 3. Itaque, si hanc responsionem assumamus, Propheta Oseas verba illa non ex spiritu malo aut peccaminosâ voluntate protulit, sed conformavit se voluntati Dei vindictæ, et ex zelo justitiae justæque vindictæ, ad sarcenodium Dei honorem à Sanariâ violatum, et terrorem ac emendationem peccatorum optavit, ut ipsa dispereat. 2^o Et, ut Cornelius à Lap. censem, melius cit. loc. accipitur optativum pro futuro, scilicet *pereat pro peribit*, ita ut non sit optatio, sed predictio prophetica. Sic enim etiam alibi in Scripturâ optationes extermorum malorum, pro prophetiis et predictionibus eorumdem accipiuntur, ut Psalm. 68, 29: *Deleantur, id est, delebuntur de libro viventium, et cum justis non scribantur*, id est, non scribentur. Sic quoque S. Hieronymus verba illa Psalm. 11, 4: *Disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam*, et S. Augustinus verba illa Psalm. 78, 6: *Effundite iram tuam in gentes, quæ te non noverunt*, docent, non esse verba optantis, sed tantum futura prædicentis. Igitur pariter verba illa Osee Propheta: *Pereat Sanaria*, etc. merito dici possunt, esse verba prædicentis futura mala. Et profecto omnes isti imperativi, *Pereat Sanaria*, etc., et *in gladio pereant*, etc., tam in textu hebreo, quam in greco apud 70 Interpretes (1), item in paraphrasi chaldaicâ (2), non sunt imperativi, sed futura. Ex quo pluè intelligimus, citata Osee verba esse prophetiam. Certè ipse S. Hieronymus ait, universa illa mala Israelitis accidisse tempore captivitatis et angustie, quando suam patriam perdiderunt... et in servitudinem perpetuam sunt abducti: hoc est, alios esse parvulos ad muros, et ad saxa, et prægnantes sectas fuisse, atque disruptas. Imò talem barbaricem quidam ex regno Samaria seu Israel etiam experti sunt sub Manahem truculento rege Israelis, ut patet ex his S. Scripturæ verbis, 4 Reg. 15, 16: *Tunc percussit Manahem Thapsam, et omnes qui erant in eâ, et*

(1) Versio 70 Interpretum ita habet: *λειποντας οὐρανούς, δὲ ἀνταন্তা*

(2) Paraphrasis chaldaicâ ita sonat: *Peccati rea est Samaria... gladio occidentur, juvenes eorum aliudur, et prægnantes eorum scindentur.*

terminos ejus de Thersat; notuabant enim aperire ei; et interfecit omnes prægnantes ejus, et scidit eas. Erat autem Manahem post Jeroboamum II (sub quo Oseas prophetavit), et post Zachariam dicti Jeroboamis filium, et Sellum, rex in Israel.

Corollarium. Alastor stygius nec aliis, quos Ecclesia tanquam sanctos à Deo inspiratos Prophetas veneratur, vaticinaria sua inspiravit; sèpè autem calumniatoribus Prophetarum convicia adversus hos, et blasphemias contra S. Scripturam suggesterit.

CAPUT II.

De Joete.

Joel Ἰωήλ volens; græcè Ἰωῆλ voluit, juxta communiorē sententiam Oseea synchronus fuit, ita tamen ut Oseas jam ante deportationem decem tribuum in exilium Prophetam egerit; Joel verò nonnisi post deportationem et excisam Samariam vaticinari coepit; ac proindè ad solas tribus Juda et Benjamin in regno Iudeo residuas. Argumentum prophetie Joeli est excidium Jerosolymæ totiusque Iudeæ per Chaldeos. Deinde regni Christi felicitatem delineat, missionem Spiritus S. pollicetur, extremum iudicii diem et locum praeditum. Stylo utitur magnifico et figurato; res vividis coloribus ita pingit, ut, non descripte, sed ipsis oculis subjecta videantur. Memoria ejus ut sancti in martyrologio romano 13 juli recensetur.

142. Quæres I : « Quomodo illud Joeli Iudeos ad pœnitentiam adhortans (Joel, 2, 14) : *Quis scit, si (Deus) conseruat (flectatur) et ignoscat?* concordet cum verbis Ezechielis 18, 21 : *Si impius egerit pœnitentiam... vitæ vivet et non morietur, ubi venia verè pœnitentibus, non dubitanter, sed absolutè promittitur?* » Resp. : Quanvis Joel certa sciencie Deum verè pœnitentibus remittere culpam et poenam aternam; tamen sciebat pariter, Deum iisdem non semper simul remittere poenam temporalem, qualis hic erat excidium Iudeæ per Chaldeos inferendum. De ista igitur poenâ remittendâ dubitans Propheta ait : *Quis scit, etc.; quasi diceret : Spero cum ignosciturum; at assere et promittere non audeo.* Sic Deus Davidi pœnitenti culpam homicidii et adulterii remi-*ti*, non poenam temporalem; nam eum punivit morte filii, et rebellionis Absalonis. Ita D. Hieronymus, Theodoreetus, Rupertus et alii.

143. Quæres II : *Quid sentiendum de interpretatione, quæ auctor libri Horus dicti caput 2 Joeli, à versu 28 usque ad finem ejusdem capituli exponit?* Resp. : Hac expositione quoad eam partem, quam mox recensesho, impia ac detestanda est. Antequam autem hoc ostendam, prius lectori ob oculos ponò citatum textum sacrum, et notas seu commentatorem in eundem textum ab Horo factas. Verba Prophetæ Joeli cit. loc. sunt hæc : *Et erit post hæc : Effundam spiritum meum super omnem carnem; et prophetabunt filii vestri, et filiae vestrae; senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum. Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvis erit, quia in monte*

Sion et in Jerusalem erit salvatio. Jam verò post hunc recensitum textum Horus exclamat sequentibus verbis, quæ ex germanico in latum idiomam transtulit : *Deus nos custodiat ab hoc spiritu! utique somniatoribus jam nimis plus abundamus. Quid fieret, si ipsi ciant... senes nostri, juvenes, nostri servi et ancilla in medium prodarent et vaticinarent?* Dein quoddam immisceret delirium sumum de duodecim signis zodiaci, aliiisque sideribus (1), que in civitate celesti, tanquam firma petra, illæsa conservanda sint; atque hunc et non aliud sensum esse ait illorum Joeliis verborum : *In monte Sion et in Jerusalem erit salvatio.* In quâ expositione denuò se prodit impietas et fanaticismus ridiculus Horis, ac similes illi, quem jam supra, num. 57, refutavimus.

Verùm ut longiores ambages vitemus, statim apertè enunciemus, quid ergo Prophetæ Joel toto cit. loc. dicere voluerit. In primis scindum, quod eidem Prophetæ locum citat S. Petrus Acto. 2, 16, 22, in primâ suâ concione post effusum super discipulos Spiritum S. in die Pentecostes habita, et inde ostenderit, minimè mirandum esse, quod ipse et alii discipuli Christi, in quos Spiritus S. effusus est, peregrinis linguis loquantur. Nihil enim aliud hic factum esse, nisi quod Prophetæ Joel jandit anteà predixit his verbis, Joel, 2, 28 : *Et erit post hæc : Effundam spiritum meum super omnem carnem; et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae; senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum.*

Quaritur jam, utrum S. Petrus Apostolus hunc locum Joeliis Prophetæ sic explicando errârît? Utique erravit, si fidès adhibeat Horo. Illic enim in fine impie sue expositionis hujus loci Joeli conqueritur his verbis : *Et tamen Apostoli hanc effusionem spiritus somniatorum et fatidicorum interpretabantur de effusione Spiritus S.*

Verùm, si ostendi potest, quod ille Spiritus, de quo Prophetæ Joel et Apostolus Petrus citatis locis locuti sunt, nequaquam spiritus somniatorum et fanaticorum hominum fuerit, tunc stolida haec Horæ assertio profecto manifeste falsitatis convincitur. Jam verò quid, queso, in inspiratione Petri et aliorum Christi discipulorum in die Pentecostes, et primorum fidicium deinceps facta, quandò super eos cecidit Spiritus S. (ut in primavera Ecclesiæ fieri solebat) quid, inquit, in hac inspiratione fanatici continebatur? Horus certè id nec verbulo probat, nec probare potest; S. Paulus verò de effusione Spiritus S. secundum citatam Joeli predictionem factâ, et communicatione variarum gratiarum primis Christianis factâ, tanquam de re perulgata loquitur, 1 Cor. 12, 4, 12, his verbis : *Divisions verò gratiarum sunt, idem autem Spiritus... Unicunque autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientie...*

(1) Verba Horis, pag. 508, sunt hæc : *In monte Sion et in Jerusalem erit salvatio, nihil aliud significat, quia quod duodecim signa zodiaci aliaque sidera in civitate celesti, tanquam firma rupe, illæsa conservabuntur.*

ali gratia sanitatum in uno Spiritu : ali operatio virtutum, ali prophetia, ali discretio spirituum, ali genera linguarum, ali interpretatio sermonum. Hæc auem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis, prout vult. Ex quibus verbis, et ex actibus Apostolorum, cap. 21, v. 8, 12, intelligimus, plenè impletam esse illam Joeliæ de effusione Spiritus S. super omnem carnem prophetaum post Domini ascensionem, et varia in variis Spiritibus S. dona extitisse. Quidam enim prophetabant ut Agabus et filii Philippi, et aliqui ex Corinthiis, item erat... in Ecclesiâ, quæ erat Antiochia, Prophetæ et doctores, Act. 13, 1. Quidam primis illis Ecclesiæ temporibus visiones videbant, ut Joannes in Apocalypsi, et Petrus Act. 10, 10, 18, paucis tota historia primavera Ecclesiæ Christi de effusione ejusmodi charismatis Spiritus S. in primos fidèles aperie testatur.

144. Sed transeamus ad alteram partem memorare prophetæ Joeliæ, in quâ, verso 52, de salute eorum qui invocaverint nomen Domini, et habitaverint in monte Sion et in Jerusalem, sermo est: *Omnis qui invocaverit nomen Domini, salva erit, quia in monte Sion et in Jerusalem erit salvatio. Sensus nimis rurum horum verborum non est ridiculus ille, et prorsus gratis confitetur, quem Horus assignat, quinque precedente numero jam explosimus, sed amplectendus ille sensus, quem orthodoxi interpres (1) affere solent, et est hic: In die illâ magnâ et terribili extremi iudicij salvabuntur veri Dei cultores, qui scilicet in hac vita Deum puro corde, in verâ fide, spe & charitate invocaverint, quinque (loquendo de hominibus tempore legis christiane viventibus) in Ecclesiâ Chrisei, cuius typus fuit Jerusalem et Sion, fidem ac pietatem sectati fuerit.*

145. Quares III: *An vallis Josaphat (Joel. 3, 2 et 12) sit certus et determinatus aliquis locus, vel tantum significet locum iudicij à Domino instituendi, quicunque demum ille locus erit?* Resp.: *Est locus certus et determinatus. Hæc assertio nostra est in primis contra Calmetum et alios quosdam, qui, teste Riberâ, nullam credunt fuisse vallem que diceretur Josaphat, sed contendunt, locum iudicij, quicunque ille erit, ab eventu dici vallim Josaphat, quoniam ibi Dominus iudicaturus sit; nomen enim Josaphat significat *Judicium Domini*. Atque ideo Chaldens loc. cit. non vertit: *In vallim Josaphat*, sed: *In vallem divisionis iudicet*. Est etiam assertio nostra contra Lutherum, qui (2) pariter*

(1) Vide Cornelium à Lap., Menochium, Tiriom, et cum aliis principiis Riberam in hunc locum,

(2) Verba Lutheri, Praefat. in Prophetam Joel in suis Bibliis germanicis, editi Wittenberg, anno 1607, sunt ista: *Dass aber (Joel) vom That Josaphat spricht, wie der Herr alle Heiden daselbst für Gericht fordern wollte, welches die alten Väter von jüngstem Gericht verstehen, und ich solchen Verstand nicht verdiinne. Halt aber dennoch, das Joels Meinung sey, gleichwie er das ewige Jerusalem, die christliche Kirche heißtet, also hei se er auch die selbige, das That Josaphat, darumb, dass alle Welt zur christlichen Kirchen durchs Wort gefordert, und in derselben gerichtet und durch die Predigt gestrafft wird, wie sie aufzum Sunder für Gott sind.. d'n Josaphathal, heißtet Gerichtthal. Gleichwie auch Hoseas im 2. cap. vers. 15 die christliche Kirche, das*

negat, per vallem Josaphat cit. loc. intelligi certum aliquem locum prope Jerusalem situm: inquit omnino negat contra sensum SS. Patrum, quid cit. loc. de iudicio extremo sermo sit, sed vult citata verba Joeliæ intelligenda esse de Ecclesiâ Christi, quam putat vocari vallem Josaphat, quia ad eam omnis orbis per predicationem verbi divini vocatus, per conciones arguitur, quedam modo iudicatur et convincitur quid omnes sint peccatores coram Deo.

Verum contra omnes hos adversarios ostendo, vallem Josaphat, de qua Propheta Joel cit. loc. loquitur, esse locum certum, determinatum, et vocem Josaphat hic non sumi appellativè pro quocumque loco, ubi erit iudicium Domini, nec hic accipi pro Ecclesiâ Christi, sed esse nomen proprium significans vallem inter Jerusalem et montem Oliveti sitiā. Omnes enim qui de Jerosolymâ et locis circumisitis scripserunt, quique terram sanctam oculis pedibusque lustraverunt, teste Riberâ affirmant, inter templum et montem Oliveti esse vallem Josaphat, atque eam hodièque indigenæ ita appellant; cur nos negenus, nisi velimus morte Scepticorum in dubium omnia vocare? Certè Adriochomius in Descriptione Terræ sanctæ distinctè ait: *Vallis Josaphat, quæ et vallis Cedron, et vallis montium vocatur, vallis est lata, profunda, inter Jerusalem et montem Oliveti interjecta, totam ab Oriente cingens urbem, quam torrens Cedron transiens suis aquis egregiè facundat... In hac valle piò ac religiosi reges Juda, Asa, Ezechias, et Joias... combusserunt idola eorumque cineres in torrentem Cedron proiecerunt, etc. Similiter vener. Beda (1) ita de hac valle scribit: « Juxta murum templi vel Jerusalem, Gehennon occurrit, quæ est vallis Josaphat à septentrionali plaga in Austrum porrècta, per quam torrens Cedron, si, quanùd pluvia cum aqua recipit, decurrit. Hæc vallis et parva campi planities, irrigua et nemorosa, plenaque de liciis, locum in se quodam Baali sacram habuit. In hac turris regis Josaphat, - sepulcrum ejus continens (2); cuius ad dextram de rupe montis Oliveti,*

*That Achor nennt. Quæ verba Lutheri germanica latine significat: « Quod autem (Joel) ait, Dominum congregatum omnes gentes in vallem Josaphat ad iudicandum eas, quod antiqui Pates de extremo iudicio intelligunt, neque ego hunc sensum reprobo. Censeo tamen, Joeliæ in quædam medium Ecclesiam christianam nomine Jerusalem... denotat, ita eandem etiam nomine vallis Josaphat designet, rô quod totus mundus ad Ecclesiam Christi per predicationem verbi divini vocatus, in eâ iudicetur, seu per conciones arguantur ac convineantur, quid omnes sint peccatores coram Deo... Nam Vallis Josaphat significat vallem iudicij: sicut etiam Oseas cap. 2, v. 15, christianam Ecclesiam appellat *Vallum Achor*. »*

(1) In libello de locis sanctis, cap. 6, qui in tom. 3 Operum Ven. Bedas continetur, mibi pag. 490 et 491.

(2) Notandum tamen, quidquam ex teat adhuc sepius in eâ valle quid vulgus indigenarum Josaphat existimat; id tamen quibusdam non probatur, quoniam 5 Reg. 22, 31, et 2 Paral. 21, 1, sequitur dicitur Josaphat in civitate David, nisi forte eaus aliquo postea in turrim illam et vallem translata sint ossa Josaphat. Unde Cornelius à Lap. Comment. in Joel. 3, 2, ita ait: *Porrò vallis hæc nomen accepit à*

excisa et separata domus, duo cavata habet sepulcra. hoc est, Simeonis senis, et Josephi sanctae Mariae sponsi: in eadem valle S. Maria rotunda est Ecclesia, lapideo tabulatu discreta, cuius in superioribus quatuor altaria, in inferioribus unum habetur in orientali plaga, etc. Præterea Rabbi David, tametsi chaldaei interpres interpretationem de nomine Josaphat, quod interpretatur *judicium Domini*, non rejicit, de valle tamen sic nominatio in hebreo verba scribit: *Hæc porrò vallis erat regis Josaphat, et fortassis ibi adiudicata, aut aliquod opus gesserat, ut propter nomen ejus retinuerit, vicinaque est urbi Jerusalem.* Certum ergo ex his auctoribus vallem aliquam fuisse, que dicitur Josaphat, quamvis non sit prorsus certa causa hujus nominis. Accedit, quid, quamvis interpres chaldaeus cit. loc. vocem Josaphat int̄ rpretetur in sua versione, *judicium Domini*, tamen S. Hieronymus in sua Versione latīna, et 70 interpres in sua versione græca loc. cit. retinēre vocem Josaphat innuitam, satis manifesto indicio, quod judicari, eam hic esse nomen proprium, et vallem Josaphat esse locum certum et definitum, tametsi vox Jo ap. at secundūm versionem litteralem significet *judicium Domini*; sicut multa nomina propria in quavis lingua possunt aliquid aliud latius patens, genericum aut specificum significare. Sic nomen hebreum Jonas significat columba; nomen David significat dilectus, etc. Denique adde, quod il qui hebreo scimus, ex ipsa compositione et terminacione nōrint, Josaphat esse nomen proprium, nōquæ ac Josias, Joannes, Jo-sue, etc., prout etiam Cornelius à Lap. observat.

436. Corollarium. Ex dictis etiam patet, rejiciendam esse doctrinam Lutheri numero precedet. recensitam, dum ait, vallem Josaphat Joel. 3, 2 et 12, significare Ecclesiam christianam. Neque id evincit Lutherus ex paritate, quam affert, de valle Achior, ita argumentande: Vallis Achior Oseea 2, 15, Ecclesiam significat; ergo etiam vallis Josaphat loc. cit. apud Prophetam Joelē significat Ecclesiam christianam. Nam negamus suppositum, quod vallis Achior Ecclesiam significet. Ut enim Cl. Widenhofer ostendit, vallis Achior in hebreo idiomate significat *vallum perturbationis, ab achar*, juxta nomenclationem à Josue cap. 7, 24 et 25, impositam. Quod si Lutherus cum suis sequacibus velit, Ecclesiam suam esse talem vallum Achior, libenter annouis; sed quod hæc vallis verum Christi Ecclesiam significet, negamus et pernegasum. Ceterum, etiamsi vallis Achior cit. loc. Ecclesiam significaret, nondūm tamen inde sequeretur, quod etiam vallis Josaphat, Joel. 3, 2 et 12, secundūm sensum litteralem Ecclesiam Christi significet, et non locum seu vallem certam et definitam, quæ erit locus extremi iudicii. Contrarium enim contextus clarae indicat, et à

Josaphat rege, quod eam ipse insigni titulo et fabrica, r. g., arcu triumphali post victoriam de Ammonitis et Idumaeis ornavit; vel quod in eā mausoleum illi erexit sit, pulchra pyramidē insignitum, ut tradidit Beda et Saligiacus; ficit enim Josaphat sepulcrum sit in Sion, nō dicitur 2 Paral. 21, 1, tamen mūsæolum ei erigi potuit in hæc valle, in quam forte eius ossa translata sunt.

nobis partim jam ostendit, partim in sequentibus dubius questionibus amplius demonstrabitur.

447. Queres IV: *Utrum in valle Josaphat, quæ jacet ad pedem montis Oliveti propè urbem Jerusalēm, futura sit extremum iudicium?* Resp. affirmativè. Quoniam enim hæc res non sit dogma fiduci, tamē, ut S. Tho mas (1) cum Dominico Soto (2) et aliis docet, probabile aut probabilitas est, in nominato loco seu valle extremum iudicium futurum. Ratio est, 1° quia plane si videtur esse sensus literalis verborum Joel. 3, 2 et

12. Cū enim Propheta Joel ibi de die extremi iudicij loquatur (ut est certum iuxta sensum PP.), et locum iudicij signet nomine noto vallis Josaphat, quod nec 70 Interpres, nec Hieronymus in suis versionibus mutare volerant, aut interpretari, eur negemus verè in eo loco futurum illud iudicium? Cur sensum rejecimus verbis ipsis optimè conformem, ex quo nihil incommodi sequitur? Imò addit Ribera et al: *Quæ fronte (hunc sensum) rejicere possumus?* Cū enim sensus hujusmodi occurrit, illa est sine dubio historicus; quod nō teneamus, nihil ferè certum aut exploratum habebimus in Scripturis. 2° Præterea locum aliquem iudicij extremi futurum esse, nemo orthodoxorum est, qui ambigat, nec potest illa probabilitate fingi, hunc futurum extra Judeam. Si autem in Judea locus illerit, eur ergo alibi potius, quam in valle Josaphat, quæ et ad radices montis Oliveti, ex quo Dominus in cœlum ascendit, et in quem locum Angeli eum redditum ad iudicium satis clarè indicarunt, act. 1, 11, dicentes: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Hic Jesus, qui assumptus est à robis in cœlum, sic venit, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* 3° Vallis Josaphat, ut jam sèpè diximus, est iuxta Jerusalēm; iudicium autem extremum erit in loco vicino Jerosolymæ, ut colligit ex eo, quia Propheta Joel cap. 3, loquens de hoc iudicio, vers. 16, subdit: *Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalēm dabit vocem suam.* Et profectò, cùm Christus Hierosolymis vixerit, docuerit, miracula fecerit, iudicatus et occisus sit; ac in monte Oliveti, qui valli Josaphat inninet, gloriam et maiestatem suam ascendens in cœlum ostenderit; decet omnino et convenit, ut in vicinitate Jerosolymæ iudicet incredulos, et inobedientes sibi, qui tante ejus charitati, doctrine et miraculis, quibus doctrinam suam coelestem esse, sequāt Deo missum Messiam et Salvatorem probavit, credere et obire noluerunt. Justum enim est, ut ibi Christus iudex sue glorie maiestatem ostendat, ubi sumnam ignominiam sustinuit;

(1) Verba doctoris Angelici in 4, dist. 48, q. 4, art. 4, quæstioncula 4, sunt haec: *Ad quartam quæstiōnēm dicendum, quod qualiter illud iudicium sit futurum, et quomodo homines ad iudicium convenient, non potest multum per certitudinem sciri, tamen probabilitas potest colligi ex Scripturis, quod circa locum montis Oliveti descendit, sicuti et inde ascendit, ut idem ostendatur qui ascendit, et qui descendit.*

(2) Verbi Dominici Soto in 4, dist. 47, q. 1, art. 4, sunt ista: *Hac t meo non obstante opinione, tanquam longè probabilitas statutor conclusio, quod iudicium celebrandum sit in valle illâ Josaphat, quæ jacet ad pedem montis Oliveti versus urbem, scilicet Jerusalēm.*

utque ibi judicet, ubi iudicatus est, et vindictam summat de suis persecutoribus, aliisque omnibus qui suo sanguine uti noluerunt. Ita cum S. Thomā loc. cit. Lyranus, Vatab., Mariana, Dominic. Soto, Paludanus, et passim alii scholasticæ, ac nominatim Suarez (1).

148. Dices : Si locus ille aptior Christi glorie, iudicioque videtur, in quo ipse accusatus et damnatus est, tunc judicium extremum non in valle Josaphat, sed in prætorio Pilati, vel in monte Calvariae, aut saltem in Jerusalem esset instituendum; quia in prætorio Pilati fuit morti adjudicatus, et in Calvarie loco sententia iniusti hujus judicij fuit executioni data. Resp. 1^o: Sive Christus in extremo iudicio sedeat supra urbem Jerusalēm, sive supra montem Oliveti aut Calvariae, sive, quod probabilius est, supra vallem ipsam Josaphat, in aestimatione morali semper verum erit, quod ibi, ubi iniuste condemnatus et morti addicctus est, orbe sit judicaturus ; nam loca ita urbi vicina quasi ejusdem urbis suburbana existimantur. Audimus Riberam ad allatum objectionem his verbis respondentem : Mibi ita videtur respondendum. Sive Dominus supra ipsam urbem sedeat, sive supra montem Oliveti, sive, quod magis arbitror, supra vallem ipsam Josaphat.... supra Jerusalēm sedeat ; nam loca ita urbi vicina quasi ejusdem urbis suburbana existimantur. Quare recte postea ait : Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalēm Dabit vocem suam. Sed aptissimus locus est vallis Josaphat, » etc. Resp. 2^o cum S. Thomā et aliis, rationem, cur Christus orbem judicaturus non in prætorium Pilati, aut urbem Jerusalem, vel montem Calvariae descensurus sit, sed potius supra montem Oliveti et adjacente vallem Josaphat, esse hanc, quia Christus, quanvis passus sit in formâ passibili et humili, venturus tamen est cum majestate et gloriæ splendore ; et ideo non descendet in locum quo passus est et condemnatus, sed ad illum unde gloriosus ascendit. Ad secundum, dicendum, inquit doctor Angelicus loc. cit., quod, quamvis Christus per hoc, quod iniuste iudicatus est, iudicariam potestem mercurit, non tamen judicialiter in formâ infirmitatis, in qua iniuste iudicatus est, sed in formâ gloriose, in qua ad Patrem ascendit ; unde locus ascensionis magis competit iudicio, quam locus ubi condemnatus est. »

Sed aīs : Mons Oliveti et vallis Josaphat non sunt idem locus; ergo si Christus iudex descendet supra montem Oliveti, iudicium extremum non erit in valle Josaphat. — R. verbis Dominic. Soto (2) ita hanc objectionem diluentis : Respondetur, quod cum valles ad pedem monticuli (i. e., montis Oliveti) extendantur, conjectur, quod Christus in latere, vel in eacumine montis in aere sedebit, unde à cunctis electis conspici possit : qui itidem circa ipsum in aere sublimes erunt; et in valle subtus erunt damnati in terrâ.

Instabis : Vallis Josaphat non potest capere multitudinem omnium hominum ultimâ illâ die iudicant-

dorum; ergo manet argumentum. — Resp. : Ad hanc instantiam in sequenti questione mox respondebimus.

149. Quires V : *An veri speciem habeat, aut alicui verisimile fieri queat, quod vallis Josaphat capere possit multitudinem omnium hominum iudicandorum?* Resp. : Elians extremum iudicium in valle Josaphat futurum sit, necesse tamen non est assere, hanc vallem esse tam spatioam, ut omnes homines iudicandos capere valeat, prout S. Thomas (1) cum aliis jampridem observavit. Nam, ut Dominicus Soto, doctrinam doctoris Angelici secutus, recte ait loc. cit. : « Quoad electos nulla est difficultas. Cum enim per potem agilitatis sint in aeren sublevandi, poterunt alii alii sublimius elevari. Quâ utique ratione in parvo spatio respectu terre possunt omnes aeren replentes existere. Damnatos verò non est necesse omnes intra vallis spatium intercludi, sed erit vallis plena, et circumiacentia loca, quanta illis capienda sufficient. Nam etsi humanitatem Christi visuri sint omnes, tantus tamen erit splendor supernaturalis Christi, ut à quâ maximâ distantiâ videri possit. »

150. Dices : Ipse Petrus Lombardus episcopus Parisiensis (alio nomine Magister Sententiarum dictus) opinionem illorum qui verba Joelis cap. 3, v. 2, sic intelligunt, quod Christus in valle Josaphat descensurus sit ad iudicium, appellat puerilem (2); ergo haec opinio deferenda est.— Resp. 1^o : Nostram sententiam de loco iudicij extremi expressè tenent S. Thomas et hujus sectator Dominicus Soto, et quidem ibi, ubi citatum textum Magistri Sententiarum explicant, ut ex dictis manifestum est; ergo nostra haec sententia non est contraria Magistro Sententiarum. 2^o Magister Sententiarum loc. cit. illorum tantum op̄ionem appellat puerilem, qui citatum textum Joelis hoc sensu accipiunt, quod Christus in ipsam vallem Josaphat descensurus sit, et non tantum in aeren supra hanc vallem. Vult nimis Magister Sentent. et recte quidem (3), quod Christus iudex nondescensurus sit in ipsam vallem Josaphat, sic enim à tot hominum millionibus in personâ sua videri non posset, sed descendet in aeren huius valli et monti Oliveti incumbentem et vicinum. Sedebit enim in nube lucida et gloriose. In v. lle verò locisque ei vicini consistent homines iudicandis, circumstantibus angelis ; sed electi et beati rapientur in nubibus obriam Christo in aera, ut ait Apostolus. Atque hanc ipsissimam doctrinam etiam Magister Sentent. nobiscum tenet; audiamus propria ipsius verba loc. cit. Ita loquentis : « Putant quidam Dominum descent-

(1) In 4, dist. 48, quest. 1, art. 4, questione 4; ubi doctor Angelicus ita ait : *Ad primum ergo dicendum, quod magna multitudo in parvo spatio comprehendi potest : sufficit autem ponere quantumcumque spatium circa locum illum ad capendum multitudinem iudicandorum, dummodo ab illo spatio Christus vide se posse, qui in aere eminet, et maxima claritate r. fulgens a longinquo inspici poterit.*

(2) L. 4 Sententiarum, dist. 48, art. de loco iudicij.

(3) Vide Cornelium à Lap. Comment. in Joel. 3, 2.

(1) 3 p. quest. 57, a. 6, disp. 53, sect. 3.

(2) In 4, dist. 47, quest. 1, art. 4.

suram in vallem Josaphat in judicio, eò quòd ipse per Joclem prophetam sic loquitur: *Congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Josaphat, et disceptabo ibi cum eis.* In cuius capituli expositione ita reperi. Hoc quidam pueriliter intelligunt, quòd in valle, que est in latere montis Oliveti, descendens sit Dominus ad judicium, quod frivolum est. Quia non in terrà, sed in spatio hujus aeris sedebit contra locum montis Oliveti, ex quo ascendit... Josaphat autem interpretatur judicium Domini. In vallem ergo Josaphat, id est, judicij Domini congregabunt omnes impii. Justi verò non descendent in vallem judicij, id est, damnationem; sed in nubibus elevabuntur obviā Christo. Ex quibus verbis Magistri Sentent. manifestè patet, quòd eamē nobiscum sententiam docuerit de loco extremi judicij, quam dein S. Thomas, et alii theologi et interpres Scripture communiter secuti sunt.

151. Corollarium I. Li qui universale judicium in valle Josaphat futurum docuere, ant cum D. Thomā et communī aliorū docent, hanc suam assertionem nunquā eo sensu intellexere, quòd vallis Josaphat omnes judicandos homines ambitu suo conclusura sit, sed solum, quòd hæc vallis sit velut centrum futurum immense illius multitudinis hominum congregandorum, juxta illud Joel. 3, 12: *Consurgant et descendant gentes in vallem Josaphat; quia ibi sedebo ut judicem omnes gentes in circuō, sive, ut paraphrasis chaldaica habet, ut judicem omnes gentes circumvici.*

Corollarium II. Hoc sensu intellecta nostra sententia faciliè explicatur, quomodo omnes gentes congregande sint coram Christo judge in valle Josaphat universale judicium instituente; ut ex dictis abunde liquet, et ex eo, quia Cl. De Feller (1) contra regium architectum castrensem (ingénieur) et geographum D. Joulain (2) facto calculo demonstrat, quòd spatium quadratum 100 italicorum milliarium (seu circiter 50 gallicorum aut 25 germanicorum milliarium) sufficiat capiendis omnibus hominibus, qui ab Adamo usque ad annum mundi 6000 seu per sex millia annorum extitère et existent.

Corollarium III. Non est necesse ut amplectatur sententiam Origenis, et aliorum, qui teste Calmeto negant, gentes in valle Josaphat congregandas ad judicium, et censem, populos potius super universam terram congregandas, et fulgore Fili Dei similem futurum splendori fulminis, qui temporis momento eodem in omnes emicat terras. Non est, in quaui, necessarium, hanc sententiam adoptare. Communior enim altera sententia de loco judicij, nimis de-

judicio in valle Josaphat instituendo, quam hactenù propugnavimus, nihil absurdū aut implicatoriū continet, si eo modo, quo supra diximus, explicetur.

CAPUT III

De Amos.

Amos, hebr. אָמֹס, h. e., *oneratus* (1), alias ab illo Amos עִמָּן, qui fuit pater Isaiae prophetæ, erat de tribu Juda, unus in *pastoribus de Thecue*; quod oppidum sex millibus, ad meridianam plagam à Bethel abest, ut ait S. Hieronymus; et quidem armentarius, h. e., opilio, ut pariter ait Hieronymus. Prophetavit ad regnum Israel, seu ad decem tribus; obiter tamen etiam ad Judam, et ad alias gentes. Israeli captivitatem prenuntiat assyriacam, Judæ Babylonicam; mixtis hinc inde ketis prenuntiis de Messia, qui libertatem, pacem, omnemque prosperitatem, et quasi aureum seculum in orbem invehat. Dūm in Samaria et Bethel idololatras interprebat, ab Amasiā sacerdote idololatrā variè afflictus, tandem per filium ejus Osee tempora vecte transfixus est, ac semivivus in Thecue decepsus, post paucos dies ex vulnere occubuit (2). Sanctorum Catalogo adscriptus legiū martyrologio romano, 31 martii.

152. Queres I: *Quomodo verum sit illud Amos 5, 25 et 28: Numquid hostias et sacrificium obtulisti in deserto quadraginta annis domus Israel?* h. e., non obtulisti: *Et portasti tabernaculum Moloch vestro et imaginem idolorum vestrorum,* etc.; cum tamen nemo negare possit, in deserto ab Israelitis (Exod. 24, 5, item Levit. 8, 1, 2 et seq.) Domino oblata fuisse sacrificia? Resp.: Dist.: Nemo negare potest, in deserto ab Israelitis Domino oblata fuisse sacrificia primis duobus annis, conc.; residuo tempore peregrinationis per desertum, nego. Nam post caput 10 Leviticū, toto reliquo Leviticō, Numeris et Deuteronomio nusquam legimus Israelitas sacrificasse; adeoque post erectionem tabernaculi, et consecrationem Aaronis et filiorum ejus, sacerdotes nunquā vel raro obtulerunt Deo sacrificium in deserto per 38 annos et ferè undecim menses (3); sicut in eodem deserto nec circumcisio fuerunt, ut constat ex Josue c. 5, v. 7. Ratio utriusque potuit esse, quia semper incerti, quādū subsistere licet, ad omnem cōcumē mībis motum movere castra debebant; vel id non fecerunt ob continua murmurā, molestias itinerum,

(1) Nominis hebraici Amos non una omnium est interpretatio. Nam juxta S. Hieronymum (Praefat. in Amos) et Tirinum (Praefat. in Amos) hoc nomen significat *Populus avulsus;* juxta Xav. Widener (Praefat. in Amos) et Franc. Haselbauer (in Lexico hebraico-chaldaico), significat, *oneratus*, et quidem juxta Haselbaurianam expositionem, *oneratus lingua*, sive *blasus.*

(2) Ita de mortis genere, quo Amos Propheta obierit, testantur Epiphanius de Vitâ pro. c. 12; Isi. de Vitâ et Morte SS. c. 45; Dorotheus Synops. cap. 2; Chronicus Paschal. p. 147; Martyrol. roman. ad diem 31 martii. Alii tamen alter loquuntur de genere mortis, quo hic S. propheta obierit.

(3) Vide Tirinum Comment. in Amos 5, 23; item in ejusdem interpretis Chronicō, c. 19 et 20.

(1) In Philosoph. Catechismo, n. 468 et 469, tom. 3, pag. 91, 99, edit. Lœd. an. 1805.

(2) D. Joulain demonstrare (sed frustra) conatus est, quid universalis resurrectio mortuorum in nostro orbe terrarum possibilis non sit, sed longè major seū spatiōsior globus terrestris creandus sit, si omnes omnium seculorum homines resurrectos capere debet. Hujus auctoris hæc de re dissertatio, seu putativa demonstratio, extat in Encyclopédico Diario (Journal), sept. 1770, pag. 267.

defectum pecorum, etc., quod inde colligimus, quia Deus apud prophetam Amos cit. loc. Israelitis negligenter cultus divini exprobrat, et ut Tirinus (1) exponit, ad eos re ipsa intendit dicere : « Vos, o Israëlite ! per 40 annos in deserto non sacrificastis ; interim tamen sat otii, sat animi, vobis tum erat ad portundum tabernaculum idoli Moloch, et victimis eidem instruendum, » etc.

Dices : Juxta modò dicta, Israëlit in deserto tantum per 58 annos et ferè undecim menses à sacrificiis Domino offerendis abstinnerunt; non autem per integrum 40 annos, prout tamen apud prophetam Amos cit. loc. dicitur : ergo veritas hujus loci non salvatur. — Resp. : Cone. and., neg. cons. Nam, ut Tirinus, Cornelius à Lap. aliquique interpres, Comment in hunc locum, recte observant, mos est tam nobis, quam ipsi etiam S. Scripturæ usitatis, quo numerum integrum ac rotundum solet ponere, levem excessum vel defectum ferè negligendo. Sic Judic. 9, 5, dicitur Abi melech occidisse septuaginta fratres, filios Gedeonis, cùm fuerint tantum sexaginta novem : nam unus, puta Joathan, fugit elapsus evasit. Sic passim dicimus 70 Interpretes, item 70 discipulos Christi, cùm fuerint septuaginta duo. Similiter ergo apud Prophetam Amos loc. cit. vocantur 40 ambi, cùm fuerint tantum 38 et ferè undecim menses. Ita Tirinus, Cornelius à Lap., aliqui in cit. locum dicti prophete.

453. Corollarium. Errant Tindalius et Voltaireius, quibus in cit. loco prophetæ Amos non videtur alius subesse sensus, quam Israëlitas toto 40 annorum tempore in deserto, Deo nunquam sacrificasse. Contrarium constat ex dictis. Scriptis etiam de cit. loc. prophetæ Amos auctor Epistolarum Judaicarum ad dominum de Voltaire, pagina 206, affirmaisse omnia, que hæc de re fusè exequitur, à Lelando allisque Anglis hausisse, qui impium Tindalium confutassent.

454. Quares II : « Quomodo Amos (cap. 7, v. 14) cum veritate dicere poterit : Non sum propheta ; cùm mox vers. 15 addat : Dominus dixit ad me : Vade, propheta, ad populum ? An non esse propheta, et tamen prohetare, nullam involvit contradictionem ? » Resp. : Septuaginta interpres habent : Οὐκ ἐγώ προφήτης εἰδένατο προφήτου, διὸ ἀπέστειλος ἐγώ, καὶ κατέβησα. Non eram propheta, neque filius Propheta ; sed caprarius eram, et vellicans sycomoros. Ceterum allati in praesenti questione textus sensus est : Non sum propheta, scilicet ex primâ meâ institutione et professione, q.d.: Ordinarium officium meum non est propheticarum ; sed pascere armenta ; Dominus tamen ab his me avocavit, ut prophetem populo Israel, qui peracto rursum redditurus sum ad mea armenta. Ita Cornelius à Lap., Tirinus, Menochius, et alii.

455. Quares III : « Quid de expositione Amos cap. 8, v. 11, ubi dicitur : In die illâ suscitabo tabernaculum David, quod cecidit ; et redificabo aperturas murorum ejus, et ea quæ corruerant, instaurabo ; et redificabo illud sicut in diebus antiuis ; quid, inquam,

de expositione horum verborum, quam famosus aucto libri Horus dicti pag. 508 et 509 adferit, sentiendum sit. » — Resp. : Hæc expositiæ, seu potius reflexiones ab impiis isto auctore in citata verba prophetæ Amos factæ sunt fabulose, impie, false, et gratis confiteat, quæ ex germanico idiomate in latinum translate, ita sonant : « Etiam hoc effatum (prophetæ Amos) Apostoli de erectione regni Magistri sui interpretabantur, quamvis illud Amos more aliorum vatum (vult, ut reor, dicere, aliorum prophetarum V. T.) mutuaverit ab ethniciis astrologis, qui domum David minime curabant, sed potius restaurationem donorum celestium... quæ à profanis planetariis diis destrucere fuerant. E contrario Amos existimat, celestes seu regias domos esse tabernaculum David, ei inde protulit supra citatum vaticinium, quod tamen nunquam impletum est, quia ipsius (i. e., prophetæ Amos) natio (nempe Judei) tempore captivitatis Babylonicae fermè semper sub iugo incircumcisorum oppressi detinebantur. Verum quis non videt, auctorem libri Horus dicti, hic more suo asseverare id, quod nec verbo probat, scilicet prophetam Amos suam prophetiam, cap. 9, v. 11, ab ethniciis astrologis mutuam sumpsisse ? Præterea falso supponit, quod citatum vaticinum Prophetæ Amos intelligendum sit in sensu carnali Iudaicorum de restauratione regni terreni domus David : cùm tamen ipse S. Jacobus, Act. 15, 13, 18, illud explicet de regno spirituali Christi seu Ecclesiæ christiane, in concilio Hierosolymitano dicens : « Viri fratres, audite me. Si mon narravit (nempe S. Petrus), quemadmodum primùm Deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo. Et huic concordant verba prophetarum, siue scriptum est (minimam Amos 9, 11 et 12) : Post haec revertar, et redificabo tabernaculum David, quod decidit ; et diruta ejus redificabo, et erigam illud ; ut requirant cæteri hominum Dominum, et omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens haec. » Porro notissimum est, Jacobum his verbis Petri sententiam confirmare voluisse, nempe gentiles ad Evangelium fuisse vocandos, ut in unum Ecclesiæ corpus cum electis Iudeis coalescerent. Sententia enim Petri in concilio Hierosolymitano, ibid. 7, 10, hæc fuit : Viri fratres, vos scient quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audiens gentes verbum Evangelii, et credere. Et qui norit corda Deus testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum, scilicet et nobis, et nihil discrevit inter nos et illos, sive purificans corda eorum. Ad quod effatum Petri Apostolus Jacobus cit. loc. provocat, dum allegatam prophetiam Amos de spirituali regno Christi, i. e., de Ecclesiæ Christi ex Iudeis et gentibus congregandâ interpretatur. Rectissimè ergo hic scripsit Hieronymus : Ubì Apostolorum præcessit auctoritas, maximè Petri et Jacobi, quos columnas Ecclesiæ cas electionis vocat, Galat. 2, 9 ; ibi omnis variae explanationis tollenda suspicio est, et quod à tantis viris exponitur, hoc sequendum. Certe nemo non aene mentis videt, expositionem citatae prophetæ Amos, quam S. Jacobus cit. loc. facit, esse sibi

(1) Vide supra, num. 5, 57, 84, 143, 144.

pietatem et magis fundatam, quam vanam illam, deliram et impiam suspicionem, nullis argumentis probatam, quod Amos ex ethniorum astrologorum fabulis suam illam prophetiam consarcinaverit.

Ceterum, si memoratum vaticinium prophetæ Amos non in sensu carnali seu Judaico de restaurazione terreni regni, sed in sensu sublimiore de spirituali Christi regno intelligatur, prout intelligendum esse, et S. Jacobus Apostolus loc. cit., et interpretes (1) doceant; tunc Horo probandum restat, quod idem vaticinium non sit implutum. Certè regnum Christi, seu Ecclesia de facto existit, et aeternam triumphans in cœlo existet.

CAPUT IV.

De Abdie.

Abdias hebr. אַבְדִּי, h. e., servus Dei, ex Idumæa oriundus erat, inquit Rabbi Salomon et Rabbi David, incertum quo tempore. Sed alii omnes tradunt fuisse Judeum, et quidem Sichimitan (2). Argumentum prophetæ ipsius est: 1^o Predicit Idumæis afflentibus Judæam excidium; 2^o Salutem in Sion. Habet caput unicum. Quamvis autem brevissimus sit omnium prophetarum numero verborum, gratia tamen mysteriorum cuivis aquilus est: Unde S. Hieronymus, Comment. in Abdiam, de eo ait: *Propheta parris suppuratione versuum, non sensum.* Porro vita sanctitate claruit, et sanctorum Catalogo in Martyrologio romano adscriptus est 19 novembris.

156. Quares I: Quid Abdias (vers. 20) his verbis: « *Et transmigratio Jerusalem, que in Bosphoro est,* » possidebit civitates austri, significare voluerit. Qualis sit illæ Bosphorus? ubi illæ civitates Austri? » Resp. et dico, sensum esse hunc: Judei, qui in captivitate Babylonica in Bosphorum translati sunt, inde cum ceteris Judeis Babylone rediuntibus revertentur, et possidebunt civitates Austri, puta Judeæ captiæ patriæ sue, quæ respectu Babylonis est australis. Porro Bosphorus, in quem à Nabuchodonosore captivi Judei translati sunt, vel fuit Bosphorus Thracius, ut S. Hieronymus, Sæ et Mariana volunt; vel, ut quidam alii censent, Bosphorus Cimmerius in introitu Maeotidis paludis, ubi finis seu terminus erat imperii chaldaici, et horrida atque aspera regio, et secundum Homerum poetam sedes inferni. Plurimi enim eò relegabantur (quidni et Judei?) ad metallæ et marmora effodienda. Sive denique Bosphorus Hispanicus, sive Gades ad fretum Herculeum, ut vult Chaldaeus, Syrus, et ulti- que Arabiens, et plurimi Rabbini; item Lyranus, Paganus, Arias, Vatibus, Cornelius à Lap. pluresque alii; favetque Josephus lib. 11 Antiq. cap. 11, asserens Nabuchodonosorem post excisam Jerosolymam subjugassæ Hispaniam; unde non vana conjectura est, plures Judeorum eò translatos fuisse. Certè Rabbini

(1) Vide Riberam, Cornelium à Lap., Xav. Widenhofer, aliosve interpretes, Comment. in Amos 9, 11 et 12.

(2) Plura de hoc prophetâ vide apud Tirinum aliosque interpretes, Praef. in Commentarium ejusdem prophetæ.

ubicumque sint, Hispaniam vocant, TEB, sepharad, quæ vox hebreia loc. cit. Abdie loco Bosphorus (1) posita est.

CAPUT V.

De Jona.

Jonas, hebr. יֹנָה columba, ex Geth oriundus, non illâ Phœlisthinorum, sed aliâ, quæ est in Opher, ut ait Scriptura, 4 Reg. 14, 25, et pertinet ad tribum Zabulon, Jos. 19, 13, synchronus erat Osœcæ, Joeli, Amos et Abdie. Eodem etiam tempore paulò ante initia urbis Romæ, vixit Sardanapalus, Assyriorum rex ultimus in Ninive, totus effeminatus, ad cuius metropoli in Jonas missus, incolas ad penitentiam ita cohererit, ut Deus penam distulerit; quam tamen ingravescientibus iterum vitiis, tandem infelix, ut etiam Tobias, cap. 14, v. 6, predixit: *Propè est interius Ninive, non enim excidit verbum Domini.* Fuit quoque Jonas typus Christi sepulti ac resurgentis, ut Christus ipse, 1 Matth. 12, 39, 40, ait. Colitur ut sanctus in Martyrologio romano 21 septembri.

157. Quares I: *Et surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis à facie Domini;* eum tamen Jonas, utpote propheta, sciverit, « Deum ubique esse, adeoque neminem à facie Domini fugere posse? » Resp.: Propheta Jonas utique non potuit fugere ab omnibus presentiâ Dei, et probè sciebat Deum, qui fecit mare et aridam, Jon. 1, 9, ubique esse; attamen fugit à ministerio et imperio Dei. Renuit nemippe hec in Ninivent, timens, n̄t Deus infinitè clemens ad Ninivitarum penitentiam reconciliatus, prænam intentatam remitteret, ut ait ipsimet (2), siquicunque quasi falsus propheta irrideretur. Fugit ergo Jonas à facie Domini in dissatas regiones, non quæ putaret, se ibi Deum latere posse; erat enim propheta. Sciebat ergo Deum esse ubique, et omnipotens; sed quod speraret, Deum se ita profugum et renitentem, ex remissimis illis regionibus non revocatum, nec remissimum in Ninivem (3).

158. Quares II: « 1^o Qualis fuerit ille pisces tam grandis, ut Jonah (Jon. 2, 1 et 11) deglutiaret, ac postea evomeret in aridam? An fuerit balena, vel aliud monstrum marinum? 2^o An verisimile sit, quod pisces tam grandis littori adeo appropinquaverent, ut hominem in aridam evomere potuerit? » Resp. ad primum: Licet permuli putent, pisces hunc, qui glutivus Jonah, fuisse balenam, negant tam id Rondeletius (4), Aldrovandus (5), Pineda (6),

(1) Vide Cornelium à Lap., Comment. in hunc locum Addit.

(2) Jon. 4, 2, ubi afflictus Jonas, quia vaticinum suum adversus Ninivem videbat non impleri, ita ad Deum oravit: « Obscero, Domine, numquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupavi, ut fugerem in Tharsis. Scio enim, quia tu Deus clemens et misericors es, patiens et multe miserationis, et ignoscens super iniquitatem. »

(3) Vide Cornel. à Lap., Comment. in Jonah 1, 3.

(4) L. 13, de Pisibus, cap. 12.

(5) L. 5, de Pisibus, c. 52.

(6) L. 4, de Rebus Saloni, c. 12.

et alii complures, præsertim recentiores, eà maximè de causa, quòd balena arctiori sit gutture, nec facilè hominem integrum deglutire possit. Verùm id intelligendum est de parvis et communibus balenis. *Nam* *majores*, ait Cornelius à Lap., *sunt instar montium,* *que facili homines et boves integros deglutiunt.* Et tales, tam proceræ balenæ, licet rarores, dantur etiam in mari Mediterraneo, in quo Jonas navigavit. Certè S. Augustinus (1) agens de ore ceti Jonam deglutientis, et hanc historiam contra Porphyrium, qui eam ut fabulosam irrisit, defendens testatur, Carthaginæ (quæ urbs mari Mediterraneo adjacebat) ingentis ejusmodi balenæ skeleton aspectu terrible suo tempore publicè spectatum fuisse. Verba S. doctoris loco citato sunt: *Ut enim omittam commemorare, quanta magnitudo belluarum ab eis qui experti sunt, indicetur, venter, quem costæ illæ muniebant, quæ Carthaginæ in publico fixæ populo nota sunt, quot homines in spatio suo capere posset, quis non conjiciat, quanto hiatu patebat os illud, quod velut jonus speluncæ illius fuit?* Præterea, teste Lexico Universalí Lipsiensi (2), Georg. Fornier, in suâ Hydrographiâ, narrat quòd duo homines in ventre illius balenæ inventi fuerint, quæ in mari Mediterraneo in litus hispanicum Valentiae ejecta est. Quare nulla est necessitas negandi, pisces, qui Jonam deglutivit, fuisse balenam; prout etiam memoratum Lexicon Univers. Lips. ibidem apertè fatetur.

Nolim tamen ideò rejicere sententiam Rondeletii, Aldrovandi, aliorumque suprà citatorum, quibus etiam Cl. Bullet (3) accedit, contendentium, bellum marinam, quæ Jonam deglutiit, non fuisse balenam, sed carchariam seu lamiam, i. e., canem marinum, germanicæ Hayfisch, Seehund, Seewolf, de quo Lexicon Universal. Lips., loc. cit., multa narrat. Censent ergo ipsi, ait Cornelius à Lap., de modò citatis auctoribus loquens, pisces hunc (qui Jonam deglutiuit) fuisse illum, qui carcharias... atque ab Iulis et Nicandro aliisque vocatur lamia, qui ingens est, voracissimus et anthropophagus, rictumque oris et guttur habet immane, prout ea depingit, et in imagine spectanda exhibet Aldrovandus, lib. 3 de Piscibus, c. 32. Carcharias enim sive canis, est galeorum omnium maximus, magnitudine thyrunos ipsos vincens, et in tantum aliquando excrescens, ait Rond-leitus, ut currui impositos, vix à duobus equis vehi possit.... Addit Rondeletius, vidisse se medium, qui mille libras ponderabat; Nicensest verò sibi testatos esse, refert Gillius, sese istiusmodi pisces ad quatuor millia librarum accedenteum cepisse, et in ejusdem ventre solidum hominem reperisse, et simile quid Massilienses sibi narrasse comprehendisse, inquam, se canem, in quo loricationum hominem invenissent. Vidi insuper Rondeletius in Santonico littore alium, cuius os et gula

(1) Epist. 49, quest. 6.

(2) Tom. 42, artic. *Hay, See-Wolf, See-Hund*, pag. 936.

(3) Réponses critiques, tom. 2, pag. 202, edit. an. 4819.

tantè erat vastitate, ut hominem etiam obesum comedere capere potuisset; inò verò si os canis marinæ ita hians conservetur..... canes terrestres illud intergredi, et ventriculum subire, ut pisces reliquias devoret. Hac de causa carcharias à nonnullis votatur lamia, ταρπά τοῦ λατρεύοντος, id est, à gulâ et gutture, eò quòd magnum et quasi immane guttur habet, sitque voracissimus.

Porrò, si his auctoribus, eorumque sequacibus obligatis, pisces, qui Jonam deglutivit, vocari ceterum, Matth. 12, 40, hoc autem vocabulum convenire balenæ, non verò carcharice seu cani marino, respondent, à S. Scripturâ non exprimi, qualis fuerit pisces illi grandis. Nam hebraicum *dag gadol*, grecum *κῆτος, ketos*, et latinum *cetus*, generaliter significant quemvis grandem pisces. Undè ceti nomen commune est ad balenes, physteres, orcas, pristas, lamias, ἄγριον, omnesque pisces prægrandes, maximè si ad deglutientes homines capacitatatem habeant. Hinc non nimirum, quòd carcharias à Galeno, Alciano et Oppiano, aliisque inter cete recenseatur.

159. Ad secundum facilis est responsio, si pisces, qui Jonam deglutivit, fuit carcharias seu canis marinus; is enim, ut Cl. Bullet, loc. cit., observat, potest hanc difficulter ad litus mari's peruenire. Ceterum etiam balena, quamvis ut plurimum in majore mari profunditate moretur, tamen jussu divino facile adigit potuit, ut in aridam prophetam evomeret; fermè sicut, Gen. 2, 19, Deus animantia adduxit ad Adam, ut videret quid vocaret ea; aut sicut ibid. 7, 9, ea ingressa sunt arcem Noe vel insito illis occulto motu, ut sponte accederent, vel adducta angelorum mysterio. Unde infirma et utilis est illa incredulorum objectio, dum aiunt, balenam non potuisse Jonam evomere in aridam; cum tam grandis pisces non potuerit littora appropinquare, ut hominem in aridam evomeret. Ceterum, etiamsi ad hoc opus fuisse miraculo, id veritati historie non obesset.

160. Scholion I. Juvat hic annextere quoddam factum lectu non injucundum, quod cum historiâ Jonas à monstro marino devorati, et iterum in aridam incolmis ejecti, aliquam analogiam habet. Narratur illud ab auctore anonymo (viro in naturalium rerum historiâ perquam eruditio, et medicina doctore) in libro recente edito, cui titulus: *Versuch einiger Unterhaltungs-Stunden*, etc. Edit. Augustan. 1792. Narratio autem ex D. Müllero desumpta, refertur in memorato libro (1) his verbis, quæ ex germanico in latinum translata, sic habent: « De Müller narrat de eo (i. e., de carchariâ seu cane marino) sequentem membrabilem historiam: Nauticus quidam anno 1758, procellosa tempestate ex navि in mare Mediterraneum (in quo etiam Jonas navigavit) miserè decidit. Illicet hic pisces (nempe canis marinus) aderat, et virum altâ voce opem inclamantem vasto oris sui hiatu exceperat, ac aliorum adspectui subduxerat.

(1) Pag. 506 et 507: Allwo von den Hayfischen (unter welchen auch carcharias oder der Seehund ist), abgehandelt wird.

¶ Sed quidam sociorum sine morā in navigolum de-
siliebant, misero opem latrui, et navarchus ipse, qui
hunc casum propriis oculis viderat, mox tormenta-
tum bellicum adversus monstrum illud marinum
explodi jussit, quod globo tormentarium tam feliciter
percussum est, ut nauticum illum humani hiati oris
sui devoratum evomeret adhuc viventem et modice
lesum, quem approperauit navigium exceptit; bella
verò illa marina laqueis irretita captaque est. Porrò
ejusdem monstri longitudo decepit cubitorum, lati-
tudo quatuor cubitorum, pondus trium milium du-
centarum et viginti quatuor librarum erat.... Igitur
baud mirum, quòd hujus generis anthropophagus
piscis olim etiam prophetam Jonam deglutiuerit. Ita
memoratus auctor anonymous ex D. Müllerio, hoc fa-
ctum in suā versione systematis naturae à Linnaeo
conscripti narrat part. 5, p. 268 et 269. Ceterum, Hollandi memoratum piçem seu hay-fisch appellant
Jonas-Haay. Plura de hoc referunt etiam in Historia
naturali Raffii, pag. 269 et 270.

161. Scholion II. Veritas tam grandis miraculi Jonae
à pisce devorati, et post triduum incolumis in aridam
ejecti statim per totum Orientem divulgata est, viden-
turque gentiles inde sumpsisse fabulam sui Herculis.
Teste enim Theophylacto (1) finixerunt, quòd Hercules
à balestia devoratus, et ex eā incolumis redierit,
nisi quòd depilatus fuerit ob internum bellum colo-
rem. Et Lycophon, in tragœdiā Herculis, tradit,
Herculem, cùm rediret ex Colchide cum Argonautis,
invento vellere a reo, tempestatem passum, et in
mare lapsum à pisce devoratum fuisse, ac post triduum
salvum ex eo in mare projectum. Audianus Salmero-
nen (2) hāc de re ita scribentem : « *Jonas teste Jo-
sepho (l. 9 Antiq. Judaic. cap. 11)* à ceto ejectus
fuit in aridam in Ponto Euxino (qui cum mari Me-
diterraneo communicat), terrā longè dissitā ab
Joppe, ubi navem: condescenderat, ut inde commode
posset pedestri itinere pervenire in Ninive metro-
polim Assyriae... Quod verò Lycophron tragœdus in
Herculis tragediā tradit, Herculem, cùm rediret ex
Colchide cum Argonautis, invento vellere a reo
tempestatem passum, et in mare projectum; arbit-
ror eum illud ex traditione Jonae in ponto Euxino
envioto à pisce accepisse, et in Herculis personam
transfluisse; cùm navigatio Argonautarum in ponto
Euxino fuerit. » Ita celeberrimus ille S. Scripture
interpreps Salmeron.

162. Quaræ III : 1° *An verisimile sit, quid ceti ven-*

(1) Comment. in Jon. cap. 2, ubi Theophylactus
xit : *Devoratur ergo à ceto Jonas, tresque dies ac toti-
dem noctes in eo permanet vates; quæ res omnem: acce-
dere fidem audiētibus videtur, maxime iis, qui ex Gra-
corum scholis... ad hanc historiam accedunt. Quos
equidem non satis demirari possum, qui fiat, ut habeat non
intelligant, cùm suis ipsorum aliis capitator. Apud ipsos
enim non nihil tale de Hercule narratur, nempe quid et
ipse à balestiā devoratus, incolumis remanserit, nisi quid
tantammodo depilatus redierit, idque ob ingenitum et in-
ternum bellum calidissimum. Aut igitur nostra suscipiant,
aut sua rejiciant.*

(2) Tom. 8. tractat. 17, pag. 153, edit. Colon.
an. 1602.

*ter calidissimum Jonam, ut alios cibos, non consumpse-
rit? 2° Quid respirationem et aeris frigidi attractionem
huc Prophetæ permisit? 3° Quid nidor ac fatore
suo olidissima eundem non examinari? 4° Quid non
vitæ tantum, sed et mentis compotem reliquerit, ita ut
in hoc angustissimo et incommodissimo carcere, spiritu
Dei afflatus, insigne et pium carmen (Jon. 2, 2, 11) Deo
cecinerit? — Resp. : Fatemur cum Cornelio à Lap., Ti-
rino alioisque, omnesque fateri debent, hic multa in-
tercurrisse prodigiosa, ac communes naturæ leges
superantia. Eadem nempe potentia, qua tres pueros
in fornace Babylonicā, et omnes infantes in materno
utero tot mensibus sine esu, sine frigidâ respiratione
illesos sovet, etiam Prophetam Jonam in ventre ceti
sauum integrumque servavit, inquit S. Hieron. et
Theophylactus. Malim ego sanè cum Ecclesiæ Patri-
bus, et orthodoxis interpretibus, sincerè fateri, hic
miracula intercessisse, quām novatorum nostrorum
aliquem imitari, quem audio, è incepti prolapsum ,
ut Jonam per triduum non in ventre ceti, sed in ho-
spitio divertisse dixerit, quod insigne ceti praetulerit,
sicut alia nostra hospitia seu camponæ insigne aquila,
agni, leonis, etc., præ se ferre solent. En ad que fa-
bularum potesta confugiant, qui, ne cogantur admittere
miraculum, omnia, que in sacris Scripturis
prodigiosa occurrent, naturali ratione explicare ni-
tuntur.*

163. Scholion. Nulla est narratio apud Prophetas,
que magis rideatur à novis philosophis, quām historia
Jonæ à pisce devorati. Tot enim dicteris (1) hic
nuntiat, tot absurdia in illius lectione se deprehendisse
arbitrantur, ut planè conelamatum putent de libris di-
vinis, totamque historiam pro fabula venditent. Imitantur in hoc patriarchas suos, gentiles philosophos,
alirosque veteres incredulos, qui pariter factum illud
Jonæ tanquam fabulam explodebant. *Hoc genus que-
stionis* (at S. Augustinus Epist. 102 in questione 6,
que est de Jonæ, num 50) *multo cachinno à paganis
gravior irrisus animadverteri*. Hinc etiam Theophylac-
etus, cuius verba supra retulimus, et S. Hieronymus,
cuius verba mox referemus, ejusmodi incredulos jam
suo tempore vehementer redarguebant. « Nec ignoro,
inquit modò laudatus S. Pater, quosdam fore, qui
bus incredibile videatur tribus diebus ac noctibus,
in utero ceti, in quo naufragia digerebantur, homi-
nem potuisse servari. Qui utique, aut fideles erunt,
aut infideles; si fideles, multò credere majora co-
gentur: Quomodo (Dan. c. 3) tres pueri missi in ca-
mino restauit incendi, in tantum illas lucerint,
et ne vestimenta quidem eorum odor ignis attigerit.
Quomodo (Exod. cap. 14) recesserit mare, et ad in-
star murorum hinc inde rigidum steterit, ut preberet
viam populo transiunt. Quomodo (Dan. cap. 6) tu-
manā ratione, aucta famæ leonum rabies prædam
sciam timens asperxit, nec tetigerit; et multa hu-

(1) Ille dicteris et objectiones incredulorum egre-
giæ ac fusè refutat Cl. Weisse, b ch in novâ formâ
Theologica Bibl. Tom. 2, lib. 4, quest. 50, pag.
271-278.

• jucemodi. Sin autem infideles erunt, legant quindecim libros Nasonis metamorphoseos, et omnem grecam latinamque historiam; ibique eorūt, vel Daphnem in laurum, vel Phaetonis sorores in populos arboreas fuisse conversas; quomodo Jupiter, eorum sublimissimus Deus, sit mutatus in cygnum... et cetera, in quibus ipsa turpitudine fabularum divinitatis denegat sanctitatem; illis credunt, et dicunt Deo cuncta possibilia. Et cum turpibus credant, potentiāque Dei universa defendant, eamdem virtutem non tribuant honestis. » Ita S. Hieronymus.

164. Quæres IV: *Cur ad evitandas memoratas difficultates non dicatur, Jonam in ventre ceti mortuum, et post triduum denud ad vitam resuscitatum esse.* — Resp.: Evidē sic quidam automārunt, sed male. Haec enim explicatio vim infert Scripturæ, quæ planè innuit Jonam prodigio in ventre ceti servatum.

Sed instas, ac dicas: Si Jonas in ventre ceti non esset mortuus, qui potuit exhibere figuram mortis Iesu Christi? Resp.: Non mors Servatoris cum obitu Jonæ comparatur, sed simile spatiū temporis, quo Christus sub terrâ, Jonas sub aquis in ventre ceti est detentus, juxta illud Matth. 12, 40: *Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corae terre tribus diebus et tribus noctibus.*

165. Quæres V: *An verisimile sit, quod gentilis rex Ninivitarum, et moribus corruptissimus ad adventum Jonæ (Jon. cap. 3) hominis exteri, peregrini, et alienæ religionis, statim se cum toto populo ad penitentiam converterit? Et profecto, si nostris temporibus vir. ceteroquin pietate, doctrinâ, aliisque prærogativis prædictis, summo fervore ac incenso zelo prædicaret penitentiam, ac alii civitatibus, ni respliceret, interitum brevi et determinato tempore eventurum prædiceret, num fidem inveneret, aut potius silere jubetur?* — Resp.: Non est comparatio instituenda inter nostra et illa antiqua tempora, in quibus homines audiendi oraculis assuefi erant, sibiique persuasum habebant, quod Deus vel dii non rarò alieni honori sui decreta de rebus futuris manifestet; in quibus etiam servis Dei, nimis Prophétis, aut apud ethnicos vatibus longo usu et traditione jus concedebat, ipsis adeò principibus et regibus molestissimas veritates nomine Dei aut deorum annuntiandi, cùm istiusmodi fatidicorum personam mortales magis Deum vel deos, quām hominem loquentem suscipient. Præterea, tanetis rex et populus Ninivitas perditissimis esset moribus, totusque luxu diffueret, motu tamen est ad credendum Jonæ per miraculum liberationis hujus Prophætæ à ventre ceti, quod idem Propheta eis narravit, quodque per nautas aut alios iam sparsum erat per totum Orientem; ut ex supra dictis faciliè colligi potest. Accessit (id quod caput rei est) interna Dei illustratio et inspiratio, quæ animos Ninivitarum movit ad credendum Jonæ et penitendum. Persuasit id ipsis etiam gravitas, prudenteria, pietas, abstinentia et sanctitas Jonæ, quæ planè ostendebant, eum non esse fatuum,

non levem, non mendacem, sed virum serium, prudentem, piūm ac fide dignum. Quibus omnibus persensis nemo sapiens iudicari poterit, omnino verisimile esse, quod rex Ninivitarum cum suo populo Jonæ ad penitentiam adhortandū fidem adhibuerit, ac obtemperaverit.

166. Quæres VI: *Quomodo veritas illius prophetæ (Jon. 3, 4): Adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur, salva consistere valeat, cum tamen Deus eidem civitati (ibid. 10) pepercit.* — Resp. illam Jonæ prophetiam de eversione urbis Ninive fuisse conditionatam, nimis rūm, ut Ninivites penitentiam egerint; quæ conditio cùm non impleta fuerit, sed Ninivite celere penitentiam egerint, mirum non est, quod Deus ipsis et eorum civitati p̄perciterit; prout jam alibi (1) explicavimus. Unde sensus illius commentatoris prophetæ à Deo per os Jonæ ad Ninivitas prolate erat. *Adhuc quadraginta dies expectabo vos, nuntiatis penitentiam acturi, et ni intra hoc temporis spatium resipseritis, urbs vestra subvertetur.*

167. Quæres VII: *Quomodo conservatio urbis Ninive ob Ninivitarum penitentiam à Deo induita, concordet cum prophetâ Tobiae morientis, qui filiis suis mandabat, ut ex Ninive fugerent, addens hanc rationem (Tob. 14, 13): Video enim quia iniurias ejus finem dabit ei, seu, ut 70 Interpretes habent, et nunc, fili, abi à Ninive, quoniam omnino erunt quæ locutus est propheta Jonas: vel, ut S. Hieronymus (in Proclamatio commentar. in Jonam) exponit: Scio enim, quæ locutus est Jonas propheta de Ninive, quoniam subvertetur? An, inquires, conservatio et subversio ejusdem urbis simul stare possunt?* — Resp. et dico, sententiam Dei de Ninivitarum excidio à Jonâ penitentiam, Ninivitis penitentiam agentibus, non fuisse penitus abholitam, sed suspensam duntaxat; ipsis enim ad sceleris sua redeuntibus, divina justitia laxavit manum suam, et exitum à Jonâ Ninivitis intentatum, et à Tobie predictum, eisdem inflixit.

Ut autem hoc magis intelligatur, sciendum est quod Jonas à Deo Niniven missus fuerit regante Sardanapalo, vel regante Phul patre Sardanapali. Regis autem civiumque penitentia feralem divinæ ultionis in urbem Ninivem sententiam distulit. Verum, cùm haec urbs iterum in pristinâ proruisset flagitia, Deo ordinante factum est, ut ab Arbace Medorum p̄fecto, atque à Beleso Babylonio, anno Sardanapali vigesimo ab orbe condito 3257, caperetur, qui in regis suis ædibus semet eum opibus, pellicibus et eunuchis suis concremavit, videns se jamjam in Arbaci et Belesi, à quibus obsidebatur, manus esse lapsarum. At urbi Ninive major adhuc imminebat calamitas, quam praeter Tobiam etiam propheta Nahum, cap. 3, v. 4 et seqq., et Sophianus, prenuntiārunt, queque tandem decimo tertio Josia regis Juda anno, ab orbe condito 3578, detonuit, cùm Nabopolassar, et Astyages (qui juxta Calmetum in textu Graeco Tob. cap. ult. vers.

(1) Vide supra, sect. 1, quæst. 48, num. 42.

ult. Nabuchodonosor et Assuerus dicuntur) ceperunt Niniven, cùm ibi Chinaladan rex Assyrie (1) imperaret. Ea verò ita eversa fuit, ut Luciani avo nullum ejusdem reliquum esset vestigium (2). Vide de hac questione Calmetum (3), et ejusdem auctoris Dictiorium Bibl. vocalib[us] *Ninive* et *Sardanapalus*.

CAPUT VI.

De Michæo.

Michæas, hebraicè *Michaiah*, id est, *Quis sicut Deus?* è Morasthi viculo tribùs Juda juxta Eleutheropolim oriondus, aetate suppar præcedentibus prophetis, ac nominatim Isaie, quem' subinde (4) ad verbum citat, invenitur in idolatriam, et in alia inde nata scelerâ, tam durum, quādecim tribum; unde utrisque excidium et captitatem prænuntiat. Tandem tamen letum reditum è Babylonìa per Cyrus promittit, et letiorem ex servitute peccati mortis et diaboli per Christum, quem in Bethlehem nascitorum prædict. Ut martyr occubuisse dicitur. Sanctorum catalogo adscribitur in martyrologio, 15 januarii, et corpus ejus divinâ revelatione (5) sub Theodosio seniore, unâ cum corpore S. Habacæ prophetae, repertum fuit hand procul Eleutheropoli, ubi sepulsum fuerat. Ita ferè Benignius, Haymo, Rupertus, Hugo, Adrichonius et alii. Ex quibus patet, Michæam hunc esse alium ab illo Michæa, filio Jemla, qui, 3 Reg. 22, 14, Achabo stragè et necem predixit. Iste enim non ex Judâ, sed ex Ephraimi ortus fuit, et centum quinquaginta annis ante alterum Michæam, de quo hic agimus, prophetavit.

168. Quæres I: « An Michæas, cap. 2, v. 11, dicens: *Utinam non essem vir habens spiritum, et mens duciam potius loquerer*, dignum propheta dictum protulerit. » — Resp. affirmativè. Sensus enim horum verborum est: « Utinam non egerer ad eò infasta portendere populo meo! utinam quæ prænuntio non sint ex spirito prophetico, qui fallere non potest, sed vano timore vel melancholiâ, uti vos opinamini, nihil suggesta! sed, heu! nimis vera sunt haec mea oracula. » Non igitur optat Michæas formaliter seu scienter mentiri (hoc enim optare est peccatum), sed materialiter tantum, hoc est, optat, ut id, quod serio et sincerè predicit, falsum sit, et reapsè non eveniat, sive, ut Riberâ ait: *Nou optat... propheta mentiri, id est, consultò fallere auditores.... sed vulgi more mendacum vocat, quidquid alter eventit, quād predictum est, etiam si non sit dictum animo fallendum;* quomodo nos, cùm tamen ita fore putemas, *nollemus id venire, quod eventurum putamus.* Ita quoque hanc rem explicant Calmet, Cornelius à Lap., aliquæ interpretes in hunc locum.

169. Quæres II: « Quomodo Michæas (idem est de

vaticiniis aliorum prophetarum. Isa. 11, 15, 27, 12, 15, Jerem. 3, 18, 51, 7, 50, 4, 19, 20, Amos 9, 14, Abd. 18, 20, Zachar. 9, 15, 20, 6, 10), quomodo, in quiete, Michæas (cap. 2, v. 12) solvendam decem tribuum captitatem his verbis prænuntiare p[otest] tuit: « Congregatione congregabo Jacob totum te; in unum conductum reliquias Israel; pariter ponam illum quasi gregem in ovili, etc.; cùm tamen nullibi legamus de omnibus tribus in suas sedes amplius restitutas fuisse; inòd Osee his verbis (cap. 1, v. 6): *Non addam ultra misericordiam domui Israel, sed oblivione obliviscar eorum*, Israelitarum captitatem absque ullâ spe redditore fore vaticinatur. » — Resp.: Non una omnium est ad propositam h[oc] questionem responsio. Aliqui enim cum Tirino cit. locum Michææ non de solle decem tribuum captitatem, sed potius de arctiū, et molestiâ captitatis exponunt, ita ut sensu sit. « Congregatione congregabo, id est, exactissimè, et ad unum per Assyrios et Chaldeos congregabo Jacob totum populum, omnesque ejus reliquias, prioribus cladiibus superstites. Captos autem compingam in circum, in carceres, sicut oves compinguntur in caulis. Porrò tanta erit multitudo et compressio captorum, ut pra[re] loci rerumque necessariarum penuria tumultuatur, et ingentem stritum, ut solent balantes oves, edituri sint suis singulibus, querelis ac lamentis, etc. » Verèm ali melius et communis tam hunc locum Michææ, quād alias textus prophetarum de reditu et libertate Israelitarum vaticinantum intellegunt, non tam de reditu et libertate corporali quād spirituali, quam multi ex Israelitis, aquæ ac ex Judais, adepti sunt per fidem in Christum. Quamvis enim S. Cyrilus in Osce 11, Theodoretus et Theoph. in Osce 3, conseant, decem tribus, quæ ante duas tribus Juda et Benjamin adductæ erant in Assyriam, inde rediisse in Samaram; contraria tamen, scilicet has ex Assyriâ nunquam rediisse, patet ex S. Scripturâ Osce 4, 5, et ex Josepho, lib. Antiq. 11, c. 5, estque concordis S. Hieronymi (1), Catholicorum quād ac Hebreworum sententia (2). Fatetur tamen, non paucos ex Israelitis fugisse, aut reversos fuisse in Judæam (3); verèm hæc reversio fuit privata respectivè paucorum fugientium aut redeuntium, non communis et publica; quia nec auctoritate publicâ Assyriorum vel Chaldaeorum, aut Ægyptiorum nec communis concilio et conspiratione peracta est (uti Hebreworum reversalè Babylone facta est auctoritate Cyri, et communis populi consensu, duce Nehemias et Esdrâ), sed quiske vel manus inter gentes, vel reddit in Judæam, vel aliò migravit, prout cuique libuit, vel commodius fuit. Plura de totâ hac quæstione vide apud citatos interpres (4) et apud Riberam (5).

Histor. Tripart. lib. 1, c. 49. Nicephor. lib. 12, c. 48.
(1) Commentar. in Osce 1, 6.

(2) Vide Cornelium à Lap. Comment. in Osce 1, 7. Tirinum Comment. in Osce 1, 6.

(3) Vide Cornelium à Lap. loc. cit.; item Comment. in Osce 11, 11.

(4) Comment. in Osce 1, 6, et cap. 41, v. 41, et in Michæas cap. 2, v. 12, 15.

(5) Comment. in Osce cap. 4, v. 6, num. 93, 104.

(1) Vide Usserius ad annum M. 5378.

(2) Lucian. in Charon.

(3) Commentar. in Tob. cap. 14, v. 6; et in Jonam cap. 5, v. 6 et 10.

(4) Vide Michæas cap. 1, v. 3, et Isa. cap. 26, v. 21; item Michæas cap. 4, v. 1, et Isa. cap. 2, v. 2.

(5) Vide Sozom. l. 7, capite ultimo; Cassiodor. in

Corollarium. Redierunt quidem in Iudeam non pauci Israelitarum ex captivitate aut dispersione inter gentes; sed non auctoritate publica, nec communis consensu et conspiratione, prout reversio geminae tribus Iuda et Benjamin ex captivitate Babylonica facta est. Unde nulla est contradicatio inter illos textus Scripturae, quorum alii negant, alii affirmant Israelitarum ex captivitate redditum et liberationem; ut consideranti facile patet.

170. Queres III : « Quomodo illud (Michæe 5, 2) : *Tu, Bethlehem Ephrata, parvulus es in milibus Iuda,* concordet cum effato sacerdotum et scribarum hunc Michæe locum his verbis : *Et tu, Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda* [Matth. 2, 6], citantium? An Bethlehem simul erat *parvula et nequaquam minima, seu magna?* »

Resp. : Apparens hæc antilogia facile diluitur, dicens, evangelistam Matthæum, locum citatum cum particulâ negante, licet ea nunc exciderit, adhuc in Michæa legisse hoc modo : *Tu Bethlehem Ephrata, nequaquam parvulus es in milibus Iuda.* Certe cum eâ particulâ negante Michæam suis etiamam temporibus legerint Origenes, Cyprianus, Eusebius, Ambrosius, Augustinus, etc. Ceterum, etiamsi citatus Michæe locus omissa illa particulâ negante originaliter lectus fuisset, tamen nulla hic realis contradicatio est, sed utraque lectio (tam illa apud Michæam, quam altera apud Matthæum) in eundem sensum facilè conciliari potest. Michæas nimirum de civitate Bethlehem ait : *Parvulus es viculus in milibus Iuda*, nempe si oculis corporeis aspiciat ejus species exterior, spatium, divitiae, etc.; Matthæus verò, et sacerdotes a scribe, Matth. loc. cit., illum viculum oculis spiritualibus contemplantes, ob dignitatem à nascituro Messia contrabendam auunt : *Nequaquam minima es in principibus Iuda* urbis, quæ hanc prærogativam non habent. Mox enim Matth. loc. cit. additur hac ratio : *Ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel.* Et Michæe loc. cit. dicitur : *Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel; et egressus ejus ab initio, à diebus æternitatis.*

Denique alii (1) volunt, hebraicam lectionem citati loci Michæe per interrogationem sumendum esse, ita ut sensus sit : *Este tu, ô Bethlehem, ex parvulis oppidis Iuda, cum tamen ex te egredietur, qui sit dominator in Israel, etc.* Ubi denou nulla est realis contradictione inter citatum locum Michæe et Evangeliste Matthæi, ut ex dictis cuivis patet.

Scholion. Michæe loc. cit. habet : *Et tu, Bethlehem Ephrata!* Evangelista verò Matthæus inquit : *Et tu, Bethlehem terra Iuda;* nempe ut hæc Bethlehem, Christi nascituri locus, distinguatur clarissim ab altera que, sita in Galilæa, è portione tribus Zabulon erat, ut dicitur Josue 19, 12. Illa autem in tribu Iuda, à sui conditore Ephrata sic dicta, Davidis patria fuit : unde David, 1 Reg. 17, 12, vocatur *filius viri Euphratæi de Bethlehem Iuda.*

(1) Vide Calmet Commentar. in citatum locum Michæe et Matthæi.

CAPUT VII.

De Nahum.

Nahum, hebraicè נָחוּם *consolator*, græcè Ναοῦμ, patriæ Elcesæus, ex viculo Galilee, ut Hieronymus in Praefat. hujus propheticæ ait, post Jonam, qui Ninivem converterat, prophetans; eidem civitati relapse in scelerâ, interitum predicit, quæ tandem, ut Cornelius à Lap. ostendit, 158 annis ab hac propheticâ à Chaldaicis excisa est. Ceterum sanctè et vixisse et obiisse Nahum Prophetam, sepultumque in Begabar tradunt Epiphanius, Dorotheus, aliquæ scriptores; ejusque memoria inter sanctos celebratur in martyrologio romano, primâ die decembribus.

171. Queres I : « Quid (Nahum 1, 1) in his verbis : *Onus Ninive : Liber visionis Nahum Elcesæi*, voce *onus* significetur? Resp. : Vox *onus* apud Prophetas significat prophetiam, quæ afflictionem et punitionem prænuntiat. Sic eit. loc. dicitur : *Onus Ninive, etc.*; hoc est, tristis et minax propheta contra Ninive, Liber propheticæ Nahum oriundi ex Licee viculo Galilee. Item apud Prophetam Habacuc, cap. 1, v. 4, dicitur : *Onus quod vidit Habacuc*, h. e., tristis et minax propheta Habacuc.

172. Queres II : « Quale est illud diluvium, quo Propheta Nahum (cap. 1, v. 8) dicens : *Et in diluvio prætereunte, consummationem faciet loci ejus, urbem Ninive devastandam prædicti?* Resp. : Hic textus duplèc potissimum potest habere sensum genuinum, unum litteralem improprium seu metaphoricum, ita ut nomine diluvii hic designetur exercitus Medorum et Babyloniorum, qui instar diluvii ingenti celeritate et impetu invaserunt Assyrios, eorumque lacum, id est, regiam Niniven vastarunt. Nam in S. Scripturâ non raro diluvii aut inundationis et fluctuum nomine (!) exercitus hostiles intelligitur, regio em aliquam torrentis more depopulati, ut Theodoreetus, Vatablus, Arias aliisque observant. Alterum sensum, et quidem litteralem proprium citatus textus juxta Tirinum et Cornelium à Lap. habet hunc, quòd nomine *diluvii prætereantis* intelligatur exundatio fluvii Tigris, cui urbs Ninive adsit erat. Hanc exundationem significare videtur Propheta Nahum et hoc loco, et cap. 2, v. 6, dicens : *Portæ fluviorum aperta sunt, etc.*, et v. 8 : *Ninive quasi piscina aquarum, aquæ ejus; ipsi verò fugerunt.* Quasi dicetur Deus nimbos cogit in Tigrim, ut is exstuet, et catastrophæ Niniven obruat; fermè sicut sub Sardanapalo contigisse narrat Diodorus Sieulus, lib. 5 Ilistor; imò Cornelius à Lap. suspicatur Diodorum in personâ et tempore errasse, ac elusionem illam contigisse, non tempore Sardanapali, sed in ultimâ Ninive devestatione (2). Ceterum Niniven inundatione aquarum fuisse perditam, testantur etiam Dorotheus et S. Epiphanius in vitâ Nahum. Plura de hâc re vide apud Tirinum et Cornelium à Lap. Comment. in Nahum.

(1) Isa. 8, 7; 17, 12 et 13; Ezech. 26, 10.

(2) Vide supra, num. 167, quest. 7.

CAPUT VIII.

De Habacuc.

Habacuc, hebr. *amplexator* vel *luctator*, græcè *λαμπτορ*: de quo, præterquam quòd Prophetæ sit, omnia ferè incerta sunt, patria, tempus prophetiæ, ætas, mortis genus, etc. Aliqui oriundum faciunt de tribu Simeon ex agro Betsocher; alii ex tribu Levi, etc. Alii eum asserunt tempore Ezechie prophetassè, alii post excidium Jerosolymæ. Alii eum cum illo Habacuc, qui Danieli prandium portavit, confundunt; alii distinguunt. Quæ dubia ex parte solvuntur, si duos Habacucos Prophetas admittamus, sicut duos prophetas Michæas admissimus (1). Ceterum Prophetæ Habacuc, de quo hic agimus, predicti excidium Jerosolymæ et Judgei per Chaideos, ac deinde Chaldaeorum eversionem, et Judeorum liberationem per Cyrum et Persas; et totius humani generis per Christum, cuius nativitatem, passionem, etc., insigni carmine pangit ac depingit. Vt̄ sanctè peracta sanctorum Catalogo adscriptus legitur 15 januarii; corpus ejus sub Theodosio seniore divinâ revelatione repertum fuit, ut diximus in proemio Michææ.

175. Quæres I : « Quomodo intelligendum illud « Habacuc 3, 5 : *Deus ab Austro veniet et sanctus de monte Pharan?* Quando aut quomodo Deus venit ab « Austro, aut de monte Pharan? » Resp. : Duplex hujus loci est expositi. S. Hieronymus, Theodoretus, et Theophylactus hunc locum de primo Christi adventu ita explicant : *Deus ab Austro veniet*, id est, à *Bethleem*, que ad Austrum est respectu Jerosolymæ; rursùm ab *Astro*, id est, ex calore charitatis. Charitas enim fecit eum incarnari. Item veniet... de monte *Pharan*, id est, Deus se ostendet in carne, ille idem qui in montibus Seir, Pharan et Sinâ olim Patribus apparuit. Alludit nimrûm Prophetæ ad illud Deut. 25, 2 : *Dominus de Sinâ venit, et de Seir ortus est nobis, apparuit de monte Pharan, et cum eo sanctorum millia.*

Altera expositio est : *Deus ab Austro veniet*, puta à Perside et Mediâ, que australis sunt respectu Chaldaeorum, adducet Cyrum et Darium, qui Babylone vastata, inde Judeos liberent, ut in patriam redire possint Deo duce, qui in montibus Seir, Pharan et Sinâ, in deserto Arabiæ sitis, olim Patribus eorum apparuit.

174. Quæres II : *Quomodo Angelus Prophetam Habacuc, prout in L. Danielis narratur, capillis capitis apprehensum potuerit transferre ad Danielen in lacu leonum detentum?* Resp. : Prophetæ Habacuc, qui est unus è Prophetis minoribus, et de quo hic agimus, probabilius non fuit ille Habacuc, qui prandium Danieli attulit; prout in prefatione ad hunc Prophetam paulò ante diximus. Ceterum, quòd Prophetæ Habacuc, quicunque is fuerit, ministerio Angeli eum ad Danielen transferentis, id potuerit, jam alibi (2) ostendimus.

(1) Vide supra, num. 136, et in proemio Michææ.

(2) Vide supra, de L. Danielis quest. 13, num. 135.

175. Quæres III : « An illa Prophetæ Habacuc (cap. 3, v. 17) communio : *Ficus non florebit*, etc., non sit ridicula, cùm sicut arbor nunquam et nulli locorum floreat, id est, nullos flores (ut aliae plantæ), sed tantum fructus ipsos seu ficos proferat; « adeoque parentia florum non sit pena, sed ipsa natura hujus arboris? » Resp. : Hoc est novum specimen maligni incredulorum animi adversus S. Scripturam, quo omnia corradunt, quæ quocumque demum modo servire putant ad ingenerandum rudibus et indoctis contemptum S. Scripture. Quare, dum teste Cl. Bullet (1) in Operc cui titulus : *Doutes manuscrits sur la Religion*, id est, *Dubia manuscripta super Religionem*, in quâdam objectione verba illa Habacuc Prophetæ : *Ficus non florebit*, deridentur; potius protervia ei inscitia incredulorum, talia objicientium, se manifestè prodit. Nam, ubi Vulgata nostra loc. cit. habet vocem latinam, *florebit*, ibi in textu hebræo ponitur vox *Pharach*, quæ tam *florere*, *blühēn*, quam *pullulare* sive *germinare*, *ausschlagen*, seu germen proferre significat (2). Ipse autem sacer contextus innuit, dictam vocem hebræam hoc loco ipsam germinum seu ficuum protuberationem significare. Sermo enim ibi est de ipsis plantarum fructibus. *Non erit germen in vineis* (loc. cit. Habacuc ait), *mentietur opus olivar*; i. e., olea non feret olivas, *et arvo non afferent cibum*; ergo pariter, quando ibi, cap. 3, v. 17, ait : *Ficus non florebit*, sermo est de ipsis fructibus progerminantibus. Certè 70 Interpretes hoc loco clarè dicunt : *Δέρι ευκή οὐ καρποφόρηται, Quoniam ficus non afferet fructum.* Sic etiam habent textus syriacus, arabicus, et vetus Vulgata. Sic quoque hunc locum citat S. Cyprianus, tractatu contra Demetrianum his verbis : *Ficus non afferet fructum.* Item S. August. L. 18 de Civitate Dei, c. 32, Theodoretus in cap. 3 Habacuc. Ipse quoque S. Hieronymus Comment. in hunc locum, hac verba : *Ficus non florebit*, fermè coincidere, inquit, seu non multum distare à translatione 70 Interpretum, qui verterunt : *Ficus non afferet fructum.*

176. Corollarium. Nostram Vulgatam inepitè aliquis argueret erroris, quòd loc. cit. dicat : *Ficus non florebit*, cùm potius cum 70 Interpretibus dicere debaret : *Ficus non afferet fructum.* Inepitè, inquam, id contra Vulgatam objiceretur. Ambæ enim hæ versioñes, tam illa latina Vulgate nostræ, quam altera græca 70 Interpretum quoad substantiam consentiunt. Nam vox *florebit* in nostrâ Vulgatâ hic non est strictè et propriè accipienda, in eo scilicet sensu, ac si sicut instar aliarum plantarum flores exterius proferre soleret, sed sumenda est (uti etiam à profanis scriptoribus sœpè sumitur) in sensu minus proprio seu metaphorico, ita ut vox, *florere*, idem significet ac, *virescere*, ac, *fructum proferre*. Undè sensus est : *Ficus exarscit, non virebit, fructum non proferet* (3).

(1) Réponses critiques, tom. 3, pag. 230, edit. an. 1819.

(2) Vide Franc. Haselbauer Lexicum hebraico-chaldaicum literâ B pe, columnâ 61.

(3) Cl. Weitenauer ad vitandas tricas ab incredulis contra citatum locum Vulgatæ nostræ motas, hunc

Scholion. Dux arborem sicut non florere *exterius*, seu flores instar aliarum arborum exterius non proferre. Teste tamen Universali Lexico Lipsensi multi botanici asserunt etiam sicutum arborem flores suos ipsis fructibus inclusos habere, nempe certa quadam filamenta simili staminibus quae in ipsis fructibus reperuntur.

Ceterum, etiamsi poneretur, arborem sicut nullus prorsus flores, seu exterius prolatus, seu ipsis fructibus inclusos habere, tamen, ut supra ostensum est, sicut dici potest, *florere*, id est, virescere et fructus proferre. Sic, quod à Latinis cum Horatio 1. 4 Epistolarum, Epist. 7, versu 5, vocatur *sicut primus*, id Itali appellant, *sicut flore, hoc est, fici flos*; prout videre est in tom. 1 *Observationi intorno ad Orazio del Cav. Clementino Vainetti Academicu florentino*. Edit. Roveret. 1792, pag. 166 et 167.

Accipitur nimis vox latina, *florere* (ut pariter supra jam monui), scèp in sensu improppri et metaphoricò; sicut etiam Virgilius, Georg. 1. 2, vers. 5 et 6, canit: *Pampineo gravitus autumno floret ager*; et tamen vites autumno non florent: adeoque hic *florere*, non proprium, sed metaphoricum est. Similiter Lucret., 1. 5, in sensu metaphoricò ait: *Floret mare nabis*, id est, abundat, gaudet, etc. Vide Virgilii Mamonis Opera ex fide Nicolai Heinsoii... cum notis integris Ruizi. Colonie Munianæ, 1782, tom. 1, pag. 161.

CAPUT IX.

De Sophoniam.

Sophonias, græcè, Σοφωνίας, hebr. שׁופּנִי, quod Lutherus in suis Bibliis recentiorum puncta securus, redidit, Zephania, latinè, juxta S. Hieronymum ad Paulinum, significat *speculator Dei*, vel *absconditus Domini*. Prophetavit autem Sophonias in diebus Josiae regis Iuda, Sophon. 1, 1, et convixit Jeremias, cui perquam similis est, etiam in stylo, ut videatur quasi abbreviator illius esse, quemadmodum Isidorus in ejus vita ait. Hortatur Iudeos (quamvis et aliis quibusdam gentibus, Ammonitis, Moabitis, Aethiopibus, etc., ultricem divinam justitiam cap. 2 predicti), ut, relicta idolatria aliquis sceleribus, ad penitentiam et veri Dei cultum redeant; ni faxint, inevitabile per Chaldaeos excidium ipsis predicti. Solatur tamen eos spe liberationis è servitute diaboli sub Christo et per Christum futuræ. Vitæ sanctè transactæ, idem propheta in agro proprio sepultus est; ut Isidorus cum aliis ait. In martyrologio romano catalogo sanctorum, die 5 decemb. adscribitur.

177. Quares: « Quid Sophonias significare velit *ex his verbis cap. 2, v. 5: Vx qui habitatis funiculum maris, gens perditionis*. Quis est iste funiculus maris? que fuit illa *gens perditionis*, hebraicè gens *Cerethim?* » — Resp.: Propheta *funiculum maris* vo-

textum in germanicis Bibliis suis non verit, prout alia germanica Biblia solent habere: *Der Feigenbaum wird nicht blühen; sed, der Feigenbaum wird nicht prünen*. Eruditè quoque ad retendendos incredulorum cavillos huc de re disserit in suorum Bibliorum germanicorum prefatione ad Pentateuchum § 41.

cat partem vel oram maritimam, quam ut hereditarian incolebat gens Cerethim, id est, *gens perditionis*, seu perditioni destinata. Erat autem haec gens, provincia quadam Phœlistheorum præ ceteris bellicosa, ex qua David duas legiones prætorianas et fortissimas ad corporis sui custodiam olim sublegit (Joseph. lib. Antiq. 7, c. 41), fermè sicut hodiè sunt, et ab antiquis temporibus apud regem Gallicæ Helvetii erant corporis custodes. Videatur autem (ut Cornelius à Lap. existimat) David, cum à Saule ad Phœlistheos, puta ad Achis regem Gelli profugeret; inde eos a duxisse. Porrò haec duæ legiones dictæ sunt Cerethi, i. e., perditores seu interfectores, et Phœlethi, i. e., liberatores; quia regem ejusque ascelas ab omni periculo hostium liberabant, et ad hostes ejus interficiendos destinati erant. Hinc, quando David à facie filii sui Absalonis fugiebat, universi servi ejus ambulabant juxta eum, et legiones Cerethi et Phœlethi, 2 Reg. 15, 18. Et I Paral. 18, 17, dicitur: *Bandus filius Joiaðae super legiones Cerethi et Phœlethi*.

CAPUT X.

De Aggeo.

Aggeus, græcè, Ἀγγεῖος, hebr. festivus, cum Judæis sub Cyro è Babyloniâ, ubi natus est, redux Jerosolymam, primus ibidem post captivitatem Babyloniam prophetavit. In decursu prophetiae sue elidit frivilas Judæorum excusationes de fabricâ templi reedificandi diutius differenda; promittitque, cum Christus Dominus venerit, se impleturum gloriâ domum illam, majoremque futuram gloriam domus posterioris seu templi hujus secundi, quam prioris, id est, templi Salomonici. Porrò aliqui, teste S. Hieronymo, putarunt Aggeum non fuisse purum hominem, sed angelum incarnatum. Verum hic est error (1); ex eo tamen colligimus Aggeum prophetam eximam fuisse morum viteque innocentiam ac puritatem. Catalogo sanctorum adscriptus legitur in Martyrologio rom. die 4 iulii.

178. Quares I: « Quomodo Aggeus (cap. 2, v. 7) dicere poterit: *Adhuc modicum est, et veniet Desideratus cunctis gentibus*; cum tamen ab anno 2 Darii Hystaspidis, quo haec prophétia facta est, usque ad Christi adventum fluxerint anni plusquam quinque genti? » — Resp.: Hi anni modicum quid sunt respectu temporis elapsi ab orbe condito. Addit Arias idem tempus esse modicum respectu legis christianaæ ad finem usque mundi duraturæ, quæ tamen et ipsa in sacris litteris hora vocatur Joan. 2, 18: *Filioli, novissima hora est.*

179. Quares II: « An ex Aggei vaticinio (cap. 2, v. 7, 8 et 10) de brevi venturo Desiderato cunctis gentibus solidè contra Iudeos ostendi possit, Messiam jam venisse? » — Resp. affirmativè. Antequam autem id ostendam, observo, quod cum Judæorum seniores, qui templi primi seu Salomonici magnificientiam et opulentiam olim (nempe ante captivitatem babyloniam) viderant, postea templi secundi, quod

(1) Vid. Tirinum, Comment. in Agg. 1, 13.

soluta à Cyro captivitate babylonica ædificare coepereant Judei, angustiam et paupertatem videntes, amarè fleverint, 1 Esdr. 5, 12, 13; Deus autem solatus populum, et incitaturus ut incepit fabricæ templi secundi insistat, per Aggœum prænuntiaverit prærogativas templi secundi præ primo seu Salomonico, eò quod ad templum hoc secundum Messias ipse venturus esset. Ita enim Aggæus loc. cit. inquit: *Quia hæc dicit Dominus exercitum: Adhuc unum modicum est, et ego commovebo cœlum et terram, et mare et aridam. Et movebo omnes gentes; et veniet Desideratus cunctis gentibus; et implebo domum istam gloriæ... Magna erit gloria domus istius novissimæ plus quam primæ; et in loco isto dabo pacem.*

Jam ex hoc vaticinio Messiam pridem advenisse, manifestè evincitur; quod sic ostendo: Vi hiujus vaticinii Messias ad templum secundum venire debuit; ergo venit stante adhuc templo secundo. Subs. Atqui templum secundum pridem à Tito sub Vespasiano Augusto, funditus eversum est; ergo pridem, et ante factam à Tito eversionem illam Messias advenit. Prob. ant. quoad primum, quod nimirum, qui in templum secundum venturus hic prænuntiatur, Messias sit. Nam 4° solus Messias dici proprio potest *Desideratus cunctis gentibus*; sicut vocatur Genesis 49, 10. Nec obstat, quod paulò aliter legatur in textu hebraico, et apud 70; in hebraico quidem: *Venient desiderium cunctæ gentes*; apud 70 verò: *Kai ἡγετή τὸ δεσιδεῖον τῶν θεῶν: Venient electa omnium gentium;* non enim hæc lectiones differunt à Vulgata latínâ quoad sensum; nam in hebreo in verbo *θεοὶ bau*, est enallage numeri Hebræi usitata; dum verbum duobus additum substantivis, quorum unum regitur ab altero (ut hic fit) convenit cum posteriore: exempla habes Gen. 4, 10: *Vox saquinum fratris tui clamant ad me.* Job. 15, 20, 52, 7. Sicque in hebreo sensus est: *Venient desiderium cunctarum gentium*, quod idem est, ac dices: *Venient desideratus cunctis gentibus.* Vide hæc de re Cl. Widenhofer. Apud 70 verò *τό, electa*, idem est ac desideria; rectè autem Messias sic dicitur, *gentium desideria*, quia hic completurus erat carum desideria. 2° Solus Messias promissum illam in memorato Aggæi vaticinio pacem, scilicet Dñm inter et homines, de facto dedit. 3° Item ab illo, solo major templi secundi gloria desumi potuit; cum quoad cetera templum secundum templo Salomonico esset longè inferior. 4° Ipsi veteres rabbini consentiunt in eo, quod memoratum Aggæi vaticinum de adventu Messiæ intelligendum sit. Sic in L. Sanhedrim c. *Helec*, R. Akibha, illud ita exponit: *Adhuc unum modicum... et adaducam desiderium cunctarum gentium, de diebus Messiae et de rege Messia, et de tempore, auod fuit post destructionem primas domas.* Ibidem alia existat expositio hoc modo: *Adhuc modicum, et commovebo cœlum et terram, et postea veniet Messias.* Addé R. Isaac, qui in *Munimine fidei*, c. 54, vaticinum illud Aggæi de Messia explicat, eti per *τό, modicum*, intelligit finem mundi.

Prob. etiam antec. quoad alterum; scilicet in eodem vaticinio *Messiam venturum prædicti ad tempum secun-*

dum. Nam 4° hoc patet ex particula demonstrativa *istam; implebo domum istam gloriæ*; et ne esset ultra aliter interpretandi libertas, in hebreo energice ponitur, *hanc istam.* 2° De illo templo hic sermo est, quod respectu primi Salomonici multò erat vilius et angustius, ut fierent etiam Judei seniores, 1 Esdr. 5, 12, 13; ad quorum proindè animos erigendos Aggæus à Deo missus est; sed templum hoc erat templum secundum post captivitatem babyloniam sub duce Zorobabele restaurari ceptum, ut supra jam observavimus. 3° Quia Aggæus ait, hæc à se prædicta post modicum eventura: *adhuc unum modicum*, etc. Si autem de templo alio, post templi secundi destructionem futuro, sermo esset, falsum Aggæus locutus fuisset, cùm jam ultra 17 secula destructum sit templum secundum, quin spes ultra affulget à longè, excitandi templi tertii. Imò hoc nunquam futurum est juxta illud Dan. 9, 27: *Usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio.* Hinc corruit Barbanella Judei recentioris interpretatio, vaticinum Aggei allatum de templo tertio explicantis.

Quæ autem adhuc alia argumenta contra nostram demonstrationem de adventu Messiae jam facta, ex alio Aggei vaticinio petitam Barbanella, aliive afferunt, solidè soluta invenies apud theologos (1) passim, et apud Xaverium Widenhofer. Unde iis ulterius recensendis ac refutandis supersedeo; cùm mili ad finem praesentis operis properandum sit.

CAPUT XI.

De Zachariâ.

Zacharias, hebr. *memoria Dei*, verè memoria mirabilium Dei, synchronus seu coævus fuit Aggæo. Laudat in prophetiâ suâ et urget instauratiōnem templi Jerosolymitanū; simulque monet Judeos, ne idola et vitia majorum imitentur. Prædicti variis eventus usque ad Christum, maximè quatuor monarchiarum successiones; Christi autem vitam et passionem, pendì instar evangelista recenset, ejusque regiam dignitatem et potentiam insigniter commendat. Porrò virtutibus et senectà gravem Zachariam decessisse in Juðæa, et juxta Aggæum Prophetam humatum esse, scribunt Epiphanius et Dorotheus in ejus viâ; ac in Martyrologio romano adscribitur sanctorum Catalogo die sextâ septembribus. Ad hæc creditur hic Zacharias esse ille, qui Matth. 23, 35, et Lucæ 11, 51, dicitur occidus à Judæis *inter templum et altare*: quâ de re plura invenies apud Cl. Weitenauer (2), Cesār Ca lino (3), Bollandistas (4), aliosque.

180. Quæres I: « Quo sensu Zacharias, cap. 12, c. v. 2, prædirerit: *Sed et Iuda erit in obsidione contra*

(1) Vide tractatum de Verbo Incarnato Cl. Holtzclau, dissert. 4, art. 5, pag. 71, 74, aut alios theologos in tractatu de Incarnatione.

(2) In sua versione germanicâ Bibliorum, Præfat. in Zachariam Prophetam.

(3) In Historia V. T. part. 6, cap. 4

(4) In commentario historicō critico mensis septembribus de S. Zachariâ Prophetâ §§ 2 et 3, tom. 2, mensis septembribus ad diem 6 ejusdem mensis.

« *Jerusalen*: Quomodo, aut quā occasione tribus Iuda
« *Jerosolymam*, Iudeæ metropolim, obsidere potuit?

Resp. : Hujus vaticinii sensus non est, quod tota tribus Iuda Jerosolymam obcessura sit, sed duntaxat Iudei perfidi et transfuge. Tales fuerunt Jason et Menelaüs, qui profugi ad Antiochum, Jerosolymam obcederunt et vastarunt (1). Item alii permuli, qui minarum et tormentorum Antiochi metu, à Iudaismo ad gentilismum teste Josepho, lib. 12 Antiq. c. 6, et ipso S. codice (2) apostatarunt.

181. Quæres II : *Quid sentiendum de expositionibus quibus auctor libri Horus dicti (3) quedam vaticinia Zacharie à se citata exponit?* Resp. : Idem sentiendum, quod de aliis ejus expositionibus scripturisticis, quas esse fabulosas, impias, et prorsus gratis ac siue omni solidâ ratione confitatas, jam alibi (4) iteratò ostendimus. Addo unicum exemplum de Zacharie cap. 14, v. 9, ubi dicitur : *Et erit Dominus rex super omnem terram, in die illa erit Dominus unus, et erit nomen ejus unus*, quem textus famosus auctor libri Horus dicti his verbis exponit : *Hic est ille locus, qui ad novum regnum pure eternæ lucis Persarum alludit, quod in exordio futuri mundi, quando omnes planetæ suas revolutiones peregerint, incohandum erit, ut jam saepius ostendimus*. Debuisset idem auctor potius dicere : *Ut jam saepius commentiti sumus*. Quis enim non videt, modò allatam hujus auctoris expositionem citati textus esse putidam fabulam, ac impium ethnicæ superstitionis partum? Numquid rationi, fidei, ac ipsi experientiae longè conformior est interpretatio, si cum S. Hieronymo, Ruperto, Haymone, Vatable, etc., dicamus, sensum citati versū 9 esse, quod *Dominus rex super omnem terram*, à Zachariâ praedictus sit Christus, quem ut Deum mundi Dominum per prædicationem apostolorum agnoverunt et coluerunt omnes gentes. Et quamvis olim multi habiti sint et nominati dii, ut Jupiter, Apollo, Mars, etc., tamen fundatâ Christi religione unus ab omnibus christianis gentibus colebatur et nominabatur Deus, puta Christus, qui solus verus est Deus, idemque cum Patre et Spiritu sancto. Tunc ergo, eversa idolatria seu cultu plurium deorum, nomen unius Dei à gentibus orbis terrarum invocatum est : *Et erit nomen ejus unus*. Certè hic sensus omnino conformis est sanctitati et zelo Zacharie Iudeos à vitiis, ab idolatriâ, inobedientia, apostasiâ tantoperè dehortantis; minimè verò prior ille sensus ridiculus et superstitionsus de futuro novo régimine puræ eternæ lucis Persarum. Recole etiam, que jam alibi contra ficticias Hori interpretationes librorum propheticorum atollimus.

Taceo similes alias futile expositiones, quibus quedam Zacharie Propheticæ vaticinia larvatus ille Horus in perversum et impium sensum detorquere studet. Easdem pridem expedit et refutavit Cl. Sandbühler in noto suo opere *contra Horum edito*.

(1) 2 Mach. cap. 4. Vide etiam cap. 5, v. 6 et 15.

(2) 1 Mach. 4, 55.

(3) Vide supra, num. 5, 57, 84 et 145.

(4) Ibidem.

CAPUT XII.

De Malachia.

Malachias, hebraicè *Malachi*, *nuntius vel angelus Domini*, è tribu Zabulon post redditum populi è Babyloniam, natus in Sophâ, adhuc juvenis fato functus, iuxta maiores suos in proprio agello repositus est, inquit S. Epiphanius, Dorotheus et Isidorus in ejus Vitâ. Porrò is 1° arguit in suâ prophetâ Iudeos ingratitudinis in Deum tantorum bonorum auctorem. 2° Sacerdotes taxat negligenter, socordiæ et impietatis. 3° Prædicat abolendum sacerdotium et sacrificium Aaronicum, eique substituendum aliud purissimum et augustissimum, puta sacrificium corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini, in Eucharistia. 4° Iudeos reprehendit, quod, repudiatis legitimis uxoriis, inducent alienigenas. 5° Promittit adventum Christi ejusque præcursorum Joannem Baptistam. 6° Culpat Iudeos, quod Deum offendant fraudando, sibique arrogando ejus decimas et primitas. 7° Denuntiat extremi judicii diem, ejusque prodromum, Eliam, qui reliquias Iudeorum converteret ad Christum. Catalogo sanctorum in romano Martyrologio adscriptus est Malachias Propheta die 14 januarii.

182. Quæres I : « *Quomodo Malachias in tempore præsenti dicere poterit (cap. 1, v. 11) : In omni loco sacrificatur nonini meo oblatio munda*, id est, ut catholici volunt, sacrificium missæ; cum hoc nonnisi post quadragesima et plures annos post hanc prophetiam à Christo in ultimâ coenâ ante passionem suam institutum fuerit? » Resp. sensum hujus prophetæ esse : *Sacrificatur*, id est, sacrificabitur, et offeretur brevi (1) per Christum et apostolos. Malachias enim inter 42 Prophetas minores ultimus, prophetæ hic loquitur, et vaticinatur de futuro. Solent enim Prophetæ de futuris loqui velut præsentibus; quia illa, etiam longo tempore post futura, divino tamen lumine velut præsenti vident (2).

Corollarium. Turpiter errat Voltairius, dum in tractatu de Tolerantia Prophetam Malachiam falsitatis accusat, quod cit. loc. (nempe cap. 1, v. 11) illo tempore, ubi omnes gentes idolis serviebant, Deo vero affirmet ubique terrarum mundas hostias offerri. Non enim Propheta loquitur de illo tempore, quo hoc vaticinium edidit, et quo idolatria adhuc in ore terrarum dominabatur, sed de tempore futuro legis evan gelicae, que cultus unius veri Dei, et purissimum ac augustissimum sacrificium missæ apud gentes orbis terrarum introductum est, ut ex dictis constat.

Aliam adhuc responsionem ad confutandam illam Voltairii objectionem, teste Cl. Weissenbach, assert auctor Epistolarum Iudaicarum, paginâ 288, his ver-

(1) Vide precedentem num. 178, questio 1, de Aggei prophetâ.

(2) Vide supra, num. 27, quest. 11, de Prophetis generationi spectatis. Item in eandem rem consulere poteris Cornelium à Lap. Commentar. in Prophetas maiores, canon. 4 et 13, inter canones Prophetis faciem preferentes, quos hic auctor ante hoc suum Commentarium posuit.

bis : *Hæc ratio loquendi* (Prophete Malachie loc. cit.) *ob eandem causam non potest nisi vaticinium esse rei futurae. Si quis hebreicæ scit, ut dominus de Voltae haud dubio scit, etiam hoc sciat necessum est, ex inde sermonis ejus idipsum TEMPUS, quod significat FUTURUM, adhiberi etiam ad præsens indicandum, et vicissim.*

185. Queres II : « An excitato loco (Malach. 1,11) : *Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus; et in omni loco sacrificatur et offeratur nominis meo oblatio munda*, contra Judeos, et acatholicos efficaciter probari possit, quod in N. T. detur verum ac proprium sacrificium, quod est incriuentum Missæ sacrificium? » Resp. affirmativè. Id enim non solum patet ex concilio Tridentino, sess. 22, cap. 1, de sacrificio missæ ita loquentis : *Hæc illa mundæ oblatio est quæ nullâ indignitate aut malitiâ offendit inquinari potest; quam Dominus per Malachiam nominî suo quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædictit; sed etiam ex doctrinâ Patrum græcorum et latinorum, Justini M., Irenæi, Eusebii Cæsariensis, Chrysostomi, Augustini, Theodoreti, Damasceni, et ex aliis argumentis; uti scripturistarum Comment. in Malach. cap. 1, v. 11, ac theologi in tractatu de SS. Eucharistia sacramento et missæ sacrificio passim ostendere solent. Præcipue de hac polemica questione legi mercut Cl. Widenhofer, Commentario in Malach. cap. 1, v. 11, ubi contra Judeos, R. Abarbenel, R. Jarchi, R. Jonathan, item contra acatholicos, presertim contra Christophorum Mat. Pfaff. ejusque dissertationem Tubinge an. 1749 editam, ac subinde germanicè recoctam, prolixè et solidè ostendit, in N. T. dari verum ac proprium sacrificium, nempe incriuentum Missæ sacrificium.*

184. Queres III : « An ex illis verbis (Malach. 4, 5 et 6) : *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis; et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum, solidè probetur, quod Elias Propheta, qui (4 Reg. 2, 11) ascendit.... per turbinem in celum, ante diem extremi judicii venturus sit?* » Resp. affirmativè. Id enim jam alibi (1) solidis argumentis ostendimus. Juvat tamen hic tanquam in loco proprio argumentum ex Malachie citato vaticinio desumptum paulò distinctius evolvere. Itaque sic argumentor. In citato loco Malachie agitur de die extremi judicii; simulque asseritur, quod ante hanc diem venturus sit Elias Propheta; ergo. Prob. antecedentis primum membrum ex contextu. Cum enim Judei, Malach. 2, vers. ult., interrogassent : *Ubi est Deus judicii? Deus, Malach. cap. 3, promittit Messiam judicem, qui redet unicuique juxta opera sua: Et tunc videbitis Malach. 3, ult., quid sit inter justum et impium, et inter servientem Deo et non servientem ei.* At quando videbunt? Respondet Deus, Malach. cap. 4, v. 1 (quod in hebreico est versus 19 capituli 3 continuatur) : *Ecce enim dies venit, succensa quasi caminus (quo cœli ardentes,*

*et clementia ignis ardore solventur, ut ait S. Petrus in sua Epist. 2, c. 3, v. 12) : Et erunt omnes superbi et omnes facientes impietatem, stipula; et inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicum et germin. Sed hoc in extremo iudicio fieri; ante quod semper remanebunt radices et germina impietas; ergo. Confirmatur ex citato Malach. cap. 4, v. 5, ubi Elias venturus dicitur, *antequam veniat dies Domini magnus et horribilis.* Sed sic describitur dies extremi iudicij; ergo.*

Prob. jam antecedentis secundum membrum, quod idem Elias, qui *per turbinem in celum ascendit*, ante diem iudicij redditurus sit, 1^a quia textus Malach. 4, 5, eum proprio nomine compellat Eliam, et quidem ab officio notum Prophetam; 70 Interpretes in vaticano exemplari eum à patria vocant *Thesbitem*; qui consentit versio arabica; ergo. Confirmatur ex Ecclesiastici c. 48, v. 10, ubi idem, qui v. 9 *receptus est in turbine ignis*, dicitur *scriptus esse in iudicis temporum tenire iracundiam Domini; conciliare cor patriis ad filium, et restituere Christo, à quo apostolaverunt, tribus Jacob*, quem textum repetens Malachias cap. 4, ait v. 6 : *Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum.* Et tum veniet Messias secundò, et percuciet terram anathemate, ut Malachias ibidem addit.

Dices I : Christus discipulis Matth. c. 17, v. 40, dicentibus : *Scribat dicunt, quod Eliam oporteat primum venire, id est, priusquam veniat Messias, respondens, v. 12, ait : Elias jam venit; et intellexerunt discipuli, v. 13, quia de Joanne Baptista dixisset eis;* ergo verba Malach. 4, 5 : *Ecce ego mittam vobis Eliam, antequam veniat dies Domini, etc.*, id est, autequam veniat Messias, intelligenda sunt non de Eliâ Thesbite, sed de Joanne Baptista. Resp. : Christus apud S. Matthæum loc. cit. non negat, Eliam Thesbitem ante extremum iudicium venturum, et de hoc Malachiam Prophetam verbis illis : *Ecce ego mittam vobis Eliam, etc., loqui; sed potius asserit, Eliam Thesbitem quidem venturum in fine mundi; eum verò, qui spiritu et simili zelo erat Elias, nempe Joannem Baptistam jam venisse. Christus enim duos ibi distinguunt Elias, unum imitatione et zelo, qui fuit Joannes Baptista, præcurrens primum adventum Christi; alterum Eliam in personâ propriâ, seu Eliam Thesbitem, cuius adventum, ut dixi, non negat loc. cit., sed confirmat vers. 11, dicens : *Elias quidem venturus est, et restituet omnia, etc.* Ubi facit distinctionem inter Eliam, qui v. 12 jam venit, et inter Eliam, qui v. 11 venturus est et restituet omnia. Totus enim contextus ita habet : *Et interrogaverunt eum discipuli dicentes : Quid ergo scribat dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? At ille respondens, ait eis : Elias quidem venturus est, et restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo, quæcumque voluerunt.* Quibus ultimis verbis Christus Herodem, qui S. Joannem Bapt. occidit, hujusque persecutores indicat.*

Ceterum, quod S. Joannes Bapt. fuerit spiritu et virtute, h. e., imitatione et zelo Elias, clarè dixit Angelus ad Zachariam ejus patrem, Lue. 1, 17, his ver-

(1) Part. 3 S. Scrip. contra incredulos propugn. Sect. 1, de quatuor libris Reg., quest. 58.

bis : *Et ipse præcedet ante illum* (b. e., Christum) in spiritu et virtute Elie.

185. Dices II : Ipse S. Hieronymus in citato textu Malachiae cap. 4, v. 5, per Eliam intelligit *chorum Prophetarum*; ergo non est necesse, eundem textum intelligere de Elia Thesbite. Confirmatur Brücknerus ait citatum versum 5 sic verti posse : *Antequam veniat dies Domini magis et terribilis*; ergo hic textus non est necessarij intelligendus de die terribili, i. e., extremi judicii. Resp. : Dist. ant. : S. Hieronymus cit. loc. per Eliam intelligit *chorum Prophetarum* in sensu mystico, conc.; in sensu literali, neg. Nam Eliam in propria personâ sumptum eit. loc. intelligendum esse in sensu literali, clarè ibi docet S. Hieronymus, ut patet ex contextu, qui ita habet : « *Ecce ego mittam Eliam prophetam*, etc. Post Moysem... Eliam dicit esse mittendum. In Moyse legem, in Elia prophetiam significans... Lex enim et omnis Prophetarum chorus Christi prædictæ passionem. Igitur antequam veniat dies judicii, et percutiat Dominus terram anathematis.... mittet Dominus in Elia — omnem Prophetarum eorum, qui convertat cor patrum ad filios, Abraham videlicet et Isaac et Jacob, et omnium Patriarcharum; ut credant posteri eorum in Dominum Salvatorem, in quem illi crediderunt. » Ex quibus verbis S. Hieronymi manifestum est, eundem in sensu quidem mystico per Eliam hic intelligere omnem Prophetarum chorum, minimè autem negare, sed positivè asserere Eliam in personâ mittendum, antequam veniat dies extremi judicii, adeoque citatum versum 9 Malachiæ in sensu naturali intelligendum esse de ipso Elia in personâ propriâ spectato.

Ad confirmationem, resp. et dico Brücknerus in suâ illâ versione citati versis 9, non solum menti Patrum et interpretum orthodoxorum, sed ipsi etiam Luthero suo contrariari, qui sic verit: *Siehe, ich will euch senden den Propheten Elia, ehe denn da kommt der grosse und schreckliche Tag des Herrn*. Similiter contrariatur versioni 70 Interpretum, que cit. loc. habet : ἕστι ἡ θεοπρόφητος ἡλίος ὁ προφέτης τῶν προφήτων καὶ ἐπιγάγος : *Ecce ego mittio Iohannis Heliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magna et illustris.*

Item contrariatur Paraprasi chaldaica, que citatum versum ita proponit : *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, ante adventum dei, qui venturus est à conspectu Domini, magnus et terribilis.*

SECTIO IV.

DE LIBRIS MACHABÆORUM.

Appellantur hui libri Machabæorum à præcipuo religionis vindice, sacrorumque bellorum duce Iuda, qui primus dictus est Machabæus, quod cognomen etiam aliis postea adhesit. Quid autem haec vox *Machabæus* significet, aut unde derivetur, incertum est. Alii ejus originem repetunt à voce hebraicâ *Mechabe, extinator*, ut significetur Judam illum fuisse eximium in extinguis nostris; alii aliunde (1). Ceterum libri Ma-

(1) Vide Cl. Wiedenhofer, aut Cl. Goldhagen, alias in prefat. Commentarii in lib. Machab.

chabeorum circumferuntur numero quatuor, scilicet soli duo priores canonici sunt, reliqui adhuc apocryphi, id est, occultæ et incerte auctoritatis. Explicant autem quis status fuerit Ecclesia Judaicæ sub tertia monarchia quæ fuit Graecorum. Sicut ergo libri Esdra et Estheris exponunt varios casus Synagogæ tempore secundæ monarchie, Persarum et Medorum; ita libri Machabæorum recensent ejusdem casus tam adversos, quam felices tempore tertie monarchie sub regibus Syriae et Ægypti. Hinc ad intelligendos hos libros apprime servavit tabula chronologica regum Syriae et Ægypti; item summorum pontificum Judaicorum eodem tempore viventium, quas prater alios exhibet Fullonius (2); tabulam autem chronologicam omnium rerum gestarum, quæ in 4 libris Machabæorum narrantur, Commentario suo in duos lib. Machab. præfixit illustriss. Calmet. Porro, si temporis, quo res gestæ sunt, habenda esset ratio, primum locum inter quatuor libros Machabæorum obtinueret tertius, cum ea, quæ quarti Ægyptiorum regis Ptolomæi Philopatris et Antiochi M. tempore Judeis contigerunt, emaret. Secundus locus debetur ei qui nunc quoque secundus liber Machab. est, et continet acta Antiochi Epiphanis et Iuda: Machabæi. Tertio loco esset, qui nunc liber primus Machab. vocatur, et prater acta Iuda Machab., insuper etiam fratrum illius Jonathæ et Simonis victorias prosequitur. Quarto loco maneret, qui nunc quartus est, quicque gesta recenset Joannis Hyrcani, filii Simonis. Sed horum quatuor librorum sic ordine temporis digestorum primus et ultimus (ut dixi) apocryphi sunt, quod à nullo probato concilio, nullisque Patribus in sacrorum librorum Canone recenseantur; duo verò medii, qui soli in S. Bibliis exstant, sunt canonici, ut mox dicemus. Duorum istorum librorum duos esse diversos scriptores à Spiritu S. inspiratos, patet 1º ex materia; quia posterior liber eadem, quæ prior, prosequitur, sed prorsus alter, nec tamen meminit unquam alter anterior; 2º ex chronologiâ, seu annorum supputatione. Quamvis enim tam auctor prioris, quæ auctor posterioris libri eram Seleucidarum, seu regni Graecorum sequatur, prior tamen assumpsit eram Seleucidarum Judicam, quæ annos inchoat à mense nisan, qui ferè martio nostro respondet; posterior verò eram Seleucidarum Antiochenam seu Alexandream, que annos toto semestri seriùs inchoat à mense tisri, qui in septembrem nostrum (2) incidit; 3º ex stylo et phrasí, quæ in 4 libro Machabæorum hebreum idioma redolet; in 2 libro idioma graecum. Qui tamen ferunt isti duo scriptores agiographi, non liquet (3). Id solum certum et manifestum est, quod scriptor libri posterioris ea qua hoc volumine descripsit, ex Jasonis cuiusdam Cyrenæi quinque libris, quasi Historia epitomen descriperit.

(1) Ante suum Commentarium in lib. Machab.

(2) Vide Hermann. Goldhagen, Introduct. in S. Scriptur. p. 2, num. 288; et præcipue Fullonum, Comment. in 1 Machab. 4, 11.

(3) Vero similius scriptor i. 4 Machab. fuit unus de primariis Hierosolymitanis sacerdotibus, et (ut Bellarminus, Sanctus, et Nierenbergius existimant) Johannes Hiricanus filius Simonis; scriptor verò i. 2 Ma-

CAPUT PRIMUM

De Libro I Machabæorum.

186. Quæres I : *An duo primi libri Machabæorum ab Ecclesiâ catholîcâ merito in Canonem diuinorum librorum admissi sint?* — Resp. affirmativè propter rationes jam alibi (1) allegatas. Videri etiam de hac quæstione polemiciâ præter alios polemicos et scripturistas merentur Fullonius (2), Widenhofer (3), et Goldhagen (4), quorum ultimus omnia Protestantium argumenta, tam communia, quam ex historiâ et chronologiâ petita eruditè refellit. Nos in decursu sequentium quæstionum saltem præcipua horum argumentorum cum additiâ eorumdem solutione afferemus, nisi jam alibi (3) à nobis soluta sint.

Scholion. Quid de tertio et quarto Machah. libris apocryphis sentendum sit, exponit illustr. Calmet in suo Commentario in lib. Machah. ad finem.

187. Quæres II : « Quomodo (1 Machab. 1, 1), « Alexander Philippi Macedo... primus regnaverit in « Græcia; cum tamen ante ipsum, ejusque patrem « Philippum in Græciâ regnaverint principes et reges « Lacedemoniorum, Macedonum, Corinthiorum et « Atheniensium? » — Resp. et dico : Alexander M. non regnavit primus in Græciâ ut rex, sed ut monarca et fundator monarchie græcae. Igitur Alexander M. primus regnavit in Græciâ, non hoc sensu, quod aliud ipsum reges aut principes in Græciâ non existirent; sed quia ipse primus fuit, qui solus in totâ, vel ferè totâ Græciâ imperavit, adeoque quia ipse fuit primus totius Græciæ monarca, et ab illo incepit Græcorum monarchia.

188. Quæres III : « Quomodo Alexander M., qui erat natione græcus, dici possit (1 Mach. 1, 1): « Egressus de terrâ Cethim, quæ est Italia, juxta illud (Num. 24, 24): *Venient in trieribus de Italiâ, hebraicè de Cethim?* » — Resp. et dico sensum esse : *Egressus est de terrâ Cethim, i. e., ex occidentalibus insulis, seu regionibus maritimis, quales respectu Iudeorum in Palestiniâ degentium erant Græcia, Macedonia, Cyprus, Italia, etc. Hebrei enim populus omnes mari Mediterraneo à se disertores vocabant Cethim seu Insulanos, eò quod nonnisi navibus ad se in continentem commorantes pervenirent; uti nunc Itali Germanos, Gallos, Belgas, Anglos, ceterosque omnes trans Alpes habitantes, vocant uno nomine Transalpinos vel Transmontanos. Ita rem hanc explicant Theodoretus, Comment. in Ezech. c. 27, et Josephus l. 1 Antiq. c. 6. S. Hieronymus quoque l. 5 in Isa. c. 25, et S. Epiphanius Hæresi 50, ait, per Cethim hic intelligi Macedoniam.*

chab. verosimilè fuit Judas Esseus virtute et vaticiniis clarus. Videbâ de re Fullonum, loc. cit. Prolegom., sectione 2.

(1) Vide part. 4. S. Scriptur. contra incredulos propugn. sect. 1, quest. 1, num. 1, 16.

(2) In Prolegom. lib. Machab. sect. 3.

(3) In Praefat. Commentarii in lib. Machabæorum.

(4) Introdut. in S. Scriptur. part. 2, num. 281 et seqq.

(5) Nimisim part. 4. S. Scriptur. contra incredul. propugn. loco supra citato.

189. Quæres IV : *Quo sensu (1 Mach. 1, 7) dici possit, quod Alexander M. in ultimo morbo ministris suis regis regnum divisicerit, cum adhuc viveret; cum tamen contrarium testentur Q. Curtius, Diodorus, Justinus et Orosius, affirmantes ministros regios primùm post Alexandri mortem prefecturas inter se partitos, et denique ex prefectis factos fuisse reges?* — Resp. : Alexander M. dividit illis regnum suum cum adhuc viveret, i. e., dividendum innuit sive conditò testamento, sive alio quodam modo, ut S. Thomas, Comment. in hunc locum censem; imò potest dici divisisse, quia Perdicæ annulum suum dedit, et unâ potestatem dividendi, quod et post mortem Alexandri ab eo factum narrant Justinus, Diodorus, Curtius. Insuper, etiamsi cum horum auctoriarum narratione verba S. Scripture conciliari non possent, plus tamen credendum scriptori libri Machabæorum, utpote antiquiori et temporibus illis viciniiori, quam citatis illis scriptoribus. Nam si vel ad solaque sanæ critices regulam attendamus, in rebus historiis plus credendum auctoriis coevis, aut antiquioribus, quam scriptoribus ætate longè posterioribus, qui à rebus illis gestis sunt remotiores, et paucioribus subsidiis instructi. Accedit, quod ipse Q. Curtius fateatur Alexandrum M. ex quorundam auctorum (æquibus quidem ipse recedit) sententiâ, regnum suum ante mortem facto testamento fuisse partitum.

190. Quæres V : « Quomodo Antiochus Epiphanes (1 Mach. 4, 57) potuerit in templo edificare idolum desolationis, quod juxta prophetiam Danielis (Daniel. 9, 27) in templo primùm ponetur in fine mundi, ut ex Christi predictione (Matth. 24, 15) patet? » — Resp. 1^a : Meritò dici potest citata propheta Danielis habere duplicum sensum literalem (1), unum principaliter intentum de Anti-Christo et ejus tempore, alterum minùs principale de Antiocho Epiphane et persecutione ejus. Ista enim fuit Anti-Christi figura, et ab aliquibus Patribus (2) vocatur Anti-Christus veteris Testamenti. Potest igitur dici, hoc vaticinum Dapiclis, qui dicit ante Antiochum Epiphanem vaticinatus est, ex parte implutum fuisse in Antiochó, et ex toto implendum in fine mundi. 2^a Dico cum Bellarmino, negari posse suppositum, quod in l. 1 Machab. loc. cit. sermo sit de eodem idolo, de quo Daniel loquitur; nam in l. 1 Machab. nulla fit mentio propheticæ Danielis. Solummodò idolum Antiochi vocatur abominandum idolum desolationis, quo modo loquendi etiam usus est Daniel; potuit autem auctor l. 1 Machab. per sensum accommodatitum idolo Antiochi applicare

(1) Ejusdem loci in S. Scripturâ esse aliquando plures sensus litterales, est vera et certa sententia theologorum et interpretum, S. Thomas 1 p., q. 1, art. 10; et q. 4, de potentia, art. 1; et in 2 Sententiarij, dub. 12, art. 2, ad 7; Bellarmini, tom. 1, controvers. 4, 1, 3, cap. 3; Salmeronis, Prolegom. 8 in S. Scriptur.; Boafferil, in Praelogis in totam S. Scripturam; Serarii in Prolegom. Bibl. cap. 21, questione 12; Melchioris Cani, l. 1 de Locis theol. cap. 11, in 7 argumento principali, ad 3 rationem. Hermanni Goldhagen, Introdut. in S. Scriptur. p. 4, sect. 1, quest. 6, num. 140 et seqq., etc.

(2) Vide Bellarminum de Anti-Christo.

verba Danielis , licet de eodem idolo non esset utroque sermo.

191. Quæres VI : *Quomodo liber 1 Machab. cum libro 2, et hic secum ipso concilietur in narranda morte Antiochi Epiphanis, cum (1 Malach. 6, 4 et seqq.) narretur ejus mors contigisse in Babyloniam ex tristitia ob auditum suorum in Iudea cedem; è contrario (1 Malach. 4, 15) dicatur evenisse in Perside in templo Nanneæ, quod expilaturus advenerat; at (2 Mach. 9, 3 et 28) eadem mors narretur accidisse in Mediah hunc procul urbem Ecbatanam in montibus?* — Resp. : Varia est ad hanc questionem variorum responsio. Multi cum Bellarmino putant, in omnibus tribus citatis Scripture locis describi mortem ejusdem Antiochi, nempe Epiphanis seu illustris. Alii , ut tria haec loca concilient, aiunt, non de uno eodemque, sed de tribus diversis Antiochis ibi sermonem esse. Iterum alii contendunt, non triplicem, sed duntatax duplum Antiochum hic memorari, nempe 1 Mach. 6, 4, 17, et 2 Mach. 9, 3, 29, narrari mortem Antiochi Epiphanis; ast 2 Machab. 1, 15, mortem Antiochi Seditis. Hæc ultima sententia, quam cum Michaelae Medina (1), Fullonio et Menochio (2), multisque aliis tenet Ignat. Weitenauer (3), ceteris est preferenda, omnemque apparentem antilogiam citatorum locorum facile dispellit. Nimirum 1 Mach. cap. 6, et 2 Mach. cap. 9, Antiochus Epiphantes opulentam Persie urbem ac templum diripere cupiebat, sed fugatus, iter Babylonem flectere coactus est. Cùm verò propè Ecbatanam Mediae urbem pervenisset, intellecta suorum ducum Nicianoris et Timothei accepta clade, Judeos ad intercessionem perdere meditatur, sed viscerum doloribus à Deo percussus, peregrinè in montibus miserè mortuus est. At 2 Mach. cap. 1, Antiochus aliud posterior (4), Sedites aut Sotor dictus, de quo etiam 1 Mach. 15, 1 et seqq. sermo est (5), Nannea ex templo gazam ad se avertire dotis nomine, aggressus, à sacerdotibus, lapidatur et perit. Quòd si Antiochi Seditis exitium alteri narrant, mirum non est. Cùm enim morte clamdestinæ sublatus fuerit, diversi rumores à diversis excepti, etiam in libros manarunt.

Dices : Antiochus, 1 Mach. 6, 4, dicitur fugitus ab urbe Elymaide; ast 2 Mach. 9, 2, dicitur ejectus urbe Persepoli. Dein, 1 Mach. 6, 5, dicitur, cladem suorum intellexisse in Perside; sed 2 Mach. 9, 3, dicitur eamdem cognovisse circa Ecbatanam urbem in Media sitam. Quomodo hæc conciliantur?

Ad primum : Vox hebraea *Elymais* idem significat ac vox graeca *Persepolis*; אֶלְמָי Elam enim hebraicè Persiam significat. Igitur nomine hebreo usus est auctor libri primi Machabæorum ; nomine græco auctor libri 2 (6), uterque pro lingua quæ scripsit. Nam

(1) L. 6 de recta in Denm Fide, cap. 15.

(2) Comment. in citato tres lib. Mach. textus.

(3) Vide in hujus auctoris Biblis germanicis notas in 2 Mach. 1, 14, et in 2 Mach. 9, 2.

(4) Vide ante Calmeti Commentarium positam tabulam chronologicanam quatuor librorum Machabæorum.

(5) Vide Ignat. Weitenauer notam in 1 Mach.

48, 1.

(6) Vide Fullonium in 1 Mach. 6, 1.

auctor libri 1 scripsit hebraicè (1), et S. Hieronymus, in Prolego Galeato testatur, librum 1 Machab. lingua hebraicâ conscriptum, à se visum fuisse; auctor verò libri 2 scripsit lingua græca.

Ad secundum : Tam media, cuius metropolis Ecbatana erat, quam Babyloniam conterminaque omnes regiones communis Persidis nomine appellant solebant ab eo tempore, ex quo Persis parnerant. Probatur id ipsum etiam ex 2 Mach. 1, 49, ubi dicitur : *Cum in Persidem (h. e., in Babyloniam) ducerent patres nostri. Tempore enim auctoris libri 2 Mach. hæc scribentes, Persidis nomine comprehendebatur omois regio trans Euphratem, teste Calmeto, Comment. in 2 Mach.*

192. Quæres VII : *An id quod (1 Mach. 6, 37) de elephantis in exercitu Antiochi Eupatoris narratur his verbis : Sed et turres ligneæ... super singulas bestias; et super eas machine; et super singulas viri virtutis triginta duo, qui pugnabant desuper, et Indus magister bestie, verisimile sit, quemvis nimirum illorum elephontorum sufficisse tanto oneri gestando.* —

— Resp. : Increduli, quorum aliqui verisimilitudinem hujus rei negant, crassam ignorantiam suam manifestè produnt. Id enim non tantum est verisimile, sed usitatum. De turris elephantis, tanquam de re nota, Juvenalis, satirâ 12, canit : *Et dorso ferre cohortes, partem aliquam belli, et euntem in prælia turrim.* Similiter Philostratus in Vitâ Apollonii , de elephantis, quales communiter in Indiâ dantur, ait turrigeros eos esse, et quindecim milites ex unâ tali bestiâ pugnare posse. Si id de elephantis communiter et ordinariè verum est, quid dicemus de indicis majoribus, quos teste Plinio lib. 8, c. 11, Livio, decad. 4, lib. 7, et Gesnero lib. 1 de Quadruped., constat, Africanis longè maiores et robustiores esse. Atqui elephantos Antiochi Eupatoris indicos fuisse , clarè colligitur ex eo, quòd Indus esset magister bestie. Dùm autem Thevenotus testatur elephantum indicum ultra 3200 libras ferre non posse, non loquitor de elephantis robustissimis (quales haud dubiè Antiochus Eupator ad bellâ gerendâ selegerit), sed solum de robustis, ut eruditissimus vir Joseph Khelliūs, operc in lib. Machab., monet. Aptissimè hanc in rem Calmetus ait : *Certum est elephantum gestare posse quinque vel etiam sex milia librarum pondus; at triginta duo levis armature homines, quales erant sagittarii, nequaquam quinque mille librarum pondus efficerant. Si enim singulos dixeris centum et quinquaginta librás appendisse, triginta duo viri librás rediderunt 4800.* Adde testimonium unius ex hodiernis, ejusque celeberrimi naturæ cognitoris. Est autem Cl. Bonnetus , qui in Contemplatione Nature tom. 2, p. 12, toto capite 46, elephantum considerat. Hic inter alia ait : *Proboscide (elephantus) suâ arboreas radicibus evelit... solus machinas ingentes agit, et onera aufert quæ multi equi vix moverent, et cum turri militibus armisque plenâ progreditur, quin succumbat.* Et infra, in notis subjectis : *Onus quatuor et quinque millium pondi*

(1) Vide que supra in fine Praefationis ad libros Machabæorum diximus.

parum est elephanto majoris formæ. Quidam viatorum asserit, se vidisse aliquem, qui duo tormenta bellica ad pedes quingentos detulerit solis dentibus, etsi singula ter centum pondo appenderint. Ita iste scriptor de elephanto majoris formæ. Quid jam de omnium maximis atque immanibus illis, qui integris provinciis perquisiti, ad bella erudiebantur? Horum quidam non solum triginta duos, sed etiam quadraginta, aut adhuc plures graviter armatos per aciem circumtulerunt. Hec si profani auctores, omnibus vel plerisque assentientibus, referunt; quib[us] impudentiâ increduli inficias eunt, si quando scriptores sacri non dico paria, verum minora narraverint? Vide Calmetum, Sanctum, Serarium, Cornelium à Lap., Ignat. Weitenauer, alias in 1 Machab. 6, 57. Quibus addendi scriptores naturalis historiæ, D. Buffon, abbas Pluche, Erxleben, Beckmann, Scopoli, Unzer.

193. Quæres VIII: : Quomodò auctor l. 1 Machab. dicere potuerit (1 Machab. 8, 16), Romanos committere unu[m] homini magistratum suum per singulos annos; cum tamen omnibus notum sit, duos quotannis Romanus consules fuisse creatos. — Resp. et dico cum Menochio, citatum caput 8, non absolutè hoc asserere, sed tantum dicere, quòd hoc Judas Machabæus audierit: *Et auditus Judas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus*, etc. Fides ergo sua constat scriptori libri primi Machabœorum, quamvis falsa fuissent, quæ nuntiū Iude Machabæus de Romanis narrarunt. Neque enim ait, vera fuisse, quæ narrarunt, sed tantum narrata fuisse; fermè sicut in Evangelii multa de Christo dicta fuisse referuntur, potatorem vini fuisse, seductorem, Samaritanum, blasphemum; quæ quidem verum est, ab hostibus Christi dicta fuisse, etsi vera non sint. Unde S. Augustinus, I. 9 contra Priscill. et Orig.: *In Evangelio*, inquit, *quamvis verum sit omnino quid dicta sint, non tamen omnia, quæ dicta sunt, vera esse creduntur; quoniam multa à Iudeis falsa et impia dicta esse vera, Evangelii Scriptura testatur*. Hæc sola responsio, ut Fullonius rectè observat, sufficeret ad omnes sectariorum cavillos seu objectiones, quas contra hoc caput 8 libri 1 Machabœorum effutunt, refutandas.

Ostendemus nihilominus, Deo propitio, ea non modò narrata Iude Machab. fuisse, sed etiam aliquo certo sensu verè dici potuisse. Etsi enim duo quotannis Romanæ consules essent, unus tamen homo in estimatione morali dici possunt, et unu[m] homini commissum fuisse magistratum, non tantum quòd unius instar essent, aut esse deberent, et unam haberent summam potestatem; sed quia imperium quidem penès duos, at insignia imperii (fasces) penès unum erant (vide Livium, lib. 2); item, quia, ubi uterque consul simul ad bellum exibant, alternis diebus penès unum erat summa imperii. Testis, evidens hujus rei fuit infelix illa dies, quæ contra Annibalem ad Cannas pugnatum à Romanis fuit, jubente Yarrone consule, cui sors imperandi eā die obtigerat, nihil consulto collega suo Paulo, penès quem pridiè symma imperii fuerat, et postridie morsus futura erat (vide eundem, lib. 28). Hanc et

plures alias rationes, ob quas Romani uni commisso magistratum dici possint, ut refert Fullonius.

194. Quæres IX: : Quomodò auctor l. 1 Machab. (cap. 8, v. 7) dicere potuerit, Antiochum M. à Romanis vivum captum esse; cùm tamen nemo unus profanorum historicorum (quales hæc de re erant Polybius, Appianus, Justinus, etc.) hanc regis Antiochi captivitatem memorent. — Resp. et contra hanc Wernsdorfii objectionem dico, transmisso etiam quòd de illa captivitate regis Antiochi scriptores profani sileant, auctoritas *θεοπνευστες* unius auctoris prævalet profanis omnibus. Cæterum Appianus ait Antiochum ab hoste inclusum fuisse, et tandem per medios evassisse. Verba ejus sunt: *Hos quidem diffindens evasit*: ergo fuerat saltem ad tempus breve captus. Praeterea non diffuntur historici profani, Antiochum à Scipione Asiatico ita pressum fuisse, ut nisi durissimis conditionibus subscripsisset, Romanorum manus habuissent effugisset. Ejusmodi verò statum teste Cicero, lib. 8 Epist. ad Attic. Epist. 45, etiam optimi scriptores latini verbis *capere, capi* exprimere solent.

Dices: 1^o Si Antiochus M. à Romanis captus fuisse, nunquam evasisset. 2^o Aut certè Romani capti hujus regis effigiem pro more suo in triumpho circumfultissent; de quo neutro tamen aliquid constat. Ad primum, captum regem potuisse elabi; vel corrumpendo custodes, vel eripi à suis, vel aliis innumeris modis. Certè ipsa conditio ejus, afflictæ sanè, persuaderet nobis, cùm omnia imperata faceret, Scipione non invito clapsum; et eventum rei à Polybio, Scipionis amico, dissimilatum fuisse. Ad secundum dico, effigies captorum regum tum circumportatas in triumpho fuisse, cùm capti, vel mortui, vel supplices vehiam obtinuerint, ut probant exempla Cleopatre, Mithridatis, Tigranis, etc., non eorum, qui capti, iterum elapsi, conditions pacis acceperunt.

195. Quæres X: Quomodò Romani (1 Mach. 8, 8.) regionem Indorum et Medorum potuerint regi Pergamorum Eumeni dona dare; cùm tamen Romanis neque Medis, neque Indie imperaverint. — Resp.: Quoniam Romanis Indis et Medis non imperaverint, poterant tamen Antiochum compellere, ut non solum regiones minoris Asiae, sed Medianam quoque, et quidquid ad oram Indi ammis possidebat, cederet Eumeni. Plures adhuc alias responsiones eruditorum ad hanc questionem recensent Calmetus, et inter alias etiam illam Menochii et aliorum, quam jam supra num. 193, quæst. 8, dedimus, dicentium, ad veritatem historiæ sacrae sufficere, Judam Machab. ita audivisse (videlicet Romanos Eumeni regionem Indorum, et Medianam dedisse), etsi aliter res forte se haberet.

Scholion. Quid in hoc loco Scripturæ, nomine Indorum et Medorum intelligatur, inquire apud Calmetum aliasque interpres ejusdem loci.

196. Quæres XI: Quomodò auctor l. 1 Mach. (c. 8, v. 9) dicere potuerit, ab iis, qui sunt circa Helladam, id est, ab Achæis bellicis contra Romanos susceptum esse; cùm tamen Achæi, qui incolunt Helladam, nusquam in omnib[us] historiis legantur Romanis bellum indicuisse. — Resp.:

Apud Helladam, sive circa Helladam et Aetoli sunt, qui ab anno ab urbe conditâ 564, à Romanis ad Antiochum defecerunt; postmodum verò à Glabrione detrecti sunt.

Scholion. Quòd si his tricis geographicis et historicis te immiscere nolis, dic paucis, historicum sacram tantum asserere, quòd Judas Machab. audierit hæc, non quòd reverè ita se omnia habeant, prout 1 Machab. cap. 8, de Romanis narrantur. Quan reflexionem jam supra iteratò fecimus, et hoc loco etiam Cl. Widenhofer facit.

197. Quæres XII: *Quomodo ostendi possit, antilogias chronologicas in duabus libris Machabæorum occurrentes non esse reales, sed solum apparentes.* — Resp.: Non vacat his tricis chronologicis enodandis prolixius immorari, ne præsens nostra lucubratio præstutata brevitatis modum plus nimio excedat. Duo solum hic monenda censeo. Primum est, quòd hæc difficultates chronologicas distinctè recensite, et eruditè solute videri possint apud Hermannum Goldhagen et Fullonium. Secundum est, quòd ad dictas difficultates chronologicas solvendas permultum conferat id, quod jam supra in præfatione ad lib. Machab., monuimus, nimib[us] alia esse in libro 1 Machab., alia in libro 2, annorum initia, totoque dimidiato anno inter se distare. Prior enim inchoat à mense nisan, qui ex parte martio nostro respondet; posterior autem à mense tisri, qui ferè incidit in septembrem. Unde necesse est, ut prior liber sex totis mensibus præcedat posteriorem: adeoque non est mirandum, rem gestam, quæ auctore 1. 1 Mach. refertur, ex. gr., ad annum 149, ab auctore 1. 2 Mach. referri ad annum 148. Sic 1 Mach. 6. 16, obitus Antiochi Epiphanius figurit in annum Græcorum 149; sed 2 Mach. 11. 33, littera Antiochi Eupatoris ejus filii post patris obitum datæ referuntur ad annum 148. Vide præter Hermannum Goldhagen et Fullonium etiam Salianum, ad annum 389, et Petavium, de Doctrina temporum, cap. 42, 43.

Diccs: Juxta auctorem 1. 1 Mach. cap. 9, v. 18, Judas Machabeus occupuit anno æra Seleucidarum 152; et tamen juxta auctorem 1. 2 Mach. cap. 1. 16, adhuc induxit post 57 annos, scilicet anno 188 scribere epistolam; atqui hæc differentiale chronologica inter auctorem primi, et auctorem secundi libri Mach. non tantum est dimidi aut unius anni, sed plurium annorum. — Resp.: Nego quòd in libro secundo Mach. loc. cit. sermo sit de Judâ Machabæo, sed solius Judæ nonen siue addito Machabæi ibi commemoratum verisimilius designat Judam Essenum, virum ob prophetæ donum magnæ apud Judæos auctoritatis quem in prædicondis futuris nunquam errasse perhibet Josephus, lib. 13. Antiq. cap. 19. Hunc igitur Judam virum sanctimoniacum ac vaticiniorum famâ celebratum Serarius, Salianus, Fullonius, Calmetus aliique plures ceuerunt cit. loc. memorari in epistola Judæorum habitantium Jerosolymis data ad Judæos in Ægypto commorantes; tum quia multum momenti apud Ægyptiacos Judæos habitura erat hujus Judæ auctoritas, velut viri sancti et prophete; tum quia idem ipse

videlit breviator Jasonis (vide 2 Mach. 2, 24), adèque scriptor et memorata epistole, et totius libri 2 Machab.; tum denique, quia non insolitus fuit, etiam exteris nationibus, virorum præcipuorum, virtuteque ant dignitate sacrâ insignium nomina publicis tabulis inscribere.

Scholion. Quamvis in libris Machabæorum varie difficultates historicæ et chronologicae occurrant, eas tamen orthodoxi interpretes passim explicant et complant. Præcipuè autem consulendus Cl. Josephus Khell in egregio opere, quod scripsit de historia Machabææ. Cùm enim vir clarissimus Erasmus Froelich emissis in lucem Annalibus regum Syriæ tam chronologiam, quam res gestas, que spectant libros Machabæorum, ex ipsis nummis regum Syriæ firmasset mirificè, præter alias Protestantes cum impugnavit Gottlieb. Wernsdorffius in *Commentatione historico-critica de fidè historica librorum Machabæorum*, Uratislavie, 1747. Ubi quidem omnem dat operam, ut libros Machabæorum non tantum divinâ, sed etiam humana auctoritate despoliat. Verum Cl. Joseph. Khellius, qui tum erat Eras. Froelichii auditor, hujus scriptum de annalibus regum Syriæ vindicavit, edito anno 1749 opere cuius titulus: *Auctoritas utriusque libri Machabæorum canonico-historica adserita, et Froelichiani annales Syriæ defensi adversus Commentationem historico-criticam vni erudit Gottl. Wernsdorffii. Vien. Austr. ex typ. Tratt. 1749*. Porro is ipse Josep. Khellius, qui olim laudat Froelichii auditor erat, postea ejusdem factus est successor in curâ Garrellianæ Bibliothecæ; sicut hodiè Josephi Khelli successor et præses memoriae Bibliothecæ, est vir clariss. M. Denis (1).

CAPUT II.

De Libro 2 Machabæorum.

198. Quæres XIII: *Quomodo Judæi habitantes Jerosolymis (2 Mach. 1. 9) Judæis in Ægypto commorantibus scribere potuerint: Et NUNC FREQUENTATE DIES SCE-, NOPECLE MENSIS CASLEU; cum tamen dies scenopegiae ex præcepto divino (Lev. 23, 34) non mense nona casleu, sed mense septimo tisri dicto, celebrandi fuerint.* — Resp.: Et dico cum Fullonio, Tirino, Calmeto et alii, per dies scenopegiae in libro 2 Machab. loc. cit. non intelligi illos mensis septimi tisri, sed dies encoeniorum mensis noni casleu, quando à Judâ Machabæo repurgatum fuit templum, et de novo dedicatum altare. Tunc enim, licet non occurrent dies scenopegiae seu tabernaculorum, tamen dies totos octo dedicationis illius peregerunt festivè Judæi in modum festi Tabernaculorum, ut 2 Mach. 10, 6, dicitur. Applicatur ergo hic Seenopegia appellatio encoenii per Judam Machabæum indictis, nou à temporis ratione, sed ex similitudine gaudii. Quemadmodum enim letissimum erat festum tabernaculorum, et octo diebus agebatur sub contextis ex ramis frondibusque virentibus ten-

(1) Vide Merkwürdigkeiten der k. Garrellischen öffentlichen Bibliothek am Theresiano, von M. Denis, Wien 1780, in Præfatione, oder in der historischen Nachricht, p. 12, 16.

toris; ita diebus totidem pariter celebrabantur encœnia instaurati templi, ad quod proficiscebantur *thyrsis et ramis viridibus et palmis* exornati 2 Mach. 10, 7. Neque mirum aticui videri debet, quod in Iudea arbores cum foliis date fuerint mense casciu, videlicet novembrem inter et decembrem. Viatores enim asserunt, in Palæstinâ menses hos esse adhuc satis amenos et florentes.

199. Quæres XIV: *Quomodo Jeremias* (2 Mach. 2, 5) *tabernaculum, et arcam, et altare incensi in monte abscondere potuerit tempore, quo urbs Jerusalem à Nabuchodonosore obessa fuit; cum tamen hoc facere nequeritur durante obsidione, quia ipse tunc erat in carcere; nec possea, quia Chaldei capti Jerosolymâ, omnia pretiosa templi* (Jerem. cap. ultim. c. 17 et seqq.; item 1 Esdrae 1, 9, 10 et 11) *abstulerunt.* — Resp. et dico cum citatis et aliis plerisque interpretibus, arcam, tabernaculum et altare incensi à Jeremiâ verisimilius asportata fuisset capti jam à Chaldeis Jerosolymâ, antequam ab iisdem templum incenderetur. Facile enim hoc potuit à Nabuchodonosore, et ejus belliduce Nabuzardo impetrare Jeremias, cum illis percharus esset, et maximæ apud eosdem auctoritatis, eò quod durante obsidione, multum pro tradendâ Chaldeis civitate apud regem Sedeciam et primores Iudei populi constitisset, affirmans, talen esse voluntatem Dei, ut civitas in manus Chaldeorum veniret, Jerem. 39. Certè Nabuchodonosor capti jam Jerosolymâ ad Nabuzardanum magistrum militiæ dixit ibid. 12: *Tolle illum* (id est, Jeremiam) *nihilque ei mali facias, sed, ut voluerit, sic facias ei.* Denique aliunde nempe Jerem. 52, 17, etc., item 1 Esdrae 1, 9, etc., constat, in vasis per Nabuchodonosorem è templo sublati non numerari arcam, neque altare thymiamatis, nec tabernaculum; adeòque vel inde satis patet, haec vel ante expugnatam Jerosolymam jam fuisse ablata aut post captam hanc urbem concessa alteri, Jeremie scilicet per Nabuchodonosorem. Vide de hac re Ignat. Weitenauer (1), Fullonum (2), Calmetum (3), ubi etiam decisum invenies, an arca templo restituta sit post captivitatem Babyloniam.

200. Quæres XV: *Quomodo verisimile reddi possit, quod Deus per continuos 40 dies publica prodigia edidit prout (2 Mach. 5, 2 et 5) his verbis narratur: «Constitigit autem per universam Jerosolymorum civitatem et videri diebus quadraginta per aram equites discurrentes... et hastis, quasi cohortes armatos, et cursus equorum per ordines digestos, et congressiones fieri coniuntur?» etc. An non potius dicendum, hoc fuisse merum oculorum ludibrium, aut meteoron aliquod caeleste? Ita quidam ex incredulis, sed male. Nam resp. et contrarium cum Lyrano et alii sic ostendo. Inprimis citatus Scripture locus non ita intelligendus est, quasi diebus singulis facta fuerit ista apparitio; sed tantum, quod intra 40 dies ea pluries data fuerit; sicut, dum dici-*

(1) In notâ adjectâ in suis Bibliis germanicis 2 Machab. 2, 5.

(2) Comment. in 2 Mach. 2, 4, 5, 6.

(3) In Dissertat. vñmissâ Commentario in lib. Machab.

*tur, Act. 1, 3, quod Christus post resurrectionem suam per dies 40 apparuerit discipulis suis, non est sensus, quod singulis diebus, sed quod pluries intra illud tempus eis se videndum praebuerit. Porro, quamvis non raro ejusmodi spectacula in acre visa à vulgo falso spargantur, aut merum sint oculorum ludibrium, aut meteoron seu lumen naturæ, negari tamen nequit, interdum ejusmodi ostenta reverâ apparuisse, et quidem clarâ luce, palam omnibus visa, et diu, ita ut nullum prudens sit dubium, quin ea fuerint speciali Dei iussu efformata, ad terrendos mortales, aut publicas calamitates presignificandas. Neque enim solitus naturæ cursus, lususve, tot dies constanter tenuisse potuit, aut per intervalla redisse, eadem specie ac situ; cum vapores et balitus, qui naturalium meteororum materia sunt, agitatione perpetuâ atterantur ac mutentur, et ordinariè brevi evanescent. Unde non credo, merè naturale fuisse illud ostentum, de quo Tertullianus, l. 3 contra Marcionem, prope finem, testatur his verbis: *Constat ethniciis quoque testimoniis, in Iudeâ per dies quadragesima matutinis momentis civitatem de celo pependisse, omni mæniorum habitu evanescente de profectu diei, et aliis de proximo nullam.* Quidni ergo pariter tanquam rem certam habemamus, etiam tempore Machabæorum illud ostentum vel per bonos genios, vel per malos in aere effictum fuisse; quanquam per bonos malum, cum ad salubrem metum iniiciendum, corrigendosque pravos mores, et vindictam divinam spectaret, quæ dæmonum mens et cogitatio non est.*

Confirmatur nostra responsio ex pluribus aliis ejusmodi ostentis in aere visis tanquam prodromo fatalium calamitatum, quorum multa recenset Conradus Lycosthenes quamvis acatholicus, tractat. de Prodigiis et Ostentis, aliquie. Sic, ut alia taceam, teste Spoudano, an. 1494, visi in agro Aretino equites innumeri, cum terribili strepitu, tympanorum sonitu, et buccinaru clangore, per medium cœlum transire sub tempus expeditionis Neapolitanæ per Carolum VIII, Gallie regem. Similiter ante Hierosolymorum supremum per Romanos excidium, vigesimâ primâ artemisi mensis, qui aprilii nostro respondet, sub solis occasum visæ supra Hierosolymam acies discurrere, eamque obsidione cingere, teste Josepho Jud., lib. 7 de Bello iudaico, c. 7, cuius etiam prodigi meminit Tacitus, Hist. lib. 4, his verbis: *Visa per celum concurre acies, rutilantia arma.* Potuit Josephus, qui tunc in Iudeâ degebat, oculatus testis seu spectator fuisse horribilis illius prodigi; nec mentiendi, fingendique causam habebat; immo, si finxisset, ridiculum se et expolendum praebuisset, superstitibus plurimis, per quos falsi argui potuisset. Idem de Tacito dixerо.

201. Quæres XVI: *Quomodo confutanda sint notæ vatorum dictoria adversus libros Machab., dum hos carpunt, quod approbent, quæ admitti salvâ religione non possunt, e. g., dum de facto Razia se ipsum occidentis, cum ab hostibus iam se capienti dum videret, auctor libri 2 Machab. (c. 14, v. 42) dicit: Eligens nobiliter mori potius, quam subditus fieri peccatoribus. Aut dum factum Eleazar (4 Mach.*

« 6, 45, 47), qui se ipsum ambitione ductus (*Ut..... acquireret sibi nomen aeternum*, *ibid. v. 44*) elephanti opprimendum subiecti, tanquam actus heroicus ab auctore libri primi Machab. describitur; cum tamen *avtoxeipia* seu suicidium lege naturali et divina positiiva prohibetur? In neutro allegato Scriptura loco *avtoxeipia* seu suicidium absque jussu aut speciali instinctu Dei Domini vita et mortis factum approbat. Nam quod attinet factum Raziae, duplex est sententia, utraque graves pro se citans auctores. Prima est SS. Augustini et Thomae, quam etiam Calmetus amplectitur, queque Raziam hoc facto malè egisse contendit. Sed hi negant suppositum, quod auctor libri 2 Machab. illud approbet. Nam, quando Raziam ait, *nobiliter*, seu, ut textus græcus habet, *expiatos, generosè* egisse, tantum refert ejus animositasem, latum autem ipsum non approbat ut licitum, et multo minus ut pium et sanctum. Quæ sententia, si vera est, per se patet, in libro 2 Machab. in factu Raziae non approbari aliquid vera religioni contrarium. Secunda sententia, quæ non paucis, ac etiam mihi probabilior videtur, est, quod Razias excusari possit, eò quod sui occisionem in talibus circumstantiis putari esse leitam sibique persuaserit, esse melius, ad legis divinæ honorem sic mori, quam inter opprobria ejusdem tristissimam vitam extendere; vel (quod valde verisimile est) quia divino instinctu, in variis N. T. martyribus non infrequentia ad hoc facinus se moveri senserit; certè et rationes anteacta vite Raziae, et ejusdem vires supra modum in hoc facto auctæ, prolatæ verba et extrema ejus oratio, quam plenus fide in resurrectionem futuram *invocavit dominatorem vita ac spiritu*, 2 Mach. 14, 46, et intestina cum vita projectis, benignorem de hoc facinore sensum persuadere possunt. Plura in favorem Raziae vide apud Tirinum, Comment. in 2 Mach. Lyranum, Serarium, aliasque, qui hanc secundam nostram sententiam sequuntur.

Neque nos abstergere debet auctoritas S. Augustini et D. Thomæ contradictionis propugnantium. Nam S. præsul Hipponeñsis et alia quedam in genere morum scripsit, quæ nemo nunc admittit; et preterea singulares causas habuit, cur Raziae factum improbaret. Volebat enim Circumcellionibus hereticis in Africâ effugium praecidere, qui cum sese vel flammis injicerent, vel mergerent aquis, vel præcipites è rupe darent, etc., ubique Raziam obtendebant amentie sue. Iстis igitur diversa via occurrentium censuit S. Augustinus. S. Thomas verò, plerumque sequens S. Augustinum, non afferit hinc nova argumenta nobis contraria.

Denique etiam illud probæ notandum, quod falsum esset, nobiliter seu generosè egisse Raziam seipsum occidendo, nisi Spiritus S. instinctu id egisset; cum prorsus abjecti pusilliæ animi sit *avtoxeipia*, id est, sui ipsius peccatio, testibus non solo Augustino, et Lætanio, aliisque Christianis, sed et Aristotele, Euripi, Virgilio, et aliis gentibus à Lipsio et Serario citatis; prout Tirinus loc. cit. rectè observat. Cum igitur S. Scriptura factum Raziae laudet tanquam nobile et generosum, omnino dicendum videtur, illud ex inspi-

ratione divina contigisse. Ita etiam sentit Menochius dicens: « Impulsum fuisse (Raziam) à Spiritu S. ad mortem sibi ultrò inferendam, ex illo colligi vnoctetur, quod sacer textus factum non solum narrare, sed etiam commendare videtur. » Verum satis de Bazia.

202. In Eleazarō autem excusando, imò ob factum suum laudando nulla est difficultas. Licuit enim Eleazarū utpote militi, se in hoc periculum conjicere; quia haec non fuit directa sui occisio seu cum intentione incurriendi mortem tanquam finem, aut eam eligendi tanquam medium in ordine ad alium finem; sed fuit solum indirecta sui occisio, qua sit, quando mors neque intenditur tanquam finis, neque eligitur tanquam medium ad alium finem, ponitur tamen actio aliqua, ex quæ mors prævidetur esse secutur; quamvis ea, ut dixi, non intendatur, sed solum permittatur. Jam autem ejusmodi indirectam sui occisionem quandoque gravi et ex justa causâ esse licitam, theologi (1) passim docent et probant. Igitur Eleazarus licite sublit grave illud mortis periculum, *ut liberaret populum suum*, 1 Mach. 6, 44, et *acquireret sibi nomen aeternum*, tum apud Deum tanquam premium virtutis, tum apud homines, ita ut pro fine primario habuerit gloriam Dei et salutem populi sui, gloriam autem apud homines solum pro auctario. Adde, quod non fuerit omnino certus, elephanto vel illiciò, vel ita corruturum, ut neutrum ad latus declinaret (2); adeoque potuit habere aliquam spem mortem evadendi, etiamsi bestiam occideret. Laudandus igitur omnino et aeternâ memoriâ dignissimus Eleazarus; qui ex regis insignibus, elephanto ratus inveni regem puerum (Eupatorem), ejusque morte sperante se populo Dei stabilem pacem ac libertatem paritum, simulque veram se apud Deum laudem inventurum, et gratiam sibi apud posteros memoriam; contempto vita periculo, per medios hostium cuneos apertâ cedibus viâ, ardens et victor perrupit ad heluanum, et sub hujus pedes subiens, defossi in intestina gladio, mole cadenti obrutus, tumulum sibi de victoria sua fecit. Certè tantam animi virtutem summis laudibus celebrat S. Ambrosius (3); et Calmetus ait, *non circa temeritatem notam Eleazari factum tam magnanimum damnari posse*.

203. Quæres XVII: *An exemplo Raziae* (2 Mach. 14, 41 et 42) *seipsum occidentis, furor mortaliuum, sibi ipsis violentas manus inferentium, merito se tucatur*. — Resp. negativè. Nam etsi Razias non peccasset (de quo disputant, ut præced. quæst. 16, num. 201, vi-

(1) Vide, ex. gr., Theologiam dogmatico-speculativ. Cl. Monschein, tract. 3 de Legibus, Jure et Justitia, num. 256, 259 et 260.

(2) Vide Calmeti Comentarii, in 1 Mach. 6, 44.

(3) L. 1 Offic. cap. 40, ubi iste S. Pater de memorato Eleazari facto ita loquitur: « Quanta igitur ista virtus animi? Primum, ut mortem non timeret; deinde ut circumfusus legionibus iniectorum in confertos raperetur hostes, medium penetrare agmen, et contempta morte ferocior, abjecto clypeo, utraque manu vulnerata molem bestie subiret, ac sustineret: post, infra ipsam succederet, quod plenior feriret ictu: cuius ruina inclusus magis, quam oppressus, suo eis sepultus triumpho. »

dimus), an ideo sequeretur, etiam alios, qui se, nostra præsertim etate, frequenter perirent, non peccare? Aut ubi sunt argumenta, quibus (quemadmodum de Razia) solidè probari possit, quod id ex ignorantia invincibili, vel ex speciali Dei instinctu faciant, aut fecerint?

204. Objicit auctor Commentarii in tractatum Beccarie de Delictis et Paenit. Philadelphiæ, ut titulus habet, impressus; qui quidem non aliud esse dicitur, quam Voltairius, ac ita argumentatur: Licit sibi necem conciscere alterius causâ, videlicet principis, aut patris; igitur et sui causâ id licet. — Resp.: Non licet sive principis, sive patris causâ se directe occidere; verum pericolo exponere se, cadendi manu alienâ, ut supra explicatum est. Sic docet jus naturæ; et dominus de Voltaire, legum positivarum contemptor, saltem hoc minimè debebat ignorare.

In stat idem auctor, et addit, in bibliothecâ Regiâ Parisiis servari librum viri sancti, qui planè defendat, subimet illatam mortem posse variis de causis culpâ vacare. — Resp. et quero: Quis est ille vir sanctus, quem antesignanus deistarum aris imponit? Respondet Cl. Weissenbach, et ait: Abbas Sancyrus. Verum, quis abbas Sancyrus fuerit, et quād parvum, inò nihil ex eo probari possit, eruditii Catholici omnes nōrunt. Objicit alius: Si solus Deus est dominus vitae, cur ergo princeps vel magistratus cuiquam vitam admittit? — Resp.: Quia potestas publica et legitima in supplicio est à Deo, testante Apostolo, Rom. 13, 1, 4: *Non est potestas nisi à Deo... Si autem malum feceris, time; non enim sine causa (princeps vel qui potestatem publicam habet) gladium portat.* *Dei enim minister est: vindex in iram ei qui malum agit.* E contrario, unde adversarii probant, Deum etiam concessisse hominî potestatem, et licentiam seipsum directe occidendi?

205. Queres XVIII: «Quomodo *θεοπνευτος*, seu inspiratio divina auctoris l. 2 Machab., conciliari posuit cum sequentibus suis dictis aut factis. 1° Quòd (cap. 2, v. 27) dicat, se in conscribendo hoc libro suscepisse non facilem laborem, inò vero negotium plenum vigiliarum et sudoris. 2° Quòd (cap. ultim. v. 59) petat veniam suorum erroratorum, si minus dignè scriperit. 3° Quòd sibi id adscribit velit, non alteri: *Concedendum est mihi.* 4° Quòd sibi ipse diffidat, an semper verum scriperit, quia (ibidem) ait: *Si, ut historiæ competit, minus dignè scriperim, concedendum est mihi;* atqui veritas historiæ competit; ergo de hac dubitat. 5° Quòd fateatur se non puram veritatem scripisse; nam suam historiam (cap. ultim. v. 40) comparat nec puro vino, nec pura aqua, sed *vino aquæ mixto*, ut græcus textus habet *εἰν τῷ οἴνῳ καὶ ἡρετοῖς*, sed hoc mixtum non est purum vinum; ergo nec hac historia est pura veritas. Tandem 6° quia non habemus exemplum, alium scriptorem sacram sic habemus petuisse, aut ignorasse se ex inspiratione divinâ scribere, vel loqui. Quomodo ergo his omnibus non obstantibus *θεοπνευτæ* auctoris libri 2 Machabeorum salvari poterit? — Resp.: Nihilominus salvari potest. Nam ad primum cum Xav. Widenho-

fer, Simonet, et aliis dicimus, auctorem hujus libri fuisse quidem verè *θεοπνευτος*, ut nobis ex definitione Ecclesiae constat, id verò eum nescivisse; sicut nec Caiphas scivit, quando, Joan. 11, 51, à *senetipo hoc non dixit; sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit,* quod Jesus moriturus erat pro gente. Sic aliquibus videtur, nec S. Lucam scivisse se esse *θεοπνευτος* seu à Deo inspiratum, cùm, cap. 4, v. 2, 5, ait se narraturum, *sicut tradiderunt apostoli.* Quòd si autem auctor libri 2 Machab. id pariter nescivit, sine dubio, inspirante eodem S. Spiritu, ex humilitate veniam petere potuit, si *minus dignè* scripsisset. Quòd si tamen ejus verba rectè considerentur, maximè ex originali Græco, nequaque petit veniam de erratis contra veritatem, sed tantum, si minus eleganter scripsit. Ni mīrum hic notandum est Sp̄ritum S. non semper verba singula, verborumque constructionem scriptoribus sacris inspirasse, sed sèpè tantum sensum, qui est anima Scripturæ. Id patet tum ex diversissimo stylo Prophetarum, tum ex sententiis iisdem diverso in loco sèpè diversâ phasi prolatis, maximè iis, quae ex V. T. desumptæ, ac in N. T. repetitæ sunt. Deus nempe scriptoribus agiographis librorum V. et N. T., etiam si iisdem non semper singula verba, et constructionem verborum dictaverit, tamen inspiravit sensum, eloquenti vero laborem eis reliquit, ita tamen ut eos non permetteret errare contra sensum à Spiritu S. intentum; sicut Apostoli in diecendo vel prædicando Evangelio laborabant, dum ex instinetu Sp̄iritus S. locuti sunt. Hoe supposito,

Ad secundum, dist.: Auctor L. 2 Machab. petit veniam, si *minus dignè* quoad elegantiam sermonis scripsit, conc.; si contra veritatem scripsit, neg. Ad tertium, sibi *concedendum* ait, si minus eleganter, non autem si minus verè scripsit. Ad quartum, pariter dicto, horum verborum: *Si minus dignè, ut historiæ competit;* sensum esse, si minus eleganter. Rationem additam dist.: Veritas tantum competit historiæ, neg.; etiam elegantia sermonis, conc. Ad quintum, similiter dist.: Suam historiam comparat nec puro vino, nec pure aquæ, sed vino aquæ mixto, comparat, inquam, quoad veritatem, neg.; quoad elegantiam sermonis, qui non semper exactus esse debet, conc. Ad sextum, neg. ant. Nam S. Paulus sermonis elegantiam à sensu divinitutis inspirato clarè distinguat dicens 2 Cor. 11, 5, 6. Existimo, nihil me minus fecisse à magnis apostolis. Nam, etsi imperitus sermone (en defectum elegantia sermonis, sed non scientiâ, en sensum) quòd autem scriptor l. 2 Machab. tantum loquatur de phrasí seu elegantia sermonis, prob. I. Quia juxta textum græcum historiam suam vocal εὐτέλεια, compositionem: *Εἰ πάντα καὶ καὶ εὐτέλεια, τῇ εὐτέλει, τῷτο καὶ αὐτὸς θεός.* Si quidem pulchritè et competenter syntaxis, i. e., compositioni, hoc et ipse testim. Et δὲ εὐτέλειος καὶ μέτρος. Si autem exiliter et modicè, τῷτο εὐτέλειος θύμοι, hoc attinibile fuit mihi. II. Quia comparationem cum vino diluto non affert, nisi pro excusanda elocutione, prout patet ex vers. 40, ubi Vulgata nostra habet. *Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam contrarium est,*

alternis autem uti, delectabile, ita legentibus: Si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Textus vero graecus eundem versum his verbis proponit: *Quo autem modo vinum aqua mixtum dulcem ac delectabilem gratiam perficit, ita et preparatio sermonis delectat auditus legentium historiam.* Quae *preparatio sermonis* (sicut et accuratio, vel *exacta ratio sermonis*) certe pertinet ad elegantiam sermonis; ergo cum scriptor l. 2 Machab. veniam petit, pro modo et stylo descriptionis veniam petit, non pro sensu divinitus inspirato.

Scholion. Sunt quidem adhuc alia, quae Protestantes, aliive adversarii contra divinitatem l. et 2 libri Machab. obliquunt. Sed cum ea passim apud theologos et polemicos (ubi de Purgatorio et suffragis pro defunctis agunt), vel apud alios autores (1) soluta reperiantur, et praesens volumen prefixum modum jam excesserit; benignus lector nobis ignoscet, si scribendi de veteri Testamento hic finem faciamus.

(1) Talis præter alios est Cl. Hermannus Goldhagen, p. 2 *Introduct. in S. Scripturam*, sect. 4, pag. 546-574.

Pars vii

QUATUOR EVANGELIA.

Non sciunt illi nullæ intelligentia prædicta, quod uniuersique Evangelistæ curæ fuit, ut consonè loqueretur, quæ ab aliis fuerunt dicta; imo ut ab aliis reficta, sic revelaret.

Non enim erat ipsorum voluntas, sed ex Spiritu sancto doctrina ac consequentia.

(S. Epiphanius l. 2, contra Haereses, haeres. 31.)

SECTIO PRIMA.

PRÆNOTIONES DE QUATUOR JESU CHRISTI EVANGELIIS.

Explicari satis non potest, quanto furore ac impietate increduli nostræ etatis (quamvis inter Christianos nati et educati) in sancta Jesu Christi Evangelia et evangelistas debaccentur. Execranda illorum scripta Cl. Nonnotte (1) succinctè enumerat, addens sequentia verba, quæ ex gallico idiome in latinum translatæ, ita habent: *In his (incredulorum) operibus abominanda leguntur, que nonnisi orcus inspirare potuit.* Persona Jesu Christi divini legislatoris ibi magis vilipenditur, quam abjectissimus quisque de fave plebis homuncio. Praecepta sanctitatis omni reverentiâ dignissima despiciuntur. Primi christianæ religionis præcones, tanquam nullius rationis homines ad omne evagnationum genus projecti depinguntur. Sanctissima mysteria non risu solùm, sed impissimis adeo cachinnis excipiuntur; quidquid mendaciorum fraudumque potest excogitari, id omne in illis lubricationibus ab incredulis congeritur, ut absurdissimum Evangelii historiam et nonnisi ignorantie imprudentiae partum esse, configant; et quod labem etati nostræ non mediocrem inurit, libri ejusmodi flammis dignissimi nimiam et lectorum et patronorum multitudinem hodiè repererunt. Hucusque laudatus auctor. Quare ut confutandis incredulorum contra Christum; et sancta quatuor Evangelia blasphemis planioreq; viam sternant, juvat quasdam de hisdem Evangelii prænotiones præmittere, per eruditis aliquot questiones Biblicas distinctè dilucidandas.

1. Quæres I: *Quid EVANGELIUM secundum etymologiam suam significet; et quid, secundum rem consideratum, sit?* Resp.: Vox Evangelium ex etymo graeco ab εὐ and ἔγαλον τεττυν faustumque nuntium significat;

(1) In suo Lexico Philos. Religion. artic. Evangile, tom. 2, pag. 253, edit. an. 1818.

Evangelium vero, secundum rem consideratum, est historia quatuor sacris scriptoribus seu Evangelistis divinitus inspirata de vita, miraculis et salutari doctrina Jesu Christi; ac proin est annuntiatio depulsionis summi mali, et adoptionis summi boni sive æternæ felicitatis. Et hac quidem per summum mediatorum Christum Deum et hominem effecta est; per summum item reconciliandi modum, quo nullus major ab intelligentia creatæ excogitari potest. Unde Evangelium iure optimo *letum faustumque nuntium* appellatur. Quæ enim letior mundo annuntiatio obtingere poterat, quam tam stupendi beneficii; de quo Angelus, Luc. 2, 10, ad pastores loquens ait: *Nolite timere, ecce evangelio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodiè Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David.*

Scholion. S. Marcus Evangelium suum orditum his verbis: *Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei.* Unde et usus in Ecclesiâ obtinuit, ut Evangelia non tam pressè dicerentur ab auctoribus, e. g., *Evangelium S. Matthæi, S. Marci, etc.*, sed pro more Graecorum, et itinore propositionis *xxx communis nominarentur Evangelium secundum Matthæum, secundum Marcum, etc.*; q. d.: *Evangelium Jesu Christi secundum descriptionem S. Matthæi, Marci, etc.*

2. Quæres II: *An sancta quatuor Evangelia illi auctoribus (nempe Matthæo, Marco, Lucae et Joanni) tribui debeant, quibus usq; tribuuntur, seu quorun nominibus, sunt inscripta? Item an iam inde à primis Ecclesiæ temporibus apud Christianos eadem Evangelia divinam auctoritatem habuerint?* Resp. affirmativè quoad utrumque membrum. Certè id infensissimorum inimicorum christianæ religionis quoad utramque partem manifesta confessione constat; atque ideo testimonio eorumdem, quod etiam deisticis aliisque incredulis nostræ etatis suspectum esse non potest, ad probandam nostram assertionem primo loco utimur. Nam Julianus

Apostata nomina quatuor Evangelistarum clare exprimit, dicens (1) : *Jesum quippe illum neque Paulus Deum dicere ausus est, neque Matthæus, neque Lucas, neque Marcus, sed bonus ille Joannes..... primum id prodere ausus est.* Similiter Celsus, licet non minori, quam Julianus, in religionem christianam odio flagraret, nunquam in dubium revocare ausus est, num Matthæus, Marcus, Lucas, atque Joannes essent autores quatuor Evangeliorum, et apud Christianos sui temporis uti opera divinitus inspirata haberentur; quemadmodum libros Origenis contra Celsum, et precipue librum 2 legenti aperte constabit. Hinc vero est, quod apologistæ christiane religionis, cum contra ethnicos disputatione, testimonio Evangeliorum et iis tribuerint, quorum nomine circumferuntur, et uti divina sepe laudarent, neque tamen ethnicos iisdem exprobriasse legimus, ipsis in ea re decipi, hoc est, et Evangelia iis tribui non debere, quibus adscribantur, aut uti divinitus inspirata à Christianis non admitti (2).

De hoc utroque ex apostolicorum quoque virorum verbis constat, id est, eorum, qui Apostolis coevi, aut Apostolorum temporibus proximi vivebant. Nam S. Clemens (3) testimonia Evangelistarum uti Dei verbum laudavit, idemque fecit etiam S. Polycarpus (4), ac S. Ignatius M. (5) et Papias (6). Nam testimonia Evangelistarum uti divina sacerdoti laudent, iisque tribuent, quorum nomine circumferuntur.

Quæ autem apostolicorum, eadem et ceterorum Ecclesie Patrum sententia fuit; nonnullos tantum inter eos antiquiores commemorabimus. Sic S. Irenæus, lib. 3 advers. Hereses, cap. 1, num. 1, inquit : *Matthæus in Hebreis ipsorum linguâ Scripturam edidit Evangelii, cum Petrus et Paulus Romæ evangelizarent, et fundarent Ecclesiam.* Post vero horum excessum, *Marcus discipulus et interpres Petri, et ipse, quæ à Petro annuntiata erant, præscripta nobis tradidit.* Postea et Joannes, discipulus Domini, qui et supra pectus ejus recumbebat, et ipse edidit Evangelium, *Ephesi Asia communans.* Neque dubium est, quin S. Irenæus etiam Evangelium S. Lucæ admiriserit. Nam in eodem l. 2 adversus Hereses, cap. 11, ubi ex instituto ostendit, quod neque plura, neque pauciora quam quatuor sint authentica Jesu Christi Evangelia, inter haec etiam Evangelium S. Lucæ ponit, dicens : *Id vero (Evangelium), quod est secundum Lucam, quoniam quidem sacerdotialis characteris est, Zachariæ sacerdote sacrificante Deo inchoavit..... Matthæus vero eam, quæ est secundum hominem, generationem ejus enarrat, et Liber, et dicens, generationis Jesu Christi filii David, filii Abrā.*

(1) Ita Julianus ait apud S. Cyrillum, lib. 10, in principio.

(2) Id patet ex eorum apologistarum operibus, quo à Patribus Maurinis edita, atque in unum volumen collecta sunt.

(3) In suâ 1 Epist. ad Corinthios, num. 15, 27, 47, 49, 56, et in fragmento 2 Epist. num. 2, 3, 4, 5, 6, 8 et 9.

(4) In suâ Epistolâ ad Philippienses.

(5) In suis septem genuinis Epistolis.

(6) Apud Eusebium Hist. Ecclesiast. lib. 2, cap. 59.

ham. » Et iterum : « *Christi autem generatio sic erat,* etc. Porro Irenæo addo Tertullianum, qui Marcionem Evangelio Lucas tantum adhaerenter ita, cap. 5, refellit : *Eadem auctoritas Ecclesiarum apostolicarum certis quoque patrocinabitur Evangelii, quæ proinde per illas, et secundum illas habemus, Joannis dico et Matthæi, licet et Marcus quod edidit, Petri affirmetur, cuius interpres Marcus. Nam et Luca digestum Paula adscribere solent; capit magistrorum videri, quæ discipuli promulgârint, hoc est (ut Jacob. Pamelius in annotat. ad hunc locum observat), possum magistrorum videri ea quæ discipuli promulgârint; sive, juxta Tertullianum, potest Paulo adscribi Evangelium, quod Lucas ejus in prædicione comes promulgavit. Praeterea Origenes apud Eusebium Hist. eccles. lib. 6, cap. 25, quatuor prædicta Evangelia ad sua usque tempora ex apostolica traditione pervenisse affirmat : *Sicut ex traditione, inquit, accepi de quatuor Evangeliiis, quæ sola in universâ Dei Ecclesiâ, que sub caelo est, circa controvensionem admittuntur; primum scilicet Evangelium scriptum esse à Matthæo, prius quidem publicano, postea vero Apolocto Iesu Christi..... Secundum fuisse accepimus Evangelium Marci, qui, prout Petrus ipsi exposuerat, in litteras retulit..... Tertium Evangelium Lucæ, quod à Paulo commendatur in gratiam genitilium scriptum. Postremum vero Evangelium Joannis. Alibi vero idem Origenes ita habet homil. 1 in Lucam : *Et ut sciat non solum quatuor Evangelia, sed plurima esse conscripta, è quibus hec quæ habemus, electa sunt et tradita Ecclesiâ ex ipso proenio Luca (cap. 1, v. 4) cognoscamus : « Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem; » hoc, quod ait : CONATI SUNT, latentem habet accusationem eorum qui absque gratia Spiritus S. ad scribenda Evangelia prosiliuerint; Matthæus quippe et Marcus, et Joannes, et Lucas non sunt conati scribere, sed Spiritu S. pleni scripserunt Evangelia.... Quatuor tantum (nempe modò directorum Evangelistarum) Evangelia sunt probata, è quibus sub persona Domini, et Salvatoris nostri proferende sunt dogmata. Non solus autem Origenes ad traditionem appellavit, ut demonstraret, quatuor tantum esse divina Evangelia, et quidem scripta ab iis, quorum nominibus inscripta sunt, sed etiam ex eodem traditionis augmento S. Augustinus (1) Faustum Manichæum S. Matthæi Evangelium rejicienter urget : *Cum capero Matthæi Evangelium recitare,... continuo dices, illam narrationem non esse Matthæi, quam Matthæi esse dicit universa Ecclesia ab Apostolicis sedibus usque ad præsentes episcopos certa successione perducta. Tu mihi quid contra lecturus es? Aliquem fortè librum esse Manichæi, ubi Jesus negatur esse natus ex Virgine. Sicut ego credo, librum illum esse Manichæi, quoniam ex ipso tempore, quo Manichæus vivebat in carne, per discipulos ejus certa successione præpositorum vestrorum ad vestra usque tempora custoditus et perductus est, sic et istum librum credite esse Matthæi, cum ex illo tempore, quo Matthæus ipse in carne vixit, non interrupta serie tempo-****

(1) Similia S. doctor habet l. 32 contra Faustum, cap. 21, et l. 33, cap. 6.

rum, Ecclesia certa connexionis successione usque ad tempora ista verduxit. Quod autem S. Augustinus de Matthaei Evangelio affirmabat, idem quoque et de aliis tribus Evangelii Marci, Luce atque Joannis affirmari potest. Isti igitur quatuor Evangeliste, ait idem S. doctor de Consensu Evangelistarum, lib. 1, num. 2, universa terrarum orbe notissimi, et ob hoc fortassis quatuor; quoniam quatuor sunt partes orbis terrarum, per cuius universitatem Christi Ecclesiam dilatarunt, ipso sui numeri sacramento quodam modo declararunt, hoc ordine scripsisse perhibentur. Primus Matthaeus, deinde Marcus, tertius Lucas, ultimus Joannes. Ex hisce vero omnibus, qua hucusque dicta sunt, satis manifestum est, quatuor Evangelia iis tribui debere, quorum nomine circumferuntur, et habuisse apud Christianos divinam auctoritatem jam inde a primis Ecclesiis temporibus.

3. Quæres III: *Num sancta quatuor Evangelia corrupta, aut interpolata ad nos pervenerint?* Resp. negative. Nam nemini unquam vel apparetur probabile videri potest, Deum permisisset, ut falso ficto que fundamento niteretur christiana religio, quam tum propter doctrinæ sanctitatem, tum propter excellentiam finis, tum propter ea que ad promulgationem ejus consecuta fuere, tum etiam proprie plurima atque præclarissima miracula, et multiplices supernaturalesque prædictiones, quibus confirmata fuit, omnino divinam esse dubitari non potest, sicut theologi in tractatu de Fide et Religione (1) invictis argumentis ostendunt; atqui christiana religio falso conficto que fundamento inniteretur, si Deus permisisset ut perirent, vel ad nos corrupta aut interpolata transmittarentur, quæ tum Evangelista, tum alii scriptores divinitus inspirati scriperunt; ergo. Prob. min.: Fides Christianorum non soli traditioni modo innitur, sed etiam iis libris, quos uti divinitus inspiratos, scient revera sunt, suscipiunt et venerantur; ergo, si ii libri, quos ut divinos modo habemus et veneramus, interpolati atque conficti essent, Deus permisisset ut christiana religio, de cuius divinitate nullo modo dubitari potest falso conficto que fundamentum inniteretur; ergo, cum id divina sapientia et providentia maximè contrarium sit, nemo vel levissime suspicari potest Deum permisisse ut perirent, vel ad nos interpolata transmittarentur, quæ tum Evangelista, tum alii scriptores agiographi seu divinitus inspirati scriperunt.

4. Evidem hoc solum argumentum sapienti ac cordato viro sufficere deberet; sed quia deistas prærati negant Evangelia (2) corrupta ad nos usque

(1) Vide præter alios Cl. Thomam Aquin. Mayer in Prodromo theologie dogmatico-schol. Tractatu prævio de Religione, q. 2, art. 2, num. 339 - 391. Consult etiam hanc in rem partem 4 Scripturæ sacre contra incredulos propug. sect. 1, q. 1, num. 4.

(2) Sicut de Evangelii, ita etiam de aliis libris tam veteris quam novi Testamenti deistas dicunt, eos esse interpolatos atque corruptos, ita sacra literæ, quos modo habemus, non solum non sint eadem cum iis quæ initio fuerunt, sed neque cum iisdem comparari possint. Verum contrarium solidi ac eruditæ præ-

pervenisse, ideò hanc nostram assertionem pluribus argumentis stabilendam, et ab adversariorum objectionibus vindicandum censemus.

Igitur contra deistas aliosque incredulos ulterius sic argumentan: Si S. Evangelia per aliquem interpolata aut depravata essent, tunc vel ethnicorum, vel Judæorum, vel Christianorum operâ id contigisset; sed neque ethnici, neque Judei, neque Christiani hoc fecerunt; ergo S. Evangelia sine illâ mutatione aut interpolatione ad nos pervenerunt, quia nemo fuit qui ea interpolaret, aut loco illorum falsa evangelia substitueret. Prob. major propositio. Nam sancta quatuor Evangelia, quæ modò habemus, nihil mutationis aliquando subiisse, semper omnes pro certo habuerunt, atque totius Ecclesias quaquaversum diffusæ consensione constat, in quâ non solum omni tempore fuere multi, qui sanctitatem, sed etiam plures, qui doctrina singularitate, supra ceteros eminenter. Quapropter, cum adversarii tantorum virorum semper continuatum auctoritatem contra se habent, istud superest, ne omnino irrationabiliter agere videantur, ut saltem aliquibus conjecturis indicent, qui Evangelia interpolarunt aut corruerunt. Hoc autem adversarii nunquam prestiterunt, nec aliquando prestare poterunt; ut ex probatione minoris propositionis quoad singula membra explicanda luculentem patebit.

Nam I. nullâ alia profecto de causâ sacra Evangelia ethnici depravassent, nisi ut christiana fides amplius non propagaretur, atque sensim, in contemptum omnium deveniret; ergo ea delere debuissent, quæ ad doctrinæ sanctitatem pertinent, et interpolare, quæ divinitatem Christi, ejusque divinam virtutem et sapientiam aperte manifestant; sed nihil horum fecerunt enim in sacris Evangelii, quæ modò habemus simul cum doctrina sanctitate Christi divina virtus expressa sit, ut legenti hos sacros codices partim per se patet, partim à Cl. Thomâ Cerboni loc. cit. aliisque theologi solidè ostenditur; ergo ethnici neque depravarunt, neque interpolarunt sacra Evangelia. Et profecto, quamvis ethnici hoc tentare voluerint, tamen quod volebant, nullo modo eis succedere poterat. Cum enim pro illâ fide, quæ in sacris quatuor Evangelii expressa continetur, plurima Christiani omni tempore pertulerint, nullatenus verisimile est, quod idem S. Evangelia aliosque sacros libros, in quibus depositum fidei continetur, ab ethnici interpolari, aut depravari

ter alios ostendit. C. Thomas Maria Cerboni ex celeb. Ordine PP. Prædicatorum in insigni suo opere de Theologîa revelata edit. romane an. 1768, et sacras quidem veteris Testamenti literas integras, atque incorruptas ad nos usque pervenisse, l. 2, quest. 2, art. 2, contra deistas evincit: idem quoque præstat quod novi Testamenti literas l. 3, quest. 3, art. 4 et seqq.

Ceterum argumenta, quæ nos ex eodem Cl. auctore ad defendandam S. quatuor Evangeliorum, prout hodie extant, auctoritatem hic afferoemus, applicari possunt ad ostendendum contra deistas aliosque incredulos, quod etiam alii libri canonici tam veteris, quam novi Testamenti ad nos pervenerint non interpolati, sed incorrupti, prout sapientis ac eruditus lector facile perspiciet.

passi sint? Deinde, quomodo possibile fuisse, ut quotquot sacrorum codicium exemplaria existebant, ethnici in suam potestatem redigerent, ea depravarent et corrumperent? Profectò ab initio Ecclesiae sacros codices, et presertim sancta quatuor Evangelia multiplicata fuisse, atque illata in omnia loca, in quibus religio christiana colebatur, dubitari non potest.

II. Sicuti autem per ethnicos sacra Evangelia corrupta aut interpolata non fuerunt, ita neque etiam per Judeos. Nam Evangelia (idem est etiam de aliis libris novi Testamenti) corrumpere atque depravare nullā alia de causā Judei in animum inducere sibi poterant, nisi ut christianam religionem deprimerent, Judaicam verò commendarent, atque supra onnes alias extollerent; ergo id omne ex quatuor Evangeliis tollere debuissent, per quod christiana religio extolli, Judaica verò deprimi poterat; sed hoc non fecerunt, cùm in sacris his codicibus et ea habeamus, per quae commendatur divinitas christianæ religionis, et ea quoque occurrant, quibus Judaica perfidia convincitur; ergo. Prob. min: Prodigiosa sunt, que Christi ortum processisse vel comitata atque subsecuta fuisse in Evangelio (1) legimus; ex eo quoque compellemus, plura atque insignia miracula (2) Christum fecisse, quibus suam divinitatem divinamque missionem apertissime confirmavit; ea ergo in Evangelio superesse, quibus christiana religio mirificè commendatur, nullus dubitandi locus reliquus est. Quamvis autem hisce omnibus, quae modò diximus, etiam perfidia atque obstinatio Judeorum simul perspecta fiat, tamen alia quoque multa legimus in Evangelio, quae rem eamdem demonstrant. Quid? nonne in Evangelio phariseorum hypocrisia et superbia proudit, Judaeorum vanæ traditiones deteguntur, ineptæ illorum superstitiones palam fiant? Adde quòd eamdem quam ethnici, quemadmodum jam supra observavimus, in depravandis atque corrumpendiis sacrorum Evangeliorum exemplaribus, si id tentare ausi essent, etiam Judaei insuperabilem difficultatem experti foissent.

III. Reliquum ergo est, ut si aliquam Evangelia corruptionem passa sint, per Christianos passa fuerint. Verum nihil minus contingere potuit, quam ut per Christianos illa corrumperentur. Nam vel communia malitia omnium, vel aliquorum tantum Christianorum corrupta fuisse Evangelia; sed neutrum factum fuit; ergo. Non prius; quia non est verisimile, quòd gentes inter se longè dissidente, et dispersæ ubique terrarum, genio differentes atque moribus, ad eos libros corrumpendios conspiraverint, quos uti sanctos et divinos venerabantur, quique sue fidei, doctrinæ, legis atque religionis fundamentum erant. Profectò in hujusmodi re onnes homines inter se consentientes nemo unquam vidit, aut aliquando videbit. Nam cùm hominum ea conditio sit, ut vel in rebus levissimi momenti invi-

(1) Vide Matth. cap. 4, v. 18, 24; cap. 2, 1, 9; cap. 3, v. 16 et 17; cap. 4, v. 11; cap. 17, v. 1, 9; cap. 27, v. 43, 51, 52 et 53; cap. 28, v. 2, 8. Taceo alia.

(2) De miraculis Christi ex instituto infra agemus, sect. 3, cap. 2 et 3, num. 51, 137.

cem sibi contradicant, præcipue si sub cœlo diverso nati, diverso genio et moribus fuerint, potiori jure nullo modo verisimile est, quod in depravatione illorum librorum, quos uti sacros atque divinos à suis majoribus cum summâ veneratione receperant, unanimiter consenserint.

Neque etiam alterum; nemo enim tam insanus esse poterat, quin suam fraudem statim detegendam esse videret, cùm de iis libris ageretur, qui in omnium manus versabantur, quique in cœtibus Christianorum publicè legi consecverant. Quamvis enim rudes populi fortasse tacuisset, anne etiam sancti Ecclesiæ praesules, qui gregi sibi commisso tantâ curâ invigilabant, id impunè tulissent, et non potius apertâ fronte restitissent? Profectò ut non solùm quoad substantiam, sed etiam quoad dicendi modum in sacris litteris aliquid non immutaretur, sancti Ecclesiæ praesules semper solliciti fuere. Hinc cùm quidam Triphylus coram multis episcopis verba faciens pro vulgari voce, quæ in Evangelio erat, alteram, quæ elegantior esse videbatur, substituisset, Spiridion rei novitatem ferre non potuit; sed, quamvis immutatio levis momenti videtur, eum tamen publicè à se redargendum esse censuit. (Sozomenus, Hist. eccles. lib. 1, cap. 11.)

Præterea notum est ac perulgatum, Judeos æquè ac ethnicos primis Ecclesiæ temporibus nihil eorum omisssis, per quæ si non christiana religio deleri, saltem splendor illius obscurari posset; sed ad hunc finem assequendum perquæ idoneum fuisse, si sacros codices quibus fides Christianorum innibebatur, ac nominatim Evangelia ab ipsis Christianis, ita corrupta atque mutata esse, ut non jam habeant genuina et incorrupta Evangelia, ostendere potuerint. Verum nihil unquam tale vel ab ethnici, vel à Judeis ostendi potuit; ergo manifestum est, nullam unquam sacras litteras talém mutationem seu corruptionem passas esse.

5. At dices I: Caiani quoddam Evangelium Judæi proditoris attribuerunt, ut constat ex S. Ireneo (1). Ebionitas autem solum Matthæi Evangelium adnibebant, rejiciebantque Apostolum Paulum uti apostamat legis, sicuti ex eodem Ireneo, ibid. cap. 26, num. 2, constat; Valentiniiani plura habere gloriantur, quād sint ipsa Evangelia, inquit idem Ireneus, lib. 5 contra Hæreses, cap. 11, num. 9, qui præterea testatur, ibid. cap. 27, n. 2, Marcionem Evangelium Lucæ, et Apostoli Pauli Epistolas mutilassæ. Ex hisce verò omnibus clare patet, à primis usque Ecclesiæ temporibus plura in Evangelii aliisque sacris litteris ab aliis scriptis canonice nonnulla addere, aut ab iisdem subtrahere non dubitaverint. Verum irrite

Resp. nos non negare diversis temporibus aliquos fuisse tam impios, atque audaces, ut sacris Evangelii, aut aliis scriptis canonice nonnulla addere, aut ab iisdem subtrahere non dubitaverint. Verum irrite

(1) Lib. 1 contra Hæreses, cap. 31, num. 1. Usus autem sum editione Operum S. Irenei studio et labore PP. Maurianorum, Venetiis an. 1754. Notandum enim, quod non omnes editiones Operum S. Irenei in divisione capitum in vicem consent.

omnino conatu tam impium facinus perpetrassc, hoc verò est, quod modò contendimus. Nam antiqui Ecclesiæ Patribus doctoribus, atque præsulibus eos refellere, ac eorum fraudes detegere, sicut genuina et incorrupta Evangelia in Ecclesiæ Dei conservare facile fuit, cùm appellare possent, sicuti reverè fecerunt, ad eas sacras litteras, quas ab Apostolis receperant. Hinc est, ut S. Irenæus, loc. cit., Valentinianos inde confutet, quia Evangelium quod ipsi confinxerant, ab Evangelio Apostolorum omnino differebat. *Siquidem, inquit, in tantum processerunt audacie, ut quod ab his non olim conscriptum est, veritatis Evangelium titulent, in nihilo conveniens Apostolorum Evangelii.* Quæ verò de Judà Iscariole Caiani effutiebant, deque illius Evangelio predicabant, ut omnino absurdâ multis refellere sollicitus non est S. Irenæus, sed ad confutationem eorum satis esse dicit, ut quæ proponerent, in medium preferantur. *Quemadmodum dūm, inquit, loc. cit. cap. 31, n. 4, bestiae aliquicū in silvā absconditæ, et inde impetum facientis, et multos vastantis, qui segregat et domat sīlāvam, et ad visionem adduxit feram, jam non elaboravit ad capiendum, videns quoniam ea fera est; ipsi enim adest videre et caverre impetus ejus, et ejaculari undique, et vulnerare, et interficere vastatricem illam bestiam.* Sic et nobis, cùm in manifestum redegerimus eorum abscondita et apud se tacita mysteria, jam non erit necessarium multis destruere eorum sentiantem. Adest enim et tibi, et omnibus, qui tecum sunt... evertere nequam ipsorum doctrinas, et inconditas, et apta veritati ostendere dogmata. Plura verò postquam S. Irenæus alio loco jam supra iteratò citato, cap. 41, n. 9, contra eos disseruit, qui vel plura vel pauciora, quæ Apostoli atque Evangeliste tradiderant, Evangelia recipiebant, ita rectè concludit : « His igitur si se habentibus, vani omnes, ei indocti, et insuper audaces, qui... vel plures, quæ dictæ sunt, vel rursus pauciores inferunt personas Evangelii (seu Evangelistas); quidam ut plus videantur, quæ est veritatis, adinvenisse; quidam verò ut reprobent dispositiones Dei. Et enim Mareion totum rejiciens Evangelium, imò verò seipsum abscondens ab Evangelio, pariter gloriantur se habere Evangelium.... Huius verò qui sunt à Valentino, iterum existentes extra omnem timorem... plura habere gloriantur, quæ sint ipsa Evangelia. Siquidem in tantum processerunt audacie, ut quod ab his non olim conscriptum est, veritatis Evangelium titulent, in nihilo conveniens Apostolorum Evangelii... Si enim quod ab eis profertur, veritatis est Evangelium, dissimile est autem hoc illis quæ ab Apostolis nobis tradita sunt; qui volunt, possunt discere, quemadmodum ex ipsis Scripturis ostenditur, jam non esse id, quod ab Apostolis traditum est, veritatis Evangelium. Quoniam autem sola illa vera et firma, et non capit neque plura, praeter quæ predicta sunt, neque pauciora esse Evangelia, per tot et tanta ostendimus. » Ostendit autem Iusè S. Irenæus eodem cap. 41, num. 8, quatuor tantum esse

Evangelia, nec plura, nec pauciora, nempe Matthæi, Marci, Luce et Joannis, dicens : *Neque autem plura numero quæ haec sunt, neque rursus pauciora capit esse Evangelia. Quoniam enim quatuor regiones mundi sunt, etc. (1).*

Ex quibus omnibus luculenter colligitur, tantum abesse, ut Evangelia aut aliae sacrae litteræ in Dei Ecclesiæ interpolate aut mutata sint, quia aliqui temerario ausu vel nonnullas eorum rejecire, vel alias ab illis, quæ communī consensione recipiebant, intrudere conati sunt, ut potius ex hoc quoque capite constet, que ab Apostolis et Evangelistis tradite fuerant, vigilantiâ Patrum ac sacrorum Praesulum incorruptas semper fuisse servatas, atque omnes Ecclesiæ precipuum curam habuisse, ut sine corruptione atque mutatione integræ servarentur.

6. Dices II. 4^o : Teste S. Augustino, Manichæi veris Christianis sèpè objecerunt, quod apud ipsos (i. e., Catholicos) corruptæ sacrae litteræ servarentur. ^{2^o Deinde Celsus apud Origensem, lib. 2 cont. Celsum, n. 27, quosdam ex fidelibus fuisse affirmat : *Qui si miles illis, quos èd impedit ebrietas, ut sibi manus inferant, primum Evangelii contextum ter, quater, pluries mutant, pervertuntque, ut habeant, quo res sibi objectas insufficientur.* ^{3^o Præterea negari non potest, antiquitùs multos fuisse, qui libros aliquos uti sacros venditarent, qui reverè tales non erant : id in causâ fuit, cur non solum aliqui imperiti de plebe homines, sed etiam plures ecclesiastici viri decepti fuerint, eaque ut divinitùs inspirata receperint, que postmodùm partem S. Scripturæ non esse declaratum fuit; ergo facile fieri potuit, ut cum Evangelii aut aliis sacris libris simul permixta multa quoque hujus generis ad posteros et nos usque pervenerint.}}

Res ad primum, et dico, S. Augustinum in refellendis Manichæis, qui sacras litteras corruptas esse effutiebant, eamdem rationem adhibuisse, ac Irenæus aliique Patres adhibuerunt, dūm Ebionitas, Marcionitas ac Valentinianos confutabant. Nam sicut illi ad doctrinam Ecclesiæ ab Apostolis traditam atque ad ea usque tempora ubique sine ullâ mutatione perseverantem recurrerunt, ita etiam S. Augustinus. Audiamus propria ejusdem verba. *Quisquis enim, inquit lib. 32 contra Faustum Manichæum cap. 16, hoc primum natus esset (hoc est, falsare sacros codices) multorum codicium vetustiorum collatione confutetur: maximè quia non unâ lingua, sed multis eadem Scriptura continetur.* Et in codem libro, cap. 21, Manichæos ita alleguitur : « Illic jam si queraris à nobis, nos unde sciamus Apostolorum esse istas litteras? Breviter vobis respondemus, inde nos scire, unde et vos scitis illas litteras Manichæi esse (id est, Manetis auctoris Manichæorum, qui seu Manes, seu alio nomine Manichæus dicitur), quas miserabiliter huic auctoritati preponitis. Si enim et hinc vobis aliquis moveat questionem.... dicens, libros quos profertis

(1) Plura hæc de re S. Irenæi aliorumque Patrum dicta attulimus supra, num. 2.

¶ Manichei, non esse Manichei, quid facturi estis? ¶ Nonne potius ejus deliramenta ridebitis, qui contra rem tantù connexionis et successionis serie confiramam, impudentiam hujus vocis emittat? Sicut ergo certum est, illos libros esse Manichei, et omnino nō ridendum est, qui ex transverso veniens tantò post natus, item vobis hujus contradictionis intendit; ita certum est, Manichaeum aut Manicheos esse ridendos aut etiam dolendos, qui tam fundata auctoritatè à temporibus Apostolorum usque ad hanc tempora certis successionibus custodite atque perducte, audeant tales aliquid dicere, » scilicet eas quas veri Christiani conservant et venerantur tanquam Apostolorum litteras, non esse tales. Et lib. 11 contra Faustum, cap. 2, idem S. doctor, Faustum aliosque Manici eos, qui sacras litteras, quibus convincebantur, corruptas esse asserebant, reprehendit his verbis: « O vocem à veritate fugacem, in amena-tiā pertinacem! Usque adeo invicta sunt, que ad-versus vos de divinis codicibus proferuntur, ut non sit aliud, quod dicatis, nisi eos esse falsatos... vides (ita pergit S. doctor, Faustum objurgans) in hac re quid Ecclesiæ catholice (hos codices esse divinos agnoscentis) valeat auctoritas, que ab ipsis fundissimis Sedibus Apostolorum usque ad hodiernum diem succedentium sibiem episcoporum serie et tota populi consensio firmatur. »

Hic cum Cl. viro Thoma Ceroni, loc. cit. lib. 3, quest. 3, art. 4, observandum esse censemus, fere nihil ab ethniciis, aut etiam ab hereticis quod contra christianam religionem facere quovis modo videretur, olim fuisse productum, cui increduli nostri temporis non adhaeserint, et veluti novum atque antea inauditum nobis opposuerint. Verum suam ignorantiā manifestè inde produnt (quamvis omnium scientissimi atque à preconceptis opinionibus liberi haberi velint), cùm talia omnia prorsus futile, nulliusque momenti esse, ex iis que SS. Patres, aliisque apologetas hostibus veræ Christi Ecclesiæ pridem responderunt, ipsis quoque cognoscere posuerint.

Ad secundum, ipse Origenes loc. cit. Celso objiciunt, sacras litteras per Christianos esse corruptas, ita respondet: « Evidem non alios novi, qui Evangelii contextum immutaverint, quam Marcionis, Valentini, fortasse et Lucani sectatores. Id verò criminis nostræ doctrinae imputandum non est; in culpa sunt, qui Evangelia depravare audent. Nam, quemadmodum in Philosophiam malè conferres, que à sophistis, Epicureis, Peripateticis, aliquique false excoigitate sunt opiniones; sic quia nonnulli Evangelia corrupserunt, novasque sectas à Jesu doctrinâ alienas induxerunt, non continuo in crimen vocari oportet verum Christianismum. » Quin imò tantum abest, ut verus Christianismus in crimen vocari inde possit, ut potius ejus cura, diligentia atque constantia in conservari. Is sine mutatione aut corruptione sacris litteris magis magisque eluxerit, cùm veri Christiani iis qui sacras litteras mutare et corrumpere attentârunt, nunquam non aperta fronte restiterint, eorumque au-

diam omnino represserint; prout ex operibus SS. Patrum ac historiâ ecclesiastica eruditis perspectum est.

Ad tertium, respondemus ecclesiasticos aliquos viros atque doctores deceptos quidem in eo fuisse, ut tanquam divinitus inspirata ea laudaverint, que talia non esse, Ecclesiæ unanimi consensione constitutum postea fuit. Verum nihil ex hoc lucrantur deisticæ; ut enim omittamus, ex hoc ipso inferri debere, semper ab Ecclesiâ diligentissimè cautum fuisse, ne, qui non debebant, in sacrum canonem libri recipierentur, ita ut, non unius, aut alterius, etiam suorum doctorum fuerit contenta testimonio, sed rem ipsam diligenter expanderit; illud quoque observandum modò est, apostolicorum quidem Patrum neminem, ex iis autem qui postea in Ecclesiâ græcâ floruerunt, tantum aliquos, qui verò in latâ, ferè nullos velut canonica atque divinitus inspirata illa laudâsse, que talia non esse Ecclesia professa fuit, et nunc quoque profiterit. Unde fieri non potuit, ut quæ divina non erant, cum divinis in Ecclesiâ verâ Christi intermiscerentur, atque ita simul confusa ad nos pervenirent. Nam consensio Ecclesiærum ad id requirebatur, que nullo unquam tempore in libris canonici recipiendis fuit, qui non essent. Atque profecto dubitari non potest, et ex dictis abundè constat, primos Ecclesiæ Patres omnem in eo diligenter adhibuiisse, ut scripta genuina à falsis, atque etiam ab incertis et dubiis distinguenterent. Hinc distinctio librorum, qui genuini, adulterini et incerti essent, apud eos frequenter occurrit (1).

7. Dices III: In Chronicô Victoris episcopi Africani apud Eusebium in Thesauro temporum ita legitur: « Messalâ consule, jubente Anastasio imperatore, sancta Evangelia, tanquam ab idiotis Evangelistis composta, reprehenduntur et emendantur. » Similia quoque sunt, que in suo Chronicô, quintâ ætate seculi habet S. Isidorus Hispalensis: « Anastasius, inquit, Acephalorum errorem vindicans, episcopos Chalcedonensis synodi defensores exilio damnavit. Evangelia quoque tanquam ab idiotis Evangelistis composita, reprehendit atque emendat; » ergo seculo sexto sancta Evangelia universaliter fuisse corrupta, negari non potest (2).

Resp.: De re tanti momenti (nempe de immutatione et corruptione Evangeliorum jussu Anastasi II Imperatoris factâ), de quâ nemo non valde sollicitus esse debet, unus, aut alter tantum mentionem fecit, alius scriptoribus, e. g., Baronio ad annum Christi 501 et seq., Natale Alexandri Hist. eccles. secolo 5, cap. 5,

(1) Unde Eusebius, ecclesiast. Historie lib. 3, c. 31, inquit: « Expositis igitur hactenus quaecumque ad notitiam nostram pervenerunt, tum de Apostolis ipsis et de tempore obitù singulorum, tum de sacris voluminibus, que nobis reliquerunt, ad hæc de iis libris, qui in dubium quidem revocantur, in plurimis tamen Ecclesiis leguntur, postremò de illis qui planè spuri sunt, et à rectâ fide doctrinâque Apostolorum alieni, nunc ad sequentium rerum narrationem prosequamur. »

(2) Hic argumenti genere plurimum se profecisse pulat auctor libri inscripti: De la liberté de penser,

art. 16, et cap. 7, art. 8, etc., qui vitam et gesta dicti imperatoris ex instituto recensent, de hac corruptione altum silentibus. Ego saltē post diligentem inquisitionem nihil apud modō nominatos auctores hac de re inventi. Ceterum, etiamsi dāremus Anastasiū illam Evangeliorum mutationem ac corruptionem attentasse, quid inde de istis aliique increduli pro se colligere possunt? An fortassē corruptionem, quae sacrī litteris per Anastasiū illata fuit, ubique esse propagatam, omnesque Ecclesiā pervasisse? Verū jam supra, n. 4, abundē demonstravimus, tale quid fieri non potuisse, obstante curā et vigilātiā praeſulū et doctorū catholicorū; id quod maximē locum habuit tempore Anastasiū I, de quo episcopis catholicis constabat, quod sit heresi Eutychianā perniciōs infectus, et Ecclesiā persecutor. Præterea dictam Evangeliorum mutationem sub Anastasio per omnes Ecclesiās reverā factam non esse, etiam inde manifestē evincitur, quia eadem semper fuit Ecclesiā fides, eademque Evangeliorum, aliarumque divinarum Scripturarum testimonia citata legimus in conciliis, et à sanctis Patribus sequentium seculorum leguntur (1). Nullam ergo per Anastasiū imperatorem mutationem aut corruptionem in sacrī Evangelīi aut aliis divinis Scripturis, qua universaliter propagata fuerit, inducātā esse, evidentissimē constat. Idipsum etiam D. Lelandus Angl. epist. 6 demonstrat contra Collinsonū in opere cui ex anglico in germanicum idioma translato titulus est: *D. John Lelands Abriss der vornehmsten deistischen Schriften, etc., nebst Anmerkungen über dieselben, etc.*, Hannover, 1753.

8. Dices IV: *Eos libros modō non habemus, quos sacri Scriptores exarārunt, sed corundem exemplaria tantum apud nos extant; haec autem integra et in corrupta non esse, pluribus argumentis probari potest.* 1^o Quia versionum est tanta multitudine, ut quenam alteri præferri debeat, merito dubitetur. 2^o Sacrorum librorum variae et diversæ lectiones in pluribus codicibus sæp̄ occurrunt; quo sit, ut semper incerti hærebeamini, quenam vera atque genuina sit. 3^o Cū à temporibus Apostolorum tam longè remoti simus, quomodo post tam longam vicissitudinem temporum, post tam multiplices, atque varias rerum mutationes non pariter hujusmodi libros mutatos ad nos usque pervenisse meritū suspicemur? 4^o Denique de integritate Evangeliorum, aut aliorum sacrorum librorum, cuiusnam tandem auctoritate nobis constare potest? fortassē Ecclesiā? At in Ecclesiā infallibilitatem consentire non possumus, nisi de auctoritate divinorum librorum antea nobis constituerit: necessariō ergo in scepticismū delabimur, ac nimis multa sunt, que Libros Evangelistarum aliarumque sacrorum scriptorum mutatos atque corruptos esse suadent (2).

(1) Nimis longum atque operosum esset, tum Patrum, tum conciliorum cuiusvis seculi atque aetatis affere testimonia, ut eorum factā comparatione patet quod modō assursum. Quisquis eos, qui in operibus SS. Patrum et conciliorum annexi sunt, locupletissimos locorum S. Scripturae indices consuluerit, de veritate nostri asserti convictus erit.

(2) Haec sunt, que Tolandus in suo Nazareno, c. 5, diuine increduli opponunt.

9. Ad primum, et ex Tolando aliisque incredulis quero, quā de causā Evangeliorum et aliorum sacrorum librorum tam multiplex versio facta fuerit? Profectō non alia, nisi quia apud omnes nationes sacri libri tanto semper in pretio fuerunt, ut in iis suam fidem divinitus tradiditā contineri putaverint; ergo et eosdem esse, quos sancti viri divinitus inspirati scripserunt, et summā curā ab episcopis totius orbis christiani cautum esse, ne corrupte versiones tanquam genuinæ adoptarentur, inde concluditū; alioquin suam fidem divinitus in iisdem traditam esse, nationes omnes non putassent; ergo tantū abest, ut propter multiplicatam versionem sacros libros mutatos fuisse colligi possit, ut polius contrarium inde evincatur. Inō nimis multa sunt utilitates, quae ex versionum varietate profluunt, et multū etiam serviant, ut sacri libri incorrupti et genuini conserventur. Utilissimae sunt, ait Morinus, exercit. biblic. lib. 1, exerc. 5, cap. 1, num. 8, versiones istae præsertim à catholicis viris elaboratae multis de causis, quas passim doctores explicant. Exempli causā, ut... emphasis et genium linguae, sine quorum cognitione sensus auctoris interdū obscurus est, et ferē... variarū versionum comparatione sacra lectionis studiosius percipiat et imbibat... Ut dissentientibus ex ultrā parte variis Latinorum codicibus, fons tunc velut arbiter consultatur. Ut manifestus error, cui varii codices consulti non medentur, fontis auctoritate corrigitur. Ut archetypī corruptio ex tam insigni ectypī sinceritate cogescatur, et plerumque sanctetur.

Ille cādem de re Brianus Waltonus, quamvis vir acatholicus, ad Bib. prolegom. 2, num. 5, ita rectē scripsit: Mirus etiam versionum consensus in omnibus, quae ad fidem et salutem necessaria sunt (nam in aliis minutioribus omnis ferē varietas consistit) inter omnes populos tantis terre marisque intervallis distis, soloque ejusdem fidei vinculo connexos, clarè testatur, doctrinam horum codicūm non in sapientiā humana fundatam esse, sed auctoritate divinā stabilitam; quorum conservatio contra Satane ejusque satellitum furores, qui eos non tantū corrumpere, sed penitus abolere totis viribus conati sunt, aperte eorum originem divinam probat. Erroribus etiam, qui ex librariorū insciā, incuriā et audaciā, vel hereticorum fraude irrepare possunt, obviatur. Nam quod in unā lingua fortē contingere potest, in tot per orbem versionibus fieri non potest. Præterea versionum antiquarū... collationem ad verum Scripturæ sensum in dubiis et obscuris elicendū, multū lucis afferre nemo negaverit, qui animo perpendit, verbum Dei in vero verborum sensu propriū consistere..... Si enim commentator virorum doctorum multū conferant ad Scripturæ intelligentiam, quae idecē in locis dubiis et obscuris omnes solent consulere, quantō magis conferunt versiones antiquæ ubique receptæ, et ab Ecclesiā (1) approbatæ, que nou-

(1) Sed hic notandum, id juxtaxat de verā Chri-

unius, vel plurium privatorum hominum, sed totius Ecclesiae sensum, et judicium nobis exhibent! Hucusque Waltonus.

Et re quidem verâ collationem diversorum codicum et versionum ad veritatem genuinæ S. Scripturæ disgnoscendam plurimùm prodesse posse, sensit etiam S. Augustinus, lib. de Doctr. Christ. cap. 14, dicens: « Plurimùm hic quoque juvat interpretum numerositas collatis codicibus inspecta atque discussa... nam codicibus emendandis primitus debet invigilare solertia eorum qui Scripturas divinas nosse desiderant, ut emendatis non emendati cedant, » etc. Quinam autem sacramrum litterarum codices ceteris preferendi sint, S. doctor ibidem, cap. 8, ita determinat: « In canoniceis autem Scripturis Ecclesiarum catholicarum quām plurimū auctoritatem sequatur, inter quas sāc illa sint, que apostolicas Sedes et epistolas habere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in Scripturis canoniceis, ut eas, que ab omnibus accipiuntur Ecclesie catholice, præponat eis quas quadam accipiunt; in eis verò que non accipiuntur ab omnibus, præponat eas quas plures gravioresque accipiunt, eis quas pauciores minoris que auctoritatem Ecclesie tenent. »

Ex hisce verò omnibus constat, multiplicitatem versionum variaffer utilitates, et facile intelligi, quenam versio alibi præferenda sit; neque à tanta multiplicitate versionum timendam mutationem ac corruptionem sacrorum librorum. Ex hoc ergo capite contra integratatem Evangeliorum nihil deiste aliive increduli concludere possunt.

Ad secundum denuò juvat in medium proferre doctrinam Briani Waltoni, qui modum et media discernendi inter variantes S. Scripturæ lectiones, et veram ejusdem intelligentiam conservandi docet his verbis loco supra citato: « Multum enim facit ad veram lectio-
nem tum conservandam, tum restituendam,
eiusque rectam intelligentiam, codicum innumerorum consensus mirus in omnibus, que religionis substantiam spectant; veritatem divinam multum confirmat, Deique curam specialem circa hos libros demonstrat. » Et num. 6, ita pergit: « Præterea nondum est, dari media certa, quibus vera lectio, cum codicibus discrepant, stabiliri potest; scilicet analogia fidei, antiquorum scripta et commentaria, antiquæ versions, codicum antiquorum collatio, maximè verò ipsa Scriptura, in quâ antecedentium et consequentium consideratio, et locorum parallelorum, et similium observatio, multum ad veram lectionem conferunt. Nam illa lectio, qua cum antecedentibus et consequentibus, et cum locis parallelis consentit, et analogia fidei consona est, vel cum aliis honeste codicibus concordat, et ex antiquis Patrum Ecclesie scriptis corroboratur, procul dubio pro verâ et genuinâ habenda est. »

Verum etiam Bellarminum hâc de re dissidentem

st̄ Ecclesiae intelligendum esse, nempe de romano-catholica.

audire prestat: « Cæterum, inquit lib. 2 de Verbo Dei, cap. 2, non tanti momenti sunt ejusmodi errores, ut in iis quæ ad fidem et bonos mores pertinent, Scripturæ sacre integritas desideretur. Plurimque enim tota discrepantia variarum lectionum in dicti quibusdam posita est, que sensum aut parum aut nihil mutant. » Porrò mirandum non est, variantes esse lectiones in iis quæ negue fidem neque mores concernunt. Cum enim ista citra fidem morumque variationem mutari potuerint, facile fuit ut errata aliquorum inemendata permanescerint, atque ita contigerit, ut varie dein lectiones obtinuerint, que tamen haud adeo difficulter corrigi possunt, ut constat ex iis quæ ex Waltoño paulò ante observavimus. In aliis verò, que sunt morum atque fidei, lectio variari non potuit, quin ipsa fides atque morum præcepta mutarentur; hoc autem, cùm contra fidem et morum institutionem, quam omnes semel receptorant, cuiusdam aut aliquorum usuione fieri non posset, idèo quod ea quæ spectant fidem atque mores, nulla in lectionibus Scripturæ ab Ecclesiâ catholice approbatæ variatio introducta est. Denique contra deistas aliasque incredulos ita argumentamur: Vel libri Evangelistarum et Apostolorum propter variationes que in rebus levissimi momenti irreproscrunt, rejiciendi non sunt, vel rejiciendi sunt. Si primum, habemus quod volumus; si alterum, ergo et profani scriptores, e. g., Livii, Suetonii, etc., scripta rejici debent, cùm in eorumdem libris non solum variae lectiones, sed etiam multa errata, que ab ammannensibus, vel librariis venere, sèpè occurrant. Cur ergo deista: aliique increduli horum testimonianâ tantâ confidientiâ citant atque celebrant? Cur eidem ad impugnanda dogmata christiana religiosi tam sepè abutuntur? Cæterum profanorum scriptorum exemplum, quod adduximus, est valde dispar. Nam multò aliter invigilat Dei providentia, ut sacros Scripturæ codices ab Ecclesiâ catholice approbatos ab errore prester immunes, saltem in iis quæ fidem et salutem spectant. Quare omnibus consideratis, increduli ex multiplicitate lectionum variantium nihil contra authenticam Evangeliorum aut aliarum divinarum Scripturarum auctoritatem evincere possunt.

Ad tertium responsio facilè colligitur ex dictis num. 4, et ex infra, num. 40, 9, 4, dicendis. Illud hic tantum superaddo, seu potius repeto, quod, pre-scindendo etiam de divinâ peculiari providentiâ, quâ integratitiæ sacrorum librorum prospectum esse deluit, et luceusque fuit, tamen semper idem sacri libri remanere deberint incorrupti; quandoquidem, ut jam supra num. 4 monuimus, sue fidei depositum in S. Scripturâ contineri semper Christiani existimârunt, notumque est toti orbi, qualia et quanta sint, que pro defensione sue fidei omni tempore passi fuerint, quantumque diligentissimè presides Ecclesiarum, doctores atque magistri semper adhibuerint, ut fides sine mutatione pura et integra consisteteret. Unde nullatenus dubitandum est, quin presides Ecclesiarum, doctores, etc., atque Christiani omnes maximâ, quâ fieri potuit,

diligentia curarint, ne sacri libri mutarentur atque corrumperentur; sicut semper integros et incorruptos conservaverint. Certè, si ii quoque libri ad nos integri pervenire, qui ut servarentur, nullus hominis tantù interesse poterat, quanti Christianorum omnium undequaque diffusorum intererat, ut sacra Scriptura integra atque incorrupta servaretur, propter diuturnitatem temporis variasque rerum vicissitudines dubitare nullus sane mentis potest, utrum Evangelia aliquae libri sacri ad nostram usque etatem incorrupti persisterint. Unde reperio argumentum, quo tanquam retorsione contra dictas aliasque incredulos supra jam usi sumus, et ex his quero: Cum ab ætate veterum scriptorum ethnicorum tam longè remoti simus, quomodo post tam longam seriem temporum, post tam multiplices variasque rerum vicissitudines libri ethnicorum incorrupti ad nos pervenerunt? Quomodo, licet quoad conservationem horum librorum ea pecuniaris ratio non detur, que, juxta superius num. 8 dicta, quoad conservationem librorum sacrorum certa atque manifesta est, quomodo, inquam, adversarii tamen ipsi illorum scriptorum ethnicorum testimonia tanquam vera, integra atque incorrupta laudant, nobisque sapè opponunt? Numquid hæc agendi ratione se studio partium per summam iniquitatem abreptos demonstrant?

Ad quartum dico, necesse non esse, ut quoad rem istam in scepticisnum delabamur, sicuti Cogitationum philosophicarum auctor (1) ineptè contendit. Ipse quidem est turpi scepticismo involutus, vel saltim quoad ea quoque, que evidentia sunt, involutum se esse præ se fert; quoad Christianos verò, saltem romanocatholicos, nihil talè confungi potest. Nam horum polemici et theologi dogmatici, antequam ex Scripturâ tanquam libro divino infallibilitatem Ecclesie prohant, priùs ex motivis credibilitatis (uti vocant), hoc est, ex prophetiis jam impletis, ex evidentiâ miraculorum, etc., ostendunt, genuinam religionem christianam esse à Deo institutam, adeoque libros, quos assertit esse divinos, reverà esse tales, ac consequenter eosdem esse infallibilis auctoritatis. Tum primum ex infallibilitate Scripturæ sic demonstrata inferimus infallibilitatem Ecclesie, quæ in Scripturâ manifestè assirunt; sicut in nullum scepticismum incidimus, omnem circulum, ut aiunt, vitiosum evitamus; prout nostri theologi dogmatici et polemici (2) in trac-

(1) Ita argutatur auctor libelli: *Pensees philosophiques*.

(2) Cl. Carolum Sardagna, tom. 2 Theologie dogmatico polemica, tract. 3, controvers. 2, num. 16. Aut Cl. Thomas Aquin. Mayer Tractatus pravij de verâ Religioni et Ecclesiâ partem alteram. Q. 4, art. 1, num. 936 et 938, ubi sic ait: « Nota, nos... infallibilitatem Ecclesie independenter a Scripturâ probavisse rationibus et argumentis, certitudinem saltem morale parientes. Unde nobis objici non potest... circuitus vitiosus, quasi Scripturarum divinam unice probemus ex infallibili Ecclesiæ iudicio, et vicissim infallibile Ecclesiæ iudicium unice ex Scripturâ divinâ. Licit enim primum sit verum, tamen secundum est falsum, ut patet ex modò dictis. Quando igitur infallibilitatem Ecclesie etiam ex

tatu de Fide vel Religione fusè et distinctè explicare solent, apud quos deistæ, aliique adversarii, si hujus rei diligentem accuratamque explicationem desiderant, uberiore etiam et accuratiorem invenient, quam ipsi putant.

Ex his satis constat, quam ineptè hæc quoque in re, sicuti in cunctis aliis, auctor Cogitationum philosophicarum processerit, dum ad scepticismum provocavit. Equidem specioso philosophicarum Cogitationum nomine, quod suo impiissimo libello apposuit, illudere imperitis ipse studuit, dum principia christiana religionis evertere pessimè allaboravit; verum, ut Cl. Thomas Cerboni jam citatus ait, « irrito sanè conatu, cum in ejus libello nihil occurrat, quod, non dicam, philosophos, sed ne sano quidem homini persuaderi possit. »

10. Quæres IV: « An historia evangelica propter successionem longi temporis à Christo in terris am. bulante usque ad nos, nihil de suâ certitudine amisit. — Resp. et dico: Nihil de suâ certitudine amisit. Nam, uti per se cuilibet patet, certitudo rei alienius pendet ab argumentis ipsius credibilitatis; ergo, si, quamvis longum tempus fluxerit, argumenta credibilitatis eadem perseverent, ipsa res eodem modo credibilis persistit; ergo successio temporum de certitudine rei alienius nihil detrahit. Unde contra apertam rationem insanierunt, qui propter successio nem longam temporum certitudinem alienius facti, e.g., historiæ evangelice de gestis Domini minui, ac tandem evanescere, geometricâ methodo se demonstrare somniati sunt (1). Fanaticos hos somniatores egregie ac solidè confutat Cl. Thomas Cerboni, cuius hæc de re doctrinam et verba jam alibi (2) prolixè recitavimus, ex quibus manifestè patet, etiam historiam evangelicam ab longi temporis à Christo et Evangelistis usque ad nos successionem nihil de suâ certitudine amisisse; cum testimonium quatuor Evangelistarum de vita gestisque Christi firmissimos veritatis

Scripturâ divinâ probamus, tunc in primis hæc probatio est aliquod argumentum ad hominem, hæc cum nempe, vel alium, qui jam aliunde, et independenter ab infallibili Ecclesiæ declaratione, admittit Scripturam divinam, tametsi talis homo id aliunde infallibilitate scire non possit. Deinde argumentum istud est etiam aliqua confirmatio assertiois nostræ (de infallibilitate Ecclesiæ). Nam primum ex motivis credibilitatis probamus, Ecclesiam romanocatholicam esse veram Christi Ecclesiam; ac proin omnia eti un dignata illius esse vera. Secundò, ex... hoc principio ulterius inferimus, probamusque, S. Scripturam esse verbum Dei, quia nempe Ecclesia vera et infallibilis hoc docet. Tertiò, ex Scripturâ autom divinâ, sic certò jam cognita, ipsa Ecclesia infallibilitas, que jam prius aliunde erat primò probata, ulterius, et quasi secundò probatur et confirmatur, sine ultra vitioso circulo. »¹

(1) Hoc Traigius tentavi Theolog. Christ. Princip. Mathem. cap. II, proposit. 17, qui etiam eò usque insipientiae devenit, ut post ter mille quingentos à Christi ortu annos evangelicam historiam amplius probabile futuram non esse, divinare non dubiaverit.

(2) Vide Scripturæ S. contra incredulos propugnante part. 6, sect. 4, quest. 45, num. 39.

characteres, quos ante annos plus quam mille septingentos habuit, etiamnun habeat.

11. Queres V: *Unde scimus, quod ex variis et multis, quæ ab exordio Ecclesie in lucem prodierunt, Evangelii, hec quatuor (Matthæi, Marci, Lucae et Joannis) genuina sint; et cur hæc sola in Canonem sacrorum librorum fuerint recepta.* — Resp.: Hoc scimus ex antiquissimâ traditione Patrum et scriptorum ecclesiasticorum, Irenei, Origenis, Tertulliani et Augustini, quorum verba jam supra, num. 2, atulimus; imò ex iudicio summorum pontificum Innocentii I et Gelasii I, ac universæ Ecclesie ad finem concilii Florentini in decreto pro Armenis, et in Tridentino dicta quatuor Evangelia Canonii sacrorum librorum inserentium (1). Cæterum non diffitemur, ab exordio Ecclesie multa adhuc alia circumdata esse Evangelia, S. Petri, S. Thoma, S. Bartholomei, S. Matthiae, etc. (2). Cur autem ex tot Evangelii sola illa quatuor S. Matthæi, S. Marci, S. Lucae et S. Joannis, ab Ecclesiâ tanquam divina sunt. Deo dictante conscripta, sacrorum librorum Canonii inserta sint; ratio est, quia Ecclesia, quæ à Spiritu S. regitur, majorem certitudinem de horum quam de aliorum Evangeliorum divinitate habuit, ut S. Augustinus (3) rectè observavit, et nos alibi (4) ostendimus.

12. Queres VI: *An quatuor Evangeliorum (Matthæi, Marci, Lucae et Joannis) omnes partes canonicae sint.* — Resp.: Omnes partes horum quatuor Evangeliorum, prout in nostrâ Vulgata latîna continentur, canonicae sunt, seu ab Ecclesiâ in Tridentino solemniter declaratæ, quod sint Verbum Dei scriptum. Evidem fatemur, quasdam horum Evangeliorum partes esse duntaxat deuterocoanonicas (5), hoc est, de illarum divinâ auctoritate aliquandiu inter ipsos orthodoxos fuisse dubitatum. Hæc partes sunt tres, nimirum Marci caput ultimum, historia de Christi sudore sanguineo, angelique apparitione et consolatione, Luc. cap. 22, et historia de muliere adulterâ, Joan. cap. 8. Verum hodiè non amplius licet de harum partium divinâ auctoritate, postquam ab Ecclesiâ in Tridentino loc. cit. omnes libri Vulgatae nostræ cum omnibus suis partibus sunt declarati canonici, et quidem merito.

13. Oppones I: *Tempore S. Hieronymi (6), caput ultimum Marci non fuit ab omnibus receptione tanquam canonicon propter quedam verba huic capiti inserta (7), que satis aperte Manichæismum redolebant, et erant sequentis tenoris: Et illi satisfaciebant, dicentes:*

(1) Vide Scripturæ sacræ contra incredulos propag. part. 6, sect. 4, num. 4, 5.

(2) Vide Calmeti Dissertationem de apocryphis Evangelii, aut ejusdem Dictionarium Biblicum, art. *Evangelium*.

(3) L. 4. de Consensu Evangelistarum, c. 4.

(4) Part. 4 Scriptur. S. contra incredulos propag. sect. 4, num. 4.

(5) Vide Scripturæ S. contra incredulos propag. part. 4 sect. 4, num. 4.

(6) Vide S. Hieronymi Epist. ad Hedibiam, questione 3.

(7) Vide S. Hieronymi lib. 2 contra Pelagianos, ante medium.

Seculum istud iniquitatis et incredulitatis substantia est, quæ non sinit per inmundos spiritus veram Dei apprehendi virtutem, idcirco jam nunc reuelâ justitiam tuam; ergo caput ultimum Marci immorit postea insertum est Canonii S. Scripturæ. — Resp.: Conc. ant.; neg. cons. Nam rejectis illis verbis sacro textu assutis, ac, ut Michael Medina (1) ait, *evangelicâ gravitate et spirituali sancti tinnitu carentibus*; rejectis, inquam, his verbis, caput ultimum Marci est retinendum, ac ab Ecclesiâ retentum, tanquam genuinum Verbum Dei scriptum. Tridentinum enim, sess. 4, jubet *libros integratos tanquam divinos recipi cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesiâ catholicae legi conseruerunt.* Legitur autem caput ultimum Marci in festis Resurrectionis et Ascensionis Christi, et idem exponitur à Bedâ et à S. Gregorio (2). S. Augustinus quoque (3) hoc caput ut verè Marci agnoscit. Denique incredibile est, Marci Evangelium ita mutatum et truncum esse, ut nihil de resurrectione Christi (de quâ in capite ultimo Marci sermo est) continetur. Accedit, quod ipse Calvinus (4) ultimum hoc caput fateatur esse partem Evangelii S. Marci.

14. Oppon. II: *Historiam Luc. c. 22, de sudore Christi sanguineo, et angelicâ apparitione et consolatione, quidam, teste Hilario (5) et Hieronymo (6), in dubium revocahant, et quidem ex causâ, ut videtur, non vanâ, ne nimirum Christi infirmitatem et dolorem animi tribuere viderentur; ergo.* — Resp.: Hæc causa nequaquam fuit sufficiens historiam illam excludendi Evangelio S. Lucae. Nam si Christus, secundum naturam humanam assumptam potuit imminentे passione pavere et tredere, ut S. Matthæus, cap. 26, v. 37, 38, et S. Marcus, cap. 14, v. 33, 34, in Evangelio suo testantur, cur non eadē ratione sudare, et angelicam consolationem admittere potuit? Mœror nimirum iste, sudor et agon voluntarius in Christo erat, qui eidem sese sponte tradidit, tum ad expianda noxia gaudia nostra, tum ad ostendendam veritatem humanitatis sue talia patientis; simulque ad nos docendos, quomodo in ejusmodi afflictionibus animi aut corporis nos gerere, nostramque cum divinâ voluntate conformare debeamus. Cæterum plura de sanguineo Christi sudore invenies in speciali hæc de re Dissertatione, quam Calmeti Commentario in Evangelium S. Luce praefixam reperies. Etsi igitur olim in nonnullis codicibus græcis et latinis ea historia de Christi sudore sanguineo, et apparitione ac consolatione angelicâ, erasa fuerit à quibusdam private superstitutionis hominibus; nihilominus tamen Ecclesia catholica illam ut genuinam Evangelii S. Luce partem semper ac optimo jure agnovit. Exstat enim haec historia tum in plerisque græcis et latinis codicibus, tum in versionibus antiquioribus; commemoratur à præcipuis Patribus Ire-

(1) L. 6 de rectâ in Deum fidè, cap. 48.

(2) Homil. 29 in Evangelia.

(3) L. 5 de Consensu Evangelistarum, c. 24.

(4) Instit. c. 17, § 47.

(5) L. 10 de Trinitate.

(6) L. 2 contra Pelagianos.

naeo (1), Justino (2), Augustino (3), et pluribus aliis. Neque Hilarius et Hieronymus locis supra in objectione citatis contrarium docent, sed tantum monent, historiam illam non in omnibus codicibus suo tempore fuisse, et propterea non ita certa fidei habitam. Ex quo plus non sequitur, quam hanc partem Evangelii S. Lucae non esse proto-canonicam, quod ultrò concedimus; non autem quod non sit deutero-canonica (4).

15. Oppon. III : Initium capituli 8 S. Joannis, quo historia adulterie continetur, in variis veteribus codicibus desideratur, uti et in versione syriacâ et copticâ; ergo Canoni sacrorum librorum non sicut inserenda. — Resp. : Conc. ant.; neg. cons. Nam nihilominus extra dubium est, quin ea et historia sit, et evangelica, cum legatur in Ecclesiâ in sabbato post Dominicam III quadragesimæ, eamque tanquam partem S. Scripturae agnoscant gravissimi PP. Chrysostomus (5), Ambrosius (6), Hieronymus (7), Augustinus (8), qui etiam alibi (9) ait, eam historiam ab inimicis veræ fidei de nonnullis codicibus fuisse erasam. Præterea Tatianus et Hammonius, qui Ecclesiæ seculo 2 degabant, historiam hanc canonicam habendam esse censuerunt, eamque harmonice evangelicæ quam ipsi concinnarunt, inseruere; unde Eusebius in canonibus ex Hammonio congestis genuinam hanc pericopem prædicat. Quin et Beza, aliquoquin huic historiæ contrarius, in Annotationibus fatetur, et ait: *Ex vetustis nostris codicibus septemdecim, unus duntaxat illam non habet.* Prostant quoque plures codices græci antiquissimi à Millio Anglo allegati, et à Ricardo Simonio non dissimulati : item latina versio vulgata tam vetus, quam recentior à S. Hieronymo emendata, in quibus illa historia descripita legitur.

Porrò commoda reddi potest ratio, cur eadem historia de muliere adulterâ in multis codicibus, maximè in græcis omissa sit. Monet enim S. Augustinus ibid. c. 7, Græcos judicasse, hanc historiam in cœtu publico legendam non esse, ne mulieribus peccandi licentia dari videretur. Alii timebant, ne gentiles inde occasionem caperent, Christianos, quasi criminis publica excusarent, traducendi, indeque censuerunt malè providi, præstare si hanc historiam in codicibus omittent, aut obelo notarent. Aliam adhuc rationem, quare tam hæc de muliere adulterâ in S. Joannis Evangelio, quam illa apud S. Lucam de sudore Christi sanguineo, etc., historia, item caput ultimum S. Marci, et alia quædam non in omnibus sacris codicibus reperiantur, affert Michael Medina loco supra citato, dicens, hujus omissionis « hoc fuisse in causa e putarîn, quod ea opera (ut scribentibus contingere

solet) non uno codemque calami impetu fuerint scripta, sed iis, que prius auctores in vulgus emiserant, multa post deinde idem sequentibus editionibus addiderint. Unde sequentes Christiani priores illos codices cum posterioribus conserantes, corruptionem hereticorum, que tunc, cum nondum satis compertum fuisse, qui libri sacri habendi essent, frequentissimæ erant, timore correpti, quoisque res ad plenum examinaretur, easdem additiones in aliis Scripturarum auctoritatem, non audebant addmittere. Verum hujusmodi locos, cum nulli ejus temporis heresi ferrent patrocinium, facile sacri posteriorum seculorum doctiores auctores, ad sanctas Scripturas pertinere, potuerunt cognoscere. » Ita memoratus eruditiss. auctor.

Scholion. Sunt adhuc alii textus quatuor Evangeliorum, quos increduli negant, Deo dictante, conscriptos esse; sed de his alibi (1) sermo redibit.

16. Quæres VII : *Cur S. Augustinus (tract. 56 in Joan. et alibi) dicat unicum esse Evangelium, cum tamen quatuor sint.* — Resp. : Etiamsi centum vel mille essent evangelistæ, scribentes Evangelia, modò scribant eadem et consonantia, multa illa unicum essent Evangelium; quemadmodum ex adverso, si unus contraria commemoraret, non esset unum Evangelium. Utrum enim unum sit Evangelium, aut non unum, strictè loquendo estimatur ex eo, eademne sint, an diversa, quæ scribuntur. Cum igitur quatuor Evangelistæ eadem loquantur, non est aliud atque aliud Evangelium ob personarum differentiam, sed unum ob eorum, qui loquuntur, consonantiam. Hoc sensu S. Augustinus loc. cit., et S. Chrysostomus, Comment. in cap. 1 Epist. ad Galatas, dicunt, quatuor Evangelia strictè loquendo esse unum Evangelium. Sic etiam Theophylactus, arguendo in Evangel. Marc., aliquie veteres doctores asserunt, traditum nobis à Deo quadriforme Evangelium, uno tamen spiritu comprehensum.

17. Quæres VIII : *Cur Evangelistæ in modo et ordine narrandi tantoperè inter se disserpent, et sèpè narrat unus, quod reliqui lacent?* Item, num hæc scribendi diversitas eos, corumque scripta non reddit suspecta de falsitate aut modicâ sinceritate. » — Resp. hanc disperantiam et varietatem narrandi non ex defectu sinceritatis aut veritatis, sed ex diversitate occasionis vel scopi, quem quisque Evangelista in scribendo respexit, promanasse. Nam pro suo quaque scopo, et Spiritu S. impulsu ea duntaxat commemoravit, que ad illum videbantur conducere; neque de reliquis Christi gestis multum erat sollicitus, cum facta et vita Servatoris nostri, antequam evangelistæ ad scribendum se accingerent, palam nota et vulgata fuerint omnibus saltem in Iudaicâ et finitimiis plagiis. Hinc non ex historicæ legibus, ad quas Evangelistæ, si fuissent meri historiographi, adstricti fuisse, sed, ut dixi, ex peculiari cujusque scopo, et occasione scribendi suppeditatâ judicium ferendum

(1) Id per decursum hujus operis variis in locis patet.

- (1) L. 3 contra Haereses, cap. 22, num. 2.
- (2) In Dialogo cum Tryphonie.
- (3) L. 3 de Consensu Evang. c. 4.
- (4) Vide Scriptur. S. contra incredulos propugn. part. 4, sect. 1, num. 1.
- (5) Homil. 60 in Joannem.
- (6) Epistolarium lib. 6, Epist. 52, ad Studium.
- (7) L. 2 contra Pelagianos.
- (8) Tract. 53 in Joan.
- (9) L. 2 de adulterinis Conjugiis, c.

est (1). Sie Matthæus, quia in gratiam Judæorum scripsit Evangelium suum, ostensurus Jesum esse Messianum à prophetis predictum, narrat adorationem magorum, fugam in Ægyptum, infanticidium Herodis, etc., etc., quæ omnia jam in veteri lege à prophetis prænuntiata fuere. Idem Evangelista Evangelium suum ab humana Christi generatione incipit, et ostendit Jesus Christum de semine David ducere genus; quia, ut S. Chrysostomus homil. 1 in Matth. ait, nihil magis delectare Judæos poterat, quam si Christum Abrahæ et Davidis nepotem diceret. Lucas verò diverso ordine procedit; nam prius multa commemorat; et tunc demum, cap. 3, generationum catalogum textit. Et quia omnibus in commune loquebatur, ad ipsum usque Adam generationes retrorsum numerat. Marcus, quia ea, quæ ex Petri prædicantis ore audiverat, in Evangelio suo collegit, scripsit quidem accuratè quæcumque tenebat memoriam; sed tamen non eo ordine quo erant à Christo Domino dicta factave, prout rectè observant S. Hieronymus, in proem. Comment. in Matth. et Eusebius, lib. 3 Hist. c. 35. Nam Marcus comes Petri fuit, qui quidem Domini sermones et præcepta, non cù narrandi serie, quam Dominus in illis tradendis tenuisset, docebat, sed eam in prædicando rationem sequebatur, quam ad auditorum animos instituendos opportunam accommodatamque censuit. Idem etiam de Mattheo et Lucæ dici potest. Solus enim Joannes ex Evangelistis rerum à Christo gestarum ordinem in Evangelio suo servat, nec usquam ab hoc ordine recedit. Porrò S. Joannes, qui aliorum trium Evangelistarum Evangelia jam diu ante scripta viderat et approbarat, pauca eorum, quæ illi scripserant, in Evangelio suo attingit, sed eos maximè sermones proponit, in quibus Christus de sua divinitate disserit. Nam juxta traditionem veterum Hieronymi de scriptoribus Ecclesiast. in Joanne, Theophylacti, Euthymii, etc., præcipua causa scribendi Evangelium S. Joanni fuit, ut suborientes hereses Cerinthi, Ebionisque divinitatem Christi negantes revinceret. Cùm enim hic S. Evangelista videret, reliquos tres Evangelistas humanam quidem Christi naturam, et ex Virgine generationem sufficienter asservuisse; at verò de divinitate attigisse pauca; ex altera verò parte cognosceret, Cerinthi, Ebionis, aliorumque hereticorum docentium, Christum esse perum hominem, hereses serpere, cùque de causâ ab omnibus tunc Asiae episcopis, ut de divinitate Christi scriberet, enixè rogarerat, statuit horum votis obsequi, et divinam Servatoris nostri generationem edicere, Evangelium suum ita exorsus: *In principio erat Verbum.* Cæterum idem S. Evangelista in Evangelio suo tempora et annos, festaque præsertim paschalia diligenter annotat. Tres enim priores Evangelistæ non meminerunt festorum, quibus sèpè Dominus ivit Jerosolymam, nec ex eis deprehendi potest, quid post hoc aut illud festum sit gestum à Domino; aut quotannis publicè docuerit; que Joannes diligenter est persecutus. In ejusdem Evan-

geliste Evangelio etiam licet animadvertere Dominum maxime in festis paschalibus suam divinitatem, et profundissima mysteria proposuisse, adeò ut tertio paschate, cùm mansisset in Galilæa Capharnaui mysterium Eucharistie, Joan. 6, proposuerit. Denique solus Joannes præcipua acta primi anni prædicationis Christi describit. Teste enim S. Augustino, Prefat. in Evang. Joan., et Eusebio Litt. lib. 3, c. 18, amici S. Joannem rogabant, ut ea litteris consignet, quæ Christus in ipse prædicationis sua initio gessit, ex. gr., miraculum in nuptiis in Cana Galilæe patratum, Joan. 2, Nicodemus ad Jesum accessum de nocte, Joan. 3, aliaque, quæ Joanne Baptistæ adhuc in Ænon juxta Salim baptizante (ibidem) et needum incarcerated accederant (1); cùm reliqui tres Evangelistæ ea ferè sola scriptis fuerint prosecuti, quæ à Christo post Joannem Bapt. in carcere jam conjectum gesta fuere (2). En variis et diversas causas ac occasiones, quibus Evangelistæ inducebantur ad scribenda sua Evangelia:みて mirum non est, quid non omnes omnia, sed unus narret quod reliqui tacent.

Cæterum, si quis distinetè scire cupit, in quibus locis sui Evangelii Evangelistæ rerum gestarum ordinem sequantur, et in quibus ab hoc recedant, legat har moniam quatuor Evangeliorum, seu Synopsis vita Jesu Christi chronologico ordine deduciam à Calmeto (3), aut Chronicón Tirini, cap. 49, vel de la Haye opus, cui titulus: *Triumphus veritatis, seu evangelice historie Dispositio*: in quo res D. N. J. C. eo ordine, quo gesta sunt, ipsis Evangelistarum verbis sic distribuuntur, ut quid singulorum Evangelistarum proprium, quidve plurimum commune sit, illicè lectorum oculis pateat.

18. Quæres IX: *Quà lingua, seu quo idiomate quatuor Evangelistæ Evangelium suum scripserint?*—Resp.: Omnes tam veteres, quam recentiores convenient, Evangelia S. Lucæ et S. Joannis græco sermone originali er scripta esse. De S. Matthæi verò et S. Marci Evangelii inter eruditos disceptatur. Communis et longè probabilior sententia est, Evangelium S. Matthæi primitus scriptum esse linguâ hebraicâ tempore Christi et Apostolorum usitatâ, id est, mixtâ ex hebreo et chaldaicâ sermone, quæ alio nomine etiam vocatur syriaca, vel syro-hierosolymitana (4). Major est diffi-

(1) Vide Tirini Chronicón, cap. 49, de primo anno prædicationis Christi.

(2) Vide Math. 4, 12; Marc. 1, 14; Luc. 5, 20.

(3) Ad initium tom. 7 ante Commentarium in 4 Evangelistas.

(4) Notandum est, quid alia lingua sit hebraica, alia chaldaica, et alia ex utrâque hæc mixta, quam syriacam, vel hierosolymitanam, appellant. Nam Judei ante Babyloniam captivitatem usi sunt lingua purè hebraicâ; tempore autem captivitatis cœperunt loqui chaldaicè non quidem perfecte, sed partim hebraicè, partim chaldaicè. Hinc orta est tertia lingua mixta, quâ Judei post captivitatem Babyloniam usi sunt usque ad Christum, et deinceps, quâque usus est Christus ipse et apostoli tanquam vernacula. Et haec tercia lingua vocatur syriaca, à regione, ubi eius usus maximè vixit, vel hebraica in sensu latiore; prout quandoque etiam in S. Scripturâ (vide Joan. 5, 2, Item 19, 13 et 17) ap-

(1) Vide Hermanni Goldhagen. *Introduct.* in S. Scriptur. p. 1, num. 47; item p. 3, num. 32, arg. I.

cultas de Evangelio S. Marci, utrum originaliter scriptum grecè vel latine? Verisimilior videtur esse opinio, illud à D. Marco ab initio scriptum esse latine; prout Syri constanter asserunt. Unde in fine syriaci Evangelii secundum Marcum in hunc modum habetur: *Absolutum est Evangelium sacrosanctum multum Marci, quod locutus est et annuntiavit in urbe Româ romanî.* Sic etiam Guilielmus Postellus se à Syris accepisse affirmat. Praeterea Marcum primò latine scripsisse Evangelium, asserunt, præter Albertum M., Baron., Selenum, etiam Petrus de Natalibus (1), Jacobus de Voragine (2), de la Haye (3), et alii muli. Interim non negamus, S. Marcum brevi postea in Italâ Evangelium suum grecè, priusquam in Aegyptum iret, vertisse, uti plurimi affirmant. Fert nimirum antiqua traditio, quod S. Marcus Evangelium à sè Roma latine scriptum, postea, cùm Aquileiae moraretur, missus illuc à S. Petro ad erigendam sibi Ecclesiam in grecum idioma transtulerit; et sic videntur aliquà ratione conciliari posse opiniones auctorum, quorum multi dicunt, à S. Marco Evangelium scriptum esse latinè, alii verò grecè. An verò ipsum origine latine Aquileiae diutius asservatum, Venetas demum sit translatum, ibique etiam asseretur, in sequenti questione 10, mox pluribus referemus.

Ceterum de lingua, quâ qualuor Evangeliste summum Evangelium scrispere, plura præter alios eruditissimum Calmetus (4) et agiographi Antwerpenses (5).

49. Quereres X: *An autographum seu originaliter scriptum Evangelium S. Marci Venetiis etiamnum extet? Aut an autographa reliquorum trium Evangelistarum alicubi etiamnum extet?* — Resp.: De reliquorum trium Evangelistarum (nempto S. Matthæi, Lucæ et Joannis) autographis Evangelii nobis nil constat, quid alicubi etiamnum extet; de autographo autem Evangelio S. Marci, id est, ipsius hujus Evangelisticæ manus exarato non pauci magni nominis auctores, inter quos est etiam Cornelius à Lap (6), asserunt illud Venetiis asservari, hecque (teste eodem Cornelio) est apud Venetos antiqua traditio. Porrò modo memorati auctores ferunt, autographum hoc Evangelium Aquileiae à S. Marco relictum (7), indequ Venetas translatum esse. Cùm enim Attila, rex Hunorum, Aquileiam per triennium obsessam cepit, vastavitque, tunc multi Aquileienses Attilam fugientes, concesserunt ad vicinas Adriatici maris paludes, ibique Venetas admirabilis opere condiderunt sub anno Christi 452, teste Baronio. Atque hæc occasione laudati auctores factum esse existimant, ut autographum Evangelium S. Marci

pellatur, vel hierosolymitana, aut syro-hierosolymitana a civitate Iudaorum præcipuam.

(1) In Catalogo sanctorum, lib. 4, c. 86.

(2) Serm. de S. Marco.

(3) In Apparatu Evang. cap. 54.

(4) Prefat. in libros novi Testamenti. Textus originalis. N. T. Item prefat. in Evang. S. Matthæi et S. Marci.

(5) Tom. I, septembr. ad diem 21.

(6) Ad finem prefationis Commentarii in Evang.

Marci.

(7) Vide precedentem numerum 18.

Aquileia transferetur Venetas. Porrò quidem, aiunt idem autographum, quod Venetiis asservatur, conscriptum esse latinè, alii verò grecè. Eruditissimus Montfaucouius oculatus testis hujus pretiosi autographi duo de eo refert, silentio non præterunda. Primo asserit, illud descriptum esse in papyro ægyptiacâ, non verò in membranis, dein elementa in eo esse latines, censet tum ex proprio visu, tum ex historiâ hujus codicis scripti (1). Sed Maximilianus Missonus (2), qui pariter hoc Evangelium autographum S. Marci Venetiis inspexit et percepit cum abate Lithâ, Bibliotheca S. Marci custode, observat, hujus codicis paginas ex membranis compactas esse, volumen autem græcis litteris esse concriptum. Deprehendit enim sibi visus est greciam litteram Δ et Σ, inò vocabulum *kata* græcis litteris exaratum. Verum Montfaucouius hanc opinionem refutat, ostendens, litteras illas omnes latinas esse, et quod Missonus *kata* legit, re tam scribi *bata*; itemque quod ille Δ græcum suspectus est, latinum esse Λ, cuius media linea evanuerit. Observavit etiam Montfaucouius alicubi D. et R. Latiniorum, quarum literarum saùe alia est forma apud Grecos. Neque mirandum, quid duo hi testes oculati in legendō illo codice tantoper discrepant, cùm ob vetustatem in eo littere ita corrose et exesæ sint, ut satis distingui et expeditè legi nequeant, prout Cornelius à Lepide loco citato aliisque testantur. Certe ipse Montfaucouius facit, nullum se alium vetustiorum codicem unquam vidiisse, nullas habentem volumina distinctiones, agglutinari autem adēt ejus folia humiditate et situ, ut ne separari quidem possint. Quadratum est manuscriptum hoc, cuius papyrus marcescentium foliorum colorē exhibet. Denique bombycinum esse hunc codicem, nemo ultra ampliabit post sedulam illius inspectionem factam à D. Scipione Maffeo, teste carum rerum maximè idoneo. Hec eruditissimis causâ commemoranda censui, ultimatum judicium eruditō lectori relinquens. Piura de eodem codice referunt Calmetus (3) aliisque citati autores.

Atque hæc de Evangelii generatim spectatis interim dicta sufficiant. Alias autem difficultates, aut incredulorum contra IV sancta Evangelia in communī considerata objectiones solvit Cl. Hermann Goldhagen (4), vel nos ipsi in decursu hujus operis discepiemus.

SECTIO II.

DE DIVINITATE CHRISTI, EX EVANGELIO DEMONSTRATA.

Cum Deistæ aliquie christianaæ religionis hostes, negando et perneggando Christi divinitatem, totum Christianismum submire ac funditus revertere allaborent, opere pretium erit, primarium hoc dogma nostræ religionis in solutione sequentium questionum prius stabilire, antequam ad confutanda alia incredulorum

(1) Montfauc. Diarium Italic. cap. 4, p. 55, etc.

(2) Epist. 16 Itineris sui Italici, edita an. 1703.

(3) Prefat. in Comment. Evang. S. Marci.

(4) Introduct. in S. Scriptur. p. 3, num. 6 et seqq.

dictionia et blasphemias contra sancta quatuor Evangelia progrediamur.

20. Quæres I : *An historia evangelica de ritù gestis que Christi Domini sit moraliter certa, ut adcō eam nemo prudenter in dubium vocare possit?* — Resp. affirmativè. Nam ita argumentor (1) : Historia evangelica vitæ gestorumque Christi pares, inò firmiores veritatis characteres habet, quam quavis alia profana historia, si considereremus quinam et quid scripserint de Christo, quando, et quo sine ac animo scripserint, et quo illis repugnante vel credente. Si ergo non possumus rejicere historias profanas pro indubitate communiter habitas, v. g., annales Graecorum et Romanorum, multò minus prudenter dubitare possumus de veritate historiæ evangelicae vitæ gestorumque Christi. Cons. patet. Antec. prob., dictos characteres enumerando. I. Scripserunt historiam Evang. vitæ gestorumque Christi testes, et alii quidem de visu, ut Matthæus et Iohannes, alii autem de certo auditu, ut Marcus et Lucas; adeoque de rebus, quarum ipsimet fuerunt testes oculati et auriti. II. Scripserunt, que palam gesta, et omnibus nota erant, etc. III. Scripserunt statim post mortem Christi, cùm in recenti adhuc memoriam versetur vita illius : prouinde si falso dixissent, illico potuissent de falsitate convinci. Ex gr., si ea, que S. Matthæus tribus vel quatuor annis post mortem Christi scripsit de Bethlemitico infanticidio Herodis, et secutâ inde fugâ Christi in Aegyptum, ejusque reditu post Herodis mortem, et commemoratione in Nazareth ex metu Archelai, qui erat Herodis filius, etc.; si, inquit, S. Matthæus hoc confinxisset, numquid omnes Hierosolymitani, Bethlemitæ, Nazarei 50 aut 60 annos nati, præsertim pharisei et scribæ, ei exprobriasset quid mentiatur? IV. Scripserunt solo veritatis amore. Nulla enim hic potest esse suspicio de malitia, fallendi animo, aut commodi acquirendi spe, cum manifestè prævidenter aliud se lucrum ex scriptione et predicatione suâ ab obstinatis Judeis et gentibus haud relatueros, nisi supplicia et mortem. V. Scripserunt stylo simplici sine fuso, et tantum absuit ut quidquam dissimilarent, ut vel ipsas Christi insinuitates humanas, tedium, agoniæ, mortem exprimerent. Sic, ex gr., S. Luc. cap. 23, v. 52, 53, simpliciter ait : *Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo, ut interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur Calvaria, ibi crucifixerunt eum; et latrones, unum à dextris et alterum à sinistris.* En non dissimulat Evangelista genus et circumstantias mortis Christi maximè probrosas, sed sincero et simplici stylo easdem narrat. Unde Eusebius Demonstr. evang. lib. 3, rectissimè inquit : *Si enim hoc illis (nempe Apostolis et Evangelistis)... propositum fuit, ut mendacis suum preceptorem ornarent, cur illi ea, que modo diximus, adscripserunt?* (Dixerat autem antea Eusebius, que Evangeliste de Christi

passione tradiderunt), aut cur posteris indicarunt, et quid tristis fuerit, et tadio affectus, et animo turbatus? aut quid ipsi (discipuli) illum deseruerint atque abiierint? aut quid, qui omnibus ipsis præpositus fuerat, Apostolus illius, et Discipulus Petrus...ter illum abjuraverit? etc. Et Origenes contra Celsum lib. 3, sinceritatem et simplicitatem stylî, quâ Evangeliste in scribendo usi sunt, dilaudat his verbis : *Opinor...Jesum idcō voluisse uti talibus dogmatum suorum doctoribus (E. angelistis), ne quem locum haberet suspicio, quasi artib⁹ essent instructi sophisticis; sed evidenter intelligi possit, nihil fici latuisse in animo tantâ simplicitate scriptionib⁹, etc.* VI. Scripserunt nemine ipsis repugnante, seu reprehendente, quid falsa scriberent. Inò ne ipsi quidem postea hæretici, dum argumentis ex Evangelio petitis refellerentur, eo scuto se defendent, quid historia evangelica fide digna haud esset, sed relictâ huic auctoritate ad alias responsiones et effugia sese converterunt; prout theologis, aliquique rerum polemicarum peritis notum est. VII. Scripserunt, que etiam consequentium deinceps actatum auctoritate confirmata, nusquam interrupiâ serie traditionis, ad nostra usque tempora permanarunt; nam his testimoniis Evangelistarum postea crediderunt innumeri viri, ac sapientissimi post summam diligentiam adhibitam (quales viri præcipue fuere SS. Patres), multique illorum eam historiam fuso etiam sanguine consignarunt. Spectatis igitur tot ac tantis veritatis characteribus, historia Evangelica vitæ gestorumque Christi moraliter certa est, nullusque illam prudenter in dubium revocare potest.

21. ARGUMENTA CONTRARIA INCREDO RUM. — Que contra veritatem historiæ evangelicæ ex Spinoze, Blountii, Hobbesii, Tolandi, Collinssii atque Wolstoni, etc., operibus peti possunt, eò tendunt, ut lectoribus persuadant, ab evangelistis Christum plus acjū laudari; ab eo miracula facta fuisse, consingi; sub nitore verborum occultari mendacia; et que Evangeliste contigisse tradunt ab iis minutè referri, iisdemque fidem adhiliendam non esse, quia Christi amici erant; tandem historiam evangelicam ob nimis longam remotionem temporum queis ea scripta est, multum de suâ verisimilitudine aut saltem certitudine perdidisse. Verum, quamvis his omnibus necesse non sit, ut aliqua respondeamus, cùm ex supra num. 20 dictis unicuique per se constare possit, solâ libidine calunianandi haec ab incredulis contra veritatem evangelicæ historiæ nobis objici, prout Cl. Thomas Cerboni, Theolog. revelat. lib. 3, quest 2, art. 3, rectè observat; tamen nonnulla alia nunc superaddere juvat, ut semper magis magisque pateat, que opponunt increduli nostri temporis, ferè omnia ab etiuncis priorum temporum fuisse mutatos. Hæc verò de causâ adhuc alia Eusebii et Origenis testimonia proferemus, quibus à primis jam Ecclesiæ seculis (1) confutata fuere, que istis nostri philosophi iterum in medium proferre non

(1) Idem argumentum etiam alii theologi ad veritatem historiæ Evangel. de vitâ gestisque Christi demonstrandum adhibent, illudque Josephus Widman, tom. 1. Institut. Theol. cap. 1, art. 4, § 31, summarum refert.

(1) Eusebius Cæsareensis, qui evangelice Demonstrationis opus compositus, erat scriptor seculi IV, sub

erubescunt. Refutans ergo Eusebius eos qui non credunt apostolis et evangelistis admirabiles Christi Domini res gestas narrantibus, inter alia ita ait, Demonstr. evang. lib. 3 : « Qui verò tales viros (puta apostolos et evangelistas) fictionibus usos ac mentitos putant, et tanquam impostores infamia probrisque notare co[n]natur, cur non ipsi potius et ridiculi sunt, et odio invidiæ digni, tanquam omnis veritatis inimici habentur? qui quidem viros tam ab omni malitia alienos, tamque sine fuso, verèque sincerum animum in suis scriptis præ se ferentes, malitiosos quosdam et callidos audent fingere sophistas, tanquam eos qui, quidquid scriperint, commenti sint, et suo preceptor, que ille nunquam fecerit, ad gloriam tribuerint? Sanè commode mihi dictum videatur; aut prorsus credere oportet Jesu discipulis, si reliquis quoque scriptoribus; aut si non his, ne reliquis quidem. Cur enim, si sòlis his viris detrahenda sit fides, non etiam reliquis omnibus, qui cumque unquam aut apud Grecos, aut apud barbaros, vitas aut orationes, aut commentaria conscripserunt corum qui variis temporibus in aliquo genere virtutis atque officii praestiterint? Aut si dicas alias quidem credere aquum esse, at his solis non credere, cur non hoc planè ad invidiam referatur? Quòd si demus illos de preceptor fuisse mentitos, et que ille nunquam fecerit, scriptis suis complexos, num etiam de iis mentitos, que idem passus est, dare possumus? Dico autem de unius ex discipulis proditione... de contumeliis, de ictibus in facie, flagellisque in tergo; de corona spinarum... de arundine, quà illius tempora percussere; de convicis, que in illum à spectantibus jactata sunt? At enim et Iree, et quecumque alia de illo his similia feruntur, aut ficta esse oportet ab illius discipulis, aut in his quidem tanquam verissimis, illis credendum est, in reliquis verò, quæ clarorem illum venerabiliorēm que reddit, non credendum. Sed hæc de iisdem sibi ipsi contraria opinio unde confirmabitur? Dicere enim cosdem de eodem, et vera prodere, et mentiri, nihil aliud est, nisi contraria in eodem de iisdem rebus dicere. Quomodo hæc refellentur? »

Dum verò increduli opponunt et aiunt, ab Evangelistis res gestas imperfectè diminutèque referri, satis produnt se amplius non habere quòd confusant. Quod enim Evangelistis propositum et à Deo inspiratum erat, integrè exponunt, omittunt verò ea que ad se instituti rationem nihil intererant, aut à Deo, ut scriberent, inspirata non erant. Porrò falsum omnino est, quòd evangeliste sub niture verborum occulere mendacia. Ut enim supra abundè ostensum est, ii non id sibi constituerunt, ut vel elegantia sermonis, vel ornata figurarum, vel apparatu aut pompa verborum legentium animos sibi conciliarent, quòd facilius eorum que referebant, fidem illis persuaderent, sed nudà rei veritate contenti, cum summà simplicitate res quas

Constantino imperatore, et Constantio; Origenes vero jam seculo III serpsit.

Christus gessit, vel passus est, enarrarunt. Audiamus iterum Origenem hæc de re lib. 4 contra Celsum hunc in modum loquentem : « Qui prudenter et candidè res ab Apostolis (idem etiam de Evangelistis Marco et Lucá intelligendum est) Jesu gestas possunt examinare, nec manifestum fieri, hos divinā virtute robatoris fuisse oportere, ut edocerent Christianam religionem, et homines verbo Dei subjicerent. Non eis secundum artes Græcorum dialecticas, aut rhetoricas, dicendi facultas, et disserendi ratio inerat, quæ audiatores sibi conciliarent... Si Jesus elegisset doctrinæ sue ministros... qui multorum opinione sapientes habentur, aut cogitandi subtilitate, aut sermonis facundia multitudinis plausus captare possunt, justa meo quidem judicio suspicio fuisset, simili eum ratione atque viâ usum fuisse, quæ philosophi secte cuiuspiam autores usi sunt, neque quod proximum est de doctrinæ ejus divinitatem, videretur adiungere... Nunc autem equis est, qui, cum videat pescatores et publicanos, vel primorum elementorum imperitos (et ipse Celsus hæc parte libenter credit de eorum imperitiæ) confidenter de fide Jesu adjungenda non modo apud Judæos disputare, sed etiam apud reliquas gentes prosperè Jesum annunciari, non quicquid, unde illis esset persuadendi facultas? neque enim erat vulgaris. Equis non dixerit Jesum in Apostolis divinā quādam virtute consecutum fuisse, quod his promiserat verbis Matth. 4, 19 : *Venite post me, et faciam vos fieri pescatores et hominum?* »

Licet ergo arctissimo amicitia vinculo cum Christo essent Apostoli conjuncti, et similiter Marcus et Lucas Evangelista maximo in eum amore ferrentur, tamen idèo iis fides nequaquam est deneganda. Nihil enim multa sunt ut modo etiam ex Eusebio et Origene audivimus, que ne levissimè quidem suspiciari quemquam patiuntur, à sanctissimis viris (Apostolis nempe ac Evangelistis) nos fuisse deceptos.

Tandem ad id, quod increduli opponunt de remotione longi retrò temporis, quo gesta Christi contingisse dicuntur, et ab Evangelistis enarrata sunt, non est, cur hic aliqua contra reponamus; satis enim hæc de re supra diximus.

Scholion. Ceteras incredulorum objectiones contra veritatem historie evangelicæ solvemus tum in sequente quest. 2, tum in variis aliis locis per decursum hujus operis.

22. Quæres II : *An, aut cur scriptores ethnici et Iudei de historiâ evangelicâ, et presertim de vita gestisque Christi Domini sileant?* Antequam respondeam, observo, hæc questione contineri precipuum objectionem Voltairii aliorumque incredulorum contra veritatem historie evangelicæ. Nam hi ita opponunt: Si in Palestina, que tune erat romani imperii provincia, Christus tot ac tanta patrasset mirabilia, prout Evangelistæ narrant, haud dubiè eorumdem gestorum notitia ad imperatorem, senatum, Romanumque universam perlatâ fuisse; romanis scriptores, greci et latini de Christo epusque stupendis operibus mentionem fecissent.

idem etiam fecissent scriptores Iudei, Philo Alexandrinus, et Josephus Iudeus, qui circa illa tempora floruerunt. Sed apud hos omnes, aut ferme omnes altum de Christo silentium notatur; ergo. Verum respond. 1^o, et invertio argumentum: Si Evangeliste de Christo ejusque mirabilibus gestis tam enorium mendacia, ut increduli aiunt, sparsissent, haud dubie alii illorum temporum scriptores (maxime gentiles et Iudei christianae religionis acerrimi osores) eos falsitatis et mendaciorum arguisserent; sed id factum non est, manifesto indicio, Evangelistas non falsa, sed vera scripsisse. Confirm.: Nullus negare potest, apologistas christianas religionis in iis scriptis que in defensionem ejus evulgariunt, gestorum Jesu Christi ab Evangelistis commemoratorum mentionem sepe fecisse. Etnici autem et Iudei tantum absunt, ut ea falsa et ab Evangelistis conficta esse reposuerint, ut potius vel rei veritate convicti suo silentio iisdem seassentiri demonstrarent, vel cum aliâ ratione se tueri non possent, mira illa Christi opera magicis artibus adscriberent. Hoc autem eò magis mirandum est, quò clarius patet, etnicios et Judeos completam supra suos adversarios (puta Christianos) victoriam reportaturos fuisse, si eos de falsitate historiæ evangelicæ convincere potuissent. Quapropter cum silentium maximam vim ad persuadendum tunc habeat, quando gravis urgensque causa impellebat, ut aliqui eâ de re, quam omnino tacuerint, verba facerent; cùmque juxta errorem ethioporum et pertinacium Judeorum persuasionem, vix gravior urgentiorque causa occurgere potuisset, ob quam falsa esse demonstrent, que ab Evangelistis de Christo predicabantur; evidenterissimo argumento est, etnicios et Judeos de historiâ evangelicâ vita gestorumque Christi silentes, de horum veritate fuisse omnino convictos, adeoque ex illo ipso eorumdem silentio (siquidem illud daretur) evangelicâ historiæ veritatem apertissimè elucescere.

23. Resp 2^o: Falsum est, quod inter gentiles et Judeos nullus fuerit qui de Christo ejusque vita et gestis in Evangelio enarratis scripserit. Nam Chalcidius philosophus Platonicus (1) in suo Commentario ad Timaeum Platonis hac habet: *Est quoque sanctior et venerabilior historia, qua perhibet, ortu stellæ cuiusdam non morbos, mortesque deviciuntas, sed descensum Iei venerabilis ad humanae conservationis rerumque mortalium gratiam; quam stellam cum nocturno itinere insperissent Chaldaeorum profecti sapientes viri, et consideratione rerum caelestium satis exercitati, quassisse dicuntur recentem ortum Dei, repertaque illâ maiestate puerili, veneratos esse, et vota Deo tantum convenientia nuncupasse.* Quo ergo de stellâ preceunte Magos, eorumque adventu ad Deum infanteum, seu Christum natum debito cultu prosequendum in evan-

(1) Quamvis teste Lexico Universal. Lipsiens. tom. 5, pag. 1944, aliqui Chalcidiū dicant fuisse archidiaconom Ecclesie Carthaginensis, et Cave, Histor. litter. pag. 106, indecimus relinquat, utrum Chalcidius fuerit etnicus, an christianus; tamen alii, Thomas Cerboni, Hermann, Goldbagen, etc., cum simpliciter inter gentiles numerant.

geliâ historiâ leguntur, Chalcidius, qui quarti seculi initio floruit, suo suffragio comprobavit; quamvis teste Lexico univers. Lips. (ut ante dixi) non omnes convenient, quod is fuerit etnicus. Similiter Phlegon libertus Neronis seculo secundo post datum testimoniu: de Christo tanquam vero Prophetâ, praesertim ob excidium Jerosolymæ ab ipso prædictum et jam impletum, meminit extraordinariae eclipsys solaris anno quarto olympiadis ducentesimæ secundus qui annus respondet anno mortis Christi, et decimo octavo Tiberii imperantis. Verba Phlegontis (1) sunt: *Quarto autem anno 202 olympiadis maxima et excellens inter omnes, qua ante eam acciderant defectio solis facta; dies hort sextâ in tenebrosam noctem versus, ut stellæ in celo vise sint, terraque motus in Bythinia Nicæa urbis multas ades subvertit.* Scio quidem à Baylio (2) multa opponi contra hoc testimonium Phlegontis; verum cùm iis alii abundè satisficerint, aliudè verò narrationem Phlegontis veram esse constet, non est cur in iisdem confutandis diutius nos delectamus. Nam idem eventus in annalibus quoque Romanis fuit consignatus, uti testatur Tertullianus, magistratui romano palam affirmans Apologet. cap. 1, his verbis: *Eodem momento dies, medium orbem sanguine sole, subducta est... Eum mundi casum relatum in archivis vestris habetis.* Et Origenes, lib. 2 contra Celsum, n. 55, ait: *De solis autem defectione, que accidit sub Tiberio Cæsare, quo imperante Christum crucifixum esse constat, deque multis, quies tunc terra succussa est, Phlegontem opinor in 13 vel 44 Chronicorum libro injecisse mentionem.* Unde et Lucianus presbyter atque martyr, uti Rusticus His. eccl. lib. 9, c. 6, tradit, ad suis judices dixit confidenter: *Consulte annales vestros; invenientis Pilati temporibus, dum patetur Christus, mediâ die fugatum solem, et interruptum diem. Præterea, quod de ecede infantium, jobente Herode, in evangelicâ historiâ legitur, est etiam Macrobius testimonio confirmatum, quia ita lib. 2. Saturnaliorum, cap. 4, inquit: Cùm audisset imperator Augustus ē inter pueros, quos in Syriâ rex Judeorum intra binatum iussit interfici, filium quoque ejus occisum, ait: Melius est Herodis porcum esse, & quam filium.* Quo autem Collinius contra hoc Macrobius testimonium opponit, solitu facilia sunt: *Nam quod superaddit (Collinius), ait Cl. Thomas Cerboni Theologicæ revelat. lib. 3, quest. 2, art. 6, Macrobius testem esse non posse, qua quatuor seculis anta ipsum contingrant, et sortassè christianum fuisse, nullius momenti est, quandoquidem Macrobius non narrat quae viderat, sed quæ legerat apud auctores. Etnicum autem Macrobius fuisse constat, cum affirmet, se adorare Janum, et colere lunam. Ceterum, de infanticidio Herodis, et stellâ à Magis visâ, aliisque factis particularibus in historiâ evangelicâ contentis, alibi sermo redibit. Denique quod attinet ad Christi miracula ab*

(1) L. 13 in celebri Historiâ Olympiadum cuius fragmenta restant.

(2) In suo Dictionario, artic. *Phlegon*, annotatione 100.

Evangelistis commemorata, ea suffragio ethniconum, quoque Porphyrii, Celsi, etc., confirmata fuisse, pariter alio loco indicabitur.

His gentilium testimonii addo omni jure etiam testimonium eorum qui olim ethnici philosophi postea autem ad Christum conversi sunt. Omissis aliis unicuius audianus Quadratuum, qui, teste Eusebii eccl. Histor. Eb. 4, cap. 3, et in ea oratione quam in defensionem christianae religionis Adriano obtulit, ita ait : *Servatoris autem nostri opera semper conspicua erant, quippe quæ vera essent; si scilicet, qui morbis liberari, aut qui ex morte ad vitam revocati fuerant. Qui quidem non solum, diem sanabantur, conspecti sunt ab omnibus, sed secuto deinceps tempore. Nec solum quādiū in terris moratus est Sacerdos noster, verum etiam post ejus discessum diū supersites fuerunt, adē ut nonnulli eorum etiam ad nostra usque tempora pervenerint.* Illic vero Quadrato addi multi alii possunt, qui et philosophi prestantissimi, et omni genere eruditione imbuti erant, antequām christianam religionem amplecterentur. Horum verò testimonium, licet Christiani fuerint, etiam ab incredulis pluris faciendum est, quām si ethnici permansissent. Quandoquidem primò ethnici erant, et philosophice studio diligentissimè detiti, postea autem rei veritatis convicti, christianam religionem amplexi sunt, et in ejus defensionem apologetas scripserunt, contrarios errores confutavérunt, ac, quæ ab Evangelistis per Christum gesta esse referuntur, firmiter propagnávunt, totamque evangelicam historiam uti divinam et certissimam suscepereunt; ergo res, quæ in religione christianā propovebantur, prius serio eos expendisse, deinde autem de veritate omnino convictos eisdem assensisse, dicendum est : ergo increduli testimonium horum philosophorum ex gentilitate ad Christum conversorum inde rejicere non possunt, quia Christiani fuere; quin potius idē potissimum, quia religionem christianam amplexi sunt, ex testimonio eorum de evangelice historiae veritate manifestius constat.

Præter ethnicos etiam Judæi testimonium perhibeunt veritatis historias evangelice. Nam non solum miracula Christi nunquam negare ausi sunt, sed eadem in libris suis Talmudicis (1) apertè confitentur; et Josephus Judeus, sectā phariseus, in suis scriptis (2) celeberrimum illud de Christo testimonium (3) posteritati reliquit, quod quidem à novaturientibus qui-

(1) Tit. Abba Zara.

(2) Antiq. Judaic. lib. 18, cap. 4.

(3) Hoc testimonium Josephi ex greco idiomate (quo originaliter scriptum est) in latīnam linguam translatum, ita sonat : *Fuit autem hoc tempore JESUS, vir sapiens, si tamen virum illum oportet dicere. Erat enim mirabilium operum effector, magister hominum, qui vera libertatem amplectuerat. Et multos quidem ex Judæis, nutios etiam ex gentilibus ad se pertraxit, cinq̄e enim à primoribus gentiis nostrâ accusandis Pilatus ad crucem damnavisset, ab eo diligenter non absisterunt, qui ab initio eum dilexerunt. Nam die tertio rediūs eis apparuit; secundum quid divinitus inspirati Prophetæ hac, alia que plurima admiranda de eo prædixerunt. Sed et in hodiernum Christianorum, qui ab eo nuncupati sunt, et non men perseverat, et genus.*

busdam intemperantioris criticæ scriptoribus, quibus Voltairius quoque hæc in re consensit, impugnatū, sed à compluribus eruditissimis viris, Natale Alexander (1), Billuart (2), Iluetio (3), aliisque tanquam authenticum agnūtum, et ab adversariorū reflexionib⁹ criticis solidē vindicatum est.

24. Resp. 3°: Haud esset mirandum, si scriptores gentiles nihil gloriosum de Christo scr̄pserint, cùm legis christiana fuerint inimici, et timuerint odium suorum. Vita enim gestaque Christi erant romanis moribus, vitæque imperatorum aliorumque gentilium mirum quantum contraria Christique cultores habebantur sacrilegi, et quasi impii quotidie ultimo supplicio afficiebantur. Quid igitur mirum, si scriptores ethnici partim ex metu, partim ex odio christiana religionis noluerint hujus fundamenta (inter quæ utique etiam est historia evangelica vita ge torumque Christi) futuris temporibus in suis scriptis relinquere. Exemplo si miraculum cœlestis pluviae, quod sub Marco Aurelio divinitus christianis militibus concessum refert Tertullianus (4), quod tamen illu-trissimum miraculum quidam gentilium scriptorum in Julianum Chaldaeum, quidam in Arnuphium philosophum Agyptium, quidam in Marci Aurelii cum diis amicitiam, ne Christianos ejusdem miraculi imparatores faterneretur, retulerunt (5). Præterea ethnici homines obsecrati, mirabilium Christi operum veritatem non intelligebant, sed potius ea illusiones magicas fuisse putantes, non tanti eadem faciebant, ut in historias referenda consenserent.

Similiter minimè mirandum esset, si scriptores Iudei (qui pauci tunc temporis erant) nihil gloriosum de Christo scr̄pserint. Timebant nimirum primores sue gentis, qui Christum usque ad mortem fuerant persecuti, et volebant famam nationis sue, quæ Christum innocentem, et tot ac tantorum mirabilium operum effectorem occidit, consulere. Cæterū, quod Philonem Alexandrinum, Iudaorum celebrem, et magni nominis scriptorem attinet, is ut Cl. Hermann, Goldring observat, rectius in philosophis quām in historicis est nominandus: pleraque ejus scripta sunt philologica aut theologica, antequām Christi gesta Iudæam impleverant, edita; sunt de argumentis variis non connessis, in quibus historia de Christo aliena fuisse visa. Insuper vitam agebat Alexandria inter Iudaos.... Mirum proinde non est, in scriptis ejus desiderari mentionem de Christo et Christianis.

Omnibus ergo perpensis, haud mirandum esset, si

(1) Tom. 2 Histor. Eccles. dissert. 10 in VI mundi etatē.

(2) Cursus Theol. tom. 44, Dissert. 2, art. 5, Di-gression. historic. 4.

(3) Demonstrat. Evang. propositione 3, num. 41, 19.

(4) In libello supplici ad Scapulam, Africae provincie presidem, cap. 4. Item in Apologetic. cap. 5.

(5) Vide dociss. Iluetum in Demonstrat. evang. Proposit. 3, num. 49, ubi de hoc miraculo eruditissime disserit.

Scriptores ethnici et Iudei nihil de vitâ gestisque mirabilibus Christi Domini scripsissent, quanvis ne hoc quidem adversari evincere possint, ut supra, num. 25, ostensum est.

25. Quares III : *An demonstratâ veritate historia evangelica de vitâ gestisque Christi Domini pariter demonstrari possit, Christum esse verum Deum?* Resp. affirmativè. Nam ita argumentor. Christus sepiùs et palam dixit se esse naturalem (1) Dei Filium, ac proinde verum Deum; quod etiam Iudei hostes ejus insensim eidem non semel exprobabant, idèò ei tanquam blasphemio necem infreabant; ergo Christus est verus Deus. Antecedens suppositâ veritate historie evangelice negari non potest. Nam, cùm Petrus 1., Matth. 16, confessus esset, et ad Christum dixisset: *Tu es Christus Filius Dei vivi*, Christus ipse confessiōnem hanc approbat, dicens: *Beatus es, Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi (quod sim Filius Dei vivi), sed Pater meus, qui in celis est*. Et iterum, dùm Caiphas summus sacerdos Christum jam captum interrogasset his verbis Marc. 14: *Tu es Christus Filius Dei benedicti?* optimus Salvator hoc non negavit, sed affirmavit: *Jesus autem dixit illi (summo sacerdoti): Ego sum (Filius Dei benedicti): et videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, et venientem cum nubibus celis*. Neque Jesus hoc dixit eo sensu, quod sit Filius Dei adoptivus, sicut sunt omnes homines justi; sed quod sit Filius Dei naturalis, adèque verus Deus; et hoc sensu etiam intellexit Caiphas. Unde statim subiunxit, quod Jesus blasphemaverit: *Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes? audistis blasphemiam, quid vobis videtur? Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis*. Idipsum amplius patet ex Evangelio S. Ioannis, cap. 10, v. 30, ubi Christus ait: *Ego et Pater unus sumus, neque non unitate tantum morali, seu concordia voluntatum, sicut sunt homines justi et sancti per conformitatem sue voluntatis cum voluntate divinâ, sed unitate nature*. Nam auditus verbis illis Christi, sustulerunt lapides Iudei, ut eum lapidarent tanquam blasphemum: *De bono opere, inquit, non lapidamus te, sed de blasphemâ, et quia tu, homo sis, facis te ipsum Deum*; sed, si Christus solùm dixisset se esse Filius Dei adoptivum, sicut est quisvis homo justus, Iudei cum neque tanquam blasphem-

mum lapidare comminati essent, neque dixissent: Tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum. Constat id ipsum ulterius ex his que Christus subiunxit: *Vos dicitis: Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi; si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis, quia Pater in me est, et ego in Patre*. Ex quibus verbis apertè constat, Christum Dominum opera miraculosa edidisse, ut comprobaret se esse Filium Dei naturalem, ejusdemque natura cum Patre, quia ob identitatem naturae verificatur, Patrem esse in Filio, et Filium in Patre per circummissionem, ut theologi loquuntur. Verum de miraculis Christi, quibus suam divinitatem, seque esse Filium Dei naturalem comprobavit, plura inferiūs.

26. Demonstratur jam consequens primi enthymematis, quod nimirum Christus, hoc ipso quod se Filium Dei naturalem dixerit, reverà talis sit. Si enim se Filium Dei naturalem, adèque verum Deum dicendo, dixisset falsum, fuisse aut homo insanus et emota mentis, aut nequissimus impostor. Probus enim san næque mentis homo in ejusmodi gravissimum errorem (quod ipse sit Deus, cùm non sit) totum mundum inducere nunquam conabitus; atq[ue] neutrum prudenter suspicari licet, sive quod Christus fuerit homo insanus, sive quod fuerit sceleratus impostor. Ostenditur, præsertim suppositâ, ut jam demonstravimus, veritate historie evangelicae de vitâ gestisque Christi Domini, ostenditur, inquam, minor quoad I membrum, quod Christus non fuerit homo insanus et emota mentis. Nam annos duodecim natus cum veteranis Iudeorum doctoribus in templo sapientissimos sermones habuit; ita ut stupescerent omnes, qui eum audiebant, super prudentiali et responsis eius. Et postea, cùm jam Evangelium turbis publicè predicaret, *veniens in parvum suum, docebat in synagogis... ita ut mirarentur, et dicerent: Unde huic sapientia haec, et virtutes? Nonne hic est fabri filius*, Matth. 13. Sic etiam, cùm aliquando quasi in occulto ad scenopœgia festum in templum ascenderet, docebat. Et mirabantur Iudei dicentes: *Quomodo hic litteras scit, cùm non didicerit?* Joan. 7. Præterea manifestavit secreta, et res cum primis occulta; quemadmodum proditionem Iudei, Matth. 26: *Et eisdem illis (discipulis suis) dixit: Amen dico vobis, quia unus vestrum me tradidurus est; item libidinem mulieris Samaritanæ, quacum colloquium instituit, et quæ ideò eum Prophetam (id est, hominem, cuius manus est, praesentia et preterita dicere, etiamsc occulta siu) nominavit: Respondit mulier, et dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jesus: Benè dixisti, quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti; et nunc quem habes, non est tuus vir: hoc verè dixisti. Dicit ei mulier, video, quia Prophetæ es tu... Reliquum ergo hydram suam mulier, et abiit in civitatem, et dicit illis hominibus: Venite, et videat hominem, qui dixit mihi omnium quæcumque feci; numquid ipse est Christus, sive Messias?... Ex civitate autem illâ multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixi mihi omnia quæcumque feci. Cum venissent ergo*

(1) *Filius Dei naturalis* est Verbum, seu secunda in SS. Trinitate persona, quæ ratione aeternæ generatio-
nis ex Patre est Filius Dei habens eandem naturam
per identitatem, quam habet Pater. *Filius autem Dei adoptivus* est omnis purus homo justus, seu constitutus in gratia sanctificante, per quam à Deo adoptatus, seu fit Filius Dei adoptivus, et acquirit jus ad hereditatem coelestem, iuxta 1 Joan. 3, 1: *Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, et simus*. Et ad Rom. 8, 15: *Non enim accipistis spiritum servitum... sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba (Pater)*. Et 1 Petri 1, 3, 4: *Benedictus Deus... qui secundum misericordiam eam magnam regeneravit nos in spem rivum... in hereditatem incorporeum... conservatam in celis in nobis*. Taceo alios textus, in quibus pariter de filiis Dei adoptivis sermo-
est.

ad illum Samaritanum, rogaverunt eum, ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem ejus. Et mulier dicebat: Quia jam non propter tuam loquaciam credimus; ipsi enim audiimus, et scimus, quia hic est vere Salvator mundi (1). Predixit etiam res futuras, nullā merē humanā sagacitatem cognoscibiles, quemadmodum Petri trinam negationem, antequānam gaudium cantet; item subversiōnem templi Jerosolymitani: Et quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus et donis ornatum esset, dixit: Hac quae videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur, Luc. 21; passionem quoque, mortemet resurrectionem suam, juxta illud Luc. 18: Assumpsit autem Jesus duodecim, et ait illis: Ecce ascendimus Jerosolymam, et consummabuntur omnia, quae scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et consupuetur; et postquam flagellaverint, occident eum et tertiā die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt, et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intelligebant quae dicebantur. Ad hanc admiranda dexteritate subdolas Sadduceorum et Pharisaeorum interrogations solvit et confutavit. Sic, cūm à Pharisaeis, ut caperent eum in sermone, tentaretur super censu dando Caesari, et à Sadduceis super resurrectione, sa- piensissimè utrisque respondit: viçissim quoque inter-

(1) Joan. 4, 17, 18, 19, 28, 29, 39, 40, 41 et 42. Ex toto hoc contextu Evangelii S. Joannis patet, quem ineptè Woolstonus (teste Cl. Thomæ Carbonei in Thocologie revelat. tom. 2, lib. 3, quæst. 1, art. 2, §2, num. 4) de Christo effutat, eum anteac secreta compiceris, que mulier illa Samaritana egerat, corumdemique notitiā usum deinde fuisse, postquam in memorato colloquio animadverterit, à muliere se libenter audiri. Nam contra est 1º: Iudei (uti habetur Joan. 4, 9.) cum Samaritanis non conuebantur, et Samaritanī à Iudeis aversi erant, prōinde quæ si simpliciter impossibile non erat, ut Christus à Samaritanis noscere potuerit, que illius mulieris vita ratio fuisse, saltem hoc valde difficile erat, et difficultatibus plenum, nec ullum probabile argumentum id asserendi seu Woolstonus seu alii increduli afferre potuerunt, aut poterunt. 2º Ipsa mulier à Christo audiens se habuisse quinque viros, et cum, quem habebat, non esse suum, maximò stupore capta fuit, atque ob id Christum Prophetatum esse putavit. Hoc autem manifesto argumento esse debet, et rem illam (presertim, quod vir, quem mulier tunc habebat, non sit ipsius legitimus maritus) perulgatam non fuisse, et ipsam hanc mulierem existimasse, fieri non posse, ut Christus rem istam percunctando intellexisset. 3º Quando mulier illa Samaritana dixit (citato cap. Joannis 5, 29): Venite, et videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci; numquid ipse est Christus? Samaritani, quamvis Iudeis infensi essent, non repudierunt (sicuti Woolstonus impudenter facit), omnia ei dicta ab hoc homine fuisse, que ipse prius secreto ex aliis compicerit curarā: sed potius (ibidem v. 59 et seqq.) eccl. civitate... illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulierum testimoniū perlubens: Quia dixit mihi omnia quæcumque feci. Cūm venissent ergo, etc. Si ergo Christus tam per ea que mulieri, quam per alia quia Samaritanis dixit, Samaritanorum in se fidem ac venerationem conciliavit, quamvis Samaritani Iudeis infensi essent, dicendum omnino est, utraque in se habuisse argumenta manifesta plus quam humana sapientia Christi Domini. Atque hac ad refellendam putidissimam illam Woolstoni calumniam abunde sufficiunt.

rogavisi Phariseos, cuius filius sit Christus, dicens: Quid vero videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Dominu meo: Sede à dextris meis... Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? Et nemo poterat ei respondere verbum; neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare, Matth. 22. Ilis omnibus accedit, quod ab ipso Josepho Judeo, quantum Pharisœo, in testimonio supra citato appellat vir sapiens, si tam virum illum oportet dicere. Erat enim mirabilium operum effector, magister hominum qui vera libenter amplectuntur, etc. An hec omnia hominem insanum et emotu mentis arguant? An non potius admirabili et prorsus divinā sapientiā plenum?

27. Ostenditur jam II membrum, quod Christus non fuerit homo scleratus et impostor, volens homines in re gravissimi momenti (nempe dicendo se esse Filium Dei naturalem) decipere. Demonstratur hoc, inquam, ex eius sanctitate et virtute innocentissimā, in qua nec hostes quidem ipsius infensissimi Judæi levissimum nærum deprehendere, vei cum fundamento asserere potuerunt, sed opus habuere coram Pilato falsos testes adducere, à quo tamen post exactum examen inventus est innocens, quemadmodum testatur S. Matthæus Evangelista his verbis cap. 26: Principes autem sacerdotum, et omne concilium, quarebant falsum testimoniū contra Jesum, ut eum morti traducerent; et non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissimè autem venerunt, duo falsi testes, etc. Et sequenti capite 27, v. 22, 23: Dicit illis (Judeis) Pilatus: Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Vident autem Pilatus, qui nihil proficeret, sed magis tumultum fieret; accepta aqua lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine justi hujus: vos videritis. Similiter S. Lucas, cap. 3, testatur his verbis: Pilatus autem convocatis principibus sacerdotum, et magistratibus, et plebe, dixit ad illos: Obstatist mihi hunc hominem (Jesum Nazarenum) quasi avertentem populū, et ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam invenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Præterea Christi sanctitas et innocentia elucent ex doctrinā ejus sanctissimā, de qua infra ex instituto agemus; item ex potestate patrandi miracula in confirmationem suæ doctrine et divinitatis, ut pariter infra demonstrabimus, et ex testimonio Josephi Iudei jam supra citati, etc.: ergo Christus non fuit homo scleratus et impostor.

28. Verius opponit larvatus ille Horus, cuius delicia et blasphemias jam sapientiis alibi refutavimus, ac ait, Jesum quidem neque hominem insipientem aut mentem captum, neque scleratum impostorem, sed potius ob excellentem intellectum ac sublimia sensa quæ fovit, similque ob eximiam prorsus erga homines benignitatem maximè amandum ac venerandum fuisse; attamen obscuris persicorum magorum doctrinis, et astrologorum somniis, nec non Prophetarum suæ (id est, Iudeice) nationis vaticiniis ita implicatum, ut sibi personissimum haberet se esse Messiam; sieque tur-

Piter deceptum, ex fanatismo decepisse alios; verba dicti famosi auctoris in impio opere suo germanice edito sunt haec: « Dass aber Jesus ein Mann von vor-trefflichen Geistesfertigkeiten, von dem besten Herzen und von erhabenen Gesinnungen gewesen sey. » ist nicht zu leugnen: denn darin stimmen alle vier Evangelisten einmuthig überein, ungeachtet sie sonst seine Geschichte auf verschiedene Art erzählen. Quæ verba in latinum translata significant: *Quod autem Jesus fuerit vir excellens intellectu, et sublimibus sensis, maximæ erga alios benignitate prædictus, negari vix aut omnino non potest; nam in hoc omnes quatuor Evangelistæ unanimiter consentiunt, quamvis alias ipsius gesta diverso modo narrent.* Et iterum: « Auf gleiche Art war auch Jesus kein Betrüger, sondern ein wahrer Menschenfreund, welcher sich aber ebenfalls in die dunklen Lehren der persischen Magier sowohl, als in die Träume der Astrologen und die Weissagungen der Propheten seiner Nation dergestalt verwickelt hatte, dass er sich von der Gewissheit seines Messias völlig überzeugt fand. » Seu latine: *Similiter Jesus non erat impostor, sed verus amicus humani generis, qui tamen pariter obscuris persicorum magorum doctrinis, et astrologorum somniis, neconon vaticiniis Prophetarum sue nationis tantoperè implicatus est, ut se Messiam esse, certissimè sibi persuaderet.* Ita Horus.

Sed hæc responsione nostrum argumentum precedente numero contra hostes divinitatis Christi allatum non enervatur, nec nodus difficultatis solvitur, sed potius crassa Horii aforamque cum ipso sentientium incredulorum ignorantia, et seipsam evertens contradictione manifestè proditur. Quomodo enim Jesus dici potest vir excellens intellectus, etc., et simul tam exigue ac debitilis perspicacia, ut ne quidem fabulositatem mythologia persicorum magorum, vanæque astrologorum doctrine agnosceret, sibique ex vaticiniis Prophetarum malè intellectus (ut quidem Horus blasphemat) firmiter persuaderet, se esse Messiam et verum Filium Dei (1)? Quomodo dici potest verus ami-

(1) Ipse Horus loc. cit. pag. 419 et 420, videri possit quodammodo fateri, Christum se dixisse Filium Dei non tantum adoptivum, sed naturale. Verba Horii sunt: « Dass er (Christus) sich selbst für den Sohn Gottes ausgegeben habe, braucht nicht bewiesen zu werden; denn... man könnte mehr als hundert Schriftstellen anführen, die es deutlich darthun. Nur darin ist man bis her ungewiss gewesen, ob er Gott bloss in sofern für seinen Vater gehalten habe, in wiefern ihm alle Menschen, besonders aber die Frommen, für ihren Vater halten, und sich mit Recht seine Kinder oder seine Söhne nennen, oder ob er vielmehr überzeugt gewesen sey, dass er von gar keinem Menschen, sondern unmittelbar von Gott gezeugt, aber doch von einem menschlichen Weibe geboren worden sey, und mithin zwei Naturen gehabt habe, die eine von Gott seinem Vater, die andere von dem Weibe seiner Mutter. Allein diesen Streit will ich gar nicht entscheiden, sondern vielmehr darthun, dass er nicht nur seinen leiblichen Vater, sondern sogar seine Mutter verlaugnet und fest geglaubt habe, Gott allein wäre sein Vater und seine Mutter. » Seu latine: *Quod Christus seipsum Filium Dei esse, professus sit, probacione non indiget...*

cus humani generis, maximæ erga alios benignitas, si fuit tam malitiosus, ut suos discipulos, totamque nationem per miracula non vera, sed duntaxat appetenter talia decipere studuerit? Ex. gr., si ejus transfiguratio in monte tantum fuit illusio optica translucens per virgula lunæ, prout Horus fabulatur, et nos infra refutabimus; si, inquam, illa non nisi oculorum illusio fuit, cur Christus pro summâ sua erga discipulos benigne hunc errorem eisdem non detexit, sed potius eundem confirmavit, et in eo discipulos reliquit, dicens: *Nenini dixeritis visionem (hanc), donec Filius hominis à mortuis resurget?* Matth. 17.

29. Corollarium I. Quamvis ex incredulis aliqui aperte dicant, Christum fuisse impostorem, quemadmodum patet ex blasphemio illo libro, cui titulus: Moyses, Christus, Mahomet, tres maximi impostores; Horus vero expressè neget, Christum fuisse deceptorem, et eundem solummodo tanquam fanaticum, et obscuris persicorum magorum doctrinis et astrologorum somniis, et vaticiniis judaicorum prophetarum malè intellectus deceptum hominem describat; tamen omnes hostes christianæ religionis ex una parte Christum laudant, ex altera parte id quod veritatis evidentiæ coacti adstruxeré, iterum destruunt, et reipsa negant; ut denique captiosis suis circuitionibus nil aliud revera inferre contendant, quam Christum, qui se Messiam et Filium Dei professus est, fuisse deceptorem. Hinc sedulù cavendum, ne adulatoriis landibus, quibus Horus, Rousseau (1) aliisque increduli Jesus tanquam amatorum humanigenoris, virum prorsus eximium, et doctorem ethices, seu moralis scientiæ excellentem extollere solent, fallamur. Recpsè enim perniciosissimum venenum in aureis calicibus propinat ad incertos lectores decipiendos; et huc quadrat effatum illud S. Scriptura, Ps. 54, ad fallacem amicitiam vivis coloribus exprimendam prolatum: *Molliti sunt sermones ejus super oleum, et ipsi sunt jacula; hoc est, amicus fallax utitur verbis oleo mollioribus ad homines inescandos et fallendos, cum ipsi sermones sint spiculis nocentiores.*

Corollarium II. Nec Horus, nec vilus alius incredulorum suis scriptis prudentes et aquos historice evan-gelice, rerumque à Christo gestarum estimatores un-

Id enim posset ex centenis et amplius Scriptura locis demonstrari. De eo solam hucusque dubitabatur, utrum Christus eo duntaxat sensu, Deum esse Patrem suum existimari, quo omnes homines, præcipue vero p̄i Deum fure patrem suum, et se ipsius filios nominant, vel an potius sibi persuasum haberit, se à nullo homine, sed im-mediato à Deo genitum, attamen etiam ex humanâ matre natum esse, ac proin duas naturem habuisse, utram acceptam à Deo Patre suo, alteram à muliere matre suâ. Verum hanc item dirimere nolo, sed potius ostendere, quod Christus non tantum suum patrem terrenum, sed etiam matrem suam abnegaverit, firmiterque crediderit, Deum solum esse Patrem suum et Matrem suam. Igitur Christus (fatente ipso Horo) se non Filium Dei adoptivum qualis est omnis homo justus, sed potius Filium Dei naturalem, ac proin verum Deum esse, asseruit. Quod autem Matris sue cognitionem non negaverit, sed duntaxat spiritualem prætulerit, infra, num. 72 et seqq., contra Horum ostendemus.

(1) Vide infra, num. 137 et 138.

quām inducet, ut credant, Christum, qui adeō sapiens, mitis et humilis corde, et ab omni inordinata animi affectione alienissimus semper fuit, eō insanie, fastis et superbis esse delapsum, ut se Deum esse dicaret, idque sibi firmissimè persuaderet, etiamsi (ut increduli blasphemant) Deus non esset. Certē jampridem Seraphicus doctor S. Bonaventura, divinitatem Christi ex ejusdem passione et morte his verbis (1) intulit: «Peto, an Deus erat iste, qui passus est, an non? Si sic, habeo propositum... Si autem dubitas, ostendo tibi ex ipsa passione, ipsum fuisse Deum. Nam si non erat Deus, et dicebat se Deum esse, erat superbissimus hominum, inōd et dæmon; quia Lucifer nunquam dixit se esse Deum, licet quantum ad aliquid voluerit esse similis Altissimo. Sed sic superbum impossibile est, tantum dejectionem, illusionem, passionem, et ignominiosam mortem subire, tam voluntariè, tam humiliiter, tam pacificè, et velle cum peccatoribus reputari. »

Scholion. Sunt equidem multa, quae increduli contra sapientiam et sanctitatem Christi blasphema effutunt; sed ista alibi per decursum hujus operis comodiū refutabimur.

30. Quærcs IV: *An divinitas Christi etiam ex eisdem miraculis in Evangelio recensitis demonstrari possit?* Resp. affirmatiū, et ita argumentor: Christus patravit vera miracula in confirmationem sue divinitatis; atqui est impossibile fieri miraculum in confirmationem doctrine false: ergo Christus est verus Deus. Major demonstratur. Nam quod Christus patravit vera miracula, ex instituto ostendemus infra: quod autem in confirmationem sue divinitatis miracula fecerit, patet in primis ex Evangelio S. Joannis, cap. 20, attestans: *Multa quidem et alia signa fecit Jesus... quae non sunt scripta in libro hoc. Hac autem scripta sunt, ut credatis, quia Jesus Christus est Filius Dei, et ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.* Porro, inter miracula quæ Christus edidit in confirmationem divinitatis sue, unum ex præceptis fuit resuscitatio Lazarī, jam 4 dies in monumento habentis. Quod enim Christus hoc miraculum præcipue in confirmationem sue divinitatis direxerit, constat ex verbis Christi Lazarum resuscitare volentis. Nam cùm lapidem sepulcrelarent tulissent (2), Jesus, elevatis sursū oculis, dixit: *Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut credat, quia tu me misisti.* Quasi diceret: «Causa propter quam, ô Pater! has tibi nunc publicè gratias ago, ea est, ut populus, qui adest, et coram quo opus tam insigne motior, credit, me esse Filium tuum, à te in hunc modum missum.» Similiter, quod miracula in confirmationem sue divinitatis à se facta sint, Christus clarè asservat, dñm Iudei ipsum, quia se Filium Dei dixit, lapidare volebant. Ait enim ad eos Joan. 10: *Si non facio opera Patri*

(1) In Opusculo, cui^r titulus: *Stimulus divini amoris*, p. 1, cap. 6.

(2) Joan. 11, 41 et 42. Porro, quod resuscitatio Lazarī fuerit verum miraculum, ostendemus infra, sect. 3, num. 85, 97.

mei, nolite credere mihi. Identidem nimirūm Christus appellat ad opera sua, id est, miracula, qua faciebat Iesus et potestate supernaturali Dei Patris; haec enim utpote divina, evincant, ipsum esse Dei Filium à Deo missum ad mundi salutem. *Si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis, quia Pater in me est, et ego in Patre,* per eamdem deitatem et omnipotentiam, quam ab eo accepi. Vide de hoc Scripturæ loco plura hanc in rem supra, n. 23. Praterè unum ex celeberrimis etiam fuit miraculum illud, quod S. Joannes in suo Evangelio, cap. 9, narrat de illuminatione hominis à nativitate ceci. Hoc enim miraculum præcipue destinatum fuisse ad manifestandam Christi divinitatem, luculentiter ostenditur ex eo, quia Christus de hoc cœco ad discipulos suos ait: *Nec hic peccavit, nec parentes ejus, sed ut manifestetur opera Dei in illo.* Quasi diceret: «Causa, cur hic cœcus est, nec est peccatum aliquod ejus, nec parentum ipsius, sed ut opera divinitatis meæ in eā cœcitate expellenda declarentur et mundo manifestentur.» Confirmatur id ipsum ex eo, quia cùm Iudei ejecissent hunc cœcum illuminatum è Synagogâ, quia palam prediebat hoc miraculum, Christus ei obviabit factus ait: *Tu credis in Filium Dei? Et cum ille respondisset: Quis est, Domine, ut credam in eum? Dixit ei Jesus: Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo, Domine. Et procidens adoravit eum.* Ex quo denuo concludimus, quod Christus, quando se dixit Filium Dei, voluerit indicare, se non adoptivum, sed naturalem Dei Filium, ac proin verum Deum esse, ut jam supra, num. 23, probavimus.

31. Demonstravimus hæc usque majorem nostri argumenti, videlicet, quod Christus vera miracula patraverit, et quidem in confirmationem sue divinitatis. Restat demonstranda minor, quod Deus in confirmationem false doctrine non possit miracula patrare, nee homini tribuere facultatem patrandi miracula. Miracula enim ex se et ex natura sua sunt sigillum Dei (ut à SS. Patribus appellantur) ordinatum ad confirmandam aliquam rem vel doctrinam; atqui Deo non solùm repugnat falsum loqui, sed etiam falsam creature locationem suo testimonio confirmare, et suo quasi sigillo munire; ergo repugnat ut Deus faciat miraculum ad confirmandam assertionem seu doctrinam falsam, aut homini communicet potestatem faciendi miracula, et permittat, ut eā abutatur ad confirmandam doctrinam falsam. Hoc enim perinde esset, ac permittere, ut seductor consignaret mendacia sigillo illo, quo Deus ipse veritatem consignat, ut inquit Bellarminus, lib. 4 de Not. Ecclesiæ, c. 14, confirmans suum assertum illis Scripturæ verbis Hebr. 2, 4: *Contestente Deo signis... et variis virtutibus.*

Confirmatur. S. Augustinus Epist. 49, 9, 6, de miraculis loquens, expressè docet, quod sicut homines verbis, ita divina potentia etiam factis loquuntur: *Sicut humana consuetudo, inquit, verbis, ita divina potentia etiam factis loquitur.* Deus ergo loquitur operibus mi-

rabilibus. Unde sicut nequit falsum loqui, ita miraculis nequit falsum confirmare.

32. Scholion I. Evidem sunt praeter hactenū alata adhuc plura alia argumenta quibus solidē probatur divinitas Christi, ex. gr., ex prophetis V. T. in Iesu Nazār. tanquam vero Messiā, et Filio Dei impletis, ex ejus gloriosā resurrectione, etc., quae singula Thysrus Gonzales (1) doctissimè profert et stabilit. Verūm, ne præsens opus nostrum in nimiam molem excrescat, prius dicta sufficient, et reverā sufficient. Alia potentissima argumenta pro divinitate Christi legi possunt apud laudatum auctorem, aut alios, qui de hoc dogmate scripserunt, quales, ex. gr., sunt Cl. Anton. Zeigler in dissertatione de Incarnatione Verbi Ingolstadii typis edita, et publicè propugnatā an. 1753, quæst. 3. Item Cl. Aloys. Merz. in opusculo Augustæ an. 1786, germanicè edito, cui titulus: *Hat wohl die Herzherzigkeit und Verwegenheit der Naturalisten, der Freidenker, und aller Unchristen eine ihres Gleichen?* Latinè sic verti posset: *Daturne pertinacia et crudicia similis pertinacia et audacia naturalistarum, incredulorum, et quorundamque deum à religione christiana alienorum? In quo scripto ostenditur mira consensio inter vetus et novum Testamentum circa Christum tanquam Messiam, Redemptorem mundi, verumque Deum et hominem.*

Scholion II. Objectiones, quas increduli contra nostra argumenta superiùs allata, nempe contra sapientiam, sanctitatem et miracula Christi in medium proferunt, sequenti sectione tertia commodiùs solvemus.

SECTIO III.

DE MIRACULIS CHRISTI IN S. EVANGELIO REENSITIS.

Est hoc argumenti genus altiori indagine dignum, quia increduli nostre scatatis, Voltaireius, aliquis cum spinosistis, naturalistis, cæterisque hujus furoris philosophastris quævis miracula, aut certè eorum pleraque seu inaniam, ridicula, aut omnino impossibilia, explodere solent. Ilorum itaque incredulorum inscitiam ac impudentiam demonstraturi, agemus primò de miraculis in genere; dein de miraculis Christi in specie, ac primò quidem de his universè spectatis: dein verò de eorum præcipuis particulariū consideratis.

CAPUT PRIMUM.

De miraculis in genere.

33. Quæres 1: *Quid sit miraculum?* Resp.: Ex variis, quæ à theologis et philosophis traduntur, definitionibus, miracula optimam censeo hanc: *Miraculum strictè tale est effectus supernaturalis, insolitus. Addunt aliqui vocem, sensibilis.* Dùm enim *miraculum* vocamus, rem quasi admiratione plenam designare volumus, quæ sensibus nostris patet et omnibus fit manifesta,

(1) In Manuductione ad conversionem Mahumetorum, p. 1, cap. 4 usque ad cap. 12. Edition. Diling. an. 1689.

quæque Deus tanquam signo quadam extraordinariō nobis suam voluntatem et gloriam manifestare vult. Itaque, si hoc sensi accipias miraculum, id definendum erit, quod sit *effectus supernaturalis, insolitus, et sensibilis.* Dicitur 1^o *Effectus supernaturalis*, id est, cujus ratio sufficiens existentie non est in natura creatâ (1). 2^o *Insolitus*, quâ voce hic non significatur rarum quod aut infrequens, sed aliiquid quod sit contra aut præter solitum seu communem naturæ vel gratiae cursum et ordinem. Nam, etiamsi quis quotidie, ex. gr., mortuos resuscitaret, tamen miraculum esset, quia id præter communem naturæ cursum contingere, ut S. Thomas (2) benè observat. 3^o *Sensibilis*, observationem paulò ante allatam. Ex hâc definitione sequuntur hæc corollaria.

34. Corollarium I. Quidquid Angeli seu boni seu mali viribus suis naturalibus præter aut contra ordinem et leges naturæ communes faciunt, non est miraculum strictè et propriè tale; quia id non superat vires totius naturæ creatae, nempe angelicæ: nibilominus multi id, quod Angeli ex speciali iussione Dei præter aut contra communem ordinem naturæ faciunt, vocant miraculum, scilicet in sensu latiore acceptum. Hj proin si miraculum tam strictè quam latè tale una definitione complecti velint, dicere debent: *Miraculum est effectus insolitus immediatè à Deo vel à creaturæ ex speciali jussu ac voluntate Dei productus.*

Corollar. II. Complura in SS. Litteris, et sanctorum actis miracula recensentur, que Angelorum viribus naturalibus (quarum limites quidem nobis incognitæ sunt) evenire poterunt, et tamen pro veris miraculis, nempe in sensu latiore acceptis habentur, ut mutatio aquæ in vinum, sol consistens ad imperium Iosue, etc. Ratio est: Deus angelicam inter et humanam naturam ordinem quendam constituit, vi ejus certa beneficia per Angelos hominibus exhiberi pro sua benignitate voluit; ita tamen, ut viribus suis præter aut contra ordinem naturæ consuetum nunquam utantur, nisi ad ejusmodi extraordinarium effectum prestandum speciatim mittantur à Deo, à cuius nutu semper plenissimè pendent. Unde licet in rigore metaphysico hujusmodi operationes angelicæ miracula strictè dicta et effectus supernaturales non sint, quia vires naturæ angelicæ non superant, dici tamen possunt miracula in sensu quadam latiore, ac rectè admittuntur pro legitimis probationibus sanctitatis, et immensitudinis se Numinis, præsertim ubi de hominis, ejus intercessione ea patrantur, virtutibus per processum præsumtum beatificationis aut canonizationis jam aliunde satia constat.

Corolar. III. Creatio animæ rationalis, quamvis totius naturæ creatae transcendat, non tamen est miraculum, quia non est effectus insolitus; sed fit à Deo iuxta communem naturæ legem, foetu humano in utero materno ritè disposito.

(1) Veteres alii verbis dixerunt: «Effectus supernaturalis est, qui vires et exigentiam totius naturæ create superat.»

(2) In 2 dist. 18, quæst. 1, artic. 3, ad 2.

Corollar. IV. Quanvis omne miraculum (si strictè tale sit) effectus supernaturalis, seu superans vires et exigentiam totius naturæ creatae esse debeat, non tamen vicissim omnis effectus supernaturalis est miraculum. Nam justificatio impii, alioque supernaturales operationes, que à Deo in nobis sunt juxta stabilem quandam legem supernaturali fini nostro accommodatam, item confessio Eucharistie, aliorumque sacramentorum non recensentur inter miracula; quia non sunt effectus insolitus, sed sunt juxta communem gratiae ordinem, in hac providentiâ à Deo statutum. Si tamen justificatio impii fiat subiùt et repente, Deo tam vehementer animam moyente, ut statim quamcum justitiae perfectionem assequatur (prout factum est in conversione D. Pauli) talis mutatio juxta D. Thomam (1) est, et rectè dici potest miraculum gratiae. Sicut enim instantanea sanatio gravis morbi miraculosa est, quia præter communem naturæ ordinem est; ita repentina illa conversio censemur miraculosa, quia præter communem gratiae ordinem fit.

Corollar. V. Mala est miraculi definitio, quam Spinoza statuit, qui miraculum vocat naturæ opus, cuius causam naturalem exemplo alterius rei solite explicare non possumus. Similiter alii incepit philosophantur, qui quodvis mirabile cum miraculis miscent, quasi monstra quoque in numero miraculorum essent. Genuinus enim character, quo miraculum ab aliis naturæ operibus discernitur in eo consistit, ut effectus aliquis universæ naturæ create vires ex leges communibus excedat, aut saltem, ut ex speciali Dei jussu et voluntate fiat contra vel præter consuetum ordinem naturæ et gratiae.

55. Queres II : *Quotuplicis generis miracula sint?* Resp. : Miraculum variò dividitur, et primò quidem in strictè et latè tale, uti precedente numero 54, corollar. I, iam indicavimus. Nimirum Miraculum strictè tale est effectus insolitus (2) excellens vires totius naturæ creatae, ex. gr., resuscitatio mortui, prout infra, num. 95, amplius declarabitur. Miraculum latè tale est effectus insolitus, qui quidem excedit vires naturæ corporæ et visibilis, non item spirituum creatorum, producique ab his potest tanquam ministris Dei, ad hujus iussionem imperiumque; ut cum Angelus Domini descendit in fornacem Babyloniam et excusit flammam ignis, vel cum prophetam Habacuc transtulit Babylonem supra lacum, in quo erat Daniel, vel cum in castris Sennacherib interficeret centum octoginta quinque milia hominum. Hec quidem et similia vires naturales Angelorum haud excedere videntur, et tamen in miraculis numerantur; quia extraordinariæ haec operationes ab Angelis non sibiabant, nisi speciali Dei jussu, et quidem præter communes leges et ordinem à divinâ Providentiâ Angelos inter et homines constitutum (3); unde etiam hi effectus Deo

(1) Vide sequenti numero 55, divisionem miraculorum in strictè et latè tale.

(2) Vox *insolitus* hic sumenda est in sensu num. 35 explicato.

(3) Vide Clariss. Berthold. Hausser Philosophie

tanquam cause principali, Angelis verò solum tantum administratoris spiritibus tribuuntur. Ceterum, quod nos vocamus miraculum strictè tale, alio nomine appellatur miraculum primæ classis; et quod vocavimus miraculum latè tale, dicitur miraculum secundæ classis, prout Cl. Aloysius Merz. in concione polemica de Miraculis an. 1779, in festo S. Ilariorum habita, pag. 12, rectè observat. Benè tamen notandum, hanc divisionem in miracula prime et secundæ classis solummodo respectu virium creaturarum, quas alia miracula transcendunt, locum habere; non autem respectu Dei, cui miraculum alterum præ altero haud difficultius est; cum Deo nihil difficulter sit, juxta illud Genes. 18, 14 : *Numquid Deo quidquam est difficile?* Et Jerem. 52, 17 : *Non erit tibi (Deo) difficile omne verbum.* Et v. 27 : *Ecce ego Dominus universæ carnis; numquid mihi difficile erit omne verbum?*

Secundò, miraculum dividitur in miraculum quoad substantiam, et miraculum quoad modum duntaxat. Miraculum quoad substantiam est, quod omnium creaturarum naturales vires exsuperat, uti resuscitatio mortui ad vitam. Miraculum quoad modum dicuntur ii effectus qui in his quidem rerum adjunctis, in quibus producuntur, exsuperant totius naturæ vires, aut certè sunt contra aut præter communem naturæ ordinem, non tamen in omnibus universi circumstantiis. Talis est, ex. gr., momentanea lepre sanatio, quæ tamen longiori tempore arte etiam humana obtineri posset. Neque audiendus hic est Rousseau (1) dicens, instantaneam hominis sanationem tam parum transcendere vires naturales, quam parum mortem instantaneam. Sed turpiter errat. Quotidiè enim videmus, homines instantaneè mori, et medicis ac chirurgi facilè nobis ostendunt causas repentini ejusmodi facti. Vicissim videmus quotidiè morbos non aliter quam successivè et gradatim sanari. Certè humores penitus corrupti, aut organa destructa in momento nequeunt naturaliter, aut juxta communem naturæ ordinem renovari et in integrum restituiri.

Tertiò miracula denique dividuntur in ea, quæ supra, præter, aut contra naturam sunt. Miraculum supra naturam est, quod semper et in quibuscumque circumstantiis excedit naturales vires totius naturæ creatae, ut resuscitatio mortui. Miraculum *præter naturam* dicitur effectus, quem quidem natura creata producere posset, sed non eo modo, quo hic et nunc fit, ex. gr., subiùt, sine adhibitis mediis, etc. Talis est instantanea curatio morbi sine adhibitia medicina. Miraculum contra naturam est, cum in naturâ datur dispositio contraria effectibus miraculosis, qui ponuntur, ex. gr., dum orante Isaïa 4 Reg. c. 20, umbra solis decem lineas in horologio Achaz retrogrado cursu repetit, ut rex Ezechias infirmus de futura intra triodium valeatudine certior redderetur.

56. Scholion I. Qui plura de definitione miraculorum, et de aliis rebus ad miracula pertinentibus rem. 2, § 345, ubi hanc de re validè eruditè et doctè disserit.

(1) In Epist. La Montagne, n. 101.

scire cupit, legat celeberrimum opus Benedicti XIV., de servorum Dei Beatificatione et Canonizatione, vel saltem Synopsin hujus operis ab Emmanuele de Azevedo factam (1), et miram ibi vastamque eruditam inveniet. Ceterum de miraculis etiam perquam eruditè scripserunt clariss. viri, Udalricus Reiss (2), et Andreas Spagnius, Florentinus (3).

Scholion II. Quamvis Deus in patrandis miraculis etiam daemonum operâ uti possit, quemadmodum accidit, cum homines scleratos extra ordinem insigniter puniri per daemones divinae iustitiae ministros; non tamen propter eos ab angelis malis miracula fieri existimandum est. Nam, ut Benedictus XIV in laudato suo opere rectè observat, aliud est, Deum aliquando uti operâ daemonis in patrandis miraculis; aliud, daemonum facere miracula; cum juxta communem loquendi modum ille dicatur facere miraculum, qui opus extraordinarium supra, contra, aut præter communes naturæ leges et ordinem efficit pro confirmandâ veritate, quam prædicat, aut ille, ad cuius intercessionem Deus aliquod miraculum facit, ut ejus sanctitatem manifestet. Præterea vera miracula semper respiciunt divinam laudem et gloriam. Et hinc ea dici poterunt à bonis angelis fieri, si Deus eorum operâ utatur, cum ipsi laudem et gloriam Dei semper intendant; non tamen à malis angelis, etiamsi Deus his pariter non semel utatur; angelii quippe mali sive daemones sunt divinae iustitiae ministri reluctantis, et in malo obstinati, qui gloriae Dei inviti serviant, eamque nec exoptant, nec querunt. Vide Benedicti XIV citatum opus de Beatis. et Canon. l. 4, p. 1, cap. 5, num. 43.

57. Quaeres III : *An possibile sit miraculum strictè tale.* — Resp. affirmativè contra Spinosam, Voltaireum, et alios incredulos. Ratio assertioris nostræ est, quia miraculum strictè tale est effectus totius naturæ creatæ vires excedens, et præter aut contra communes naturæ leges positus; atque talis effectus possibilis est. Vel enim communes hæ leges à liberâ Conditoris voluntate pendent, et tunc, sicut Deus solâ voluntate suâ has leges primitus determinavit, ita pro peculiaribus quibusdam circumstantiæ exceptionem aliquam ab his legibus ab æterno ex altissimis rationibus statuere potuit. Vel illæ leges censentur, ex ipsâ mundanorum essentiâ profluere; ac hoc etiam transmiso plus non sequitur, quâd quòd natura mundanorum entium talis sit, ut secundum has leges necessariò contingent effectuum consecutiones, nisi mundana entia in operando à majore quâdam, aut infinitâ virtute impediatur. Sic positio, quòd gravitas seu vis tendendi ad centrum terræ lapidi sit intrinseca, et ex ipsâ ejus essentiâ promanet; quis tamen ansit negare, Deum vel etiam angelum jussu Dei posse illum contra naturalem suum nisum à motu deorsum ad centrum terre retinere, aut celerrimè in lunam transferre?

(1) In Synopsi libri quarti, parte 1, pag. 513, 431 Edit. Rom. an. 1737, typis Generosi Salomonii.

(2) In opere, cui titulus : *Synopsis doctrinæ christiane de veris falsisque miraculis*, edit. August. an. 1780.

(3) In opere de miraculis, edit. Rom. an. 1785.

Certè vires, unde effectus pendent, etsi sint essentiales, tamen in ente mundano semper sunt limitatae et finite; ergo à vi majore, præsertim à divina et infinitâ impediti e superiori possunt. Præterea, fatentibus ipsis adversariis, effectus naturales nullam involvunt repugnantiam, sed possibles sunt; ergo neque eam involvunt effectus miraculosi. Aut num Deo difficultius est quinque panes in quinque millia virorum multiplicare, quam semina plantarum, totamque rerum mundanam universitatem è nihilo creare? Et sic de aliis miraculis loquendo.

38. ARGUMENTA CONTRARIA INCREDOLORUM. — Opponunt 1° : Miracula Dei imprudentiam, impotentiam, et mutabilitatem argunt; ergo impossibilia sunt. Prob. ant. Nulla est ratio sufficiens, cur Deus miraculum patret; quasi verò per viam ordinis naturalis finem suum assequi non posset, ac ita tenderet : *Nequo per totius naturæ leges, per eternæ meæ decreta et consilia finem meum obtinere; mutabo igitur mea consilia, et contra eternas meas leges aliquid efficiam ad obtinendum id, quod per illas obtinere non possum.* Atqui hic modus tendendi est Deo indignus, et in eo argueret imprudentiam, infirmitatem ac mutabilitatem, adeòque hoc ipso impossibilis est. Ita complures increduli (1). — Resp. : Neg. ant.; ad prob. nego majorem. Nam ratio sufficiens Deo patrandi miracula est, ut eò manifestius ostendat suam de re quâpiam voluntatem, aut ut confirmet veritates à se revelatas, eas maximè, que omnem humanam rationem superant, et ad quas amplectendas via miraculorum potentissimè movere potest. Ceterum omnia consilia seu decreta Dei sunt infinitâ sapientiâ et potentîa facta et prædicta, nec ejus voluntati, siquidem absolutè aliquid statuat, ulla creatura resistere potest. Falsissimum quoque est, quòd Deus, quando aliquid contra aut præter communes naturæ leges efficit, seu miraculum patrat, eternas suas leges mutet. Non mutatur Deus, aut ejus decreta, quia jam inde ab æterno eâdem simplicissimâ et immutabili voluntate, quâ leges naturæ generatim observari voluit, simul certis temporibus contra illas leges agere decrevit; quemadmodum, si princeps eodem tempore, quo legem aliquam statuit, simul exceptionem addat, et in certis circumstantiæ eam non obligare declaret. Quin parum igitur talis princeps ob hunc decernendì modum inconstantia vel mutationis alicuius argui potest; tam parum, imò multò minus, Deus notam inconstantia, mutationis aut alicuius alterius imperfectionis contrahit, ab æterno decernendò, et in tempore efficiendo quidquam contra generalem naturæ ordinem; cum præsertim sapientissimos fines in miraculis sequè ac solita natura cursu decernendis habeat. Eleganter hanc in rem S. Thomas (2), de miraculis loquens, ait : *Dicendum, quid Deus non facit contra rationes naturales mutabili voluntate; nam Deus ab æterno*

(1) Dict. Philos. *Miracles*. Christian. dévoilé, c. 6, p. 69 et 73. Philos. de l'Hist. 53, 2. Lettre à Eugénie, p. 45. Le bon sens, § 129, etc., etc.

(2) Vide operum D. Thome tomum 8, completemen quæstiones quodlibetales, quæst. 6 de Miraculis, art. 1, ad 6.

p̄evidit, et voluit se facturum, qua in tempore facit. Sic ergo instituit naturae cursus, ut tamen præordinatur in æternâ suâ voluntate, quod præter cursus istum quandoque facturus erat. Id ipsum etiam alibi (1) doctor Angelicus docet.

39. Oppon. 2º : S. Augustinus, lib. 26 contr. Faustum, cap. 3, de miraculis loquens, ait : « Deus creator et conditor omnium creaturarum nihil contra naturam facit : id enim erit cuique rei naturale, quod ille fecerit, à quo omnis modus, numerus et ordo naturæ est ... Sed contra naturam non incongruè dicimus aliquid Deum facere, quod facit contra id quod novimus in naturâ : » ergo nunquam sit nec fieri potest miraculum propriè tale, seu effectus supra aut contra leges nature, sed id duntaxat miraculum dicitur, quod quidem sit juxta leges nature, sed nobis incognitus ; seu, ut Augustinus loquitur, quod sit *contra id quod novimus in naturâ*. — Resp. : Conc. ant., neg. cons. Nam S. Augustinus, dūm ait, *Deum nihil contra naturam facere*, non vult, non fieri, nec posse fieri miracula propriè talia, id est, effectus communibus naturæ legibus noui conformes, sed solum vult voluntatem Dei, quâ miracula decernit et efficit, non esse contrariam voluntati Dei, quâ communem naturæ cursus seu communes naturæ leges decrevit, quia dūm has ab æternō statuit, simul ab iisdem exceptionem pro certis circumstantiis facere decrevit; exceptio autem à communi lege facta ab ipso legislatore, utique hujus voluntati contraria non est. Unde idem S. doctor alibi, l. 21 de Civ. Dei, cap. 8, ait : « Quomodo est contra naturam, quod sit Dei voluntate, cùm voluntatis tanti Conditoris conditæ rei cujusque natura sit ? »

40. Corollarium I. Data nostra responsio et explicatio S. Augustini omnino conformis est doctrine D. Thomæ, qui citans pro se objectum, de quo agimus, locum S. Augustini, ita inquit loc. cit. : « Si ordo rerum consideretur, prout dependet à primâ causâ, sic contra ordinem rerum Deus facere non potest ; si enim sic faceret, faceret contra suam prescientiam, aut voluntatem, aut bonitatem. Si verò consideretur rerum ordo, prout dependet à qualibet secundariorum causarum ; si Deus potest facere præter ordinem rerum, quia ordini causarum secundariorum ipse non est subjectus, sed talis ordo ei subjicitur, quasi ab eo procedens... Unde et poterit præter hunc ordinem institutum agere, cùm voluerit, puta, agendo effectus, secundariorum causarum sine ipsis, vel producendo aliquos effectus ad quos causa secunda se non extendunt. Unde et Augustinus, 26 contra Faustum, cap. 3, ait, quod *Deus contra solitum cursus naturæ facit, sed contra summam legem nullo modo facit, quia contra seipsum non facit.* » Huncusque doctor Angelicus.

41. Coroll. II. Quandò S. Augustinus loc. cit. de miraculis loquens, ait, *Deum contra naturum facere* (seu miraculum patrare), quandò *facit contra id quod*

novimus in naturâ, verissimè id dicit ; nam, cùm miracula sint contra seu præter communem ordinem et leges naturæ, hoc ipso, dūm miraculum Deus facit, facit aliquid contra vel præter id, quod novimus in naturâ. Nequaquam autem verba Augustini intelligenda sunt in sensu, quem adversarii singunt, nempe effectus miraculosos esse quidem contra leges naturæ nobis cognitos, non tamen contra aut præter totum ordinem, legesque naturæ communes etiam nobis incognitas. Mens enim S. doctoris dicentis : *Deum nihil contra naturam facere, sed tantum contra id quod novimus in naturâ*, duntaxat hæc est, quod nihil faciat contrarium sue voluntati, licet possit facere aliquid contra aut præter ordinem rerum communem à se statutum, uti supra, num. 39, 40, explicavimus, et auctoritate D. Thomæ confirmavimus. Et eodem sensu S. Augustinus etiam, lib. 6 de Gen. ad litt. c. 13, de miraculis aquæ in nuptiis Canæ Galilææ in vinum, et virgine Aaronis prodigiis in colubrum converse loquens, ait : *Nec ista cùm fiant, contra naturam fiant, nisi nobis, quibus aliter naturæ cursus innovit, non autem Deo, cui hoc est natura, quod fecerit.* Ceterum S. Augustinus etiam l. 1 Retract. c. 13, et l. 22 de Civ. Dei, c. 8, existentiam, ac proin etiam possibilitem miraculorum asserit.

42. Coroll. III. Meritò Cl. Bergier (1) reprehendit incredulos, quod valde impropriè loquantur, dūm aint, per miracula leges communes naturæ violari, turbari, mutari, everti. Per miraculum enim solum sit exceptio eventus cuiusdam particularis à communibus legibus naturæ, salvo cursu naturæ et communia rerum ordine in aliis mundi partibus. Sic quandò Deus aquas maris Rubri prodigiis dividet ad transiitum Israelitæ aperiendum, easque quasi murum à dexterâ illorum et levâ stare jubebat, Exodi 14, 21 et 22, aquæ in omnibus aliis orbis terrarum partibus suam fluiditatem non amittent. Falsum itaque est, quod Deus hoc miraculo ordinem communem rerum legesque naturæ turbaret, aut mutaret vel everteret. Omnes hi modi loquendi, quibus increduli utuntur, sunt dannabilis verborum abusus.

43. Dices : Leges naturæ morales absolutè necessariae sunt, nullamque exceptionem patientur, ex. gr. lex non blasphemandi, lex Deum amandi, etc. : ergo etiam leges physice tales sunt, adeoque nullus præter aut contra has leges effectus, seu nullum miraculum produc potest. Resp. : Conc. ant., neg. cons. et patitatem. Disparitas inter leges naturæ morales et physicas est, tum quia vires rerum creatarum physice semper limitatae sunt, et vi majore, presentim infinitâ seu divinâ superari possunt; tum quia ordo ac cursus rerum physicarum ex ipsis divinis perfectionibus non necessariò profluit, quemadmodum tamen in perfectione divinâ leges naturæ morales fundari theologia demonstrat. Unde ineptè Spinosa leges naturæ physicas Dei decreta vocat ex ejus perfectione emanantia;

(1) Part. 4 Summæ theol. q. 105, a. 6 ad 3.

(1) Traité historique et dogmatique de la vraie Religion, p. 5, c. 4, art. 4.

cum inter Dei perfectionem et leges determinatas motus nulla necessaria connexio concipi vel exhiberi possit (1).

44. Scholion. Quamvis complures aut plerique increduli possibilitem et existentiam miraculorum propriè et strictè talium impugnant; unus tamen ex eorum primipilis, nimurum Jacob. Rousseau, possibilitem miraculi apertè fatetur, et contrarium sentientes impietas et amentiae arguere non dubitat. Nam postquam (2) questionem proposuit his verbis : *Potestne Deus miracula patrare, hoc est, leges, quas fecit, moderari?* Respondet et ait : *Hanc questionem seriò discutere velle, esset inipiū, vel absurdum. Qui enim id negaret, in moriotorphium includendus esset.* Nihilominus, etsi idem famosus Genevensis philosophus possibilitem miraculorum rectè defendat; tamen, ut mox videbimus, in eo turpiter errat, quòd contendat, nunquā nos esse certos de existentiā aliquicui miraculi determinatè sunto.

45. Quæres IV : *An unquam satis certi esse possumus, aliquot miraculum determinatè sumptum dari, aut datum fuisse?* Resp. affirmatiè. Nam nulla est ratio, de hoc prudenter dubitandi. Opponunt quidem Jacob. Rousseau (3) aliquis increduli, et aiunt, nos non habere omnes naturæ vires et leges perspectas, adeoque nunquā esse certos, utrum aliquis effectus sit supra, contra, vel præter omnes naturæ leges tam nobis cognitas, quam incognitas. Sed resp. et dico : Etsi omnes particulares leges et vires naturæ nobis cognite non sint; tamen scimus, omnes rerum creatarum vires esse finitas, que potentia infinita facilè supereretur. Dein ex constanti et uniformi experientiâ, vel ex ipsa ratione naturali scimus saltem aliquas naturæ leges, ex gr. quòd ignis ritè applicatus corpori combustibili urat, quòd verè mortuo vita mediis naturalibus reddi non possit, etc. Quòd si igitur contrarium fiat, vel quod fieri debebat, non fiat, rectè concludimus effectum esse contra vel præter naturæ leges ac vires.

Neque dicas : Fortassis dantur aliae leges nobis incognite, quibus iste effectus conformis est, licet legibus nobis notis non concordet, ne, inquam, hoc dicas; nam assertum hoc pro arbitrio singulur, et pertinaciam, non veritatis studium indicat. Sic enim duplicitis generis leges naturæ invicem pugnantes, notar, et incognitæ, duoque in naturâ oppositi ordines asseruntur, quod absurdissimum est, omnemque ordinem tollit. Præterea, quantumcumque nostra de legibus et viribus, naturæ cognitio limitata sit; tamen pro certo scimus, neminem pauculis verbis, ex gr. : *Lazare, veni foras*, Joan. 11, aut solo voluntatis actu, vel solo tactu mortuos ad vitam suscitare, maris aquas dividere, etc., naturaliter posse, nullamque esse legem naturæ, que aliquem ad hos effectus producen-

(1) Vide Cl. Jacob. Zallinger philosophiæ t. I, l. 2, sect. 2, cap. 6, § 48, pag. 226.

(2) In Epist. La Montagne, p. 94.

(3) Emile, tome 3, page 132; 3^e Lettre, page 89 et 100.

dos capacem reddat. Crtè omnino gratis, et sine omni sufficiente ratione talis lex naturæ fingeretur. Accedit quòd ejusmodi occulta, et vulgo incognita lex, que pro arbitrio hominis et ad solum voluntatis humanae actum prompta esset operari, hoc ipso non esset lex naturæ, sed potius exceptio à reliquis communibus naturæ legibus, et premeditata harum interruptio, uti Cl. Bergier, loc. cit. § 15, scitè observatur.

Dices : Quodvis opus, quod dicitur miraculosum, est effectus finitus; ergo vires finitas seu creatas nunquam excedit. Resp. : Est quidem effectus finitus in se et ex objecto; illius tamen producio superat totius naturæ create vires, saltem si sit miraculum strictè tale; sicut à pari mundus, licet effectus finitus sit, tamen ejus creatio omnes vires naturæ create transcendent.

46. Instat Rousseau, et ex alio etiam capite (nempe ex falsibilitate testimonii humani certitudinem miraculorum impugnat, Emile, tom. 3, his verbis : *Ubì sunt miracula? Sunt scripta in libris. Quis hos libros scripsit? homines. Qui haec miracula vidi? homines, qui id testantur. Sed quid continuè testimonia hominum ageretur, qui nihil narrant, quod ab aliis narrari adiuerunt?* Et inferiorib[us] ibid., querit et ita ait : *Ex quonne est, totonum humanum genus obligare, ut credat Moysi aliqua mira operanti, quæ tantum in conspectu exigui ignobilis Hebraeorum populi facta sunt, et de quibus totum reliquum humanum genus nihil sci, nisi quod de iis narrari audit?* Ita theista ille Genevensis. Verum respici dico, ad has gerras refutandas alio opus non esse, quām considerare rationem et modum, quo Deus usus est in religione suâ propagandâ, eunque comparare cum modo, quo reges terreni utuntur in legibus suis promulgandis et introducendis. Iste profectò non immediatè per se ipsos singulis subditis leges promulgant, sed per officiales suos; et quandò lex semel promulgata est, pergit obligare subditos, horumque nepotes et abnepotes, donec revocetur, etsi non iteratò de novo, multò minùs singulis illorum promulgetur, sed iisdem tantum per continuam traditionem innotescat. Ita se gerunt reges terræ, et Rex regum non possit simili modo naturæ humanae tam accommodare uti, quando religionem suam promulgat, et miraculus confirmat? Quis es tu, miser philosophie! ut modum Deo præscribas, quo sua ipsum tibi ostendere magnalia et intimare jussa oporteat?

Dein posito, quòd Deus totum genus humannum congregâasset ad videnda miracula, qua in conspectu Hebraeorum aut primorum Christi discipulorum olim operatus est, num idèo nos aliunde, quā ex solo auditu, et historicorum testimonio illa cognosceremus? Aut fortassis Rousseau censuit, Deum debere continuè eadem miracula coram singulis hominibus repeterè, quæ olim ad introducendam religionem operatus est? At hoc petere, est insanire, et negare robur et fidem omnibus traditionibus et testimoniorum historicorum. Deus non operatur miracula sine necessitate, aut singulari ac eximiâ utilitate. Postquam semel fundata et

propagata est religio, miracula ad ejus conservatio-
nem non amplius sunt necessaria. Miracula autem
Moysis et Iesu Christi ab initio legis Mosaicæ vel chri-
stianæ facta nobis sufficienter innotescunt per conti-
nuam legitimam traditionem, ut partim alibi sect. 1,
cap. 2, q. 5, 6, jam ostendimus, partim *infra*, num. 51,
64, ostendemus.

47. Scholion. Sapienter et acutè observat Cl. Ber-
gier, loc. cit., famosum theistam Jacob. Rousseau si-
bimetipsi contradicere, dūm ex unā parte miraculum
definit mutationem sensibilem in ordine nature, tan-
quam actualem et visibilem exceptionem à legibus na-
ture communibus; simulque possibiliterē miraculi
defendit, atque, ex eo Dominum nature non posse
non agnoscī, et suspici; ex alterā verò parte asserit,
miraculum nunquā à naturali effectu omnī certè
discerni posse, adēquè esse sensibilem et visibilem
exceptionem à communibus nature legibus, et simul
non esse talem.

48. Quæres V : *An et quomodo vera miracula à falsis
discerni possint?* Resp. : Dantur criteria, seu certa in-
dicia et note, ex quibus vera miracula à falsis cum
sufficiente certitudine discerni possunt, atque de his
criteriis fusé, distinctè et solidè disserunt Benedictus
XIV lib. 4, de Canoniz. SS. c. 4, Statlerus, in De-
monstr. evang. § 173 et seqq. aliisque. Principia nimi-
rum indicia veri miraculi sunt. I. Diuturnitas effectus.
Quæ enim fictè aut phantasticè sunt, citò evanescunt:
opera autem Dei per se loquendo solent esse durabi-
lia, nisi ratio ulterioris existentie cesset. Sic agri-
quos Christus sanavit, mortui quos resuscitavit, cæci
quos illuminavit, vitam et sanitatem diutius retinebant.
II. Invocationis divini Numinis; nam creatura, antequā
miraculum patret, debet per invocationem Dei, et con-
fessionem insufficientiæ et infirmitatis propriæ extraor-
dinariū divinum auxilium, quod exspectat, pro-
mereri. Sic Elias, 2 Reg. 17, 21, invocavit Dominum
suscitatorum ad vitam filium vidue Sareptitanæ; sic
Petrus (Actor. 3, 6) in nomine Iesu Christi iubet clau-
dum ex utero matris sua surgere et ambulare. III.
Sanctitas aut probitas patrantis prodigiū. Ordinariē
enim Deus nonnisi per homines sanctos miracula pa-
trat. IV. Honestas et veritas doctrinæ, in cuius con-
firmationem miraculum fit. Illic diabolica, vel à sac-
rificalis conficta erant prodigia, vel oracula, quæ pro
asscrendâ divinitate falsorum deorum allegabantur.
V. Honestus et sanctus finis patrandi miraculum.
Illic attendendum, utrum operans prodigiosum opus
ponat ad querendam gloriam Dei et salutem anima-
rum, vel vicissim ad aucupandam suam vanam glo-
riam, ad obtinendum quæstum seu lucrum temporale,
ad nocendum proximo, etc. VI. Constantis et universa-
lis doctorum simul et proborum integræ gentis vel
plurium gentium sensus ac persuasio, aliquid pro vero
miraculo habentium; maximè si id fiat aut factum sit
in ordine ad gentes vel gentes ad certi dogmatis
fides adducendas. Nullo enim modo verisimile est,
quod Deus infinitè bonus, potens, sapiens, amansque
veritatem, permittat, aut permettere possit in materia

religionis tam turpem ac perniciosum errorem, quin
fraud à doctis et probis etiam hominibus morali in-
dustriâ detegi possit. Si enumerata hec sex indicia in
aliquo facto prodigioso concurrent (prout in prodigiis
à Christo et Apostolis patratis concurrent) non amplius
de veritate miraculæ prudenter dubitare possumus.

49. Corollarium. Ex dictis patet, famosum Rousseau crassè hallucinatum esse in sequentibus. 1º Dum ait, de miraculis homines nonnisi secundum sensus suis judicare posse, ac proin, cùm prestigia diabolica eoder modo sensus afficere possint, quo id faciunt vera miracula, nullum dari sufficiens discerniculum inter hæc, et illusiones magicas. Nam contra est : Miracula seu vera seu ficta faciunt quidem impressio-
nem in sensus; at sola ratio verum miraculum à falso
discernere valet, dūm utriusque circumstantias examinat, et ad criteria paulò ante à nobis allegata attendit.
2º Dūm ibidem inquit, magos Pharaonis virgas suas
eodem modo in serpentes convertisse, sicut Aaron, qui miraculum verum à prestigiis magicis discerni
potuerit. Sed contra est : Quamvis magi Pharaonis, ut
sacer textus, Exod. 7, 11, ait, *ficerint similiter*, id est,
similia (more hebraico adverbium ponendo loco ad-
jectivi) seu res similes, nempe serpentes, tamen ad-
 juncta huic conversionis longè erant diversa. Virga
enim Moysis conversa in serpente devoravit virgas
magorum in serpentes conversas, quin magi id impe-
dire potuerint, quo prodigio Deus sat claram ostendit,
se per Moysen et Aaronom, non verò per magos ægyptiacos miri patrare, sed horum esse meras deceptio-
nes. Hinc colliges 3º, quod imperitè aut malignè Rousseau asserat, ex diversi eventibus prodigiosis in-
ter Moysen, et magos ægyptiacos variantibus Pharaonem
fors nil aliud concludere potuisse, quād Moysen
esse artis magice magis peritum quād magos suos.
Sed contra est : Rex Pharaon non inferebat conclusio-
nem, quam Rousseau intulit, sed longè prudenterius
philosopho Genevensi concludebat ac iteratè fateba-
tur, prodigia Moysis habere Deum auctorem. Unde
statim post secundam plagam ad Moysen ac Aaronom
dixit, Exod. 8, 8 : *Orate Dominum, ut auferat ranas à me et populo meo; et dimittat populum, ut sacrificet Domino.* Similia repetit post plagam quartam, septi-
manam, octavam; nonnam, ac meritò. Nam Moyses tan-
tum in nomine Dei locutus est, summāque confidentiā
Deum invocavit in patrandis prodigiis. Profecit magus
non est, vel veneficus, qui in omnibus suis operatio-
nibus nomen Domini invocat. Præterea ipsi magi ægyptiaci,
postquā tria prima Moysis prodigia imitati
sunt, quartum non amplius patrare poterant, sed co-
gebantur de miraculosâ Moysis virtute fateri, ibid.,
v. 19 : *Digitus Dei est hic, seut chaldaica versio habet : Deus est plague istius causa.* Quid, quod non potue-
rint sanare ulceræ sua, quād ipsi cum cæteris Ægyptiis
affligebantur, Moyse immite hanc plagam :
Exod. 9, 11 : *Nec poterant malefici stare coram Moyse
propter ulceræ, quæ in illis erant, et in omni terra
Ægypti.* Et ab illo tempore receptui canebant magi
ægyptiaci, neque amplius coram Moyse comparebant.

Omnibus ergo consideratis, falsum est Genevensis philosopha assertum, prestigia illorum magorum à veris miraculis Moysis discerni non potuisse. Discernuntur sane per invocationem divini Numinis et per suam excellentiam juxta modò dicta aliquid divinum sparentem.

50. Quæres VI : *An miracula vim probandi habent in materia Religionis?* — Resp. affirmativè. Ratio est, quia Deus est principialis causa omnis veri miraculi; et miraculum est ipsius vox, loquela et testimonium ad homines, ut pariter jam supra ostendimus. Cùm igitur Deus infinitè bonus, sapiens et verax non possit testari falsum, hoc ipso impossibile est, ab eo falsitatem confirmari miraculo tanquam sigillo et testimonio suo; ac proin miraculum, quod in confirmationem religionis editur, infallibilem vim habet probandi, veram esse hanc religionem. Plura hæc de re disserunt Hermannus Goldhagen, et Benedict. Stattler, loc. supra cit., qui etiam opposita incredulorum argumenta solvunt.

CAPUT II.

De miraculis Christi universè spectatis.

Postquam contra incredulos de miraculis in genere disputavimus, jam speciatim de miraculis Christi contra eosdem agemus; et in hoc quidem secundo articulo de iisdem universè spectatis sermo erit, in sequenti autem, seu tertio articulo de præcipuis quibusdam, quae in Evangelio narrantur, Christi Domini miraculis sigillatim sumptis disseremus.

51. Quæres VII : *An Christus miracula patravit?* — Resp. affirmativè. Ac in primis, quod stupenda illa prodigia, quæ ab Evangelistis narrantur, fecerit, prudenter negari nequit, ut supra, num. 20 et 30 jam demonstravimus, et à permulsiis aliis (1) demonstratur. Evangelistæ enim sua Evangelia scripserunt paulò post mortem Christi, viventibus adhuc quāmplurimiis etiam adversariis, quibus perspectæ erant res à Christo gestæ, nunquam idcirco in ius vocati, aut mendacii vel fraudis aliqui convicti. Illi ipsis quoque, qui à suscepto christianismo iterum defecerunt, et ad primævam superstitionem, vel ad hereses doctrinæ apostolicæ oppositas conversi sunt, inò ipsi gentiles philosophi, Celsus, Porphyrius, aliquie omnes seu pagani, seu Judei, etsi Christianam religionem quavis arte et subtilitate lacercerent, nunquam tamen negare ausi sunt, christum ea prodigia, quæ ab Evangelistis narrantur, patrassæ; sed unice in id incumbebant, ut hæc facta prodigiosa adscriberent arti magicæ, aut fraudibus vel viribus mèrè humanis. Inania autem esse hæc incredulorum tam veterum, quā recentiorum effugia, ex solutione sequentium questionum patebit.

52. Quæres VIII : *An Christus mira, que in Evangelio narrantur, arte magiciæ, seu ope daemonis patravit, prout propter Judæos, Celsus, Julianus Apostata, atque inpietatis heroes blasphemant?* — Resp. negativa.

(1) Unus ex præcipuis horum est Cl. Thomas Cerboni theol. revelat. tom. 2, l. 3, quest. 1, artic. 2, § 1.

tivè. Nam nec dæmon, nec ullus magus potest facere miraculum strictè tale, ex gr., resuscitare verè mortuos ad vitam, quod tamen Christus fecit. Præterea miracula Christi (sicut et apostolorum) nullum fraudis aut male artis indicium, sed potius manifestos characteres veri et divini miraculi, præ se ferebant; unde etiam plurimi ad amplectendum christianam religionem per hæc signa et prodigia movebantur. Nam personæ, quæ hæc mira patrabant, erant sanctæ, et vita prorsus inculpatæ, prout de Christo supra, num. 27, ex instituto ostensum est; doctrina morum et dogmata ipsa christianæ religionis, ad quæ confirmanda hæc miracula patrabantur, nil nisi sanctitatem, et sublimitatem spirant, dæmoni tam invisa, ac directè tendentia ad destructionem regni diabolici, ut, ubicumque religio christiana recepta fuit, collapsus sit dæmonum cultus, et unus Deus cum detestatione dæmonum coli cœpius. Præterea hæc Christi et Apostolorum miracula facta sunt inter preces et cum invocatione divini Numinis; acc unquam aliis contrariis prodigiis fuere confutata: ergo prudenter dubitare non possumus, quin Christi et Apostolorum miracula fuerint vera et divina.

53. Quæres IX : *An Christus ope ineffabilis Dei nominis è templo Ierosolymitanæ furtivè subtracti miracula fecerit?* — Resp. : Est hoc merum figmentum quorundam Rabbinorum, qui, teste Salmerone in quadam libello contra Christum scripto, sequentem fabulam divulgabant. Tempore Helenæ, inquietabant, quæ universæ terra Israel dominabatur, Jesus Nazarenus venit in Jerusalem, invenientique in templo Domini lapidem, in quo sederat olim Arca Domini, et erat in eo scriptum: *Sem Iam Mephoras*, id est, *nomen Dei expositum*. Qui verò illius nominis litteras addiscebat et sciebat, poterat edere miracula, quæ vellet. Sapientes verò Israel eum timerent, ne populus disceret illud nomen, et virtutem ejus abotretur, fecerunt duos canes æreos supra duas columnas contra portam domus Sanctuariorum; et si quis ingressus litteras illius nominis didicisset, exibant canes illi ærei, et allatrabant, ita ut homo perterritus oblivisceretur nomen, et litteras illas, quas didicerat. Venit ergo Jesus Nazarenus et cùm didicisset illas litteras, scripsit eas in membranam, et inde incidit erus, et in incisione illam inclusit, et pronuntiato nomine, nullum sensit dolorem, et rediit cutis sicut prius erat. Egressum de templo allatrabunt canes ærei, et quā primū nomen oblitus est. Veniens domum tamen, aperto crure extraxit membranam, et nomine illo prolató coram trecentis decem adolescentibus fecit stare claudum super pedes ad probandum se natum de Virgine; sanavit etiam leprosum. Et accusatus, et ductus ad regiuam, coram eâ mortuum suscitavit per nomen Dei memoratum... volavitque in celum coram regina, etc. Sed, ut ait Salmeron, certè crassa est et supina hæc Judgeorum fabula. Nam si unquam nomen datum est Judgeis, per quod ederentur miracula, que vellent, cur non tempore obsecrose civitatis à Tito et Vespasiano se illo nomine tutati sunt, ut non caperetur civitas, vel saltem ne captivarentur.

vel occiderentur Judei, vel cur non omnes virtute hujus noninius evolarentur in celum, aut si non omnes, saltem ali?ni? Deinde stultissimum est, et al. ignorantia historie protectione, quod Christus vixerit tempore Helene matris Constantini, vel Helene Adiabenorum regine in Iudeos beneficæ. Plura contra dictam Rabbinorum quorundam fabulam vide apud Salmeronem. Denique contra ejusdem fabulae auctores Iudeos, sic argumentor: vel ad pronuntiationem divini nominis à Christo oculè factam Deus patravit illa miracula, vel daemon. Non daemon, ut precedente questione ostensus est. Ergo ea patravit Deus; atqui Deus non potest patrare miracula in confirmationem falsi; ergo divinitas Christi, in cuius confirmationem Christus miracula patravit, non potest esse falsa; adeòque neque religio christiana, quam Christus fundavit, falsa est.

54. Quæres X: *An miracula Christi fuerint effectus naturalis sui temperamenti, aut sue imaginatricis virtutis et fortis imaginationis, etc?* Resp. negativè. Quamvis enim, teste Salmeron, quidam recentiores apostatae, qui de occultâ philosophiâ libros ediderunt, Christi miracula in optimum ejus temperamentum reuelerint; alii verò, duce Avicennâ (1), contendant, imaginarice virtute et cogitatione valde vehementer prodigia edi posse; tamen cuius ratione humana utenti per se patet, nonnisi absurdissimè dici posse, Christum sue temperamento, aut fortì in agitatione suscitasse ad vitam mortuos, aquam in vinum commutasse, paucis panibus, atque piscibus plura millia hominum in deserto saturasse, etc. Plura contra fabulosas illas assertiones incredulorum legi possunt apud Salmeronem, Spagnium, vel alios. Vide etiam quea infra num. 65 et 66, dicemus.

55. Quæres XI: *1° An sit paritas inter miracula Christi et prodigia ad tumulum archidiaconi Parisiensis, qui Paris dicebatur, patrata? 2° Aut inter historiam evangelicam miraculorum Christi et historiam vampirorum?* Resp. negativè quoad utrumque membrum. Antequam autem veritatem mear responsionis demonstrem, observo quod huic questioni discutiendæ ansam preheat Genevensis philosophus Jacob. Rousseau cum aliis incredulis, qui ausi sunt, et audent, inter miracula Christi Domini, et fictitia illa prodigia dicti archidiaconi Parisiensis paritatem instituere. Addit Rousseau, et ait, historiam Vampirorum, quamvis plurimis medicorum, parochorum, iudicem et magistrorum testimoniis confirmata fuerit, insuper habitis his omnibus hodiè ab omnibus sapientibus rejici; ac proin idem de miraculis Christi, licet innumera pro se habeant testi-

(1) Docet Avicenna in quartâ Sexti, posse animam humanam per fortē imaginationem, sive per intentionem affectum, non solum proprium corpus, sed extra scipsum, alienum transmutare; adeò ut fortis Socratis imaginatio corpus sanum Platonis, quo velit morbo et languore possit conficerre, vel agritum ad sanitatem reducere. Inde etiam credit, eadem intensa imaginatio nubes, pluvias, grandines, nives, ventos et reliqua naturæ opera ē celo posse deduci, vel cohiberi. Ita Avicennæ opinionem recenset Salmeron, loco mox citando.

monia, sentiendum. Sed, ô quām infirmi, quām inanies sunt hi conatus incredulorum adversus miracula Jesu Christi! Quis enim cruditorum ignorat, neminem horum prudentum esse, qui non perspectas habeat Appellantium secta in illis miraculis Parisii singulis imposturas planè impias? Quis ignorat, hodiè à plerisque apertibus illas Vampirorum apparitiones deliriis adscribi? Et tamen increduli audent, ista cum Iesu Christi prodigiis comparare, quas omnis statim atque locorum sapientes, etiam ex ejus juratis hostibus contestatissima esse, agnoverunt, ita ut aliud non haberent, quod opponerent, quām ut magiae et arti diabolicae, aut fortivè sublatu ex templo nomini Dei Tetragrammatu ea tribuerent. Sufficerit ergo paucis animadversionibus ad propositam questionem respondere, ac incredulorum impiam comparationem miraculorum Christi cum fanaticis prodigiis ad tunibam Parisi, aut cum fictis Vampirorum apparitionibus refutare.

Itaque 1°: Prodigia ad tunulum Parisii facta in cœmeterio S. Medardi contestata quidem sunt à viginti duabus personis, sed secta Appellantium addictis. 2° Primum omnium illorum prodigiorum in virgine nobili Le Franc dictâ patratum, falsi convictum evidenter est coram constitutis judicibus per testimoniū omnino 40 unanimis attestations, efsi non minus antea ab illis appellantibus idem prodigium assertum fuerit. 3° Eodem tempore, quo Parisii miraculorum fama crescebat, Senonensis archiepiscopus, doctrina et integritate fidei apprimè clarus, viginti duo miracula Parisii studiosè examinata, publico iudicio ut falsa, et dolis plena condemnavit. 4° Concluso semel auctoritate publicâ cœmeterio S. Medardi, miracula illa mox cessarunt, nec effectum ullum honestum habueré, nec apud prudentissimos quoque etiam qui de sectâ appellantium ceteroquin erant, fidem ullam, sed risum tanum et indignationem retulerunt. Quanta ergo protervia et insania est, comparationem instituere inter Convulsionarios illos ad tunulum Parisii prodigia simulantes, et inter testimonia Evangelistarum de miraculis Christi Domini! Impostores illi, postquam fraudes ipsorum deprehensæ et cœmeterium S. Medardi muro septum fuit, ex metu, ne in manus potestatis publicæ incidant non amplius publicè comparere audeant. Elapsum jam est plus quām dimidium seculum à gestis illis ad tumulum Parisii fanaticis prodigiis, et rarus de illis jam sermo est, inò alterne oblivioni fuissent mandata, nisi annales illorum temporum eorum meminissent. E contrario, quæ potestas, quis tyrannus Apostolis silentium imponebat, ne publicè Christum, hujusque prodigia predicaserent? Quis unquam haec falsitatis convincere potuit? Quomodo factum est, ut Evangelistarum narrationes et scripta de Christo ejusque miraculis à tot persecutoribus non fuerint suppressa, sed potius à tot martyribus profuso etiam sanguine pro veris et divinis agita? Præterea, sanaciones agrorum ad sepulcrum Parisii, nunquam erant subitanæ et instantaneæ, quales erant illæ à Christo factæ, sed aliquot aut plu-

rium dierum intervallum, ac diurnae preparationes requirebantur; intra quod tempus aegri ad sepulcrum Parisii sanandi, usum medicinarum aut remediorum, quibus jam antea utebantur, continuabant. Porro nulli infirmi ad tumulum Parisii non solum sanitatem non obtinebant, sed exin pejus se habebant, quam antea, multaque prodigia, que ab initio tanquam indubitate, et ad tumbam Parisii, certò patrata divulgabantur, postea tanquam inania et nulla rejecta sunt. Paucis, fraudes horum fanaticorum prodigiorum in dies magis patchant; et complures ex ipsis Appellantibus ea non credebat. En manifestam et multiplicem dispartitatem inter miracula Christi et spuria illa prodigia, que ad tumbam Parisii patrata fingebantur (1).

56. Porro, quod perulgatam illam Vampiriorum historiam attinet, ex cunctis contestationibus aliud denum evinci ipsorum medicorum decretorio iudicio haud potuit, quam communem phantasie morbum in Hungariae (2) magnis caloribus sapè astutissimis tunc temporibus grassatum esse; à metu promotum cumdem morbum, quo plures correpti, videbantur sibi videre mortuos de nocte ad se venientes, ad sanguinem ex ipsis venis exsangendum; cuius deinde morbi sequela fuerit lenta maces, et consequent inde mors ipsa denique. Jam verò, an etiam fuit effectus phantasie tantum, dum Christus ecreum à nativitate illuminavit, dum Lazarum quatinus à mortuis suscitavit? etc. Ceterum, etiam si Vampiri seu mortuorum corpora reverā surrexisissent, et vivos dicta ratione infestassent (prout alicubi in Poloniā respē factum esse aīunt), id minimè inter miracula numerandum. Non enim fuit vera ad vitam resurrectio, seu reuniō animæ cum corpore (qualis erat, ex. gr., illa Lazari), sed demon corpus hominis mortui ita movit et impulit; id quod naturalibus suis viribus potest, sicut corpora energumenorum movet. En quām turpiter fallat, aut fallatur Genvensis ille philosophus dum cum verissimis Christi Domini miraculis inanisima ejusmodi sensuum ludibria, seu præstigias comparare audet. Hodiè vix aliqua Vampirismi memoria in urbibus Hungariae, ubi olim maximè viguisse dicebatur, restat; et homines melius edocti mirantur, si hanc de re ipsis questiones proponantur, et nesciunt, quid interrogantes ex ipsis rescire copiant. E contrario de miraculis Christi mundus hodièque perinde certior factus ac convictus est, ac erat tempore Tiberii et Neronis, ut Cl. de Feller rectè ait.

57. Quares XII: 1^o An sit paritas inter miracula

(1) De fictitiis hisce prodigiis, que ad tumbam Parisii patrata dicebantur, eruditè scribit Cl. Bergier in opere, cui titulus: *Certitude des preuves du Christianisme*, part. I, chap. 6, § 5, ubi etiam plures alios auctores, qui de hisdem prodigiis annotationes scripsere, citati.

(2) Observat tamen eruditissimus de Feller in suo Philosoph. Cathechis. tom. 2, n° 515, pag. 210 edit. Lond. 1805, et ait, errare illos, qui putant, Vampirorum tantum in Hungaria, Polonia et Moravia reperiuntur; singulare enim prorsus illius exemplum etiam narrati in itinere P. Labat in gallicas insulas sitas in America, t. 4, p. 157, edit. Haag. an. 1724.

Christi, et prodigia Apollonii Thyanæ, qui præter varia alia stupenda prodigia, etiam mortuam pueram resuscitavit ad vitam, teste Philostrato, sicut etiam aliæ mortuorum resuscitationes à gentilibus factæ sunt. 2^o Aut inter miracula Christi, et miraculosam sanationem, quæ Vespasianus imperator (teste Tacito et Suetonio) Alexandriæ cuidam gentili caico visum, et alteri infirmæ manus usum restituit. 3^o Aut inter miracula Christi, et prodigia Esculapii. Resp.: 1^o Valde absolum et paradoxum est, quod increduli tam facile narrationi de prodigiis Apollonii Thyanæ, Vespasiani, Esculapii, aliquis ejusmodi profanis historiolis assensum præbeant, spiritus, inquam, illi fortis, qui miraculis Christi et Apostolorum tanto numero ac celebritate palam editis, tanto presentium numero, et ipsorum scriptorum gentilium et Judeorum testimonio roboratis præfrectè fidem abnuunt. 2^o Nulla prorsus est paritas inter miracula Christi, et prodigia illa, que adversarii à gentilibus patrata admittunt. Nam prodigia Apollonii Thyanæ sunt conficta, aut erant tantum præstigia diabolice, prout ostendit Eusebius Cæsariensis adversus Hieroclem, et Hætius (1), qui tria luculenter demonstrat, 1^o quod Apollonius iste fuerit homo intolerabilis arrogans, et impurissime idolatriæ doctor, unde facile concludes, qualia fuerint ejus miracula (2); 2^o quod nulla Philostrati, nullæ eorum, que de Apollonio scripsit, monumentorum auctoritas sit; 3^o quod tota Apollonii historia non nisi romanensis fabula sit, à Philostrato (qui integro seculo aut ultra post Apollonium vixit, et nullum historicæ sua vadem sistit, nec testem nominat) ingenii ostentandi, et ethnici principiis gratificandi studio conficta, quo invalescentem Christi fidem fictio hoc simulacro sufflaminaret. Ceterum resuscitationem mortue pueræ ab Apollonio factam, Philostratus duntaxat ut dubiam narrat. Vapor enim ex vultu pueræ, que ante subito mori visa esset, surgebat, et ros de cœlo cadebat, quo facilè factum est, ut ex deliquio revocaretur. Vide etiam hanc de re infra, num. 94, in subjectâ notâ. Porro tam ad hanc, quam ad alias mortuorum resuscitationes à gentilibus factas, generatim respondeo, et dico, eas vel esse fabulosas, vel non fuisse suscitations verè mortui, sed homines illos tantum fuisse apoplecticos, vel syncopicos, aut alio simili morbo, qui agros facit apparterre mortuos, laborantes, prout eruditè et solidè per varia exempla ostendunt Medina, et Salmeron. Aliud est de miraculis Christi Domini, ex. gr., de resuscitatione Lazari quatinus, et jam fotentis, uinfra, num. 85, 95, pluribus ostendemos.

58. Quod attinet factum Vespasiani imperatoris, non desunt, qui diligentius in rei veritatem inquirentes, ut Csapodius, plures fraudis characteres in tota hanc narratione proferunt, nimurum adulacionem ex parte Alexandrinorum ad obtinendam à dicto imperatore vectigalium imminutionem, indulgentiam ad hanc simulationem ex parte Vespasiani ad stabilendum

(1) In Demonstr. evangel. proposit. 9, cap. 147.

(2) Vide supra, num. 48, ubi note, quibus vera miracula à falsis discernuntur, recensentur.

imperium, quod recens adierat, mendacia sacerdotum, qui imperatori hunc fictioni repugnanti persuaderet, conati sunt, ipsum Scapridem (quem *Ægyptii* ut deum colebant) jussisse, agros ab eo sanitatem postulare. Similiter Baronius ad annum Christi septuagesimum censem, illa Vespasiani miracula conficta fuisse vel studio Apollonii Thyanæ, qui eo tempore Alexandriae commorabatur, vel malitia Iudaorum, quorum pariter magnus numerus in eadem urbe tunc erat, adulari Vespasiano volentium tanquam Messia qui jam adverterit, eidem applicando, quæ ex Scripturis noverant predicta esse de Jesu Christo, et quæ viderant contingere in vero Christo, quem ipsi pro sua perfidia noluerunt recipere. Idem censuit Fleetwoodius apud Trevoitians, ann. 1703, art. 189, et Huetius, cuius hac de re verba sunt ista in Demonstr. Evang. prop. 9, cap. 59: « Mirifica illa quidem Vespasiani opera, quibus cœco cùndam visum restituisse, et alium manu ægrum sanasse fertur, à subdolis *Ægyptiorum* artibus videntur profecta, inter quos acta res est. Fama acceperant illi fortassis à Judeis, quorum multitudine ingens erat Alexandriae, Josephem (nempe Iudeum) sacra quedam oracula Vespasianum accommodassæ..... que in Iudaorum Messiam conveniebant. Ilis ne in adulatoriâ arte concederent *Ægypti*, Deum facere, divine virtutis opera ei affligendo, voluerunt, quem Judei Messiam fecerant. Cum ergo inaudissent, Jesum cœcum illito oculis sputo sanasse, et claudos ae debiles morbo liberasses, duos..... surborant, quasi ille manus, hic oculis captus esset. Verum Vespasianus primò irridere, aspernari, verba sunt Taciti Hist. 4, cap. 81, quippe fraudem et palam sentiens; tandem vocibus adulantium in spem induci; medicis præsertim rem fieri posse suadentibus, quippe doli fortassis consicis, cum dicereant, huic non esse excessim vim luminis, et redditum, si peccarentur obstantia; illi elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari. Agnosceis, lector, simulatos morbos, quales illi sunt mendaciorum aeruscatorum, qui ad movendam misericordiam regorum habitu sese componunt. Re intellecta, Vespasianus falsis morbis falsam medicinam adhibuit alterius calcata manus, insputatis alterius oculis. Ita Iustius. Alii, ut Cl. Pichler, prestigias demonis ibi intercessisse suspecentur, quatenus is organa oculorum, et manus exteroquin integra, iterum reliquerit expedita ad suas actiones, ad quas, Deo permittente, eadem antea impedierat, quæ ratione nec cœcus, nec manus æger propriæ sanati fuerunt, quasi alter visum jam desperditum, alter nervos manus jam dissolutos recuperaverint, sed liberati solum ab appositis per demonem impedimentis. Ceterum commemorare has qualescumque demum Vespasiani mira operationes est novum argumentum pro veritate miraculorum Christi afferre. Ille enim cur nam ab ethnici vel Iudeis confitæ sunt ab ipso primo Ecclesiæ seculo, nisi ad elevandam miracula Christi? ergo haec erant communiter tunc cognita et admissa ut vera.

59. Denique *Æsculapii* mire sanationes effectus

erant merè naturales. Sacerdotes enim *Æsculapii* omnes medicam callebant artem; unde meritò Arnobius seculi tertii scriptor, factus è gentili Christianus, vanitatem horum prodigiorum, lib. advers. Gentes ostendit, et inter alia ait: *Beneficia ista rerum sunt, non sunt curantium potestates.* Dein multa in scitissimis *Æsculapii* prodigiis per fraudem et dolum gesta esse, adeò per vulgatum apud Grecos erat, ut Aristophanes in Pluto, action. 3, scen. 2, easdem fraudes facet traduxerit; idem exprobant gentilibus Christiani apud auctorem Homil. Clement., et Origenes contra Celsum, lib. 3, graviter confirmat. Porrò nostram suspicionem quod in *Æsculapii* prodigiosis sanationibus fraus et dolus adseruit, illud confirmat, quia in omnibus his curationibus legitur intercessisse oraculum, scilicet sacerdotum responsum, vel dictum aliquod somnium tanquam à Deo immissum, quo jussi fuerant agri quendam peragere ad obtinendam sanitatem, quam querabant.

60. Scholion. Quamvis prodigia Apollonii Thyanæ, Vespasiani et *Æsculapii* ob allatas rationes meritò negaverimus fuisse vera miracula; ideò tamen non universaliter negamus, ab homine gentili, aut heretico unquam fieri posse miraculum. Potest enim etiam à tali infidei miraculum fieri in commendationem alienus virtutis, vel veri alicuius dogmatis. Sic vestalis quedam virgo, ut suam pudicitiam probaret, aquam cribro tulisse in Capitolium dicunt; de quo factio S. Thomas, de Potentia, q. 6, art. 5, ad 5, ita loquitur: *Non est remotum à veritate, quid in commendationem castitatis Deus verus per suos Angelos bonus hujusmodi retentionem aqua per miraculum fecisset.* Similiter miraculo Pauli episcopi Novatiani aqua baptismatis ad presentiam Judæi baptismum irriganti evanescere legitur, quo miraculo confirmatus est verus fidei articulus de baptismò; si tamen credendum est Socrati, qui hoc factum narrat lib. 7, c. 17; sed ipse metet de heresi novatianâ suspectus est.

61. Quæres XIII: *An Christus miracula in divinitatem sue confirmationem patravit?* — Respondeo affirmativè. Probationem hujus nostræ assertionis vide supra, num. 50.

62. Quæres XIV: *Si Christus tam manifesta miracula in confirmationem divinitatis suæ et divinæ missionis suæ edidit, cur Judæi ea videntes, et Romani, aliquæ gentiles ea audientes, in Christum non crediderint. Item cur ipsi demones, Christum verum Deum esse, clarè, quādiū Christus in terris degebait, non agnoverint.* — Resp. 1°, et quæro ex adversariis: Si tam manifesta est virtus pulchritudo, tam justa ejusdem officia, cur non omnes homines, desertis vitiis, eam junctis studiis sequuntur? nimis ardua ad superos via est, facilis verò et præcepit descensus averni. Idem dicendum ad questionem, cur non omnes ex Judæis et gentibus in Christum crediderint, ejusque religionem amplexi sint. 2° Inprimis dico, ideò plurimos ex Judæis in Christum non credidisse, quia ipsis obstituit voluntaria excitas, neen invidia, et Christum calumniandi desiderium, aliaque præjudicia populi Judæi,

aut rationes politicæ. Igitur non una erat causa pertinaciae Judeorum. Prima, et omnibus communis erat, quod verbis illis, Ps. 2, de Messia scriptis: *Dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ*, aliquis similibus male intellectis seducti, Messiam exspectarent venturum eum regia majestate, ac redempturum eos à jugo alienigenarum, sub quo à tempore captivitatis babylonica ut plurimum premebantur. Hinc factum ut, et si tempore adventus Jesu Christi omnes Judei Messia exspectatione reip̄a suspensi essent ab propinquum maximè hebdomadum Danielis finem, i: hilobiloniūs Jesum in quo ceteri characteres prophetici tantā luce resulgebant, hoc solo nomine non reciperent, quid humilis is et abjecta secundum humanam astimationem specie comparceret. Altera causa erat arduum iter, quod Jesus ad celum monstravit, multoque magis mirandum est, quid tot habuerit sectatores, quām quid plures eum sequi noluerint. Præterea principes Judeorum, sacerdotes atque literati ex multis aliis titulis ab amplectendâ Christi doctrinâ abhorreabant; sacerdotes quidem, ne honoris officiis et pinguis templi redibus destituerentur: principes, magistratus, ne innovatione religionis tranquillitas reipublicæ et Romanorum animi politicis suspicionibus turbarentur, literati, ne ipsorum doctrinis et superstitionibus despectis omnis magisteriiuctoritas ab ipsis ad unum Jesum Christum transmigraret. Denique plebs etiam Judicata tum auctoritate principum et sacerdotum (ut in morte Christi à Pilato expetendâ patnū), tum summo in legem veterem studio et reverentia à secundâ novâ Jesu Christi doctrinâ absticerbatur. Eu plures causas, cur Judai visus Christi miraculis, tamen non omnes in eum crederint.

Quid autem plurimi ex Romanis, ac ceteris gentilibus, qui miracula Christi plerique non viderant, sed tantum audiverant, ad christianam religionem conversioni non sint, nemo mirabitur, qui illorum extremam in idololatria pertinaciam, effreni vita licentiae junctam, satis perspectam habuerit. Nota est paganorum, et non nominatum Romanorum vita et theatri præseruit publici licentia, impurissimorum numerum cultus, fastus et ambitione summa. Quis veritatem tam rigide, qualem Christus predicavit, accessus ad tales animos? Maximè dum illa à Iudeorum gente primùm profiscereatur, quam Romani aliquie gentiles pridem ultimum despiciunt habebant.

Denique ex historiâ evangelicâ colligitur quidem, dæmonibus divinitatem Christi non omnino manifestè innotuisse: nam cùm diabolus Christum tentans, eum super pinnaculum templi statuit, ad euendim non absolutè, sed tantùm conditionatè et quasi dubitans dixit: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum.* Ait tamen S. Augustinus, lib. 9, de Civ. Dei, cap. 21: *Magis magisque innotescet (Christus) dæmonibus, quantus esset.* Igitur dæmones divinitatem Christi non omnino certò cognoverunt, quia Deus altissimus ex causis impedivit quācumque dentium ratione, ne hoc ipsis certò innotesceret. Unde S. Augustinus loc. cit. inquit:

Christus eis (demonibus) invictuit, quantum voluit; tandem autem voluit, quantum oportuit.

63. Queremos XV: *Car Christus, si vera miracula in confirmationem sue novae religionis fecit, ea non raro, et quandoque etiam minitans (Matth. 9, 50, Marc. 1, 45) prohibuerit publicari?* — Resp.: Malitiosum hoc incredulorum (1) dictierum adversus Christum et christianam religionem facilè refutatur, si ad sequentes observations attendamus. Quamvis Christus non omnia sua miracula tunc, quandò ea patravit, propagari voluerit, tamen certum est, quòd sepiùs divinitatem suam et divinam missionem suam miraculis publicatis patratis confirmarit, ut supra, sect. 2, num. 25, 30, iam ostendimus.

Quando autem quedam miracula sua propalari vertuit, id factum est vel ad præbendum nobis modestæ exemplum, vel ad declinandam initio prædicationis hostium invidiam, vel ad divinam missionem suam paulatim et quasi per gradus demonstrandam, vel de mīm ob aliām aut alijs peculiares fines à divino salvatore sapientissimè intentos. Sic Marc. cap. 1, v. 43 et 44, vetus Christus leproso, ne sui sanationem manifestaret, priusquam secundum legem à sacerdotibus sanus fuisse pronuntiatus; quia Iudaici sacerdotes pro suā in Christum invidiā facile potuissent cum à leprā mundatum non esse, pronuntiare, si publica humijs prodigiosæ sanationis fatigā hominem hunc avertisset. Non igitur Christus leproso illi interdixit evulgationem hujus miraculi in perpetuum, et pro omni tempore, sed vetus tantum, ne id diceret, priusquam stetisset coram sacerdotibus, et ab ipsis secundum legem sanus fuisse recognitus et pronuntiatus.

Ait illi Jesus: *Vide nemini dixeris, sed vade, ostende te principi sacerdotum*, Marc 1, 44. Volebat scilicet Christus non solum legis Mosaice custos videri, sed intendebat etiam suo miraculo omnēm conciliare fidem et auctoritatem ab ipsismet sacerdotibus, atque ita posteas illud nōm fieri.

Cum autem Matth. cap. 9, v. 30, Christus duobus ex eius à se domino reverso illuminatis comminatus est, videte ne quis sciatur; id fecisse censendus est, quia hoc silentio omnem calumniae et cavillationis ansam praecidere voluit. Cum enim hoc miraculum privatum et velut in occulto patrum facerit, potuisse dolis aliquarum suspicio oriri, quasi duo illi homines subornati fuissent à Christo aut ejus discipulis, ut se et caecos et à Christo illuminatos simularent. Hanc suspicionem et calumniam declinaturus amantissimus Servator vetuit, miraculum hoc evulgari, certus, alia miracula, quam in publico fecerat, ei quotidie palam operabatur, abunde sufficere ad demonstrandam suam divinam missionem.

Porrò, dum Christi Marc. cap. 8, v. 26, cecro prepe Bethsaida sanato dixit: *Vade in domum tuam, et si in vicum introieris, nemini dixeris, succialis hujus*

(1) Ex numero horum increditorum, teste D. Le-
land, etiam est auctor scripti, cui titulus: *Religio chri-
stiana non fundata ratione. Das Christenthum nicht ge-
gründet auf Beweis.*

prohibitionis ratio colligitur tum ex ipsis miraculi circumstantiis, tum ex Bethsaitarum indeo. Nam licet cæcus Christo in vico Bethsaidâ oblatus fuerit, eum tamen non sanavit, nisi extra vicum, et sanationem evulgi retinuit, quia hujus miraculi cognitione fraudare Bethsaitas voluit, ut pertinacem illorum animum plecteret, juxta illud pridem ante à se de Bethsaitis dictum, Math. 11, v. 21: *Væ tibi, Corozain, væ tibi, Bethsida*, etc. Indigni enim erant Bethsaita, qui nova viderent miracula, quibus otiosa fuerant vetera. Nolebat enim eos testes hujus miraculi habere, quos parum fideles agnoverat, ut Salmeron ait, addens adhuc aliam rationem, cur Christus cæcum illum *extra vicum eduxerit*, eique sanato prodigiosam hanc sanationem propalare in vico prohibuerit; quia nimis idem miraculum coram paucis voluit facere, et iactantiae fugienda exemplum nobis præbere.

Denuo Math. 12, 15 et 16: *Secuti sunt eum multi, et curavit eos omnes, et præcepit eis, ne manifestum eum facerent*. Quæ ultima verba duplice modo intelligi possunt. Nam 1^o prodigiosas has sanationes Christus evulgi prohibuit, ne scribas et phariseos, quos jam in mortem suam conjurasse noverat, Math. 12, 14, irritaret. Noluit enim momenta à Patre suo præfinita præventere, aut inimicis suis, odii augendi ansam præbere. Confirmatur hæc responsio ex eo, quia S. Matthæus, ibid., v. 17, addit verba Iaaie, quibus Messiae modestia et mansuetudo describitur: *Non contendet, neque clamabit, etc.* Itaque Christus moderationis causâ aufugit, et latere voluit. 2^o Hæc verba: *Ne manifestum eum facerent*, etiam cadere possunt in personam Christi, et in locum, quod confugerat, ita, ut sensus sit: Ne manifestarent ejus personam et fugæ locum. Sic enim tota fert historica series. Pharisæi sabbatum violatum indignantes, consilium Christi perdenti inueniunt; eorum furori ut se subducatur Christus, recessit; secuti autem sunt eum multi, quos curavit. Ex his pronom est concludere, Christum eisdem, et turbæ ipsum comitantem prohibuisse, ne locum proderent, in quem cesserant. En peculiares rationes, ob quas Servator optimus meritò ac sapienter quedam miracula sua evulgi, dicto modo et in recensis circumstantiis prohibuit; quamvis ceteroquin publica et compri- mis illustria miracula in confirmationem sue divinæ doctrinæ fecerit.

64. Quæres XVI: *Cur scriptores ethnici de miraculis Christi tam copiosis, publicis, et stupendis silcant?* Resp.: Falsum est, ethnicos de gestis et miraculis Christi penitus siluisse. Contrarium enim jam supra, sect. 2, q. 2, num. 22, 24, à nobis ostensum est: Ubi etiam rationes additæ sunt, cur non mirandum esset, etiam si illis siluisserint.

65. Quæres XVII: *An miracula Christi ab Evangelistis enarrata, reapsè facta sint, ac proiū in sensu litterali intelligi debeant, vel an tantum sine narrationes allegoricæ, symbolicæ, atque propheticæ, ut Woolstonus contendit?* Resp.: Miracula Christi ab Evangelistis receperunt, reapsè patrata sunt, et contraria Woolstoni doctrina est impia ac detestabilis. Ut id clarijus patcat,

notandum est, quod Woolstonus in libro à se edito anno 1727, cuius inscriptio hæc est: *Discursus de miraculis Salvatoris nostri in ratione ad presentem controversiam, etc.*, asserere ausus sit, sensum litteralem miraculorum Christi, contradictionem involvere, et hæc de causâ aut nullo modo, aut salem non ei ratione, quæ vulgo creduntur, illa patrata fuisse, sed esse narrationes allegoricas, symbolicas atque propheticas. Conatus autem hoc assertum dupli argumento evincere. Primum est, Patres antiquissimos et maximè venerandos negasse sensum litteralem miraculorum Christi, ab Evangelistis recensitorum; alterum est, eadem miracula Christi, si in sensu litterali accipiuntur, absurdâ et contradictoria involvere. Quod attinet secundum argumentum, id alibi per decursum refutabimus; quod verò ad primum spectat, sciendum est, quod Woolstonus copiosa testimonia antiquorum Patrum in medium proferat, ostensurus, eos negasse sensum litteralem miraculorum Christi; quia nimis sensui litterali addebat abundantiore et perfrequentem sensum spiritualis ac mysticam. Si Patres sequi velinus, inter alia Woolstonus ait, *evangelica historia non est habenda pro verâ reali historiâ... Historia vita Jesu est dunitaxat emblematica seu symbolica representatio spiritualis vite Jesu in animabus hominum*. Verum, teste D. Joan. Leland (1), certum est, atque à viris eruditis, qui Woolstonum refutârunt, luculentiter demonstratum, quod Patres illis sensum litteralem et historicam veritatem gestorum Christi præsupposuerint, et eidem dein tanquam fundamento allegoricas suas et mysticas expositiones inadficariunt. Ille autem de causâ affirmare, Patres veritatem historicam gestorum et miraculorum Christi voluisse incisiari, extrema audacie et invercunda fraudulentè assertum est. Id haud dubiè agnovit ipse Woolstonus, qui in compluribus Patrum citationibus commissæ fraudis convictus est. Ostensum enim est, teste eodem D. Leland loc. cit., quod libros Patrum tanquam genuina horum opera citet, quæ tamen passim habentur pro spiriis et suppositiis; quod falsis interpretationibus et illicitis interpolationibus ac mixtionibus verborum omnia tentârunt, ut genuinum sensum citatorum auctorum vitiare; inquit quod interdùm eorum textus in sensu iisdem omnino contrario exponat; id quod facile patuisset, si Woolstonus integrus Patrum textus, et non mutilatos attulisset. Praeterea, ut Cl. Udalricus Reifs (2) rectè ait: *SS. Patres (de miraculis Christi loquentes) sensum litteralem manifeste adstrinxunt; tum quia fatentur, vera à Christo facta esse miracula; tum quia ex illis divinitatem religionis christianæ communistrant. Sed et ratio evidens persuadet, allegata paulò ante Christi opera in sensu litterali accipi debere; ac*

(1) In opere suo ex anglico in germanicum verso, hoc titulo: *D. John Lelands Abriss der vornehmsten Deistischen Schriften, etc.*, Hannover 1755. Latinè *D. Joan. Lelandi recensio precipiorum scriptorum à Deistis editorum. Hannoveræ, 1755. Epist. VII, seu artic. Woolstonus.*

(2) De veris, falsisque miraculis, p. 2, sect. 4, cap. 1, § 138.

proin revera fuisse gesta, prout ab Evangelista referuntur. Nam neque mortuus vivere, neque paraliticus ambulare, neque cæcæs videre, talenque in seipso mutationem experiri potest, nisi reapsè vivat, ambulet atque videat. Nec possibile est, ut alii convincantur, hoc factum esse, nisi ejusmodi homines vivere, ambulare, ac videre omnino perspectum habeant. Atqui tum ita, in quibus hac miracula sunt producta, vivendi, ambulandi, atque videndi facultatem, longo experimento probarunt; tum etiam alii plurimi, ac vel maximè Christi hostes, de factis id genus mutationibus plenè convicti fuere. Praeterea hæc de re inter alios SS. Patres disseruit Arnobius l. 6 contra Gentes, qui proin jure optimo consuleretur. Hicisque laudans auctor. Vide etiam que nos alibi (1) hæc de re diximus.

66. Corollarium. Ex dictis patet, falsum quoque et impium esse assertum auctoris Cogitationum philosophicarum, § 50 et seq., ac aliorum incredulorum, qui dicunt, miracula Christi non fuisse facta realia, et physica, sed meras sensuum illusiones. Contrarium enim evidenter constat ex iis quæ numero 65 modò diximus, et ex auctoribus hoc numero citatis. Profectò impossibile est, ut illa omnia tam in iis qui sanati aut resuscitati sunt, quam in illis, qui testes horum prodigiorum oculati erant, per meram sensuum illusionem evenerint. Certè, si vel minima deceptio locum habuisse id Christo, ejusque discipulis Pharisei aliquæ Judæi exprobriassent; neque necesse fuisse, ut ii ad calumniam confugerent, dicentes, Lue 11, 15: *In Beelzebub principe daemoniorum ejicit demonia.* Praeterea scrutentur increduli historiam evangelicam de resurrectione Christi, illuminatione cæci nati et Lazarus resurrectione; videbunt manifestè, in publicis hisce factis ne quidem potuisse ullam sensuum illusionem, aut alias quæcumque fraudem intervenire.

CAPUT III.

De miraculis Christi sigillatim consideratis.

67. Queres. XVIII: *Quid ad incredulorum dicteria, quibus primum miraculum Jesu Christi mutationis aquæ in vinum, in nuptiis in Cana Galileæ, impugnant, respondendum sit?* Antequam haec questio distinctius resolvatur, notandum est quod increduli contra narrationem evangelicam hujus primi miraculi à Christo patrati, varia opponant. Nam 1º Woolstonus (2) ait, sibi probabile non videri, Christum severis gravibusque moribus viventem nuptiis interfuisse, presentem cum in nuptiarum celebitate apud Judæos magna fuerit morum licentia. 2º Auctor de l'Historie critique de J.-C., teste Cl. Bullet (3), miratur, quod S. Joannes, cap. 2, v. 8, 9, in describendo hoc miraculo spou-

(1) Vide supra sect. 2, num. 22 et 23, ubi præcipue notandum testimonium Quadrati, qui ex philosopho ethico factus est christianus, et de veritate miraculorum Christi præclarè testatur. Item vide sect. 3, num. 51 et 52.

(2) Ita testatur Cerboni theol. revelat. tom. 2, 1, 3, quest. 4 art. 2, § 2, num. 6.

(3) Réponses critiques, tom. 2, pag. 293, édit. an. 1819.

sis, qui indubitate pauperes erant, attribuat architrivum seu praefectum convivii nuptialis, qui nonnisi in nuptiis nobilium aut divitium personarum constitui solet. 3º Iterum Woolstonus S. Chrysostomi nomine et auctoritate ahnsus, et impius Horus (1) negant, miraculosam fuisse aquæ conversionem, quia, inquit, non verum vinum productum fuit, sed Christus dumtaxat per immisionem alicujus liquoris secretâ ratione effectit, ut aqua vini saporem indueret; in quo, ait Woolstonus, invitati faciliter decipi potuerunt, quia à multo potu, atque satietate ciborum stomachum jam male affectum habebant. 4º Voltaireius (2) miraculum aquæ à Christo in vinum versæ evertente conatur, satyricè argutando: Miraculum, inquit, istud juxta narrationem Evangeliste primum configit sub finem convivii; tum scilicet, cum omnes convivæ jam mero incauissent. Porrò ebræi testibus non creditur etiam natueralibus ac obviis in rebus, quantò minus, cum agitur de prodigio aliquo. 5º Increduli (3) Christum vituperant, quod aquam in vinum converterit in gratiam couivarum jam inebriatorum, juxta illud architriclini effatum Joan. 2, 10: *Omnis homo primum bonum viuin bibit; et cum inebriati fuerint, tunc id, quod detinxerit est.* 6º Denique denud Woolstonus Christum matris nimis acriter respondentem describi dicit in eo Evangelii loco, ubi miraculum aquæ in vinum versæ narratur Joan. 2, 4, ubi Christus ad matrem dixisse narratur: *Quid mihi et tibi est mulier? nondum venit hora mea.*

68. His prenotatis, dico, omnes aut fermè omnes hos incredulorum cavillos à SS. Patribus jam pridem fuisse præoccupatos, et refutatos, quorum vestigiis insistens, resp. ad primum, Christum ad nuptias invitatum fuisse, iisque accubuisse, nulla modo improbabile est, ut Woolstonus blasphemat. Nam cum negari non possit, multis eum notum in Galilæa fuisse, et ipsorum quoque publicanorum, peccatorumque consuetudinem aliquando non vitaverit, mirum non est, quod ad nuptias invitatus fuerit, de iisdem accubuerit. Unde rectè S. Chrysostomus, homil. 21 in Joan. n. 1, alias homil. 21, inquit: *Jam dixit, eum in Galilæa notiorem fuisse, quare vocant eum ad nuptias, ipseque adest. Non enim ad dignitatem suam respiciebat, sed erat ad beneficium nobis inferendum paratus.* Nam qui non dignatus est formam servi accipere, multo minus dedignabitur ad nuptias servorum venire. Altera quoque causa fuit, cur Christus ad nuptias invitatus accesserit, quam S. Augustinus tract. 9 in cap. 2 Joan., assignat, dicens: *Quod Dominus invitatus venit ad nuptias, etiam excepta mysticâ significatione,*

(1) Verba Horii in opere inscripto: *Horus, oder Astrognostisches Endurteil... über Jesum und seine Jünger,* in 2 editione an. 1784, pag. 550, sunt haec: *Auf der Hochzeit zu Kana bestand jener gute Wein, welcher Wasser gewesen seyn soll, wohl hauptsächlich nur aus dem Saft dieser Früchte, den Jesus in die Krüge goss, und dann Wasser hinzu giessen liess.*

(2) In suo Dictionario philosophico, artic. Christianisme.

(3) Vide Bullet opere citato, tom. 4, num. 64.

confirmare voluit, quod ipse fecit nuptias. Futuri enim erant de quibus dixit Apostolus, 1 Tim. 4, 5, prohibentes rubore, et dicentes, quod matrum esse nuptiae, et quod diabolus eas fecisset. Vide hanc de re etiam Salmeronem (1).

In celebratione autem nuptiarum apud Iudeos effrenem fuisse morum licentiam, unde nam tandem Woolstonus novit? Contrarium profecto ii testantur, qui de celebratione nuptiarum Iudeorum multum et copiosè scripserunt (2). Similiter S. Gaudentius Brixianensis episcopus (3) haec ex traditione se compresisse scribit: *Nuptiae apud Iudeos cum fuerint (quantum traditio ne comperimus) dabatur de sacerdotali ordine, qui morem disciplinæ legitimæ gubernaret, pudorisque curam gereret conjugalis, simul etiam conviviorum apparatus ministros atque ordinem dispensaret, et pro hoc officio architrichinus, id est, trichlini praepositus dicebatur. Huic ergo gustum vini ex aquâ facti jubentur conviviorum ministri portare. Deinde eo ipso quod Christus erat homo gravis atque austerus, quemadmodum Woolstonus dicit, si qui fortasse convivio interfuerint, qui liberius loqui, aut petulantie merum licentia uti vellet, corum audaciam Servator castissimum prætentia sua reprimere facile poterat.*

69. Ad secundum respondet patet ex verbis sancti Gaudentii modò citatis, ex quibus intelligimus, quod vox græca, Ἀρχιτρίχιος, Architrichinus, Joan. cap. 2, non significat pronuntiandum, seu exconomum, quam divites et nobiles habere solent, sed unum de ordine sacerdotale, quo, ut omnia honestè et ordinatè fiant, nuptiis praest. Talem autem datum esse tam in nuptiis pauperum, quam divitium Iudeorum, paritas rationis evincit, ut cuivis finem instituti hujus officii expendenti facilè patet. Paulò alium responsum afferit Cl. Bullet loc. cit. dicens, græcâ voce *Architrichinus*, propriè significari eum qui curam gerit instituendi convivii, seu qui omnia parat, ordinat et disponit ad instruendum convivium. Porrò in nuptiis Cane Calilæa, inquit, hanc curam in se suscepit aliquis amicus aut cognatus sponsi, non verò quidam economus aut prefectus rei æconomicae, quales tantum in palatiis aut domibus predivitum aut illustrum personarum reperiuntur.

70. Ad tertium et quartum respondemus: Hoc miraculum aque in vinum converse stupent quidem et negant tanquam falsum et fictiū Woolstonus, Horrus, Voltarius, aliquez increduli, indeque cavillationes omnino ineptas configunt, quibus manifestam veritatem illius prodigiū apud imbecilles et imperitos suspectam faciant. At et miraculum (uti loc. supra cit. S. Augustinus eleganter ait) Domini nostri Jesu Christi

(1) Tomo quarto, tractat. sexto, de miraculis Christi, pag. 53.

(2) Tales sunt Leone de Modena de Riti Ebraici, part. 4, cap. 3, Joannes Buxtorii filius dissert. de Sponsalibus, § 45, et seqq. Seldens usor hebreica, seu de nuptiis et divorciis, lib. 2, cap. 44 et seqq., et Morosoni liber inscriptus : Via della fede mostrata agli Ebrei, part. 2, cap. 60.

(3) De lectione Evangelii, tract. 9.

sti, quo de aquâ vinum fecit, non est mirum cis, qui neverunt, quia Deus facit. Ipse enim fecit vinum illo die in nuptiis in sex illis hydriis, quas impleri aquâ præcepit, qui omni anno facit hoc in vitibus. Scit enim quod miserunt ministri in hydriis, in vinum conversum est opere Domini; sic et quod nubes fundunt, in vinum convertitur ejusdem opere Domini. » Porrò rectè et ingeniosè observat S. Thomas, quod ipsa vasa, seu sex illæ hydriæ, quæ in patrato illo miraculo adhibita fuerant, non obscurè probent, aquam tunc in vinum verè mutatam esse, et non solum à relieto, vel admixto aliquo liquore saporem vini induisse. » Vasa ista, inquit doctor Angelicus lectione 4 in cap. 2 Joan., deseruntur ad tollendam miraculi suspicionem propter corum puritatem, ne possit aliquis suspicari, quid aqua saporem vini supposset ex facibus vini prius in eis depositi (nam vasa illa erant secundum purificationem), et ideò purissima oportebat ea esse. » Ubi sciendum, quemadmodum idem S. doctor eodem loco ait, « quod... Iudei observabant multas ablutions corporales, et baptismata calicum et vasorum. Unde quia erant in Palæstinâ, in quâ est defectus aquarum; habebant vasa, in quibus servabatur aqua purissima, quâ se et vasa crebrè lavarent, et idèo (Evangelista) dicit, quod erant ibi sex lapideæ hydriæ, id est, vasa ad conservandam aquam, ab hydro, quod est, aqua, posita secundum purificationem Iudeorum, id est, ad usum purificationis. »

Addit doctor Angelicus cit. loc. adhuc aliam rationem, ob quam vasa illa (nempe sex hydriæ... capientes singulæ metretas binas vel ternas) omnem suspicionem facti miraculi removerint, nimirum non solum propter corum puritatem, sed etiam propter corum capacitatem sat amplam. Quis enim credit, Christum aut tantum alieni liquoris, quo aquæ in sex hydriis lapideis contentæ saporem vini induceret, secum ad nuptias attulisse, aut, etiam si attulisset, eumque aquæ illi miscuisse, hanc fraudem nec ab architrichino, nec ab iis, qui hydriæ aquâ inpleverunt usque ad summum fuisse observandam? Hinc S. Thomas loc. cit. ait: » Vasa ista deseruntur, ad tollendam miraculi suspicionem, tum propter eorum puritatem... tum etiam propter vasorum quantitatem, ut evidenter pateat, quod aqua tot vasorum in vinum mutari non potuisse, nisi virtute divina. »

At apponit Woolstonus auctoritatem S. Chrysostomi, et malâ fide tanquam sententias hujus S. Patris proponere non dubitat ea, que idem S. doctor expressè refutat. Nam S. Chrysostomus in verbis, ad que Woolstonus per summam fraudem respexit, non promitt, quid ipse sentiat, sed calumnias impiorum hominum confutandas in medium profert, et mox confutat. Ille rursus, inquit, S. Chrysostomus Homil. 22 in Joan., alias Homil. 21, quidam cavillantur dicentes, ebriosum cœtum fuisse, hebetem gustantium sensum, qui rem non possent capere, nec judicium ferre, ita ut nescirent, an vinum, an aqua id esset,

nam quod ebrii essent, ipse architrichinus declarat. » Sed mox hanc objectionem S. doctor resellit, subjungens haec verba : « Ridiculum planè illud est; verum hanc illorum suspicionem jam subtiliter evan gelista. Non enim convivias ait de illâ re sentientiam tulisse, sed architrichinum, qui sobrios adhuc nihil gustaverat. Scitis quippe omnes, quibus conviviorum cura committitur, esse omnium maximè sobrios unam hanc curam habentes, ut cum recto ordine omnia disponantur. Ideoque sensum illum vigilem et sobrium ad-rei gestas testimonium evocavit. Non enim dixit : Infundite convivis vinum, sed : Ferte architrichino... Ut autem gustavat architrichinus aquam vinum factam, etc. Joan. 2, 8 et 9.

Ex hoc autem prodigioso Christi facto nequaquam consequitur, Christum vel intemperantiam illorum fuisse, qui invitati fuerant, vel ipsis bibendi, plus quam par est, ansam ac incitamentum dedisse; nam tanti miraculi admiratio cuinam tandem Christi veneratione non conciliare, atque temperantiam inspirare non debet?

71. Ad quintum respondeo cum Cl. Bullet, Salmerone aliquis interpretibus S. Scripture, et dico vocem, *inebriare*, in S. Scripturâ non semper significare crapulam; sed non semel habet aliam significacionem minus odiosam, solumque significat profusio rem latitiam, et moderatam satietatem ex rationabili fine intentam. Sic sponsus in Canticis, cap. 5, v. 1, ait ad amicos suos : *Comedite, amici, et bibite, et inebriamini, charissimi*. Neque tamen cogitare licet, quod eos ad crapulam et intemperantiam invitet. Et in Psal. 64, v. 10, legimus : *Visitasti terram, et inebriasti eam*, id est, satiasti. Et in L. Genesis dicitur de convivio exhibito à Joseph fratribus suis : *Biberuntque, et inebriati sunt cum eo*. In quem Scripturæ locum S. Augustinus ita commentatur : « Solent hinc ebriosi adhibere testimoniū patrocinium; non propter illos filios Israel (seu Jacobi Patriarchæ) sed propter Joseph, qui valde consunmabat: sed hoc verbum (*inebriati sunt*) et pro satietate solere ponit in Scripturis, qui diligenter adverterit, multis in locis inveniet. Unde est illud : *Visitasti terram et inebriasti eum...* eō quod in laude benedictionis hoc positum est in donum Dei commemoratur, appareat hanc ebrietatem satritatem significare. Nam ita inebriari, ut inebriantur ebriosi, nec ipsi terra utile est, quoniam (terra) majore quam satietati sufficit, humore corrumptur, sicut vita ebriosorum, qui non satiate se replent, sed mergunt diluvio. » Itaque similiter dicendum, quod vox *inebriati* Joan. 2, 10, non temulentiam, sed moderatam satietatem in sensu explicato significet; prout interpretes hunc locum recte expnunt. Audiamus Cornelium à Lapide, ita loquentem : « Et cùm inebriati (id est, exhilarati) fuerint. Ebrietas enim sepè in Scripturâ vocatur liberalior potus mentem exhilarans, sed rationis usu eam non priuans, si enim convivâ hi verè fuissent ebrii, utique eis Jesus aquam in vinum non mutasset; fovisset enim et auxisset eorum ebrietatem; sed potius po-

tioni finem impostisset, eosque domum amandâasset. Idem fecisset B. Virgo. »

Ceterum, quod Christus miraculo illo in nuptiis Cana Galilæe patrato convivis non deberit incitamentum ad ebrietatem, jam diximus et probavimus supra in fine responsionis ad quartum.

72. Ad sextum ex variis variorum responsionibus quas prolixè et perquam eruditè recenset Salmeron, seligo illam, quam ipse hic auctor tanquam unam ex melioribus, et Patrum auctoritate magnopere munitam amplectitur. Ait nimurum, quod Christus (si tenor verborum ipsius spectetur) asperi matrem sit allocutus, veluti repulsam dando, et tanquam matrem eam non agnoscendo; non ut matrem instrueret, quæ instructissima erat, et edocta à Deo; sed ut instrueret circumstantes, et posteros omnes, quod presertim præcœnes evangeli et persona sacra non propter gloriam carnis operari, sed in gloriam Dei omnia referre debeant. *Quid ergo mihi et tibi?* id est, non debet maculari affectu carnis, quod propter Deum sincero et puro corde fieri debet; ut instruat pontifices et episcopos, dñm rogantur à consanguineis, ut distribuant episcopatus, aut sacerdotia, aut alia quævis ministeria, nihil carni tribuere, aut sanguini, sed potius intrepidè dicant: *Quid mihi, et tibi est, mater, aut frater, vel soror?* etc. Et licet Christus asperè videatur locutus matri; ipsa tamen intus intellexit se esse exauditam. Et ita nullo modo verbi austeritate contristata, magnâ cum prudentiâ et modestiâ ad ministros convivii conversa dixit: *Quodcumque dixerit vobis, facite*. Atque hunc sensum confirmant, imprimis S. Justinus M., L. Q.Q. et Respons., quest. 436: « Illud, inquit, *quid mihi tecum est, mulier?* non ad objurgationem dictum est matri à Servatore, sed quasi hoc demonstrare (seu ad matrem dicere) vellet: *Non nos ii sumus, qui curam suscepimus vini, quod in nuptiis consumitur; tamen præ amore, si vis, ne deficiat eos vinum, dic ministris, ut faciant, quia ego eis dixerò, et videbis eis non desesse vinum;* id quod etiam accidit. Non ergo verbis matrem objurgavit, cum eam factis honoravit. » Similiter S. Bernardus, Sermone II in Dominic. II post Epiphian. ita eloquitur: « Sed manifestè jam video (ð Domine) quod non velut indignans, aut confundere volens virginis matris verecundiam, dixeris: *Quid mihi et tibi? cum venientibus ad te (juxta matris præceptum) ministris, nihil cunctatus facias, quod illa suggestis. Ut quid ergo, fratres, ut quid (Dominus) sic respondeat prius?* Utique propter nos, ut conversos ad Dominum jam non sollicitet carnalium cura parentum, et necessitudines illæ non impediunt exercitium spirituale. Quandiu enim de mundo sumus, debitores nos constat esse parentibus, at postquam reliquimus nosmetipsos, multò magis ab eorum sollicitudine liberi sumus. » Et S. Gaudentius, Brixinensis episcopus S. Ambrosio coevus, dum memorata Christi ad matrem suam verba, *quid mihi et tibi, mulier?* exponit, tract. 2 in Joan. : « Ipsa, inquit, beatissima Virgo, agnito responsionis hujus

profundo mysterio, intellexit non suggestionem suam presentem aspernante acceptam, sed secundum ictum spiritalem rationem in mysterio tunc dilatam. Ceterum nunquam mandaret ministris, quocumque dixerit vobis, facite, nisi Spiritu sancto post partum divinum plena non solum responsios Christi virtutem cognovisset, verum etiam futuri ab eo tunc ex aqua vini ordinem universum praevidisset. Quid enim lateret sapientiae Dei matrem, capaceum Dei, etc.? Ubi notandum, quod, quamvis S. Gaudentius illis Christi verbis, quid muli et tibi, mulier? alium sensum mysteriosum assignet, quam sit ille, quem nos assignavimus; prout patchit legenti totum illum tractatum hujus S. Patris; tamen, ut ex modo citato ejusdem discursu liquet, nobiscum in eo convenit, quod illa Christi ad matrem verba non sint hujus objurgatio, sed latentis mysterii, quod B. Virgo probè intellexerat, involucrum.

73. Instant, teste Cl. Bullet, increduli, et aiunt: Si filius matrem suam compellaret nomine, mulier, meritò judicaremus, eum irreverenter et contemptim alloqui matrem suam, ergo à pari. — R.: Mala est argumentatio à significazione alicujus vocis in nostra lingua, ad significationem ejusdem vocis in omnibus aliis linguis. Nam non omnia nomena eandem apud omnes populos significacionem habent, et fieri potest, ut aliqua vox diverso sensu sumatur. Ex. gr., vox tyrannus, juxta idiomam graecum, legitimum principem significat; apud nos verò pro illegitimo oppressore populi accipitur. Latro, juxta idiomam latinum, olim significabat etiam militem, hodiè autem tantum ponitur ad significandum hominem, qui furatur et prædas facit. Et sic de aliis ejusmodi exemplis loquendo.

Hoc prenotato, facile concedimus, quod, nomen *mulier*, in nostris vulgari linguis quandoque contemptum sonet; sed apud Hebreos sarpè non solum nullum contemptum, sed potius honoris titulum significat, qui voci Italæ, *donna*, vel Gallice, *dame*, quoad significationem respondet. Et profectò non est illo modo verisimile, quod Iesus Christus, dum in cruce pendens matrem suam dilecto discipulo Joanni tan tenero amoris affectu commendavit, illam contempserit; appellabat autem eam tunc nomine, *mulier*. Porrò Graci et Romani nomine, *femina*, vel, *mulier* etiam personas principes, ipsaque reginas appellabant, dum eas alloquebantur. Sie in L. *Aeneid*, versus 368, regine Dido nomen *femina* tribuitur: *Dux femina facti*. Et in *Cyropedia* Xenophontis ad initium libri 5, Araspas dux Cyri reginam Susorum nomine, *γυναι*, *mulier*, appellat, et paulò infra alius atate grandior dux capitivam hanc reginam solatarius, — ad eam ait: *Θεα γυναι, bono animo esto, mulier*.

74. Scholion. Apud Cl. Bulletum (1) Rabbinus quidam, qui contra catholicam religionem librum scripsit, hoc titulo *Nizzachon, Tela ignea Satanæ*, t. 2, p. 222, contendit, quod Christus matrem suam appellando *mulierem*, hoc ipso indicaverit eam non per-

petuò mansisse virginem. Verùm, si hic Rabbinus attentiùs S. Scripturam legisset, facile suum errorem, quo putavit, nomen *mulier* semper significare feminam, que virginitatem amisit, correxisset. Nam Eva, Genes. 2, 22, in instanti quo formata est, adeoque dum adhuc erat virgo, dicitur mulier: *Et edificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem: et adduxit eam ad Adam*. Item filia adhuc in paternā domo existens vocatur mulier, Num. 50, 4, ubi legimus: *Mulier si quidpiam foverit, et se constrainserit iuramento, quæ est in domo patris sui, et in aetate adhuc puerari*, etc. Taceo alia Scriptura loca, que hanc in rem adduci possent. Unde Origenes, Homil. 8 in Leviticum, prope initium, rectè ait: « Apostolus, ad Galat. 4, 4, Mariam mulierem non pro corruptela integratissimam, sed pro sexū indicio nominavit... » Est porrò et aetatis istud vocabulum, ejus scilicet, quæ feminæ sexui de annis pubertatis excedit, et ad id tempus, quo habilis viro videatur transitus. Sicut è contrario vir appellatur is qui adolescentia tempus excesserit, etiam si uxorem nondum habeat, cuius vir esse dicatur; que nomine appellari solet etiam si quos feminæ adiunctionis macula nulla perstringit. Si ergo rectè dicitur vir ille pro sola temporis aetate,..... quomodo non eadem consequentia etiam virgo, quæ intemerata permanisit, pro sola aetatis maturitate mulier nominetur? » Et S. Gaudentius, tract. 2 in Joan., Mariam asserit *mulierem appellari veritate serias, non detrimento integratissimam*, ac paulò post addit haec verba: *Hoc totum pro beatitudine Mariae dicerim, cum illam Christus mulierem nuncupaverit, quæ divino partu sic cepit esse mater, ut virgo sacrator permaneret*. Denique S. Hieronymus, Comment. in Galat. cap. 4, v. 4, pariter apertissimè ait: « Quod apostolus, sanctam et beatam matrem dominii, mulierem, non virginem nominavit, hoc idem et in Evangelio *κατά Ματθαῖον* scriptum est, quando uxor appellatur Joseph, et ab ipso domino quasi mulier increpatur. Non enim necesse erat semper quasi caute et timide virginem dicere, cum mulier sexum magis significet, quam copulam viri, et secundum intelligentiam gracitatis, *γυναι* tam uxor quam mulier valeat interpretari. » Ex his igitur Patrum testimoniosis, et rationibus, ac ex ipsis S. Scriptura textibus supra adductis, patet quod nomen *mulier* in S. Scriptura significet quidem sexum, vel (uti Origenes vult) etiam aetatem personæ de qua sermo est, non autem semper feminam quæ non amplius virgo sit.

75. Quares XIX: *Quid Woolstono paralytici miraculosam curationem apud Probatum piscinam* (Joan. cap. 5) *irridenter respondendum*. — Resp.: Etsi magna patetius opus sit tum nobis ad referendas, tum lectoribus ad audiendas tot impii hominis contra memoratum Christi miraculum effusas blasphemias, tamen ad ostendendam Woolstoni aliorumque ei similiū tum ignorantiam, tum petulantiam, operæ pretium est ad singula ejus dictaria paulò distinctius respondere. Illud ergo 1^o querit Woolstonus, quæ de

(1) Loc. cit. pag. 445.

causa Probaticæ piscinæ solus Joannes mentionem fecerit; Josephus autem, qui conscripsit historiam Iudaicam, nihil de illâ traderit? Numquid hoc claram indicium, quod piscina illa, et miraculum apud can-dem patrum sint conficta? 2º Si Joannes sua nar-rationi probabilitatem conciliare voluisse, profecto, inquit Woolstonus, innere debuisset, quo tempore angelus descendebat, ut aquam moveret; indicare quot vicibus in singulos annos vel menses ant hebdomas hoc siebat, atque determinare cur unus tantum curabatur. Propter defectum itaque harum circum-stantiarum miraculorum istud, inquit, incredibile redi-titur. 3º Querit, anne languentes, cœci, claudi et aridi in aquam sese immittere possint? anne probable sit, languidum, quem Christus sanasse dicitur, tam-diù frustra expectassè, ut aquæ ab angelo moveren-tur? 4º Querit, an dignum Christo ejusque charitate fuerit, ut ex tam multis languentibus, cœcis, claudiis, aridis, qui ibi jaceant, expectantes aquæ motum, unum duotaxat sanaret? 5º Unde ulterius inferit, illum languidum, quamvis triga. et octo annis infirmitate laboraverit, tamen tunc primò, quando Christus cum eo colloctus fuit, naturaliter ab illâ convalessse, et Christum, qui neverat statum hominis, absque intentione faciendo miraculum illi simpliciter dixisse, ut surget, tollat grabatum suum, et ambulet. Evidem si Christus omnes sanasset, istum quoque, de quo hic sermo est, miraculosè sanatum fuisse, credi posset; at cùm istum tantum sanatum fuisse legatur, non per miraculum, sed naturaliter id ei contingisse dici debet. Ita concludit Woolstonus. 6º Denique querit, quomo-dò per Jerosolymitanum magistratum factum fuerit, ut infirmiores tantum illarum aquarum beneficio frue-rentur? Verum impia hæc Woolstoni argutiae hand adeò difficulter refelli possunt.

76. Nam ad primum, quamvis solus Joannes, et præter ipsum nullus alijs Evangelista (nam de Josepho postea dicemus) hujus miraculi mentionem fecerit, tamen Woolstonus, si historia et criticæ regulas at-tendamus, fidem ei detrectare non potest. Sapè enim unus historicus factum aliquod, ex. gr., alicuius regis aut personæ celebris narrat, quod alijs, qui ejusdem regis aut personæ res gestas conscripsit, tacet. Modò ergo qui tale factum referit, vir gravis et fide dignus sit, modò ipsum factum nihil impossibile aut improbabile in se habeat, inde incredibile videri non debet, quia in eodem facto ab uno, et non ab alijs scriptori-bus mentio facta fuit. Etenim cur unum, aut alterum ab aliquo scriptore omissum, ab alio non item, multæ rationes subesse possunt, nobis sepè incognitæ, quin ideò de historicâ veritate talis facti, quod unus narrat, et alijs omissum, dubitare fas sit, saltem si scriptor in illis quæ ab alijs omissa sunt, omnem prorsus fidem meretur, illaque non solum non repugnant, sed etiam ei, cui tribuuntur, valdè convenientia sunt. Quamvis ergo solus Joannes paralyticum illum apud Probati-cam piscinam à Christo sanatum fuisse referat, tamen; cùm et S. Evangelista etiam ut historicus omnem fidem mereatur, et non inconvenienteper hæc

quoque sanatio, non secùs ac alie multæ, que apud Evangelistas leguntur, virtuti Christi conveniat, inep-tè atque imperitè Woolstonus hujus rei veritatem im-pugnat.

Cùm autem ad negandum istud Christi miraculum Josephi Judei silentium de Probaticâ illâ piscinâ ad-duxit, imitatus est infelices Anabaptistæ, qui pariter hanc de Probaticâ piscinâ historiam, teste Salmerone, è medio tollere conabantur, eâ de causâ, quod Josephus, diligentissimus scriptor rerum Judaicarum, nullam de illi mentionem faciat, et de eâdem nihil in veteri Testamento dicatur, cùm templum describi-tur. Sed nihil mirum est, si de piscina illâ Josephus nil scribat. Nam non omnia quæ ad Iudaicam histo-riam pertinent, in suis scriptis commemorat. Sie, ex. gr., nil in illis inventur de historia Judith, que la-nu[m] propria est gentis Judaicæ et veteris Testamenti. Sunt tamen nomnilli auctores, qui probable autu-mant, Josephum Probaticæ piscinæ aliqui mentionem aliquam facere (1). Verum, tametsi eam nullibi face-ret, quidnam tandem inde pro se Woolstonus cum Anabaptistis colligere potest? Au non saepenmòr fit, ut historici aliquando id omittant, quod nos observa-tione dignum putamus? Ceterū, transmissò quòd Josephus de Probaticâ piscinâ sileat, non tamen de illâ silet Tertullianus, et quidem in lib. contra Ju-dæos, ubi ita ait: *Lex et prophetæ usque ad Joannem fuerunt, et piscina Bethsaida usque ad adventum Christi, curando invætudines ab Israel; desit à beneficio deinde, cùm ex perseverantia furoris sui nomen Domini per ipsos blasphemaretur.* Quæ vera esse dubitandum non est, cùm à Tertulliano ipsis Juðæis tam confi-denctor objecta sint. Similiter S. Hieronymus, testis oculatus (2), de Probaticæ piscinâ hæc habet: *Pisci-na in Hierusalem, quæ vocatur προβατικη, et à nobis interpretari potest peculis. Hæc quinque quandam porticus habuit; ostendunturque gemini lacus, quo-crum unus hyperboreis pluviis adimpleri solet, alter mi-crum in modum rubeus, quasi cruentis aquæ, antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in eo lavari à sacerdotibus solitas ferunt, unde et nomen acco-pit (3).* Ergo ex Josephi de hæc piscinâ silentio nec Woolstonis, nec Anabaptistæ aliquid efficaciter probare possunt.

Neque Anabaptistæ contra veritatem illius piscinæ quidpiam evincunt ex silentio veteris Testimenti de eâdem piscinâ. Quamvis enim de hæc vetus Scriptura nihil aperte dicat, insinuat tamen piscinam hanc l. 2 Paralip. cap. 4, quando meminit maris ænei, ter et mille metretas sive batos continentis, et decente con-charum quinque ad dexteram, et quinque ad sinistra-stram positarum, in quibus lavabantur omnia sacer-dotalia.

(1) Vide Cl. Thomam Cerboni, loc. cit. p. 102.

(2) De Locis hebreicis, v. Bethesda.

(3) Rectè dicit S. Hieronymus, quod piscina Probaticæ interpretari possit: *Piscina peculis.* Nam; ut Calmetus in suo Dictionarie Biblico eruditè observat, piscina Probatica lotioni ovium et hircorum ad usum sacrificiorum destinata erat; unde nomen *Probatica* ex græco, προβάτων; *obis.* vel *pecus.*

ficia offerenda. Ideò enim opus erat conceptaculus aquarum: quæ per subterranea effundentur loca, et apertè Aristeas, lib. de 70 Interp. ad Philocratem, horum conceptaculorum meminit, his verbis: « Aquarum verò receptacula, quæ plurima ad dilundendum jugularatum hostiarum sanguinem funduntur, comodis locis oculuntur... Sed mirabilius est, et ferè inenarrabile, subterraneorum conceptaculorum magnitudo, quæ ad quinque usque stadia per circuitum templi cuncta penetrat; plumbeæ ad ea fistulas quæcumque per muros ac templi solum, quibus omnia abluantur mundanturque, descendunt. Sunt et apud aræ basim frequentes aperture, omnibus (nisi his qui ministrant) incognitæ, quarum influxu ac impetu omnis ex hostiarum multitudine crux purgetur. Receptarum autem aquarum multitudinem per hunc modum conjectavimus. Nam cùm nos stadia quatuor ultra urbem duxissent ad quemdam locum, iubent nos subterfluentum undarum sonitum audire; qui mihi quidem magnorum vasorum confluxus visus est. » Ille Aristeas. Ex cuius verbis, ut Salmeron rectè observat, conjicitur, facilè accidisse potuisse, ut aquæ illæ per occultas fistulas in piscinam Probaticam influerent, atque iterum ex eâ per alios meatus extra urbem effundentur.

77. Ad secundum, resp. Woolstonum inepitè conqueri, quòd circumstantie, quas ipse recenset, non fuerint à S. Joanne commemorate. Nam, ut Jocherus in examine Paralogismorum Thomas Woolstoni de miraculis Christi, dissert. 3, num. 4, contra generali illam Woolstoni propositionem, *Evangelistas nimis dinaturè nobis miracula Christi referre*, rectè observavit: « Sufficiensne circumstantiarum commemoratio sit, è fine historiographi dijudicandum est. Quòd si ille prolixos et completos commentarios molitur, prorsùs nihil prætermittere debet; ad quam legem se neutiquam astringit, qui modò compendium meditatur. Justa de operibus Christi volumina concedere, Apostolis non erat in animo, quippe quibus capiendis mundus non suffecisset (Joan. 21, 23); ad compendium autem nihil amplius requiritur, cumprimit si ea, quæ traduntur ad formandas de rebus gestis notiones, satis sunt apta; quod de quovis miraculorum (Christi) speciatim evincit potest.... Si Evangeliorum conditores sunt testes fide digni, sufficient eos commemorare, claudos, caecos et alios alii morbis vexatos homines, Christum adiisse. Si hanc eis laudem denegamus, neque prolixior morborum descripsio iisdem conciliatura est fidem. » Ita Jocherus. Igitur necesse non fuit ut Evangelista narrans prodigiosam sanationem paralyticorum ad Probaticam piscinam, illas, quas Woolstonus recenset, circumstantias commemoret. Quandoquidem et veritatem illius miraculi à Christo patrati necesse haud erat nōsse, quo determinato tempore, quoive vicibus Angelus descendederet, ut aquas moveret, et num plures vel pauciores antea sanati essent. Expressit tamen S. Joannes ea qua ad miraculum illud, quod ibi enarrare sibi propoœuit, ritè describendum oppidò conducebant. Sic

diuturnam infirmitatem illius paralytici à Christo sanati refert, dicens Joan. 5, 5: *Erat autem quidam homo ibi, triginta et octo annos habens in infirmitate sud.* Et Probaticam piscinam cum omnibus circumstantiis accuratè describit: « Quæ quidem describitur, inquit S. Thomas, Lectione 1 in Joan. cap. 5, ex quatuor, scilicet ex nomine, ex dispositione, ex inhabitatione, et ex virtute. Ex nomine quidem, cum dixit: *Probatica piscina.* Probaton enim græcè ovis dicitur. Probatica ergo piscina quasi ovaria dicitur, ex eo quòd sacerdotes cadavera bestiarum, et precipue ovium, quæ ut plurimum in sacrificiis offerebantur, ibi abluebant.... Ex dispositione autem describitur quia erat quinque porticus habens; scilicet per circuitum, ut multi sacerdotes absque impedimento commode starent ad lavandum cadavera bestiarum.... Ex inhabitatione autem describitur, quia in his, scilicet porticibus, jacebat multitudo magna. Cujus literalis ratio est propter occursum omnium infirmorum ad virtutem aquæ.... Ex virtute verò describitur piscina, quia sanat ab omni infirmitate corporali virtute Angeli descendentis. Et ideò dicit: *Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, et movebatur aqua.* »

78. Ad tertium, resp.: Si qui erant, qui hujusmodi infirmitate laborarent, ut per se in aquas intrare non valerent, aliorum ope hoc consequi poterant. Hinc languidus, quem Christi sanavit, hominem se non habere dolebat, à quo in piscinam mitteretur, quando aqua illius turbata foret, Joan. 5, 7. Extraordinarium autem patientiae exemplum hunc languidum aliis praebuisse, dum per spatium triginta et octo annorum expectavit, ut sanaretur; negari quidem non potest; ideò tamen dici non debet, impossibile fuisse, ut tanto intervallo temporis patientia illius non frangeretur. Et reverè patienter se semper habuisse, inde quoque merito conjici potest, quia per miraculum à Christo tam misericorditer ac statim sanatus est.

79. Ad quartum, resp. et dico, enormè prorsus Woolstoni esse impudentiam, quā rationem agendum ipsi Christo præscribere ausus est. Verū, quām inepitè hunc paralyticum à Christo sanatum non esse, inīferat, quia non omnes curati sunt, nunc expediamus. Ponamus, unum è multis, qui ad supplicium damnati sunt, regis clementiā liberatum esse, quia, ex. gr., rex aliquid speciale in eo perspexit, quod ad misericordiam illum inclinaverit. Certè tunc mala esset hæc argumentatio: Rex, licet posset, non omnes, qui ad supplicium damnati sunt, liberavit: ergo neque istum liberatum esse dici debet. Hujusmodi autem argumentatio illa est, quā utitur Woolstonus. Sed quoniam charitati Christi adversari asserit, unum duntaxat ad piscinam illam fuisse à Christo sanatum; beneficentiam regis tantam fuisse ponamus, sèpissimè etiam non rogatus miseris opeū tulerit, rogatus verò omnium, qui se obtulerunt, indigentius prospexerit; tamen aliquando unius tantum necessitatì subvenierit, quia, ex. gr., suā ope eum peculiariter dignum esse vidit, cæteros autem, ob certam aliquam causam, præ-

tererit. Quero, an talis rex misericordia praeditus non esse dicendus est? Bella sanè hec foret illatio! Applicemus jam hanc paritatem ad Christi Domini gesta et beneficentiam. Christus fuit, qui, dum *castella et civitates circuivit, ... curavit omnem languorem, et omnem infirmitatem*, Matth. 9, 33; *cujus fimbriam vestimenti... quicunque tetigerunt, salvi facti sunt*, Matth. 14, 36; *ad quem accesserunt... turba multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, et altos multos; et proiecserunt eos ad pedes ejus et curavit eos*, Mauth. 15, 30; *septem panibus, paucisque piscibus, quatuor millia hominum satiavit*, ibidem, 38, aliaque beneficentissima sue charitatis argumenta evidentissima exhibuit; attamen apud Probatum piscinam unum tantum hominem ob aliquam rationem speciem, quam divinitus perspectam habuit, sanavit; ergo non fuit insigni charitate prædictus. En Woolstoni illustrationem non minus impiam, quam primis logicæ regulis repugnantem.

80. Ad quintum resp., non nisi ab homine pertinacissimo aut emotæ mentis, negari posse, paralyticum illum à Christo prodigiò sanatum esse. Quandoquidem per hoc, quod Jesus illi dixit: *Surge, tolle gratum tuum, et ambula*, statim sanus factus est, quamvis infirmitas tam inveterata in illo esset, ut à triginta octo annis eamdem sustineret. Tunc autem vidisse Christum, hominem naturaliter ab infirmitate convalescisse, delirans Woolstoni commentum est. Quis enim credit, quod ex infirmitate triginta et octo annorum homo naturaliter, absque remediis, in iectu oculi repente convaluerit, idque Christus (juxta Woolstounum purus homo) continuo senserit? Quis, inquam, hoc credit, præsentem cùm sit ipse qui sanitatem acquisivit, non aliis mediis, sed virtute Christi sanitatem se acquisivisse palam et coram omnibus professus fuerit, et nemo Iudeorum extiterit qui contradiceret; immo ipsa rei veritate convicti, cùm miraculum à Christo revera factum fuisse negare non possent, arguendi illum occasionem inde accepere, quod hominem die sabbati curasset? Joan. 5, 16.

81. Ad sextum resp. et dico, non satis constare quid Woolstonus velit, quando querit quomodo per Jerosolymitanum magistratum factum fuerit, ut infirmiores tantum Probatas piscinæ beneficio fruerentur? Cæterum illud ratione conveniens esse dicimus, nihil hac de re à Jerosolymitano magistrato fuisse constitutum, sed unicuique permissum, ut, prout vellet, atque indigeret, suam salutem per illas aquas recuperare conaretur; unde *ibi jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expellantium aquæ motum*, ibid. v. 3.

82. Queres XX: *An illuminatum hominis à nativitate cæci à Christo facta* (Joan. cap. 9) *fuerit verum miraculum.*—Resp. affirmativè. Nam 1° certum est, quod hoc Christi factum fuerit publicum, et universa civitati notum. Hominem enim illum à nativitate cæcum fuisse, non solum testati sunt parentes ejus, Joan. 9, 20, sed omnibus id notum erat, cum in publico loco sedere consuetus ille à quolibet transeunte tanquam

homo cæcus à nativitate eleemosynam petret, ibid. v. 8. 2° Ipse adeò Pharisæi auditio hoc prodigo in admirationem rapti sunt, ita ut schisma inter eos oriretur, et aliqui ex illis dicenter, ibid. v. 16: *Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* 3° Post institutam etiam judicialem hujus facti cognitionem, Pharisæi, et ipsius cæci et parentum ejus testimonio convicti, deprehenderunt, hunc hominem reverâ fuisse à nativitate cæcum, et à Christo illuminatum. 4° Unde hi ipsi jurati hostes Christi veritatem miraculi negare non potuere; nihil enim aliud contra factum istud dicebant, quam: *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit*, ibid. Nam in die sabbati hunc cæcum Christus illuminavit. Cùm igitur de veritate alius facti certissimè constat, quando illud non solum ex testimonio famae publicæ, sed etiam ex confessione eorum qui id quam maximè vellent non contigisse, reverâ contigit, manifestè consequitur, illam miraculosam illuminationem hominis à nativitate cæci à Christo certissimè fuisse peractam.

83. Sed audamus quid increduli, præcipue Woolstonis, contra hoc miraculum opponat, ejusque impias cavillationes refutemus. Igitur scriptor iste anglicanus disc. 1 et 4, *On the miracles*, sequentia opponit: 1° Oculi, inquit, multiplicitibus morbis obnoxii sunt, quorum alii naturâ atque arte curari possunt, alii non item. Inde verò est, ut certò definiri non possit, num cæcus, cui facultatem videndi (Joan. cap. 9) Christum contulisse legitur, per miraculum sanatus fuerit; non enim certò constat, utrum cæcitas illa oculorum naturâ vel arte depelli non potuerit. 2° Evidenter, si Jesus nullis adhibitis remediis fecisset ut homo ille statim videret, tunc miraculo locus esse posset; at cùm humanis usus sit remediis, atque ut oculos cæci aperiret, sputo atque luto linierit, et deinde aquâ abluidos curaverit, eo ipso dicendum est, nihil per miraculum ab eo fuisse gestum. 3° Aliunde autem res ista est omnino incredibilis, prout eam à Joanne peractam esse narratur; nam lutum sputo commixtum quomodo tandem pro oculis salutare remedium esse potest? 4° Unde dicendum est Christum ad remedia medicina: secretò recurrisse, et cùm aliquid balsamicum aptum ad depellendam cæcitatem in ore teneret, salivâ eodem balsamico jann imbutâ oculos cæci linivit, ut sic operaretur, quod operatus per miraculum fuisse jactatur. Hucusque Woolstonus.

Verum resp. ad primum. Etiam nos fatemur, non nullos morbos oculorum naturâ atque arte curari posse, alios non item. At hunc, de quo loquimur, naturâ et arte curari potuisse, quomodo Woolstonus probabit? Profectò à seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati, Joan. 9, 32, ut etiam in arte medica peritos consentiunt (1); ergo arte vel in industria cæcitatem curari non potuit.

Ad secundum dicendum, adhibitis remediis tunc solum veritatem miraculi enervari, quando illa vim

(1) Ita Joecherus alterà dissert. de Examine Paralogismorum Thomæ Woolstoni de Miraculis Christi, num. 2.

naturalem aut proportionem congenitam in se continent ad producendum effectum; fatente autem ipso Woolstono lutum sputo commixtum, quod Christus in curando hoc cæco adhibuit, depellendæ cæcitati obest potius quam prodest. Ergo quamvis Christus memorata remedia adhibuerit, tamen curationem per miraculum factam fuisse dici debet.

Neque nobis opponant increduli (1) auctoritatem celebris medicis ocularii D. Gendron, qui ad depellendos morbos oculorum sepius nullum aliud remedium præscripsit, quam usum communis balnei, aut lotionem; formè sicut Christus cæcum illum jussit lotione uti: *Vade, lava in natatoria Siloe...* *Abit ergo; et lavat, et venit videns*, Joan. 9, 7.—Resp. enim, et dico D. Gendron utique iis qui oculorum inflammatione laborabant, nil nisi usum frigidae præscripsisse, sed cæcos à nativitate hoc remedio curare nonnquam tentavit. Ceterum Christus cæcum à nativitate poterat quidem solo verbo curare, ut sanavit cæcum prope Jericho, Luc. 18, 42, 43, aut solo attactu visum restituere, ut fecit cum duobus cæcis, Matthæo teste, cap. 9; voluit autem pro sanctissimâ suâ voluntate, quando hominem à nativitate cæcum curavit, mediis quibusdam et instrumentis uti: *Fecit lutum ex sputo, et lavavit lutum super oculos ejus, et dixit: Vade, lava in natatoria Siloe*, non quasi virtute naturali horum mediorum cæco restituendum esset lumen oculorum, sed ex aliis sapientissimis causis, quarum plures recenset Salmeron (2), et nominatis causam, cur cæcum illum ad natatoriam Siloe miserit, cum D. Thomâ, lect. 4 in Joan. cap. 9, assignat istam, ut illustrior esset omnibus hujus cæci fides et obedientia, nihil detrectantis eorum que à Christo jubeantur, et ut novitas spectaculi, et mora longioris itineris plures miraculi testes evocaret. O Angelicus addit adhuc aliam causam, scilicet ut confutetur Judeororum durities: *nam oportebat, inquit, hunc cæcum vadentem ad natatoriam Siloe transire ciuitatem, ut sic omnes viderent eumdem cæcum euntem, lutum super oculos habentem, et redeuentem, visu suo restituto*.

Ad tertium. Negari non potest, incredibilem omnino videri debere Joannis narrationem, si ille mirabilis illam hominis à nativitate cæci curationem aut ad sputum luto commixtum, aut ad quaslibet alias vires naturales referret; sed sicut alia Christi prodigiosa facta, sic etiam hoc divine Jesu Christi virtuti adscribit, utpote quem non semel verum D. um esse proficit, et divinitatem suam miraculis confirmassæ, non uno in loco (3) testatur.

Ad quartum dico, Wolstonum sine omni ratione aliquid asserere, de quo nec minimam habere posset conjecturam; certè Pharisei rem hanc examinârunt,

(1) Vide Cl. Bullet, Réponses critiques, tom. 3, pag. 357 edit. an. 1819.

(2) Tomo 6, tractatu 6 de Miraculis Christi, pag. 253 et 254.

(3) Sic Joan. 5, 86, Christus ad Judeos ait: *Ipsa operia, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me*. Vide etiam Joan. cap. 14, v. 11 et 12, cap. 10, v. 37, 38; cap. 11, v. 4; cap. 15, v. 24.

qui ullum adhibiti arcâni remedii vestigium vel à longè deprehenderint. Dein, numquid inveteratum adœ malum, quale est cæcitas à nativitate existens, unico balsami affictu tam citò sanari potuisse? Aut cur demùm Christus balsamo opus habuisset, qui et absentem centurionis paralyticum puerum sanavit, et alios praesentes sola voce in pristinam sanitatem restituit; ut in sequenti scholio mox videbimus.

84. Scholion. Quod singulari divine providentia consilio plerisque incredulî accidit, ut sibi frequenter contradicant, et sine coherentia doctrinae loquuntur, id et etiam in impugnandis Christi miraculis Woolstono contigit. Nam curationem hominis à nativitate cæci, Joan. cap. 9, negat fuisse verè miraculosam ex ratione; quia Christus in sanatione hujus cœci humanis, ut sit, usus est remedii; et simul tamen ipse fatetur, lutum sputo commixtum potius ad inducendam quam ad depellendam cæcitatem conducere. Præterea, disertis verbis fatetur, quod sanationi hominis à nativitate cæci ratio miraculi conveniret, si illa sine aliis remedii sola Christi voce fuissest peracta. Omnes igitur illos effectus (si consequentiam doctrinae servare velit) tanquam verè miraculosos debet admittere, quos Christus solo vocis sue imperio produxit, cuiusmodi non pauci ab Evangelistis recensentur (1). Quomodo verò Woolstonus poterit facultatem vera patrandi miraculi concedere Christo, hoc est, illi, quem ceu callidum impostorem in factis ab ipsis editis toties et tam impudenter traducit? En turpes et manifestas contradictiones hominis increduli et impii.

85. Quares XXI: *An resuscitatio Lazari mortui* (Joan. cap. 11) fuerit verè miraculosa. — Resp. affirmativa. Nam quidquid in contrarium opponunt Woolstonus, Horus, Rousseau, aliqui increduli, sunt mera commenta, absque ullo probabili argumento confusa, prout ex dicendis patebit.

1° Itaque larvatus Horus hanc resuscitationem nihil aliud fuisse communiscitur, quam fraudulentam concediam à Lazaro ac hujus sororibus Mariâ et Marthâ ex condito adornatam, ut sic Christo speciale favorem exhiberent, aut eidem eximiant aestimationem et auctoritatem conciliarent tanquam viro thau-maturgo, qui hominem jam quatuor diebus mortuum ad vitam revocasset. Floro autem hâc in fabulâ construenda Woolstonus facem prætulit, qui pariter omnes circumstantias resuscitationis Lazarî, prout à S. Joanne referuntur, de fraude et impostura suspectas habet. Verum nullum prorsus est probabile fundamen-

(1) Sic Christus, 1^o homini cæco atque muto, Matth. 22, nullâ facta mentione adhibitorum remediorum, usum oculorum simul et linguae contulit. 2^o Apud eundem Matthæum cap. 8, v. 15, Christus absens paralyticum centurionis puerum sanavit, et ibidem v. 26, *imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna*. 3^o Apud Marcum 10, 52, Christus solo verbo suo facultatem videndi cæco Bartimæo, tribuit. 4^o Apud Lucan. 6, 10, homini, qui manum habebat aridam dixit Christus: *Extende manum tuam, et extendit; et restituta est manus ejus*. 5^o Apud Joannem 11, 43 et 44, Christus voce magnâ clamavit: *Lazare, veni foras;* et statim prodidit, qui fuerat mortuus.

mentum hujus suspicionis. Quis enim credit Lazarum permisisse ligari pedes et manus suas, institi; faciem vero invicti sudario, sicque se in speluncā, lapide superimposito per quadratum includi (1), eā de causā, ut malitiosi impostoris aut fanatici homini auctoritatem tanquam viri thaumaturgi promoveat?

86. Sed instant Woolstonus et Horus, ac quæstiōnem movent, cur Mattheus, Marcus, et Lucas, qui suum Evangelium ante Joannem scripserunt, de miraculo resuscitati à morte Lazari altum silent, cū tamē hoc miraculum, si reverā factum fuisset, unum ex præclarissimis foret, et memorati Evangelistæ sibi id proponserint, ut Christi gloria et potentia toti mundo manifestetur? Numquid hic fraus latet, dūm tacentibus prioribus Evangelistis de resurrectione Lazari, solus Joannes, et in extrema senectute sūa, et post mortem eorum qui hujus resurrectionis testes esse potuerint, eamdem publicavit? — R.: Falsum omnino est, ut nūm. 76 dixi, fidem aliquas auctoritēs solūn de causā suspectam reddi, quia aliqua facta commemorat, quæ alii eadem de re scribentes omiserunt; aliæ enim pauci admodū scriptores, seu sacri, seu profani, darentur, qui omnem mercantur fidem. Tunc igitur suspicionis locus esse potest, si illi, qui de eadem re scripserunt, omnia exactè narrasse se testentur; hujusmodi autem assertionem in nullo ex tribus illis prioribus Evangelistis reperire est. Quamvis enim multa de Christo distinctè referant, non pauca tamen de factis ipsius generatim tantum indicant, ut videre est in Evangelio Matthei, capitib. 8, 9, 14; Marci, capitib. 1, 3, 6; et Lucæ, capitib. 4, 7. Accedit, quòd Joannem peculiares rationes potuerint inducere, ut miraculum resuscitati Lazari, quod alii Evangelistæ omiserunt, specialiter referret. Atque probabiles ejusmodi rationes commemorat in Bibliotheca Britanica auctor Observationum in caput undecimum S. Joannis, ubi hanc, de quæ agimus, Woolstoni objectionem refutat. Una ex his rationibus est, quia eo tempore, quo tres priores Evangelistæ scripserunt, erat certa et perulgata hujus miraculi notitia apud omnes Judæos; illud enim patratus est Christo coram multis, qui etiam ex Ierosolyma, à quā Bethania non distabat nisi quasi stadiis quindecim, Joan. 11, 18, venerant ad Martham et Mariam, ut consolarentur eas, et qui cùm id viderint, crediderunt in eum, ibid., et adhuc cum ipso Lazarus in vivis erant. Cùm autem tempore S. Joannis jam sensi, hujus miraculi, aut-altern circumstantiarum id comitantium, memoria paulatim intercederet, illud cum adjunctis suis idem S. Evangelista divinitus inspiratus litteris consignavit. Altera ratio, cur alii Evangelistæ de hoc miraculo situerint, verisimiliter erat impotens furor principum sacerdotum et pharisæorum contra eos qui de hoc miraculo, quo divina missio Jesu Christi manifestè demonstrata est, cum admiratione loquebantur. Certe magnitudo hujus miraculi adeò perstrinxit lividos illocum Christi osorum oculos, ut cogitaverint Jesum

interficere (1); inòd (2) cogitaverunt.... principes sacerdotum, ut et Lazarum interficerent. Porrò additur adhuc alia ratio cur S. Joannes de miraculo Lazari speciale mentionem fecerit, quia nimurūm S. hic Evangelista ad conscribendum Evangelium suum ex eo potissimum motivo permotus est, ut haereticos, qui sūa jam atate divinitatem Christi negabant, confutaret; prout tum ea, quæ ab initio Evangelii sui exaravit, apertè commonstrant, tum etiam SS. Patres, S. Hieronymus, de Viris Illustr. cap. 9, S. Epiphanius, l. 2 adversus Haeres, heresi 51, et auctor præfationis ad tractat. 124 S. Augustini in Joannem, ob-servant. Atqui nihil divinitatem Christi et divinam ejus missionem magis luculententer ostendit, quām insignia illa ab eo patrata miracula, ad quæ ipse, ut divinitatem suam ac divinam missionem suam probaret, provocavit; sed inter haec miracula indubitate est etiam illud de resuscitato à mortuis Lazaro, ut jam supra, sect. 2, n. 50, ostendimus.

87. Sed instat ulterius Woolstonus, et in resuscitatione Lazari fraudem intercessisse suspicatur, quia Iudei, auditio hoc miraculo, tanto furore contra Jesum et Lazarum insurrexerunt, ut eos occidere cogitarent, verisimiliter ob imposturam in hæc resuscitatione detectam; que suspicione inde confirmatur, quia Christus post patratum hoc miraculum *jam non in palam ambulabat apud Judæos*, sed aufugit in Ephrem, et ibi morabatur cum discipulis suis. — Resp. et dico, vanam et impianam esse hanc Woolstoni suspicionem. Nam S. Chrysostomus, homil. 66, alias 65 in Joan., nouam duntur rationem afferit, cur hoc miraculo non fictè, sed verè patrato, contra Lazarum atque Christum animi Judæorum tantoperè incitati fuerint. Atqui, inquit laudatus S. Pater, multa signa fecerat Jesus, sed nullum eos (Judæos) ita effrayerat, non paralyticus, non cæcus curati. Hoc enim (miraculum Lazarus r. suscitati) natura admirabilius erat, et post multa factum, et mirandum erat mortuum quatri-duanum ambulante et loquentem videre.... Præterea illuc (ob paralyticum in die sabbati ad Probaticam piscinam, Joan. c. 5, sanatum, et ob cæcum à nativitate, Joan. c. 9, pariter sabbato illuminatum) de violato sabbato accusabant eum (Christum)..... Hic verò, quia nihil poterant eri-minis afferre, contra suscitatum machinantur. Neque poterant hic dicere, ipsum (Christum) esse Patri adversarium; precatio enim (quam Joan. c. 41, 41 et 42, ante resuscitationem Lazarī ad Patrem divinum fundebat) cohibebat illos. Quoniam igitur sublata erat assidua illa accusandi materia, signum conspicuum erat, ad cædem feruntur. Verum, ut utar S. Augustini verbis ad finem tractatū 50 in Joan. cap. 12: « O stulta cogitatio, et cæca sævitia! Domini nūs Christus, qui suscitare potuit mortuum, non posset occidimus? Quando Lazarus inferebatur necem, numquid aufereremus Domino potestatem? » Cūm autem tempus passionis nondūm advenisset,

(1) Vide Cl. Thomam Cerboni Theol. revel. tom. 2, lib. 3, quest. 1, art. 2, § 2, num. 40.

(2) Joan. 12, v. 10.

Idèo mirandum non est, quòd Christus post patratum hoc miraculum à Judeis se subtraxerit, et abierit in regionem iusta desertum, in civitatem quo dicitur Ephrem, ne à Judeis caperetur. Falsissimum autem est, quòd propter imposturam in resuscitando Lazaro commissam et detectam aufugerit, ut Woolstonus impie suspicatur. Numquid enim Christus post non multos dies è civitate Ephrem Bethaniam rursus redit, Joan. 12, 1, ubi Lazarus fuerat mortuus? Nonne ibi unà cum Lazaro simul cœnavit, ibid. v. 1? Nonne cognovit turba multa, quia illuc est; et tenerunt non propter Jesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit à mortuis, ibid. v. 9? Nonne turba multa que venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Jesus Jerosolymam, accepérunt ramos palmarum et processerunt obviam ei, et clamabant: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, rex Israel.... Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumento, et suscitavit eum à mortuis. Propterea et obviā ei venit turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Solus ergo Woolstonus adeò impudens erat, ut affirmare auderet, Christum in civitatem Ephrem aufugisse eā de causā, quòd impostura, quam in resuscitatione Lazari adhuc bussaret, detecta fuerit.

88. Corollarium. Causa, cur principes sacerdotum non crediderint in Christum, post patratu ab eo tanta miracula, ex gr. illuminati homini à nativitate cœci, Lazarus à mortuis revocati, etc., non erat, quia litorum miraculorum veritas merito erat suspecta, sed invidia de Christi gloriâ propter hæc ipsa miracula, ex quâ sibi et rebus suis quâm maximè timebant. Unde post Lazarum à Christo resuscitatum dixeré, Joan. 11, 47: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

89. Postquam Woolstonum et Horum, qui resuscitationem Lazari fuisse factum fraudulentum suspicantur, refutavimus, agendum jam contra famosum Rousseau, qui hoc miraculum alio ex capite impugnat. Contendit, in hoc prodigio tali omnia contigisse naturaliter. Lazarus, inquit, non erat quidem mortuus, sed tamen sensibus verè destitutus; Jesus autem, dum vox magnâ clamavit: Lazarus, veni foras, hæc inclinatione illum ex deliquio excitavit, et ista excitatio habebatur à circumstantibus pro resuscitatione à mortuis. Verum resp. et cum Cl. Bullet contra hanc commentationem explicationem memorati deista oppono sequentia. 1º Sorores Lazari Martha et Maria fratrem suum tenerrimè amabant; ergo non est verisimile, quid eum vivum monumento includi permiserint, nondùm de ejus morte plenè certa. Amor enim est validè sollicitus et solers in indagando an amicus verè sit mortuus. 2º Post diuturnum deliquium, maximè si ex precedente morbo sit ortum, vires non nisi tardè recuperantur; sed Lazarus, quamprimum è monumento à Jesu evocatus est, statim prodit adhuc ligatus pedes et manus insitū, ibid. v. 44. 3º Corpus Lazarus, juxta testimonium Marthæ, iam fœtibat, ibid. v. 39, cum Jesus eum resuscitaret. At hic factor, qui ex inchoatâ putrefactione oritur, juxta confessionem qm-

nium medicorum, est certum ac irrefragabile signum mortis. 4º Judei, qui resuscitationem Lazarus presentes spectarunt, erant convicti de veritate hujus miraculi. Certè nullus legitur dubitasse an Lazarus verè fuerit mortuus; nec ipsi pharisei auditio hoc miraculo ansi sunt illud negare, aut dubiando in veritatem illius inquirere, sicut fecerant, Joan. cap. 9, in sa- nationem hominis à nativitate cœci calidè investi- gando.

90. Verum instat Rousseau, et ait: Fieri potest aliquem non verè, sed tantum putatit esse mortuum. Vide hæc de re D. Bruhier. At Lazarus jam quatuorū crat sepultus. Verum essetne primus, qui vivens sepultus est?... Jam fœtibat; unde hoc sci- mus? Soror ipsius id dixit. Sicinc hec igitur tota probatio est? Sed nonne terror et consternatio eadem verba cuiilibet feminæ suggeste potuerint, etiam si non fuissent vera? Jesus clamat, et Lazarus prodit foras. Verum attendite, ne malè concludatis; de physica enim impossibilitate hic agitur. » Hucusque memoratus deista.

Resp. et dico, nos domino Bruhier facile concedere, quòd interdùm homines nondùm verè mortui sepulti fuerint; sed ipse D. Bruhier cum omnibus aliis artis medicis peritis non diffitetur, quòd mortalitatis fector, qui corpore putredin effectus est, certum mortis indicium sit. Jam verò talis erat conditio corporis Lazarus, cum à Jesu resuscitaretur. Femina quidem erat, nimirum Martha, soror Lazarus, quæ hunc jam fœtere dixit; sed id dixit ad Jesum, in quem tanquam verum Messiam et Filium Dei vivi credebat, ibid. v. 27; ac ei proin mentiri, aut rem dubiam indicare tanquam certam minimè fuisse ansa. Præterea id dixit, presentibus multis Judeis, qui de veritate hujus assertionis ex propriâ experientia facile convinci poterunt. Speluncæ enim, in quibus Judei suis sepelire solebant, non erant hermetice (ut loquuntur), seu arctissimè clausæ, sed solum obvoluto quodam magno lapide obtectæ, per cujus tenues fissuras odor cadaverum et saltem aliquantum evaporare poterat. Quare Martha, quæ per intervalla temporis ad specum illam ibat, fratris sui obitum desfletura, et Judæi eidem speluncæ appropinquantes, mortualement odorem defuncti facile advertere poterant.

Porrò Jesus clamat, et Lazarus prodit foras. Verum attendite (monet Rousseau) ne malè concludatis; de physica enim impossibilitate agitur. » Fatente igitur ipso hoc famoso deistæ physico impossibile est, adeoque sine miraculo fieri nequit, ut homo, qui per quatuor aut quinque dies sensibus destitutus jacet, solis altâ vox prolatis tribus verbis ad se redeat. Unde idem deista etiam fateatur necesse est, resuscitationem Lazarus solis his tribus verbis Jesu altâ voce clamantis: Lazarus, veni foras, factam suis miraculosam.

91. Scholion I. Postquam Lazarus à Christo ad vitam resuscitatus est, adhuc multos annos vixit. Sic ex antiquâ traditione testatur S. Epiphanius, 1. 2 adversus Haereses, haeresi 66, num. 34, dicens: Et ne quis

putet Lazarum (à Christo ad vitam resuscitatum) statim rursus mortuum esse; ostendit enim clarè sanctum Evangelium (Joan. 12, 2) quòd discubuit postea Jesus, et Lazarus discubebat cum ipso. Sed et in traditionibus invenimus, quòd tringita annorum tunc erat Lazarus, quando est suscitus. Postquām verè suscitus est, alias tringinta annos vixit.

92. Scholion II. Sicut de miraculo resuscitati Lazarī contra Woolstonum, aliosque incredulos multa diximus; ita similiter filii viduæ resuscitatio juxta partam civitatis Nain, Luc. cap. 7 et resuscitatio filie Jairi, Luc. cap. 8, à cavillis incredulorum modò vindicande essent. Verùm, ne præsens lucubratio nostra in nimiam mollem excrescat, sufficiat nobis, auctores, qui hoc insigniter præstiterunt, indicassē. Tales sunt Thomas Cerboni, et Udalric. Reiss. De veris falsisque Miraculis, part. 2, sect. 4, cap. 3, §§ 154, 160, scholion I et II.

93. Scholion III. Unus ex præcipuis Miraculorum Christi Domini impugnatoribus fuit Woolstonus, Scripтор Anglicanus, quem supra sepius memoravimus. Is feralem denique exitum habuit. Postquām enim in pluribus scriptis plenis audaciā, malā fide, et impietate, maximè verò in sex de miraculis Christi sermonibus heresos, et incredulitatis suæ venenum effudit, eam ob causam anno 1721, expulsus fuit è Collegio Sidneo, in quo ad gradum Doctoratus nūquā admissus fuerat, et à Londinensi Magistratu captus, judicatus, et condemnatus ut blasphemus, ac magnā pecunia vi mulctatus: quam cùm impar esset solvendo, nec vadem ullam invenerit, in carcere conjectus anno 1729, ibidem obiit anno 1733, prout præter alios referunt Trevoltiani ad an. 1753, art. 10; et an. 1759, art. 24, et Andreas Spagnius florentinus de Miraculis, tom. 11, part. 5, cap. 6, num. 1087.

94. Quæres XXII : *An paritas sit inter resuscitationes mortuorum, quos Christus ad vitam revocavit, et inter resuscitationes illorum, quos ethnici scriptores narrant ope deorum, aut mediis naturalibus à morte ad vitam revocatos fuisse?* — Resp. : Nullam prorsus esse hanc paritatem. Nam Michael Medina Hispanus, et in synodo Tridentinæ theologus Regius l. 2 de rectâ in Deum Fide, cap. 7 ac Cl. Bullet, Réponses critiques, tom. 3, pag. 449, fusé et per varia exempla ostendunt, omnes illas resuscitationes ad invocationem falsorum deorum, aut sine ope supernaturali veri Numinis factas, quas scriptores ethnici referunt, fuisse (1), vel meras

(1) Sic, dūm Plato, L. 10 de Republicâ, narrat, Aerūm genere Panphyllum post decem dies morib⁹ auctoritate corpore repertum, repentē resumpto spiritu revixisse, et que interim viderat, retulisse, hanc narrationem à prudentiâ politica Platonis fuisse conflictam, expressè asserit S. Justinus philosophus Platonicus, in Oratione parœnetica ad Gentes; idque inde fit verisimile, quia similibus exemplis, quæ apud vulgus ipsa solum narrantium auctoritate vigorem obtinunt, Plato uti solet frequenter quo homines vulgari ejusmodi opinione in officio contineat. Neque obest, quòd asserit se non apologeticum narrare, sed veram historiam. Ipse est enim, qui L. 4 de Republicâ nonnūquā utili mendacio populum decipere, licitum existimat. Simile exemplum de

fabulas et commenta, vel fuisse duntaxat phantasticas resuscitationes et illusiones diabolicas, vel denique fuisse suscitations hominis solum apparterent mortui, ex. gr., apoplexia, vel sincopæ affecti, in quo posteriori morbo plerumque non tantum totius corporis et universorum sensuum stupor incurritur; sed etiam arteriarum pulsus cessat, ita ut talis rēger nihil à mortuo differre videatur. Sunt etiam in feminis passiones, quas historicas, seu uterales appellant, quibus affectæ, mira quādam ratione multum tempus quasi mortuæ jacent.

Neque dicant increduli, id ipsum etiam de iis quos Christus ad vitam resuscitare videbatur, dici posse, videlicet eos non fuisse verè mortuos, sed duntaxat aliquo ex predictis morbis stupefactos. Quero enim ex adversariis: Si ita res se habuit, cur Pharisæi certe terique infensissimi hostes Christi hoc ipsum ejus miraculus non opposuerū? Cur non apolepticos, aut scepticos, vel alio simili morbo corruptum dixerū Lazarum aut eos qui à Christo resuscitati fuere? Cur, inquam, nisi quia sciverunt se hāc ratione tanquam mendaces et proaces sycophantas, qui rem manifestam calumniantur, ridendos esse à populo? An, qui in Beelzebul demona fugare, et rem cum diabolo Christum habere vociferabant, in mortuorum suscitatione ab ipso facta, naturales morbos, si potuissent, fuisse causaturi? Adde, quòd naturalis morbi suspicionem omnino excludit, mortuorum suscitations à Christo nullo adhibito medicamine, sed ad solum ejus imperium fuisse factas. Impudentissimum enim esset dicere, naturali virtute Lazarum, filium vidue, aut Jairi puellam maligno humore consumptam ad se rediisse, Christo nil per opem supernaturalem conferente, nisi quis credat, optimum Servatorem cum morbis et humoribus iniisse pactum, ut tempus, quo essent discussuri, indicarent, atque adeo non prius illorum hominum suscitationem Christum fuisse aggressum, quām consumptos esse humores, qui languorem efficerant, aperitè cognoscet; sed et hoc non par-

puellæ Romæ ab Apollonio Thyanæo à morte ad vitam suscitata narrat Philostratus scriptor ethnicus; sed ipsemēt de veritate hujus rei dubitat, dicens: *An Apollonus in hac puellæ adhuc signum aliquod vitæ deprehenderit, à medicis non observatum (sunt enim ex ejus facie vaporem ascensisse), vel an eam verè à morte ad vitam suscitatervit, nec à me, nec ab iis qui praesentes erant, facile decidi potest.* Inde ex totâ Philostrati descriptione, ejusque loquendi modo sat clare patet eum hanc resurrectionem non credidisse fuisse veram. Ait enim: *Hæc puella ἦλεται, videbatur, mortua, et Apollonus eamdem ἐπονοεῖ, expergefaciebat, que vox nil aliud significat, quām excitare à somno.* Addit, ex ejusdem puellæ, quæ videbatur mortua, facie, de cidente pluvia, vaporem ascendisse, quod fieri non solet, nisi frigida de cidente in corpus adhuc calidum et animatum, ubi proin aquens humor in evaporationem resoluvit. Denique, ut dixi, addit se non potuisse discernere, ultrum vere fuerit mortua, necne. Plura de hoc exemplo, in quo increduli multū confidunt, dissertit Cl. Bullet, loc. cit. pag. 439, et nos ipsi supra, num. 57. Taceo alia ejusmodi exempla, seu potius fabulas fictæ resuscitatorum ad vitam ab ethnici scriptoribus commemoratas, quas vide apud Medianum et Bulletum loc. cit. refutatas.

vum esset divinitatis indicium, non praemisso examine, nec applicatis prius medicinis scire exacte, quanta esset humorum periodus, et quando inorbus finiretur.

93. Scholion I. Resuscitatio hominis verè mortui absque dubio miraculosa est. Id demonstratur ex sensu naturæ communi à Deo omnibus hominibus indito (quem etiam constans experientia confirmat) de morte cuiusvis defuncti semper duraturá, nisi nimirūm miraculum seu miraculosa resurrectio superveniat. Imò resuscitatio hominis verè mortui juxta communem sensum doctorum est miraculum stritè tale, superans vires totius naturæ eratae, etiam angelicæ. Unde S. Ambrosius, L. 4 in Lucam, cap. 4, circa finem ait: « Liberare à demonio homines sed in verbo Dei possunt; resurrectionem mortui imperare, divinae sicut ius est potestatis. »

Neque dicas: Ut mortuus ad vitam revocetur, alio opus non est, quām ut organa hominis destructa relictantur, et anima in corpus ritè organizatum denuo reducatur; sed hoc utrumque angeli seu boni, seu mali virtute suā naturali efficere possunt; ergo resuscitatio mortui non est miraculum strictè tale. — Resp.: Dist. maj.: Alio opus non est, quām ut anima in corpus reducatur quomodo cumque, neg. ant.; ut reducatur ita, ut simul corpori verè et physicè unitatur, sive commercium inter corpus et animam restituatur, hæc proximè expedita fiat ad vitaliter operandum in etpendente à corpore, conc. maj., et si dist. min., nego cons. Hanc autem physicam unionem, et mutuum communionem vitale inter duas substantias, essentialiter diversas, corpus et animam, juxta constantem doctorum consensum nemo efficere aut restituere potest, nisi ens habens supremum in utramque illam substantiam dominium, et utriusque perfectiones eminenter continens, id est, solus Deus; quippe talis conjunctionis et commercii restitutio instar novæ creationis est.

96. Scholion II. Si eis inter resuscitationes mortuorum à Christo factas, et inter prodigiosas suscitations aliorum ab ethniciis scriptoribus enarratas nulla est paritas; sic neque comparatio institienda est inter alia naturæ miracula, ex. gr., varia naturales sanationes mutorum, cœcorum, paralyticorum, etc., ab ethniciis vel aliis profaniis scriptoribus rerentis, et inter miracula Christi sanantis mutos, cœcos, paralyticos, etc.: propterea Cl. Bullet fusè ostendit.

97. Scholion III. Quod expulso diabonom ex energumenis à Christo facta, non fuerit naturalis, aut mera sanatio melancholie vel aliorum morborum, demonstrabit infra, sect. 5, num. 193, 198.

98. Queres XXIII: *Quasnam ineptias et blasphemias increduli contra Christianum efficiunt, quia demonibus in regione Gerasenorum permisit (Marcii 5, 11, 14), ut in gregem porcorum ingressi, illos in mare precipitarent?* — Resp.: Duos solum hæc de re disserentes incredulos in medium adducere juvat. Primus est dominus de Voltaire more solito ita jocatus: *Spectaculum jucundum sare, videre diabulos, corpora porcorum inorescos;*

quos uno impetu, velut inequitantes in mare agunt! Et autem maiorem id parit admirationem, quid in toto regione Gerasenorum, utpote Iudaicæ, nulli alerent porci; et suillam gusure gravissimè interdictum huic genti esset. Rousseau verò ad hoc prodigium exclamat: *Et hec sunt splendida argumenta pro missione Servatoris hominum!* Superi! vertigin: agor, et nescio ubi sum! Porrò, ut ex dictis et dicendis constabit, horum, aliorumque incredulorum contra presentem, de quo agimus, Scripturæ locum argumenta sunt sequentia.

99. Opponunt I. Apud Judeos non alebantur porci, cùm suillam gustare ipsis gravissimè interdictum esset. Quomodo ergo in regione Gerasenorum grex porcorum (ut Marc. 5, 13, dicitur) præcipitari potuit in mare ad duo millia, et suffocari? — Resp. cum Cornelio à Lap., Comment. in Luc. 8, 32, et alii, atque hanc rem ita explico. Gadara (1) ubi hæc egit Christus, erat quædam Judeorum, vel potius Galileorum civitas, que tamen, teste Josepho Jud. (2), à Cesare data fuerat ad habitandum Syris et gentilibus, qui porcos alere poterant. Accedit, quod Judæi, qui Syris et gentilibus ibi exiguo numero permixti erant, non quidem comedere, attamen alere potuerint porcos, ut eos gentilibus venderent comedendos, vel ad alios honestos usus, ut iis romanos milites pascerent, etc.

100. Oppon. II. Christus actum summæ injustitiae commisisset, si ad duo millia porcorum ad Gerasenos pertinentium, in mare præcipitari à demonibus, et suffocari permisisset; ergo hæc narratio evangelica vel veritati repugnat, vel sanctitati et sapientiae Christi. — Resp. et quero ex adversariis, quomodo Jesus Christus Deus-Homo, in quo inhabitat omnis plenitudo Divinitatis, Coloss. 2, 9, et ejus sunt creatura omnes, quomodo, inquam, actum injustitiae committere potuerit? Aut an non justissimas et sapientissimas causas habuit, brutorum illorum interitum permittiendi? Sciebat se incusari conspirationis et commercii cum demonibus (Math. 12, 24), quos ex corporibus energumnenorum expulit; sciebat, quod non pauci alii energumnenos non à demonie ve! demonibus obcessos, sed duntaxat naturali morbo melancholie, perturbatae imaginationis, aliove afflictos dicerent; volebat itaque tam his, quām illis manifesto quodam prodigo, ad quod obmutescerent, pudorem incutere. Præterea non facit Creator injuriam possidenti, inquit S. Thomas 5 p., q. 44, art. 4, ad 2, si creaturā suā suo arbitrio utatur.

(1) Gerasa et Gadara erat vel una civitas habens utrumque huc nomen, vel potius (ut Saluuron contendit) erant due distinctæ civitates, amba trans Jordanem non longè à se invicem dissitæ; unde illa regio ab utraque hæc civitate verisimiliter nomen traxit, ut promiscuè et Gerasenorum et Gadarenorum regio diceretur.

(2) L. Antiq. Judaic. c. 15, Josephus appellat Gazam, Gadaram et Hippion grecanici instituti urbes, id est, gentilium orbes. Et l. 2 de Bello Judaic. c. 4, ubi civitates, quibus Archelaus imperaret, à Cesare traditas memorat, idipsum repetit, dicens: *Ceteras autem civitates Gazam, Gadaram, et Hippion, regno avulsa, Syrie Cesar adjectis,*

ad aliorum salutem. Hoc autem salutis studium Salmeron, Cornelius à Lap., aliquie celeberrimi interpretes agnoscunt in subiā et generali ruinā immundi gregis factā in regione Gerasenorum per invasionem dæmonum, ut scilicet Christus Dominus existentiam spirituum hoc modo sensibilem redderet Sadducas, qui eam negabant (1), et quorum multi in Iudeā erant; solebant actiones unius aut alterius dæmoniaci, per vim morbi cuiusdam particularis aut perturbatæ imaginationis, etc., explicare; hunc eventum eodem tempore in tam multis bestiis contingentem, nullo quæsito effugio eludere poterat.

101. Scholion. Non tantum una, sed multiplex sapientissima ratio seu causa à Salmerone et aliis doctissimis interpretibus, ipsisque SS. Patribus allegatur, ob quam Christus permisit dæmonibus, ut irent in porcos Gerasenos. 1^o Ut ostenderet, se dæmonibus dominari, cosque sine suā licentiā nihil posse. Unde eos contempnendos esse velut invalidos dicebat S. Antonius. 2^o Ut patet fieret, quanta esset dæmonum copia, vis et malitia, et consequenter quanta esset Christi eos expellentes potestas et gloria. Ita S. Chrysostom., Theophylact., Euthymius. 3^o Ut Sadduceorum (quemadmodum præced. num. dixi) negantur dæmones esse, errorem hoc facto convinceret et confutaret; ut etiam S. Hilarius in Matth. c. 8 observat. Addit Rupertus, teste Cornelio à Lap., Gerasenos fuisse Judeos, ac contra legem aluisse porcos, ac idcirco eorumdem animalium suffocatione fuisse punitos. Sed hanc rationem paulò ante, n. 99, duce ipso Cornelio à Lap., rejecimus.

102. Corollarium. D. de Voltaire et Rousseau supra, n. 98, citati, ceterique increduli, dum memoratum Christi factum dæmonibus permittentis, ut in porcos Gerasenos irent, improbant tanquam sanctitati et sapientiae Dei-Hominis summè contrarium, aperte produnt inscitiam et malitiam suam, ut ex dictis abundē constat.

103. Quæres XXIV : *Quid respondendum deistis, Christum calumniantibus, quod* (Matth. 21, 19, Marc. 11, 12, 13, 14 et 20) *ficulneam carentem fructibus, maledicto suo arefecerit;* cūnam tamen, teste ipsone Marco, (loc. cit., v. 15) *tum non esset TEMPUS FICORUM.* — Resp. : Quamvis tum non esset consuetum tempus ficorum, tamen etiam illo tempore, nempe verno, in Palæstinā aliquot siccus pendere ex arboribus solebant; prout illustriss. Calmet eruditè ostendit. Unde Christus, cū vidisset à longè ficum habentem folia, virnit si quid forte inventiret in eā. Videtur nimurum tum spectasse ad Michæl cap. 7, v. 1 et 2, locum, ubi propheta his verbis queritur : *Væ mihi, quia factus sum sicut quid colligit in autumno racemos vindemir; non est botrus ad comedendum. Præroquas siccus desideravit anima mea.* Perit sanctus de terrā, et rectus in hominibus non est, etc. Ita Jesus cū Judeis : hi similes erant arbori luxuriantem frondium pompa præferenti, sed bonis

fructibus carenti. Virtutem, pietatem, religionem in eis quæsivit; sed loco verè virtutis et religionis nil nisi folia externi cultus et ceremoniarum reperit; et idèo illis maledixit, tanquam frustra occupantibus pinguisimam terram, ac leges externum duntaxat apparatum ostentantibus.

Quare ad quæstionem ab incredulis, nominatim à Woolstono motam, cur Christus, cūm sciret sicutum tempus non esse, eos tamen quæsiverit in ficulnæ, illicarenti fructibus maledixerit et aridam reddiderit? Respondemus cum Patribus et interpretibus (1), Dominum, sicut parabolice multa alia dixi, sic et parabolice seu figuratè hoc fecisse, ut aliquid aliud significaret; mysterium autem, quod significatur, hoc fuit, quod cūm Synagoga arbor esset à Deo in vinea suā plantata, fructumque in eā sæpè quæsisset et non invenisset, merita sit ut arceret, et veteri lege abrogata extingueretur.

Scholion. Altè animo suo infligant deisticæ aliquæ increduli illa S. Chrysostomi verba, homil. 68 in Matth., de ficulnæ à Christo maledicta ita loquentis : « Ne curiosè inquiras, nec dicas : Quomodo justè exsiccata siccus est, si tempus fructuum non erat? Illa enim questio nugacissima est. Sed miraculum reperire, mirare, et miraculorum patratori gloriam reficer. »

104. At opponunt adversarii, nullam arboris culpam fuisse, ntpote que anima rationi carens, non egit voluntate, verùm necessitate naturali sterilis facta est. — Resp. : Sed neque arbori poena illata est; sed solùm, ut dixi, symbolum et figura erat punienda Synagoga. Aptè hanc in rem ait S. Thomas, 5 part., quest. 44, art. 4, citans modò citatum locum S. Chrys. his verbis : « Ad secundum dicendum, quod sicut Chrysostomus dicit super Matth. hom. 68 : Cūm in planis vel brutis aliquid tale Dominus operatur, non quæsiteret siccata est siccus, si tempus fructuum non erat; hoc enim quereret est ultime dementia, quia scilicet in talibus non invenitur culpa et poena; sed miraculum inspicere, et admirare miraculi factorem. »

105. Instat Woolstonus, et querit : Anne invito domino hujus arboris Christus potestatem haberit, siccus ex eā colligendi, aut eam omnino maledicendi? — Resp. : Haud dubiè Dominus natura jūs habet arborē destruendi, si voluerit, ad salutem et rectam institutionem hominum. Adhibito enim talis medii ad prædictum finem omnino conveniens est divinæ bonitati et sapientiæ. Enimvero discipuli Christi ex destructione illius arboris facilè poterant et debebant concludere atque ita ratiocinari : Aridam reddit Jesu uno maledictio arborē : quām potens igitur et efficax erit ipsius maledictio in homines peccatores! Ficus tantum certis anni temporibus fructus ferre potest; homo divinā gratiā adjutus, omni tempore bonorum operum fructus proferre valet; que si gravi sociordiā negligat, maledictionem divini Iudicis incurrit.

(1) Actor. 25, 8, ubi dicitur : *Sadducæ enim dicunt, non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum.*

(1) August. l. 2 Quæst. evang. cap. 5. Origen., Hilar., Chrysost., Euthym., Maldon., Menochius, etc.

Corollarium. Inepti ac impie Woolstonus querit, unde Christo permissum fuerit, ut fructus arboris aliena colligeret? Anne is qui est verus Deus et dominus omnium, iis uti non potest, quae in aliorum usum concessit? Audiatur S. Thomas, loco supra citato, ita pergens: « Nec facit Creator injuriam possidenti, si creatura sua suo arbitrio utatur ad aliorum salutem, sed magis, ut Hilarius dicit super Matth. (cap. 21), in hoc bonitatis Dominica argumentum reperi mus; nam ubi offerri voluit procuratae per se salutis exemplum, virtus sue potestatem in humanis corporibus exercuit; ubi vero in contumaces formam severitatis constituebat, futuri speciem damnatio arboris indicavit. »

106. Queres XXV: *An Christi in monte transfiguratio fuerit tantum illusio optica, à reflexis radiis solaribus aut lunaribus proveniens.* — Resp. negativè. Antequam autem nostram responsionem pluribus confirmem, observo, quod è grege incredulorum in primis Woolstonus eam transfigurationem miraculosam fuisse negat, quia, inquit, solum à radiis solaribus ea profluxit. Similiter Horus, in suo impio opere, eam à reflexo lumine lunæ repetit, ac ita ait: « Petrus et Jacobus et Joannes, qui tum (quando Christus transfigurabatur) præsentes, gravati erant somno, ut Lucas, cap. 9, v. 32, expressè ait. Fortassis illis semisopitis luna orta est, et non solum faciem Jesu, sed etiam aliquam nubem admirandum in modum illuminavit. Hunc reflexum, festivumque luna splendore poterant discipoli è somno aliquantum evigilantes putare miraculosam Christi transfigurationem; par autem iluminatorum frutetorum putabant esse Moysem et Elian.... Qui de nocte in montibus aliquando comorati sunt, et illos majestate venerabiles lumen splendores, quos interdum in nubes, aliave objecta proiecit, viderunt, similius statum hominis semisopiti ritè considerant, facile transfigurationem illam sine miraculo explicabunt. Evidem si Joannes tamen oculatus testis in Evangelio suo hujus mentionem fecisset, non adeò de eâ dubitarem. At cùm reliqui Evangelistæ tantum ex audiū de cädem testentur, cur de hoc miraculo aliquot semisopiti rum hominum illud narrantium dubitare non licet? » Hucusque larvatus ille Horus.

Verum, ut ad singula respondemus, illud à Woolstono et Horo querimus, undenan à radiis solaribus vel lunaribus transfigurationem, de quâ loquimur, dimanasse noverint. Profectò, quando aliquid auctoritate testimoni, qui omnem fidem merentur, quales erant Evangelistæ, semel constitutum est, id ut falsum evincatur, non satis est quempiam ad arbitrium affirmare rem ita non evenisse, sed vel physicè, aut saltem moraliter eam impossibiliter fuisse, vel testes aut illusos esse, aut aliis illudere voluisse, vel denunti aliorum auctoritate testimoni, qui æqualem auctoritatem habeant, contrarium ostendere debet. Nihil vero tale sive Woolstonus, sive Horus præstit; ergo non solum insipientissimos, sed etiam impudentissimos sese demonstrant. Quid eam impudentius fingi potest,

quam sanctos Evangelistas, qui rem istam tantà consensione narrant, aut illatos fuisse, aut nobis illudere voluisse? Neque obest, quod S. Joannes quantumvis testis oculatus nullam hujus rei mentionem in Evangelio suo faciat. Ut enim jam alibi observavimus, sòpè unus historicus factum aliquod retinet, quod alii narrant, variaeque possunt esse cause, nobis non raro incognite, cur unus scriptor de facto quopiam silent, quod alii referunt, quin idèo de historicâ veritate talis facti dubitare fas sit. Ceterum, eliam si S. Joannes de transfiguratione Christi in Evangelio suo sileat, de èadem tamen S. Petrus, qui pariter ejusdem miraculi oculatus testis erat, expressè testatur his verbis Epist. 2, cap. 1: « Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem et presentiam; sed speculatori facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem et gloriam, voce delapsâ ad eum hujuscemodi à magnificâ gloriâ: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit; ipsum audite.* Et hanc vocem nos auditivous de celo allatam, cùm essemus cum ipso in monte sancto. » Indò ipse S. Joannes in Èvangelio suo c. 1, v. 14, reipsa indicat mysterium transfigurationis his verbis: *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre.* Vide interpretes.

Opponit quidem Horus, et loc. cit. ait, vocem illam non reapsè cœlitus insouisse, sed uni aut alteri semisopito et subito vigilanti discipulo duntaxat vitio decepte imaginationis visum fuisse de celo insonare. Verum id Horus more suo solito prorsus gratis et sine omni solidâ ratione dicit. Dicit, inquam, et non probat. Indò, si vel sola sanæ rationis trutinâ rem expandomus, fortissima presumptio stat contra ipsius commenta. Si enim vox illa fuit duntaxat imaginaria, et error deceptæ phantasie, si praeterea ipsa Christi transfiguratio nil aliud fuit quam illusio optica splendentis luna, eur hunc errorem Christus discipulis suis non exemit, sed potius eosdem in eo confirmavit? Cur descenditibus illis de monte, præcepit eis... dicens: *Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.* Matth. 17, 9? Nonne fatente ipso Horo (vide supra, sect. 2, num. 28), Jesus erat vir optimi et sinceri cordis, maximâque erga alios benignitus præditus? Cur ergo tam turpiter discipulos suos decepit, eos constringendo in errore, se divinâ virtute fuisse transfiguratum, cùm tamen hec transfiguratio tantum fuerit effectus naturalis radiorum solis et luna, accedente somnolentiâ suorum discipulorum, qui cum ipso in monte erant? Nonne hic palet manifesta Horii contradicatio?

107. Scholion I. Cùm Woolstonus et Horus Celsum in impietate impudentissime secuti sint, idèo mirandum non est, si sacra Christi transfiguratio tum Cels., uti constat ex Origene contr. Cels., n. 16, tum Woolstono et Horo tantoper odiosa fuit. Certè Woolstonus adhuc plora alia impia, futile atque inepta congerit, quæ sine illâ judicii ratione contra transfigurationem Domini congerit, quæque Cl. Thomas Cerboni recenset, et insigniter refutat Theol. revelat. I. 3, q. 4, art. 2,

§2, n. 1. Ac, ut cætera brevitatis studio sileam, etiam illud querit Woolstonus, cur hoc miraculum potius in monte, quam in planitiæ factum fuerit, putatque dici posse, id loci selectum fuisse ut ex nubibus, que si stant in cacuminibus montium, hoc phenomenon produceretur. Verum longè alia et convenientior ac verisimilior ratio assignari potest, et à Cl. Cerboni loc. cit. assiguarunt dicente : *Montem veluti locum aptiorem ad transfigurationem habitum fuisse..... ut inter transfigurationem Christi, atque id, quod alias Moysi in monte Sina contigerat, quedam analogia esset. Ac si Christus tum oratus, tum præcepta novæ legis discipulis tradidurus, tum ex eorum numero duodecim Apostolos delecturus, secessit à turbis et frequentiâ hominum, et ascendit in montem; quantò magis decuit, ut nouissi in monte, et longè ab humanarum rerum strepitu tribus electis discipulis suam divinitatem ostenderet?*

108. Scholion II. Qui plura ad convellendas incredulorum contra transfigurationem Christi cavillationes et calumnias peridonea nōsse cupit, consulat S. Tho. 3 part. q. 45, cardinales Lambertini et Goti de hoc mysterio disertè loquentes et S. Thomæ vestigia sequentes, Gravessonum de Mysteriis et An. Christi, Salmeronem, de Miraculis Christi tract. 33 et seqq., aliosque interpres passim. Ab istis enim ex instituto exponitur transfigurationis notio, modus, tempus, locus, causa et circumstantie.

109. Quæres XXVI : *Quid Horo respondendum neganti, ambulationem Jesu super mare (Matth. cap. 14 Marc. cap. 6, Joan. cap. 6) fuisse miraculosam?* Resp. hoc fuisse verum miraculum; impudentissimè negat Horus dicens, *Jesum non reapsè super mare, sed in ripâ oppositâ ambulasse, ita ut discipulis in navi existentibus per fallaciām opticām videretur super mare incedere et ad ipsos appropinquare, donec navis subitò ad littus appelleret, camque Jesus ingredieretur; haec autem omnia naturaliter, seu sine miraculo fieri patuisse. Verum, si narratio ambulationis Christi super mare ab Evangelistis facta ritè consideretur, mox patet, alteram illam narrationem Hori esse planè frivolum et confictam. Quis enim credat aciem oculorum in Apostolis tunc adeò fuisse obtusam et stupidam, ut non adverterint Jesus non super aquas, sed in littore fuisse, cum eum in nave reciperent? Præterea, sat temporis suppetebat Apostolis, ut se de veritate hujus rei certiores redderent. Nam cùm Christum quartâ vigiliâ noctis eminus super aquas ambulare consiperent, *turbati sunt, dicentes : Quia phantasma est. Et præ timore clamaverunt. Statimque Jesus locutus est eis, dicens : Habete fiduciam; ego sum; nolite timere.* Respondens autem Petrus (ex desiderio se citò et sine longiore morâ conjungendâ magistro suo) dixit : *Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas.* At ipse ait : *Veni, et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum. Videntes vero ventum validum, timuit; et cum capisset mergi ciannavit dicens, Domine: salvum me fac. Et continuò extensis Jesus manum, apprehendit eum, et ait illi : Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cum ascindissent in**

naviculam, cessavit ventus. Ex quâ totâ narratione S. Matthæi 14, 26, 33, luculenter patet, quod navigantes Apostoli tunc, nimirum quartâ vigiliâ noctis (1), visu satis dignoscere potuerint, utrum Christus reverâ super mare ambulet. Certe S. Petrus de hoc miraculo ita convictus fuit, ut ipsem, adjuvante divino magistro, idem attentare auderet.

Verum opponit Horus loc. cit., et querit : Cur Marcus et Joannes de hâc ambulatione Petri super aquas ad Christum altum silent? Sed ego vicissim ex adversario quero, cur nolit Matthæus credere, qui dictam Petri ambulationem super aquas adeò distinctè enarrat et testatur? Nonne Matthæus (æquè ac Marcus et Joannes) erat oculatus testis dictæ ambulationis Petri super aquas ad Jesum, cuius auxilium imploravit? Sed piget ulterius rei tam demonstrate immorari. Qui plura de ambulatione Jesu et Petri super aquas scire desiderat, consulat Salmeronem, loc. cit. tract. 28, aliosque interpres S. Scripturæ.

110. Quæres XXVII : *An multiplicatio paucorum panum atque piscium ad cibanda plura milia hominum, à Christo (Matth. 14, 20, et 15, 34) facta fuerit, et quidem virtute miraculosâ?* Resp. affirmativè. Veritas hujus responsionis patebit ex solutione objectionum, quas increduli contra hoc miraculum Christi in medium proferunt. Ac in primis jam olim Celsus, sicut alia Christi miracula, ita etiam istud inter prestigias, seu opera, qualia prestigiatores ad decipiendos homines faciunt, numeravit. Sed resp. et dico cum Origene ad hanc Celsi objectionem num. 68 ita respondentem : « Csent (christi prodigiosa opera prestigiis) similia, si Jesus, uti qui magicas artes profiterunt, nihil praeter vanam speciem ostendisset. Nunc verò nullus prestigiator per ea quæ facit, spectatores ad mortuum emendationem excitat, aut Dei timorem docet, qui spectaculis stupent, aut studet persuadere ut vivant quasi Deo rationem reddituri. Nihil horum prestigiatores faciunt, quia non possunt, aut non consilium habent, aut nolunt corrigendis hominibus operam dare; quippe qui ipsi turpissimis et infamissimis virtutis referunt sunt. Hic verò (Christus), qui miraculus suis spectatores corum, quæ benè faciebat, ad morum correctionem adducebat, quomodo non erit existimandus, se præbuisse non solum illis qui propriè discipuli ejus vocati sunt, sed etiam reliquis omnibus exemplum optimæ vite?.... Si autem Jesu vita fuit ejusmodi, quo jure quis cum eum cum prestigiatoribus conferat, et non potius crediderit eum, cùm Deus esset, ut promissum fuerat, visum fuisse in humano corpore, ut nostro generi prodesset? » Ita Origenes.

111. Alio ex capite miraculum Christi panes et pisces multiplicantis impugnat Woolstonus, ac ait, non esse probabile, tantum hominum multitudinem, quamvis in Evangelio legimus, Christum docentem fuisse secutam extra civitatem; ac proin falsò

(1) Quarta vigilia noctis incipiebat horâ tertią post medianam noctem, et durabat usque ad sextam matutinam. Vide Lallemand, *morales Expositiones in Matth. cap. 14 v. 25.*

dici, Christum effecisse, ut exigua portione panis et aliquot piscium tot hominum milia saturarentur. Verum resp. et cum Cl. Thomâ Cerboni, loc. cit. n. 11, ita argumentor : Vcl de eo miraculo sermo est, quo Christus quinque panibus et duobus piscibus satiavit quinque milia virorum ; vel de altero, quo Christus septem panibus paucisque piscibus quatuor milia virorum saturavit ? Si de priori loquamur, turbas, postquam audiuerant Jesum in locum desertum secedere, eum secutas fuisse pedestres de civitatibus, quia videbant signa quae faciebat super his qui infirmabantur, et tunc Jesus miseratum esse eis, et curasse languidos eorum, atque cepisse illos docere multa, ex Evangelistis novimus. Quare mirum non est, si quinque milia hominum Christum secuta fuerint ; nam haec multitudo ex vicinis civitatibus et convenire facili poterat, et ut conveniret, illius miracula et ecclesiæ doctrinae pabulum divinum eloqui sui suavitatis ac energiam efficerent. Et profectò qui quotidiana experientiam attendit, probè novit frequentes plerumque confluxus populorum fieri, quotiescumque aliquis in publicum prodit, qui aut insolitas artes suas, aut nova spectacula exhibet. Quidni ergo major hominum multitudo concurreret, si quis aliunde sanctitate vite conspicuus, miracula produceret opera, et gravissimas infinitates vel sola voce, vel manus impositione sanaret ? prout à Christo factum esse Evangelistæ concorditer attestantur. Si autem sermo sit de altero miraculo, quo Christus septem panibus paucisque piscibus quatuor milia virorum saturavit, pariter observandum est quid tune adducere famâ miraculorum Christi, Matth. 15, 30, 31, accesserunt ad eum turbae nudæ, habentes secum mutos, cacos, claudos, debiles et alios multos ; et projecterunt eos ad pedes ejus, et curavit eos, ita ut turbae mirarentur, ridentes mutos loquentes, claudos ambulantes, cacos videntes : et magnificabant Deum Israel. Unde iterum non mirandum est, quid magno numero accesserint, et diutius Christum docentem patienter audiuerint. Plura contra futiles Woolstoni argutias, quibus memorata Christi miracula impugnare conatur, invenies apud Cl. Thomam Cerboni loco citato.

112 Porrò aliud effigium querit incredulus auctor de l'*Histoire critique de Jésus-Christ*, qui miraculum, quo Christus paucis panibus atque piscibus quinque milia virorum satiavit, impugnat, et hanc rem naturaliter ita explicare conatur. Apostoli, inquit, per collectionem elemosynæ magnam panum copiam obtinuerant; præterea, cum ascenderent in navim, et abiissent in desertum locum seorsum, Matth. 6, 52, capturâ piscium delectabantur; hac autem omnia scientie Jesu ex composito facta sunt, ita ut ingravente vespero tota preparatio ad faciendum illud sicutum miraculum multiplicationis panum et piscium facta fuerit, quin tamen populus, qui Christum secutus est, id adverterit, quí proin non per miraculosam panum ac piscium multiplicationem, sed panibus et piscibus jam ante collectis et preparatis, sine miraculo saturatus est. Ita ille incredulus.

Sed an quid magis ridiculum et inane singi potest,

quād sit iste modus miraculum, de quo agimus, eludendi, illudque in eventum merè naturalem deformandi? Quis enim prudens credat, tantam panum et piscium copiam, quæ quinque millibus virorum saturandis sufficeret, jam paratam effugisse populi oculos et observationem, dum Christus acceptis quinque panibus et duobus piscibus, aspiciens in celum benedixit, et fregit, et dedit discipulis panes, discipuli autem turbis, Matth. 14, 19? Quis, inquam, credat, ingentem illam panum ac piscium multititudinem jam ante preparatam, nullo modo à turbis que Christum sequerantur, fuisse observatau? Imò potius contrarium manifestum erat omnibus, minimè dubitabant, escas illas à Christo miraculosè multiplicatas esse. Unde cum tanquam magnum prophetam venerabantur, volebantque ipsum facere regem : Illi ergo homines, cum vidissent quid Jesus fecerat signum, dicebant : Quia hic est verò propheta, qui venturus est in mundum. Jesus ergo cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, et facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus, Joan. 6, 14, 15.

Schilion. Haud absimilis et risu digna erat expli-
catione illius ducis bellici, de quo Cl. Bullet loc. cit.
narrat, quid in cœtu hominum protervè dixerit, man-
na ad cibandois Israelitas de cœlo deciduum esse me-
ram fabulam. Moyses enim, inquietabat incredulus ille
miles, panes occultè apportari curabat, et rumorem in rudissimum Israelitarum populum spargebat, eos
esse de cœlo lapsos. Verum Bulletus, qui in cœtu
huius presens aderat, respondit bellii duei in hunc modum : « A duce bellico, qualem in te veneror, quique
pluribus expeditionibus bellicis, in quibus octoginta
aut centum milia militum in aciem educebantur,
interfueristi, talem dictu rei explicationem nemo sa-
piens expectasset. Vedit enim haud dubiè domina-
tio tua stupendam multititudinem curruum, qui ad
convenhanda alimenta tot milium militum require-
bantur; vedit longam eorum seriem uenientem alterunve
milliare via publicæ occupantium. Paucis : Estne
possibile, tantam victualium copiam advehiri, aut
apportari, quin id observeretur? fuitne possibile,
Moysem per 40 annorum tempus pro alenda duo-
rum millionum hominum multititudine potuisse vi-
ctuum accersere, quin id ab ullo Israelitarum un-
quam observatum fuerit? Quantumcumque rudes
ili fuerint, ad id observandum non opus erat acri
ingenio, sed solis oculis; oculos autem etiam Israe-
lite habebant. » Ita Bulletus, et rectè quidem ad
obtundendum os increduli hominis.

113. Queres XXVIII : « Quomodo apparetis an-
toligie, alioque incredulorum cavillationes contra
miraculum resurrectionis Christi congestæ dissol-
vendae sint? » — Antequam respondeam, quedam
benigno lectori præsignificanda aut in memoriam re-
vocanda censeo. Ac in primis observo, citra contro-
versiam inter miracula Christi eminere gloriosam
ejusdem anastasim, eum basin fidei nostræ, juxta illud
D. Pauli, 1 Cor. 15, 44 : Si autem Christus non re-
surrexit, inanis est prædicatio nostra; inanis est et fides

vestra. Unde etiam increduli omni virium contentione resurrectionem Christi impugnant. Inter antiquos scriptores, qui eam negabant, principii erant Celsus (vide Origen. contr. Cels. lib. 2), aliquis nonnulli gentiles. Ex recentioribus Spinosa (1), Morgan, Tindal, larvatus Horus, aliqui complices; szepernumero autem refutati sunt non solum à scriptoribus catholicois, sed etiam à multis protestanticis. Ceterum historiam resurrectionis Christi omni ex parte certissimam esse, solidissimis argumentis demonstrant Hrmann. Goldhagen (2), Thomas Cerboni (3), De Feller (4). Gregorius Simon (5) aliqui celeberrimi auctores. Supposita igitur invicta demonstratione de veritate resurrectionis Christi, nos solummodo apparentes antilogias seu contradictiones, aliquae incredulorum argumenta, seu potius cavillationes contra hoc miraculum Christi accumulatas, sigillatum dissolvemus.

§ I. — Antilogiae apparentes tales.

114. Antilogia I. Lucas, cap. 23, v. 54, ait: *Et dies erat parusceves, et illucescebat sabbatum... et revertentes (mulieres de sepulcro Christi) paraverunt aromata et unguenta.* Apud Marcum, cap. 26, v. 1, è contra legitur: *Et cum transiisset sabbatum, Maria Magdalene et Maria Jacobi, et Salome enuerunt aromata, ut venientes ungenter Jesum.* Quomodo haec consentiunt? quomodo mulieres illucescente sabbato revertentes putuerunt parare aromata, que tracto sabato primi emerunt? — Resp. et dieo, vel *paraverunt* apud S. Lucam idem esse, ac *parare cœperunt*, ita ut sensu sit: *Cum sabbatum illucescebat*, seu proximum esset ut inciperet, mulieres illæ aliqua aromata et unguenta parare cœperunt; sed *sabbato ipso ut loc. cit. mox ad-ditur, siuerunt secundum mandatum*, id est, queverunt, nihil egerunt ob mandatum legis prohibentis omne opus. *Cum autem transiisset sabbatum*, quod solis occasu terminabatur, alia aromata vesperi enuerunt, ut cum iis que prius paraverant, et sola satis non erant, ungenter proximo mane corpus Christi in sepulcro. Nulla igitur adest contradictione; Lucas enim de inchoata aliquorum unguentorum preparatione, Marcus è contra de ultimo eorumdem complemento loquitur. Vide Menochianu, Commentar. in Marc. 26, 4, item antilogia 9 solutionem infra a nobis afferebam.

115. Antilog. II. Juxta Joannis Evangelium Josephus ab Arimatheâ, et Nicodemus more Judeorum Christi corpus sepelirent, nec illa occurrit nientis mulierum ad illud ungendum se preparantium; Marcus

(1) Spinosa, Epist. 22 et 24 ad Henricum Oldenburghum, resurrectionem Christi non litteraliter, sed solum allegoricè accipit. Fatur quidem Evangelistas credidisse Christum reverè sorresuisse, et ad cœlum ascendisse, sed addit, in hoc Evangelistas, *salva Evangelii doctrinâ, potuisse decipi*.

(2) Part. 3. Introduct. in S. Scriptur. sect. 4, questione 6, § 2, num. 105.

(3) Theol. revelat. tom. 2, l. 3, quæst. 1, articul. 2, § 4, prop. 1, pag. 151, 165.

(4) Catechismus Phil. tom. 2, n. 324 et seq., p. 234 edit. Leod. an. 1805.

(5) Tom. 3 de Religione, artic. 2, Conclus. 7.

autem et Lucas illarum expressam faciunt mentionem — Resp. et similiter dico nullam huc subesse contradictionem. Ex eo enim quid Joannes de hac præparatione mulierum sileat, non sequitur quid eam neget; sed hoc unicè infertur quid aliquid omittat quod jam Marcus et Lucas retulerant. Neque talis omissione miranda est, quia scopus S. Joannis in conscribendo Evangelio suo non erat omnia repetere quæ alii Evangeliste ante ipsum scripsere, sed potius supplere id quod, ab aliis omissum, et supplendum esse censuit, prout Eusebius, Hist. eccles. lib. 3, cap. 24, testatur, de S. Joanne Evangelista ita scribens: « Perlatis jam in omnium, ipsiusque adeò Joannis notitiam supradictis tribus Evangelii (Matthæi, Marci et Luca), approhavisse ea Joannes, et veritatem scriptorum suo testimonio confirmasse dicitur (addeoque etiam approbavit ea quæ Marcus et Lucas de illis mulieribus asserebant); solam verò narrationem earum rerum, quas Christus circa prædicationis initium gesserat, desideras... His de causis autem, Joannem ab amicis rogatum, et temporis ipsum, quod superiores Evangeliste silentio prætermiserant, et res tunc à Servatore gestas, eas videlicet quæ Joannis Baptiste carcerem præcepérant, in Evangelium suum conieccisse. »

116. Antilogia III. Circa Angelos ad sepulcrum Christi conspicuos singuli Evangeliste sibi contradicunt; sive dein eorum numerum, sive sermonem, sive locum situmque attendamus, prout cuiilibet Evangelia legenti patet. Resp. nullam in his esse veram et realem contradictionem, ex instituto ostendunt orthodoxi interpres, prout videre est in Breviario scriptoristico in Dominicalia totius anni Evangelia (1), et apud Suarium (2), aliasque auctores mox citandos. Aliquas solummodo paulò difficileiores ex apparentibus his antilogiis huc propono et dissolvo, quas etiam larvatus ille Horus velut insolubiles nobis objicit, dum in detectabilis sua opere ita inquit: « Juxta Matthæum et Marcum tantum unus Angelus apparuit mulieribus et quidem sedens super lapidem; juxta Lucam verò duo Angeli, et quidem stantes. Juxta Joannem Maria Magdalene stabat ad monumentum foris, et prospexit in monumentum; juxta Marcum verò eadem cum aliis mulieribus introivit in monumentum. Deinde juxta Matthæum Angelus, ut paulò ante dictum est, sed sit super lapidem revolutum, id est, extra sepulcrum; juxta Marcum verò mulieres non extra, sed introirentes monumentum, id est, intra sepulcrum videtur Angelum. » Itaque ex his Horus infert multiplex dari inter Evangelistas contradictionem. 1º Inter unum apud Matthæum et Marcum, et duos Angelos apud Lucam. 2º Inter sedentes, et stantes Angelos ibidem. 3º Inter apparentem Angelum extra sepulcrum apud Matthæum, et intra sepulcrum apud Marcum.

Resp.: In his omnibus nulla est realis contradictione,

(1) In Dominicâ Paschæ, § 2, pag. 422, 426, edit. Augustan. an. 1772.

(2) Tom. 2 in 3 part. D. Thomæ, disp. 49, sect. 2, 3 et 4.

sed duntaxat apparet talis. Neque Horus aliique increduli afferendo has antilogias novum quid proferunt; cùm easdem Suarez, loc. cit. sect. 3, Barradius. tom. 4 Comment. in Concordiam et Historiam 4 Evangelistarum, l. 8, cap. 3, Maldonatus, Comment. in Matth. 28, 3, aliquae celeberrimi doctores et interpres S. Scripturæ, præter Cesarem Calino in Bibliâ historiâ 1, 8, cap. 19, jampridem luculentem dilucidârint. Certè, si et diverse apparitiones, et diversi Angeli, et diverse mulieres inter se probè discernantur, omnis illiçò antilogia seu contradic̄tio evanescet, prout ex dicendis patebit. Cæterū non sine speciali divinae Providentie consilio factum est, ut circa ejusmodi visiones nonnullæ apparentes antilogias occurrerent; ne scilicet Evangeliste existimarentur ex condito hanc historiam confinxisse, id quod increduli hodie-dū asservunt. His prenotatis,

Ad primum, resp. et dico cum Suario, loc. cit., Tirino, Comment. in Lue. 24, 4, et alius, *duas viros*, idest Angelos formâ virili apparentes (de quibus apud S. Lucam lœc. cit. sermo est), fuisse diversos ab illo Angelo, quem Matthæus et Marcus loc. cit. dicunt ante sepulcrum apparuisse. Duo enim illi viri non erant extra, sed intra sepulcrum, ut confirmat S. Joannes, cap. 20, 12, de Magdalena dicens: *Et vidit duos Angelos in albis, sedentes unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu.* Verum hæc magis elucescent infra in responsive ad tertium. Interim nobis sufficit, quòd juxta sententiam Suarri, Tirini, etc., modò recensitam, nulla contradic̄tio detur inter Matthæum et Marcum loc. cit. loquentem de duobus. Lucas enim loquitur de Angelis diversis ab illo Angelo de quo Matthæus et Marcus loc. cit. loquuntur.

Ad secundum, resp. et dico cum Maldonato, Cornelio à Lap., etc., vocem stare non semper significare rectum corporis vel persone situm, sed solam ejus presentiam, sive recto situ consistat, sive sedeal, sive jacet. Sic de Magdalena ait Lucas, cap. 7, v. 38: *Stans retrò (hoc est, jacens seu provoluta) secūs pedes ejus lacrymis capit rigare; pedes ejus ex capillis capitisi sui tergibat; et oscularunt pedes ejus.* Non enim erecta erat, sed ad Christi pedes provoluta, cùm eos lacrymis rigaret, capillis tergeret, ungeret, oscularetur. Similiter ergo verba illa apud Lucam 24, 4: *Ecco duo vii steterunt secūs illas*, solūm significant præsentiam, sive quòd duo Angeli præsentes fuerint, seu apparuerint illis mulieribus. Præterea illi duo vii (ut jam supra ad primum dixi) erant diversi ab illo Angelo quem Marcus dicit *sedisse super lapidem*; ergo nulla hic est contradictione. Tacco alias aliorum responsiones, quibus eamdem antilogiam apparetur tandem dissolvere student, et quas Maldonatus eruditè recenset.

Ad tertium, resp. cum Suario, loc. cit., et in primis suppono ex S. Cyrillo Jerosolymitano, categchesi 4, et Buchardo, l. de Descriptione terre sanctæ, in primâ parte, cap. 7, in sepulcro Domini duplicein fuisse speluncam, alteram exteriorem (quam S. Cyrilus appellat

vestibulum sepulcri), alteram interiorem, in quâ excisum erat sepulcrum, atque ante hanc speluncam interiorem ostium fuerat monumenti, ad quod lapis ille advolutus, quo sepulcrum Domini clausum dicitur in Evangelio. Hoc ergo supposito, facilè tollitur objecta nobis antilogia tertia. Angelus nimis illi, de quo loquuntur Matthæus et Marcus loc. cit., qui lapidem removerat ab ostio interioris speluncæ, seditur super eum, positum ex parte exterioris speluncæ, sic erat *extra sepulcrum Domini* (hoc est, *extra interiorem partem speluncæ*), ibique visus et locutus est mulieribus *introeuntibus in monumentum*, videlicet in primam partem speluncæ; cum verò mulieres, monente eodem Angelo, ingressæ fuissent sepulcrum, ibi, hoc est, *intra speluncam interiorem* viderunt duos viros, seu duos Angelos in ueste fulgenti, ut ex Luca et Joannis textibus supra citatis ostenditur; dum enim Marcus de uno tantum Angelo mentionem facit, plures non excludit, neque duos fuisse negat.

Corollarium. Eadem est apparitio, idemque Angelus, de quo Matthæus et Marcus loc. cit. loquuntur, ut Suarez cum D. Augustino, l. 3 de Consensu Evangelistarum, cap. 24, Theophylacto, et alii docet ac probat ex similitudine circumstantiarum. Uterque enim ille Evangelista describit Angelum sedentem, et indutum ueste candidâ, et loquentem ad feminas eisdem ferè verbis. Neque illa est dissonantia in eo, quòd Matthæus significet Angelum fuisse *extra sepulcrum* sedentem super lapidem, Marcus autem indicet Angelum visum fuisse *intra sepulcrum*, dum ait: *Introeuntes in monumentum, viderunt juvenem*, etc. Ut enim omittam alias expositiones, quas Suarez loc. cit. refert, sufficit jam data explicatio, quam etiam idem auctor optimam et facilissimam censem, scilicet vocem *introeuntes* significare, quòd ingressæ fuerint mulieres primam seu exteriorem speluncam, et ibi viderint Angelum sedentem super lapidem revolutum et positum ex parte dextrâ exterioris speluncæ, qui proin hac ratione mulieribus apparuit, eisque locutus est *extra sepulcrum*, hoc est, extra speluncam interiorem, et tamen erat *intra sepulcrum* seu speluncam exteriorem *sedens in dextrâ*, seu dextra latere sepulcri. Ex quâ loci descriptione, inquit Suarez loc. cit., intellegitur illam exteriorem partem speluncæ respectu diversorum dici posse esse extra et intra sepulcrum. Etenim si per sepulcrum intelligamus... in exteriorem specum, ubi positum fuit corpus Domini, reliqua... pars dicetur exterior, ei qui in illâ fuerit, dicetur esse extra sepulcrum; si autem per sepulcrum seu monumentum intelligamus totam illam speluncam, sic qui fuerit intra priorem (seu primam) partem ejus, dicetur esse intra sepulcrum. Aliam adhuc ex superabundanti responsione addit Cornelius à Lap., negans omnino suppositum, quòd illa vox *introeuntes* apud Marcum necessariò intelligenda sit de actu ipso perfecto introitus in monumentum, atque memoratam vocem posse intelligi de voluntate et actu inchoato introitus, ita ut mulieres adhuc extra monumentum fuerint, ibique Angelum

sedentem super lapidem viderint. Verba Cornelii sunt : « Quare quod Marcus ait, *Introeuntes monumentum, sic accipe, quasi diceret : Cùm pararent vel inciperent ingredi monumentum ; needum enim illud ingressus erant, sed adhuc extra illud erant, ibique viderunt et audierunt Angelum, ut habet Matthaeus. Introire enim hic, ut et alibi, significat actum inchoatum, non perfectum. » Juxta hanc autem modò latitudi interpretis explicacionem apprens contradicatio inter Matthæum et Marcum loc. cit. omnino corrigit et evanescit, prout per se clarum est.*

117. Antilogia IV. Apud Lucam, cap. ult. v. 10, Magdalena aliaeque mulieres Petro atque ceteris discipulis Christi resurrectionem nuntiant; apud Joannem verò, cap. 20, v. 18, sola Magdalena hoc nuntium discipulis attulit. Nullane in his contradicito? Resp. : Nulla realis, sed solum appenter talis. Nam S. Joannes non dicit quòd sola Magdalena hoc nuntium discipulis attulit, sed tantum ait : *Veit Maria Magdalene annuntians discipulis, etc.* Neutiquam autem negat, quòd idem nuntium confirmatum fuerit à mulieribus reliquis, de quibus S. Lucas loc. cit. expressè ait : *Erat autem Maria Magdalene, et Joanna, et Maria Jacobi, et extera, quae cum eis erant, quae dicebant ad Apostolos haec*, scilicet Christum resurrexisse. Porrò integrum Dominicæ resurrectionis historiam, sive totam rei seriem, quo ordine et modo Christus redivivus Marie Magdalenæ et aliis mulieribus apparuit, et quomodo haec resurrectionem Domini Apostolis annouint, Suarez loc. cit. sect. 3 et 4, perquām crudité recenset.

118. Antilogia V. Christus apud Matthæum, cap. 28, v. 9, permitit, ut pedes ipsius à mulieribus tangantur. Sola Magdalena apud Joannem, cap. 20, v. 17, Christum tangere prohibetur. Resp. : Omnis antilogia seu discordantia evanescit, si ritè distinguantur duas apparitiones Christi, quas Magdalena habuit; unam siquidem habuit communem cum aliis feminis in reditu ad urbem, uti Matthæus loc. cit. narrat; alteram tempore priorem, que Magdalena soli obtigit, de qua Joannes loc. cit. loquitur, et quam Marcus, cap. 16, v. 9, indigitat, eamque primam Christi apparitionem appellat. Jam verò haec duas apparitiones minimè sibi contradicunt, prout interpretes passim ostendunt. Nam, dum Christus in priore apparitione apud Joannem ad Magdalenam ait : *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*, non simpliciter et omnino vetuit, ne ipsius pedes deoscularetur ac veneraretur; sed solum voluit significare, ut citò properaret ad annuntiandam suam resurrectionem discipulis. Sensus ergo est : *Noli me tangere*, id est, ne sis occupata in me tangendo, ac si non essem amplius me visura. *Nondum enim ascendi*, etc.; hoc est, nondum enim ascendo, vel non ascendam tam citò ad celum, sed adhuc 40 dies in terrâ versabor, ac me vobis vindendum, tangendumque exhibeo. Idcirò propterea ad alias mulieres, que à sepulcro reduces in Jerusalem revertuntur, ac cum iis illico perge ad fratres meos Apostolos, de mœa morte tristes, atque d'c ill's. m^e

resurrexisse, etc. Ita hunc locum explicant Suarez, Dominicus, Bannes, de hac explicacione his verbis pronuntiantur : *Qui sensus valde litteralis videtur, et eum omnibus modernis catholicis merito placuisse video.* Eamdem explicacionem etiam approbant et tenent Ribera et Cornelius à lap., etc.

Porrò, ex hoc sensu facilè tollitur difficultas, quomodo Christus postea se tangi permiserit ab ipsa Magdalena et hujus sociabus, cùm dixit eis : *Avete : illæ autem accesserunt, et tenuerunt pedes ejus*, Matth. 28. Respondetur enim hoc permisisse, quia Magdalena jam ex parte impleverat, quod Christus iussicerat, et cum reliquis mulieribus, quas celeri passu est consecuta, ketum nuntium de resurrectione Christi Apostolis afferre festinabat : neque jam morari volebat ad pedes Domini, sicut prius; sed tantum simul cum aliis feminis eum adorare, et statim iter maturare sum. Ejusmodi autem brevis attactus pedum Christi in signum reverentiae et adorationis non erat contra præcedentem Servatoris prohibitionem : *Noli me tangere.* Ut enim jam supra monui, his verbis Christus Magdalena non vetuit, ne unquam, et solum breviter in signum reverentiae ipsius pedes tangeret et veneraretur, sed ne moram faceret, et in hoc actu longius se detineret. Sicut et quando discipulis dixit : *Neminem salutaveritis in viâ*, Loc. 10, 4, non interdixit eum salutandi modum, quem charitas atque urbanitas exiguit, sed solummodù omnem vanam confabulationem et distractionem ac moram, ut Tirinus, aliqui interpretantes in hunc locum rectè observant.

Neque dicas : Ipsa haec vox, *tenuerunt*, apud Matthæum 28, v. 9, videtur indicare, quòd Magdalena et reliquæ mulieres Christum longius detinuerint, et ejus pedes cum prolixiore morâ amplectantes sint. Resp. : Nego illatum. Nam haec phrasis, *tenere pedes aliquius et adorare*, perse loquendo non significat longiore illius, qui adoratur, detencionem, vel longiore adorantis apud eum, quem adorat, moram, sed solum indicat exhibitionem seu signum reverentiae erga alterum. Ut enim Maldonatus crudité ostendit, erat inter Judæos reverentiae et adorationis genus, præsentim mulierum erga viros, pedes tangere; sicut, Exod. 4, 25, Sephora pedes tetigit, quasi deprecabunda, et mulier illa Sunamitis, 4 Reg. 27, cùm ad Elisaem venisset, ejus pedes tetigit, orans ut veniret, et filium suum mortuum suscitaret. Quemadmodum etiam apud Græcos, teste Homero Iliad. lib. 1, v. 500, adoraturi genus tangebant.

Kαὶ πάροισθεντο καθίζετο, καὶ λέπε γένουν,

Et ante ipsum sedit, etprehendit genua,

inquit Græcus ille poeta : de quâ consuetudine, et ejus origine multa Plinius, lib. 41, cap. 45, disserit. Certè Christus Matth. loc. cit., non legitur apud Magdalenam et reliquias mulieres, dum eis in viâ apparuit, moram traxisse, sed potius mox eas dimisit, ut Apostoli sunt nuntient, quòd Dominum in Galilæa visuri sint : *Ecce Jesus occurrit illis (mulieribus) dicens : Avete. Illæ autem accesserunt et tenuerunt pedes ejus* (textus syriacus habet : *Prehenderunt pedes ejus*), et ad-

raverunt eum. Propterea ergo tenuerunt seu tetigerunt pedes ejus, ut adorarent.

119. Antilogia VI. Secundum Matthaeum Christus redivivus Magdalena redeunii in urbem; secundum Joannem autem eidem stanti ante fores sepulcri apparuit. Resp.: Jam supra in responseione ad antilogiam quintam statim ab initio ostendimus, omnem discordantiam inter citatos hic textus Matthaei et Joannis vanescere, si ritè distinguantur duas apparitiones Christi, quas Magdalena habuit.

120. Antilogia VII. Juxta Matthaeum et Marcum, Christus tum per Angelos, tum per mulieres moneri jubet Apostolos, ut in Galileam abeant, ubi ipsum visitri essent; apud Lucam vero narratur, quod Christus apparuerit Apostolis Jerosolymæ. Resp. cum Cornelio à Lap. et alii, ac dico, nullam hic realem esse antilogiam seu contradictionem inter Evangelistas. Qui enim loquuntur de Christi in Galileam apparitione, mulibi negant eundem etiam Hierosolymis apparuisse; sed in hoc solummodo differunt, quod Matthaeus et Marcus de visione magis solemnissimam loquuntur, utpote quæ in Galilea (1) plusquam quingentis discipulis facta est; Lucas vero aliam minis solemnem commovere, quæ ipso resurrectionis Dominicæ die, congregatis Apostolis, et iis discipulis, qui tum Hierosolymis cum Apostolis commorabantur, obtigit.

121. Antilogia VIII. Juxta Matthaeum, Marcum et Lucam plures mulieres, juxta Joannem vero sola Magdalena visendo sepulcrum Domini Angelos videntur. Resp. et quero similiter ego, cur Joannes solam Magdalenam ad monumentum venisse dicat, cum ceteri Evangelistæ plures mulieres venisse dixerint? Nimirum (uti jam supra in solutione secundæ antilogiae apparenter talis de S. Joanne observavi) non fuit Evangelistæ propositum, omnia penitus connumerare. Sie, e. g., plures juxta crucem Christi mulieres erant; multi etiam viri, ut Lucas indicavit: Matthæus vero tres tantum nominavit mulieres, virum nullum. Edem ratione Joannes solum Magdalenæ mentionem facit, quod venerat ad sepulcrum Domini, et Angelos viderit. Egit autem Magdalena haud dubie in visendo sepulcro precipuas officii partes, et omnium aliarum mulierum, ad illud venientium nobilissima. Quod vel ex eo intelligitur, quod ceteri Evangelistæ, cum plures mulieres visentes sepulcrum Domini nominant, eam semper primo loco ponunt, ut videre est apud Matthaeum, Marcum et Lucam.

Corollarium. Cesset impius Horus mirari diversitatem quatuor Evangelistarum in nomina dis mulieribus sepulcrum Christi visentibus, dum in detestando suo opere sarcasticè ita ait: *Matthæus tantum duas mulieres ad sepulcrum accedentes novit, Mariam et Mariam Magdalenam. Marcus è contra loquitur de tribus illuc venientibus Mariâ, Mariâ Magdalene et Salome. Lucas*

rem adhuc metius novit, et narrat illas mulieres, quæ Domino in Galilæa inserviebant, et eum Hierosolymam euntes secutæ sunt, cum aliquot insuper aliis ad sepulcrum perrexisse. Joannes vero nullam aliam, quæ mane ad sepulcrum iverit, posuit, nisi unitam Mariam Magdalenam. Nimirum non attondit, aut attendere noluit incredulus ille blatero, quod, dum unus Evangelista unum vel alteram mulierem ad sepulcrum Domini ve- niens nominat, ideo alias mulieres ab aliis Evangelistiæ nominatas non excludat, neque inficietur, has pariter ad sepulcrum venisse. Nulla igitur hic est contradictionis, ut ex supra dictis satis constat.

122. Antilogia IX. Circa tempus adventus mulierum ad sepulcrum Domini manifesta inter Evangelistæ visuetur esse contradictione. Nam S. Matthæus, 28, 1, ait, quod *vespere sabbati, quæ lucescit in primâ sabbati, venerit Maria Magdalena, et altera Maria videre sepulcrum.* E contra Marcus, 16, 2, ait de mulieribus: *Et valde manë una sabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam sole.* Porro Joannes rem ita describit, cap. 20, v. 4: *Unâ autem sabbati Maria Magdalena venit mane, cum adhuc essent tenebrae, ad monumentum.* Ex quibus de ista tale deducunt argumentum: Omnes sciunt, mane opponi vesperi, ac tenebras orto jam soli; atqui sic loquuntur Evangelistæ: ergo manifestè sibi contradicunt. Resp., et omissis aliis responsionibus dico cum Cornelio à Lap., *vespere seu vesperam sabbati esse noctem, quæ sequentur sabbatum, et quæ nox lucescit, id est, terminatur et desinit in lucem in primâ sabbati* (1), id est, mane diei Dominicæ, quæ prima dies est in hebdomadâ. Ita Nyssenus Orat. 2 de Resurrectione, S. Augustinus, lib. 3 de Consensu Evang. cap. 24, Theophil. Euthymius, S. Thomas, et alii. Id etiam patet ex Marco, qui clarè ita rem explicat, cap. 16, v. 1, dicens: *Et cum transiisset sabbatum... valde mane unâ sabbatorum (mulieres) veniunt ad monumentum, orto jam sole.* Item ex Lucâ, capit. ib. 23, 24, ita loquente: *Et revertentes (mulieres à Christo jam sepolcru) paraverunt aromata et unguenta* (id est, in fine

(1) Hic observandum, quod vox *sabbatum* in S. Scripturâ vario sensu accipiatur. Non enim semper significat ultimam hebdomadæ diem, que Iudeis specialiter sacra erat, et nostrani diem Dominicanum immediatè præcedit, sed etiam sumit protot  hebdomad  seu septiman . Sic Luc. 18, 13, Phariseus ait: *Jejuno bis in sabbato,* id est, in hebdomad ; a potiore enim die tota hebdomada vocabatur sabbatum. Unde textus arabicus habet: *Jejuno duobus diebus in omni hebdomade.* Ob eandem rationem vox ista, *sabbatum* interdum pro quâvis die hebdomad  seorsim spectat  sunnitur. Nau sic septem dies hebdomad  dicuntur ferie: hoc ordine prima, secunda, tercia, quarta, quinta, sexta, septima feria, sic ab Iudeis sabbata dicebantur hoc ordine, prima sabbati, vel sabbatorum, secunda sabbati, et sic de reliquis. Igitur, dum S. Matthæus ait, sanctas mulieres *vespere sabbati, quæ lucescit in primâ sabbati, venisse ad sepulcrum,* primo loco intelligit vesperam ferie septim , quæ etiam à nobis sabbatum dici solet; per primam sabbati vero designat Dominicanum diem, qu  Christus resurrect. Similiter, quandò SS. Marcus, Lucas, et Joannes loc. cit. dicunt, illas mulieres *un  sabbati, vel un  sabbatorum* venisse ad monumentum, semper sensus est, eas venisse prim  die Dominic .

(1) 1 Cor. 15, v. 6, de Christi apparitione in monte Galileæ fuisse disserit Barradius, tom. 4, in Concordiam et Historiam 4 Evangelistarum, l. 9. cap. 6.

parasceves seu feria sexta statim post mortem et sepulturem Christi ad eum ungendum parare coepérunt aromata et unguenta'; et sabbato quidem situerunt (hoc est, quieverunt) secundum mandatum; und autem sabbati (id est, primâ die post sabbatum, puta Dominicâ quo Christus resurrexit) valde dilicito venerunt ad monumentum, portantes quæ paraverant, aromata. Confer huc cum iis, quæ supra ad dissolvendam primâ antilogiam diximus.

123. Instant. Marcus loc. cit. dicit, mulieres venisse ad monumentum, *orto jam sole*; è contra Joannes loc. cit. ait, eas venisse, *cum adhuc tenebrae essent*. An ortus sol, et tenebrae inter se non pugnant? Resp.: Haec nequitq[ue] inter se pugnare. Venerunt enim sanctæ mulieres ad monumentum orto quidem jam sole, sed nondum plenè, adēquè cùm adhuc tenebrae aliquæ essent, quales sunt, quandò adhuc diluculum vel aurora est. Aurora enim est confinium lucis et tenebrarum, quandò necdum sole, sed radius ejus ad nubes vel montes reflexis apparentibus, adhuc aliquæ in aere restant tenebrae. Unde illud apud Marcum, *orto jam sole*, non est sic accipiendum, quasi si iam tun visus esset super terram, sed quid radios suos et splendorem aliquem in terram reflexum spargere coperit, prout S. Augustinus loc. cit. expressè docet. Idem S. doctor ibidem S. Marci textum non his verbis citat, *orto jam sole*, sed, *orienti jam sole*, addens sensu esse, cùm cœlum ab orientis parte jam albergetur ob solis vicinitatem. Similiter, teste Calmeto, Complutensia greca exemplaria legunt: *Cum jamjam sol ortus esset*, hoc est, orto vix sole. Imò hoc ipsum indicat ipso S. Marcus loc. cit., apponens particulas *valde mane*; hoc modo: *Et valde mane... veniunt ad monumentum, orto jam sole*.

Præterea alia adhuc responsio dari potest cum Dionysio Alex., Epist. ad Basilidem, Calmeto Comment. in Matth. et Marc., et aliis, atque dici, tenebras adhuc fuisse dum mulieres ille domo et urbe egressæ sunt; lux autem ei sol ortus, cum ad monumentum venerunt; sicutque facilè memorati Evangelistæ Marcus et Joannes inter se conciliantur.

124. Antilogia X. Christus juxta Marcum, cap. 8, v. 31, prædictus, se post tres dies resurrectum. Unde principes sacerdotum et Pharisæi, teste Mattheo, cap. 27, v. 63, ad Pilatum dicebant: *Domine, recordari sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam*. Sed juxta alium locum Matthei, nempe cap. 16, v. 13, Christus prædictus se die tertii resurrectum. An non est contradicatio, predicere: Christus post tres dies resurgent, hoc est, post tres dies à morte suâ elapsos resurgent, et: *Die tertii* (hoc est, non post completos tres dies) *resurgent*. Præterea ex ipsa historiâ evangelicâ liquet, Christum non resurrecte post tres dies. Nam die Veneris mortuus est, et summo mane dies Dominicæ resurrexit. Resp.: Non solum nulla hic est contradicatio, sed neque est magna difficultas, objectos textus inter se conciliandi. Tollitur enim duobus verbis, si dicamus, *Post tres dies*, nil aliud indicare. omnia terciâ die.

sumendo nimirū partem pro toto, seu partem diei pro totâ die, ut non rarò per figuram synecdoches, ex more numerandi apud Hebreos usitatum erat. Sic in libro Levitici, cap. 12, v. 3, Deus die octavâ jubet circumcidì puerum. Lucas verò de circumcisione Christi scribit, cap. 2, v. 21: *Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcidetur puer*. Atqui Servator non est circumcisus post diem octavum, verò ipsâ die octavâ. Præterea ex ipso loco S. Matthæi cap. 27, qui est contra nos allegatus, nostra responsio potenter confirmatur. Nam ibi principes sacerdotum et Pharisæi, postquam Pilato indicarunt, dixisse Jesum, post tres dies ad vitam se redditum, nihil amplius à preside petebant, quām ut sepulcrum jubaret custodiri in tertium diem: *Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium*, Matth. 27, 64. Non dixeré: *Usque in diem quartum*, etc., sive *usque post diem tertium completu et finitu*. Ex quo patet, vulgari ratione loquendi inter hos modos loquendi non esse reale discrimen; et Christum à Scripturâ juxta modum loquendi Hebreorum rectè dici resurrexisse post tertium diem, etiamsi non primum post exactum in sepulcro triduum, sed tertia die rediverit ad vitam. Sensus itaque horum verborum: *Post tres dies resurgam*, est iste: *Post tres dies*, non finitos, sed inchoatos, id est, intra tres dies, vel tertio post die. Quo sensu etiam Christus apud S. Joannem, cap. 2, v. 19, ait: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabō illud*.

125. Instant Matthæus, 12, 40, ait: *Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus*. Sed Christus non tres, sed duntaxat duas noctes, nimirū nocte Veneris et sabbati in sepulcro fuit; die autem Dominicæ mane resurrexit, ut ipse Matthæus cum ceteris Evangelistis testatur. An hic non datur manifesta contradicatio? Nulla hic est realis, sed solum apparteret talis antilogia sive contradicatio. Antequam autem id ostendam, prius observo, Judeos diem non nostro more ab ortu solis, verum à media nocte ordiri consuevisse more Romanorum, qui illo tempore Judeæ imperabant, atque in civilibus quoque suum calendarium induxerunt. Quod autem Romani diem suum computarunt à media nocte in aliam proximè sequentem medium noctem, Macrobius, lib. 4 Saturn. c. 3, Gellius, lib. 3, cap. 2, et Plinius, lib. 2, cap. 77, expressè testantur. Quid verò Judæi, licet alias pariter dierum computus habuerint, hoc Romanorum computu fuerint usi, deducitur partim ex iam dictis, partim ex eo, quia etiam ex castrenibus Romanorum horis atque vigiliis, quatuor noctis vigilias distinxerunt, ut apud Matthæum, cap. 14, v. 25, legitur. Præterea notandum quidò quandò Christus loc. cit. dicitur, *tribus diebus et tribus noctibus* fuisse in sepulcro, non intelligendæ sint omnes tres dies ac noctes integræ, sed prima et tertia dies et nox duntaxat partialis per syncedochen, accipiendo partem pro toto, quæ figura in Scripturâ sœpè occurrit.

His præmissis, facile explicatur, quomodo Christus tribus diebus et tribus noctibus fuerit in sepulcro. Nam sepultus est die Veneris ante solis occasum mansisse que in sepulcro usque ad medium noctem, quæ pertinebat ad diem Veneris. Inde à mediâ nocte incipiebat sabbatum, quo toto permansit in sepulcro per integrum diem et integrum noctem; successit dies Dominicæ pariter à mediâ nocte, quâ reliqua per sex ferè horas permansit in sepulcro usque ad auroram, cùm incepit lux et dies, in quâ resurrexit, ita ut totâ mediâ nocte Dominicæ, et parte aliquâ auroræ, sive diei et diluculi Christus fuerit in sepulcro, donec aurorâ crescente, magisque illucescente resurrexit. Erat enim tunc Pascha circa æquinoctium, in quo dies æquales sunt noctibus, ac proinde noctes æquæ ac dies sunt duodecim horarum. Ita Cornelius à Lap., loc. cit., cum aliis.

Corollarium. Rectè contra incredulos Hermann. Goldhagen observat, Evangelistas, quandò Christum jam in tribus diebus, jani post tres dies, aut post tres dies et tres noctes, jani tertidiæ die resurrexisse dicunt, omnes ad morem numerandæ apud Iudaeos tum recepit responxisse, eundemque in sensum convenisse; id quod tum bene intellexerunt Judæi, ut nec minimò circa spatium temporis resurrectionis Dominicæ dubio vacillarent.

126. Scholion. Atque hæc antilogiae toto hoc paragrapo 4 recensite et discussæ sunt contradictiones illæ, quas increduli tantoper jactant; è quibus D. Lessingio plures videbantur inextricabiles. Verum, ut ex hac tenus dictis abundè patet, leves admodum, nec reales, sed apparentes duntaxat hæc antilogiae sunt, quæ veritatem historiæ evangelicæ potius confirmant quam labefactant. Nam si Evangelista ex fraude condicè factum resurrectionis Dominicæ confinxissent, id genus apparentes antilogias seu discrepantias non solum faciliè potuissent, sed et ad finem suum securius obtinendum debuissent evitare. Denique illud quoque notandum, quod D. Lessing, vir à verâ fide alienus, cùm memoratas modò Evangelistarum apparentes antilogias conciliare nequireret, admittere non reformidârit, veras et reales esse hujusmodi antilogias, sed scripsisse Evangelistas, tanquam homines fallibilis et divinitus non inspiratos; per has autem minutias historiam Christi resurgentis non labefactari. Verum habuit D. Lessing in hâc suâ sententiâ, quam altero scripto sub nomine *duplici* firmavit, continuò plures antagonistas, ex ipsis DD. Protestantibus quamvis pariter à verâ fide alienis. Illos interfuerunt auctor anonymous *Quelpherbyti* typis Brunswicensibus, anno 1777; D. Mascho, scholarum rector Rupini, in suâ *Apologiâ* pro veritate christianæ religionis Hamburgi 1778, et eodem anno D. Luderwald, superintendens *Quelpherbyti*, typis Helmstadiensisibus.

§ II. *Alia argumenta, seu potius cavillationes incredulorum contra miraculum resurrectionis Dominicæ.*

127. Argum. I. Si resurrectio Christi verè evenit, cur non, uti publicè in cruce mortuus est, ita etiam

spectante populo è sepulcro prodit? cur non recta in Synagogam penetrans se principibus sacerdotum redivivum ostendit? Numquid hoc fuissest potentissimum remedium populum et principes ad fidem in Christum convertendi? Ita cum plurimi deistis etiam anonymus ille officialis bellicus, quem jam alibi (1) citavimus, in suo scripto argutatur. Verum Resp. 1^o: Deistæ hic præscribunt Deo certas conditiones, quibus denique ad fidem resurrectionis habendam paciscantur. Sed planè impium est, hominem velle Deo modum agendi prescribere; neque etiam in religione naturali querimoniarum foret finis, si qui hanc licentiam sibi permissem protenderent, uti Cl. Goldhagen contra deistas claram ostendit. 2^o Memoratæ conditions requiri non possunt ut necessaria ad probandam resurrectionem Christi. Nullo enim modo consequitur: *Christus in publico coram principibus sacerdotum et toto populo non comparuit; ergo nec verè resurrexit; non apparuit Iudeis sibi inimicis; ergo neque Apostolis atque discipulis suis.* Has certè ratiocinationes nullas et ignes esse nemo non videt. 3^o Præterea principes illi, et populus Judaicus tanto favore, ut Christus redivivus coram ipsis publicè compararet, se positiè indignos reddiderunt, utpote qui tunc jam divine Christi missionis signa seu miracula (2) contempserunt, et facta etiam tali apparitione nihilominus in ipsum verisimiliter non credidissent; cùm tam malitiosi fuerint, ut post acceptam à militibus certam resurrectionis Christi notitiam, eos, ne veritatem rei panderent, pecunias subornârint, Matth. 28, 14, 16. 4^o Denique, ne nos in refutandâ vanâ cavillatione incredulorum longius detineamus, istâ ratione utor. Deus evidenter nullâ lege tenetur illa omnia, quæcumque potest, præstare, ut homines ad veritatem ac honestatem adducat. Quero enim ex adversariis: Numquid justi plures in terra degeren, si Deus vel uno temporis momento sive gaudia coeli, sive supplicia damnatorum nobis manifestè ob oculos poneret? Labore nullo id posset. Cur ergo non facit, et istud maximum beneficium negat mortalibus? Quero ulterius maximè ex deistis: An non Deo longè facilimum fuissest, claram seipsum mundo manifestare, quin ullus hominum potuisset de ejusdem existentiâ dubitare, aut falsas sibi de ejus perfectionibus ideas formare, aut indignum supremæ ejus majestati cultum exhibere? Quantum boni fuissest inde natum, quantum mali impeditum? Cur autem non ea se claritate manifestavit? Porro queri ex iisdem potest, cur Deus religionem naturalem non omni proposuerit claritate, cur aliquas in ea obscuritatem reliquerit, ex quibus hominum vitio absurdissima quæque sunt in mundo consecuta? Numquid et ipsi respondere debent, quod nos ad ipsorum quæstiōnem suprà propostam, cur Christus redivivus principibus sacerdotum

(1) Vide part. 3 Scripturæ sacræ contra incredulos propugnare, sect. 1, de 4 libris Regum cap. 1, de libro 1 Reg. quest. 17, num. 47.

(2) Inter haec miracula etiam erant resurrectiones alie aliorum à Christo ad vitam resuscitatorum, cæquo publice, videlicet adolescentis apud Nain, filie Jairi et Lazari.

et toti populo publice non apparuerit, respondimus, scilicet nonnisi impie hominem posse Deo modum agendi prescribere, aut quid deceat Deum agere vel non agere, curiosis investigare. *Incomprehensibilitas enim sunt iudicia ejus, et investigabiles viae ejus, Rom. 11, 33, et, sicut exaltantur celi à terra, sic exaltatae sunt cogitationes ejus à cogitationibus nostris, Isa. 55, 9.*

128. Argum. II. Dici nequit, quā ratione Matthæus singulas Dominicæ resurrectiones circumstantias tam accuratè rescire poterit; cūm nec ipse nec discipulorum aliquis, nec quæpiam ex mulieribus sepulcrum visentibus tunc, quandò Christus resurrexit, præsens fuerit. Ita deistarum multi. Resp. cum Cl. Udalrico Reiss, p. 2 de veris falsisq[ue] Miraculis, sect. 4, cap. 2, § 153, scholion 1, et dico, aliquos respondere, Matthæum per factam sibi divinitus revelationem ea omnia cognovisse. Verūm omīssā interim hāc responsione, meritò dici potest, Matthæum illa sigillatim ex ipsis sepulcri custodibus intelligere potuisse. Quamvis enim illis custodibus, qui nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant, Matth. 28, 11, 12, copiosa pecunia data sit, ut dicentes, discipulos Christi nocte venisse, et furatos esse corpus ejus; tamen non omnes illorum custodum, sed tantum quidam ad principes sacerdotum venerant, prout Matthæus ibidem expressè testatur, dicens: *Ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, et nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant.* Nihil igitur illos milites sepulcri custodes, qui non venerunt ad principes sacerdotum, nec pecunia corrupti erant, prohibebat, ne pro salvando honore suo (1) rem, uti verē evenerat, narrarent, totamque per urbem divulgarent, ita ut Matthæus singulas Dominicæ resurrectionis circumstantias faciliè intelligere poterit.

129. Argum. III. Saltem ex visionibus redivivi Christi, quæ discipulis ejus, et nonnullis mulieribus factæ sunt, nullum solidum argumentum peti potest. Nam discipuli fuere rudes, ac vel idē ad deceptionem pronī; mulieres verō sunt passim illusionibus aptæ, et ob vivaciorem ac frequenter perturbatam phanta-

(1) Et sanè militum sepulcri custodum vel maximè intererat, rei tam stupenda, que ipsos in fugam concicerat, eventu se excusare, ne in gravissimas poenas inciderent, apud Romanos illis decretas militibus, qui statione sua vel essent turpiter functi, vel eam ex ignavia deseruerint; de quibus poenis vide ff. de re militi. Unde dubitandum non est, quin milites à Pilato interrogati, veritatem rei candide edixerint, ne si se dormissent faterentur, atrocibus illis penitus subiecissentur. Quid autem Pilatus veritatem resurrectionis Christi probè exploratam habuerit testem præter Justinum et alios habemus, etiam Tertullianum in suo Apologetico adversus Gentes, ubi cap. 21, postquam de resurrectione Christi scripsit, his verbis: *Sed tice die tertii concussa repente terrā et mole revoluta, quo obstruxerat sepulcrum, et custodia pavore disiecta, nullis apparentibus discipulis, nihil in sepulcro repertum est, prelerquā exuviae sepulcri, post aliquod intervalum subdit: Ea omnia super Christo Pilatus... Cesari toni Tiberio nuntiavit.* Neque audiendi sunt, qui autoritatem Tertulliani quoad hoc testimonium impugnant. Egregiè enim refutati sunt à Natale Alexandro, tom. 3 Histor. eccl. secul. 1, cap. 4, et ab aliis eruditis viris.

siam facilè in fraudem inducuntur. Ita Edelmannus, Orobius, Dodwellus, aliique hujus farinæ homines objiciunt. Resp. cum Cl. Udalrico Reiss, et observo, duos incredulorum cavillos hic confutandos esse; nempe quod visiones illæ fuerint non reales, sed duntaxat phantasticæ; dein quod testimonium tam mulierum, quam discipulorum nullius sit roboris. Primum quod attinet, visio facta mulieribus ad sepulcrum Domini phantastica seu feminæ imaginationis fœtus dici non potest; cūm enim lapidem cerneret revolutum, existimatib[us] corpus Christi h[ab]ito esse sublatum, prout de Magdalena Scriptura Ioan. 20, 13, clarè testatur: de visione autem Christi redivivi aut Angelorum eas tunc jam cogitasse non constat. Cūm igitur in illis nullam ad ejusdemphantasiā excitandam præcessessit dispositionem, sciamus, ipsaque visio Angelica fuerit planè inexpectata, mulieres propter impetum phantasias fuisse deceptas, dici nequit. Sed neque apparitiones Apostolis factæ phantasticis imaginibus adscribendæ sunt; non enim ad fingendas deceptrices imagines dispositi, aut ad credendum nimis proni, sed potius ita increduli erant, ut mulierum relationi de viso Christo redivivo fidem adhibere renuerunt, eamdem deliramentis, Luc. 24, 11, accensentes. Neque incredulitatem suam prius deposituerunt, quād ubi ex visu, auditu, tactu et familiari cum Christo consuetudine clarissimè cognovere, se cum Christo à mortuis excitato conversari.

Quod alterum spectat, tam mulieres illæ, quād discipuli hāc de re sufficenter et poterant, et volchant testari. Poterant; agebatur enim de quodam facto, ad quod ingenii acuminē opus non erat, sed de facto sensibili, et non uni tantum feminæ, vel discipulo, sed pluribus noto; valebant autem et mulieres illæ et discipuli sancta mente et integris sensibus. Volebant etiam; nam inculpatum viventes vitam, nullā spē temporalis lucri, aut honoris mundani acquirendi ad id afflicabantur, sed potius pro rei hujus veritate odio et persecutions inimicorum Christi constanter tolerarunt.

130. Argum. IV. Christi corpus ab ejus discipulis auferri occultè potuit, deinde verò spargi in vulgo, Christum à mortuis resurrexisse. Ita veteres et recentiores increduli passim. Sed resp., et dico, à deistis aliisve incredulis nihil re ista absurdius singi posse. Nam illud primò ab iisdem querimus, unde nam istud furtum à discipulis Christo commissum neverint? anne ex antiquis monumentis, vel aliunde? Proferant probabile aliquod rei hujus argumentum. Si autem tale proferre nequeant (prout reverè id non possunt), quā tandem impudentiā huic suspicioni locum esse affirmare audent? Profectò hāc arbitriari atque inepti, sine ullā causā suspicidi temeritate humanam societatem perverti, ac rei cuiuslibet veritatem confundi, nemo non videt. Nihil enim amplius in antiquitate certum occurret, omnia incerta esse oportebi, semel ac hujusmodi suspicionibus aures quispiam præbeat.

At positivis etiam argumentis cavillum ab adversariis allatum confutemus, et num possibile fuerit, quod ipsi inepti ac impie suspicantur, primò quidem quoad

pertinaces Iudeos, deinde quoad ipsos Christi discipulos, diligentius expendamus. Ne ergo Christi corpus furtum subriperetur, Iudei omnem præcautionem adhibuerunt, prout legitur apud S. Matthæum, c. 27, v. 62, et seq., his verbis: *Alterā autem die, quæ est post Parascevam, convernerunt principes sacerdotum ei Pharisei ad Pilatum dicens: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli ejus, et furentur eum, et dicant plebi: Surrexit à mortuis; et erit novissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodie, sicut scitis. Illi autem abeantes, munierunt sepulcrum, signantes lapidem cum custodibus. Christum ergo se à mortuis tertia die resurrectum esse dixisse, Pilato indicarunt Iudei, ipsumque monerunt, ut diligenter impeditret, ne qua fraus hæc in re per discipulos obrepereat. Pilatus iisdem annuit, atque ad omnem fraudem præcautam permittit, ut militibus utantur, prout voluerint. Ipsi verò nihil morati ad Christi sepulcrum custodias apponunt; atque illud obsignant. Fieri ergo non potuit, quod Iudeos spectat, ut Christi corpus furtum subriperetur. Et profectò nullam in hoc fraudem contigisse, etiam ipsi Iudei convicti fuere; non solum enim nihil tale Apostolis unquam exprobaverunt (quod sanè, si potinissent, facere non omisissent); sed etiam, cum quidam militum, quos ad custodiam sepulcri apposuerunt, eisdem nuntiassent, Christum resurrexisse à mortuis Matth. 28, v. 12, 13: *Congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam capiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt eum nobis dormientibus. Suo ergo mendacio nihil fraudis ab Apostolis commissum esse, ipsi Iudeorum principes atque sacerdotes confessi fuere; inò posteri quoque coram id ipsum confiteri debent, quia licet haec, que retulimus, ab Evangelistis scripta sint, tamen Iudei falsitatis ea accusare nunquam potuerunt.**

Modo videamus, num quoad Christi discipulos possibili fuerit, ut Christi corpus ab iisdem furtum subriperetur. Antequam autem impossibilitatem hujus rei demonstremus, observo, quod increduli possibiliter illius ostensuri, diversimodè id evincere conentur. Aliqui enim eorum concedunt, milites sepulcri custodes ad discipulorum adventum et attentatum illud furtum reverà somno excitatos fuisse, sed pulsos fugatosque esse à prævalente discipulorum manu asseverant. Alii ex adverso negant, sopore expergefactos fuisse milites; sed dicunt, quod discipuli per cuniculos effossò humo sepulcrum ingressi, corpus Christi furtum abstulerint. Sed praterquam quid iste assertiones sibi invicem manifestè contradicant, nemo non videt, quām fulsis sit utraque hec conjectura. Nam quoad primam, quis credit discipulos, qui ante ex timiditate fogam arripuerē, quorum unus ad vocem feminæ magistrum suum negavit, etc., quis, inquam, credit eos ausos fuisse, armatos milites vi aggredi et fugare? Quis credit, milites, si à discipulis Christi vici et superata essent, hoc celare voluisse, vel po-

tuisse, licet voluissent? Quis credit, Pilatum hanc injuriam militibus romanis illatam, quam haud dubiè intellexisset, non illicè ulturum, etc.? Negre dicant adversarii, milites quidem à discipulis Christi non fuisse vi pulsos et fugatos, attamen pecunia corrupti, ut permitterent, corpus Christi subtrahi et auferri. Sed contra est: Apostoli post Christi mortem summō timore correpti remanserunt; quis ergo credit, eos ausos fuisse pecunia milites corruptere, et ad permettendam corporis Christi ablationem inducere? Deinde probabilene est, milites mandaūt Pilati, et potentiam Iudeorum, à quibus nihil non metuere poterant, tantoperè contempssisse, ut paucis quibusdam infimæ plebis, nulliusque existimationis hominibus, quales Apostoli tunc habebantur, rem grātam facerent?

Quoad alteram conjecturam, seu potius fabulam, notandum est, quid monumentum, in quo Christi corpus positum est, fuerit in petrā excisum (1), quid penetrare per cuniculos res fuisse laboris summè ardui et diuturni; neque ita silenter fieri potuisse, ut nihil inde strepitū ad dormientes milites perveniret vel ex instrumentis ferreis, quibus petra illa pulsari debuisset, atque excavari, vel si petra ipsa non fuisse perforata, saltem ex plurim hominum concursu, qu ad revolvendū lapidem necessarii fuisse (erat quippe magnus valde, Marc. 16, 4), et ex ipso revolvendi strepitū, quo milites haud dubiè ex somno expergesci fuisseint. Caeterim, si res ita gesta est, ut adversarii volunt, cur à discipulis Christi relicta in sepulcro fuisseint linteamina, et sudarium? Certè in re trepidā, summiq[ue] discriminis, ut Cl. Udalric. Reiss, loc. supra cit., bene observat, non solem fures sese diutius detinere, prout in tali casu discipuli debuissent facere, ut scilicet complicata circa corpus Christi linteamina, eique ob mixturam myrras et aloes adhaerentia evolvereant. Quin potius debuissent haec omnia non detrahere, utpote que portationem corporis furtum sublati multò faciliorem reddidissent.

431. Corollarium. Omnibus igitur consideratis, nullam prorsus versimilitudinis speciem habet, quid corpus Christi à discipulis fuerit farto sublatum. Accedit, quid omnino incredibile sit discipulos Christi antea timidos, imbeciles et modice fidei, ac apud omnes vulgaris in pretio habitos, propter tam turpe mendacium, quod de resurrectione Christi confluxisse, ab adversariis dicuntur, tantum alacritatem, fortitudinem, atque firmitatem comparare subito sibi potuisse, ut unanimi consensione ad annunciandam Christi resurrectionem palam prodirent, linguis omnibus loquerentur, miracula patrarent, omnes in sui admirationem converteant, multosque tum Iudeorum, tum gentium ad Christi religionem amplectendam inducerent, ac denique tot ac tantas persecutions, ipsanque mortem

(1) Matth. 27, 60. In quem locum hujus Evangeliste S. Hieronymus ait: *Uade et in monumento novo, quod excisum fuerit in petram conditus est, ne si ex multis lapidibus adficationem esset, suffossis tunuli fundamentis, ablatus h[ab]eo dicere.*

crudelissimam amorem magistri sui sustinenter et contemnerent. Præterea, quâ ratione contigit, ut eadem fortitudo in ipsorum successoribus deinde perseveraverit, virtus permaneserit, efficacia persisterit, atque ita omnes ubique gentium Christiani, nobiles et plebei, ineruditæ et docti, ac ex ipsis gentilibus philosophis non pauci in Christi resurrectionem assensu fuerint? Profectò qui hæc omnia ad mendacium consequi posse, affirmare non erubunt, effrons et pertinacissime incredulitatem homo dici meretur. Addo insigne illud effatum D. Augustini, lib. 22 de Civit. cap. 5, dicentis: « Jam ergo tria sunt incredibilia, que tamen facta sunt. Incredibile est, Christum resurrexisse in carne; incredibile est, mundum rem tam incredibilem credidisse; incredibile est, homines ignobiles, infimos, paucissimos, imperitos, rem tam incredibilem, tam efficaciter mundo, et in illo etiam doctis persuadere potuisse. Horum trium incredibilium primum nolant isti, cum quibus agimus (nempe pagani seu ethnici), contra quos Augustinus libros de Civitate Dei scripsit), credere; secundum coguntur cernere, quod non inventiunt unde sit factum, si non credunt tertium. Resurreccio certè Christi, et in eodem cum carne, quâ resurrexit, assertio, toto iam mundo predicatur, et creditur; si credibilis non est, unde toto terrarum orbe iam credita est? » Ita more suo eleganter et solidè Hippone nensis presul.

152. Argum. V. Potest cum Horo, in detestabili suo libro, cuius jam sepius mentionem fecimus, dici, Christum in cruce non reverâ fuisse mortuum, sed tantum gravi deliquio affectum, et ita sepulchrum; aromaticum autem involucra, quibus ejus corpus involutum fuerat, nervos ejusdem confortasse, et sanguinem propre stagnante iterum ad vivaciorem circulationem determinasse, ita ut Christus sufficientes vires recuperarit, ex sepulcro prodeundi, et in Bethaniam vulneratis pedibus saltitandi, ad curanda ibi vulnera sua; quod cum facere neglexisset, et testantibus ipsis Evangelistis instar hominis sani non solum Bethaniam, sed etiam Jerosolymam, ipsamque Galileam obambulasset, februm ex vulneribus ejus ortam esse, vel omnino gangrenam et sphakelos (germanice *den heissen und kalten Brand*), ex quo morbi genere postea verè et modo ordinario, ut alii homines, mortuus fuerit. — Resp.: Hæc deliria Horo, utpote per se absurdissima, nullâ refutatione digna forent. Sed quia famosus ille Horus in his impiorum suum systema contra miraculum resurrectionis Christi fundat, saltæ paucis illa confutanda statui. Itaque ex eodem quicco: An militæ sepulcri custodes non potuerint Jesum, etiam si iste non penitus extinctus fuisset, impidere, ne ob-signatum lapidem valde magnum semivivus revolveret, et fugâ dilaberetur? Ait quidem Horus, custodes illos sepulcri à solo Mattheo confictos fuisse, aliis Evangelistis de hac custodiâ altum silentibus. Ast ulterius ex pertinace Horo querro, an in scientiâ scripturistica sit adeo peregrinus, ut nesciat, non semper omnes Evangelistas referre omnes circumstantias vel omnia

facta, quæ refert alter (vid. supra, num. 76, 77, 86), salvâ tamen singulorum veritate historicâ? Dein cur hostes Iesu (principes sacerdotum) fixerunt, corpus sepulti à discipulis nocte venientibus farto fuisse ablatum, militibus dormientibus? annon aptius ad obtinendum finem suum dixissent, nullam custodiâ fuisse appositum, et sic facile corpus Christi potuisse furtum auferri? Sed nempe historicè nimis certum erat, milites custodes, consentiente Pilato, fuisse sepulcro Christi appositi. Certe, si Mattheus, qui primus ex quatuor S. Evangelistis Evangelium scripsit, illas circumstantias de militum custodiâ confinxisset, Judezi et Gentiles morti Christi presentes aut circa illa tempora viventes, Mattheum turpis mendacij arguisserent.

Porrò, dum Horus ait, Christum in cruce non fuisse verè mortuum, sed tantum grave deliquium passum, à quo postea aromatibus, etc., confortatus, in sepulcro ad se redierit, et sufficientes ad prodeundum vires recuperarit, asserit aliquid omni prorsus verisimilitudinis specie dictum. Queso enim, si ipse Horus post tam acerbos cruciatus, quales Jesus jam ante crucifixionem à Judæis et gentibus sustinuit, cruci affigeretur, et per tres horas inter summos dolores in ea penderet, simulque lanceâ latus ipsius transfigeretur; dein verò à cruce depositus, aromatibus copiosè ungeretur, et sepulcro, grandi lapide superimposito, per plures horas, aut in tertiam usque diem includeretur, num verisimile homini sane mentis videri potest, Horum sic sepultum à suo lethali deliquio ad se redditum, tantisque recuperaturum vires, ut sepulcrelante lapidem removeat, instar hominis sani et ab omni vulnera immunis è tumulo prodeat, et iter per diversa loca conficiat? At piget, ulterius rei per se manifesta demonstrandæ immorari. Id solùm addo, eamdem Horo fabulosam explicationem etiam à Cl. Bullet (*Réponses critiques*, tom. 2, pag. 586; refutatam esse).

Idem clarus auctor eodem tom. 2, pag. 599, insuper aliam prorsus commentitiam quorundam incredulorum assertionem, ad impugnandum resurrectionis Christi mysterium excoquitam recenset et refellit. Ausi sunt hi sycophantes omnino negare, Christum fuisse crucifixum, ac dixeré, Pilatum ad sedandum populi tumultum alium quendam sceleratum hominem loco Christi substituisse atque occidi jussisse, quia non potuit animum suum inducere, ut innocentem Christum furori populi tradiceret. Verum, quis sane mentis sibi persuadeat, hanc substitutionem alterius personæ loco Christi fuisse factam, aut fieri potuisse ad fallendum populum. Jesus in totâ Jerosolymâ era notissimus; brevi ante eamdem cum solemni jubilo et triumpho, palmarum ramis ipsi substratis, ingressus est; sepè ibi docebat in templo, ubi omnes Judezi conveniebant; magna miracula in hac urbe patravit. Quanta hominum cupiditas, videndi virum thaumaturgum seu patratorem miraculorum? Ad hæc; cum Pharisæis sepius colloquia instituit; Jerosolymis in pleno meridie cruci fuit affixus; pendebat in cruce in

conspectu totius ferocientis populi, et ante oculos principum sacerdotum, qui ei illudentes cum scribis et senioribus dicebant: *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere; si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credimus ei.* Matth. 27, 41, 43. Nunc sapiens lector judicet, num praetensa illa substitutio crucifixae alterius persona loco persona Christi possibilis fuerit?

133. Corollarium. Tam inexpugnabile est mysterium resurrectionis Christi, ut illud vel admittere, vel in insana figura, qualia sunt illa Hori, aliquorumque incredulorum deviare necesse sit. Stabilità autem semel veritate et certitudine resurrectionis Dominicæ, hoc ipso sequitur, Christum esse Deum, et religionem Christianam esse veram, ac proin Christum esse Messiam, patratorem miraculorum, et magistrum doctrinae morum sapientissimum, sanctissimum. Hanc sequelam increduli optimè perspiciunt, cùque de causa resurrectionem Dominicam omnibus modis impugnare, et (siquidem possent) evertre conantur. At frustra, quia divina Providentia totæ tantis historicæ veritatis, ac indubiae credibilitatis motivis hoc mysterium munivit, ut omnis adversariorum impugnatio non possit non esse vana et inanis, prout cùm ex dictis, tum ex ritè persensis argumentis auctorum supra, num. 413, citatorum cuivis sane meatus homini luculentem patebit; quibus adde *Succinctam diatribam de resurrectione Christi, avi nostri incredulis appositam, auctore Thomâ Holtzkau. Wirzburgi, an. 1780.*

134. Queres XXIX: *An miraculum ascensionis Christi in celum sufficiens notas credibilitatis habeat ad refellendas incredulorum cavillationes?* — Resp. affirmativè. Nam Christum in celum reverâ ascendisse, res facti est, quæ argumenta sua credibilitatis evidentissima habet. Ant quâm hoc ostendam, rem, quomodò gesta fuerit, paucis exponamus. Itaque Jesus discipulos suos congregatos eduxit foras in Bethaniam, et elevatis manibus suis benedicxit eis. Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, et ferebatur in celum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno. Luc. 24, 50, 53. Jam verò multa sanè in hac narratione quoad rem nostram observatione digna occurunt. 1° Non unus, aut alter tantum, sed multi Christum in celum ascendere viderunt. 2° Illi ipsi Christum in celum ascendere viderunt, qui de veritate resurrectionis ejus antea dubitantes, postmodum de eâdem per evidentiâ argumenta omnino convicti fuerunt. 3° Discipuli non per somnum, aut imaginariam visionem, sed videntibus illis, Act. 1, 9, et dum benediceret illis, Luc. ibid., Christum in celum ascendere viderunt. 4° Cumque intuerentur in celum eum eum illum, ecce duo viri asitterunt iuxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in celum; hic Jesus, qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum eum in celum.* Act. 1, 10, 11. 5° Tandem ab hac visione omnes discipuli, regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno, Luc. ibid., v. 52.

Res ergo, de quâ agimus, non unius, aut alterius tantum, sed plurium, et quidem simul, et eodem tempore est confirmata testimonio. Sensuca igitur

illusio, aut phantasie deceptio hic nulla timenda, nec probabili ratione ostendi potest, ullam tunc adfuisse. Pluribus hoc nostrum ratiocinium confirmat Cl. Thomas Cerboni, loc. pluries citato, qui simul ostendit, deistas nullo verisimili arguento probare posse, Christi discipulos in emarrâda magistri sui ascensione fuisse mentitos (1).

135. Sed opponit Horus: Ipsa ratio dictat, quod æterna et immutabilis lex gravitatis corpus humanum prohibeat rectâ sursum in aera ascendere, etc.; ergo ascensio Christi in celum est conficta, et in fanatico discipulorum Christi cerebro nata, qui cùm magistrum suum reverâ à mortuis resurrexisse crederent, et quod pervenerit, nescirent, sibi persuadebant, cum in celum ascendisse. Resp.: Ut corpus miraculosè ascendat sursum in aera, non est opus, ut lex gravitatis à Deo auctore naturæ statuta mutetur; sed solum, ut, quandò ab atero hanc legem tulit, fecerit exceptionem ejusmodi eventus miraculosi in tempore futuri, prout reverâ absque mutatione sui decreti facere potuit; quemadmodum supra, num. 37, 38, fûse ostendimus ubi de miraculis in genere egimus.

136. Scholion. Ad parcendum temporis taceo alias quadam Hori cavillationes adversus historiam evangelicam ascensionis Christi prolatos, et publicis typis jam satis refutatas. Illud solum addo, mirabile factum ascensionis Christi in celum invictissimè etiam confirmari per eventum eorum omnium, quæ Christus ante ascensionem prædixerat, ex gr., circa missionem Spiritus S., circa prædicationem Apostolorum, Judæorum et gentilium fidem, etc. Alia insuper argumenta ad confirmandam credibilitatem ac veritatem ejusdem mysterii Cl. Goldhagen, Introduc. in S. Scriptur., p. 3, sec. 4, num. 106, more suo eruditè adducit.

SECTIO IV.

DE MORALI CHRISTI DOCTRINA, IN EVANGELIO CONTENTA.

137. Queres I: « An et quomodò increduli circa moralē Christi Domini doctrinam sibi metisis contradicunt? » Resp.: Hæc contradic̄tio non unâ tantum ex lucubratiōne horum hominum patet. Sic, ut alios taceam, auctor Epistolârum Judaicarum, Epist. 48, per Nazarenam (id est, christianam) religionem effici homines inertes, quia ab eâ docetur contemptus divitiarum et venia accepta injuria, calumniatur. Ipse idem tamen, Epist. 142, christianam religionem laudat uti conformem sequitati, utilem societati, atque continentem ea precepta quibus potissimum animus extollitur, concluditque verum Nazarenum perfectum esse philosophum. Sic etiam Rousseau in suo *Emile* (2) modò dicit, nihil esse sanctius evangelicis preceptis, modò eni ipsi rationi repugnare affutum.

(1) Porro de veritate historicæ evangelice de vita gestis Christi Domini nos ipsi quoque supra, sect. 2, quest. 1, num. 20, 22, fûse egimus.

(2) Celebre est testimonium, quod Joan. Jacob. Rousseau (Emile t. 3, p. 179, Rép. à l'Archev. p. 108) de Christo, et hujus morali doctrinâ in Evangelio contentâ perhibet his verbis: « Fator quid majestas Scriptura me in stuporem rapiat, sanctitas Evangelii

138. Scholion. Quandò increduli, ex. gr., Rousseau loc. cit., Morgan (1), Woolston (2), etc., Christum, aut hujus moralem doctrinam exquisitis laudibus celebrant, tamen ipsis non fidendum propter rationem jam supra, n. 29, contra Horum assignatam.

139. Quaeres II : *An doctrina moralis Jesu Christi, seu lex evangelica legem naturae magis dilucidet, et viam ad gradum perfectionis, ad quem omnis humana sapientia pertingere non potuit, ostendat?* Resp. affirmativè. Nam per legem evangelicam homo rectissimè institutus est quoad officia erga Deum, proximum et se ipsum, prout fuisse et solidè ostendunt abbé Pey, canonicus ecclesiae Parisiensis, in opere cui titulus : *Lex naturae per legem evangelicam distinctius dilucidata*, etc. (3), Cl. Cerboni, aliquæ quorum hæc de re dissertationes in presentem nostram lucubrationem transferre nimis longum foret; objections autem quas deitæ et alii increduli in contrarium proferunt, in sequentibus questionibus dissolvimus.

140. Quaeres III : *Si lex evangelica tantoperè (ut christiani dicunt) legem naturæ illustrat, ac homines perficiat, cur Messias seu Christus tam serò in mundum venerit? Quām multi enim millions hominum interea temporis eternum periisse necessum est, hāc solù de causâ, quād usq; eò Christus distulerit adventum suum?* Ita deitæ cum Porphyrio suo argutari prouum est. Sed resp., et dico, varias easque gravissimas fuisse causas adventus Dominicæ differendi. Et prima quidem fuit, quod vellet Deus, ut homines diuturnā aliquot milium annorum experientiâ cognoscerent, quām infirmi et debiles per se ipsi essent; quantumque beneficium esset abundantior gratia Servatoris in carne jam præsentis. *Ægritudo superborum*, ait S. Augustinus, tract. 3 in Joan., *facta est confessio humiliū*.

• movet cor meum. Spectentur libri philosophorum in toto suo splendore et pompa; quām exigui sunt in comparatione cum illo libro (scilicet Evangelio)! Estne possibile, librum tam excellentem, simulique tam simplicem esse opus puri hominis? estne possibile, cum, cuius historiam continet, esse purum hominem? An loquitur stilo fanatici deceptoris, aut ambitiosi sectari? Quanta mansuetudo, quanta puritas eluet ex ejus moribus! Quām suavis vis permovendi in ejus doctrinā! Quanta sublimitas in tradendis moribus regulis! Quanta sapientia in ejus sermonibus! Quanta praesentia spiritus in suis reponsis! Quām perfectum dominium in suis animi affectus! Ubi est homo, obi sapiens, qui sine imbecillitate, et sine fastu (ut Jesus Christus) agere, pati et mori potest, etc.? Idem Rousseau testimonium prolixè exhibent de Feller in Philos. Catechismo, p. 2, n° 244; Cl. Nonnotte in Philos. Lexico Religion. tom. 2, art. *Evangile*, page 297.

(1) Teste Joan. Leland in suo opere de Scriptis deistarum, ipse adeo Morgan Christum, ejusque moralē doctrinam dilaudat.

(2) Teste codem Joan. Leland, etiam Woolston appellat Jesum *sancctissimum* et eum officio Messiae verè functum esse dicit; sed hec, ut idem Cl. Leland observat, non consentiunt aliis Woolstoni scriptis, in quibus de Christo valde contemptum loquuntur.

(3) Idem liber ex gallico in germanicum idioma versus, et sumptibus Joan. Nepom. Styx Auguste an. 1793, typoi impressus extat.

Jam confitentur ægroti, quia ægrotant. Veniat medicus et sanet ægrotos.

Dices : Vituperandus est medicus, qui, ut homines ante experiendo discant, quantum posset medicinis suis, illas adhucere differret tamdiu, donec major civitatis pars morte sublata esset. Resp. : Magna est disparitas inter talem medicum et Servatorem. Homines enim iam, ante adventum Christi accipiebant gratiam Christi, non quidem ita copiosam, sicut post ejusdem adventum neque intuitu meritorum Christi jam præsentis, verum venturi; accipiebant, inquam, gratiam quā salvari possent, si vellent, id est, si modò in aximum inducerent, ut eā vellent uti, seu eidem consentire. « Ante aduentum Domini nostri Jesu Christi, ait D. Augustinus, tract. 45 in Joan. quo humili venit in carne, præcesserunt et justi sic in eum credentes futurum, quomodo nos credimus in eum qui venit. Tempora variata sunt, non fides... Eadem fides utrosque conjungit, et eos, qui venturum esse, et eos qui venisse crediderunt. Diversis quidem temporibus, sed utrosque per unum fidei ostium, hoc est, per Christum videmus ingressos.» Et adhuc clarius loquitur S. Leo M. serm. 3 in Nativit. Domini, dicens : Cessent ergo illorum querele, qui impio murmure divinis dispensationibus obloquentes, de Dominice incarnationis tarditate causantur, tauquām præteritis temporibus non sit impensum, quod in ultimā mundi aetate est gestum. Verbi incarnationis hoc contulit facienda, quod facta; et sacramentum salutis humanae in nullā unquām antiquitate cessavit. Quod prædicaverunt Apostoli, hoc annuntiaverunt Prophetæ : nec serò est impletum, quod semper est creditum.... Non itaque novo concilio Deus rebus humanis, nec serà miseratione consuluit; sed à constitutione mundi unam camdemque omnibus causam salutis instituit. Gratia enim Dei, quā semper est universitas justificata sanctorum, aucta est Christo nāscente, non cœpta; et hoc magnæ pietatis sacramentum, quo totus jam mundus impletus est, tam potens etiam in suis significacionibus fuit, ut non minus adepti sint, qui in illud credidérè promissum, quām qui suscepérè donec natum. » Ita laudatus S. Pater.

Secunda causa, ob quam Christus suum adventum procrastinavit. — Ob hanc ipsam nimirūm procrastinationem, agitantque ineluctabilem in hæc prvidentia necessitatē gratiae Christi volebat Deus, ut homines moverentur ad desiderandum diu, et eniè postulandum Redemptorem. Quod et factum legimus ab iustis in veteri lege (4). Unde Augustinus, ad illud Psalm. 83, 8 : *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis*, ita ait : « Desiderabant hoc salutare antiqui iusti, de quibus Dominus dicebat discipulis : *Multi voluerunt videre quæ vos videtis, et non potuerunt.* »

Tertia causa. — Volebat Deus velut in anteces-

(4) Vide Genes. 49, 18; Exod. 4, 13; Isa. 16, 4, Lucas 2, 25 et 38.

sum ostendere quis et quantus esset futurus hic Servator, cuius gesta tot seculis Prophetæ nuntiassent juxta illud, Act. 10, 43: *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, etc.* Unde rursus S. Augustinus, tract. 31 in Joan., ad illud ac Galat. 4, 4: *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, subdi hæc verba: « Quare non ante venit Christus? ... Quia nondum e venerat plenitudo temporis, moderante illo, per quem facta sunt tempora. Siebat enim quando yeri debet. Prius per multam seriem temporum et annorum prædicandus fuit. Non enim aliquid parvum venturum fuit. Diu fuerat prædicandus, semper tenendus. »*

Quarta causa. — Volebat Deus, ut ipsi eventus mundi essent futurorum figura, ac velut viva, continuaque prophætia. Sic enim illi, quos aliquandò docti-rus esset Messias, in historiâ præteriorum præfiguratas res præsentes intelligebant, atque efficacius movebantur ad ejus doctrinam et religionem amplectendam. Quod ex Scripturâ constat, et Patres identidem observarunt.

Quinta causa. — Tempus hoc, quo Christus in mundum venit, opportunissimum fuit; non solum quod Principem pacis decebat venire, dum pax erat in universo mundo, sed etiam, quod prudentia civilis, studia litterarum, artes exterae jam passim florarent, supersticio verò ethnica ac impietas propediem destruenda, summum apicem attigisset.

Has quinque causas, pluraque alia præsenti quæstiōni dissolvende perquā idonea afferit Cl. Weissenbach, p. 3 Nov. Form. Theolog. Bibl. I. 4. quest. 9, ex quo ista desumpsimus, citans hanc in rem S. Athanasium (1), S. Chrysostomum (2), S. Augustinum (3), et Theodoretum (4); item Dionysium Petavium (5) et Franciscum Amatum Pouget (6).

141. Quæres IV: « Quomodo illud Christi præceptum (Luc. 14, 26): *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, uxorem et filios, etc...., non potest meus esse discipulus*, cum jure naturæ parentum, uxoris et filiorum, etc., amorem præcipiente, conciliari possit? » Resp.: Si ad modum loquendi Scripturæ et Hebreorum attendatur, facile est ista inter se conciliare. Nam vox *odisse* in S. Scripturâ et apud Hebreos non semper significat odium positivum et strictè tale, sed duntaxat minorum amorem, ut non uno exemplo (7) ostendi potest.

(1) Oratione de Incarnatione Verbi.

(2) I., ad scandalum passos.

(3) Cùm aliâs, tum 1. 2 QO. V. ac N. T. quest. 87, ac præcipue Epist. 49 ad *Deo gratias*. Q. 2.

(4) Sermon 6 adversus Grecos.

(5) Tom 4 Theolog. Dogmatum I. 2, cap. 6.

(6) In Institution. catholicis, tom. 1, cap. 5, et cap. 4, § 22.

(7) Sic Genes. 29, 31, dicitur: *Videns autem Dominus quid* (Jacob) *despicereat Liam*, seu ut textus græcus habet, *quid odio habeatur Liam*, et textus chaldaicus, *quid odiosa est Liam*, id est, *quid Liam nimis auerteret à Jacobo*, quād Rachel, prout clārē colligitur ex versu 50, immediate precedente, ubi Vulgata nostra habet: *Jacob amorem sequentis* (id est, Rachelis) *priori* (id est, Liam) *veratulit*. Et textus chaldaicus, et græ-

Quandò igitur Christus nobis præcepit *odisse parentes, etc., sensus solummodò est: Qui patrem et matrem, etc., non minis, sed plus diligat, quām me, non potest meus esse discipulus.* Et ita objectum textum S. Luceæ alii verbis aperte explicat S. Matthæus Math. 10, 37, apud quem Christus ait: *Qui amat patrem aut matrem plus quām me, non est me dignus, etc.* Nequitq[ue] ergo voluit Christus, ut parentes, filios atque propinquos odio haberemus, cùm etiam dilectionem inimicorum nobis præceperit, sed solum ut ne tanti eos faceremus, ut ob amorem illorum ea, quæ Dei sunt, à nobis negligantur, iique in amore ipsi Deo, divinisq[ue] legibus preponantur. Et profectò nullo modo verisimile est, quod Christus, qui adolescenti inter alia mandata ad obtinendam vitam aeternam servata necessaria etiam honorationem necessariam esse dixit, qui publicè contestatus est, se non venisse solvere legem, sed adimplere Matth., 5, 17, qui Pharisæos severè corrupuit, quod illud mandatum divinum: *Honora patrem et matrem*, transgredientur, Matth. 15, 3, 10, nullo, inquam, modo verisimile est, quod idem Servator amantissimus præceperit, parentes positivo odio persequi, prout Cl. Bullet, loc. sœpius cit., contra incredulos optimè observat. Quare verba illa Christi Domini: *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, etc.*, nequitq[ue] de positivo parentum et propinquorum odio, sed solum de minore amore in sensu paulò ante explicato intelligentia sunt.

142. Quæres V: « Quomodo cum tanto Christi in humanum genus amore conciliari possit horribilis illa sententia (Matth. 10, 34 et 35): *Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, et filium adversus matrem suam, etc.* Nonne hic predicuntur tot ac tante Christianorum dissensiones, et civilia ac intestina bella per tot secula ob christianam religionem exorta? » Resp.: Sic equidem increduli (1) calumniantur, sed turpiter errant. Certè suum ex illis Christi verbis conceptum honorem facilè ponent, si modò ea in vero, quem habent, sensu accipere vellent. Legant totum citatum caput decimum Matthei, et intelligent, discipulos Christi à divino hoc Magistro nos gladio armari ad vim aliis inferendam aut propulsandam, sed paterno vaticinio prædicti, quanta occasione prædicante aut suscepta fidei dissensiones et tribulationes ipsis etiam in familiis sint orituræ; sed in hoc quoque prouenant quasi nature confictu fidem semper preferendam, et adversa queaque constantissime etiam à cus habent: *Dilexit (Jacob) Rachel magis quām Liam*. Aliud exemplum hujus modi loquendi extat Malach. 1, 2 et 3, ubi Deus ait: *Dilexi Jacob, Esau autem odio habui*; id est, minus amavi. Vide Cornelium à Lap., aliosque interpres Commentarij in hos textus.

(1) Sic de incredulis referunt, eosque refutant Berger in opusculo: *Réponse aux conseils raisonnables*, § 6, et Hermann Goldhagen Introduc. in S. Scriptur. p. 3, in preliminari compendiaria Refutationes dictiorum à theisticis contra religionem christianam prolatorum pag. 48. Item in ejusdem operis p. 4, num. 102.

cognatis et domesticis toleranda, prout Cornelius à Lap. cum aliis interpretibus optimè exponit, et clarae indicant illa Christi verba citato cap. 10. post versum 35 immediatè addita : *Et initici hominis domestici ejus. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus, et qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.*

Ceterum, quid Christus Apostolos aliosque sectatores suos non jusserrit gladio pugnare et adversarios christianæ religionis occidere, etiam ex eo patet, quia cùm Petrus divinum Magistrum suum contra milites, qui huic manus injecterant, stricto gladio defendaret, id pacis amantissimus Servator prohibuit, Petro dicens, Matth. 26, 52 : *Converte gladium tuum in locum suum; omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Contrarium quidem sensit, et docuit Letherus, qui ex illis Christi verbis : *Non veni pacem mittere, sed gladium,* demonstrare voluit, de servo Arbitrio, novum suum systema religionis reformatæ, aut polius deformatæ gladio, seu armatæ vi introducendum esse; sed, ut supra ostendimus, longè alia est mens Christi Domini illa verba proferentis; imò eodem cap. 10 Matth. v. 16, 23, discipulos suos monet, quid eos mittat sicut oves pacificas in medio luporum, quid sint tradendi in conciliis, et in synagogis flagellandi, etc., nec aliam ipsi assistentiam promittit, nisi illam Spiritus S., nec alia arma, quam verbum suum.

143. Queres VI : *Quomodo cum injuriarum oblivione et amore inimicorum in Evangelio tantoperè commendata conciliari possint tot objurgationes et insectationes, quibus Christus scribas et Pharisæos exagitarunt?* — Resp. : Si scirent aut vellent increduli zelum divine glorie, et curam aliorum salutis cum charitate conjungere, non defendarent Pharisæos, quos hypocrisis, fallacia, arrogantia, et id genus vitii ayo Christi publicâ reprehensione dignissimos effecere. Judaice igitur religiosis et reipublica intererat, ut hypocritis larva detraheretur, et deceptorum auctoritas apud populum miserè ludificatum convelleretur, et Mosaicæ legis puritas vindicaretur contra eos, qui religione ipsâ ad superbiam suam et ambitionem fovendam abutebantur. Rebus ita comparatis, ordinata charitas per severam objurgationem Pharisæorum minimè lassa, sed potius id, quod ea maximè urget, perfectum est. Quales porrò Pharisæorum mores fuerint, non ex evangelicâ tantum historiâ, sed etiam ex Josepho Judeo (1), qui ipsem

(1) Josephus Judeus non uno in loco mentionem facit de vitiis Pharisæorum agendi ratione. Nam I. 15 Antiq. Judaic. cap. 23, meminit invidiæ eorum. Et ibidem, cap. 24, crudelium turbarum ab iis excitatum. Porro I. de Bello Judaico, cap. 4, describit, quales regnante Alexandræ Pharisæi fuerint, his verbis . « Jungit autem se ejusdem mulieris (scilicet Alexandræ) dominationi quedam Judeorum factio, Pharisæi, qui præter alios piatem colere putarentur..... ob eamque causam magis eos suspiciebat Alexandra..... Illi autem paulatim femina simplici insinuati, quosvis pro sui libidine summovendo, deponendo, itemquevinciendo ac solvendo, jam procuratores habebantur, prorsus ut ipsi quidem regius communis fruerentur, expensas vero et difficultates Alexandra preferret. »

sectâ Pharisæus erat, discere possumus ; summam vero charitatem, quâ Christus infensissimos quoque hostes suos complexus est, vel ab unâ ejus preicatione, Luc. 23, 34, cognoscimus : *Pater, ignosce illis, neque enim sciunt quid faciunt.*

144. Instant et aiunt : Christus injustè accusat Pharisæos (Math. 23, 29, et Luc. 11, 47) his verbis : *Vos vobis... hypocrite, qui ædificatis sepulcra Prophetarum... et dicitis : Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essetis socii eorum in sanguine Prophetarum... profectò testificamini, quid consentitî operibus patrum vestrorum, quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulcra.* Hac profectò actione Pharisæi patrum suorum sevitiam in Prophetas exercitam retractabant, quantumque in ipsis erat, reparare studebant; indeque laudem potius, quam reprehensionem merebantur. — Resp. : Si increduli ex communi S. Scripturæ interpretandi regulâ, hoc est, ex contextu, seu ex sensu antecedentium et consequentium objecta nobis Christi verba examinarent, Christum nequaquam injustitiae adversus Pharisæos commissæ arguerent. Praecedit enim (Math. 23, 27 et 28) reprehension Pharisæorum, quid ob absconditam hypocrisin et iniquitatem essent similes seculeris dealbatis, qua speciosi exterius, interius omni spurcitâ plena sunt; huic comparationi subjungit Christus (Math. 23, 29 et 30, ac Luc. 11, 47 et 48) locum ab incredulis his objectum, mox (loc. cit. Matth. 32 et 34) addens : *Et vos implete mensuram patrum vestrorum... Ecce ego mitto ad vos Prophetas et sapientes... et ex illis occidetis, etc.* Vide etiam Lucam loc. cit. 48 et 49. Ex quo toto contextu satis liquet, quid Christus actionem Pharisæorum circa Prophetarum sepulcra jure merito reprehenderit, non sanè quid illa instauraverint, atque ornârint, sed quid ejusmodi pietatis operibus populo persuadere voluerint, magnâ se in Prophetas reverentia ferri, et alieno prorsus animo à patrum suorum crudelitate esse; cum tamen ipsâ animorum suorum comparatione, duritî, invidiâ et saevitâ, quâ Christum persecuerentur, abundè ostenderent, veros se esse filios et imitatores patrum suorum Prophetas consequentium. Videantur hâc de re Cornelius à Lap., aut alii S. Scripturae interpres.

145. Queres VII : *An Christus (Joan. cap. 8) rectè fecerit et docuerit, dum mulierem in adulterio reprehensam commercitæ ponat subducit, clam insinuando, judices ipsius etiam peccatores esse?* An ideò scelerâ societatem humanam turbantia maneant impunita, quia et judices peccatis coram Deo obnoxii sunt? — Resp. : Possimè in Christo hic vituperant increduli, quod potius tanquam sapientissimè gestum admirari deberent. Pharisæi enim venerant scilicet doloso consilio ad Christum sistentes adulteram, accusaturi cum vel tanquam inimicum legis Mosaicæ, si diceret, adulteram non esse lapidandam; si vero eam lapidandam assereret, ipsum apud populum traducturi quasi inhumatum et immitem, qui summe volebat haberi mansuetus et clemens. Sed Salvator eorum malitiam pudore suffudit, et mulierem liberavit sine legis lesione di-

cens eis : *Qui sine peccato est vestrum, primus in illo lapidem mittat*; quibus verbis legem non correxit, nee ponam in scelus statuerit prohibuit, sed significavit Pharisaeorum astutiam sibi non esse incognitam, eorumque pravam intentionem perstrinxit, se vero hanc ratione à preparatis insidiis mirabili sapientia expedit.

146. Quæres VIII : *Quomodo increduli refellendi, dum passim calumniantur, doctrinam moralem Christi in Evangelio contentam in multis articulis societati humanae, et bono reipublicæ esse oppositam?* — Resp. : Eorum calumnias refellam in sequentibus punctis contrarium demonstrando. Nam 1º non nocet reipublice, sed potius prodest depresso et subjugatio passionum seu cupiditatum, quam lex evangelica præcipit. Scio quidem, quod auctor philosophicarum Cogitat. § 4, suum impium opusculum auspicetur dicendo, cùm christiana religio præcipiat, ut passiones, quæ sunt incitamenta ad magna opera, deprimamus, inde futurum esse, ut et studium bonarum artium extinguitur, et praedicta opera virtutum omnino deficiant, sieque ingens dampnum reipublicæ accrescat. Sed resp. : Contra experientiam omnium seculorum aperiè loquitur, qui ita ratiocinatur. Numquid enim in Ecclesiâ Christi omni tempore fuere et sunt viri sapientes, atque omni genere doctrinarum et artium summoperè commendabiles? Certè multa opera eorum, que modò etiam legenduntur, hác de re dubitare non sinunt. Et profectò si litterarum studium Christiani neglexissent, nulla causa fuisset, cur Julianus Apostata juberet : *Ue ne quis in scholis oratores, poetas et philosophos veteres Græcorum explicare auderet.* Cum enim multa inde à Christianis peti videret, quibus ethnicorum superstitione everteretur, veritas, ne his subsidias... societas christiana majores progressus faceret, suosq; fines amplificaret, dejicendos nostros ex eo præsidio judicavit. Ita disserit Mamachius, Originum et Antiquit. christian. l. 2, cap. 8, § 2, n. 41.

Quàm præclara autem virtutum opera, reipublicæ bono maximè conductentia, à Christianis omni tempore gesta sint, nemo eruditorum ignorat. Quamvis enim nullum genus actionum fuerit, in quo non excellerint, tamen quoad eas potissimum, que in aliorum utilitatem cedere poterant, singulariter dilaudari merentur. Quid non fecerunt, ut aliorum infirmitatibus egredi possiperent, erroribus occurserent, saluti prouiderent, commodis consulerent, atque felicitatem hominum cum publicam, tum privatam promoverent? Contra verò quid per legem evangelicam unicuique non prohibetur, quod alteri noxiū esse possit? Verum quid admirationem omnium commoveat operet, illud est, quod per legem evangelicam non uni, aut alteri tantum, sed omnibus hominibus charitas exhibenda, et non ab unius, aut alterius tantum, sed ab injuria omnium prorsus abstinentum est. Quò sit, ut per legem christianam utilitati cunctorum gentium perfectissimè provisum sit.

Ceterum lege evangelicā nobis non præcipitur, ut passiones extinguamus, sed ut rationi subjiciamus.

Semel autem ac rationi subjectæ fuerint, longè perfectius est bonus, quod operamur. *Cum enim bonus hominis, ut S. Thomas 1-2 quæst. 23, art. 3 eleganter ait, consistat in ratione, sicut in radice; tanq; illud bonus erit perfectius, quanto ad plura, quæ homin conveniunt, derivari potest.... Unde cum appetitus sensitivus possit obedire rationi, ad perfectionem moralis, sive humani boni pertinet, quod etiam ipsæ passiones animæ sint regulare per rationem. Sicut igitur melius est, quod homo velit bonum, et faciat exteriori actu; ita etiam ad perfectionem boni moralis pertinet, quod homo ad bonum moveatur, non solum secundum voluntatem, sed etiam secundum appetitum sensitivum.* Huc usque doctor Angelicus. Unde fit, ut per legem evangelicam nostra passiones amittant quidquid vitii in se habere possunt, novamque perfectionem acquirant.

Corollarium. Quandò increduli legem christianam, que dominium passionum præcipit, impugnant, res ad quæsitionem de nomine devolvitur. Si enim per passiones intelliguntur motus animi contra rationem insurgentis, eas meritò lex christiana supprimi præcipit, ac insipiens foret, hanc legem improbare; si vero per illas intelliguntur fortes et vehementes animi motus, ex gravi causâ concepti, et per rationem regulati, ii à religione christiana non solum non prohibentur, sed ab eadem excitantur et promoventur. Certè zelus gloriæ divinæ, et rectus ordo in omnibus actionibus, magnitudo animi, amor veræ laudis et decoris tanquam totidem præclaras virtutes in sacris Litteris (1) commendantur.

147. 2º Mansuetudo , humanitas et patientia christiana non enervant bellicam fortitudinem defendenda reipublicæ necessariam. Equidem Machiavellos testibus Petro Ribadeneirâ (2) et De Feller docuit contrarium; sed ab utroque hoc claro auctore fuit solidè refutatus. Et profectò christiana mansuetudo, humilitas et patientia optimè consociari possunt cum verâ fortitudine, et necessariâ suorum locorum ac iurium, totiusque reipublicæ defensione. Mansuetudo enim, humilitas et patientia, nobis à Christo tantoperè commendate virtutes, duntaxat excludunt odium proximi, et immoderatum ulciscendi studium; conservant autem et corroborant vincula societatis humanae, neque repugnant verâ fortitudini, prout hæc virtus moralis

(1) Eccli. 33, 23 et 24 : *In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dediris maculam in gloriâ tua.* Item. 3 Reg. 4, 29 : *Dedit quoque Deus sapientiam Salomonis, et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis, quasi arenam que est in littore maris,* id est, dedit ei Dominus latitudinem cordis, sive, ut Tirinus exponit, magnanimitatem, quæ, que sapientia et prudentia suggerebant, audebat confessi in opus conferre. Eccli. 4, 28 : *Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.* Joan. 2, 17 : *Scriptum est: Zelus domini tuus comedit me,* id est, ardens studium vindicandi templum tuum ab omni injuria; vel, si mavis, justus indignatio concepita ex profanatione templi, occupavisti totum, ut iterum interpres exponunt.

(2) In opere cui titulus : *Princeps christianus aduersus Nicolatum Machiavellum.* L. 2, cap. 34 et 35.

est (1). Nam cùm virtutes omnes ita juncte sint, ut carum nella à ceteris segregata perfecta reperiatur, quemadmodum sapientes philosophi et sanctissimi Ecclesie doctores prohant; hoc ipso sequitur, quòd mansuetudo, patientia, ceteraque virtutes à lege evangelicâ nobis commendatae non solum veram fortitudinem, prout hæc virtus est, non enervent, sed potius nemo verè fortis et magnanimus esse possit, nisi patiens simul sit et mansuetus; patiens in laboribus et doloribus, mansuetus et clemens in injuriis perferendis, fortis et animosus in aggrediendis rebus arduis, quæ etiam periculum vitæ secum trahunt, et in adversis ac difficultatibus propulsandis; quæ omnia subeat ob defensionem divinæ legis, reipublicæ, patriæ amorem, aut aliam actionem honestam, et à virtute protectam. Atque hoc cognoverunt et docuerunt ipsi etiam philosophi et scriptores ethnici, referuntque admiranda suorum principium exempla, qui cùm leonum instar in hostes armatos irruerent, in subjectos ac humiles eximia benignitas, in ferendis injuriis admirabiliter patientia fuerunt, etsi hi actus ethniconum reverè imago tantum et umbra quedam virtutum essent. Romanorum etiam hoc erat insigne et ornamentum: *Parcere subjectis et debellare superbos.* Denique Plutarchus oral. 4 de fortit. Alex., Alexandrum M. laudans, dicit virtuti ejus militari humanitatem, et fortitudini mansuetudinem adjunctam fuisse.

Fatentibus igitur ipsis ethnici non repugnat fortitudinem bellicam stare cum mansuetudine et patientia. Dein quæro ex adversariis, an celeberrimus ille bellidax Skanderbeg desierit esse christianus, seu evangelicæ mansuetudinis et patientiae studiosus, quia vixi duobus preliis Turcas devicit? Nonne milites christiani se penitus præ ceteris bellicâ fortitudine clauerunt? Audiamus hæc de re scribentem et fatentem ipsum Voltairum incredulorum oraculum et antesignanum, qui de Marchione Fenelonio ad Rocovium (Rocoux) occiso ita (1) ait: *Ipsius extraordinaria pietas ungebat ejus animositudinem. Existimabat, se gratissimum*

(1) Ribadine loc. cit. cap. 54, in hanc rem rectè ait: «Principio illud ponendum, est secundum Platonis, Aristotelis, Ciceronis, S. Ambrosii, aliquorum gravissimorum auctorum doctrinam, et veram philosophiam, fortitudinem, de quæ loquimur, non esse robur ac firmitatem corporis agrestem, vastam et immanem, quæ inest nonnullis robustis, nervosis, atque lacertosis hominibus... Deinde non est animalium audacem et temerarium, quem in aliquibus cernimus, qui non perpendentes, an, quod attendant, aquilon vel impetu stet, honestum vel turpe... furioso quodam impetu insanque abrepit, res labore periculoso plenissimas adoruntur, et eam, quæ reverè temeritas est fortitudinem putant, quæ si vera fortitudo et virtus esset eam aquæ, aut etiam melius leonibus, tigribus.... ac hominibus concederemus.... Sed nobis sermo est de fortitudine, quæ in virtutibus moralibus numeratur, et virum forte muniri, ut vano timori obsistat... et res difficilissimas adeat, in quibus vita sit periculum, et dura adversaque fortis constantique animo perforat. Hæc vero omnia faciat, quandoq; et quomodo opus est pro Dei honore, pro religionis defensione, pro patriæ salute. Ejusmodi fortitudinem virtutem dicimus; quam verò depingit Machiavellus, necesse, nec vocari potest fortitudinis virtus, sed barbara potius et inhumana seruit.

*Deo præstare obsequium, si pro rege suo moreretur. Profectio exercitus ex viris, talia sensa foventibus, congregatus, esset invincibilis. Sicut autem miles christianus pro bono patriæ, aut in defensionem veræ religionis pugnans ex spe immortalis premii obtinendi augmentum magnanimitatis et fortitudinis bellicæ accipit; sic vicissim incredulus et nullius religionis homo, nisi sit prorsus stupidus et insanus, in periculis trepidare solet, prout iterum aliis ex primis pseudophilosophorum nostri seculi aperte fatetur. Est ia Jacob Rousseau (2) ita scribens: *Irreligio, et universim philosophicus spiritus (3) animas amoris vitae affigit, emollit, deprimit, omnesque passiones non nisi propriis seu privatis commodis inservere facit... Ejusmodi philosophus parum curat, qualiter onus in mundo fiant, dummodo ipse in suo cubiculo pace fruatur.**

148. 3º Increduli non minus impie, quæ omnino irrationabiliter moralem Christi doctrinam reipublicæ bono contrariam esse inde calumniantur, quia Servator optimus precipit (4), ut accepta injurya offendentibus dimittatur. Hanc calumniam non pauci ex incredulis (5), tam veteribus, quæ receptioribus docent, quos tamen jampridem refutárint doctores christiani celeberrimi. Sic Arnobius lib. 1 advers. Gentes, contra ethnicos ita ait: «Nam, cùm... magisterii ejus acceperimus, ac legibus, malum malo rependi non oportere, injuriam perpeti, quæ irrogare esse praestantius... habet a Christo beneficium orbis ingratius, per quem feritatis mollita est rabies, atque hostiles manus cohibere à sanguine cognati animalium occiperit.» Et profectò, quidnam communis boni utilius fungi, aut excogitari potest, quæ ut inter se omnes consentiant, cunctorumque animi mutuo amicitia vinculo inter se conjuncti atque colligati sint? Hoc verò obtinetur, si injurya accepta offendentibus dimittatur, quemadmodum in legè evangelicâ præcipitur. Quod sanè eò magis mirandum est, quia semel posita observantiæ evangelici præcepti, non per unum aut alterum tantum, sed prorsus per omnes id utilitatis in commune bonum redundat, sicuti Athenagoras ipsis ethnici exprobavit his verbis in Legatione pro Christianis, num. 41: «Apud nos autem reperietis imperitos homines, et opifices, et anus, si minus verbis præstare possint eam, que ex doctrinâ nostra præcepit, utilitatem, at facitis eam... demonstrare.

(1) Hist. de Louis XV, t. 4, p. 209.

(2) Emile, t. 3, p. 198.

(3) Loquitur Rousseau de pseudophilosophis nostri temporis.

(4) Math. 5, 39, 42. Christus ait: *Ego autem dico vobis, non resistere malo; sed si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram; et ei qui vult... tunica tuam tollere, dimite ei et pallium; et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo et alia duo.*

(5) Per Nazarenam (id est, christianam) religionem effici homines inertes, quia ab ea inspiratur venia accepta injuryæ, calumniantur auctor Epistoliarum Judæorum, Epist. 48. Etiam Celsius Christianos inde calumniantur, quia apud illos erat *hujusmodi sententia, non uticendum esse qui infert injuriam; si quis tibi maxillam alteram percusserit, præbe illi et alteram,* ut apud Origenem legere est. 7 contra Celsius, n. 58.

¶ Neque enim verba declamitant, sed recte facta exhibent, percutientem non repercutere, rapientem item non scribere, petentibus dare, proximum ut seipsum diligere. » Similiter S. Augustinus, Epist. 158, alias Epist. 5 ad Marcellinum, eos, qui dicebant evangelicum praeceptum de condonanda injuria contrarium esse bono reipublicæ, prolixè confutat, et inter alia sic ait: « Quid enim est res publica, nisi res populi? » Res ergo communis, res utique civitatis. Quid est autem civitas, nisi multitudine hominum in quoddam vineulum redacta concordie?... Divina auctoritate conscripta in Christi Ecclesiæ lectitatur, quis vel ab illâ religione alienus, ita surdus est, ut ignoret? Ad hoc enim illa pertinet, que malunt... alteram percutienti præbendam esse maxillam, volenti auferre tunicam dandum et pallium... Hoc quippe sit, ut vincatur bono malum, et homo libenter à malo, non exteriore et alieno, sed intimo et suo, quo gravius et perniciösius, quam cujusvis hostis extrinsecus immanitatem vastator. »

Ceterum ex memorato precepto Christi de condonanda accepta injuria minimè sequitur, nunquam licet et justè bella geri, aut vim vi repellere posse, prout S. Augustinus, et S. Thomas, in expositione in cap. 5 Matthæi; item 2-9, quest. 108, art. 4; item Cornelius à Lap., aliqui interpres et doctores christiani distinctè explicant. Unicum doctoris Angelici textum audiamus. « Dicendum (inquit), quid vindictio fit per aliquod penale malum infictum peccanti. Est ergo in vindicatione considerandus vindicantis animus. Si enim intentio feratur principaliter in malum illius, de quo vindictam sumit, et tibi quiescit, est omnino illicitum, quia defectari in malo alterius pertinet ad odium, quod charitati repugnat, quâ omnes homines debemus diligere... Si vero intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum, ad quod pervenitur per penam peccantis, puta, ad emendationem peccantis, vel saitem ad cohibitionem ejus, et quietem aliorum, et ad iustitiae conservationem et Dei honorem, potest esse vindicatio licta, alii debitis circumstantiis servatis. »

Ex hisce vero omnibus patet, incredulos impie et prorsus irrationaliter moralem Christi doctrinam reipublicæ bono contrariam esse inde calumniari, quia illatae injurie condonationem præcipit. Verum, sicut de quibusdam dicebat S. Augustinus, Epist. 157, alias Epist. 5, increduli illi, contra quos hinc agimus, c propterè putant, vel putari volunt, christianam doctrinam utilitati non convenire reipublicæ, quia nolunt stare rempublicam firmate virtutum, sed impunitate vitiorum. »

149. At queret aliquis, quomodo cit. loc. Matthæi illa Christi verba: *Ego autem dico vobis, non resistere malo, sed si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram, intelligenda sint; cum tamen neque Apostolus Paulus alteram maxillam præbuerit percutienti, Act. 25, 3, neque Christus ipse, Joan. 18, 23?* — Resp. et dico, ex hoc ipso patere, quod id, quod hoc loco Christus docet, non semper et in omnibus circumstantiis sit præceptum. Partim ergo

præcepti, partim consili est. Præcepti hec sunt. 1° Ut vindictam non queramus; 2° ut potius alteram maxillam recipiat præbeamus, id est, alteram accipiamus injuriam, quam acceptum ultriscamur; 3° ut parati simus ad remittendum de jure, quandcumque id charitas et Dei gloria videtur postulare. Consili autem est, ut quamvis neque caritas, neque Dei gloria id à nobis exigat, mortificationis tamen nostræ causa, aliœ sine bono, ad verbum hac omnia faciamus, non quideam irritantes adversarium ad inferendam injuriam, sed eam repetitam patientes et christiano animo perferentes nos ipsos (si Dei gloria, vel prudentia id suaserit) vincamus.

150. Despectus divitiarum in Evangelio tanto perè à Christo commehdatus, negotiationem reipublicæ utilem vel necessariam non destruit, neque ex alio capite vituperandus est. Haec assertio nostra est, non solum contra veteres ethnicos (1), sed etiam contra illos nostri temporis incredulos, qui contendunt, propter desppectum divitiarum, quem christiana religio imperat, negotiationem destrui, humanæ societati adeò utilem. Ita inepti auctoři inscripti operis *Examen de la Religion*, chap. 5. Idem effutiebat etiam Baylius (2). Hos ut solidè refutemus, primò videamus, quæ in lege evangeliæ quoad divitias præcipiantur, posteò vero talia esse ostendemus, ut communis societati neque magis consentanea, neque magis utilia esse possint. Imprimis ergo notandum est, quid in evangeliæ lege duntaxat consulatur, non vero præcipiatur renuntiatio divitiarum, prout S. Augustinus Epist. 157 ad Hilarium, alias Epist. 89, allatæ ex Evangelio S. Matthei cap. 19, v. 21, illis Christi ad quemdam juvenem verbis: *Vade, vende omnia quæ habes, da pauperibus... et veni, sequare me,* ita evincit; « Cui enim Dominus haec præcepit? Profectò illi diviti, qui vita æternæ consequenda consilium querebat accepere. Hoc enim Domino dixerat: *Quid faciam, ut vitam æternam consecuar?* Ille autem non ei respondit: *Si vis venire ad vitam, vade, vende omnia quæ habes;* sed: *Si vis venire ad vitam, serua mappa data.* Quæ juvenis cum sibi à Domino ex lege commemorata se servasse dixisset, et quesiisset, quid adhuc sibi desset, responsum accepit: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus...* Magister bonus mandata legis ab istâ (1) Quod increduli nostri temporis quoad negotiationem nobis objiciunt, jam olim ethnici primis Christianis obiecerunt, prout Tertullianus testatur in Apologetic cap. 42, ubi dictis ethnici respondet his verbis: « Sed alio quoque injuriam titulo postulan, et infructuosi in negotiis dicinur.... Meinianus gratiam debere nos Deo Domino Creatori. Nullum fructum operum ejus repudiamus; planè temperamus, ne ultra modum, aut perperam utamur. Itaque non sine... tabernis, officiis... nundinis vestris, ceterisque commerciis colabitanus hoc seculum. Navigamus, et nos vobiscum, et militamus, et rusticamus, et mercatus proinde miscemus.... Quomodo infructuosi videamus negotiis vestris cum quibus et de quibus vivimus, non scio. » (2) Tom. 3 oper. part. 1, Continuation des Pensées diverses, § 197.

excellenter perfectione distinxit. Hui enim dixit : « *Si vis venire ad vitam, serva mandata;* hic autem : « *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia,* » etc. Ita S. Augustinus. Quapropter in evangelicâ lego consuli tantum non verò præcipi, ut divitiis renuntiemus, apertissimum est.

151. Consilium autem, quod de renuntiandis divitiis in lege evangelicâ insinuatur, tantum abest, ut ritè intellectum et executioni datum reipublice noceat, ut potius quam maximè prosit. Certè nullum societati humanae damnum infertur, sed potius ejusdem bonum promovetur, si is, qui divitiis instructus est, nullamque ob conditionem sui statutis, aut alia de causâ peculiarem obligationem habet, easdem iis distribuat, qui magnâ necessitate laborant, vel in usum earum rerum impendat, qua communi societati valde prodesse possunt. Atq[ue] hujusmodi opera virtutum peragenda ab iis qui divitiis renuntiant, proponuntur; consilium itaque, quod de relinquendis divitiis in lege evangelicâ insinuatur, publicæ utilitatì non obest, sed quād maximè prodest.

152. Porrò, quōd moralis doctrina Christi Domini, seu lex evangelica *negotiationem* non simpliciter prohibeat, jam supra proximè ex Tertulliano ostendimus. Ut autem ista res magis dilucidetur, advertendum est, quōd juxta D. Thomam 2-2, q̄st. 77, art. 4, aliquaque theologos, duplex genus *negotiationis* distinguunt, unum, quod exercetur vel per commutationem unius rei cum aliâ, vel per commutationem pecuniae cum rebus ad subveniendum vite necessitatibus; hoc autem genus *negotiationis* non proprie pertinet ad negotiatores, sed magis ad oeconomicos, vel politicos, qui ex officio suo debent civitatis politicam, aut domus oeconomicam curam gerere; alterum verò, quod consistit vel in commutatione pecuniae cum pecunia, vel in commutatione quarumcumque rerum cum pecunia, non propter res necessarias vitae, sed propter lucrum querendum. Illud primum *negotiationis* genus laudabile est, quia deseruit naturali necessitatì. Secundum verò *negotiationis* genus, nisi alias bonus finis accedat, in se nihil habet, unde laudem mereatur, sed potius, quantum est ex sui naturâ, ad lucri cupiditatem deservit, quae nunquam expletur. Lucrum tamen, quod est *negotiationis* finis, etsi in sui ratione non importet aliquid honestum, vel necessarium, nihil tamen importat præcise de sui ratione vitiosum, vel virtuti contrarium. Quapropter potest illud referri ad aliquem necessarium finem, aut honestum; et tunc hujusmodi *negotiationis* etiam secundi generis erit licita, ex. gr., si aliquis lucrum moderatur, quod negotiando querit, ordinat ad dominus sua sustentationem, vel etiam cum aliquis *negotiationi* intendit propter publicam utilitatem, ne scilect res necessariae ad vitam patriæ desint, aut ob alium honestum finem.

Scholion. Qui plura de *negotiatione* cum legis evangelica observatione compossibili legere cupit, consultat etiam S. Augustinum (1) de hac re præclarè

disserentem, et Thomam Cerboni (2). Paucis : Lex evangelica non vetat *negotiationem* debitib[us] conditio[n]ibus paulò ante explicatis exercitam, sed solum interdit inordinatum modum et affectum *negotiandi*; siue non ipsas divitiias et eamnam possessionem, sed solum inordinatum amore et pravum usum divitiarum damnat et prohibet.

153. Quæres IX : *Utrum ethnica sapientia veterum philosophorum cum morali doctrinâ Jesu Christi æquiperanda sit?* — Resp. negativè. Contrarium quidem famosus Horus cum aliis incredulis haud obscurè insinuat, de morali Christi doctrinâ ita pronuntians : *Christus tanquam moralista* (seu doctor morum) *metitur, ut dictum est, maximam estimationem et amorem hominum...* Quād autem plus quam humanas, vel etiam solummodo novas morales veritates docuerit, probari nequit. Et postquam præcipuas quasdam veritates à Christo hominibus propositas et in Evangelio contentas recensuit, subjungit hæc verba : *Profectio melior doctrina moralis, quam ista, non potest inveniri. Nihilominus nolim dicere, quod hæ doctrinæ... ab omnibus non potuerint in medium proferri; erant enim bonis moralistis Grecorum* (alludit ad veteres Græcorum philosophos, quales erant Plato, Socrates, Pythagoras, etc.), *qui jam ante Jesum vivebant, jam cognitæ.* Hæc in parte Horo etiam consentit auctor operis : *Examen Apologistarum Christianæ religionis* (quod Freretio adscribitur), qui, quamvis non audeat direc[t]e sanctitudinem, aut veritatem christianæ doctrinæ censurare, ejus tamen decus immunire tentat asseverans, *quod homines non sint illustriores, et sapientiores ac erant ante Verbi incarnationem; adēque hujus (id est, Verbi incarnati) adventum ac prædicationem ad hocco opus supervacaneam omnino fuisse.* Sed hi, eorumque hæc in re sectatores jam satis refutant tum per scripta Patrum, Lactantii institut. Divinar. 1. 3 de falsâ Sapientiâ, Origenis, 1. 6 contra Celsum. S. Augustini (2), S. Chrysostomi (3), tum per doctissimas lucubrationes recentiorum, præseruum Cl. Mourges (4), Antonini Valsechii (5) et Hermanni Goldhagen (6), qui ex instituto ostendunt, ethniciam veterum philosophorum sapientiam nullo modo æquiperari posse morali Christi Domini doctrinæ. Mihi sufficit, generatim observare, quōd moralis doctrina Christi nihil nisi bonum jubeat, nihil nisi malum vetet; omnia erga Deum, proximum et scipsum officia complectatur; ac certissimum ad excellentem virtutis gradum atque perfectionem viam designet et doceat, prout legenti Evangelium, et modò citata testimonia Patrum, et auctorum catholicorum, quos citavimus, dissertationes expendenti ad oculum patebit. Certè

(1) Loc. cit. § 1, proposition. 3, p. 24, 28.

(2) De Civ. Det. 1. 8, cap. 42; 1. 10, cap. 30; 1. 19, cap. 1 et 4, et in aliis locis.

(3) Homil. 19 ad populum Antiochenam.

(4) Parallèle de la morale chrétienne avec celle des anciens philosophes.

(5) In opere suo : Religio victrix, p. 2, cap. 6, de ethnica sapientia comparatione cum Christiana.

(6) Introduct. in Sancte Scripturæ, p. 3, sec. 2, num. 364, pag. 580, 585.

nullum philosophia ethnica systema produxit, quod doctrinæ morali Iesu Christi æquiparari, nedium præferri valeat. Balbutire nonnulli veteres ethnici philosophi de summâ rei, aut de certis quibusdam officiis hominis ac virtutibus cœperunt disserere, sed à plenio evangelice perfectionis systemate longissimè erant remoti, variisque ac crassis erroribus doctrinam suam coruperant, prout paulò ante citati à nobis Patres, et auctores invicè demonstrant.

Quare, omissis ambagiis contra gentiles philosophos dico, ipsorum sapientiam nullatenus moralis doctrinæ Jesu Christi esse æquiparandam, et auream M. Augustini sententiam, quam hic S. Pater, rejecta veterum illorum philosophorum sapientiâ, in medium protulit, pariter ingemino: *Venit Dominus Christus, sapientia Dei; cœlum tonat, rana (id est, ethnici illi philosophi) taceant, serm. de Tempore, 139.*

154. Quæres X: *Utrum Christus Dominus moralem suam doctrinam ex philosophia Græcorum, Socratis, Platonis, etc., hauserit.* — Resp.: Hoc quidem afflammare audet Horus, sed pro more suo sine omni solidio fundamento, aut probatione. Ut enim hoc probaretur, deberet primò ostendti, quod Jesus humiliis fabri filius, qui juxta effatum ipsum Judæorum, qui eum nōrānt, ne quidem studio litterarum apud Judæos tunc usitato operam dederat (1), nec lingue græce usum exerceuisse legitur, quòd, inquam, Jesus copiosa et vasta volumina græcorum philosophorum pervalet, absurdos, crassosque horum errores à variis sententiis discrevererit, atque ex his ita deparatis unum atque cohærentis totius doctrinæ moralis systema efformarit; dein deberet ostendi, quòd philosophia Græcorum totum aliquod sistema undequaque perfectum, quale Christus docuit, et in Evangelio nobis reliquit, complexa sit. Nam, ut verisimiliter quis affirmare possit. Christum suam moralem doctrinam ex græcis philosophis haussisse, non sufficit, unum duntaxat alterumne Platonis aut Socratis dictum, quod cum Christi doctrinâ, ipsâque sanâ ratione consentit, in medium proferre; sed systema cum systemate, totum cum toto conferendum, simulque ostendendum est, quòd Christus non aliunde, quâm ex philosophiâ græcorum illorum philosophorum suum systema acceperit. Hoc autem Horus nec ostendit nec ostendere potest; præsertim cum iam alibi à nobis demonstratum sit, Christum esse Verum Deum, adeoque ad profereundam tam perfectam doctrinam moralis, quam reverâ docuit, nequaquam philosophia Græcorum indiguisse.

(1) Unde Joan. 7, 15, scriptum est: *Et mirabantur Iudei, dicentes: Quomodo hic (i. e., Christus) littoras sci, cuius non didicerit?* Iudei inferre debuissent Iudei (ut Cornelius à Lap. in hunc locum Scripturæ bene observat), quod tanta Jesu scientia et sapientia non sit studio acquisita, sed à Deo infusa; verum odio cœci et stupidis in admiratione consistebant, nec ultierius ad investigandam rei, quam admirabantur, originem pergebant, uti S. Chrysostomus bene notat. Hac enim de causa Deus voluit Iesum non è scholis, sed ab arte fabrili prosilire in cathedrali, ut omnes agnoscerent doctrinam non esse humanitus compalatam, sed divinitus inspiratam.

155. At instat Horus, et ait: *Ipsa Scriptura testatur, quòd Iudei de Christo Joan. 7, 15, dixerint: Numquid hic Jesus qd Græcos hinc indè dispersos iurus est, eos docturus?* Ergo socratica et platonica philosophia (sicut et ipsa lingua græca) tunc in Iudeâ jam erat aliquibus cognita et usitata; adeoque Jesus, vir sapiens, auditis principiis tam eximâ doctrinæ moralis Græcorum, præsumendus est ad reformandam gentem suam, novum moralis doctrinæ systema ex philosophiâ Græcorum efformâsse. — Resp.: Ille Horus opinio, aut potius suspicio prorsus frivola est, et non uno ex capite refutari potest. Nam 1° allatum textum ex Evangelio S. Joannis inepit adducit Horus. In Vulgâtâ enim nostrâ loco vocis *Græcos* ponitur vox *gentes*, hoc modo: *Numquid in dispersionem gentium iterus est, et docturus gentes?* Evidenter in græco textus est, τῶν Ἑλλήνων, id est, *Græcorum*; sed (quenadmodum Menochius in hunc locum rectè observat) Græcorum nomen, non minus quam gentium accipitur pro quâvis natione, qui modò non sint Iudei, prout ex D. Paulo manifestum est, qui frequenter totius mundi homines in Iudeos et Græcos dividit. Quare cit. loc. S. Joannis sensus est: *Numquid in dispersionem gentium est iterus, et docturus gentes*, id est, predicaturus infidelibus, qui Iudei non sunt. Malè ergo Horus in citato S. Joannis loco per *Græcos* determinatè intelligit solam nationem Græcorum. 2° In sacro textu non dicitur: *Numquid in dispersionem gentium (seu Græcorum) iterus est*, ut diseat à Græcis, nimirum horum philosophiâ; sed potius ut Græcos doceat, *docturus gentes*, sive Græcos, id est, infideles, ut paulò ante cum Menochio diximus. 3° Christus, dûm suam doctrinam moralem tradidit, eam nunquâm confirmavit citando græcorum philosophorum principia, sed potius sacras Litteras V. T., ut omnes S. Scripturæ non ignari sciant. Vide Matth. cap. 5, v. 21; cap. 15, v. 4; cap. 19, v. 4, 9. Plura ejusmodi exempla reperies in Indice testimoniorum à Christo in novo Testamento citatorum ex veteri, qui appositus est ad finem Bibliorum; ergo Horus sine solidâ ratione ait, Christum ex philosophiâ Græcorum suam moralem doctrinam haussisse.

156. Quæres XI: *An apud Esseniis, quidquid perfectionis moralis doctrina Christi continet, jam ante Christum fuerit in usum quotidianum deductum?* — Resp. et contra incredulos, qui ad immundam Christi, et evangelicæ moralis doctrinæ excellentiam hoc objiciunt, dico cum Cl. Hermano Goldhagen: quæ in Esseniis seu Assæis Rechabitarum æmulis, et Iudeorū anachoretis à Josepho copiosè laudantur; ex continuâ legis Mosaicæ meditatione profecta sunt: prælusit illa legi evangelicæ, velut umbra veritati, et rudis delineatio perfecti picturæ numeris omnibus absolutæ; quantumcumque autem hanc inter et illam tantum interest inter perfectionem Esseniiorum, et eam primorum Christianorum; illorum de moribus doctrina potissimum vitam solitariè degentium direxit; evangelica autem omnes hominum conditions ad perfectionem informat: illorum doctrina manca erat,

et superstitionibus ac erroribus inquinata, prout praetor alios testatur Abrahamus Colovius in sua Dissertatione de statu Judeorum ecclesiastico-politico ab anno primo nativitatis Christi usque ad excidium Hierosolymæ. Ibi enim, num. 23, ait : *Essæi verò reliquias sanctimoniam omnem, paulo magis scrupulatim ad anxiæ quasdam superstitiones exegerunt. Imò ipse Josephus Jud., qui Esseniæ sectam multâ cum panegyri describit, tamen corundem superstitiones non dissimulat, fassus quòd vitaverint expuere in medios, vel in dexteram partem, quòd sabbati tanta fuerit penè illos religio, ut neque utensilia domus vel parvum amovere, imò nec ventrè exonerare fas ducerent, item quòd à contactu seniorum ex inconsultâ reverentia velut ab immundo refugerint; animas de æthere subtilissimo commeantes, implicari corporibus, et vinculis corporis solutas, si quidem rectè egissent, in locum trans Oceanum campis Elysæi siniilem, prout etiam gentiles asseruere, migrare docuerint. Audiamus verba ipsius Josephi, lib. 2 de Bello Judaic., cap. 8 de Esseniis ita scribentis : « Cum simul denique sederint decem, nullus unus novem loquitur invitis. Expuere quoque in medium eorum, vel in dexteram sui partem, quisque devitat. Subbatis quoque operationem aliquam contigisse omnibus Iudeis diligenter carent... Neque vas aliquod (die sabbati) transponere audent, imò nec alcum purgant... Hi, qui juniores sunt, inferiores precentibus astimantur, ut si aliquis eorum contigerint, quasi à contactu alienigenæ diluantur... Opinio... apud illos firmata consistit... animas... immortales semper manere, et de æthere subtilissimo commeantes, quasi carcerebus, ita corporibus implicari... Cùm verò fuerint à carnalibus reseratae vinculis... illæ latari eas, sublimesque ferri. Et quidem bonas, concinentes in hoc Graecorum (i. e. gentilium) sententiis, prouident ultra Oceanum degere, ubi eis reposita sit perfructio; illæ quippe esse regionem, que neque imbribus, neque nivibus, neque aestibus agravetur, sed quam Oceano oriens Zephyrus et leniter aspirans amenet. » Ita Flavius Josephus. Præterea, eodem teste, lib. Antiq. 13, cap. 9, « Esseniis... omnia in fati potestate esse affirmant, nec quidquam hominibus prater fati decreta tun accidere; » quamvis Ugolinus, in Thesauro antiqu. sacr. excusat hæc in re Esseniis, et pluribus rationibus probet, eos *fati nomine* non fatum libertati humanae inimicis intellexisse, sed constantem Dei legem, qua omnia gubernaret secundum naturæ, quam ille rebus iudicisset, cuiusque conditionem, ita ut nulla hominibus libero arbitrio vis inferretur. Denique teste Josepho, de Bello judaic. loc. cit., Esseni non jurant : *Ipsum autem jusjurandum quasi perjurio deterrunt*.*

Quantum ab his abest doctrina et vita Christi non, solum ab omni superstitione immunis, sed puritate et sanctitate undequivocabiliter conspicua! Quantum quoque discriminis inter vitam, quam respectivè pauci Esseniis, quæ dictum est, ratione agebant, et vitam integræ, quæ dictum est,

gerimæ sanctitatis, quam innumerabiles sanctorum, sanctarumque chori tot jani seculis ad evangelicæ perfectionis normam in omni populo et natione duxerunt!

157. Queres XII : *An hodiernorum (uti sese appellant) philosophorum doctrina loco doctrinæ evangelicæ servire, aut huic aequiparari, aut omnino præferri jure debet?* Resp. negativè. Contrarium ex omnibus hactenus dictis et ex ipsa quotidiana experientia nostrorum maximè miserorum temporum facile colligi potest. Si quis tamen hanc questionem alterius ac fusius discutit, sam legere cupit, aedat Cl. de Feller, Catech. philos., qui ex instituto eam discutit, et contra incredulos negativam nostram sententiam stabiliter. Id solùm ex eodem auctore observo, optimè in illos pseudo-philosophos nostræ relatis quadrare illa verba M. Augustini quæ olim contra veteres ejusmodi philosophos in hunc modum, tract. 43 in Joan., protulit : *Fuerunt ergo quidam philosophi de virtutibus et vitiis subtilia multa tractantes, dividentes, definientes, ratiocinationes acutissimas concludentes, libros implentes, suam sapientiam buccis crepitibus ventilantes, qui etiam dicere auderent hominibus : Nos sequimini, sectam nostram tenete, si vultis beatè vivere. Sed non intrabunt per ostium; perdere volent, mactare et occidere.*

158. Scholion. Quanta porrò bona Christus per doctrinam suam moralē, seu legem evangelicam orbi præstiterit, et quidem præ omni philosophiæ veterum gentilium (idem quoad potissimum partem etiam intelligendum est præ philosophiæ, id est, doctrinæ morali recentiorum incredulorum), perquam crudelitatem ostendit Cl. Nonnotte, in philosoph. Lexico religion., p. I, voce *Christianisme*, art. 7.

SECTIO V.

DE ANTILOGIS APPARENTER TALIBUS, ET ADHUC ALIIS DIFFICULTATIBUS, QUÆ IN QUATUOR EVANGELIIS OCCURRUNT.

Evidem quasdam antilogias apparenter tales, variæ alias de quatuor Evangelii difficultates jam in precentibus sectionibus solvimus; restant tamen adhuc complures, quarum magnum numerum præcipue ad refellendos incredulos, sequentibus duobus capitibus diluemus.

CAPUT PRIMUM.

De antilogiis apparenter talibus, quæ apud quatuor Evangelistas occurrunt.

159. Antilogia I. S. Mattheus, cap. 1, v. 17, ait : *Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim; et David usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim; et à transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim.* Et tamen in prima et secundâ tessera decadente (id est, ab Abraham usque ad David, et à Davide usque ad transmigrationem Babylonis) tantum ter decies repetit verbum *genuit*, adeoque tantum tredecim generationes in singulis harum duarum series ram enumerat. Nonne hoc est sibimet ipsi contradic-

cere? — Resp.: Nulla hoc loco realis antilogia, sive contradictio est. Nam ab Abraham usque ad David, propriè quidem sunt tredecim tantum generationes, cùm solum terdecies in illa primâ tesseradecade dicatur genuit, et generatio nostra sit, nisi cum unus alius genuit. Nihilominus meritò Evangelista quatuordecim dicit esse generationes, quia ab Abraham usque ad David inclusivè sumptum quatuordecim sunt personae generantes et genite. Quare, ut Cornelius à Lap. rectè observat, per generationes acipiendæ et numerandæ sunt personæ omnes tam generantes, quam genite; haec enim, ut dixi, sunt quatuordecim. Id quoque confirmatur ex textu græco, in quo non est vox γενεα, generatio; sed γένεα, hoc est, progenies, genus, familia, etc., quasi dices: ab Abraham usque ad David progenies quatuordecim, etc. Ex eisdem causâ à David usque ad transmigrationem Babylonis erant generationes 14, non annumerando Davidem, utpote qui jam ad primam tesseradecadem, seu quaterdecadem pertinet.

460. Dices: Saltem in secundâ aut tertîâ tesseradecadi non nisi tredecim generationes numerantur; nam si Jechonias generatio adnumeratur secundâ tesseradecadi, tunc in tertîâ tesseradecade tantum remanentbunt tredecim generationes: si verò Jechonias generatio adnumeratur tertîâ tesseradecadi, tunc in secundâ tantum tredecim generationes erunt; uti rem hanc consideranti patebit. Hanc difficultatem teste Cornelio à Lap. Comment. in Matth. 1, 12, olim Porphyrius Christi et Christianorum hostis, ei objectabat velut inextricabilem. Resp. et dico, à Davide usque ad Jekoniam, non verò usque ad Jekoniam inclusivè sumptum esse quatuordecim generationes. Verisimilior enī est sententia eorum, qui cum S. Epiphanio censem, sacrum textum originaliter sic habuisse: *Josias autem genuit Joakim (seu Jekoniam); Joakim verò genuit Jekoniam;* ac reverè Weigelius, teste Hermanno, Goldhagen, è vetusto græco exemplari hanc lectionem producit. Ratio hujus ulterior est, quia Jechonias non filius, sed nepos Josiae fuit. Nam Josias genuit quatuor filios, Iohanan, Joakim, Sedeciam et Sellum, 1, Paral. 3, 15. Horum secundus (nempe Joakim) genuit Jekoniam et alium Sedeciam, ibid., v. 16. Quapropter hoc loco errorem unius ē primis et antiquissimis librariis seu descriptoribus sacri textus agnoscerē cogimur, à Josiā ad Jekoniam, omisso Joakimo, ob similitudinem nominum transeuntis: Joakimus enim fratres habuit Iohanan, Sedeciam, et Sellum, Jechonias verò non fratres, sed unum duxit fratrem, Sedeciam juniorem. Porrò Jechonias etiam dicitur Joachin nomine patri suo vicinus, sed ex eo dignoscendus, quod Joakinus pater per k et m, Joachinus filius per ch et n tam in textu hebraico, quam latine scribitur: à Josiā igitur genitus fuit Jekonias seu Joachimus, et ab hoc Jekonias seu Joachimus. Hunc autem utrumque, id est, tam patrem quam filium à D. Mattheo scriptum fuisse, illud argumento est, quod omisso Jekoniam seu Joachimo numerus sibi non constaret ab ipso Evangelista fixus, ut allata objectio observat;

nec enim generationes quatuordecim in quālibet tesseradecade prodirent; prodeunt autem, si sic ponatur: Josias autem genuit Jekoniam; Jekonias verò genuit Jekoniam, ut est subjectâ tabellâ patet.

1. Abraham.	1. Salomon.	1. Jechonias,
		seu Joachin
2. Isaac.	2. Roboam.	2. Salathiel.
3. Jacob.	3. Abias.	3. Zorobabel.
4. Judas.	4. Asa.	4. Abiud.
5. Phares.	5. Josaphat.	5. Eliacim.
6. Esron.	6. Joram.	6. Azor.
7. Aram.	7. Ozias.	7. Sadoc.
8. Aminadab.	8. Joatham.	8. Achim.
9. Naasson.	9. Achaz.	9. Eliud.
10. Salmon.	10. Ezechias.	10. Eleazar.
11. Booz.	11. Manasses.	11. Mathan.
12. Obed.	12. Amon.	12. Jacob.
13. Jesse.	13. Josias.	13. Joseph
		sponsus Mā
		rīe, è quā
		natus
14. David.	14. Jekonias,	14. Jesus
		seu Joakim.

Scholion. Eodem formâ modo, sed brevius, objec-
tam difficultatem solvit Cornelius à Lap., Comment.
in Matth., qui nihil de errore à primo aliquo librario
in describendo sacro textu commisso dicens, id solum
observat, non esse unum eundemque Jekoniam, de
quo sermo est Matth. 1, 11 et 12, sed illum priorem
fuisse patrem posterioris, utrumque tamen dictum
esse Jekoniam, licet prior seu pater propriè dicendus
fuisse Jekonias per k; posterior verò, seu ejus
filius, Jekonias per ch. Nimirūm, ut idem interpres
ait, in nominibus propriis multa talia immutata vide-
mus. Hoc autem supposito, salvantur 14 generationes
à Salomone usque ad Jekoniam. id est, Joakinum
patrem, et aliae 14 generationes à Jekoniam, id est,
filio Joakimi usque ad Christum, ex Mariâ natum,
prout consideranter patebit.

461. Antil. II. Mattheus in genealogiâ Christi (cap. 1, v. 8) dicens: *Joram autem genuit Oziam,* manifestè contradicit libris Paralipomenon, ex quibus habetur, tres inter Joram et Oziam intercessisse generationes, nempe Ochoziam, Joam, et Amasiam. Joram e. im
genit (I Paralip. 3, 11 et 12) Ochoziam, Ochozias
Joam, Joas Amasiam, Amasias verò Azarium, sive Oziam. Iste enim erat binomius. — Resp.: Turpiter errat Dumarsais (1), qui haec nobis objicit. Nam S. Mattheus, absque crimen falsi, aut notâ contradic-
tio-
nis, tres illos reges omittere potuit. In factis enim publicâ jam notitiâ divulgatis nihil dubitatum historici
medias quasdam circumstantias omittere, et in ge-
nealogiis retexendis necessarias duxit ad scopum
suum personas commemorare. Sic plures ab Esdrâ
omissos fuisse intelliges, si libri I, caput 2, conferas
cum capite 7 libri 2. Hanc libertatem profanos quo-

(1) Vide Nonnotte, loc. cit. art. *Evangelium*, In
responsione ad objectiones incredulorum contra veri-
tatem Evangelii, num. 3.

que scriptores sibi sumpsisse in recensendis veterum monachiarum regibus, testantur Grotius et Lightfoot apud Calmetum loc. cit.

Si autem causam, ob quam tres illi reges prætermissti à S. Matthæo fuerint, quæres, verisimilissimum petes ex peculiari maledictione à Deo in Achabii posteritate bis promulgata, 3 Reg. 21, et 4 Reg. 9, ob quam tres illi reges, qui erant nepotes ex Athalia ejusdem filiæ et Amri nepite geniti, quasi è numero regnum deleti censebantur. Hinc etiam valde probabile est, quod hi reges, populo plurimum exosi, è monumētis regni erasi sint, et expuncti è publicis familiarium tabulis in templo asseverari solitus, è quibus S. Matthæus genealogiam Christi excipitur. Præterea idem Evangelista, cùm vellet servare numerum ter quatuordecim in recensione progenitorum Christi, debuit tres è regibus retinere, qui in eâ enumeratione abundabant, uti eug S. Hieronymo multi interpres obseruant; rationem verò, cur tres istos- potius omitteret, quām alios, sufficientem habuit modo assignatam.

Denique, si ulterius queras, cur S. Matthæus memoratum numerum elegerit, et genealogiam Christi in tres quaterdecades diviserrit, respondent passim Patres et interpres, hanc rationem assignando, quia S. Evangelista voluit triplicem populi Judaici statum recensere, primum sub Patriarchis et iudicibus, alterum sub regibus, tertium sub ducibus et pontificibus; siquidem ab Abraham post Moysen et Iosue usque ad Sôul, cui primus ex stirpe Juda in regno successit David, populus gubernabatur à iudicibus, à Davide usque ad transmigrationem babyloniam erat sub regibus; post transmigrationem babyloniam usque ad Christum sub ducibus et pontificibus. Veniente autem Christo supremo iudice, rege, ac pontifice, cessavit dicta ratio, que debuit in Christo, qui regnum attulit aeternum, terminari.

162. Antil. III. In genealogiâ Christi apud Lucam (cap. 3, v. 23 et seqq.) extant quindecim generatio-nes plures à Davide usque ad Christum, quām apud Matthæum; quod iterum fieri nequit sine contradictione inter Lucam et Matthæum. — Resp.: Etiam hic turpiter errat Dumarsais, istud objiciens. Nam omnis hæc apprens contradicito evanescit, si attendatur, quod S. Matthæus genealogiam Christi à Davide texat descendendo per Salomonem usque ad Josephum sponsum Mariae; S. Lucas verò ascendendo à Christo ad Davidem per Nathanem alterum Davidis filium, ut proin progenitores Christi ac generationes aliae sint, pluresque esse possint à Davide per Nathanem usque ad Christum, quām per Salomonem usque ad Christum. Neque diversitas illa numeri generationum apud duos illos Evangelistas est nimia, quia apud S. Matthæum tres generationes (nempto Ochozias, Joas, et Amasias) omissa sunt, ut numero precedente diximus; proin differentia inter unam et alteram genealogiam consistit duntaxat in numero duodecimi generationum; atqui non innutitum est intervallo undecim vel duodecim seculorum (quot fluxere à Davide usque ad Christum, ut videri potest in tabula chrono-

logiæ S. Scriptura in fine Dictionarii Biblici à Calmeto conscripti) unam familiam seu stirpem duodecim generationes piures numerare, quām familiam alteram. Sic enim differentia in uno seculo tantum erit circiter una generatio. Præterea, ad ejusmodi differentiam inducendam alio opus non est, quām ut conjugia in una familiâ paulò longiorem remoram patientur, quām in alterâ.

163. Antil. IV. Nec Mauthæus (ait Bolingbrook in der wichtigen Untersuchung, etc.), nec Lucas textit genealogiam Marie, sed Josephi, cùm tamen dogma Christianorum sit, Christum ex sola Mariâ, et non ex Josepho secundum carnem descendere. Præterea, Matthæus pro patre Josephi assignat Jacobum, et pro patre Jacobi Madan; Lucas verò Josephi patrem ait esse Heli, et hujus patrem Mathat. Paucis: Lucas cap. 3, longè aliam Christi genealogiam textit, quām Matthæus cap. 1.— Resp.: Eamdem objectionem jam ante quatuordecim seculi Julianus apostola Christianis opposuit, et Bolingbrook aliisque increduli nostrâ aitare tantum reconquunt antiquam crambem diu D. Hieronymo, et interpres S. Scripturae passim (1) confutatam. Unde, ne longius me detineam, breviter respondeo, ac in primis dico, quod S. Matthæus, cùm genealogiam S. Josephi ex Davide descendensis directè ostendit, eo ipso etiam indirectè B. V. Mariae et Christi ex Davide descensum secundum carnem ostendit, ut SS. Patres nominatim Hieronymus, Chrysostomus, Hilarius scribentes in hunc locum S. Matthæi, rectè observant. Rationem asserunt, quia apud Hebreos lege, Num. 36, v. 7, 8, cautum erat, ne vir uxorem, aut femina virum ex aliâ tribu aut familiâ assumeret, quām ex suâ; quæ lex illas præcipue feminas spectabat, quæ proliis masculi defectu ex esse heredes erant paternorum bonorum, ut clare indicat ratio legi subjecta: *Ut hereditas permaneat in familiis, nec sibi miscentur tribus, quām legem quin religiosè observant Maria et Joseph ejusdem sponsus, dubitari non potest.* Cùm igitur B. Virgo desponsa fuerit S. Josepho, de eadē tribu et familiâ suëre utequer, id est, S. Maria et Joseph; præsertim quod B. Virgo dicatur fuisse proles unica Joachimi patris. Ergo, cùm S. Matthæus recensuit genealogiam S. Josephi, hoc ipso indirectè ostendit progeniem B. Virginis et Christi ex domo David, ac de tribu Iudæa. Quod autem attinet genealogiam Christi à S. Lucâ descriptam, ea juxta omnes est genealogia non S. Josephi, sed B. V. Mariae, ut patebit legenti interpres. Ceterum magnâ probabilitate non caret sistema Cornelii à Lap., juxta quem non solum S. Lucas, sed etiam S. Matthæus textit genealogiam Marie matris Jesu; S. Matthæus quidem per lineam B. Virginis maternam; Lucas verò per ejusdem lineam paternam. Sicut enim Mathat genuit filii seu Joachim patrem B. Virginis; ita Mathat à S. Matthæo recensitus, genuit præter Jacobum

(1) Vide Calmetum dissert. ante Comment. in Evangel. S. Lucæ; Hermannum Goldberger, etc. 5 introduct. in S. Scriptor. num. 54 et 55. Bellardistus in Propylæo maij, etc.

S. Josephi patrem etiam Annam matrem B. Virginis. Unde Matthaeus et Josephi et Mariae genealogiam simul textit.

Dixi Mathat genuisse Ieli seu Joachim; nam haec tria nomina Ieli, Heliacim, Joachim sunt aequivalenter idem nomen.

Præterea neque est contradicatio, dum S. Matthæus patrem S. Josephi dicit esse Jacobum; Lucas verò ejusdem patrem videtur dicere esse Heli; nam haec verba, *qui fuit Heli*, non appellant ad S. Josephum, sed ad Christum, ita ut sensus sit: *Jesus (qui putatur filius Joseph) fuit Heli*, id est, nepos Heli, seu Joachimi patris Deiparae (1).

164. Corollarium I. Obiectio de contradictione Matthæi et Lucæ in texendâ genealogiâ Christi, non est nova, nec à naturalistis, aliisque incredulis nostræ ætatis primum excoigitata; sed eam jam olim Julianus apostata Christianis opposuit, quam Christiani doctores pridem refutârunt. Controversia critica hodiè solùm in eo est, quenan ex variis diversorum auctorum solutionibus melior sit, et aliis praferenda. Aliud enim systema in hunc finem amplexus est Julius Africanus, aliud Calini, aliud Cornelius à Lap., que omnia in compendio refert Josephus Widmann.

Corollarium II. Etiam si non possemus clarè ostendere modum conciliandi genealogiam à S. Matthæo scriptam cum genealogiâ Christi à S. Lucâ exarata, nihilominus de veritate utriusque genealogiae nullatenus dubitandum foret. Evangelista enim (præscindendo etiam ab ipsorum inspiratione divinâ) nec falli, nec fallere poterant in texendis hisce genealogiis, quia Hebrei cautiissimi erant, et diligentissimi in notandis, ac in tabulariis publicis asservandis genealogiis, eorum maximò, qui ex tribu Judâ et stirpe David, ex quâ nasciturum Messiam noverant, descendebant. Unde et Josephus, I. I contra Appionem, Judeos præceteris nationibus in hoc exactos plurimù laudat. Et tamen Iudeorum nemo unquam sive Matthæo, sive Lucæ, eum genealogiam Christi texerent, eumque ex tribu Judâ et stirpe David descendere demonstrarent, obliqui ausi sunt. Profectò, si haec genealogie in Evangeliis Matthæi et Lucæ descriptæ falsæ fuissent, nihil Iudeis sevi illius facilius esse poterat, quâm horum Evangelistarum falsitatem detegere, atque ita omnem in reliquis etiam rebus fidem iisdem derogare. Cùm ergo nihil tale in Evangelii nostris deprehenderint Iudei, dicendum restat, veritatem hanc tunc fuisse meridianâ luce clariorem. Porrò Celsius, Porphyrius et Julianus, qui Ecclesiæ, 2, 3 et 4, nonnulla hæc de re objecerunt, nihil unquam solidum contra Ecclesiæ fidem attulerunt. Unde prorsus absurdum et impudens est, hodiè post 18 secula de genealogiâ Christi à Matthæo et Lucâ descriptâ tricari, cuius veritatem omnes etiam Hebrei Evangelistis coxi, omnesque proximè et continuaâ serie sequentes agnoveré, exceptis paucis quibusdam philosophis gentilibus, aut

apostatis, qui à SS. Patribus et interpretibus orthodoxis pridem refutati fuere.

165. Antil. V. Textus hebreus, et Vulgata latina (Genes. 10, 21. Item Genes. 11, 12) Cainan omitunt, et sic contradicunt Evangelista Lucæ, qui (cap. 3, v. 23 et 36) euodem Cainan in genealogiâ Christi medium inter Arphaxad et Sale ponit; sicut etiam 70 Interpretes illum dicto modo (Genes. 10, 24, et Genes. 11, 12) medium ponunt. Resp. 1º: Quamvis in textu hebreo et in nostrâ Vulgatâ loc. cit. Geneseos Cainan omittatur, is tamen Genes. loc. cit. apud 70 Interpretes (sicut Luce loc. cit.) ponitur medius inter Arphaxad et Sale, sat claro indicio, Cainan posse ponit vel omitti in sensu mox explicando. Resp. 2º: Non offici veritati duorum codicium, si unus exprimat aliquid, quod alter omittit: obstaret quidem, si quod unus exprimit, alter negat.

Neque dicas, satis colligi, quod textus hebreus et Vulgata latina loc. cit. Genes. negent, Cainanem esse intermedium inter Arphaxad et Sale; qui dicunt, *Arphaxad genuisse Sale*. Ne, inquam, hoc dicas; nam, siem S. Matthæus in genealogiâ Christi dicens, *Joram genuisse Oziam*, et sic omittens Ochoziam, Joam, et Amasiam reges Juda, qui inter Joram et Oziam erant medi, idèo non negavit tres istos reges: sic dicendum, in textu hebreo et nostrâ Vulgatâ, dum, loc. cit. Genes., dicitur, *Arphaxad genuisse Sale*, non negari Cainanem inter Arphaxad et Sale esse medium, sed solum ponit genitorem mediatum, pro immediato, avum respectu nepotis, Arphaxad respectu Sale. Phrasij enim hebreia omnes nepotes vocantur filii vel geniti suorum avorum, aut aliorum remotiorum progenitorum, ut ex non paucis S. Scriptura locis (1) patet. Hinc etiam non mirandum, quòd 70 Interpretes, qui Genes. 10, 24, Cainanem pœnit medium inter Arphaxad et Sale; pariter euodem Cainanem Genes. 11, 12 et 15, sic ponant. Vide Polyglotta Biblia Philippi II, Hispaniarum regis catholicî mandato, opera verò Benedicti Ariæ Montani in lucem edita.

Si porrò queras, cur 70 Interpretes Genes. loc. cit. et S. Lucas in Evangelio suo distinctè ponant Cainan medium inter Arphaxad et Sale; textus autem hebreus, et Vulgata latina eundem Genes. cit. loc. omittant, resp. 70 Interpretes et S. Lucas, rem expressius volentes describere, disserunt, *Arphaxad genuisse Cainan*, hunc verò genuisse Sale, ut sciatur, qui fuerit ipsius Sale pater immediatus; ipsi autem 70 Senes id jam sciverunt ex traditione certâ, vel ex libris genealogiarum apud Iudeos asservatis. Moyses verò in textu hebreo libri Genesis (quem nostra Vulgata sequitur) Cainanem prætermisit, vel ut generationum seriem usque ad Abrahamum in certis decades distribueret, vel ob aliquam nobis incomptam causam; fermè sicut Matthæus, quasdam generationes omisit, sive numerare voluerit per testadecades, ut fert communis opinio, sive præter-

(1) Judith. 8, 4. Item I Esdræ 5, 1. Item I Paralip. primis 10 capitibus.

miserit illos, ut potè ortos ex Jezabele detestandā feminā gentili, ut S. Hilarius Comment. in Matth. censem.

Denique si quæras, quomodò Arphaxad 35 annos natus, Gen. 11, 12, potuerit habere Sale filium, si quidem respectu hujus ille fuerit avus, et non pater. Resp.: Id fieri potuit, si cum Genebrardo in Chronico ad annum mundi 1659, dieatur, quòd Arphaxad anno ætatis sua decimo octavo genuerit Cainanem, et quòd Cainan anno ætatis sue decimo septimo genuerit Sale. Sic enim verum est, quòd Arphaxad anno ætatis sue trigesimo quinto habuerit Sale filium, id est, nepotem.

166. Antīl. VI. Evangelista Lucas (cap. 2, v. 2) Christum ait natum sub praeside Syrie Cyriño, censum ex Augusti Caesaris decreto exigente; cùm tamen ex historiā certum sit, sub tempore Christi nascentis non Cyrinum, sed Saturninum, et post hunc Quintilium Varum fuisse Iudeæ presides, ut omnes eruditii nōrunt. Ita Bolingbrock, et Dumarsais incredulorum primores. Resp.: Varie à variis auctoribus responsiones dantur ad hanc apparentem antilogiam dissolvendam. Melior et communior videtur esse illa dicentium (1), Saturninum tunc fuisse quidem ordinarium Syrie et Iudeæ presidem; Cyrinum tamen (alio nomine Cyrenium, vel Quirinium, aut Quirinum dictum, ut Cornelius à Lap. in cap. 2. S. Lucas observat) cum imperio extraordinario ad censum peragendum in Syriam missum esse eo tempore, quo ex edicto Caesaris pacatus orbis describi debebat, ut Caesar universorum, qui vel subditi, vel socii essent populi romani, numerum ac facultates nosse posset. Cyrus quippe, vir consularis, circa idem tempus agebat in Oriente, ac bellum contra Hamadanenses feliciter, consercerat (vid. Tacit. Annal. lib. 5), adēque ob recentem victoriam celebris; unde licet Senatorius Saturninus tunc Syriam administraret, Cyriño tamen tamquam extraordinario procuratori et legato in executione rerum ad censum pertinientium subordinatus fuit; ita etiam Germanicus circa annum urbis 767 et 769 censu Galliarum intentus fuit, etiam si non esset legatus ordinarius Gallie, ut videre est apud Tacitum, ibid., lib. 1. Ceterum, quòd Cyrius, quando primam illam descriptionem, enjus S. Lucas meminit, non fuerit propriè preses Syrie, sed duntaxat censor, seu Caesaris legatus ad censum illum in eundum specialiter constitutus, etiam inde colligitur, quia vox greca ἡγεμόνες, quā S. Lucas hoc loco Cyriini munus significat, tum ordinarii, tum etiam alii magistratus dari solet. Si enī eadem vox à S. Lucā in Actis Apostolorum, cap. 24, Felicitributur, qui nominis procuratoris officium habuit. Hinc etiam S. Ju-

(1) Ita docent card. Norisius apud Pagium in apparatus chronol. ad annales Karonii pag. 31, numero marginali 129. Bollandiste, tom. 49, in Propilio ad Acta SS. May. pag. 21, num. 7, edit. Antwerp. Petavius Ration. Temp. 1. 4, c. 2, et de doctrina Temp. 1. 12, c. 8. Daude Histor. Univers. tom. 1, pag. 507. Joan. Bapt. Duhamel Comment. in Luc. 22, et in Act. 5, 36, pluresque ali.

stinus, Apol. 2, memoratum Cyrinum seu Quirinium vocat ἡγεμόνος, id est, procuratorem, non praesidem.

167. Instant. Si illa descriptio universalis totius orbis, quemadmodū Lucas tradit, facta fuisset, ethnici scriptores de cā mentionem fecissent: sed nullam mentionem fecerunt; prob. min. Tacitus et Suetonius rerum romanorum historici exactissimi, nec verbo mentionem faciunt (ut Dumarsais inquit) de illa primā descriptione Iudeæ facta sub Cyriño: ergo est conficta. Resp. et cum Nonnotte dico, Dumarsium hic turpiter prodere inscitiam suam, ac palim demonstrare, à se nec Tacitum, nec Suetonium fuisse lectos, aut saltem non rite intellectos. Quis enim prudens descriptionem orbis, qua sub Augusto contigit, in annibl. Taciti querat; cùm hic scriptor dicti imperatoris gesta nequidem recenseat, sed pauca duntaxat de ultimis vita Augusti diebus commemoret? Suetonius verò vitam Caesarum quidem edidit, sed ita ut eorum genium et indolem potius quam seriem rerum durante imperio gestarum recenseret; unde pariter mirandum haud est, quòd illius census et descriptionis sub Cyriño facte non minorit.

Ceterum de illa universalis descriptione totius orbis sub Cæsare Augusto, cuius S. Lucas loc. cit. meminit, Grotius ita disserit: *Nou ita (hoc) intelligo, quasi uno eodemque tempore factus esset census per totum orbem, quā romanus erat; sed cùm Augustus omnem vim imperi rationi pernossē vellet, per omnia regna et provincias constituit censum agi, modò hic scilicet, modo ille, ut commodum erat.* Hoc autem pluribus monumentis ex antiquitate depromptis idem scriptor deinde confirmat. Juxta hujus ergo auctoris sententiam S. Lucas, priùs habita mentione descriptionis universalis, quam Augustus præcepérat, quaque non simul omnis, sed modò in uno loco, modò in altero facta fuit, ad peculiarem descendit per Cyrinum in Iudeā peractam omnium primam. Hoc autem si ponatur, sicut reverā æquo jure poni potest, nulli rursus est admirationi locus, si ethnici de hac descriptione mentionem non habuerint, cùm ea sensim, et modò in uno, modò in alio loco peracta fuerit. Præterea alia adhuc causa esse potuit, cur hujus universalis descriptionis apud auctores ethnicos nulla mentio occurrat, quia, ut Tillemontius in vita Christi observavit, solus Dion accuratam historiam Augusti scripsit; hujus autem historicæ primi decem anni perireunt, intra quorum spatium jussu Augusti hic census peractus fuit.

168. Scholion I. Rectè contra deistas Cerboni observat, S. Luca loc. cit. id potissimum fuisse propositum, ut eam descriptionem narraret, quæ Cæsare jubente, in Iudeā tempore nativitatis Christi facta fuerat ut dubitari non potest. De hac ergo si constituerit etiam confessione eorum qui christianæ religioni adversabantur, habemus quod modò volumus. Atqui de hac descriptione testati sunt ipsi etiam infensissimi Christianorum hostes, Iudei, et ethnici. Sic in dialogo cum Tryphone Iudeo, num. 78, S. Justinus inquit: *Sea cum census in Iudeā tunc primum haberetur sub Cyriño, ex ovo Nazereth, in quo degebat, Bethlehem,*

undē erat oriundus, proiectus est (S. Josephus), ut censetur. Nam ex tribu Iuda hanc terram incolente genus ducebatur. Cū ergo S. Justino res esset cum Tryphone Iudeo, à quo refelli facile poterat, si rem incertam, vel dubiam, ut certam, atque ab omnibus receptam, assumpsisset; evidentissimo arguento esse debet, quod de censu tempore nativitatis Christi facto in Iudea per Cyrenium, S. Justinus tradidit, nemini Iudeorum dubium fuisse. Similiter de censu Augusti, inquit Tertullianus antiquissimus scriptor, quem testem fidelissimum dominicarum nativitatis romana archiva custodivit. Neque solum Tertulliani, sed etiam S. Joannis Chrysostomi tempore ex archivis romanis hac de re constabat. Nam hic S. Pater explicans illa verba Luc. cap. 2: Factum est enim in diebus illis, exiit editum à Casare Augusto, ut describeretur universus orbis, etc., ita habet: Ex his liquet, prima descriptionis tempore natum esse (Jesum). Et cui veteres historiarum codices, qui et Romae publicè asservantur, lectitare libeat, per facilè etiam tempus hujus descriptionis accuratè discere poterit. Iis ergo monumentis, que apud ethnicos asservabantur, de hujus descriptionis veritate constabat, neque etiam ipsi ethnici de ea dubitare poterant, et si dubitassent (quod sanè nullibi significarunt) inepti imperiter dubitassent. Quapropter, ut quod volumus, modò concludamus, quæcumque demum ratione ea descriptio accipiat, quam S. Lucas tempore nativitatis Domini nasci sub Cyrino factam fuisse narrat, tamen illud negari non potest, tum apud Iudeos, tum apud ethnicos certum fuisse, quod legitur apud S. Lucam de descriptione facta sub Cyrino per Iudeam.

Scholion II. Si etiam modo solum humano res pendatur, presumptio veritatis stat pro Evangelista Lucâ, quia erat scriptor synchronus, Antiochiae metropoli Syriae: iisdem temporibus, quibus haec gesta sunt, oriundus. Unde, ut Maldonatus aliquis observavit, ei magis credendum, quam aliis historicis, qui tempore posteriores scripsere; quamvis etiam cum horum testimoniis narratio D. Luce aptè conciliari possit, ut supra memorati auctores patrōi nostra sententia præstant. Accedit, quod si narratio D. Luce falsa fuisset, eam coezi hostes christianæ religionis, Iudei ac ethnici illicè falsitatis arguisserint; sed hoc non fecerunt, sed potius contrarium, ut in precedente scholio 1 demonstravimus.

169. Antil. VII. • Juxta Evangelistam Mattheum (cap. 1, v. 23 et 25), Jesus natus est ex Virgine, que juxta Christianos etiam post partum Virgo permanebat; et tamen (Math. 12, 47) dixit quidam Christo: Ecce mater tua, et fratres tui foris stant, querentes te. Et (Math. 13, 56) Christus dicitur habuisse sorores. Quomodo haec concordant? Si enim Christus habuit fratres, ejus mater post nativitatem Christi genuit alios filios, qui erant et dicebantur fratres Christi. Ita anonymous ille, qui in scriptis suis ad D. Christoph. de Zubuesnig datis se officialem bellicem boruss. dicit, et ad cujus adjectiones ac dubia jam superius respondimus, et in questionibus Biblicis novi Testamenti adhuc frequentius respondebimus. Itaque resp.

et dico, veterem esse hanc objectionem heresiarchæ Illevidii negantis B. Virginem post Christi partum mansisse Virginem, quem S. Hieronymus fusè refutavit. Quare sciendum per fratres Domini intelligi iq. Evangelio non filios ex Josepho et Deipara genitos, sed Christi cognatos tantum, phrasi Hebreis familiari. Sie, Gen. 13, 8, dixit Abram ad Loth nepotem suum: Ne, queso, si jurgium inter me et te... fratres enim sumus. Et, Gen. 29, 13, Laban ad Jacob nepotem suum ait: Num quia frater meus es, gravis serries mihi? Fratres ergo Christi Domini in Evangelio dicuntur ii qui erant ipsius consanguinei ac consobrini; sicut per sorores ejus intelliguntur Christi cognatae, non autem sorores strictè tales.

170. Instal 1° anonymous ille scriptor, et ait: Ipsa etiam nomina fratrum Christi sunt nota; vocabantur Jacob, Joseph, Simon et Judas, prout expressè haheatur Math. 13, 55. Sed endem responsio, quam jam dedimus, redit. Erant niniùm illi et vocabantur fratres, id est, cognati Christi Domini, prout hunc locum Cornelius à Lap., ceterique interpretes orthodoxi rectè intelligunt et exponunt.

171. Instal 2° idem adversarius, et ait: Teste Lucâ Evangelista, cap. 2, v. 7, Maria peperit filium suum primogenitum, nempe Christum; sed imperceptibile est quomodo Christus sit primogenitus Marie, si haec non etiam genuit alios, sive si non datur ejusdem secundò, vel tertio genitus, etc.; sicut imperceptibilis foret prima dies, primus mensis, si nulla alia dies, nullus alias mensis succederet. Ita anonymous ille se assertum suum liquidè demonstrasse somnit. Verum miserè decipitur, nec ex eo, quod Christus Marie primogenitus dicatur, per legitimam consequentiam inferri potest, quod Maria haberet alios præterea filios, aut filias. Nam primogenitus ille dicatur, ante quem nullus est genitus, sive dein post illum alius signatur, sive non. Sie in veteri Testamento offerri Deo debuit primogenitus, et primo post partum mense redimi, ut habetur Num. 18, 16. At si primogenitus non esset, nisi is, post quem alius vel alii sunt geniti, oblatio ac redemptio primogeniti potuisset ultra primum mensem differri, usque dum alius nasceretur; antea enim juxta objectionem adversarii nondum constare potuisset, utrum prior ille foret primogenitus. Haec sequela cum repugnet S. Scriptura, ac proin falsa sit et rejicienda, hoc ipso patet, quod primogenitus sit et verè dici possit, qui primò signatur, etiam si nemo alius post eum ex ipsis matre signatur. Talis enim gaudet juribus et privilegiis primogeniture. Unde quando S. Lucas de B. Virginie ait: Peperit filium suum primogenitum, non sequitur, Mariam post hunc alios peperisse filios, sed solum, eam ante hunc nullum alium genuisse.

Ceterum paritas de primâ die, vel primo mense, quam adversarius in objectione affert, prorsus nihil probat. Quamvis enim de facto, ubi dies vel menses sibi succedunt, prima dies habeat plures dies sibi subsequentes, et primus mensis alios menses sibi subsequentes; et tamen id non est de essentiâ prime diei, vel primi mensis. Si enim Deus statim post primum

mensem totum universum destruxisset; adeoque nulla aliades primam diem, vel nullus alias mensis primum mensem fuisse subsecutus; tamen illa dies, quæ destructionem mundi præcessisset, fuisse primo, vel ille mensis fuisse primum; cum ante illam diem vel mensem in hac hypothesi non fuisse alia dies, vel alias mensis prior. Paritas ergo allata potius est pro nobis, quam contra nos.

172. Antil. VIII. Historia evangelica de stellâ magis in oriente visâ (Matth. 2, 2), et de infanticidio Herodis (ibidem v. 16) conciliari nequit cum historiâ Josephi Judæi, aliorumque profanorum scriptorum, apud quos de utroque illo tam extraordinario ac publico facto alium est silentium. Resp. 1^a et invertto argumentum: Nullatenus verisimile est, quod S. Matthæus hæc factu confinxerit, cum non potuerit Hierosolymitanis persuadere, omnem tum civitatem ad adventum magorum fuisse commotam dicentium, se vidisse stellam illam in Oriente; aut Herodem tam barbarè in Bethleemitas infantes saevisse, nisi hæc re ipsa ita contingissent. Resp. 2^a: Nego assertum, scilicet quod nullus ex scriptoribus profanis de his factis scripscerit. De stellâ enim à magis testatur Chalcidius philosophus platonicus (vid. supra, num. 23).

173. Quod autem cædem infantium attinet, quæ jumente Herode, in evangelicâ historiâ facta legitur, eamdem narrat Macrobius, lib. 2, Saturn. cap. 4, prout pariter et in eodem loco ostendimus. Quia ita igitur incidelorum temeritas ac impudentia est, post octodecim ferme secula verisimilia non putare, quæ S. Matthæus synchronis et rei geste testibus citra contradictionem enarravit; quæ ipsi gentiles scriptores Chalcidius (an Chalcidius fuerit gentilis, vide supra num. 25) et Macrobius non ignorârunt; quæ denique mundus tot seculis creditit, et antiquissima festi celebribitate quotannis recoluit, et etiamnum colit?

174. Neque obest, quod Josephus Judeus de illis duobus factis taccat. Nörunt enim eruditæ, eum plura alia omisisse, nec semper omnia historici munia exactè implisse. Unde doctum et vigilem hæc in re censore habet Jacobum Salianum in annalibus ecclesiasticis. Fors etiam illius silentii causa aliqua fuit ignaviam pseudopoliticæ studiū; cùm enim indigna adulatio Vespasiano Messias seu regis in lege veteri promissi nonen ac prærogativam tribuisset, fas fortè sibi esse haud putavit de Christo, qui Messias à Prophetis predictus à Christianis celebrabatur, frequens et diversi in locis mentionem facere (1).

175. Antil. IX. Varia de stella illâ magis visa sunt astronomiae contraria, dubia, et incredibilia. Nam 1^a si tam extraordinarium sidus apparuerit, veteres astronomi haud dubiè illius in tabellis suis astronomicis meminissent: atqui de eâ nullam mentionem faciunt. 2^a Non potest dici, qualis fuerit hæc stella, an fixa, an planeta, an cometa? An visa fucrit tantum à magis, vel etiam ab aliis hominibus? 3^a Cur dicatur visa in

(1) Cur autem insigne illud testimonium, cuius supra, num. 25, in fine mentionem fecimus, de Christo scripscerit, speciales habuit rationes.

orientem, Matth. 2, 2? Quasi verò stellæ non in toto orbis hemisphærio videantur. 4^a Quonodo magi ex stellâ nativitatim Salvatoris cognoscere potuerint? 5^a Quid factum est de hæc stellâ, postquam magos Bethleem perduxerunt? Resp.: Etiamsi naturam et qualitates omnes hujus stellæ explicare non possemus, minimè sequeretur eam non apparuisse. Innumeræ enim potest Deus facere, et sèpè facit, que nos mortales sufficienter capere aut explicare non possumus, prout non solum ex effectibus supernaturalibus, sed etiam ex multis naturalibus, quorum distincta explicatio nos latet, abundè patet. Interim tamen ad propositas questiones et dubia aptè responderi potest, et ab interpretibus S. Scripturae passim respondetur. Ac primò quidem aut mirum est, quod de hæc stellâ nihil legatur in scriptis aut tabulis veterum astronomorum; cùm ex una parte omnibus mathematicis notum sit, quām incurii fuerint veteres in annotandis observationibus astronomicis: ex alterâ parte stella illa respectivè pancies apparuerit; nec ab aliis hominibus in dissimilis locis visa fuerit; quia hoc signum juxta concordem interpretum, et D. Thomæ, in 3 part., q. 36, a. 8, ac S. Damasceni, lib. de orthod. fide, c. 7, sententiam non fuit stella fixa, nec planeta, nec cometa, aut una ex iis, quæ sub initium mundi creatæ sunt; sed fuit stella artificialis ministerio Angelorum ex materia sive coelesti, sive terrestri de integrō formata in aero intimo circa terram, adeoque tantum in locis vicinis visibili. Porrò hoc meteorum, seu corpus, ex densis vaporibus vel aliâ materiâ constipatum, et propter sui rotunditatem et flamas, quas emittebat, stella vocatum, primò visum est in oriente, ubi scilicet magi degehant; quamvis probabilius etiam plures alii, in eadem cum magis regione degentes, eamdem viderint. Quod autem non omnes, qui in Oriente stellam illam viderant, ad Christum adorandum cum magis profecti sint, idcò contigit, quia vel mysterium non capiebant, vel aliis distensi curis ire noblebant, vel etiam magorum redditum prestolabantur. Magi verò ortum Salvatoris ex signo illius stellæ cognoverunt ex vaticinio Balaam, Num. 24, 17, prædictenis: *Orietur stella ex Jacob*, enjus Balaami posteri ipsi fuere. Accessit continua majorum traditio; et huic etiam illustratio superna; prout cum aliis patribus, quos Suarez citat, doct. S. Augustinus his verbis. *Hanc stellam admirati, cuius etiam esset, consequenti revelatione nōesse invenierunt, regis videlicet Iudeorum.* Cæterum hæc stella propè Jerosolymam se oculis magorum subtraxit; dimisisse autem ab Herode ad Christum quærendum iterum apparuit, eo que adduxit in Bethleem; minimè verò eosdem reduxit in Orientem, nec cepit lucere in firmamento cum sideribus reliquis, sed disoluta est in vapores aut materiam, ex quâ erat composta; sicut columna nubis, quæ Israelitas per desertum duxit, disparuit, postquam pervenerunt ad Jordanem, licet ad id usque tempus prodigiosè fuerit conservata. Plura de stellâ magorum doctè et crudite prater alios disserunt Calmetus, Cornelius à Lap., Anton. Mayr, Suarez, et Salmeron.

Corollarium. Imperitè prorsus quidam incredulus ad Bulletum (*Réponses critiques*, tom. I, pag. 268) dixit S. Matthæum non sine ingenti absurdo potuisse asserere, quod stellæ magos Bethleem duxerit, cum stellæ ob enormem suam à nobis distentiam nec urbem, nec regionem villam, multò minus aliquam domum designare possint. Numirūm ignoravit, aut se ignorare finxit incredulus ille, stellam illam non fuisse stellam fixam, sed duntaxat meteorum in aere infimo formatum.

176. Antil. X : « Solus Matthæus narrat Christi fugam in Ægyptum; ex adverso Lucas post adorationem pastorum ad præsepe Domini, et finitam purificationis Maricæ historiam, ait : *Et ut perficerunt omnia in templo secundum legem Domini, reversi sunt in Galileam, in civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, et confortabatur plenus sapientia, etc.* En contradictionem! Christus infans à Matthæo in Ægyptum ducitur; à Lucæ constanter à tempore nativitatis sue in Iudeâ persistisse dicitur. » Ita petulans et larvatus scribillator opusculi : *Les questions de Zapata.* Sed resp. et dico : Apparens haec antilogia ab orthodoxis interpretationibus jampridem soluta est, quamvis varient in modo eam solvendi. Mibi præplacet explicatio Calmeti, juxta quem (1) sicut hic rerum gestarum ordo : Christus infans octo diebus post nativitatem suam, id est, primâ januarii circumcisus est; B. Virgo verò, postquam Christum penerit, toto 40 dierum spatio Bethleemii substituit; legis enim præscriptio Levit. 12, tempus hoc feminis puerperis ad purificationem destinabatur. Ad finem horum dierum venerunt magi ab Oriente, et divinum infantem adorabant. Succedente autem nocte ab Angelo admoniti, ne ad Herodem regrederebantur, peraliam viam ad propria remeārunt : B. Virgo verò expletis jam 40 illis à puerperio diebus, ascendiad templum ad purificationem cum S. Josepho et pueri Jesu; dumque perfecta purificatione in Nazareth reverterentur, ab Angelo per quietem à S. Josepho viso jussi sunt fugere in Ægyptum.

Neque huic explicationi nostræ obest, quod apud S. Lucan statim post purificationem referatur redditus sacrae familie in Nazareth, et incrementum pueri Jesu in sapientia, etc. *Et ut perfecerunt omnia in templo,* etc. Nam jam alibi observavimus, non singulos Evangelistas singula Christi gesta referre, sed sapè ab uno facto transire ad aliud, non commemorato facto, aut factis intermedieti. Hinc enim, ut Salmeron ait, est familiaris mos S. Scripturæ, ut quæ non sunt simul continuata, quasi continuata essent, enarrarentur. Quare, sicut solemus dicere : Mulier concepit et penerit, licet nonnisi novem mensibus expletis penererit; item sicut S. Matthæus enarrato ad finem capituli primi redditu Christi ex Ægypto in Nazareth, statim incipit caput 3, his verbis : *In diebus autem illis venit Joannes Baptista prædicens in deserto Iudeæ;* quamvis

inter redditum Christi ex Ægypto et predicationem Joannis viginti et amplius anni intercesserint; ita ex illis Luce verbis : *Et ut perfecerunt omnia in templo... reversi sunt... in civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, etc.*, neutiquam sequitur, quod inter purificationem et redditum in Nazareth, non intercesserit fuga et commoratio in Ægypto. S. Augustinus enim lib. 3 de Consens. Evang. c. 5, Jansenius Gandavensis, Comment. in concord. Evang. c. 10, et Franc. Lucas censem, eos ex Jerusalem immediatè fugisse in Ægyptum, indequè primum post statutum tempus reduces reversos fuisse in Nazareth, ut hic ait S. Lucas. Aut si cum Cornelio à Lap. Comment. in Luc. 2, 40, et aliis mavis dicere, eos post purificationem immediatè reversos esse in Nazareth, et indè primum fugisse in Ægyptum; non tamen sequitur, quod inter hunc redditum in Nazareth et pueri Jesu incrementum in sapientia coram hominibus, etc., non intercesserit fuga in Ægyptum. Ceterum, etiam si sacra familia ante fugam fortassis redierit in Nazareth ad faciendam de domo suâ dispositionem, et paranda necessaria ad iter longum in Ægyptum, tamen tempus ad fugam abundè supp̄ebat, quia à die 2 februario, quā facta est purificatio, usque ad Pascha, quo factum dicitur infanticidium Herodis, intercedunt circiter duo menses.

177. Antil. XI. *Jesus (Joan. 3, 22) baptizabat.* Sed (Joan. 4, 2) *non baptizabat, sed discipuli ejus.* Numquid haec est contradic̄tio? Dein ad quid tune baptismus, cùm ante mortem Christi nondum habuerit vim causandi gratiam ex meritis Christi Redemptoris? Resp. : Nulla hic est contradic̄tio, nullum impossibile aut absurdum. Nam etiam Joan. 3, 22, sensus est, quod Christus baptizat, non tam per se, quā per suos Apostolos, quorum tamen saltem aliquos ipse prius baptizabat. Teste enim Euthymio, antiquorum Patrum sententia est, B. Virginem et Petrum à Christo ipso fuisse baptizatos. Et Evidius Petri in cathedrâ Antiochenâ successor (1) asserit, Christum suis manibus baptizasse Andream, Joannem et Jacobum, et ab his aliis Apostolos fuisse baptizatos. S. Augustinus quoque, epist 108, docet Apostolos baptismo Christi fuisse baptizatos, antequā ipsi eodem baptismo alios baptizarent. Igitur Jesus baptizavit non per se, nisi per paucos, sed per discipulos suos; fermè sicut postea Apostoli, quando gentibus prædicabant, paucos baptizabant propriis manibus, ut indicat S. Paulus, 1 Cor. 4, 17, dicens : *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare.*

Porrò, licet Christus, quando Apostolos baptizavit, nondum fuerit mortuus, certum tamen est, quod baptismus eo tempore collatus jam habuerit vim justificandi; hanc enim trahebat à meritis Christi, tum presentibus, tum futuris; ac presertim à morte Christi, quam Christus jam acceptaverat, seque in victimam futuram, pro salute hominum Deo Patri jam sc̄p̄ obtulerat. Quocirca, sicut Eucharistia ante mortem Christi instituta, sanctificavit Apostolos, sic et

(1) Comment. in Matth. 2, 1 et 13. Item in Dissertat. de adventu magorum, prope finem. Item in Harmonia 4 Evang. posita ante Commentarium in Matth.

(1) Epist. quæ inscribitur τὸ πῶς, id est, *tamen*.

baptismus. Ita disertè docent S. Augustinus, tract. 45 in Joan., S. Thomas, S. Bonaventura, Cajetanus, ceterique doctores, quos citat et sequitur Vasquez 3 part., quest. 66, a 3, disp. 140, cap. 3 et 4. Legi etiam hâc de re merentur Cornelius à Lap. et Calmet, Comment. in Joan., ubi contrariam quorundam sententiam recensent et refutant.

178. Antil. XII. « An non est contradicatio, dûm « Christus (Matth. 5, 22) illum aeternæ gehennæ ignis « reum declarat, qui proximum suum appellat fatuum; « cùm tamen ipsem (Matth. 23, 17) scribes et phariseos appellet stultos et cœcos? » Ita anonymous ille scriptor in suo MS. ad D. Christoph. de Zubuesnig dato, de quo supra egimus. Sed resp.: Futilis prorsus et inepta est hac istius anonymous objecio. Qualis enim haec est illatio! Ille qui ex inordinata irâ irascitur non vitiis, sed personæ proximi sui, et ad eum ex gravi et deliberata irâ vel odio dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis; ergo eumdem culpe et poenæ etiam incurrit Deus-Homo, sive Christus, qui non ex malo aut iniquo affectu animi, sed ex justissimo tuto seductores populi scribas et phariseos vocat stultos et cœcos, ut eorum stultam doctrinam corrigat, et vilem reddat; prout Cornelius à Lap., aliqui interpretes in hunc locum passim observant, et demonstrant; vid. etiam supra, n. 143, 144. Nulla igitur hic est contradicatio, quia in primo textu S. Matthæi sermo est de irâ vel odio graviter inordinato et injusto; in altero vero de sanctissimo et justissimo Christi tuto adversus scribas et phariseos.

179. Antil. XIII. « Christus (Matth. 11, 14) de Joanne Baptista ait: *Ipsæ est Elias*. E contrario Joannes Baptista (Joan. 1, 21) sacerdotibus et levitis eum interrogantibus: *Quid ergo? Elias es tu?* respondit, et dicit: *Non sum*. Cui jam credendum? Christo, an Joanni? Porrò, si Joannes, qui filius Zacharie et Elisabeth erat, Elias fuit, sequitur, quod Elias bis natus sit. Potestne hoc sana ratio admittere? » Ita de nuo anonymous ille scriptor. Sed resp.: Credendum est utriusque, id est, tam Christo assententi, Joannem esse Eliam, quam Joanni id neganti, nec tamen ideo sequitur aliquid absurdum aut impossibile, vel Eliam bis esse natum. Nimirum Joannes Baptista fuit Elias quoad spiritum et virtutem Eliæ; id quod Christus cit. loc. indicare voluit; non autem fui Elias quoad ipsam personam Eliæ, quod solum negavit Joannes Bapt. Porrò, quod Christus verbis illis: *Ipsæ est Elias*, tantum indicare voluerit, Joannem Baptistam esse Eliam spiritu, virtute, et zelo, non verò personâ, patet non solum ex verbis Angelii Gabrielis de Joanne Bapt. predicentis patri ejus Zacharie, Luc. 1, 17: *Ipsæ præcedet ante illum* (Christum) *in spiritu et virtute Eliæ*, ut convertat corda patrum in filios, etc., sed etiam ex verbis ipsius Christi alibi, Matth. 17, 11, 12, 13 dicentes: *Elias quidem venturus est, et restituët omnia*. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, et non cognoverunt eum.... Tunc intellexerunt discipuli, quia de Joanne Baptista dixisset eis. Eleganter quoque hanc in rem Hieronymus epist. 151 ad Algasiam, q. 4, ita scribit:

Ipsæ (Joannes Bapt.) est Elias... non quod eadem anima, ut haeretici suspicantur, et in Eliâ et in Joanne fuerit, sed quod eamēm habuerint S. Spiritus gratiam; zonâ cinctus, ut Elias; vivens in eremo, ut Elias; persecutiōnem passus ab Herodiade, ut ille sustinuit à Jezabel; ut quo modo Elias secundi adventūs præcursor est, ita et Joannes venturum in carne Dominum Salvatorem, non solum in eremo, sed etiam in matris utero salutatî, et exultatione corporis nuntiârit.

180. Antil. XIV. « Joannes Bapt. optimè scivit, se esse præcursorum Domini, et Jesum esse regum Messiam. Quomodo ergo (Matth. 11, 2 et 3) potuit duos de discipulis suis salvâ veritatem mittere ad Christum, ut eum interrogent, num ipse sit Messias, « an verò alijs sit expectandus? » Ita idem anonymous scriptor loc. cit. Sed resp. cum Hilario, Chrysostomo, Origene, Theophylacto, Maldonato, Grotio, aliquis plerisque tam antiquis quam recentioribus interpretibus, ac dico, S. Joannem Bapt. tunc in carcere detentum, cùm ex discipulis suis intellexisset, quanta in omnem illam regionem miraculorum Christi fama percrebresceret, deprhendisse ex narrantium modo narrandi aliquam eorum invidia speciem in Jesum; quasi bujus gloria et celebritas obscuraret et imminueret nomen præceptoris sui, id est, Joannis Bapt., ideòque ut eorum animo medereretur, hos ad Christum ipsum misisse, ut propriis cernentes oculis ejus facta, hunc verè Messiam esse intelligerent. Nulla igitur Joanni oborta fuit de Jesu Christo, quem adeo aperte, solemniterque præsumtiaverat, dubitatio; sed tantum prudens illius charitas hanc ipsi viam apernit, ut omnem discipulis suis errorem et ambigendi locum auferret. Igitur Joannes Bapt. misit discipulos suos ad Jesum, eumque rogavit, an ipse sit ille, qui venturus est, id est, an ipse sit Messias, non quod de eo dubitaret, sed quod incareretur et morti vicinus, discipulos de eo dubitantes voluerit ab ipso Christo institui et convinci, sieque ad Christum traduci.

181. Antil. XV. « Christus de extremâ judicii die, teste Marco Evangelistâ (cap. 13, v. 52), ait: *De die autem illo, vel horâ nemo scit, neque Angeli in celo, neque Filius, nisi Pater*. At, queso, non Filio Dei naturali potuit aliquid esse occultum? » Ita pariter querit jam scepicus memoratus anonymous scriptor. Sed resp. ei dico, hanc non esse novam objectionem, sed jam olim ab Arianis contra Catholicos acriter motam, inde inferre adhucibus, Christum non esse verum Deum, eò quod aliquip ignoraret. Verùm hoc Ariorum argumentum SS. Patres et interpretes orthodoxi jampridem confutârunt. Dicendum nimirum est, quod, quamvis Christus reipsa non ignoret diem extremi iudicii, tamen eum sibi cognitum esse, illasè veritate negare potuit; quia eum non sciebat ea scientia, quâ ut Magister, et Doctor missus à Patre nî posset, ac debet. Nolebat quippe divinus Pater, ut Christus hâc de re discipulos instrueret. Itaque Dominus eo loco locutus est restrictè ad circumstantias, in quibus interrogabatur. Discipuli enim eum interrogabant tanquam Magistrum et Doctorem missum à Patre. At tap-

quām magister et Doctor generis humani missus à Patre, non sciebat diem iudicii, videbūt scientia communicabūt. Unde sicut legatus, si rogetur de secretis regis sui, que ab eo taceri rex vult, verē respondet, se ea nescire, quia illa nescit ut legatus; ut legatus enim tantum refert illa, quae illi à rege dierūa commissa sunt; sic Christus rectē negavit se scire diem iudicii, nimirū ut Dei legatus erat ad nos, sive scientia communicabili, quia illud revelare hominibus non habebat in mādatis à Patre. Ita communiter respondent Cornelius à Lap. aliique interpres.

182. Antil. XVI. « S. Matthæus (cap. 10, v. 10) ait, Christum prohibuisse discipulis calceamenta gestare; » S. Marcus verò (cap. 6, v. 9) inquit, Christum voluisse, eos esse calceatores sandaliis. Porro S. Matth. (loc. cit.) ait, Christum prohibuisse ne possiderent virgam; S. Marcus verò (cap. 6, v. 8) contrarium testatur his verbis: *Præcepit eis ne quid tollerent in viâ, nisi virgam tantum.* En evangelistas apertè sibi contradicentes. Ita Iorūs in detestando suo opere, pag. 435 et 436. Verum resp.: Sunt haec quidem antilogiae seu contradictiones, sed duntaxat apparetur tales. Nam ad primum respondet S. Augustinus, lib. 2 de Consensu Evang. cap. 30, ea tantum calceamenta discipulis fuisse prohibita, quae totum pedem tegerent: sandalia verò concessa, quae plantam quidem pedis defenderent ab occurrentib[us] via incommodis; at superiorē partis pedem sinerent nudam. Hac quippe vocantur *sandalia*, iisque Dominus et Apostoli, ut pauperes illius regionis utabarunt. Vel cùm D. Thomā, Cajetano et aliis dici potest, apud Matthæum prohiberi duplicita seu duo paria calceamentorum pro more illius regionis, aquæ ac tunicarum. Mos enim secum mutatoria deferendi calceamenta ex omni antiquitate probatur teste Calmeto.

Ad secundum similiter respondetur, tantum prohiberi, ne discipuli plures habeant virgas, seu scipiones; non autem, ne baculo utantur, quo iter agentes suos gressus firment. Hinc apud Marcum Christus dicitur præcepisse, ne quid assumerent in viâ, nisi virgam tantum, nemp' unicam. Tunc enim, ut Grotius in hunc locum cum aliis observat, moris erat, in itinere plures baculos gestari, vel ut illis inniterentur, vel sarcinillas suas ferrent, ubi qui primū assump̄t fuerat, vel fractus esset, vel attritus. Hoc responsioni favet, quod apud S. Matthæum loc. cit. haec tria conjungantur: *Nolite possidere... neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Unde sicut tantum duas (non autem unica tunica) prohibent, ita etiam tantum vetantur duo paria calceamentorum, et duo vel plures virgæ. Accedit, quod in plurimis græcis veteribus Ms. legatur *Pædæs virgas* numero plurali (1).

Alii respondent, Matthæum de aliâ virgâ loqui quām Marcum. Est enim quadam virga, quam sustentandi lassi corporis causâ assūminimus, seu virga viatoria, que Hebrei dicunt *mischan*, à verbo *schan*, quod est *innit*. Et alia est virga, quam vindicandi aut defendendi gratiâ, armorum loco gerimus, quali judices

ad designandum potestatem judicialem utantur, que dicitur *Hebreis scheth*. Hanc ergo posterorem Apostolis apud Matthæum interdictam fuisse, modò dicti censeant auctores (1); illam verò priorem iis permisam. Non enim Christus voluit, protectionem discipulis suis reddere onerosiorem, sed expeditiorem, et duntaxat prohibuit ne gladiis, aliōe armorum genere muniantur, omnem confidentiam in Domino collocantes.

Corollarium. Quaecumque ex allatis responsionibus eligatur, patet Matthæum Marco non contradicere, sed antilogiam hic objectam esse præcise apparentem talem.

183. Antil. XVII. Matthæus (cap. 10, v. 9), Marcus (cap. 6, v. 8), Lucas (cap. 9, v. 3), testantur, quod Christus mittens binos et binos Apostolos ad prædicandum, eis præcepit non deferre marsupium, nec pecunias. Joannes verò (cap. 12, v. 6) ait, *Judas Iscariotem... habuisse loculos*, et quidem, ut interpres hunc locum exponunt, volente Christo. An haec non est contradic̄tio? Non est. Nam alia est ratio aliquæ collegij vel multitudinis, quale fuit collegium apostolicum, et alia est ratio duorum. Quoniam enim facile fuit duobus invenire hospitem, qui asymbolos exciperet, cum mitteret Dominus Apostolos binos ad prædicandum, vetuit eos secundum deferre pecuniam, quod tamen præceptum non voluit illis esse perpetuum, sed temporale, ut mox dicam. Ac totam discipulorum multitudinem simul cum Iesu circumuenientem recta ratio non sinehat carere marsupio, ne usquam gravare hospitem; item ut Dominus haberet, undè cum suis sustentaretur, quando latitandum, vel secedendum erat. Præterea, sicut mittens discipulos sine marsupio declarare voluit, nihil unquam defutrum bis qui, simplici fiduciâ ab ipso pendent, totos sese prædicationi et aliorum edificationi impenderent; ita cum suis circumferendo loculos, ostendit, Ecclesiæ licet habituram loculos, nec derogari perfectioni vite, habere commune marsupium pro sumptu opportuno.

Unde præceptum illud non deferendi secum pecunias primitus datum Apostolis fuit solum temporale, quod etiam ex eo colligitur, quia Christus ipse, postquam Luc. 22, 35, ad Apostolos ait: *Quando misi vos sine sacculo et perâ, numquid aliquid defuit vobis*, immediatè v. 36, subiungit: *Sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter et peram; et qui non habet, vendat tunicam suam et emat gladium*, quibus verbis sat clarè indicatur præceptum illud duntaxat fuisse temporale. Hinc Apostoli in primâ illâ profectione omnia, ut iussi erant, præstiterunt; postea autem cessante Domini iussione, reliqui sue libertati sat habuerunt, præcipuū Domini illi præceptio intentum scopum spectare, nimirū ut omnem sollicititudinem mundanam seponerent, et sobrietatis ac paupertatis exempla prebentes, semper à divinâ Providentiâ in omnibus se pendere declarare, licet ceteroguin peculium aliquod in prædicatione apud gentes secum deferent.

(1) Vide Calmetum, Comment. in Math. 10, 10.

(1) Brugens, Pascal. Hammond.

184. Antil. XVIII. « Matthæus (cap. 27, v. 44), blasphemias in Christum crucifixum congregata tri-
buit utrique latroni, dicens : *Idipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, improberabant ei.* » Sic etiam Marcus (cap. 15, v. 32) ait : *Et qui cum eo crucifixi erant, convicabantur ei.* E contrario Lucas (cap. 23, v. 39) tantum de uno latrone hoc affirmat his verbis : *Unus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens : Si tu es Christus, etc.* » Quomodo ista concordantia? Ita querit anonymous ille scriptor in suo Ms. ad D. Christoph. de Zubuesning dato, de quo jam supra sepius mentionem fecimus. Item auctor libri *l' Histoire critique de Jésus-Christ*, p. 223. Sed duplex est via seu modus apparentem hanc antilogiam diluendi. Nam Greco, Origenes, S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, ac ex Latinis S. Hilarius existimant, utramque latronem initio Christum blasphemasse; sed alterum visâ Christi patientia, notisque ejus innocentia, item visis tenbris, aliisque signis brevi resipuisse, ac paenitentia dactum, in Christum credidisse.

Verum melius respondent S. Augustinus, loc. supra cit. cap. 16, ceterique Latinorum plorique, communiter docentes, unum tantum ex latronibus blasphemasse; Matthæum vero et Marcus more Hieronimis usitato, seu per figuram syncedoches in S. Scripturâ frequentem posuisse numerum pluralem pro singulari : *latrones pro latro;* sicut in Epistola ad Hebreos, cap. 11, v. 57, de Prophetis legimus pluraliter dictum : *Secti sunt;* cum id de solo Isaia tradatur. Volueré nimirum Matthæus et Marcus loc. cit. per pluralem numerum *latrones*, vel *qui cum eo crucifixi erant*, non singulis horum personis, sed certò statu hominum, nempe latronum crimen blasphemie in Christum tribuere, ut ostenderent, Christum in cruce ab omni hominum genere et conditione, etiam latronum convicia atrocia pertulisse, quasi dicentes : *Adeò scèvè et insolenter certatim omnes Christo conviciavit sunt, ut etiam ex latronibus unus, qui cum eo crucifixi erant, jamjam animam agens, impudenter in illum probra conjecerit.*

Scholion. S. Hieronymus utramque responsionem hic allatam recenset, magis tamen in primam inclinat, dum Comment. in Matth. cap. 27, v. 44, ita ait : *Idipsum autem et latrones qui crucifixi erant cum eo, improberabant ei.* » Hic per tropum, qui appellatur *κονδυλίς* (id est, conjunctio), pro uno latrone uteque inducit blasphemasse. Lucas vero asserit quod altero blasphemante, alter confessus sit, et è contrario increpaverit blasphemantem. Non quod discepit Evangelia, sed quod primum (id est, ab initio) uteque blasphemaverit; dicitur sole fugiente, terrâ commotâ, saxisque disruptis, et ingruentibus tenbris, unus crediderit in Jesum, et priorem negationem sequenti confessionem emendaverit?

185. Antil. XIX. « Evangeliste valde discordant, dum de potu, qui Christo in monte Calvarie oblatus est, loquuntur. Matthæus (cap. 27, v. 34) ait, fuisse *vinum*, vel ut greci codices habent, *acetum cum felle et mixtum*, additique, et *cum gustasset, noluit bibere*:

« Marcus vero (cap. 15, v. 23) id vocat *vinum myrrham tum, testaturque, et non accepit.* Lucas (cap. 23, v. 56) id appellat *acetum*, sed nil dicit, utrum Christus illud accepiteret necne. Joannes denique (cap. 19, v. 29 et 30) narrat, *spongiam plenan acetō, hyssopō circumpositam, oblatam fuisse ori eius, et accepisse Jesum hoc acetum.* » Has (inquit idem anonymous scriptor preced. num. 184 citatus) Germani appellant contradictiones. Verum nullam in his contradictionem agnovere S. Augustinus, ceterique orthodoxi interpres, qui ex instituto commentaria in 4 Evangel. scripsere. Et profecto apparet antilogia, sive contradictione evanescit, si cum S. Augustino, Cornelio à Lap., alioquin dicatur, *vinum Christo oblatum fuisse simul felle et myrrha mixtum, quod esset amarus, ut S. Mattheum fel posuisse pro amaritudine, ut myrra ipsa fel dicatur ob amaritudinem.*

Præterea notandum, hanc Christi potationem à Matthæo et Marco loc. cit. recensitam aliam et diversam esse ab illâ, de quâ Matthæus alibi (nempè cap. 27, v. 48) et Lucas ac Joannes loc. cit. agunt. Prior enim ante crucifixionem oblatum est Christo, et erat potatio vini; altera vero data est Christo jam crucifixo clavanti, *sitio*, et fuit aceti; quamvis greci codices etiam illum potum, qui Christo ante crucifixionem oblatum est, appellant *acetum*, quia pro *αἶξον*, id est, *vinum*, corruptè (ut videtur) legunt *εἴξος*, id est, *acetum*; nisi dicas, *vinum* hoc vocari *εἴξος*, id est, *acetum*, quia erat acerbuni et acetosum. Porrò utramque hanc potationem Christo oblatam distinctâ prædicta Psalmista, Ps. 68, v. 22, in persona Christi dicens : *Et dederunt in escam meam fel; et siti mea potaverunt me aceto.* Ubi de primâ potatione ante crucifixionem ait : *Dederunt in escam meam fel*, de posteriore vero in cruce : *Et in siti meâ potaverunt me aceto.*

Neque contradictione est in eo, quod Matthæus dicat, Christum, *cum gustasset, noluit bibere*, adeoque potum primum accepisse; Marcus vero, *et non accepit*. Nam Marcus, dum ait, *et non accepit*, nihil alind voluit dicere, quam quod Matthæus dixit, *cum gustasset, noluit bibere*. Gustavit enim, sed non bibit, nec accepit sic, ut intra se hunc potum in copiâ transmitteret, ut Tironus ait. Noluit autem bibere, sive quod aversaretur malitiam Iudeorum, qui vinum felle corrumperant, sive ex alia ratione, vel quod volebat nobis indicare aliquod mysterium. Significatum est enim secundum Hieronymum, quod gustaverit quidem pro nobis mortis amaritudinem sibi à Iudeis propinatam, sed quod ab eis non fuerit detentus, resurgens tertia die. Significatum item, quod deinceps aversatus esset vinum Iudaicum, quod productura esset Synagoga vitis, à qua cum expectaret dulces uvas, fecit labruscas, ut legitur Isa. 5, 4. Jam enim cum discipulis biberat de dolci calice novi Testamenti, sequit non bibiturum de fructu vitis asservat, donec illud biberet novum in regno Dei, Marc. 14, 25. Merito igitur amarum Iudeorum recusat vinum. Ceterum, si increduli ejusmodi spirituales ac mysticos sensus intelligant, aut irrideant, id inde est, quia animalis homo non percipit ea que

sunt spiritus Dei, 1 Cor. 2, 14. Et sicut exaltantur cœli à terrâ, sic exaltata sunt cogitationes Dei à cogitationibus hominum, I-a, 55, 9.

186. Antil. XX. « Spiritus S., qui Evangelistam et Marcum dirigebat, Jesum (Marc. 15, 25) horā tertią id est, juxta nostrum computum horā nonā matutinā mortuum esse testatur; è contrario Spiritus S., qui Joannem Evangelistam inspirabat, huic dictavi (Joan. 19, 14), Jesum circa horam quasi sextam, id est, circa meridiem expirasse. » Ita blasphemè jocatur auctor libri: *l'Histoire critique de Jésus-Christ*, pag. 225, volens ostendere contradictionem Evangelistarum. Sed in primis turpiter errat iste incredulus, in eo quid dicat, memoratos Evangelistas loc. cit. loqui de horā mortis Christi; quod falsum est, non enim de horā mortis, sed crucifixionis loquuntur (1); pependit autem in cruce adhuc vivens per tres horas; ut Suanus loco mox citando ostendit, et etiam ex communī sensu et traditione Ecclesie probat. Deinde due præcipuae sunt explicaciones, quibus objecta hic apparens antilogia solvitur. Prima et communior est sententia Smarrii (2), Anton. Mayr. (3), Menochii (4), et aliorum dicentium, ab Hebreis diem tam in hyeme quam in estate, aliisque anni temporibus fuisse à solis ortu usque ad hujus occasum divisam in duodecim partes æquales sive horas, et similiter noctem in duodecim partes æquales sive horas, incipiendo ab occasu solis usque ad ejus reditum seu ortum, ita ut dies in estate quantumcumque longus non habuerit plures quam duodecim, sed longiores, vicissim in hyeme non pauciores, quam duodecim, sed breviores horas. Cum autem Christus crucifixus sit circa æquinoctium vernum, quod dies et noctes sunt æquales, tunc horæ diei etiam juxta Iudeos erant æquæ longæ ac horæ noctis. Horæ sic divisæ et computatae vocantur horæ Iudaice. Porro prædictas duodecim horas diei dividebant Iudei in quatuor partes, quæ vocabantur prima, tertia, sexta, et nona, ita ut qualibet ex his partibus complexa fuerit 3 horas; nimis prima durabat per tres prius horas diei, ab ortu solis numerando usque ad initium tertiae, hec per alias tres horas subsequentes usque ad initium sextæ, et denique ista pariter per alias tres horas sequentes usque ad occasum solis. Ratio autem sic dividendi 12 horas communes in 4 prædictas partes majores erat, quia sacerdotes Iudaici quatuor illis diei temporibus (nempè circa primam, tertiam, sextam et nonam) solebant suas preces et sacrificia, aliaque ad Iudaicam religionem pertinentia peragere; unde hæ quatuor appellantur horæ sacrae. Cum igitur que-

(1) Nam S. Marcus loc. cit. ait: *Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum*. S. Joannes vero cap. 49, v. 44, 47, inquit: *Erat autem... hora quasi sexta, et dixit Iudeus: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum.... Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur.*

(2) Tom. II in part. disput. 40, sect. 6.

(3) De prima et secunda Christi adventu, l. 5, cap. 44, et cap. 45, num. 634.

(4) Centur. 6, quæst. 87. Item in suo Comment. in Matth. 27, 45.

libet ex his quatuor partibus diei tres horas communies contineat, rectè adscribitur, ex gr. tertię, quidquid ad hujus initium, medium, aut finem gestum est, hoc est, quidquid juxta Germanici horologii computandi modum ab horâ nonâ matutinâ usque ad duodecimam, sive usque ad meridiem accidit, saltem tempore æquinoctii verni, quo etiam juxta Hebreos (ut dixi) hora diei et noctis erant æquales sive æquæ longæ. Itaque dū S. Marcus ait, Christum crucifixum esse horâ tertią, non dicit falsum, etiam si crucifixio facta sit circa sextam, id est, juxta nostrum computandi horas modum circa duodecimam, sive meridiem, quia hora tertia Iudeorum se extendebat usque ad initium horæ sextæ, id est, juxta nostrum computandi modum, duodecimæ; præsertim, quia S. Joannes non absoluè dicit, Christum horâ sextâ crucifixum esse; sed inquit: *Erat autem... hora quasi sexta*. Hinc Menochius ait: *Communis responsio est (Christum) crucifixum fuisse inter tertiam et sextam. Cum vero medium à quolibet extremo nonen sumere possit, hinc factum, ut alius ex Evangelistis tertiam, alius sextam dixerit.*

187. Altera sententia, quam Cl. Weitenauer optimam censem, et qua etiam auctoritate B. Clementis. S. Ignatii M., et Telesphori papæ confirmatur, est explicatio Riberae et Bulleti, seu illorum, qui dicunt, rectè assiri à S. Marco, Christum horâ tertią fuisse crucifixum; quia tunc Pilatus ob clamores Iudeorum, crucifige, Christum ad mortem crucis jam destinavit; et pariter rectè dici à S. Joanne, cum crucifixum esse circa horam sextam; quia tunc crucifixio reapsè perfecta est. Marcus ergo originem et initium crucifixionis per horam tertiam indicavit; Joannes vero ejus executionem et complementum per horam sextam assignavit. Cæterum aliunde constat, quid verbum actuum juxta Hebreos non tantum ipsam actionem, sed etiam preparationem vel dispositionem ad actionem significet. Sic Deut. 16, 6, Hebrei dicuntur *vespere ad solem occasum egressi de Aegypto*; quia nimis vesperæ manducabant agnum paschalem et conuasabant; sed Exod. 12, 42, dicuntur *Nocte educti de Aegypto*; quia scilicet illa nocte percussis à Domino Aegyptiorum primogenitis, Pharaon jussit, ut Israelita surgerent, et ex Aegypto egredierentur; hi verò ad iter se proximè accinxeré. Denique Num. 53, 3, reipsa profecti sunt altera die *Phase..... videntibus cunctis Aegyptiis*. Ex quo exemplo patet, quid preparatio et proxima dispositio ad exitum ex Aegypto, in primo et secundo citato loco dicatur egressus, sive exitus ex Aegypto. Similiter igitur Marc. 15, 25, dicitur, quid Iudei horâ tertia Christum crucifixerint; quia tunc per suum clamorem et tunulum à Pilato destinationem Christi ad mortem crucis, quæ erat proxima dispositio ad crucifixionem, extorserunt. Plura hanc in rem asserunt Ribera et Bulletus.

188. Antil. XXI. « S. Lucas, cap. ultim. v. 50 et 51, ait Christum in Iudeâ prope Bethaniam, quæ viues erat ad radices montis Olivarii, ascendisse in colum coram discipulis: S. Matthæus vero (cap. ultim. v. 16) narrat, discipulos

Christum ultimò vidisse in monte Galilæa. Nam ibi ait: *Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, ubi constituerat illis Jesus. Numquid hæc est aperta contradictionis?* Ita incredulus ille Zapata, contra quem jam supra, n. 179, egimus. Resp. Apparens huc contradicatio facilè solvit, si ad sequentia attendatur: S. Matthæus loc. cit. non ait, Christum in monte illo in Galilæa citè ascensisse in celum, aut apparitionem illam in Galilæa fuisse apparitionem ultimam. Erat enim illa ordine octava, post quam adhuc alia, nempe nova et ultima (de quâ S. Lucas loc. cit. loquitur) facta est Jerosolymis, ubi Christus iterum cum discipulis amicè egit et conservatus est. Porrò S. Lucas haud dubiè legerat Evangelium S. Matthæi, qui omnium Evangelistarum primus Evangelium suum scripsit. Quis igitur prudens suspectetur, aut credit, S. Lucan, dūm ascensionem Christi in Judeæ contingisse narrat, loqui de illâ ipsâ apparitione, quam S. Matthæus c. ultim. v. 16, in Galilæa factam fuisse asserit, sieque huic Evangeliste voluisse manifestè contradicere? Non igitur S. Matthæus loc. cit. de illâ apparitione de quâ S. Lucas loquitur, agit, quod etiam ex eo confirmatur, quia S. Matthæus loc. cit. de ascensione Christi nec verbo mentionem facit, cùm tamen S. Lucas in textu objecto hanc distinctè narret.

Si autem queras cur S. Matthæus non (sicut S. Lucas) ultimam Christi apparitionem in monte Oliveti recensuerit, sed penultimam in monte Galilæa, quem fuisse montem Thabor S. Bonaventura, et alii censem? Resp.: Ratio est, quia Sp̄ritus sanctus ad hanc et non ad illam apparitionem scribendam S. Matthæum incitavit. Aliunde enim constat, quod non singuli Evangelistæ omnia Christi gesta, quæ ab aliis Evangelistis narrata sunt, recenseant.

Scholion. Sunt quidem insuper aliæ apparentes antilogie in Evangelio; sed contenti sumus, eas, quas modò attulimus, dissolvimus; præsentim quia easdem increduli nostrorum maximè temporum contra religionem christianam proferre solent, et quia non paucas alias ejusmodi apparentes antilogias jam supra, n. 413, 127, solvimus, vel mox in sequenti cap. 2 dissolvamus, aut denique quia ex apud scripturistas (1) dissoluta passim legi possunt. Ceterum id præterea benevolum lectorem monitu velim, quod presente cap. I per antilogias apparentes non eas solum intellexerim, quibus textus S. Scripture textui opponi, sed illas quoque, ubi textus cum hi toriâ profana, aut naturalis philosophiae placitis convenire haud videtur.

(1) Tales sunt sanctus Augustinus, LL. de Consensu Evangelistarum; Jansenius Gandavensis episcopus, de Concordia Evang.; Tiriens, in Indice quarto ad finem sui Commentarii in S. Scripturam posito, ubi catalogum antilogiarum seu apparentium contradictionum in utroque Testamento occurrentium recenset. Item Breviarium Scriptaristicum in Dominicalia totius anni Evangelia tomui tres edit. Augustan. an. 1772. Taceo alios commentatores et interpres S. Scripture, qui passim antilogias apparentes S. Scripture solvent et dilucidant.

De aliis adhuc difficultatibus, quas increduli contra historiam, aut doctrinam evangelicam obiciunt.

189. Queres I: « 1º An Evangelista vera loquantur, dūm ex veteri Testamento citant prophetias, que vel non sunt ad rem; sicut dūm Matthæus (c. 2, v. 15) redditum Christi ex fugâ in Ægyptum oit, prænuntiatum esse ab Oseâ (c. 11, v. 1) his verbis: *Ex Ægypto vocavi filium meum*, ubi tamen sermo est de exitu Israel ex Ægypto? 2º Vel, dūm idem Evangelista (loc. cit. v. 25) inquit, Jesum habitasse in Nazareth, ut adimpleretur prophætia: *Nazareus vocabitur*, cùm tamen hæc prophætia nullihè in veteri Testamento reperiatur? 3º Vel, dūm idem ipse (c. 27, v. 9) pro Zachariâ Prophætâ citat Jeremiam? 4º Vel, denique, dum Marcus (c. 1, v. 4, 2 et 5) pro Malachiâ citat Isaiam? » Resp.: In his omnibus Evangelistæ nullius falsitatis argui possunt. Nam ad primum dico, citatan Osee prophetiam esse maximè ad rem. Nam quis vel mediocriter versatus in S. Scripturâ debet scire, in prophetiis et aliis sacrarum litterarum locis, sapè, præter sensum literalem, simul dari alium sensum mysticum, hoc est, sapè verba S. Scripture immediatè quidem significare aliquam rem, que tamen sit typus et figura alterius rei, vel mysterii, juxta illud S. Pauli effatum, 1 Cor. 10, 11: *Hæc omnia in figurâ contingebant illis*. Sic igitur, dūm Dominus per Prophetam Oseam loc. cit. ait: *Ex Ægypto vocavi filium meum*, in sensu quidem litterali et immediatè significatur populus Israeliticus exiens ex Ægypto, qui erat figura Christi ex Ægypto reducitur; in sensu autem mystico et mediatè indicatur puer Jesus ex Ægypto redux, qui est figuratum. Et sane apta est proportio et similitudo inter illam figuram et hoc figuratum. Israel enim prefectus est in Ægyptum, famem evitaturus; et Jesus cùm perrexit, saevitiae Herodis se subducturus; Israelis populus suo tempore iterum exiit e. Ægypto; et Jesus defuncto Herode reversus est in terram Israel.

Ad secundum, in primis observo, vocem, *Nazzarus* in hebraicâ lingua posse dupli modo legi, et scribi, nimirum vel cum litterâ *Tsade* seu *Ts*, vel cum litterâ *Zain* seu *z*. Si primo modo scribitur, significat *germen* seu *florem*; si autem altero modo scribitur, idem est ac *segregatus* seu à communi hominum grege *separatus*, hoc est, *Deo consecratus, sanctus, sanctificatus*. Jam vero utraque hæc expositiō in Prophetis de Messia seu Christo scripta inventur. Nam Messias ut sanctus à Prophetis passim celebra ur; Isaías, cap. 11, v. 1, verò eum appellat *strem*, seu *germen*: *Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet*. Sic etiam Zacharias, cap. 6, v. 1, Christum vocat Orientem sureculum: *Ecce vir, Oriens nomen ejus*; quia nimirum ex mortuis ferè Patriarcharum radice, tanquam novus sureculus prodidit, et in magnâ arbore crevit, ut exponunt interpres, Menochius, Cornel. à Lop., etc. Atque hæc nostra responsio, et vocis, *Nazzarus*, in Prophetis fundatæ expositiō con-

formis est S. Hieronymo dicenti : « Nazareus sanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum, omnis Scriptura commemorat. Possumus et aliter dicere, quod etiam eisdem verbis juxta hebreorum veritatem in Isaia scriptum sit : Exiit virga de radice Jesse, et Nazareus (id est, flos) de radice ejus ascendet. »

Ceterum Tirinus cum Maldonato et aliis contendit, et probat, Matth. 2, 23, Christum Nazareum dictum esse à flore seu germine, ac expressè ait : « Errant igitur, qui nomen Christi Nazarei à Nazir, id est, separatum seu sanctum duductum potant. »

Ad tertium, dico, varios esse modos seu sententias, quibus S. Matthæus ab errare vindicari potest, et quas Calmetus fusè recenset. Ego duas solum, que objectam hic difficultatem satis diluvio, in medium profero. Prima igitur est eorum qui, cum Origene, Tertulliano, Eusebio, Serario, etc., dicunt, illam prophetiam Jeremias prædicentis : Et accepserunt triniginta argenteos prestitum appretiati, etc. (que propria, quoquā mutatis verbis, reperitur Zachar. 11, 12) in Jeremias olim extitisse, sed intercidisse, vel à Iudeis erasam fuisse. Confirmat haec responsio etiam ex eo, quia nonnulli Jeremias loci pariter in lib. 2 Nachab. cap. 2, v. 1, leguntur, quos in prophetia Jeremias non habemus; item teste Origene, et D. Hieronymo liber aliquis Jeremias olim fuit, qui tamen vel ob nonnullas depravationes, vel ambiguas narrationes, quas Iudæi fortè, in quorum is manibus erat, addiderant (ut Serarius loc. cit. suspicatur), apocryphus habebatur. Accedit, quod multa olim servata fuerint apud hominum memoriam gesta dictaque Prophetarum, extra illorum libros, testibus Josepho, lib. 5 de Bell. jud. cap. 5, et Vitis Prophetarum, à pseudo-Epiphonio et Dorotheo conscripitis; prout Calmetus testatur. Igitur licet illa propheta, de qua S. Matthæus, cap. 27, v. 9, ait : Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam Prophetam, dicentem : Et accepserunt triniginta argenteos, prestitum appretiati, etc., ac factio in Jeremias libro non extet, non sequitur, eam non esse prophetam Jeremias.

Secunda, et quidem complurium sententia est eorum, qui nomen Jeremias in cit. loco Matthæi incuria librariorum irrepissere, arbitrantur. Ita t. st. Tirinus censet S. Hieronymus, Rupertus, Liranus, Jansenius, Franc, Lucas, Baronius, Maldonatus, Suarez, cuius ultimi verba in 3 part., tom. II, disput. 34, sect. I, in fine, sunt hæc : Sed illud verisimilium videtur, Evangelistum (Matthæum) non posuisse nomen Jeremias, sed simpliciter nomen Prophetæ; ab aliquo autem additum nomen Jeremias in margine, postea irrepissse in textum in aliquibus codicibus, non enim in omnibus habetur. Et reverè sunt græci codices, latini, syriaci, arabici, persici, in quibus nomen Jeremias cit. loc. Matthæi minime legitur, prout testatur Calmetus citans var. lect. Mill. etc. Co-sírmatur secunda haec sententia etiam ex eo, quia Matthæus sapienter non exprimit nomina Prophetarum, quos citat, ut patet Matth. cap. 1, v. 22, cap. 2, v. 23, et ex aliis bojus Evangelistæ locis. Porrò eamdem sententiam etiam non pauci ex recentioribus te-

nent, nominatim Ignat. Weitenauer, Nonnotte et Bullet, qui eamdem fusè defendit.

Ad quartum, dico citatum S. Marci testimonium partim ex Isaia, partim ex Malachia de promptum esse, ac absque omni falsitate Isaiam et quidem solum à D. Marco, loc. cit., nominari potuisse. Verba enim laudati Evangeliste loc. cit. sunt haec; Sic et scriptum est in Isaia Prophetæ : Ecce ego mittó Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. In quo textu verba ista : Ecce ego mittó Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te, scripta sunt in Malachia, cap. 3, v. 1; verba autem sequentia : Vox clamantis in deserto, etc., extant in Isaia, cap. 40, v. 3. Nihilominus S. Marcus unius tantum Isaiae nomen exprimit, ut potè vestitoris, et alter (nempe Malachia) celebrorū. Porrò, ut Cornelius à Lap. rectè observat, idem reapsè hoc loco dicit Malachias come co, quod dicit Isaías. Nam Angelus missus à Deo ad preparandam viam Christo non aliis fuit quā Joannes, voce suā clamans, predicansc preuentiam, qua corda hominum prepararet ad Christi prædicationem et gratiam. Est ergo hoc unum duorum Prophetarum idemque oraculum, uno eodemque sensu de uno eodemque Joanne prolatum, licet aliis et aliis verbis, que se mutuò confirmant et explicant, atque in Isaie oraculo recipià continetur oraculum Malachiae; quod enim prædictit Malachias, idem clarius et pressius aliis verbis prædictit Isaías. Hoc igitur est causa, cur S. Marcus, dum duorum Prophetarum duas sententias citat, quasi unum idemque testimonium citet, et quidem sub uno nomine Isaiae.

190. Quares II : « Num verisimile sit, tempore Christi in terra ambulantis tot energumenos in Iudea deatos fuisse, quot ab Evangelistis narrantur ? »
 2º Vel, si dati sunt, verè fuisse possessos à demone, et non potius morbo aliquo epilepsie, aut insaniae ejusdam specie, aut melancholice vitio, vel anxietate peccaminose conscientie afflictos, praesertim, quia aliunde constat morbos à Iudeis tim nomine demoniorum fuisse appellatos ? » Resp. ad primum contra deistas, et dien, id omnino verisimile esse. Nam speciales erant rationes, cur tempore Christi tot energumeni dati fuerint, praesertim in Iudea. A pluribus enim jam seculis usurpaverant sibi demones in universorum terrarum orbe tembris idolatrie immenso cultum soli Deo debitum, seque mundi ac nature dominos ferabant. Venerat autem Deus-Homo ad destruendum diaboli imperium, et vindicandum Deo vero cultum orbis; oportuit proin hominibus patefacere quām improbis et miseris tandem dominis servierint, cumque ad finem demonibus permettere, ut crudelitatem in homines dirissimis modis exercere potuerint; ubi tamen experiri simul reprobus spiritus debuerint, verum Dominum ac Iudicem sibi nunc instare, qui solo nutu et imperio eorum fastum comprimere, eosque usurpatō tandem dominatu excue, et pro libitu e corporibus hominum expel-

Iure, ac, quod vellet, ablegare posset. Qui nobet proin energumenus ad Christum adductus et ab hoc liberatus, in luculentam tanti dogmatis confirmationem valebat.

Praviter hæc ratione adstribebatur fides contra incredulos, qui spiritus et angelos negabant, quales tempore Christi in synagogâ erant Sadducei, abominabilis illa, et generi humano præ aliis extitialis secta. Hanc, cum omnes spiritus sive bonos, sive malos inficiaretur, Servator non solum verbis, sed etiam factis ipsis, dæmones ex multis energumenis expellendo, resellendam sumpsit.

Ad secundum, dico: Energumenos, de quibus in Evangelio mentio sit, non tantum morbo aliquo, aut vitio melancholiae, etc., laborasse, sed verè fuisse à dæmonie obsessos, evincunt verba Evangeliorum, et tota harum narrationum series. Talia quippe hæc sunt, que vera et realia dæmonia postulant. Christus enim allocutus est dæmones; interrogavit, quodnam nomen haberent; impetravit, ut exirent ab homine; concessit, ut abirent in porcos, quod etiam factum legimus. Aut an fortassis morbi horum hominum in porcos irruerunt, eosque in stagnum precipitaverunt? Dein, quando principes Phariseorum de Iesu dixerint, quod in principe dæmoniorum ejiciat dæmones, numquid dicere voluerunt, quod in principe morborum ab hominibus morbos ejiciat? Et in quantas absurditates et deliria insana Patribus, et obvio S. Scripturæ sensu contradicendi libido incredulos abripiat.

191. Verum instant, et opponunt 1^o Quandò Christus cum Geraseno egit tanquam cum homine, qui habebat dæmonium, à quo ejus nomen petiti, quod dixit esse Legionem; quando jussit, idem dæmonium ab eo exire, eidemque permisit in gregem porcorem, qui ibidem erat, intrare; hec omnia considerari possunt tanquam medicina delirantis imaginationis illius Gerasenii, quam Christus ipsi adhibuit; nam cum stultis et melanocholicis non raro, teste Borelli, Hist. cent. 3, observ. 19, profuit, si alius vel alii fingebant, se habere pro veris corum deliramenta. Itaque Christus imperans imaginariis dæmoniis egressum, persuasit Gerasenii illi homini, ea aliiisse per subitanum illius gregis in mare præcipitatem, quam ipse Christus vel directè effecit, vel mediante translatione deliri ejus hominis in gregem porcorum.

Resp.: Absit hæc interpretatio, que sensum obvium et à Patribus receptissimum S. Scripturæ contemnens, veritati Evangeliorum officit, et fictionem tribuit Domino, et novum singul prodigium, ut illud, quod Evangelium narrat, excludat, non alia de causâ, quam ad tunc dum hoc placitum, non dari verè energumenos, quod non solum est contra sacras litteras acceptas in sensu obvio, sicut debent, quandò nihil obstat, sicut hic nihil obstat; sed etiam contra manifestam experientiam; prout variis exemplis invictè ostendunt Thyraeus de Daemon, cap. 23, Spondanus ad annum 1560, de conversione Florinundi Ræmondi, Fullonius excursion. I in librum 2 Machab. 8, 19, Jacob Fontaine (1), Hayus

(1) Augustinus Calmet (2), Colletus (3), Theophylus Raynaudus (4), Jos. ph Benvenutus (5), Jacob, Joseph Duquet (6), Benedictus XIV, (7), Martinus Gerbert (8), pluresque alii.

192. Oppon. 2^o: Sola Evangelia exhibent ingentem dæmoniacorum numerum inter Hebreos; historie autem ethniconum nihil simili habent, sed hæc conciliari non possunt, nisi revocando dæmoniacos Evangeliorum ad insanos et epilepticos, etc. — Resp. 1^o: Nego maj. Nam dæmones possidentes dici possunt ethniconum furia, quibus tam Graeci, qui eas appellabant Eumenides, quām Romani, putabant aliquos fuisse corruptos. Unde ad effugiendam earum invasionem Athenienses, teste Cicerone (9) famu, et Romani lucum in Latio, qui Furina dicebatur, consecraverunt. Illos pariter dæmones dicam significatos à Latiniis per larvatos, et arvarum plenos, apud quos larvæ erant mali spiritus; per eritos et lunaticos, quasi à Cerere vel Diana agitatos; item per Pythones et Pythias, à quibus oracula per inspirationem mali dæmonii sub nomine Appollinis, vel Latone, vel alterius ex innuferis Paganorum diis fundebantur.— Resp. 2^o: Omitto maj. et neg. min. Nam dato apud ethnicos non fuisse tantum dæmoniacorum multitudinem, quanta apud Hebreos, quandò Christus jam advenit; ratio in promptu est, quia ut supra, n. 190, observavimus, volebat Dominus, ut omnes agnoscerent, se esse potentissimum omnibus dæmoniis ut potè verum Deum, sicque fortiter et suaviter obtinere et excidium idolatriæ, seu diabolici supra terram regni.

193. Oppon. 3^o: Qui dæmoniacos admittunt, faciunt Deum auctorem, vel saltem consortem dæmonis in obsessionibus hominum; nam dæmones non possunt agere in hominum humores et organa, nisi impetrata in eam rem à Deo facultate; ergo qui dæmoniacos admittunt, sunt in Deum contumeliosi. Sic aliqui apud Calmetum, sed prorsus incepit oljicunt. Nam quarto 1^o ex ipsis, ac Deus factus sit auctor, vel saltem consors dæmonis in affligendo S. Job, dum Satanus obtentus à Deo facultate percussit Job ulcere pessimo, cap. 2, v. 27? 2^o Neg. maj. Nam, qui dæmoniacos admittunt, non asserunt Deum inire foedus aut pactum cum dæmonie, nec faciunt Deum auctorem aut consortem malitia dæmonis in torqueandis energumenis:

De signis Magorum et verâ possessione humanorum corporum per dæmonem, Dis. 2, pag. 42.

(1) Duct. de mirac. c. 2.

(2) In Dissertatione de obsidientibus et possidentibus corpora dæmonibus.

(3) Tom. 2, Tract. de Religione.

(4) In libro, cui titulus: *Angulus malus hominem captivans*, laudato à Benedicto XIV, l. 4 de Beatificatione, p. 1, cap. 29, num. 5.

(5) In Dissertat. *Lucæ* editâ anno 1773, apud Ephemerides literarias romanæ ann. 1776, art. *Lucia*.

(6) In Gallicâ dissertat. sur les Exorcismes.

(7) Lib. 4 de Beatif. et Canonizatione SS. P. 1, cap. 29.

(8) Part. 2, *Liturgiæ veteris Alemaniæ*, disquisitione 7 de Energumenis eorumque exorcismis.

(9) L. 2, de Nat. Deor.

(1) In gallico libello Aquis Sextiis edito anno 1611:

quia Deus istam militiam non intendit, aut approbat, sed solum permittit, et quidem ex sapientissimis finibus, ex. gr., ad exercendam hominum virtutem et patientiam, vel ad puniendo peccatores. Ceterum virtutem agendi in organa et corpora hominum daemones jam ex natura sua habent, et habuerunt ante lapsus suum, seu antequam facti sunt daemones; Deus autem, ut dixi, ex sapientissimis finibus solum permittit, ut hanc suam naturalem vim exercere possint, sicut eam exercent in torquendis in inferno damnatis. In hoc autem nihil appareat, neque est, quod sit Deo indignum aut ei contumeliosum.

Scholion. Plura de energumenis, praesertim tempore Christi in terra ambulantibus, et primorum Christianorum, reperies contra incredulos solidè et eruditè scripta apud Bergier (1), De Feller (2), et Spagnum Florentinum (3), quorum ultimus etiam illorum objectiones solvit, qui Christum operari diabolus, aut mediis duotaxat naturalibus, et non virtute divina daemones expulisse ex corporibus obsecorum blasphemant.

194. Queres III: « Quis fuerit ille *Zacharias filius Barachie*, quem Christus (Matth. 23, 35) ait fuisse occisus inter templum et altare? » Antequam respondeam, observo, quid impius auctor *Manualis lexici Philosoph.* (4) hac de re disserens, S. Evangelistam Matthaeum velut impostorem, aut hominem stupidum proponat, qui Christo effatum illud velut de re jam præterita asinxerit, qua tamen primum post 40 annos à morte Christi elapsos contigit. Nam auctor illa loc. cit. ita pronuntiat: « Viri docti (in hoc Christi effato Matth. 23, 35) difficultatem invēniunt. In historiā enim Hebreorum nullus reperitur Zacharias, qui ante adventum (Christi) aut hujus tempore in templo occisus fuerit. Sed in historia obsidionis Jerosolymæ apud Josephum invenitur Zacharias, filius Barachie, qui in medio templi interfactus est. Inde docti suspicuntur S. Mattheum, nonnisi post expugnatam à Tito Jerosolymam Evangelium scripsisse. »

Verum resp. et dico, doctos illos viros, quorum mentionem modò citatus auctor facit, aut esse confitets, aut certè (si qui sunt) non esse verè doctos, sed nimis quantum errasse. Nam Zacharias filius Barachie, de quo Christus (Matth. 23, 35) loquitur, non est ille Zacharias, qui paulò ante excidium Hierosolymæ per Romanos, à Zelotis interfactus legitur. Hic enim teste Josepho, lib. 5 de Bello iud. cap. 4, in medio templi occisus est: ille autem inter templum et altare, ut Christus loc. cit. expressè ait. Dein, etiam si non pauci ex recentioribus interpretationibus contendant, et horum sententiam etiam Calmetus amplectatur, videlicet Zachariam à Christo loc. cit. commemoratum,

(1) Ceritude des preuves du Christianisme, p. 1, chap. 5.

(2) In cathechismo Philosoph., p. II, n. 319, 320. et 322.

(3) De miraculis, tom. II., cap. 6, num. 1161, 1185.

(4) Artic. *Christianisme*.

esse illum ipsum, de quo Josephus, loc. cit., mentionem facit; non tamen idèo necesse est dicere, S. Mattheum aliquid falsi Christo affinxisse; sed, ut Calmetus ait, Christus spiritu prophetico locutus est, ita ut ventura predixerit, et præteritum pro futuro ponens, ipsum illum virum interfectum iri vaticinatus sit.

At verior certiorque, ut Cornelius à Lap. inquit, est sententia, Zachariam à Christo Matth. 23, 35, laudatum, fuisse filium Joiae pontificis, qui à Joas regi ingrato, 2 Parap. 24, 21 et 22, occisos est immunita sacrilegio in atrio sacerdotum, quod erat inter templum, sive Sanctum, et altare holocaustorum. Ita S. Hieronymus, Beda, et passim alii cum Abulensi, Cornelio à Lap., et Maldonato.

195. Dices I. Zacharias hic fuit filius Joiae, non Barachie. — Resp. 1^o: In hebreico S. Matthei Evangelio, quo Nazarei utebantur, loc. cit., nomen Joiae pro Barachie fuit; prout S. Hieronymus his verbis testatur: « In Evangelio, quo utitur Nazarei, pro filio Barachie filius Joiae reperimus scriptum. » 2^o Idem S. Pater respondet, Joiam alio nomine dictum fuisse Barachiam, id est, *benedictum Domini*. Nam usitatum apud Judeos fuit, unam eamdemque personam duobus nominibus nunenpari: quorum exempla in Scripturis passim occurunt, praesertim, si anbo nomina reapse idem significant, aut quamdam inter se similitudinem habeant; prout Bullet pluribus exemplis demonstrat. Quare idem vir Barachie et Joiae nomina obtinere potuit, praesertim quia Barachias significat *Benedictus Domini*, et Joada à voce hebræa *Judah, dilectus*, significat *dilectus Domini*, adeoque reipsa idem, uti Bullet, loc. cit., observat. Adde quid Joadas, cùm fuerit vir sanctissimus, aptissime etiam dici posuerit Barachias, seu *Benedictus Domini*.

Dices II. Zacharias Barachia filius à Christo cit. loc. Matth. innuitur tanquam justorum postremus, qui à Judeis interfectus est, quemadmodum Abel primus est sanctorum, violenta morte sublatus. Hoc enim sibi volunt hæc Christi, Matth. 23, 34, 35, verba: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, et sapientes, et ex illis occidelis, et crucifigetis.... ut veniat super vos omnis sanguis justus à sanguine Abel justi, usque ad sanguinem Zacharia filii Barachie, quem occidistis inter templum et altare;* atque Zacharias, Joiae filius, non fuit postremus justorum à Judeis interactorum; post hunc enim multi alii innocentes occisi sunt, ut patet ex eo, quia rex Manasses, 4 Reg. 21, 16, *sanguinem innoxium fudit multum nimis*, et præter alios interfectos etiam Prophetam Isaiam (ut fertur) lignæ serrâ dissecari jussit, ergo Zacharias filius Barachie, de quo Christus, loc. cit., Matth. loquitur, non est Zacharias, filius Joiae, quem rex Joas occidi jussit; sed vel Zacharias, quem Josephus tempore obsidionis Jerosol. occisum memorat, vel, ut alii volunt, Zacharias ille, qui inter duodecim Prophetas minores est penultimus, vel denique Zacharias, pater Joannis Baptiste.

Respondet ad hanc objectionem Salmeron (1), et

(1) Tom. IV Comment. in Evang. histor., p. 5, tractat. 47, p. 525 edit. Colon. an. 1602.

sit, idèò, cit. loc. Matth., horum duorum (Abelis et Zacharia filii Barachie, id est, Joiaðæ) mentionem fieri, quia sunt primus et ultimus in S. Scripturâ nominatum pro religione à Judæis (1) interfecit; cùm eorum, qui post hunc Zachariam à Manasse injuste occisi sunt, Scriptura loc. cit. tantum generatim meninrit. Accedit alia ratio eur Christus Zacharia filii Joiaðæ præ aliis innocentibus occisis speciale mentio nem faciat. Nam Zacharias ille, cùm moreretur 2 Paral. 24, 22, ait: *Videat Dominus et requirat*, hoc est, videat Deus, quâm iniquè mecum agatis, et effusi sanguinis mei ultiō ac pœnam reponcat, ad que verba Christus apud S. Lucam, cap. 11 (ubi idem, quod Matth. 25, 36, dicitur, habetur), clare alludit, ad Judæos dicens: *Ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione istâ (Judæorum), à sanguine Abel, usque ad sanguinem Zacharie, qui perit inter altare et ædēm. Ita dico vobis, requiratur ab hac generatione.*

Dices III: Judæi, quos tunc alloquebatur Christus, non occiderunt illum Zachariam, aut Prophetas, qui à constitutione mundi usque ad eundem interfici sunt; ergo à generatione illâ Judæorum non potuit omnis sanguis justus Prophetarum requiri. Resp. cum Salmerone, loc. cit., et aliis interpretibus, Christum locutum esse de Judeis sui temporis, tanquam iis qui unus erant cum patribus suis populus. Ideò apud Matthæum, 25, 35, de Zacharia: *jam saepius à nobis memorato ad Judæos ait: Quem occidistis inter templum et altare. Occidistis, inquit, non in vestrâ personâ, sed in persona patrum vestrorum. A Judæis ergo, aut potius à generatione Judæorum, quæ fuit tempore Christi et Apostolorum, tanquam consummatrice peccatorum parentum suorum, et tanquam una generatione cum parentibus præcedentibus requisita est ultio sanguinis Christi et omnium Prophetarum, quandò per Titum et Vespasianum succensa est civitas Jerusalem, et templum excisum, et gens Judæorum terribili excidio perdita et reprobata.*

Si porrò queras, quomodo filii patientur pro delicto parentum, cùm tamen Deuter. cap. 24 scriptum sit, non morituros filios pro patribus? Resp. et dico: Quia consentiunt paterno delicto, et adhuc affirmant, Iesum Nazarenum jure occisum, idèò peccatum ipsorum manet. Vide part. 6 S. Scripturæ contra Incredulos propugnat. sect. 2, cap. 3, num. 410.

496. Scholion. Circa presenterem questionem, quis nam fuerit ille Zacharias filius Barachie, qui occisus est inter templum et altare, est triplex potissimum sententia, quarum qualibet, ut Tirus ait, probabilis est. Prima et communior est nostra, Zachariam illum

(1) Licit Cain, qui fratrem Abel occidit, non fuerit Iudeus gente et genere, fuit tamen Iudeus malitia et mala vita exemplo. Occidendo enim justum Abel, dedit exemplum Judeis ad hoc sequendum propensissimum, ut simili modo occiderent justos Prophetas. Sic ergo Cain fraticida, non quidem naturalis, sed moralis et symbolicus fuit pater Judæorum, suos fratres, scilicet Christum et Prophetas, occidentium. Ita Cornelius à Lap. comment. in Matth. 23, 35.

asserens esse filium Joiaðæ, quem rex Joas interfici jussit. Secunda est S. Chrysostomi, Vatabli. Ariæ, Mountani, Gasparis Sanchez, Riberæ, Bollandistarum, et Ignatii Weitenauer, et Caesaris Calino, qui contendunt Zachariam illum esse eum qui inter duodecim Prophetas minores est penultimus. Tertia est Epiphani, Basilii, Petri Alex., Theophylact, Dionysii Cartthus., Christoph. à Castro, etc., qui censem Zachariam illum esse patrem Joannis Baptiste, quem tradunt occisum esse à Judæis, eò quod Christi predicavit adventum. Iis tribus sententiis à quibusdam recentioribus superaddita est quarta, quam etiam Calmetus approbat et sequitur, quæque descendit, à Christo apud Matthæum, cit. loc., designatum fuisse Zacharium filium Baruch, quem Josephus cit. loc. narrat, paulò ante excidium Jerosolymæ per Romanos, à Zelotis fuisse occisum. Verum hanc sententiam jam supra, n. 194, impugnavimus. Cæterum, quæcumque ex his quatuor sententiis teneatur, nunquam incredibili S. Matthæum falsitatis aut erroris jure incusare poterunt, ut ex num. 198 et omnibus hâc questione dictis sapiens lector facilè perspiciet, de quâ præter alios etiam Bullet., loc. cit., fusè disserit.

197. Queres IV: Quid respondendum incredulis, qui sequentes Christi predictiones in Evangelio contentatas, falsas esse blasphemant: 1º Dùm Christus (Matth. 17, 19) ait: *Amen quippe dico vobis: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, et transibit.* 2º Dùm (Joan. 11, 26) ait: *Qui credit in me, non morietur in aeternum.* 3º Dùm (Matth. 16, 28) ait: *Sunt quidam de his sanctis, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo.* 4º Dùm Luc. 19, 44, civitati Jerusalem excidium predicens, ait: *Non relinquent hostes lapidem super lapidem?*

Resp.: Cùm Christus manifestis signis se esse verum Deum, et multis predictionibus rerum omni naturali sagacitate superiorum reipsa impletis (1) se esse verum Prophetam demonstraverit, increduli, si sanam rationem sequi vellent, etiam illas, quas falsas esse blasphemant, Christi predictiones tanquam veras (non obstantibus quibusdam duntaxat apparentibus difficultatibus) venerari, iisque fidem adhibere deberent. Dixi: *Non obstantibus duntaxat apparentibus difficultatibus.*

Nam ad primum dico, illam Christi prædictionem non solum esse veram, sed etiam exemplo non unum tantum ejus veritatem esse comprobalam. Dixerat

(1) Sic Christus, Marc. 13, 9 et seq., discipulis suis clare prædicti, quanta persecutione propter prædicationem Evangelii ipsis sustinendie forent: *Tradent enim vos in concilium, et in synagogis vapulatibus, et ante praesides et reges stabitis propter me, in testimoniorum illis. Quia omnia impleta esse, nemo nisi historicus omnino ignorans negat; prædicti distinctè excidium Hierosolymæ per Romanos, Luc. 19, 45 et 44: Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo.... con-gustabunt te undique, et ad terram prosteruent te, etc.; prædicti Petro trinam negationem, postea ricipse factam, Matth. 26, 34, 70, 72, 74. Taceo plures alias Christi prædictiones, ricipse impletas.*

quidem quondam teste Cl. Bullet aliquis incredulus : « Si illa Christi predicio (Matth. 17, 19) vera est, se-
cutor, hactenus nullum Christianorum, ne quidem
exceptis Apostolis, datum fuisse, qui haberent fidem
sicut granum sinapis : nam hucusque nemo per suam
fidem montem transalpum. » Verum recte illi respon-
det laudatus auctor, loc. cit., ipsum falli in rebus his-
toricis, et contrarium patere ex sequentibus exemplis.
Nam 1º S. Gregorius, qui ob singularem gratiam,
quam obtinuit, patrandi miracula, nomen Thauma-
turgi, id est, miraculorum opificis accepit, translatu-
per fidem suam ingenti saxo ethnicum antistitem ad
christianam fidem amplectendam permovit, prout
S. Gregorius Nyssenus, in ejus vita, testatur his ver-
bis : « Ibi vero id quod omnium maximè dictu incre-
dibile est, magnum illud fecisse magnus ille (Gre-
gorius) dicitur miraculum. Cum enim postularet
antistes (seu sacerdos ethnicus), ut saxum quoddam
ingens, quod oculis eorum subiectum prospiceretur
et non moveretur, absque manu humana moveretur,
ac per solam fidem virtutem, iussu Gregorii ad alte-
rum locum transferretur ad illum locum; nulla in-
terjecta mora magnus ille statim imperasse dicitur
saxo, tanquam animato, ut transiret ad illum locum,
quem designasset; quo facto, exempli credidisse
sermoni dicitur antistes; ac relictis omnibus, co-
gnitione, familiâ, uxore, liberis, sacerdotio (ethni-
co), sede, possessionibus, loco omnium bonorum,
quibus abundaret, duxisse (id est, plus aestimasse),
si magni illius (nempe Gregorii Thaumaturgi) con-
suetudine frui, et laborum, divinaque illius philo-
sophiae atque eruditio eius una cum illo particeps sibi
esse licet. » Porro de hoc miraculo translatis à D.
Gregorio Thaumaturgo ingentis illius saxi neque sag-
cissimi et acerrimi critici Tillemont, Baillet, etc., du-
bitant ; et Bullus, unus è doctissimis Protestantibus,
de eodem miraculo (Defens. fid. Nicen.) dicit : « Ne-
que incredibile enīquā videri debet, tale quidpiam
homini accidisse, cuius totam vitam revelationibus
et miraculis illustrata fuisse, scriptores ecclesiastici
omnes, quotquot ejus meminerunt, (et quis ferè non
meminit?) uno ore testantur. » 2º Aliud simile mira-
culum viva fide venerabilis abbatis Nonnosi patria-
tum narrat S. Gregorius M., Dialog. lib. 4, cap. 7, di-
cens : « De vicino nunc loco... aliquid narrabo, quod
eī viri venerabilis Maximini episcopi, et Laurionis...
veterani monachi, qui uterique nunc usque super-
rest, relatione cognovi... Quia vero ejus (Nonnosi
propositi) monasterium in summo montis cacumine
situm est, ad quemlibet parvum horum fratrilus
excoleendum nulla patebat planities; unus autem
brevissimus locus in latere montis exercerat, quem
ingentis saxi moles naturaliter egrediens occupabat.
Quādam verò die, dum Nonnus vir venerabilis
cogitaret, quid saltem ad condimenta olerum nu-
trienda locus idem apius potuisse existere, si hunc
moles saxi illius non teneret, occurrit animo, quid
eamdem molem quingenta hōum paria movere non
possent. Cumque de humano labore facta esset de-

speratio, ad divinum se solatium contulit, seque illis
nocturno silentio in orationem dedit. Cūque manē
facto ad eundem locum fratres venirent, invenerunt
molem tantæ magnitudinis ab eodem loco longius
recessisse, suoque recessu largum fratribus spatium
ad excolandum hortum dedissem. » 3º Teste Cornelio
à Lap. narrat Paulus Venetus in Tartariâ, montem
apud Tartaros fuisse simili fide translatum, cùm ty-
rannus id exigeret Christianis ex illo (Matth. 17, 19)
Christi promiso. Idipsum teste Bullet etiam confirmat
D. Jacob Le Fèvre disserens de illis Christi verbis :
Si haberitis fidem, sicut granum sinapis, etc. Nam
inter alia ait : Legi in quādam historiâ Tartarorum,
in qua sic habetur : Prope Baldacem mons virtute
divinâ translatus est oratione cujusdam sancti viri,
cùm improperarent Tartari Christianis id Evangelii :
Si haberitis fidem sicut granum sinapis, etc.

Scholion. Etiamsi in historiâ ecclesiastica nullum
eiusmodi exemplum translati miraculose per fidem
montis extaret, inde concludi non posset, nullum tale
patratum esse. Neque enim omnia scripta sunt, que
fuere gesta, præsertim primis Ecclesiæ et evangelice
prædicationis temporibus. Certè ipse S. Joannes 21,
23, fateatur, quid multa, que fecit Jesus, silento pra-
tereat. Denique, si etiam ab initio Ecclesiæ christianæ
usque ad nostra tempora nullus unquam Christianus
fide suâ montem transtulisset, an inde legitimè inferri
posset, quid ne quidem ulla montem ita transferre
potuerit? aut nullum unquam habuisse fidem sicut
granum sinapis? Nequaquam. Apostoli enim et alii
sancti mortuos ad vitam suscitatunt. Resuscitatio au-
tem mortui ad vitam est certè maius miraculum quām
translatio montis è loco in locum. Ergo habuerunt
fidem, quā montem transferre potuissent, quia maius
patrare miraculum, nempe mortuum ad vitam revo-
care potuerunt. At fortassis dices : Si montem trans-
ferre potuere, cur non actu transtulerunt? Respon-
deo, quia non erant in talibus circumstantiis, ubi
necessitas vel utilitas Ecclesiæ postulabat, ut hoc
miraculum patrent. Extraordinariae enim gratiae dan-
tur, ut S. Paulus 1 ad Cor. 12, 7, ait, ad utilitatem,
non ad pompam seu ostentationem.

498. Ad secundum dieo, turpiter falli et fallere illos
incredulos, qui, teste Bullet, ita arguantur : Quotidianâ
experientiâ dicimus, inquit, falsum esse illud Chri-
sti effatum, Joan. 4, 26 : Qui vivit et credit in me, non
morietur in eternum. Christiani enim aequi morientur
ac alii homines. Verum nego suppositum, quid in hoc
textu verba illa *in eternum*, hunc sensum, quem in-
creduli ei affingunt, faciant : *Nunquam morietur morte
corporali*. Si enim Christus hoc dicere voluisse, su-
perflue addidisset verba *in eternum*; quia id, quod
hæc verba significant, jam continetur in solis verbis :
Non morietur. Haec enim ita illimitata prolatæ signifi-
cant idem ac *nunquam morietur*. Accedit quid si Chri-
sto affingitur sensus verborum modò dictus, scilicet
quid dicere voluerit : *Qui credit in me, nunquam mor-
ietur morte corporali*, eidem absque ullo fundamento
attribuitur manifesta contradicatio, cuius nullus homo

probas et sanæ mentis capax est. Christus enim alibi (1) aperte Apostolis et fidelibus suis prædictit ipsos à persecutoribus suis occidendos. Igitur verba illa Christi : *Qui virit et credit in me, non morietur in eternum, non habent hunc sensum : Nunquam morietur, sed non morietur in perpetuum*, hoc est, uti orthodoxi interpres communiter (2) exponunt, non manebit in morte, sed suscitabitur ad vitam beatam, seu ad aeternum in cœlis vivendum. Agit enim, cit. loc., Christus de resuscitando Lazaro, et probat se esse resurrectionem et vitam, id est, causam resurrectionis et vita omnibus fidelibus et sanctis. Unde quasi dicit: Ego eos, qui in me credunt, et juxta hanc fidem piè vivunt, in vita aeterna conservabo, faciamque ut non moriantur in aeternum; quia, licet ad modicum tempus ex debito naturæ moriantur, tamen suo tempore à morte eos suscitabo ad vitam aeternam, ita ut non tam mortui fuissent, quam dormisse videantur.

Scholion. Licit infideles et impii resurrecturi quoque sint ad vitam, tamen, quia resurgent ad tormenta gehennæ etiam in corpore aeternum sustinenda, hinc vita eorum potius mors dicenda est quam vita.

199. Ad tertium, observo quod anonymus ille scriptor, de quo saepius mentionem fecimus, in dubiis suis D. Chrysophoro de Zabuesnig propositis postquam illa Christi verba : *Sunt quidem de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis in regno suo*, recitavit, impio sarcasmo dicit: « Datur me senecio tot annorum, qui septemdecim secula curriculo sua vita expleverit? Nonne alieni hic in mentem venire debet (der ewige Jude) *Judeus perpetuo circuitu terram obambulans?* Quibus verbis innuit se citatum Christi effatum de secundo ejusdem eventu intelligere, et mirari quomodo de Christi discipulis tunc, quando Servator verba illa dixit, presentibus, aliquis adhuc in vita superstes esse possit in fine mundi, quando Filius hominis in majestate sua veniet, iudicatur orbem?

Sed hæc admiratio mox cessasset, si adversarius cogitasset (prout in orthodoxis interpretibus facile reperire poterat), quod communis (5) et vera interpretatio citati textus sit de transfiguratione Domini, quam non omnes, sed soli Petrus, Jacobus et Joannes, antequam morientur, viderunt, et quam post illa Christi verba tam Matthæus, quam Marcus et Lucas immediatè narrant, et post aliquot dies (4) ab illis Christi verbis

(1) Sic Matth. 10, 47 et seqq. ait: *Caveat autem ab hominibus. Tradent enim ros in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos... Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium; et insurget fœtus in parentes, et morte eos afficiet.* Et iterum Matth. 23, 34: *Id est ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et scribas, et exercitantes, et crucifigentes, etc.*

(2) S. Chrysostomus, Cyrill., Theophylact., Cornelius à Lap., Tirinus, etc.

(3) Sic enim hunc S. Scriptura locum interpretantur S. Hilarius, S. Chrysostomus, S. Ambrosius, Theophylactus, Euthymius, Cornelius à Lap., Tirinus, Menochius, et alii passim.

(4) S. Math., cap. 17, v. 1, inquit, *post dies sex ab illa promissione factam esse transfigurationem*; S. Lucas vero cap. 9, v. 28, ait: *Factum est autem post hanc*

seu promissione elapsos factam esse testantur. Igitur sensus hujus textus: Sunt quidem de hic stantibus, etc., est iste: Sunt quidem ex iis qui hic sunt, qui non morientur donec videant Filium hominis in regno suo, sive (ut S. Leo M., Sermon 51 de Transfigur. exponit) in regia claritate, nempe in transfiguratione. In hac enim regnum Christi gloriosum quasi per transennam viderunt et prægustarunt prædicti tres Apostoli, eisque Christus tunc dedit speciem gloriae, claritatis, magnificencie, gaudii et felicitatis, quam obtinebunt sancti in regno coelesti, ut per illam animarentur ad labores et dolores evangelicos, ad crucem et martyrium, aliosque ad eadem hortarentur.

200. Ad quartum, resp. et dico, illa Christi verba: *Non relinquunt (hostes) lapidem super lapidem*, non debere adeò strictè sumi, ac si singuli lapides à se invicem separati fuissent, sed et hyperbolè; quasi diceret: Jerusalem funditus excindetur et diruetur. Nequ enim (ut Cornelius à Lap. in hunc locum rectè observat) tam curiosi vel otiosi fuere Romani milites in excidio Hierosolymæ et templi, ut singulos lapides à se invicem dissolverent; fuit tamen Jerusalem à Romanis incensa et planè eversa, ac solo agnata, imò atratum in canim missum, teste Maimon. Tanith. c. 5, et alii, et hoc est quod Christus significat his verbis: *Non relinquunt lapidem super lapidem.* Verùm ad preoccupandas incredulorum objectiones ex historiâ descriptionibus hodiernæ Hierosolymæ potitas, sequentia argumenta, quæ contrarium probare videntur, solvenda sunt.

201. Oppones I: Rabbini Benjamin Tudelensis, natione Hippianus, qui omnes tres partes veteris orbis peragravit, et omnia, quæ memoratu digna reperit, scripto annotavit, in suo Itinerario (1), quod seculo 12 conscripsit, in descriptione Hierosolymæ testatur, quod etiamnam reliqua de turre David et templi, imò ipsius sanctuarii extent; ergo hæc ædificia veteris Hierosolymæ adhuc seculo duodecimo residua falsam demonstrant illam Christi prædictionem: *Non relinquunt lapidem super lapidem.* Confirmatur. Ipse etiam Josephus

vèrba (promissionis) ferè dies octo; neque ideo contradicit SS. Mattheo et Marco. Ad hanc enim apparentem antilogiam S. Hieronymus, Comment. in Matth. 17, 4, respondet: *Facilis est solutio, quia hic (apud Mattheum et Marcum) medii ponuntur dies, ibi (apud Lucam) prius additus et extenus.* Igitur Mattheus et Marcus non numerant primum diem, quo Christus verbis illis, *sunt quidem de hic stantibus*, etc. præmisit transfigurationem, quia incipiendo tempore illius promissionis non erat integer dies, nec ultimum seu octavum diem, quo transfiguratus est, sed tantum sex intermedios; Lucas vero omnes num rat tam plenos, quam non plenos seu imperfertos dies; idcirco non ait: *Post dies octo, sed ferè, hoc modo*: *Factum est autem post hanc verba ferè dies octo, et assumpsit Petrum et Iacobum et Joannem*, etc. Porro apparentem antilogiam Evangelistarum, quam modò solvimus, cumdem in modum etiam solvunt SS. Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus, et S. Augustinus, I. 2, de Consensu Evangel., cap. 56.

(1) Itinerarium R. Benjamin Tudelensis cum notis Constantini L'Empereur fuit Lugduni Batavorum, an. 1633, latino idiomatico editum, et postea tomo 5 Theologiae antiquitatum hebraicarum insertum.

phus, lib. 7 de Bello jud., c. 18, testatur Titum aliquam Hierosolymam veteris aedificia reliquisse illæsa, his verbis : « Jubet eos (milites romanos) Cæsar (Titus) totani funditus jam eruere civitatem ac templum ; relictis quidem turribus, que præter alias eminebant, Phaselo, et Hippico, et Mariamne; muriique tantum quantum civitatem ab Occidente cingebant. Id quidem ut esset castrum illic custodiae causâ relinquentis; turres autem, ut posteris indicarent, quem civitatem, quâmque munitionem Romanorum virtus obtinuerat. » Ergo.

Resp. : C. Barattier ob vastam suam eruditio[n]em notissimum, teste Cl. Bullet (*Réponses critiques*), opus edidit, quo manifeste demonstrat, itinerarium illud R. Benjamin Tudelensis esse merè imaginarium, et fabulosis contradictionibus, et apertis contra geographiam ac historiam falsitatis repletum. Idem testimonium de ejusdem Rabbini Itinerario perhibet Universale Lexicon Lipsiense his verbis : *De libro ipso (nempe de Itinerario dicti Rabbini) eruditio consentiunt, quod plurima absurdâ, fabulosa et improbabili in illo repertantur. Perquam copiosa adducit possunt exempla, que vel nimiam credibilitatem, vel aliis prejudiciis occupatum auctoris animum produnt.* Dein in memorato Lexico recensentur aliquot ejusmodi exempla. Quare increduli ex Itinerario dicti Rabbini nullum probabile argumentum contra predictionem Christi Domini petere possunt. Ad confirmationem dico : Quamvis sub Tito aliqua aedificia, ut Josephus loc. cit. narrat, Hierosolymam manserint illæsa, tamen brevi postea Ecclesiæ seculo 2 sub Adriano Cesare fuere diruta, et sic vaticinium Christi de perfecto Hierosolymæ excidio sicut plenè impletum. Cum enim Judæi sub Adriano imperatore contra Romanos scditionem excitarent (Dio, de Regn. Athen.), Adrianus, missus in Palæstinanum exercitu, multos Judaorū interfecit, corum propugnacula et oppida devastavit, turres et reliquias muri, quas Titus non eruit dirutus; unde Appianus, synchronus Adriani, scripsit Hierosolymam suo tempore postremum fuisse dirutam, his verbis (*Hist. roman.*) : *Quam (Hierosolymam) et Vespasianus rursus mutantur dirut; et postremum Adrianus nostro tempore.* Nam nihil in hac urbe dirundum restabat, nisi illæ turres, et reliquæ muri, que teste Josepho à Tito fuere in excidio hujus urbis conservatae.

Corollarium. Ex hac relatione excidii Hierosolymitanæ, qua ex synchronis scriptoribus desumpta est, patet, non jam timendum esse, ne homo sanæ mentis ob auctoritatem R. Benjamin Tudelensis veritatem predictionis Christi de omnimodi devastatione Hierosolymæ impugnare ausit. Ille Rabbinus, ut ostendimus, nullam fidem meretur, utpote qui plurimas fabulas, absurditates et contradictiones suo itinerario inseruit, et aedificia adhuc extare narrat, quæ tamen jami mille annis, antequam ipse nasceretur, diruta sunt.

202. Oppon. II : Teste D. de Morison (*Voyage de Jérusalem*), etiamnum de veteri Hierosolyma extat, et visitur porta aurea, per quam Christus Dominus in

die palmarum super asinam sedens, cum triumpho Jerusalem ingressus est. Habetur autem ex antiquâ traditione, Titum hanc solam portam ex omnibus portis urbis in excidio Hierosolymæ non destruxisse : ergo vetus Hierosolyma non fuit penitus devastata. Resp. et dico : Calmetus ex S. Scripturâ, et ex Josepho accuratè reconsuet singulas hujus urbis portas, nec tamen alicuius porte inaurata aut aurea meminit, claro indicio, quòd nulla talis porta veterem Hierosolymam exornarit. Dein, etiamsi ea extitisset, tamen in excidio hujus urbis per Romanos diruta fuisse, cùm Josephus synchronous testetur totam civitatem ab illis fuisse eversam, exceptis solum tribus turribus, et aliquâ parte muri. Ceterum, illa rudera, quæ dicuntur fuisse porta aurea veteris Jerusalemi, solum probant quòd sunt reliquæ non veteris, sed novæ Hierosolymæ ab Adriano vel Constantino aedificatae in loco non procul distante à site veteris Jerusalemi. Plura de hac totâ quæstione eruditè disserit Cl. Bullet, loc. cit.

203. Queres V : « Num verisimile sit quòd diabolus (uti Matthæus cap. 4 narrat) Filium Dei naturalem variis tentationibus fuerit aggressus, eumdemque assumere in sanctam civitatem, et statuere super pinnaculum templi, aut in montem excelsum tollere potuerit, omnia mundi regna spectaturum ? » Resp. : Hoc quidem Filio Dei indigna videntur deistis, et etiam illi scriptori anonymo, contra quem supra actum est; quique inter alia ait : *Sufficit hunc solum locum (Matthæi) adducere, ad horrorem excitandum.* Verum horror iste cessabit, si adversarii ritè perpendent, non ipsam Divinitatem seu naturam divinam, sed humanitatem Christi Verbo divino unitam fuisse tentatam, et è loco in locum à dæmonie translataam. Natura enim divina nec à dæmonie tentatione affici, è loco in locum, cùm sit immensa, transferri potest. Sed humanitas Verbo unita, sicut pati et mori potuit, sic etiam tentari à dæmonie per suggestionem externam; idque ex sapientissimis finibus, tum ut sic gloriosum de superato cacodænone triumphum ageret, tum ut se reliquæ hominibus similem, etiam in tentationum palestrâ, absque peccato tamen, et nomine peccati comprobaret; tum denique ut Augustinus ait, ut nos suo exemplo doceret, cum infernali hoste viriliter decertare. Eleganter hanc rem explicat, et hic allatam ab adversariis objectionem priudem preoccupavit S. Gregorius M. homil. 46 in Evang., his verbis : « Vere et absque ullâ quæstione convenienter accipitur, ut (Christus) à sancto Spiritu in desertum ductus cedratur, ut illic eum suus spiritus duceret, ubi hunc ad tentandum malignus spiritus inveniret. Sed ecce, cùm dicitur, Deus homo vel in excelsum montem, vel in sanctam civitatem à dæmonio assumptus, mens fugit credere, humane hoc audire aures expavescunt. Qui tamen non esse incredibilis ista cognoscimus, si in illo et alia facta pensamus. Certè iniquorum omnium caput diabolus est, hujus capitis membra sunt omnes iniungi. An non diaboli membrum fuit Pilatus ? An non

diaboli membra Iudei persequentes, et milites crucifigentes Christum fuerunt? Quid ergo mirum, si se ab illo permisit in montem daci, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi? Non est ergo indignum Redemptori nostro, quod tentari voluit, qui venerat occidi. Justum quippe erat, ut sic tentationes nostras suis temptationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat suā morte superare. Sed scindum nobis est, quia tribus modis tentatio agitur, suggestione, declaratione et consensu. Et nos cùm tentamur, plerumque in delectationem aut etiam in consensum labimur; quia de carnis peccato propagati in nobis ipsis gerimus, unde certamina toleramus. Deus verò, qui in utero Virginis incarnatus, in mundum sine peccato venerat nihil contradicitionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed ejus mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideò omnis diabolica illa tentatio foris, non intùs fuit.

Ex his verbis magni doctoris Ecclesie patet in omnem hanc temptationem Christi factam esse solum per vocem seu suggestionem externam, non verò per internam. In interiora enim (id est, in animum et phantasiam Christi Domini) diabolus nullam habuit potestatem. 2^a Haud necesse esse, cum Cypriano, Maldonato, Cypriano et aliis realem Christi translationem à diabolo factam negare, et hunc locum Matthæi alio modo explicare. Non enim Deo indignum aut inconveniens erat, realem illam translationem promittere, ut ex S. Gregorio M. audivimus.

203. Instant I. Templum Jerosol., prout Josephus, loc. cit., lib. 6, c. 6, testatur, *in summo* (id est, in tecto) *aureis veribus* (seu cuspidibus) *horrebat acutissimis, ne ab insidentibus avibus pollueretur*: ergo diabolus non potuit Christum super pinnaculum templi statuere. Resp.: Nego suppositum, quod pinnaculum templi fuerit ipsum templi tectum, de quo Josephus ait, illud aureis aculeis horruisse. Audiamus verba Calmeti hác de re doctissimè (1) ita pronuntiantis: Pinnaculum hoc templi erat... lorica murorum regnans circa tectum (templi)... Constat enim in Palestina ades hædūs areas superiores loricā murorum sepias, ut lapsus prohiberent, que etiam cautio in lege prescripta est, Deut. 22, 8. Docet Josephus.... Templi culmen munium fuisse cuspidibus aureis praætatis, quibus prohiberentur ab accessu aves, ne teetis illis insidentes fecidit aliquā sanitatem edificii violante. Non igitur super tectum illud constitutus fuit Jesus Christus, sed super loricam murorum circa regnante.

204. Instant II, et irrisorio modo querunt deistæ (2): Ubi terrarum sit ille mons tam excelsus, ut ex ejus vertice (uti Matthæus loc. cit. ait), *omnia regna mundi et gloria eorum* videri possint? Resp.: Utique nullus mons in orbe terrarum adeò excelsus

(1) In Dictionario suo Bibl. v^o *Pinnaculum*. Examēn doctrinam etiam tradit Couenant. in Matth. 4, 5.

(2) Ita testatur Bullet. Réponses critiques, tom. 3, num. 49.

est, ut ex ejus vertice omnia mundi regna, vel etiam solum nostrum hemisphaerium terrestre integrum videri possint. Cùm enim globus terraqueus sit rotundus, et radii visivi recte propagantur, non possunt tantoperè inflecti, ut nobis omnes terrae partes infra horizonem positas representent. At diabolus alio modo *omnia regna mundi et gloriam*, splendorem et fastum *corum* Christo ostendere potuit, nimirum in imagine, aerem sic contemperando et illustrando, ut omnia illa simul representaret, et ob oculos poneat, sicut etiam nunc varia hominibus spectra demon, quasi ante oculos depicta objicit, ut Theophylactus ait, et sicut etiam Deus aliquando totum mundum S. Benedicto objicit in globo, teste S. Gregorio M. (1). Atque hæc explicatio est communis interpretum.

205. Alii verò (2) dicunt, diabolum Christo ostendisse omnia regna mundi, non ita, ut ea oculis conspicienda objicerit, sed eniisque regni mundi plagam digito designaverit, dicens: In hæc parte positum est regnum Romanorum, in ista verò Persarum, et in illa Assyriorum, et sic de ceteris; nec tamen omnia regna distinctè et seorsim ostendit, sed partem eorum maiorem, quæ solet sepissimè pro tota sumi.

Dices I: Solo digito intento non ostenditur *gloria*, sive, ut Lucas, cap. 4, v. 5, ait, *potestas universa et gloria regnum mundi*. Respondet Cl. Weissenbach, part. 3. Nov. Form. Theol. Bibl., l. 2, quast. 16, esse hebreasmur. qui innuit, diabolum extulisse verbis, quæ maximè re quodvis illorum regnum regnorum prestarerit. Sie etiam Cl. Bullet, loc. cit., rem explicat, dum contendit, diabolum Christo omnia regna mundi et gloriam eorum ostendisse oratoria modo, expounding corum gloriam splendorem et magnificiam.

Dices II: Juxta Lucam ibidem diabolus ostendit Christo *omnia regna orbis terræ in momento temporis*; sed in momento non potuit à diabolo fieri oratoria descripicio omnium regnum mundi. Respondit Bulletus vo-

(1) Visionem hanc S. Benedicti narrat S. Gregorius M. l. 2 Dial. cap. 33, his verbis: « Vir Dei Benedictus quiescentibus adhuc fratribus instans vigilis... ad fenestrā stans, et omnipotenter Deum deplicans, subito intempestā noctis horā respiciens, vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebris effligescere, tantoque splendore clarescere, ut diem vinceret lux illa quæ in tenebris radiasset. Mira autem res validi in hæc speculatione secuta est; quia, sicut post ipse (S. Benedictus) narravit, omnis etiam mundus velut sub uno solis radio collectus, ante oculos ejus adductus est. Qui venerabilis Pater (Benedictus), dum intentans oculorum aciem in hoc splendore coruscante lucis infigeret, vidit Germani Capuanii episcopū animali in sphera ignea ab angelis in columnis ferri. » Ita S. Gregorius M., addens, postea S. Benedictum ex monacho, quem Capuanani in urbem illuc misit, veritatem rei indagaturum, interlexisse quod Germanus episcopus eodem momento obseruit, quo ipse epis ascensum in celum cognovit. Porro de hæc visione S. Benedicti plura eruditè scripta invenies apud Baraduum, tom. 2. Comment. in Concordiam et Historian quatuor Evangel. l. 2, cap. 5.

(2) Nimirum D. Thomas in Matth. c. 4, et 5 parte Summae theol. q. 41, art. 4, ad 7; Cajet. Carthus. Lyran., Albertus M., Abulens, q. 49, et alii.

cem *momentum* hic non significare punctum temporis, sed tempus modicum, seu per breve. Favet huic responsioni textus syriacus, qui Luc. 4, 5, ita habet: *Ostendit ei omnia regna terrae modico tempore.* Præterea aliud constat, quod vox *momentum* in Scripturam non raro significet tempus modicum quidem, sed latamen aliquantulum durans. Sic Thren. 4, 6, dicitur, quod Sodoma fuerit in *momento subversa*; scimus autem ex Genes. 19, 24, quod igne cœlitus deplente cremata et subversa fuerit; atqui concrematio urbis non sit in puncto unico temporis. Hinc Cl. Weitenaer in Biblio latini à se editis citatum versum ita expōnit: *Quæ (Sodoma) quasi momento eversa est.* Aliud exemplum habemus Isa. 26, 20, ubi dicitur: *Vade, populus meus, intra in cubicula tua, clande ostia super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.* Ubi textus græcus habet: Βαδίσε, λαβέ μου, εἰπεντούς τις τῷ τρεπτῷ νοῦ, ἀπολέσετον τὴν θύραν σοῦ, ΛΠΟΚΡΥΘΙ ΜΙΚΡΟΝ ΟΣΩΝ, (*abscondere modicum aliquantulum*) ἵνα περιθῶ; δηργή; Κυριον, id est, brevissimo temporis spatio, prout etiam Menochius illud Luc 4, 5: *Ostendit illi omnia regna... in momento temporis*, explicat.

Corollarium: *Ex* allatis responsionibus sat elucescit, deistis, aut alios incredulos ex tentationibus Christi à diabolo factis, nihil posse contra veritatem Evangelii evincere. Ceterum supponimus hic demonstratum diaboli existentiam et potestatem. Si quis autem plura de hoc arguento legere cupit, adeat Cl. Weissenbach, loc cit., q. 45, alias recentiores auctores, qui Semlerianorum hanc de re objections exponunt et disoluunt.

296. Queres VI: « Cur Christus Judæis signum aliquod potentibus, tam obscure et enigmaticè (Joan. 2, 19 et 21) responderit: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excita illud...* Ille autem dicebat de templo corporis sui; cum tamen in mundum venerit, tanquam orbis Magister ad illuminandum omnem hominem? » Hanc questionem proponit inter alia dubia sua anonymous ille scriptor, quem supra loco non uno ex instituto refutavimus. Verba ejusdem sunt ita querebunt: « Decetne, Deum obscure aut ambiguè loqui ad homines, qui jure veritatem ab eo requirebant, quia venit mundum docturus veritatem? » Resp.: Merito Jesus coram Judæis non clarius locutus est; quoniam eorum incredulitatem atque cordis nequitiam exploratam habebat. Malo enim animo Judæi illum interrogabant, et suo vito indigni erant, quibus veritas clarius aperiretur. Unde querit S. Chrysostomus, in caput 2 Joannis homil. 22, de hoc loco Scriptura disserens: *Quare dubitabitis non aperuit, se templum carnem suam appellare?* ac respondet: *Quoniam ipsis verbis fidem non adibnissent Judæi.* Ceterum illud Christi effatum propheticum fructu tamen non caruit; nam ut Evangelista mox, cap. 2, v. 22, addit: *Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli, quia hoc dicebat, et crediderunt Scripturæ, et sermoni, quem dixit Jesus.* Quod autem pertinaces Judæos attinet, licet coram eis divinus Magister

hoc loco non clarius locutus sit, tamen alii tot tanta coram eis operatus est, ut ii prorsus sint inexcusabiles. Unde Christus alibi, nempe Joan. 15, 24, ait: *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem et viderunt, et oderunt et nie et Patrem meum.*

207. Queres VII: « An verisimile sit quod, licet Christus (Math. 18, 21, et Luc. 18, 32 et 33) disci pulis suis claris verbis predixerit passionem et resurrectionem suam: *Exinde capit Jesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum... multa pati... et occidi, et tertius die resurgere.* Et: *Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur, et occident eum, et tertius die resurget;* tamen (ut Lucas, loc. cit. v. 35, addit) discipuli Iesu nihil horum intellexerint? » Ita denud objicit anonymous scriptor, contra quem quest. 5, præcedente num. 199, et scipiis alibi egimus. Nam inter alia ad D. Christopherum de Zaboesnic hunc in modum scripsit: « S. Matthæus ait, Jesum adhuc ante mortem suam Apostolus de sua passione, morte et resurrectione pluries edocuitse. Itaque haec sciverunt Apostoli. Addit Evangelista, quod idem ideò valde fuerint contrastati, et quod Petrus responderit: *Absit à te, Domine; non erit tibi hoc.* Quod est patens argumentum, Apostolis illa magistris sui verba perbenè intellexisse. SS. Marcus et Lucas id ipsum (nempè quod Christus Apostolos de sua passione, etc., edocuerit), testantur, sed addunt, eos nihil horum intellexisse. Profectò nescirem, unde me extricare, si Evangelistæ hic sibi contradixissent. » Ita ille.

Sed resp. nullum prorsus est periculum, ne Evangelista sibi metipsius contradixerint. Nam, ut Maldonatus optimè observat, verba illa Lucæ cap. 18, v. 54: *Et ipsi nihil horum intellexerunt, non ita accipienda sunt, quasi Christi verba non intellexerint, quibus significaverat, sc ad passionem et mortem progredi; sed ita ut passionis et mortis ejus mysterium non comprehenderent, neque cognoverint, passione ac morte sua Christum salutem universo hominum generi allatum. Si enim verba illa non intellexissent, non mirari fuissent, Christum animo tam alacri et resolute ire Jerosolymam ad instantem crucem et mortem, neque mortis periculum timuissent, prout tamen S. Marcus 10, 32, testatur his verbis: Erant autem ascendenties Jerosolymam; et præcedebat illos Jesus, et stupebant, et sequentes timebant. Quem textum interpretes, Cornel. à Lap., Tirin., Calmet, etc., hoc sensu exponunt, quod discepuli stupuerint tantum animi fervorem in Christo, quo ipsos præcessit in viâ Jerosolymam ad crucem et mortem sustinendam, et timidi secuti sint, quia meminerant sermonis ejus, quo se multa passurom dixerat à summis sacerdotibus et scribis, et occidendum, etc., metuentes ne ipsi cum Magistro suo eodem periculo involverentur. Igitur S. Lucas, dum loc. cit. ait: *Nihil horum (Apostoli) intellexerunt,* non negat, illos intellexisse grammaticalem sensum verborum, quibus Christus ipsis passionem et mortem suam prædixerat, sed solùm innuit, illos tunc necdum intellexisse mv-*

steriorum passionis et mortis Christi. Necdum enim tunc intelligebant, quomodo impossibilis et immortalis Divinitas Christi stare posset cum passione et morte unitate humanitatis; necdum tunc sciebant, quod redemptio humani generis per divinum decretum alligata esset passioni et morti Christi. Sic hoc ipsum mysterium ignotum erat Petro, dum dixit: *Absit à te, Domine; non erit ibi hoc*; quasi diceret: Passio et mors, quam predictis, non accidet tue humanitati. Id enim non patietur tua Divinitas. Unde Christus increpans Petrum, subiunxit: *Vade post me, Satana; scandalum es mihi, quia non sapis ea quae sunt Dei*, id est, nondum plene intelligis mysterium passionis et mortis meae, quod per eam redemptionem et salutem hominum meritum et procuratur sim.

Scholion: Scriptor anonymous, quem hic refutavimus, etiam in eo errat, quod in suo scripto supra à nobis recitato dicit, tam Marcum, quam Lucam addere, Apostolos *nihil horum intellexisse*; cùm tamen id addat solus Lucas, non verò Marcus.

208. Quæres VIII: «An Christus furtum aut rapinam commiserit, dum (Matth. 21, 1 et seqq.) duos discipulos misit in castellum, ut asinam ibi alligatum, et pullum cum eā solverent, et sibi adducerent? » Resp.: Affirmat id quidem auctor de *l'Histoire critique de Jésus-Christ*, pag. 206, ita scribens: *Ex iussu Jesu asina et pullum cum eā subripiebatur. Verum, ut Cl. Bullet ait, memoratus auctor hanc blasphemiam ex alio quodam deistā transcripsit, qui audacter asserit, Iesum Christum hæc occasione alienum bonum subduxisse, et discipulis suis exemplo fuisse, alienis hominis afferendi manus.*

Verum satis mirari nequeo horum incredolorum crassam ignorantiam, vel malitiam, aut utramque simul. Nam quis non omnino ruditus nescit Messiam Deum et Dominum omnium hæc absque alicuius injuria facere potuisse? Dein, quis vel leviter juris aut morum scientiâ imbutus ignorat, nec furtum, nec rapinam esse, si quis alterius re, Domino non invito, imò hoc conscientiè, uitetur? Atqui Jesus, quamvis tanquam Messias, Filius, Dei et Dominus omnium, jures summo asinâ illâ et pullo ejus uti potuisset, tamen, quia ejus providentia operatur uti fortiter, sic et suaviter, noluit invitus et non consentientibus iis, ad quæ juncta illa tanquam dominios aut possessores pertinebant, abduci; quare virtute Divinitatis sua, eorum infelix animos, ut solventibus Apostolis asinam cum pullo lubentes assententur, prout Marcus, 11, 4 et seqq., expressè testatur his verbis: *Et abeuntes (duo ex discipulis Christi) invenerunt pullum ligatum ante januam foris in bivio; et solvunt eum. Et quidam de illic stantibus (nempe domini hujus pulli, ut Lúcas, 19, 55, distinctè ait) dicebant illis: Quid facilis solventes pullum? Qui dixerint eis siccut præcepérat illis Jesus; nimirum Domino esse necessarium hunc pullum; et dimiserunt eis, hoc est, permisérunt pullum cum asinâ abduci*, prout Christus jam prævidit, et iisdem discipulis (1) claris verbis præ-

dixit. Plura de presenti questione inveniet studiosus lector apud Bulletum loc. cit.

209. Quæres IX: *An Christus, salvâ suâ sanctitate et sapientiâ, Judæ Iscarioti, sicut ceteris Apostolis, in canâ ultimâ corpus et sanguinem suum dare potuerit?* Resp.: Christus non solum id potuit, sed utrumque Judæ actu dedit. Atque haec sententia est communis, et in Ecclesiâ tam latinâ, quam græca teste Calmeto, recepta, ac ab Augustino, tract. 62 in Joan. Cypriano, sermone de Ablutione pedum, Cyrillo Jeros. catech. 13, Bernardo (1), Thomâ (2), aliisque quam plurimis asserta. Porro, quod haec sententia sapientie et sanctitati Christi nequam contraria sit, sic ostendo. Christus dans Jude Eucharistiam, malitiam hujus proditoris non intendit, sed duntaxat permisit; causas autem eam permittendi justissimas habuit, quales ab interpretibus communiter assignantur hæ duæ: 1° ut sacerdotibus exemplum daret, peccatores occulti; non esse à sumptione Eucharistiae expellendos; 2° ut omnem occasionem Judæ auferret male faciendo, quam assumere potuisset, si in aliquo ab aliis discipulis ante apertam ejus malitiam fuisse discretus, denegando ei Eucharistiam exteris datam; et sic exasperatur. Et profectò hanc utramque rationem assignat D. Thomas, locis modò citatis, his verbis: *Dicendum..... quod Christus corpus suum in canâ cum aliis discipulis Judæ dedit, ut nobis exemplum daret, quod peccatoribus occulti non essent sacramenta deneganda, et ut omnem occasionem ei auferret male faciendo, quam assumere potuisset, si in aliquo ab aliis discipulis ante apertam malitiam fuisse discretus.*

210. At dices I: Haec dute rationes solum valent ex supposito, quod Christus noluerit Judam sub alio praetextu, vel alio quoquacum denum modo à sumptione Eucharistiae renovere sine manifestatione ejus malitiarum; quod tamen facilimè facere potuisset, et, ut videtur, debuisset. Nam ut quidam ex adversariis inquit, *si aliquis sacerdos sciret, peccatorem aliquem occultum velle Eucharistiam accipere, posseque facile illum à mensâ (eucharistica) sine ullo peccati indicio removere, id debet facere, peccatoque gravi se obstringeret, si non removeret. Christus sciebat, Judam peccatorem esse occultum, et potuit eum facilimè à mensâ sine peccati ulla manifestatione depellere...* ergo credendum est, id fecisse, quod quilibet sacerdos facere modo debet. Verum resp.: Magna est disparitas inter Christum et alium quacunq; sacerdotem. Christus enim habuit rationes graves et justas permittendi indignam sumptionem Eucharistiae in Judâ, quas non habent alii sacerdotes. Nam 1° hæc ipsa prorectio Eucharistiae à Christo Judæ tam amoroſè facta, haud dubiè erat inter alia bene

scipulos ait: *Ite in castellum... et statim invenietis asinam alligatam, et pullum cum eā; solvite et adducite mihi; et si qui vobis aliquid dixerit, dicitis quia Dominus his opus habet; et confessum dimittet eos.* Vide etiam Marc. 11, 2 et 3.

(1) Sermone in Cœnâ, quæ incipit: *Panem Angustum.*

(2) 5 p., q. 81, a. 2; et in 4, distinct. 11, q. 5, a. 2; et in c. 15 Joan. lect. 3 et 4.

(1) Sic Christus Matth. 21, 2 et 3, ad duos illos di-

ficia, media et monita, ut Judas suam malam voluntatem mutet et convertatur; simulque ut Christus nobis esset exemplo, quanta charitate et longanimitate corrigen-
do proximo, etiam prævidamus, nostra monita et media alia nil profutura, debeamus insistere. Audia-
mus hæc de re loquentem, in Lue. c. 16, Chrysostomum : « Itaque cum (Christus) sciret, Judam non esse revocandum à proditio, non tamen cessavit, et assiduis consilis, monitis, beneficiis, minis, demùm omni doctrina specie à proditio retrahere... Hoc autem fecit nos instituens, ut etiam presecrariamur futurum, ut fratres non obtuperent, tamen quidquid in nostrâ fuerit facultate, prestemus... Vide autem quantu[m] assiduitate, quantum sapientia illum cohi-
buerit: *Unus vestrum me prodidit* est (Math. 26, 21). Ac rursus: *Non de omnibus loquer; novi quocele- gi* (Joan. 13, 18). Et: *Unus ex vobis diabolus est* (Joan. 6, 71). » 2º Addere poterat idem S. Pater etiam hoc beneficium, quod Christus Judee cum ceteris disci-
pulis dederit corpus et sanguinem suum; et reverâ id alibi, nempe serm. de Proditione Judee, addit, di-
cens: « *Cum manducant... et biberent, accepit (Chris- tust) panem et fregit, et dixit: Hoc est corpus meum...* » Et iterum: *Accepit calicem, et dixit: Hic est sanguis meus...* Et præsens Judas erat, ista Christo dicen-
te... O Christi misericordia, ô Judee dementia! Ille eum tringinta denariis paciscebatur, ut venderet, et Christus ei sanguinem, quem vendidit, offerebat, ut haberet remissionem peccatorum, si tamen im-
pius existere noluisse; nam affuit Judas, et illius sacrificii communicationem meruit, » etc. 3º Christus etiam ex hæc ratione sacrilegium Judee indignè sumentis Eucharistiam permettere potuit, ut tam hor- rendum sacrilegium, et brevi post secuta miserrima Judee mors omnibus posteris esset horro[rum] et terrori, ne simile facinus unquam attentare audeant. Ob has igitur aut alias causas Deo-Homini cognitas dictum Judee sacrilegium permitti potuit, et permisum est.

211. Dices II: Deus non est causa alii quod dete-
rior fiat; sed si Judas Eucharistiam à Christo accepisset, ex hoc factus esset deterior, qui sumendo peccasset; ergo Christus Eucharistiam ei non dedit. Resp. cum S. Thomâ, loc. cit. ad 2, dicente: *Christus non dedit causam nec occasionem Judee peccandi, sed (potius) peccatum evitandi ex mansuetudinis sue ostensione ad ipsum; sed ipse (Judas ex propriâ malitia) ex vitali medicinâ sumpsit periculum mortis.*

212. Dices III: Christus implevit quod mandavit; sed Math. 7, 6, mandaverat *sanctum non esse dan- dum canibus* ergo ipse non dedit Judee corpus suum sanctissimum. Resp. iterum cum S. Thomâ, loc. cit. ad 1, et dico quod, quamvis Judas in veritate canis esset, tamen non in manifesto, et iæde voluit (Christus) eum detegere coram discipulis, ne desperationem incurseret, et sic liberius peccaret. Addo ego: Neque etiam voluit Ju-
dam à mensa eucharistica sub alio pretextu, et non detectâ ejus malitia removere, sed ipsi dare Eucha-
ristiam ob rationes supra allegatas.

213. Dices IV: Christus prævidit Judam indignè

sumpturum Eucharistiam; ergo hanc ei dare non po-
tuit. Resp.: Conc. ant.; nego cons. Deus ab aeterno prævidit Judam Iscar. et alios reprobos suâ libertate et etiam gratiâ supernaturali abusuros in suam rui-
nam, et tamen haec dona illis dare potuit et dedit, ac salvâ suâ sanctitate et sapientiâ; ergo à pari. Item Christus Judam Iscariot. ad officium Apostolatus ele-
git, eti[am] præviderit hanc electionem horrendam Ju-
dae ingratisudinem, quâ Christum prodidit, consecu-
tarum; ergo pariter salvâ suâ sanctitate et sapientiâ Eucharistiam Judee dare potuit, etiam si Judam indi-
gnè hunc sacrum cibum sumpturum præviderit.

214. Queres X: *Quomodo textus Scripturæ, in qui bus Judas dicitur proditor* (Marc. 14, 10, et Lue. 6, 16) *Magistris sui, cum aliis textibus* (Isa. 53, 7; ad Galat. 2, 20; Joan. 10, 18, et 17, 10), *in quibus affirmatur ultra subiisse mortem, et pro nobis oblatas fuisse, concitari possint?* Hanc questionem movet, et preter alia dubia contra S. Scripturam congesta proponit anonymus ille scriptor, quem iam sepius supra refuta-
vimus. Ita enim inter alia inquit: *Scriptura narrat Judam prodidisse magistrum suum. Sed nemo proditur, nisi quâ se occulat. Verum, num Christus sese occulavit, aut mortem evitare studuit? Quomodo hoc concordat cum aliis Scripturæ locis, in quibus dicitur quod se sponte pro peccatis humani generis tanquam hostiam ad mortem obliterat?*

Resp. et dico: Evidem Christus Joan. 11, 53, ab illo die quo Iudei cogitaverunt eum interficere, jam non in palam (id est, liberè, aperè, publicè) ambulabat apud Iudeos. Quare? Non quasi detrectaret voluntatem Patris divini exequi moriendo pro genere humano, sed quia nondum venerata hora mortis ejus à Patre de-
creta; sicut ob eamdem rationem aliâs, cum Iudei tulerunt lapides, Joan. 8, 59, ut jacerent in eum... abscondit se, et evitavat a templo. Præterea fecit hoc ut nobis exemplum daret, per fugam periculi vitæ devitandi. Non enim venit in mundum duantaxat ut pro nobis moreretur, sed etiam ut nos verbo et exemplo doceret, orbis Magister et Doctor humani generis. Ita Cyrillus, Theoph., Origenes, Beda, Rupertus, et Augustinus, qui, in fin. tract. 49 in Joan., inquit: « Non quia potest tentia ejus defecerat, in quâ utique si vellet, et palam à Iudeis conversatur, et nihil ei facerent; sed in ho-
minis infirmitate vivendi exemplum discipulis mon-
strabat, in quo apparet, non esse peccatum, si si-
deles ejus, qui sunt membra ejus, oculis perse-
quantum se substraberent, et furorem sclerato-
rum latendo potius devitarent, quam se offerendo
magis accenderent. »

215. Queres XI: *An conveniens fuerit Deum majestatis incarnari, p[ro]ut, et tam ignominiosè, prout Evangelistæ narrant, in cruce mori?* — Resp.: Est hæc tam veterum quam recentiorum incredulorum, maximè deistarum, objectio, jam centiès à Patribus, interpre-
tibus et theologis (1) refutata, quibuscum dico: In-

(1) Hermann Goldhagen, p. 5 *Introduct.* in S. Scriptur. Weissenbach, p. 5 *Nov. Form. Theol. Bibl.*

carnatio, passio et mors Filii Dei naturalis non solum non fuit Deo inconveniens, sed potius positivè conveniens censesta est, nullumque ex vita, passionis et mortis Iesu Christi mysteriis ita obscurum et apparetur vili est, ut non aliquis inde Divinitatis radius traluceat. Sie, ut alia taceam, concipitur quidem in carne, sed de Spiritu sancto, sed de Virgine. In humili et obscuro loco nascitur; sed natum annuntiant Angeli, stella indicat, reges adorant, timet Herodes. Vivit pauper, per pagos et deserta circumiens; sed stupenda patrat miracula, inter que etiam erat cibatio plurium milium hominum in deserto. A militibus comprehenditur; sed eos una prius voce prostrerit, et quasi fulminatos humi affigit. Crucifigitur; sed sol obscuratur, et velum templi scinditur medium. Mortitur; sed insolitus terra motibus quatitur, petrae dissipantur, reserantur monumenta, et multa corpora sanctorum surgunt. Sepulcro conditur; at propriæ virtute resurgit, columque mortis ac inferni vitor consendet. Atque ita ut se Deum simul ac hominem probaret, mutuis veluti vicibus et Divinitas splendore suo humanitatem illustrabat, et humanitas obducto quasi velo Divinitatem occultabat.

Ceterum positive convenientia Incarnationis, passionis et mortis Christi ulterius ex eo evincitur, quia perfectiones divinae, omnipotentia, sapientia, justitia et misericordia specialiter ex illis mysteriis eluent. Omnipotentia quidem, cum duas naturas, perfectione infinitum distantes, divinam et humanam simul in una divini Verbi persona, intimo nexu, sine ullâ tamen confusione ac permixtione, sed salvis utriusque proprietatibus ita conjunxit, ut nec inferiorem consumat glorificatio, verba sunt S. Leonis, serm. 1 de Nativ., nec superiorum minuat assumptio. Dein sapientia, quoniam illa modum planè divinum adinvenit concilianda cum justitiae misericordiae, salvis atque illesis utriusque iuribus. Læsa enim per peccatum hominis erat Dei maiestas: debitam pro offensâ satisfactionem exigebat Justitia, illam præstare de suo homo reus non potuit. Periret ergo universum humanum genus? Id misericordia noluit. Stupendo itaque divinae sapientiae consilio Deus carnem induit, ut, cum Homo-Deus pro homine reo condignam exhiberet satisfactionem, et suum justitiae jus servaretur, et suus misericordiae locus remaneret. Atque ita factum est, inquit Ivo Caronensis, serm. 6, ut Deus nec peccatum hominis dimitteret inquitum, quia justus est, nec insanabile, quia misericors est.

Prater rationes hucusque allegatas, dantur complures aliae causæ, ob quas Deus Filium suum incarnari, pati et mori pro genere humano sapientissime voluit. Multæ à SS. Patribus commemorantur; aliquas annotasse sufficiat: 1^a Ut ostenderet infinitam charitatem suam erga nos, qui etiam proprio Filio suo non peperit; sed pro nobis omnibus tradidit illum, Rom. 8, 32, et ut tanto amoris excessu ad reciprocum

I. 1, quest. 2, l. 6, quest. 11 et 13. Et præsertim Anton. Zeigler in Dissertat. de Incarnatione Verbi, quest. 2, artic. 2, § 4, num. 47, 50.

amorem accenderemur. Ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis, Ephes. 5, 2. 2^a Ut ostenderet gravitatem peccati, ad quod delendum Deus tam gravem et inauditam satis factionem exigit. 3^a Ut Deus-Homo nobis esset exemplar profundissimæ humilitatis, patientie et ceterarum virtutum: Christus passus est pro nobis, vobis reliquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus, 4 Petr. 2, 21, et disceremus, in omnibus adversis humiliter et heroicè pati. Neque enim divinus Servator venit in mundum duxat, ut nos à peccato et inferno redimeret, sed etiam ut nos verbo et exemplo doceret, rectamque ad celum viam, quæ non alia est, nisi via crucis, monstraret.

216. Queres XII: Quomodo blasphemia Calvini dicentis, Christum quando (Matth. 27, 46) in cruce pendens clamavit... vox magnâ... Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? desperâsse, refutanda sit? Antequam respondeam, observo quod Calvinus haec esse Christi in cruce desperantis verba, hoc argumento probet, quia, inquit, oportuit Christum, in quem ira Dei hominibus debita effundebatur, omnes damnatorum poenas experiri, inter quas etiam est desperatio. Sed resp. 1^a: Ut Christus offenso Deo peccatis nostris condigne et superabundanter satisfaceret, necesse non erat, ut omnes damnatorum poenas experirentur; alijs etiam aeternitatem penarum, que damnatos continuò et tantoper affligit et premit, experiri debuissent. Quis ne illud quidem fuit necessarium, ut Christus tam magnam subiret penam, quam multi pro Christo martyres subierunt. Non enim magnitudo, vel multitudo penarum, sed conditio personæ satisfacientis placavit Deum. Quidquid enim Deus pateretur, tantum erat, ut offenso per peccata hominum Deo satisfaceret; ut theologi (1) in tractatu de Incarnatione ostendere solent. Resp. 2^a et dico, blasphemiam Calvini hic memoriam clidere seipsam. Si enim Christus in cruce desperavit, ergo peccavit peccato grandi; ergo ira Dei non satisfecit, sed magis eam accendit. Et quomodo Christus dici potest desperâsse in cruce, qui pauli post moriens clamavit: Pater, in manus tuas commendō spiritum meum, Luc. 23, 46. Quae profectio verba non sunt desperantia. Quare etiam verba illa: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? non ex impatientia, aut abjectâ spe erant orta, neque Christi humanitatem à Divinitate et unione hypostaticâ Verbi, aut etiam à gratia et amicitia Dei separatam indicabant; sed solum declarabat, quod Pater eum à morte jam instanti non eripiat, nec consolacione ullâ tam diram passionem, in carne et parte animæ inferiore mulcat, et mitiget, sed eum doloribus et tormentis meris cruciari permittat; ut ostendat, quam amara et acerba sit illi in cruce mors, et anime à corpore per tantos dolores extorsio, ac tam violenta partium amicarum separatio; sicut in Oliveto agouzans su-

(1) Vide Cl. Joseph. Widemann, tom. 3 Institut. theol. cap. 1, art. 4, §§ 48, 53. Vel quenvis alius orthodoxum theologum in tractat. de Incarnat.

dansque sanguinem, oravit : *Pater, si fieri potesi, transeat à me calix iste.* Ita S. Hieronymus, Chrysostom. Theophil. Euthynius, et passim exter. Vide etiam sermones 65 et 66 S. Leonis M., qui huc faciunt egregiè. Jure igitur meritò Maldonatus, unus ex celeberrimis interpretibus, confutato illo inhumano errore Calvin excludat hunc in modum : *Facessat igitur ista blasphemia ! Satis blasphemiarum à Judæis in cruce pendens Christus accepit. Opus non est, ut ab hereticis interpretibus ad dextram Patris sedens plures accipiant.* Adde, quòd dictam Calvini blasphemiam ipsi Hugo Grotius, et Gerardus Joannes Vossius, Calvinistarum doctissimi, aversentur.

Scholion. Cornelius à Lap. cum aliis interpretibus observat, quòd Christus in cruce continuè orans seque totum Deo in victimam offerens pro salute hominum, sub finem vite iam moriturus recitaverit psalmum 21, qui incipit : *Deus, Deus meus, respice in me ; quare me dereliquisti ?* quique totus est de passione Christi, ut nimurum (quemadmodum laudatus interpres ait) ostenderet, se esse illum ipsum, de quo psalmus ille agit, scilicet Messiam, ut scribæ et Judæi scrutentur et cognoscant causam, cur è cruce nolit descendere vel liberari, esse hanc, quòd ex Patris decreto morientum illi erat in cruce pro salute hominum. Hoc enim David psalmo illo prædictit.

217. Queres XIII : *An nou sit paradoxum et absurdum, quòd Deus ab homine offensus, loco satisfactionis exigerit passionem et mortem Dei-Hominis seu Christi, hoc est, ut ab hominibus (Judæis nempe et gentibus, seu romanis militibus) contemneretur et crucifigeretur ?* — Resp. : Scriptor anonymous, qui hoc objicit, et jam sepiùs supra à nobis est refutatus, laborat falso supposito, ac si nos Christiani diceremus, quòd Deus ab homine in satisfactionem peccatorum exigerit, ut ab ipso contemnatur, et crucifigatur. Hoc suppositum est falsum et blasphemum; quia Deus nullum peccatum in satisfactionem offensus aut offensus sibi illatarum exigere potest. Jam verò deicidium est unum ex gravissimis peccatis. Non igitur Deus exigit ab homine aut præcepit, ut Filium Dei seu Christum occidat; sed prævisà Judæorum obstinatà voluntate occidendi Christum, eam permisit, et voluit, ut Christus, cùm pataret et crucifigeretur, suam passionem et mortem pro redemptio generis humani Deo offerret. Eleganter hanc in rem S. Leo, serm. 16 de Passione Domini, ait : *Diversum et contrarium est id, quod in malignitate Judæorum est præcognitum, et quod in Christi passione est dispositum. Non inde processit voluntas interficiendi, unde moriendi; nec de uno extitit spiritu atrocitas sceleris, et tolerantia Redemptoris.* Aliud igitur est, quòd Deus offensus in satisfactionem ab homine offendente exigerit, ut Filium Dei contemnat, crucifigat et occidat; et aliud, quòd ab ipso Filio suo divino loco satisfactionis exigerit, ut suppositù aliundè malitia Judæorum voluntum ipsum occidere,nam mortem et passionem, Deo offensat pro redimento humano genere. Primum Pater divinus exigere non potuit, benè antem secundum, quia

sic Judeos ad deicidium non impulit, sed prævisa illorum malâ voluntate, eam ex sapientissimis finibus permisit, eaque ad obtinendam condignam pro peccatis humani generis satisfactionem simulque ad manifestandas præstantissimo modo perfectiones suas, omnipotentiam, justitiam, misericordiam, etc., ut supra, num. 213, ostensum est, usus est.

218. Instat idem anonymous scriptor, et quarit, an Deus non potuerit convenientiori modo opus redemptio generis humani exequi, quād ut una hominum pars eodem tempore, quo redemptio fiebat, peccaret? Judæi enim arguuntur sceleris, quòd Christum crucifixirint. At nisi hoc fecissent, nullus fuisset redemptor generis humani; quia Pater divinus non aliter in redemptionem generis humani consensit, nisi hac conditione, ut Filius divinus in satisfactionem pro peccatis hominum supplicium crucis, mortemque ipsam perficerat. Resp. : Evidem Judæi executi sunt, que divinus Pater aeterno consilio decrevit fieri, nempe pati et mori Christum ad humani generis redemptionem et salutem, juxta illud Actor. 4, 27 et 28 : *Convenerunt Judæi in cœitate istâ adversus sanctum puerum naum Jesum... facere, que manus tua, et consilium tuum decreverent fieri.* Nihilominus nec Judæi execusantur ab enormi scelere deicidii, nec Pater divinus fuit hujus auctor; quia illud non positivè voluit, nec prædefiniuit, aut Judæos ad hoc scelus impulit; sed tantum permisit, et illo permissu usus est ad opus redemptiois. Prævisis enim per præscientiam conditionatam perversis Judæorum voluntatibus et actibus, quòd scilicet Christum, si is vitia ipsorum carperet, occideret, decrevit Deus hoc Judæorum scelus permittere, et passionem ac mortem Christi voluntariè se tanquam hostiam pro peccatis totius mundi offerentis tanquam condignam et superabundantem satisfactionem acceptare; sieque redemptio generis humani per passionem et mortem Christi sapientissimè et sanctissimè à Deo decreta fuit, et dum Judæorum Christum crucifigentium *actio displicuit* extremè Deo, Christi tamen *passio* et inde resultans mundi redemptio, *grata fuit*.

219. Queres ultimò : *Quid demum ex omnibus hoc opusculo contra incredulos ad defendandam authentiam, divinitatem, et veritatem quatuor Evangeliorum dicit sit concludendum?* Resp. : Id concludendum, quòd deploranda sit cœcitas ei pervicacia incredulorum, qui ob textus intellectu difficile, aut apparenter solùm sibi oppositos sacra quatuor Evangelia antiquissimo universalis Ecclesie usu et iudicio, tanquam genuinum Dei verbum scriptum pridem recepta, nostris præcipue temporibus protervè rejiciunt. Ait quidem magnam eerni diversitatem inter hæc Evangelia, et sapè in uno de vitâ et gestis Iesu Christi aliquid legi, quod ab altero Evangelistâ omittitur. Verum quid veritati Evangelistarum obsit, quòd alius brevius, alius copiosius vitam Christi describat? Livius et Florus de eâdem Romanorum historiâ seriperunt; hic succinctè, ille fusi; habemus duo Dionis Cassii breviaria composita à Xiphilino et Theodosio; uterque narrat eventus principales; minùs principales refert alter, alter

omittit, nec inde veritas historica patitur. Cur ergo Evangelistis criminī detur, quod aliū plura, pauciora aliū commemoret? quod sileat qui scribendo alterum sequitur, que ab isto jam scripta intelligit? An non inde potius admirabile divini Spiritus consilium eluet, quo voluit ab istā qualicunque Evangelistarum in scribendo diversitate orbi patere, eos neutiquam ex condicto egisse, aut ad decipiendos lectores consiprassē; nam qui hoc propositum habent, sollicitè carent, ne disjuncta, aut ab altero, quocum conspirant, diversa loquantur. Ceterum varietas in narrando Evangelistarum paulò ante memorata non ex defectu sinceritatis aut veritatis, sed ex diversitate occasionis vel scopi, quem quisque Evangelista in scribendo respergit, promanavit; ut jam supra, sect. I, num. 17, ostensum est.

220. Sed instant identidem increduli dicentes, à quatuor Evangelistis non tantum diversa, sed omnino contradictionis scribi; plurimas enim in Evangelii occurserunt antilogias sive contradictiones. Resp.: Equidem vetus et usitata haec est incredulorum blasphemia, quibus, ut Cl. Weissenbach, loc. suprā cit., refert, etiam accinit D. de Voltaire in gravibus Disquisitionibus, quas Bolingbroke à se suppositas mirificè dilaudat ipsem, ubi inter alia de antilogiis istis ita loquitur: *Debet demum liber harmonie, sive consensus (Evangelistarum) scribi ad istam multitudinem adversantium sibi locorum utcumque conciliandam. Verum ex hoc ipso denuò manifesta est bona sinceraque SS. Evangelistarum fides; nunquam enim vel ad speciem seu apparenter contraria protulissent, si facta inter se conspiratione ad scribendam fictam historiam evangelicam se accinxissent. Noluerunt igitur fallere, nec ulrum communis iuter eos consilii aut conspirationis vestigium extat; sed potius singulari prececulunt modestiā, simplicitate et constanti sinceritate, non solum in narrandis iis, que ad gloriam magistri sui Christi, sed et ad ejusdem contemptum, aut ignominiam cederent, qualia sunt paupertas, opprobria, persecutio-nes, ipsunque, infame mortis genus ab eodem toleratum. Imò non potuerunt fallere Evangelistæ; quia scripserunt ea, que non tantum ipsi, sed et innumeris aliis viderunt, vel audierunt, queque coram ingenti hominum multitudine dicta et patrata sunt; scripserunt viventibus, et eorum scripta legentibus adhuc iis, qui à Christo sanitati restituti, dæmoniis liberati, à*

mortuis suscitati sunt, nemine auso horum scriptorum veritatem impugnare; denique scripserunt facta talia, que solerter examinare Judicorum et paganorum plurimū intercerat. Agebat enim de rebus summi ad ipsos momentū, nempe ut avitam religionem abjecerent, eamque cum novā prorsū stupendā, vitamine castigatissimam poscente commutarent.

Quid igitur improbus incredulorum, quo singulas Evangeliorum mitiitas excutunt, ut contradictionem aut absurdum vel unicum conquerant, quid, in qua n. prodit hic conatus, nisi quod magno exoptent studio à religionis suis affectionibus tam adversæ vinculis semet expedire, nec tamen possint unquam omni suo ingenio, nisi inanissimas argutias solidissime Evangeliorum veritati opponere; prout ex totâ hac nostrâ lucubratione abundè eluet? Fatemur ultrò, complures locos intellectu difficiles in Evangelii (sicut et in exteris S. Scripturæ libris) reperiiri, qui explicazione opus habent; at ausim sponsioem quamcumque facere, si vel unicum ostendere increduli possint, qui aut scriptoris Evangelici malam fidem, aut Evangeliorum (vel aliarum sacrarum Scripturarum) secum ipsis realem oppositionem evincat. Sola autem dictionum obscuritatis in monumentis tam antiquis hinc inde sese legentibus offendens eorum veritati officere nequam potest. Numquid enim documenta illa, ex quibus ab ævo in ævum profanae historicæ ab omnibus receptæ series contextur, apud sapientes omnes auctoritate indubitate pöllent; tametsi et ipsa plurimis obscuritatibus, et nobis quandoque vix solubilibus (1) implacentur, multumque insuper ab eâ ingenui indole veritatis absint, cuius characteres tam manifestos Scriptura sacra Christianorum ex omni parte ostentat? ut ipse Jacob. Rousseau (Emile) theista famosissimus facetur; quamvis brevi iterum à sapienti hâc crisi, ob mysteriorum humanæ ratione altiorum horrorem, que in S. Scripturâ proponuntur, velut in phrenesia recidat, et inveterato incredulitatis malo abripatur. Deus ab hoc modo nos preservet, et ut præservemur, ferventer et constanter oremus. Fides enim est donum Dei et lumen, quod non viribus naturalibus, sed auxilio supernaturali à Patre luminum suppliciter obtinere debemus.

(1) Idecō apud profanos quoquā innumeri extant, Commentarii in Homerum, Lucretium, Horatium, Juvenalem, etc.

Pars viii.

ACTA APOSTOLORUM ET EPISTOLÆ D. PAULI.

Isti (*Apostoli*) sunt LUX MUNDI, quia per ipsos lumen fidei et veræ scientiae primum Dominus hunc mundo tradidit, et ab errorum ac peccatorum tenebris gentes et populos eruit. (S. Augustinus, sermon. 42 de Sanctis.)

SECTIO PRIMA.

DE ACTIS APOSTOLORUM.

Acta Apostolorum capitibus viginti et octo Christi

in cœlos ascensionem, visibilem Spiritus S. missiōnen, nascentis Ecclesie christiane primordia, gesta Apostolorum (principiū D. Pauli) describunt. Autor

huius libri est S. Lucas, qui eum græco sermone conscripsit.

1. Quæres I. *Utrum Acta Apostolorum sint liber canonicus et divinæ auctoritatis?* — Resp. affirmativè. Id enim jam à nobis ostensum est P. 4 Scripture S. contra incredulos propugnatæ, sect. 1, Q. 1, ubi libros omnes, quos Tridentinum in Canone sacrorum librorum posuit, et inter quos etiam sunt Acta Apostolorum, canonicos atque divinos esse, probavimus. Porrò idipsum ulterius confirmatur ex eo, quia sancti Ecclesiæ Patres Actorum apostolieorum textus uti divinitus inspiratos semper &quæ laudaverunt, atque &quæ semper auctoritatem his Actis, ac aliis S. Scripturæ libris tribuerunt. Ad Acta enim Apostolorum appellat S. Clemens (1) tanquam ad divinam Scripturam; et S. Polycarpus, Epist. ad Philipp. n. 1, ut divinum laudat testimonium desumptum ex cap. 2, v. 24, Actorum apostolicorum. Apologistæ quoque christianæ religionis ad Acta Apostolorum, uti ad Scripturam divinitus inspiratam recurrerunt, quod fecit etiam S. Irenæus (2), sicuti omnes alii Patres ejusdem etatis, sequentiumque seculorum; quemadmodum ex S. Augustino nosse possumus, qui (3) de Actis Apostolorum inquit: *Actus Apostolorum testes sunt; ille liber canonicus omni anno in Ecclesiâ recitandus. Anniversariâ solemnitate post passionem Domini nostri illum librum recitari, ubi scriptum est, quomodo conversus sit Apostolus, et ex persecutore predicator facetus.* Et alibi (4) ait: *Actus Apostolorum liber est de Canone Scripturarum. Ipse liber incipit legi à dominicâ Paschæ, sicut se habet consuetudo Ecclesie.* Accedit testimonium Eusebii, ecclesiast. Hist., I. 3, cap. 4, ita loquentis: *Lucas.....duos nobis libros divinitus inspiratos reliquit. Alter eorum Evangelium est, quod quidem ita se prorsus exarasse testatur, prout ab ipsis verbis divini ministris, et qui ab initio Christum viderant, acceperat..... Alter liber inscribitur ACTUS APOSTOLORUM, quos ille non jam auditione acceptos, sed oculis suis spectato scriptis tradidit.* Et cap. 25 ejusdem libri, in quo agit de ipsis sacris Scripturis, quæ communi consensione omnium receptae sunt, ita habet: *Primo igitur colloquanda est sacra Evangeliorum quadriga, quam deinde consequuntur Actus Apostolorum.* Ex his omnibus non minus compertum est, Acta Apostolorum habere Lucam auctorem, quam usque à primis Ecclesiæ seculis fuisse librum auctoriæ.

Scholion. Etiam Dominus Thomas Stackhouse, scriptor licet acatholicus (5) prolixè demonstrat hæc duo: 1° Quod facta seu historiæ in Actis Apostolorum contentæ sint certissimæ. 2° Quod veritas christianæ religionis ex certitudine historiæ in illis Actis contentæ invictæ ostendatur. Primum demonstrat ex eo, quia Acta

(1) In suâ 4 Epist. ad Corinth. num. 8, et in fragmento 2 Epist. num. 4.

(2) L. 5 contra Hereses, cap. 42, atque alibi sœpè.

(5) In Joan. cap. 1 tractatu 6, num. 18.

(4) Sermone 315, num. 1, alias serm. 93, de diversis.

(5) In Defensione Biblicæ historiæ, et in ea fundatæ religionis, p. 8, cap. 5, § 50.

Apostolorum contiuent facta orbi notissima, quæ à viro (nempè à S. Lucâ), qui eorumdem accuratissimam notitiam habere potuit, conscripta sunt, quique ipsem rebus gestis, quæ scripsit, magnam partem presens aderat, qui præterea hæc Acta à se scripto exarata, in lucem publicam edidit et tempore, quo ubique plurimi testes superstites erant, qui ab eodem scriptam historiam ore tenus confirmare poterant. Ac denique, quia hic liber Actorum Apostolicorum ab omnibus Ecclesiis christianis tanquam divinus receperitus et agnitus est; unde historicæ veritas rerum gestarum, quæ in hoc libre describuntur, irrefragabilis est, et nullatenus negari potest. Secundum verò demonstrat, ceu necessarium consequens ex primo hunc in modum argumentans: Si res gestæ, quæ in Actis Apostolorum describuntur, vera sint, prout verissimas esse modò demonstratum est, hoc ipso etiam demonstratum est, nec amplius negari potest, quod Jesus, qui Jerosolymis crucifixus est, à mortuis surrexerit, et ad celos ascenderit; quod effuso super discipulos Spiritu S. die Pentecostes, iidem in Judeam, Samariam, etc., exierint, predicatori Evangelium; quod ubique docuerint, Jesum Nazarenum esse Filium Dei et promissum Messiam; quod doctrinam suam signis et miraculis, quæ nemo prudens negare potest, confirmaverint; ac proin quod veritas instituta à Christo religionis pariter sit certa et demonstrata; utpote cum in testimonium seu confirmationem falsæ religionis nullum verum miraculum fieri possit.

2. Quæres II: *Quomodo veritas ascensionis Christi in celum* (Actor. 1, 9), *et descensus Spiritus S. in die Pentecostes super Apostolos, è ratione, quâ in Actis Apostolorum (cap. 4) legitur, contra incredulos ostendenda sit?* — Resp.: De virtute ascensionis Christi in celum jam alibi, sect. 3, q. 19, n. 154, 157, à nobis actum est; veritas autem descensus Spiritus sancti super Apostolos in die Pentecostes sic ostenditur. Duo in illo eventu distinguuntur, signa scilicet, quibus manifestum se prebuit Spiritus S., et donum linguarum; atqui utrumque certum est.

Primò quidem signa, quibus Spiritus S. se manifestum exhibuit, certa sunt. Nam signa illa erant ventus vehemens, sonus, et dispertitæ linguae tanquam ignis, juxta illud, Act. 2, 1, 4: *Et cum completerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco; et factus est repente de celo sonus, tanquam adventientis spiritus vehementis, et replevit totam domum, ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ lingue tanquam ignis, sed itaque super singulos eorum.* Atqui concipi non potest non modò Apostolos, sed multos alios in eodem loco congregatos (1) gratis sibi fluxisse videre quod

(1) Tirinus, Comment. in Act. 2, 1, observat, tunc in eodem loco seu cornuculo congregatis fuisse centum et viginti Christianos, citaque hanc in rem SS. Cyriani et Chrysostomum, aliosque Patres. Quare inepitè et imperitè Beza restringit ad solos Apostolos hunc Spiritus S. adventum, ac ab eo excludit B. Virginem, ridetque pictores, qui eam pingunt in medio Apostolorum recipientem Spiritum sanctum, prout pariter contra Bezan observant Tirinus et Cornelius à Lap., Comment. in Act. 2, 1.

non videbant, et audire, quod non audiebant. Quis enim credat, sonum et ignem simul in quocumque praesentium cerebro efformatum et sola imaginatione confutum fuisse, praesertim ignem tali formâ, tali situ et loco? ergo imprimit certa sunt signa, quibus Spiritus S. in die Pentecostes Apostolis, aliisque in eodem loco congregatis se manifestum exhibuit, neque it à sua imaginatione decepti sunt.

Neque dicas, Apostolos quidem imaginatione suâ non fuisse deceptos, sed ad ipsius deceptum esse populum, in vulgus spargentes, se, cùm simul congregati essent, sonum de celo venientem audiisse, et linguis igneas supra ipsorum capita descendisse, ac dona Spiritus S. sese recepisse. Ne, inquam, hoc dicas. Contrarium enim patet ex totâ Apostolorum agendi ratione, quam post diem Pentecostes ad mortem usque servaverunt, quæ talis fuerat, ut nihil eorum, quæ præstiterunt, præstare potuerint, nisi divino Spiritu animati fuissent. Certè mutatio, quæ in die Pentecostes in Apostolis repente contigit, rem cunctam manifestè suadet. Postquam enim sonum è celo venientem audierunt, et ignis dispersitate lingua supra capita singulorum occidenter, repente alii ac antea evasere. Nam cùm metu et timore perculsi, simul in eâdem domo uniti antea manerent, statim ab illorum signorum visione alacres facti palam prodeunt, Christi resurrectionem omnibus confidenter annuntiant, et quâ adhortationibus, quâ suasionibus, etc., singulos adducere conantur ut in Christum credant. Tantum verò suâ prædicatione per orbem terrarum proficiunt, ut licet qui christianam religionem amplecti voluerint, aliud omniò diversum vitæ genus, atque illud quidem illecebris sensum omnino oppositum, sequi debuerint, tamen tum Judeorum, tum ethnicorum permulti eidem assensi sint.

3. At verò, quod discipuli Domini in die Pentecostes populum non fraudulerent decepti, ulterius invictè demonstrant ex dono linguarum. Ut enim hoc dono populum deceperint, debuissent persona adstantes sibi videri audire linguam, quam non audiebant, et quam discipuli Domini non loquebantur; atqui reputnat sensum tam universalis deceptio. Et certè hic agitur de gentibus, genii et regione longè dissitis, de gentibus exteris et valde remotis, ac consequenter, si discipuli eas decipere voluerint, multo tempore opus fuisset ad fraudem ordinandam; cùm tamen illi in die Pentecostes subito in publicum prodierint, dono linguarum instructi; prout patet ex Actorum cap. 2, v. 4 et seqq., ubi ita legimus: *Ei repleti sunt omnes Spiritu S., et caperunt loquì variis linguis, prout Spiritus S. dabit eloqu illis. Erant autem in Jerusalem habitantes Judai, viri religiosi ex omni natione, quæ sub calo est..... Faciat autem huc voce, convenit multitudo, et mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque linguâ suâ illos loquentes. Stupebant autem omnes et mirabantur diegentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt, et quomodo nos audiimus unusquisque linguâ suâ illos loquentes?* Stupebant autem omnes et mirabantur diegentes: *Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt, et quomodo nos audiimus unusquisque linguâ suâ illos loquentes? Parthi et Medi, et Elamiti, et qui habitant Mesopotamiam, Judæam et*

Cappadociam, Pontum et Asiam, Phrygiam et Pamphylian, Ægyptum et partes Lybiae, quæ est circa Cyrenen, et advenæ Romani, Judæi quoque et proselyti, Grecæ et Arabes, audiivimus eos loquentes nostris linguis magnitiae Dei. Stupebant autem omnes, et mirabantur ad invicem dicentes: Quidnam vult hoc esse? Ex hac ergo narratione manifestè constat, Apostolos post acceptum in die Pentecostes Spiritum S. multiplicia genera linguarum fuisse locutos, et hujus rei testes integras habuisse nationes; adeoque verum esse donum illud linguarum, in die Pentecostes cœlitus datum Apostolis.

4. Quares III: An verisimile sit, quod quidam Judæi, qui Apostolos in die Pentecostes peregrinis linguis loqui audiverunt, irridentes (Actor 2, 15) dixerint: *Quia musto pleni sunt isti; cùm tamen tempore Pentecostes, quod apud Judæos in mensem maium incidit, nullum adhuc mustum detur, sed vites primù florent?* Ita quidem testibus Cl. Bullet (Réponses critiques), et Weissenbach (Nov. Form. Theol. Bibl.), imperitè jocantur religionis hostes; sed ignorant, aut se ignorare simulant facilem, inò obvium ac naturalem illorum verborum sensum esse hunc: *Isti videntur hand secus agere et loqui, ac illi, qui musto se inebriarunt. Ubi vides, ebrietatem hoc sensu respici, non verò tempus seu mensem, quando vites florent. Hinc S. Petrus convicuum illud in Apostolos à quibusdam Judæis prolatum repellens, Act. 2, 15, admonuit: Non enim sicut vos astimatis, fū ebrii sunt, cùm sit hora dœi tertia; q. d.: horâ tertia ab ortu solis, quæ respondet nostræ nonne antimeridianæ, non solent homines ebrii concursare. Hunc sensum objecto sacro textui, attribui posse facile potuissent increduli cognoscere ex orthodoxis interpretibus. Audiamus Cornelium à Lap. qui incredulorum objectionem, de quâ hic agimus, pridem solvit aut præoccupavit his verbis, Comment. in Act.: *Musto pleni sunt isti. Hæc (illi irrisores) dixerunt in Pentecoste, puta in maio, cùm non sunt uva, ut ex eis mastum vinumque recens exprimi possit. Verum irridendo et sub sanuando hoc dicunt. Unde non curant congruè, sed maledicè loqui, q. d.: Isti videntur ebrii et insaniare, perinde ac si mustum bibissent.* Ita laudatus interpres. Tirinus verò, Comment. in hunc loc., adhuc aliam responsum dat, dicens vocem græcam γειτος quæ hic in textu græco (1) ponitur, etiam ommem succum dulcem significare, adeoque haud esse necessarium, ut cit. loc. intelligatur mustum propriè tale, et ex uvis recens expressum, sed solum aliquis liquor dulcis, et talem hic per vocem mustum in latínâ Vulgatâ significari. Sic quoque Bullet loc. cit. respondet cum Calmeto, Comment. in Act. observante, quod veteres artem nōn ita vinum parandi, ut dulcem potum anno toto præberet. Parabatur autem hic potus ex musto coacto, et ad certam quantitatem evaporatione redacto. Vel liquor erat ex uvâ dulcissimâ, et sole adustâ, ejus expressus succus aquâ et melle admis-*

(1) Notandum est, quod Acta Apost. originaliter græca scripta sint, prout ab initio hujus sectionis diximus.

cebatur; vel denique vinum erat, quod ne ebulliret prohibitum, nativam dulcedinem retinebat. Vide Plinius, lib. 14, cap. 9.

5. Queret IV : « Quomodo illud (Actor. 3, 21) : « Oportet cœlum suscipere Christum (h. e., susceptum et retinere) usque in tempora restitutionis omnium, concordat cum apparitione Christi D. Paulo (Actor 9, 5) et aut alius sancti hominibus in terris facta jam ante diem judicij extremi ac finem mundi, quo omnia restituentur? » — Resp. et dico, duplarem ac diversam esse sententiam et responsionem ad hanc proposuit questionem. Aliqui enim propter illa ipsa Actor. 3, 21, modò citata verba Scripturæ simpliciter negant, Christum, postquam in cœlum ascendit, unquam inde descendisse, putantque apparitiones illas Christi D. Paulo, aut alii sanctis hominibus factas, non reales, sed solum secundum imaginationemвидentium exitisse; vel fuisse quidem reales, non lament ipsius Christi, sed aliquicu Angelii corpus aereum assumptum, quod representaret Christum; sicut ante incarnationem (1) Verbum divinum Patribus in veteri Testamento sœpè apparuit non immediatè in se, sed operâ Angelorum Deum in corpore aereo representantium; vel denique admittunt, apparitiones illas fuisse reales ipsius Christi, cœlum tamen non relinquentes, sed in diversis locis replicati, sicut in Eucharistia sub diversis particulis consecratis simul existit.

Verum probabilior est sententia S. Thomæ (2), Suri (3), Cajet., Lorini, et Gasparis Sancti, qui censent, Christum modico tempore quandoque cœlum

(1) Hic notandum, quod multorum veterum opinio fuerit, Verbum seu Filium divinum à multis visum esse in veteri Testamento, ex gr. ab Abraham, Moyse, etc., non hoc sensu, quod Filium divinum non habeat eamdem cum Patre naturam divinam, que ex se invisibilis est, sed quod is, cum ab aeterno destinatus fuit, ad humani generis representationem, formam visibilem olim assumperit, in qua jam tum cum hominibus conversari incipiebat, non quidem alieni corpori aut omnino toti eidam nature humana (ut postea in incarnatione facta est) unitus unione vera, physica et hypothistica, sed duxerat in specie corporeo se ad tempus visibilem prehens; prout do nre SS. Cyprianus l. 2 contra Iudeos, cap. 5; S. Hilarius l. 5 de Trinitate, et S. Gregorius Nazian. tract. de Fide. Sed longè communior et priori preferenda est opposita sententia S. Hieronymi in cap. 4 ad Galatas, et S. Augustini l. 3 de Trinitate, ac aliorum, qui asservauit, illas in veteri Testamento apparitiones Dei factas esse per Angelos, qui corporibus assumptis Deum representabant, siue erant Deus representative et auctoritative, non vero personaliter. Unde, qui apparuit Moysi in rubro ardente et incombusco, dixitque Exod. 3, 6 : *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, etc.*, fuit Angelus iustus illud S. Stephani testimonium Actor. 7, 50 : *Apparuit illi (Moysi) in deserto monte Sina Angeli in igne flammæ rubi.* Item lex Moysis in monte Sina, teste D. Paulo ad Galatas 3, 19, per Angelos est ordinata, seu nomine Dei tradita et promulgata. Vide Melochium, Comment. in Exod. 20, 4; Calmetum, Comment. in Galat. 3, 19, aut alios interpres. Numirum Angelii sunt administratori spiritus, quorum ministerio Deus in executione voluntatis sue uti solet.

(2) In Summâ, p. 5, q. 57, a. 6 ad 3.

(3) Tom. 2, in p. 3 D. Thome, q. 58, sect. 4.

relinquere, ac reipsa descendisse ad Saulum convertendum, ad sanctissimam Matrem suam recipiendam in cœlum, aut ad alios sanctos solatio afficiendos. Hinc juxta hanc istorum auctorem verisimilorem sententiam verba illa : *Oportet cœlum suscipere Christum usque in tempora restitutionis omnium, solum indicant, quod Christus thronum gloriae sue in cœlo firmiter collocaerit, ita ut ex eo publicè, visibiliter coram omnibus, et cum solemní pompa non sit descensus, nisi in die judicij ultimi, neque ad longius tempus inter homines familiariter versaturus; cui non repugnat, quod invisibiliter, aut secreto et modo tempore quandoque descendat.* Quemadmodum enim, qui domicilium suum aliè transfert, ibi semper habitate et esse dicuntur, etiamsi aliquoties animi gratia, aut alias ob causas egreditur, quia ibi fixam habet et stabilem sedem; sic Christus, etiamsi, ex. gr., Virginis in cœlum assumenda, vel Saulo in viâ versus Damascum occurserit, non tamen idè cœlum reliquise dicendus est; quia non è fixo in cœlis domicilio in aliud stabile emigravit. Vide S. Thomam, Snavium, aliosve auctores supra citatos.

6. Queret V : *An æquum et christiane charitati conforme fuerit factum Petri* (Actor. cap. 5.) *adversus virum ceteroque probum Ananiam, et Saphiram ejus uxorem, quos èd solua de causa morte punivit, quod ex agri venditi prelio aliquam partem retineruerint absque praescita suo?* Ita queruluntur increduli, quibuscum teste Cl. Weissenbach loc. cit. concinit Voltarius. Sed resp. : Increduli talia objicientes egregie imitantur Porphyrium, philosophum Platonicum et acerrimum christiana religionis hostem, qui pariter olim accusabat D. Petrum scytiæ et credis, quod Ananiam injustè occiderit. Sed refutatus est à S. Hieronymo, epist. 8. Neque enim Apostolorum princeps, sed divina justitia Ananiam et Saphiram repentinâ morte percussit. Cur verò Deus tam horrendâ, tam inopinatâ morte illos è vivis sustulerit, non est nostrum curiosius inquirere. Communiter tamen Interpretes censem, id factum esse ad terrorem primæ Ecclesie, et inculcandam fidelibus debitam erga Apostolos sinceritatem et reverentiam; quamvis credibile sit, Ananiam et Saphiram tantum quod vitam temporalem sic esse punitos, non verò fuisse aeternum damnatos; sed ad reprehensionem Petri penitentes et contritos oblisces, prout Origenes, Pelus, aliique censem.

Corollarium. Increduli Deum ipsum criminantur, si hujus poenæ, upote divinitus (1) Ananiam et Saphiram

(1) Censem quidem Origenes, tract. 8 in Math. Ananiam jam gravi et inopinatâ Petri increpatione perculsum, ingenti pudore et rugore animam exhalasse; sicut de multis aliis legimus, quod nimis tristitia expiravit; quin et Plinius l. 7, cap. 53, testatur Diodomus quendam dialecticæ professorem pudore subito extinctum esse, èd quod lusoriam questionem non dissolvisset. At Cornelius à Lap. verius censem, Ananiam ad vocem Petri divinitus plaga letaliter percussum interisse. Fuit enim hac ejus mors non naturalis, sed peccati poena et plaga à Deo inficta. Unde Dionys. Carthus. ait, Ananiam et Saphiram secretè, occisis ab Angelo.

inflicte aequitatem suggillant. Porrò justissimam (ut ex dictis facile colligitur) Deus causam habuit, tam terrificam mortis pœnam illis infligendi. Nam ambo reos se fecerant turpis avaritiae, simulationis et fraudis, cùm fingerent, totum agri venditi pretium pià liberalitate à se afferri. Quare hanc tam absurdam fictionem pessimo tum temporis exemplo futuram noluit Deus impunitam relinquere; agebatur enim de constitutione religionis recens à Christo fundate; agebatur de Apostolorum auctoritate; agebatur de salute Fidei-
lum, qui in primâ illâ Ecclesiâ (ut communis interpretum sententia est) voto pauperatatis ultrò se obstringebant. Igitur ad commune religionis bonum maximè intererat Apostolorum auctoritatem et fidelium sinceritatem terribiliter etiam pœna exemplo in ipsis Ecclesiæ primordiis stabilire, ut novi Christiani misericordiam Dei simul et justitiam disserent. *Et factus est timor magnus in universâ Ecclesiâ, et in omnes qui audierunt hæc;* prout Scriptura Act. 5, 11, enarrato illo terribili eventu, expressè testatur.

7. Quæres VI : *Quomodo Gamaliel (Actor 5, 36) tumultum à Theodâ (ab aliis vocatur Theudas) excitatum narrare potuerit; cum tamen teste Josepho (l. 20 Antiq. c. 2) Theudas primum post multos annos ab habitu Gamalielis sermone tumultum excitaverit?* Ita per ironiam querunt, et librum Actorum Apost. falsitatis arguere non verentur S. Scripturæ irrisorès. Sed hunc incredulorum cavillum refutant Cornelius à Lap. Calmet, etc., Comment. in Actor. 5, 36. Quibuscum resp. et dico, incredulos ita objicentes nisi falso supposito, scilicet Theodam seu Theudam, de quo Gamaliel Actor. cap. 5, loquitur, et Theodam, cuius Josephus, loc. cit., meminit, esse unam eamdemque personam.¹ Ast oppositum inde patet, quia Theudas, de quo Josephus disserit, teste hoc ipso scriptore, loc. cit., extitit sub Cuspio Fado, præside Judæ, id est, anno quarto Claudii Cesaris: Gamaliel autem suam illam orationem seu sermonem habuit anno 54 Christi, qui fuit annus 18 Tiberii Cæsaris; cui dein successit Caius Caigula, Caio Claudius, prout Cornelius à Lap. loc. cit. observat. Alius ergo fuit Theudas, de quo Josephus loquitur; ut Cornelius à Lap. Tirinus, Menochius, Calmet aliique interpretes passim docent. Fortè Josephi Theudas filius vel nepos fuit Theodâ Gamalielis, volens rebellionem patris vel avi sui sopitam resuscitare, simulque ejusdem necem ueliscere; prout Cornelius à Lap., Tirinus, et Menochius non vanè suscipiantur.

Scholion I. Nostræ explicationi non obest, quod juxta eam Josephus non meminerit Theudam Gamalielis. Aliunde enim notum est, quod Josephus non omnia facta, que usque ad sua tempora continguerunt, et in S. Scripturâ commemorantur, recenseat. Fors etiam idè tumultum Theudæ, cuius Gamaliel meminuit, silentio præterit, quia non nisi quadrungintos circiter viros, ut Act. 5, 36, dicitur, secum traxit, sicut Josepho minor videbatur, quâm ut veniret in memoriam posteritatis; quam observationem etiam Calmetus loc. cit. facit.

Scholion II. Eliamsi testimonium Joseph. Jud. cum narratione S. Luca in Actis Apost. loc. cit. conciliari non posset (quod tamen juxta dicta non ita est); reverentia tamen verbo Dei scripto debita postulat, ut potius credamus S. Scripturæ, quâm narrationi Josephi, hominis fallibilis, cuius scripta multis erroribus infecta sunt. Vide Henricum Schüz, et autores ab eo citatos in Commentario critico de scriptis et scriptoribus historicis, verbo : *Josephus Flavius*, edit. Ingolst. et Monach. anno MDCCLXI.

8. Quæres VII : *Quomodo id quod (Actor. 7, 2) dicitur Deus apparuit Abrahæ, cum esset in Mesopotamiâ, priusquam moraretur in Charan, concordet cum v. 4 loc. cit., ubi dicitur, quod Abraham non ex Mesopotamiâ, sed ex terrâ Chaldaeorum eductus sit?* Resp. S. Stephanus, Actor. 7, 2; latè accipit Mesopotamiam pro omni regione, que est trans Euphratēm. Opponit enim eam terrâ Chanaan Iudeis promissa, que se extendebat usque ad Euphratēm, iuxta limites à Deo Deut. 11, 24, statutos; quare sub Mesopotamiâ hic comprehendit Chaldaam. Mesopotamia enim provincia quedam est inter duo flumina Tigrim et Euphratēm. In eâ pars quedam ad Chaldean pertinet, illa nempe, qua spectat ad septentrionem; pars alia, qua Syria vicinior est, et ad austrum vergit, extra Chaldaam est, que communiter in Scripturâ dicitur Mesopotamia Syriae. Cum igitur Abraham esset in terrâ nativitatis suæ, id est in Ur Chaldaeorum, inde egredi jussus est : *Exi de terrâ tuâ,.... et veni in terram quam monstrarō tibi. Tunc exi de terrâ Chaldaeorum, et habitavī in Charan*, Act. 7, 3 et 4. Porrò Charan sive Harran sunt Charræ, que fuit urbs Parthiorum, sita in fluminibus Mesopotamia versus terram Chanaan, iuxta quam cæsus est M. Crassus à Parthis, de quo Luca-nus, lib. 1 de Bell. civili :

Assyrias latio maculavit sanguine Charras.

9. Quæres VIII : *An S. Stephanus (Act. 7, 5) dicens : Et non dedit (Deus Abrahamo) hereditatem in eâ (h. e., in Chanaan), nec passum pedis, non contradicit libro Genesis (cap. 23, 17 et 18), ubi narratur, quod Abrahæ in possessionem datus sit Ager Ephronis cum speluncâ duplice, pro pretio quadrungintorum sacerdotum?* Resp. : Nulla hic est contradictione. Nam S. Stephanus tantum dicit, nullam ei hereditatem datam à Domino, eo scilicet modo, quo eius posteris Deus dedit terram Chanaan iuxta promissionem suam; atqui hoc omnino verum est. Agrum enim illum non dedit ei Deus, sed pretio suo eum comparavit Abraham. Dein non possedit agrum illum quasi hereditatem, scilicet, ut vivus eam quasi preedium coleret, sed ut sepulturam, in qua mortua uxor sua Sara quiesceret. Sepulcrum enim non est hereditas, nec domus vel ager vivorum, sed pothū crypta subterranea mortuorum. Quomodo vero Abraham, Isaac, et Jacob, in terrâ promissionis habitaverint, tanquam in regione peregrinâ in casulis suis, docet Paulus Hebr. c. 11.

10. Quæres IX : *(Act. 12, 8) Angelus ad D. Petrum dicat : Calcea te caligas tuas; cum tanen ueno-*

• caligas calceare soleat? » Nego suppositum, quòd calige hic tibialis aut femoralia significant. Veteres enim Hebrei, Graeci et Romani tibialis non utebantur, nec femoralibus, nū Cornelius à Lap., Comment. in Act. et in Habacuc observat. Non igitur tibialis aut femoralia, sed sandalia hic per caligas significantur. Imò textus græcus habet: ὅτοδησαι τὰ πεντάλια σου, subliga sandalia tua, id est, indue et adstringe soleas vel calceos tuos. Caliga enim à ligando calce sic dicta, quasi calciliga, Latinis olim calcenum vel sandalium, seu soleam designabat, inquit Salmeron et omnes erudit.

11. Quares X : « Quomodò illud (Actor. 12, 17) : « *Nuntiat Jacobo*, concilietur cum v. 2 (ibidem) ubi dicitur, Jacobum fuisse occisum gladio? » Resp. : Facile est, concordiam inter hos duos versus ostendere. Nam primo loco sermo est de Jacobo Alphæi, qui etiam dicitur Jacobus Minor, eratque Jerosolymorum episcopus; altero loco intelligitur Jacobus Major, qui erat Zebedæi filius, fuitque gladio occisus.

12. Quares XI : « An Paulus (Actor. 16, 3) licet circumciditer Timotheum, etiamsi (Actor. cap. 15) Apostoli pleno concilio definierint, legem circumcisitionis non obligare gentes ad Christum conversas? » Apostoli cit. loc. tantum definierunt, circumcisionem non esse necessariam, non autem declararunt eam jam esse illicitam. Cùm igitur circumcisione aliqua legalia Mosaica tunc nondùm fuerint prohibita, quamvis non amplius fuerint necessaria (sive, ut theologi loquuntur, cùm nondùm fuerint mortifera, licet jam essent mortua), citra peccatum Paulus potuit circumcidere Timotheum, habuitque gravem causam id faciendo, ne offendetur Judæos, qui sciebant Timotheum nondùm esse circumcisionem, eò quòd patrem gentilem haberet, licet et Judæa matre natus sit.

Dices : Paulus Galat. 2, 5, Titum pariter gentilem non voluit circumcidere, et alibi 1 Cor. 7, 18, expressè dicit. *In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur*, hoc est, si quis ex gentilismo ad Christianismum vocatur, non est circumcidendus; ergo dám Timotheum circumcidit, sibi metipsi sua doctrina sua contradixit. Resp. : Nulla hic est contradictione. Nam pro varietate circumstantiarum Paulus prudenter et recte fecit, Timotheum circumcidendo, Titum verò non circumcidendo. Nimirum Timotheum circumcidit, quia, ut antea dixi, circumcisione tunc nondùm erat prohibita, et ex altera parte id, ac Judæos sibi et socio suo Timotheo demerendos, sicut ad Christum facilius traducendos utile esse poterat. Titum verò, quem Judæi ad circumcisionem volebant compellere, noluit circumcidere, quia docebant, circumcisionem esse omnino necessariam. Similiter, quando Paulus, loc. cit., ad Corinthios ait, gentilem non esse circumcidendum, tantum vult circumcisionem gentilium non esse necessariam ad salutem, quamvis tunc adhuc fuerit licita. Loquitur nimirum Paulus de suo tempore, quo ceremoniae judæicae jam quidem mortua erant, hoc est, non amplius obligabant, sed nequid erant mortiferæ seu

illicitæ, ut paulò post facte sunt, inquit S. Ambrosius et S. Anselmus, teste Tirinus, Comment. in 1 Cor.

13. Quares XII : « Quomodò sine contradictione (Act. 18, 18) de Paulo dici possit : Qui sibi totone crat in Cenchris caput : habebat enim votum, nempe Nazareatus; cum tamen tali voto obligatis prohibiti sum fuerit, tondere caput, sicut et vinum bibere? » Resp. : Duo erant genera Nazaræorum. Quidam enim perpetuo se obligabant voto, ita ut nunquam aut tenderent caput, aut vinum biberent, qualis erat Samson. Alii verò solùm temporario se obligabant voto, quo expleto ipsis liberum erat communem cum aliis vitam agere; debebant, tamen expleto hoc voto, adire templum Jerosolymitanum, tondere comam, Deoque sacrificia, Num. c. 6, statuta offerre. Tali ergo voto temporario se obstrinxit Paulus vel ante conversionem suam quo tempore fideles insectari coepit, pro felici suspecta provincie exitu, ut putat Gaspar Sanctius; ve? probabilitus post conversionem suam, ut Judæos et Iudeo-Christians sibi quasi legalia Mosaica contemnenti offensos deliniret; ut censem Tirinus, Cornelius à Lap., atque. Quia autem tempus huic voto prescriptum finiebatur, cum Sanctus Paulus procul esset à Palestina, in Cenchris prope Corinthum sibi capillos totondit, antequam navem consideraret, in Jerosolymitanō templo absoluturus quidquid ad votum suum pertinebat, et sua sacrificia oblaturus. Cæterum, deinde hic observandum, quòd S. Paulus hoc voto emittendoet implendo non peccaverit, quia legalia Mosaica tunc adhuc erant licita.

Scholion. Lex Mosaica fuit mortua seu coepit abrogari, et desit esse necessaria in die Pentecostes, quo lex nova seu evangelica coepit obligare; quo autem determinato tempore lex illa vetus facta sit mortifera, est incertum; communiter tamen dicunt, coepisse mortiferam esse quadragesima circiter anno à Christi morte, id est, circa tempus excidii Jerosolymæ sub Tito et Vespasiano. Vide Cl. Joseph Monschein (1), aut alios theologos hæc de re agentes.

14. Quares XIII : « An auctor de la Philosophie de l'Histoire rectè dicat, à D. Paulo (Actor. 17, 28) Aratum poetam ethnicum vocari prophetam? » Antequam respondeam, observo, teste Cl. Bullet memoratum auctorem temerè, et absque ullo fundamento asserere, quòd D. Paulus loc. cit. Aratum poetam fecerit prophetam, dicens : *In ipso enim* (nempe in Deo) *vivimus, et movemur, et sumus; sicut et quidam vestrum poetarum dixerunt*: *Ipsius enim et genus sumus*. Ubi notandum, quòd Aratus antiquus et celebris poeta, patria Solensis, non longè à Tarso, ac proinde Pauli penè concivis, cùm in suis versibus dixisset, à Jove principiū omnium, et omnia Jovis plena esse, etc., subdit verba illa à Paulo hic citata. *Ipsius enim et genus sumus*.

Verum falsissimum est, quòd Paulus haec poetam appeleret aut asserat fuisse prophetam. Nam tam in

(1) In Theol. dogmat. speculat. tract. 5 de Legibus, etc., num. 110 et 125.

Vulgatā nostrā latinā, quād in textu grēco (1) loc. cit., solum dicitur, *quidam vestrorum poetarum*, non autem *quidam vestrorum prophetarum*.

Neque oponas alium quendam auctorem, qui aduersarii, contra quem hic agimus, errorem ex eo tueri conatus est, quia D. Paulus ad Tit. 1, 42, Epimenidem, qui pariter ethnicus poeta erat, expressè appellat prophetam, ne, inquam, hoc dicas; nam ibidem ex ipsis verbis Pauli patet, quod non ex mente suā, sed secundūm opinionem Creteñum, quam de suo populari habebant, loquatur. Textus enim objectus ita sonat: *Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Creteñes semper mendaces, etc.* Sic Christianus, si de Turvis loquens, diceret: « Mahomet proprius ipsorum propheta hoc docet », idēq; nequaquam crēderet, nec assereret Mahometam esse verum prophetam.

Scholion. Juvat hīc addere verba Menochi, qui de hoc ultimo loco Scripturę (nempe ad Titum, cap. 1, v. 2) ita ait: *Vocat (Apostolus) Epimenidem prophētam, vel quia à suis habitus est propheta, teste Laertio; vel quia omnes poetæ vates appellantur; vel quia scripsit librum de Oraculis; vel tandem propheta dicitur, quia scripsit vitia naturalia gentis sue, quod perinde est ac posteriorum vitia prædicere, quia virtus nata parentum fere in posteris derivantur.*

45. Quæres XIV: « Quomodo illud (Actor. 19, 9 et 10): Segregavit (Paulus) discipulos quotidie disputans in scholā tyrranni cuiusdam. Hoc autem factum est per biennium, conciliari possit cum aliis Scripturæ loco (Actor. 20, 3), ubi immunit id factum esse per triennium? Dein quid Paulo cum tyrrano? Quid tyrranno cum scholā? » Dicitur Paulus disputasse in scholā, hoc est, in aulā, porticu vel loco honestiore, in quo otii seu quietis causā secedi solebat. Nam ἐρῶνται, seu schola, teste Brissonio, lib. 17 de Verbor. Significat., derivatur à ἐρῶνται, id est, otior, quiesco; eō quod litteræ otium poscent, et quidem, cùm studiosi et scholares exteris rebus omissionis, toti debeant vacare liberalibus studiis. Porrò, quod attinet illa sacri textūs verba addita: *Tyrranni enjusdam, non una est omnium expositio.* Arias et Mariana volunt hoc esse nonen proprium viri cuiusdam Ephesini, quibus faveat textus syrus, qui ita habet: *In scholā viri cuiusdam nomine Tournamus.* Sed alii vocem *Tyrranni* ut appellatum accipiunt pro principe, primate vel ex sanguine regio oriundo. Vox enim hæc primitus regibus, dein iis qui potestate regiæ pollebant, denique illis qui hæc potestate abutentes in populum sevient, attribuebatur. Videatur autem Paulus dominum talis principis delegisse, ut ejusdem potentia et auctoritate contra Juðæorum audaciāe se suosque tueretur. Hesit hic Apostolus toto biennio, cui si adjungas trimestre v. 8, repertis triennium incompletè. Unde Paulus cum veritate ad maiores natu Ecclesie Ephesinae dicere potuit: *Quoniam per triennium* (id est, in tertium an-

num, seu per triennium incompletum) nocte et die non cessavi, cum lacrymis monens unumq; nemque vestrum. Eālē m̄ de causa Baronius rectè docet Ephesinam Ecclesiā primūs non à S. Joanne Evang., sed à S. Paulo fundatam esse.

16. Quæres XV: *An ex iis que (Actor. 19, 24 et seqq.) narrantur, increduli merito concludant, Paulum et Apostolos ex humano timore idolatriæ non resistisse?* Antequam respondam, observo Judæum Isaac Orobio, apud Phil. à Limborch in amicā Collatione cum eruditō Judæo, asserere, Paulum loc. cit. ex humano timore non fuisse ausum, cultui imaginum falsorum deorum sese opponere. Et comes de Schafesbury (Charakteristik, vol. 3, pag. 86) innuit, Paulum ejusque socios saltem contentos fuisse seu acquievisse iis quæ scriba ethnicus de cultu Diana, à Paulo ejusque comitibus nullis blasphemis in honore, loc. cit. dixerat. Verum, si factum Pauli et sociorum ejus, quod ibidem narratur, ritè expendatur, nulla inde idolatriæ approbatio, aut pusillanimis, damnabilisque neglectus defendendi causam vere religionis evinci poterit. Excitavit nimis Demetrius argenterius gravem seditionem adversus Paulum, eum incusans, quod homines avertat à cultu deorum cum periculo, ne hæc ratione etiam cultus Diana Ephesina et ejus templi intereat. Ad sedandum autem hunc tumultum, quidam scriba (1) ad turbas dixit Act. 19, v. 55 et seq.: Viri Ephesii, quis enim est hominum, qui nescit Ephesiorum civitatem cultricem esse magnæ Dianae Jovisque prolis? Cùm ergo his contradic non possit, oportet vos sedatos esse... Adduxisti enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram. Ex his tamen ultimis scribæ verbis inferri nequit, Paulum non fuisse ausum, Diana aut aliorum falsorum deorum imagines et idola impugnare. Contrarium enim satis clare indicant ipsius Demetrii verba ibid., ad opifices, quos convocavit, dicentes: *Videtis et auditis, quia non solum Ephesi, sed penè totius Asiae, Paulus hic studens avertit multum turbam, dicens: Quoniam non sunt dii, qui manibus sunt. Sic autem magna Diana templum in nihilum reputabitur, sed et destrui incipiet majestas ejus, quam tota Asia et orbis colit.*

Itaque cum S. Chrysostomo (2), Cornelio à Lap., aliquis interpretibus dico, scribam illum, quandō ad tumultuantे Ephesios dixit, Paulum ejusque comites non blasphemasse Dianam Ephesiorum deam, fuisse officiosè mentitus ad sedandum tumultum. Paulus enim, ut ex modō citatis verbis Demetrii argenteri

(1) Scriba hic fuit secretarius civitatis, vel consiliarius magistratus. Unde græcè vocatur ἡγομένης, legis doctor, qui iura civitatis callet et tuctur, ac in irragistratum informat et dirigit. Textus syriacus veitit Princeps civitatis. Exterius quanvis si fuerit homo genitilis ut ex contextu facilè colligatur, Paulo tamen favebat, cīque fuit amicus et benevolus, ut Cornelius à Lap., Comment. in Actor. 19, 35, rectè observarat.

(2) Homil. 42 in Acta Apost., ubi post citata illa verba Act. 19, 37: Adduxisti enim homines istos... neque blasphemantes deam vestram, S. Pater subdit: *Hoc igitur totum mendacium est. Ita autem ad pupillum sedandum (scriba) dicebat.*

(1) Textus grēcus loc. cit. cum nostrā Vulgatā latīna consentit, his verbis: ὥστε καὶ τινὲς τῶν καθ ὅραστων εἶπον, hoc est, sicut et quidam vestrorum poetarum dixerunt, etc.

haud obscurè colligitur, docuit Dianam non esse deam, sed idolum iuane et fictum; quod apud Ephesios erat insignis blasphemia. Hoc tamen Cornelius à Lap. observat et admittit, quòd S. Paulus non eo sensu Dianam blasphemaverit, quasi cum convicis et maledictis prosciderit, sed pro insigni modestiâ suâ nudam veritatem, quòd illa non sit dea, dixerit, et detexerit, sine additis aliis in falsum illud numen maledictis, quibus Ephesiorum animos potius exacerbasset, quâm ad amplectendam Christi fidem dispuisset.

Dices: *Hoc ipso, quòd Paulus, sedato tumultu, non perrexit idolorum, et præsertim Diana cultum publicè impugnare et detestari, sed Epheso discessit, et profecus est, ut iret in Macedoniam*, Act. 20, 1, censendum est, id ex timore humano fecisse, nec ausum esse, Dei causam contra idololatras Ephesios defendere; ergo manet argumentum. Resp.: Neg. ant., et dico Paulum non ex timore humano, sed sapienter omniniò cessisse furori Demetrii et argentariorum, ne in Christianos omnes insurgerent, eosque mactarent; se verò alii proximis ac laboribus apostolicis hâc ratione reservavit; fermè sicut S. Athanasius, sciens se unum quâri arianis, ac in suo capite veritatem Christianam de homousio, prudenter ubique fugâ se subduxit, vitâisque penè omnem in exilio et latebris egit; ac fugiendo, hostium furorem fregit et se peravit. Et nunquid Christus ipse, Luc. 4, 30, cùm vellent cum de monte precipitare, *transiti per medium illorum?* Numquid ad Apostolos suos, Matth. 10, 4, ait: *Quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros; exevente foras de domo, vel civitate, excutie pulvorem de pedibus vestris?* Cæterum, quòd D. Paulus non ex humano timore, Epheso discesserit, aut ex pusillanimitate causam Dei prodiderit, satis inde liquet, quia exorto Ephesi memorato tumultu, *voluit intrare in populum*, hoc est, in populi furentis turbam, eam nimis rûm vel sedaturos, pro Christo occubuituros. Sed non permiserunt discipuli. *Quidam autem et de Asia principibus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum, rogantes, ne se daret in theatrum.* Atque hoc consilium sapienter omnino et laudabiliter secutus est Paulus, prout rectè observat S. Chrisostomus, homil. 7 de Laudibus S. Pauli. Postquam enim intrepidam Apostoli animi magnitudinem in exequendo munero suo apostolico præclaris laudibus extulit, subdit hæc verba: *Hoc verò majore quoque admirratione dignum est, quòd cùm (Apostolus gentium) tam esset audax, ac velut ad pugnam semper accinctus et ignem quemdam belli conspirans; ita rursus placabilem se præbebat magistris, ut nuncquam in eo, vel in tanto illo impetu alacritatis offenderet.* Itaque..... suaserunt, ne in theatrum ingredereetur; et cessit. Porrò hæc de re etiam videri possunt Lorinus et Cornelius à Lap., Comment. in Act.

17. Quæres XVI: « Quomodo illud Pauli effatum (Actor. 20, 22): *Alligatus Spiritu* (id est, à Spiritu S. impulsu) *vado in Jerusalem*, consiliari possit cum illis verbis (Actor. 21, 4): *Discipuli per Spiritum dicebant Paulo, ne ascenderet Jerosolymum.*

Quomodo ista explicari possunt, qm̄ admittatur, à Spiritu S. sibi meti ipsi contradixisse? » Resp.: Hand difficulter hi duo textus explicari et inter se conciliari possunt. Nam sensus secundi textus non est, quòd discipuli ex impulse Spiritus S. dissuaserint Paulo ascensum Jerosolymam; sed quòd ex illustratione Spiritus S. agnoscentes, quòd si Paulus Jerosolymam ascenderet, ibi persecutions sustineret, eidem compassi fuerint, et ex compassione humana ascensum hunc dissuaserint. Interdùm enim Propheta prævidet quidem vera, sed fallitur in eo, quod inde deducit. Distinguenda ergo sunt ea que per discipulos illos Spiritus S. dicebat, ab illis que ipsi spiritu suo humano asserebant. Ita hunc locum explicant Lorinus, Calmet, et alii.

18. Quæres XVII: « Quis sit ille Evangelista, Philippus nomine, de quo (Actor. 21, 8) dicitur: *Et intrantes domum Philippi Evangeliste, qui erat unus de septem, mansimus apud eum;* aut num iste sit quintus Evangelista? » Philippus iste erat unus de septem diaconis primis, et obtinuit nomen *Evangeliste*, non quòd Evangelium scripserit, sicut fecerunt Mattheus, Marcus, Lucas et Joannes, sed quòd illud primus in Samariâ predicaverit. Sic etiam S. Paulus; hortatur Timotheum, ut Evangelista munera fungatur, dicens: *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ ministerium tuum imple.*

19. Quæres XVIII: « An apud Romanos *tribunus et cohortis*, prout (Actor. 21, 31) legitur, datus fuerit? » Resp. affirmativè. Quamvis enim, teste Cl. Bullet, tom. I, pag. 462, id negare audeat auctor des *Questions sur l'Encyclopédie*, part. 5, p. 67, tamen valde mirandum est, quòd homines, qui pro doctis haberit volunt, ignorant, quod in libris, qui omnium manibus feruntur clare asseritur, scilicet apud Romanos tribunos cohortium extitisse. Facile profectò memorabas auctor id rescribere potuisse ex ipso Calepini Dictionario, vocabulo *Tribanus*, ubi ita legitur: *Tribuni cohortium (erant), quos Cæsar, lib. 2 de Bello civili, pculò ante vocat tribunos militum.* Porrò verba Julii Cæsaris, loc. cit. c. 20, sunt haec: *Litteræ à Gadibus redduntur, (nuntiantes) consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium, quæ essent ibi (Gadibus) in praesidio, ut Gallionum ex oppido expellerent, urbem insulamque Cæsari servarent.*

20. Quæres XIX: « An hostes christianæ religionis merito S. Paulum mendaci arguant, quòd (Actor. 22, 25) se civem romanum esse dixerit? » Resp. negativè. Antequam autem S. Paulum ab hâc calumnia vindicem, et eum dixisse verum ostendam, observo, incredulos (1) hinc in modum argutari. Paulus ipsemet fatetur, Act. 22, 3, se esse natum in Târso Ciliciae; sed hæc civitas non nisi centum post Paulum anni romana colonia facta est, prout ex omni antiquitate

(1) Teste Cl. Weissenbach inter hos incredulos etiam est eques de Bolingbrook, qui ait se fidenter asseverare mentitum Paulum, cùm civem romanum se esse dixit. At nequaquam evincit, quod fidenter asseverat.

constat. Quomodo igitur Paulus jam potuit esse civis romanus? Dein Hieron., de Script. eccles., ait. Paulum ex parvo oppidulo Gischale, quod in Galilea situm erat, ortum esse: Galilaei verò certissimè non erant Romani. Sed contra est. 1^a Si Paulus non fuisset romanus civis, tot adversarii, iisque potentes, et maximè tribunis, eum minimè velut talem tractassent. 2^a Si Paulus se civem romanum esse falsò dixisset, aumquid illi Judei, qui erant eius hostes infensissimi, eum falsitatis arguere, aut illam detegere, omni studio allaborassent? 3^a Falsum est, ex omni antiquitate constare, Tarsum tam serò privilegium et jus civitatis romanæ obtinuisse. Teste enim Dio Cassio, lib. 47, Julius Caesar Tarsenses in cives romanos adoptavit, quia ii hujus imperatoris partes strenue secuti sunt, eorumque civitati etiam nomen Juliepolis (à Julio Cæsare derivatum) idèo impositum est.

Alli cum Calmeto censem, civitatis romanæ jus non ad omnes Tarsenses, sed tantum ad quosdam privatos pertinuisse, inter quos etiam erat S. Pauli pater. Paulus igitur fuit civis romanus, et Tarso in Cilicia oriundus; non verò natus in oppido Gischale, et postea Tarsum translatus. Quamvis enim S. Hieronymus in l. de Scriptoribus ecclesiasticis hanc opinionem secutus sit, eandem tamen in fine Commentarii Epist. ad Philemonem videtur retractasse, vel saltem non ut certam et absolutè suam, sed solum ut aliorum sententiarum referre, dicens: *Aunt parentes Apostoli Pauli de Gischali regione fuisse Iudeæ, et eos, cum tota proviacia romana vastaretur manu, et dispergerentur in orbem Iudei, in Tarsum urbem Cilicie fuisse translatos.* Plura de praesenti questione tota vide apud Cl. Bullet.

21. Quares XX: «Quomodo refutandi increduli, diu D. Paulum alterius cuiusdam mendacii incusant, quia (Actor. 23, 5) dixit: *Nesciebam... quia princeps est sacerdotum*, is nempe, cui Apostolus in faciem maledixerat? Antequam respondeam, juvat prius ipsa verba sacri textus hâc de re proferre. Itaque cum tribunus jussisset, *sacerdotes convenire et omne concilium, et producens Paulum*, statuisset inter illos, intendens... in concilium Paulus ait: *Viri fratres, ego omni conscientiâ bona conversatus sum ante Deum usque in hodiernam diem. Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit astaribus sibi percutiere os ejus. Tunc Paulus dixit ad eum: Percutiet te Deus, parties dealbate... Et qui stabant, dixerunt: Sunnum sacerdotem Dei maledicis? Dicit autem Paulus: Nesciebam, fratres, quia princeps est sacerdotum.* Jam ex his Pauli verbis hostes christianæ religionis D. Paulum mendacii accusauit. Potuitne, inquit, sunnum sacerdos homini Jerosolymis enutrito fuisse incognitus, an non ille et eminentiore dignitatis gradu, et ipso vestitus ab aliis sacerdotibus, omnibusque coaciliis membris distinguebatur?

Sed in primis observo quod, si impossibile fuisset personam summi sacerdotis cuiquam esse incognitam, certè Paulus dicens se eandem presentem non agnoscisse, cum summo contemptu et irrisione fuisset

ab omnibus tanquam mendax rejectos et obmutescere jussus. At contrarium contigit; nam in Actis Apost. loc. cit. non legimus, illam Pauli excusationem à concilio fuisse rejectam aut refutatam, sed potius Paulus ulterius profari permisus est, Act. 23, 6.

Jam verò positivè ostendemus, non modò non impossibile fuisse, sed facile fieri potuisse, ut Paulus summi sacerdotis contra quem dictum illud protulit, personam non agnosceret. Nam quid mirum quod Paulus, qui ab annis viginti vel ultra nunquam nisi paucorum dierum spatio Jerosolymis moram traxerat, quin à triennio, vel fortè quadrieunio, hac urbe penitus absfuerat, ac denique nonnisi ante septem vel octo dies eò pervenerat, quid, inquam, his omnibus perpensis mirum est, quod Paulus, ignoraverat, quisnam tunc sumnum sacerdotium gereret aut etiam si hujus nomen audierit, tandem ejusdem personam non noverit, præsertim quia jam diù ordo successionis inter summos pontifices cessarat, nec pontificatus diuturnitas certa amplius erat, et ad statu leges directa? Atque hunc modum solvendi objectam difficultatem, seu praesentem questionem Calmetus appellat *opinionem communiorē et aquoīrem*, ac pro ea citat. S. Chrysost., Lyran., Caj., Sanct., Cornel., Menoch. et alios.

22. Quares XXI: «Quomodo illud (Actor. 25: 4-13): *Agrippa rex et Bernice descenderunt Cæsaream ad salutandum festum, cum veritate consentiat; eum pridem autem rex (Actor. 12, 23) Ilerodes (Agrippa) rex percussus fuerit ab Angelo, et consumptus a virtusibus euspiraverit?* » Resp.: Agrippa, de quo in primo textu sermo est, non fuit senior ille qui ab Angelo percussus interierit, sed ejus filius, Drusilla et Bernices frater. Agrippa enim senior habuit duos filios, Drusum et Arippaw juniores, ac tres filias, Drusillam, Bernicem et Mariamam, teste Josepho Jud., lib. 18 Antiq. cap. 7. Vide Cornelium à Lap.

23. Quares XXII: «Quomodo intelligendum sit ilind, quod Paulus (Actor. 27, 53) ad eos, qui erant in navi, metu consternatos ait: *Quartadecimā die hodie expectantes jejuni permanetis, nihil cipeientes?* An possibile, ut quatuordecim diebus nullum cibum sumpserint? » Resp.: Ille voces, nihil accipientes, intelligenda sunt, non quod nihil omnino comedissent, sed quod perparum et obiter et quasi nihil; vel nihil per modum justi prandii aut cœnæ, sed carptim libantes potius quam comedentes. Ita Lorinus, aliquique probati interpretes.

SECTIO II.

De Epistolis S. Pauli.

Ad chronologicum ordinem Epistolarum D. Pauli dignoscendum, opus est nosse gesta, aerumnas et itineraria hujus Apostoli, que præter alios eruditè recentent Natalis Alex. tom. 3, secul. 1, cap. 7 et 8, Calmet, Prufat. in Epist. ad Rom., Goldhagen, p. 3 Introduct. in S. Scriptur. num. 129, quorum ultimus sequentem tabulam chronologicam Epistolarum D. Pauli exhibet.

Anno ærae
Chris-
tianæ.

TABULA CHRONOLOGICA
EPISTOLARUM D. PAULI.

52	I ^{ma} ad Thessal	—	scripta Corinthi.
53	II ^{ma} ad Thessalonicenses	—	Corinthi.
55	ad Galatas	—	Ephesi.
56	I ^{ma} ad Corinthios	—	Ephesi.
57	ad Corinthios	—	in Maced.
57	ad Romanos	—	Corinthi.
61	ad Philemonem	—	Romæ.
62	ad Philippienses	—	Romæ.
62	ad Colossenses	—	Romæ.
63	ad Ephesios	—	Romæ.
63	ad Hebreos	—	Romæ.
64	I ^{ma} ad Timotheum	—	in Maced.
64	ad Titum	—	Nicopoli.
65	II ^{ma} ad Timotheum	—	Romæ.

Ex hac tabula patet, quod quatuordecim Epistole S. Pauli, quas Ecclesia ut canonicas recepit, in Bibliis non sint positas secundum ordinem temporis, quo fuerunt scriptæ; sed potius habita sit ratio tum eorum, ad quos scriptæ sunt, tum argumenti, in quo versantur. Faleandum tamen, quod interpres non convenient in assignando harum Epistoliarum ordine quad tempus et locum scriptiorum, ut patet legenti proemii Cornelii à Lap., Calmeti, Tirini, aliorumque in Epistolas Paulinas; illud tamen certum, quod omnes haec Epistole idiomate græco scriptæ sunt, excepta Epistola ad Hebreos, quæ Hebreæ, seu lingua Hebreis tunc usitata scripta est, et Epistola ad Romanos, quam Salmeron et Harduinus contra plures alios putant scriptam esse latini. Porro subscriptiones, que in codice græco Paulinis Epistolis subjiciuntur (ex. gr., Epistola ad Romanos haec subscriptio: *τηρεψην ἀπὸ Κορινθίου*), serius creduntur adjectæ fuisse, non ab ipso Paulo; unde nec in Vulgata latini leguntur, nec authentia valent.

CAPUT PRIMUM.

De Epistola B. Pauli ad Romanos.

In hac epistola discutitur questio operum legis et gratiae, an videbiceret Iudeis solis propter merita operum legis data sit justitia et salus, an vero omnibus omnino nationibus a Deo concessum sit, ut per fidem in Christum et gratiam ejusdem justificantur. Hac enim de re Iudei cum gentibus contendebant, gentibus philosophiam et virtutes morales jactantibus pro sua justitia; Iudeis vero venditabitis opera legis, et quod essent posteri Abrahe, quibus promissus erat Messias, et salus, ita ut, si ea potiri vellent gentes, deberent circumcidere, et fieri Iudei proselyti. Urosque refelit in hac Epistola *Paulus*, ostendens quod Iudei contra legem Moysi, gentes contra legem naturæ gravissime peccarint, et utrique indiguerint Redemptore, ac utriusque proumissus sit Messias, cuius fide et gratia justificantur, et sic aeternam salutem consequantur.

24. Quæres I: An ex illis verbis (Epist. ad Roman. 1, 21): *Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, etc.*, aut aliunde probare possit, quod ethnici philosophi, vel alii gentiles ducti solius rationis naturalis absque religione revelata ad aeternam salutem pervenire possint? — Resp. negativè. Quamvis enim hodierni religio-

nis christianaæ hostes cum Voltairio, et Marmontelio in libro quem inscripsit *Bélisaire*, cap. 43, fidenter affirmant homines absque religione revelata salvari posse, ideoque Socratem, Aristidem, Zoroastrum, Catonem, Trajanum, Julianum Apostatum, etc., hoc est, paganos, aut Christianorum persecutores sanctorum fastis adscribere non vereantur; opponitur tamen, scilicet nec philosophos gentiles, nec ullum mortalium per solam religionem naturalem, sine fide supernaturali, hoc est, sine supernaturali quaredam veritatum doctrinâ divinitatis patefacta et credita, aeternam salutem consequi unquam potuisse, aut posse, sequentibus argumentis ostenditur.

I. *Sine fide impossibile est placere Deo*, ut S. Paulus Hebr. 11, 6, ait; loquitur autem Apostolus de fide supernaturali veritatem supernaturalium, ut patet ex definitione fidei, quam ibidem, v. 1, praemittit, dicens: *Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium*, et ex ratione, quam ibid., v. 6, adjicit his verbis: *Credere enim oportet accidentem ad Deum quia est*, et inquirentibus se renumerator sit, nempe dando beatitudinem supernaturali consistenter in bonis non apparentibus, omnem humanam rationem excedentibus, quæ nec oculus videt (1 Cor. 2, 9), nec auris auditiv, etc.

II. Fides in Christum tanquam humani generis Salvatorem, omni tempore ad salutem fuit hominibus necessaria, juxta illud de Christo dictum, Act. 4, 12: *Nec est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri*. Et iterum Galat. 2, 16: *Scientes quod non justificatur homo, nisi per fidem Jesu Christi*. Unde S. Augustinus hanc in rem bene (Epist. 157 ad Optatum) ait: *Cum omnes justi, hoc est, veraces Dei cultores, sive ante incarnationem sive post incarnationem Christi, nec viscerint, nec vivant, nisi ex fide incarnationis, in quo est gratia plenitudo, profecto quod scriptum est, non esse aliud nomen sub celo, in quo oporteat nos salvos fieri, ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est; sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur* (1 Cor. 15, 22), quia sicut per Adam omnes iniqui, ita et per Christum omnes justi homines. Idem docet S. Augustinus etiam in aliis locis (1). Idem quoque asserunt alii Patres, inter quos primo statim Ecclesiæ seculo S. Ignatius M., Epist. ad Philadelph., ait Abrahamum, Isaacum, Jacobum et Prophetas salutem consecutos esse, quia in Christum speraverunt, ipsum exspectabant, in euudem crediderunt, addens ipsum esse januam Patris, per quam omnes salvandi ingrediuntur. Unde Christus de seipso, Joan. 14, 6, dicit: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me*. Igitur fides in Christum omni tempore fuit necessaria saltem implicita, hoc est, imperfecta saltem notitia de Reparatore ac Salvatore corrupti generis humani. Atque hanc notitiam habuisse existimandum est omnes gentes, ubique terrarum habitarent. Nam prater ea que Eu-

(1) Epist. 89 ad Hilarium. Item lib. de Naturâ et Gratia, cap. 44.

sebius Cesariensis et Lactantius Firmianus ex variis gentium auctoribus hāc de re in medium producent, quaque ex luculentis de Christo Sybillarum oraculis (1) proferri solent, hanc notitiam suis filiis et nepotibus primō generis humani parentes in ipso mundi primordio, quasi ad salutem necessariam, trādīsset, et eamdem postea per omnes aētates devolutam fuisse ad posteros, non est dubitandum. Sic, ut alia taceant, Job, quamvis non fuerit Iudeus, sed inter gentiles educatus, vel ex traditione majorum, vel quid in sūti et in aliorum instructionēm divinitū fuisse ita edocet, scio, inquit, quid Redemptor meus virit, et in novissimo die de terrā surrecturus sum, Job. 49, 25. Plura hanc in rem eruditē disserit Michael Medina, lib. 4 de rectā in Deum Fide, cap. 10.

25. Scholion. Etsi deiste aliquis increduli nec S. Scripturam nec SS. Patres carent, tamen ex ipsis gentilium philosophorum crassis erroribus cū theoreticis, tum practicis, eorumque vitiosis moribus concludere deberent, solam naturalem deo et divinis rēbus cognitionem sine fide et gratiā supernaturali nemini sufficere ad obtinendam aeternam salutem. Socrates, teste Tertulliano (2), obscurano in pueros amore

(1) Tres hodiē circumferuntur de Sybillarum oraculis diversa sententia. Prima est veterum, qui usque ad seculum à Christo nato decimum sūtūm crediderunt, octo libros Sybillinos reverā à Sybilis confectos fuisse ante Christi adventum. Secunda est Blondelli, scriptoris acatholici, qui inīgnē fereū ea quā in his libris de purgatorio dicuntur, primus ex Christianis fuit, qui asserebas aūsus est hos libros esse suppositios à Christiano quodam deceptore secundi secundi confitos, qui falso sibi persuaseret, licere ad convincendos gentiles oracula lae gracie carminibus conscribere, caue Sybillarum nomine venditare. In hanc sententiam postea iuverunt Dupinus aliisque ex recentioribus critici. Tertia sententia est Natalis Alexandri, Histor. eccl. secul. 1, dissert. 1, mediā viā inter duas præcedentes sententias incidentis, et negantis quidem Sybillarum oracula esse figurae Christianorum; fiantis tamen non esse prorsū i. corrupta Sybillarum carmina, que octo libris continentur in Bibliotheca Patrum. Ceterū illud saltem certum, Sybil a dū ante Christi adventum extitisse, et de eo venturo tanquam vero Messiā vaticinas fuisse; cum præcipui PP. Justinus M., Clemens Alexandr., Origenes, Lactantius, Hieronymus, illorum oracula contra ethnicos citent. Neque enim credibile est, quid præclarissimi PP. Sybillarum oracula tuissent exhibiti, sive ad expugnandum paganismum, sive ad confirmationē religionem christianam, nisi de authenticā oraculorum istorum veritate argumenta ipsis validissima suppetiissent, etiam nobis hāc non omni cognita sint, sicut antiqui illis Patribus, qui temporibus Sybillarum multo viciniores erant, perspecta fuere. Quis enim credit, sanctos illos et sapientissimos Patres tantoperē à regulis prudentie et probitatis defecisse, ut cum præstō essent ipsis miracula, vaticinia impleta Prophetarum V.T., aliaque manifesta creditibilitatis motiva pro veritate religionis christiane, adē sui ipsius oblitios fuisse ut ad oracula mendacia, aut ab aliquo deceptore conficta, vel merito suspecta configerent? Verum plura de oraculis Sybillinis vastā eruditione disserit Honoratus à S. Mariā, tom. 2, de Regulis et Usu critices, lib. 2, dissert. 2, qui etiam opposita Blondelli argumenta fuse recenset et refellit.

(2) In Apolog. adversus Gentes, cap. 45, ubi gentiles philosophos perstringens, ita de Socrate ait:

se inquinavit, et morti proximus socios rogavit (1), ut gallum gallinaceum, quem Aesculapius promiserat, suo nomine offerent. Plato (divinus ille Plato, ut vocabatur), telluri astris, demonibus cultum exhibendum esse in Epinomido docet, et promiseram inter utriusque sexū personas, etiam inter fratres et sorores libidinem, dialogo 5 de Republicā, permittit. Seneca sacrificia laudat, non quasi diis placida, sed quia legibus jussa, ut testatur S. Augustinus, lib. 6 de Civit. Dei c. 25. Porro si Seneca aliquid vera virtutis et Religions habuit, id ex notitiā legis evangelicae et veritatum supernaturalium, quas ex conversatione cum Christianis, præsertim cum D. Paulo haurire potuit, acquisivit. Quamvis enim Epistola D. Pauli ad Sene-cam, et hujus ad illum, que hodie extant, suppositiā sint (2), negandum tamen non est, inter illos ambos aliquam consuetudinem intercessisse, eosque mutuo habuisse Epistolaram commercium. Trismegistus (3), Aristides, Zoroaster, etc., cum omni suā humanā sapientiā in altissimis idolatrie tenebris et divinarum rerum ignorantia jacuerunt. Trajanus pariter ethnicus; ac præterea turpis ejusdam vitii contra natu-ram (4) arguitur. Julianus Apostata hoc ipso suo cognomine satis infamis, idolatriæ et superstitionis ethnicae studio imperiale coronam debonestavit. Eant nunc increduli nostrorum temporum, et philosophs illos gentiles ac imperatores ethnicos ut viros probos prædicent, eosque ut sanctos et beatos canonizent, quos detestanda supersticio excecauit, aut infande Veneris mancipia Asmodeus auctoravit, orocoque addixit. Enimvero de talibus verissimè dixit Paulus ad Rom. 1, 21: *Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis; obscuratum est insipiens cor eorum.* Denique, si quis plura de gentilium philosophorum vitis, aut de solius naturalis deo cognitionis insufficientiā ad obtinendam aeternam salutem nōsse cupit, legat hāc de re questionem Bibliico Polemicam Hermanni Goldhagen (5), Cornelium à Lap. (6), Petrum Halloix (7), Carolum-Sanseverinum (8); Dominicum Viva, et Cardenam (9), item Calmetum (10), etc.

Idem et cū aliquid de veritate sapiebat, deos negans, Aesculapius tanen gallinaceum proscriri jam in fine (vitae sue) jubebat... Ceterū, si de pudicitia (nos Christiani) provocetur, lego partem sententiae atticæ in Socratem corruptorem adolescentium pronuntiatam.

(1) Vide Tertullianum loco in modo citato, et Lactantium, de falsa sapientiā lib. 3, cap. 20.

(2) Vide Menochium, centur. 1, § 20.

(3) Vide S. Augustin. lib. 8 de Civ. Dei, cap. 23.

(4) Vide Natalem Alexandr. Histor. eccl. seculi II, dissert. 1, conclus., probatione 5.

(5) Part. 3 Introduct. in S. Scriptur. num. 435 et seqq.

(6) Comment. in Ep. ad Roman. 1, 25 et 26.

(7) In Animadversionibus ad vitam D. Justini. M.

(8) In libro edito Bolognæ in Italiā an. 1764.

(9) In Trutinā, vel Crisi in propositionem 25, ab Innocentio XI damnatam.

(10) In Dissert. ante Commentarium Epist. ad Romanos.

26. Quæres II : « Quomodo sequentia conciliatur, dūm (ad Rom. 3, 20) dicitur : *Ex operibus legis non justificatur omnis caro coram Domino*. Et (ad Rom. 4, 2) : *Si Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum*. E contrario (in Epist. Jacobi 2, 21) dicitur : *Abraham nonne ex operibus justificatus est?* (Et ibid. v. 24) : *Quoniam ex operibus justificatur homo*. An non in his locis S. Jacobus S. Paulus contradicit? — Resp. : Nulla hic est contradictione, nisi duxtaxat apparet. Nam S. Paulus agit contra Judæos confidentes in operibus legis Mosaicæ, et contra gentiles gloriante de suis virtutibus merè naturalibus, ac contendit, nec opera legis Mosaicæ, nec virtutes merè naturales sufficere ad veram justitiam et salutem, seclusa fide in Christum. Unde ait : *Si Abraham (idem est de quocumque alio homine) justificatus est ex operibus legis vel naturæ seclusa fide in Christum, justitia illius erit solum externa, politica, et humana, habens quidem laudem et gloriam apud homines, qui sola externa opera vident, suspiciunt et laudant, sed non apud Deum, qui interna respicit, et requirit, puta fidem, spem, charitatem, etc. S. Jacobus verò loquitur de operibus coniunctis et ortis ex fide, spe et charitate in Christum et Deum.*

27. Quæres. III : « Quomodo illud (ad Rom. 4, 18) de Abraham dictum : *Contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium*, explicandum sit? Si enim creditit in spem, quomodo contra spem? — Resp. : Credidit Abraham contra spem, quia creditit futurum id, quod naturali vi sperare non poterat. Nam quando ei promissa est posteritas copiosissima, Gen. 15, 5, nondim habuit liberos, et conclusa erat Saræ vulva. Nihil secùm spe omni humanæ destitutus, per fidem spem concepit divinam, et Deo immixtam, ut fieret pater, etc. Credidit ergo in spem, id est, per fidem spem divinam concepit contra spem omnium humanam et naturalem. Ita Toletus cum aliis in hunc locum.

28. Quæres IV : « Quomodo intelligendum illud (ad Rom. 7, 7) : *Peccatum non cognovi nisi per legem, nempe Mosaicum?* An ergo ante hanc legem nemo peccavit? Numquid (ad Rom. v. 12) hæc verba : *Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege peribant, clarè indicant, etiam ante legem data esse peccata?* — Resp. : S. Paulus tantum vult dicere : Licit peccatum in mundo jam ante legem fuerit, et homines passim peccarint, tamen peccatum non cognoverunt, id est, vix testimaron, vix reputarunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo; peccatum autem non imputabatur, hoc est, non reputabatur, cùm tez nos esset, ait Paulus Rom. 5, 13. Igitur homines peccatum tunc non reputabant, solam naturam, et concupiscentiam suam sequentes, cùm legem scriptam quæ peccati ledit tem ostenderet, nondim haberent; quamvis utique lumine rationis cognoscere potuerint, se malè agere, adeoque laborarint ignorantia vincibili et culpabili. Ubi notandum, quod Paulus loqua-

tur de lege per Moysen datâ, que moralia etiam pracepta complectebatur.

29. Quæres V : « Quomodo illud (ad Rom. 8, 16) : *Ipse spiritus testimonium reddit spiritali nostro, quod sumus filii Dei;* item illud (ibid., v. 58) Pauli dictum : *Certus sum, quia neque mors, neque vita... poterit nos separare a charitate Dei;* concordet cum illo (Ecclesiasticus 9, 1) : *Nescit homo, utrum amorem odio dignus sit;* item cum illo (1 Cor. 9, 27) : *Castigo corporis meum... ne sorti, cùm aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar?* Nonne hi posteriores textus repugnant prioribus, cùm duo priores textus indicent, hominem posse esse certum de sua salute et prædestinatione, quod ambo posteriores negant? — Resp. : Nulla in his Scripturæ locis est contradictione. Nam Spiritus S. in nobis habitans, reddit quidem testimonium spiritali nostro, id est, menti et cordi nostro, quod sumus filii Dei; et hoc testimonium in se, et quatenus à Spiritu S. procedit, est certissimum et infallibile : quod nos tamen non est certum certitudine fidei divinae, nisi Deus hoc alieni specialiter revelet. Nam sine ejusmodi extraordinariâ revelatione nunquam sumus absolutè certi, an illud testimonium quod hic et nunc sentimus, proficiuntur à Spiritu S., an verò à spiritu maligno transfigurante se in angelum lucis, 2 Cor. 11, 14. Unde monet S. Joannes, 1 Epist. 4, 1 : *Probate spiritus, utram ex Deo sint.* Et Paulus, 1 Cor. 4, 4, ait : *Nihil mihi conscient sint, sed non in hoc justificatus sum.* Quare ordinariè nomisi conjecturalem, aut ut summum aliquam moralem habemus certitudinem de nostrâ justificatione, juxta illud supra citatum : *Nescit homo, utrum amore an odio dignus sit, nimirum id nescit ordinariè* (1) seclusa speciali revelatione divina, que mortalibus rarissime conceditur. An verò D. Paulus speciali revelatione nem de sua prædestinatione vel confirmatione in gratia habuerit, dubium est. Sunt qui affirmant propter Epist. ad Roman. cap. 8, v. 38, et propter Epist. 2 ad Timoth. cap. 4, v. 8. Sunt autem et alii qui id negant propter citatum 27 versum Epist. 1 ad Corinth. cap. 9. Illi proin illud ad Rom. cap. 8, v. 38 : *Certus sum, etc.*, intelligunt non de absoluta certitudine, sed de firmâ spe et confidentiâ, ita ut sensus sit : *Certam in Domino spem habeo, persuasum habeo, confido me à charitate Christi nunquam separandum.* Et hoc vult grecum πεπεισμένος, quod ex mente Pauli idem est, quod *persuasum habeo, spero, confido*, ut hec legit Hieronymus (2), Ambrosius, Vatulus, iudicet et Beza Tremellius, et plures alii etiam heterodoxi. Similiter, quando Paulus, 2 ad Tim. 4, 8, ait : *In reliquo reposita est mihi corona justitiae*, id solum asserit ex fiduciâ bona sue conscientie, sicut ex eadem, non autem ex divinâ revelatione, vel certitudine fidei, dixit ibid., v. 7 : *Bonum certamen certavi, cursum consumnavi, fidem servavi.* Ita Cornelius à Lap., Tirinus, aliquie.

(1) Vide Tridentinum, sess. 6, cap. 9 et 12. Item ibid., canon. 14 et 16.
(2) Q. 4 ad Aligastum. Vide etiam Epist. ad Rom. 15, v. 14; ad Hebreos 6, v. 9. Item 2 ad Timoth. 1, 5.

30. Queres VI : « Quomodo illa (ad Rom. 8, 26) verba: *Ipse Spiritus postulat pro nobis, genitibus inNarrabilibus*, intelligenda sint, aut quomodo Spiritus S. verus Deus postulet, et gemit? » — Resp. et dico, Spiritum S. in sacro hoc texu digni *postulare et gemere*, non in sua persona, sed in nobis ipsis, qui tanquam animata et rationalia instrumenta ipsius sumus. Quod autem per instrumentum fit, ipsis moventi causa est prima tribuitur. Ideo dicitur Spiritus S. loqui in nobis, et postulare non solum quia nos loqui et postulare facit, sed quia ipse per nos, tanquam per instrumenta operatur; sicut Math. 10, 20, dicitur: *Non vos esitis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Genitus autem, quos idem dominus Spiritus a nobis elicit *memorabiles* vocantur, vel propter eorum vim et ardorem, vel quia satis exprimi non valent. Nam Spiritus S. subinde eos affectus, desideria et vota nobis inspirat, que nec ante cogitata, nec obvia fuerunt, nec scitur, unde veniant, aut quid tendant, Joan. 3, 8. Imo ea que Spiritus S. per ejusmodi genitus impetrare nos facit, seppe sunt longe diversa ab his quae nos petere intendimus, sieque impetramus, quod oportet, et nobis utile, etiam si ipsi ignari petamus aliquando contraria. Vide *Toletum*, Comment. in Epist. ad Rom.

31. Queres VII : « Quomodo illud (ad Rom. 10, 11): *Omnis qui credit in illum, non confundetur, intelligendum?* Numquid depones confunduntur, etiam si ipsi quoque (Jacol. 2, 19) credant et contremiscant? » — Resp. : In citato loco ad Rom. 10, 11, cum Paulus ait: *Omnis qui credit* (subaudi), et qui ore confitetur Christum, quique eidem obedit, *is non confundetur. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem*, ait Apostolus ibidem v. 10 immediate praecedente. Non ergo fides sterilis, sed conjuncta cum professione fidei tum verbali, tum reali (et consequenter cum bonis operibus), in adultis necessario requiritur ad justitiam et salutem. Talem autem fidem vivam non habent demones. Vide *Tirinus*, Comment. in hanc Epist.

32. Queres VIII : « Quomodo illud (ad Rom. 12, 19): *Non vosmetipos defendentes, charissimi, sed date tecum ira*, conveniat cum alio Pauli dicto (2 Timoth. 4, 4, 16), ubi Apostolus ait se defendisse « scipsum. » — Resp. : Ubi vulgata nostra habet: *Non vosmetipos defendentes*, in greco est *εδέσσαντες*, id est, vindicantes, ut etiam textus syrus habet, dicens: *Nec ulciscandini vosmetipos, dilecti, sed date locus iræ.* Nam olim defendere idem erat, quod ulcisci seu vindicare, ut rectè nota Gellius, lib. 1, cap. 9, et alii; sensus itaque primi textus est: Nolite semere vindictam, sed cedite irato, neque repugnante ira illius contra jurgando vel repercutiendo, aut alia ratione ulciscendo. In altero vero texu Paulus ad Timotheum loquitur de justa et licita defensione, sine spiritu vindictae.

33. Queres IX : « Quomodo illud (ad Rom. 12, 20): *Carbone ignis congeres super caput* (subintellige, inimici tui), concordet cum illo (Ecclesiastici 8,

13); *Non incendas carbones peccatorum, arguens eos?* » — Quomodo haec duo effata consentiunt? — Resp. : Sensus primi textus est: Si benefeceris inimico tuo, carbones ignis congeres super caput tuum, hoc est, in illo extinguae charitatem accendes, ex inimico animum faciens, et tanquam in ardenti charitatis tuae igne ferream cordis ejus duritatem emollies. Patuit hoc exemplum Saulis et Davidis, qui, cum bis Saul sibi infestissimum potuisse occidere, eidem pepercit; cuius tantu[m] humanitate et clementia adeo emolliit est Saulis duritia, ut facti sui paenitens fleret, et injussum se confiteretur, 1 Reg. 24, 17, 18. Sensus vero alterius textus est: *Non incendas carbones peccatorum*, hoc est, ne peccatorem sui cupiditatibus affixum, et in astu passionum incorrigibilem arguas: alioquin ejus bile velut carbonibus ignitis incenderis, et arripot te flamma peccatorum ejus, id est, ad similem iram, rixas, exceses inflammaberis. Hinc textus greucus habet: *Ne accendas carbones peccatorum, ne illorum flammis succendaris.* Et syrus: *Ne sis communicans cum impiis consummato*, id est, simpliciter et absolutamente. Ita Cornel. à Lap. cum aliis interpretibus.

34. Queres X : « Quomodo illud (ad Rom. 14, 23): *Omne, quod non est ex fide, peccatum est*, differat à propositione 25 Baianâ à Sede apostolica damnata, et assertore omnia opera infidelium esse peccata? — Resp. : Sensus allati sacri textus non est, quod omnis actus, qui non procedit ex fide supernaturali, peccatum sit, adeoque quod omnia opera infidelium sint peccata, sed quod omnis actus, qui non est ex dictamine conscientis judicantis, eum hic et nunc esse peccatum, aut qui positivè est contra fidem theologiam, peccatum sit; uti hunc textum interpretes et theologi orthodoxi passim exponunt.

CAPUT II.

De Epistolâ B. Pauli primâ et secundâ ad Corinthios.

Apostolus primâ ad Corinthios Epistolâ, horum contentiones compinxit; concordians commendat et humilitatem, abusus quosdam eorum arguens et corrigens, respondetque ipsorum queritis.

Secunda vero ad eisdem Epistolâ, exponit causas, cur iteratò ad ipsos scribat, quas tres fuisse S. Clarysostomus observat. Prima, quod variis adversitatibus retardatus, ad ipsos in persona invisiere non possit, ut propositerat. Secunda, ne solatio destitueret, quos prius salutari tristitia pereulerat. Tertia, ut se et ministerium suum tueretur contra criminatores pseudopostolos, qui Paulum variis dipteris lassessivere.

35. Queres I : « Quomodo illud (1 Cor. 4, 17) Pauli dicentis: *Non misit me Christus baptizare, cum verbis Christi (Matth. ult. v. 19) ad Apostolos dicentes: Docete omnes gentes baptizantes eos, etc., concordet?* » — Resp. cum Cornelio à Lap., Calmeto et alii, ac dico, sensus primi textus esse: *Non misit me Christus baptizare*, tanquam ex officio meo primario. Nam primarium apostolatum seu legationis mee munus est predicare. Ex hoc autem non sequitur quod Paulus non habuerit et exerceret etiam

officium baptizandi, sed tantum quod administratio baptismi et aliorum sacramentorum parochis committit solitorum non fuerit ejus officium primarium, nec illam Paulus pro tali habuerit.

36. Quæres II : Quomodo illud Pauli effatum (1 Cor. 3, 8) : *Qui plantat et qui rigat, unum sunt, concordet cum alio ejusdem effato (ibid., v. 6)* : *Ego plantavi, Apollo rigavit.* An Paulus et Apollo sunt « *nous aut unum?* » — Resp. : Nulla hic est contradictionis. Nam sensus est : *Ego plantavi*, h. e., ego primus Corinthi semina jeci, primus evangelizavi, *Apollo rigavit*; quia deinde superveniente Apollo provexit. Sed tam ille *qui plantat*, quam ille *qui rigat*, *unum sunt*, officio scilicet et ministerio, h. e., sequè omnes sunt ministri Christi, prout exponit S. Thomas, aliqui passim. Lieet enim qui plantat et qui rigat, in se diversi sint, omnes tamen unum idemque officium obeunt, unumque sunt in Christo, qui odit schismata, amat unionem; ergo unus p̄e alio, puta Paulus p̄e Apollone non est contenendus aut extollendus. Ita Cornelius à Lap. aliquid.

37. Quæres III : Quomodo illud Pauli effatum (1 Cor. 7, 4) : *Bonum est homini mulierem non tangere*, cum illis Dei verbis (Genes. 2, 18) : *Non est bonum hominem esse solum, consentiat?* — Resp. : Neque hic est realis antilogia, seu contradictionis. Nam S. Paulus cit. loc. matrimonium non simpliciter improbat (mox enim v. 2 addit : *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat*), sed tantum vult, per se loquendo, colibatum ab homine *particulariter* spectato preferendum matrimonio, propter plurima incommoda et pericula quæ sunt in statu conjugali, quamvis sapè per accidens expediat ei nubere ob incontinentias periculum. Silet autem hoc loco Paulus de rationibus communibus boni publici, propagationis generis humani et similibus ob quas optabile ac necessarium est matrimonium. Quare nulla est antilogia seu contradictionis inter effatum Pauli, et citatum textum ex libro Genesis. Deus enim in Genesis loquitur de bono speciei humani, Paulus de bono individui; Deus tempore mundi adhuc hominibus vacui, Paulus pleni; Deus potissimum de bono temporali, Paulus de bono vita spiritualis. In hac enim bonum est homini mulierem non tangere, saltem per se loquendo, si nempe Deus homini vim tribuit continentiam servandi; alioquin, ut Paulus ait, propter fornicationis periculum uxorem ducat.

38. Quæres IV : Quomodo verba illa Pauli (1 Cor. 7, 8) dicitur et viduis dicentes : *Bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego*, quibus clarè indicat se fuisse inuptum, concilianda sint cum aliis ejusdem verbis (1 Cor. 9, 5), ubi ait : *Numquid non habemus potestatem, mulierem sororem circumducendi?* Quibus verbis videtur innovere, se habuisse mulierem uxorem. — Resp. : Negi suppositum, quod hæc ultima Pauli verba significent, eum fuisse nuptum, seu habuisse uxorem. Non enim ait se habere potestatem, mulierem uxorem circumducendi, sed mulierem sororem. Atqui mulier soror non signifi-

cat mulierem uxorem, sed matronam aliquam christianam, quæ Paulo ex suis facultatibus necessaria subministraret, sicut tales matronas circumducebant et ceteri Apostoli, quin et ipse Apostolorum princeps Cephas seu Petrus : inquit ipse Christus, cui ministrabat omnia necessaria mulieres de facultatibus suis, Lue. 8, 3. Inuptus ergo fuit Paulus.

Dices : Clemens Alex. lib. 3 Strom. et S. Ignatius M., Epist. ad Philadelph., asserunt Paulum fuisse uxoratum, inquit Ambrosius Catharinus, Comment. in Epist. ad Philipp. 4, 2, refert, in Revelationibus S. Brigittæ haberi, Apostolum hunc fuisse conjugatum; ergo. — Resp. : Ex his omnibus nondum evincitur S. Paulum fuisse uxoratum. Nam Epistole Ignatii M ad Philadelph. à posterioribus græcis clericis nomen Pauli claram insertum est, ut benè notat Baronius ad ann. Christ. 57. In exemplaribus enim Vaticanis, Sfortianis, et aliis antiquioribus, nomen Pauli non reperitur. Clemens Alex. quidem ita sensit, ab aliis deceptus. Sed quid unus Clemens ad tot alios antiquos Patres, qui id absolutè negarunt? Et cur dissimilant novatores, Clementem disertè addere, Paulum etsi habuerit uxorem, tamen post conversionem non amplius habuisse ut uxorem? Ceterum, dicit Ambrosius Catharinus affirmat, in revelationibus S. Brigittæ haberi, Paulum fuisse conjugatum, errat; nam ibi, lib. 2, c. 7, prorsus contrarium asseritur. Denique, quamvis fatente Bellarmino non sit omnino certum, quæ ex Apostolis uxorem habuerint, qui non, tamen propter Petrum cuius sororum in Evangelio legimus, nullum alium Apostolum fuisse conjugatum, Petrum quoque post vocationem ad sequelam Christi nonquam amplius usum uxori, docent expresse Tertullianus et Hieronymus, à Bellarmino lib. 4 de Clericis citati. Qui plura tum de celibatu Pauli, tum aliorum Apostolorum scire cupit, legat Cornelius à Lap., Tirinum, alias interpretes, item Pererium, Baronium, loc. cit.; ac denique Revelationes S. Brigittæ, loco citato, cum adjectâ notâ 2 Gonzalvi Duranii.

Scholion. Etiamsi aliquis cum Catharinis asserret Paulum fuisse conjugatum, nulla tamen realis antilogia ex textibus (1 Cor. 7, 8, et 1 Cor. 9, 5) supra allatis sequeretur. Etsi enim uxorem habuisset, tamen potuisset esse continens, quod ipse Catharinus, Comment. in 1 Cor. 9, 5, expresse ait in verbis : *Vocat autem (Apostolus) sororem, quæ erat uxor (sua), quia jam ut sorore, non ut conjugie utebatur.* Item repetit et inculcat Comment. in Epist. ad Philipp. 4, 3.

39. Quæres V : Quomodo illud (1 Cor. 10, 2) Pauli dicentes : *Omnes (Israelites) in Moyse baptizati sunt in nube et in mari*, concordet cum illo (Exod. 14, 22) : *Ingressi sunt filii Israel per medium sicci mari*? Quomodo hi baptizati sunt, si sicci transierunt vadum? — R. : Apostolus hoc loco non vult, Israelitas reapsè fuisse baptizatos, aut aquâ maris ablitos, sed solum eos fuisse baptizatos spiritualiter et typicè; in quantum transeundo per mare divisum, typum gessere baptismi nostri. Sensus itaque est : *Omnes Israelites in Moyse*, id est, doce Moyse, et in

confirmationem doctrinæ Mosaicæ baptizati sunt typicè, idque in nube, i. e., sub ducatu et protectione nubis preeuntis, et in mari, quia sequi nubem, et mire mare Rubrum, quod Ægyptios demersit, figura erat futuri baptismatis Christi, quo hostes nostri, i. e., peccata demerguntur, et nos ecclesiæ rore gratiæ Spiritus S. obumbramur, et sanguine Christi rubricamur, sieque à servitute diaboli transitus in regnum Christi. Ita Anselmus, Chrisostomus, Teophylactus, aliique.

40. Queres VI : « Quomodo effatum Pauli (1 Cor. 10, 4) : *Petra erat Christus*, conveniat cum effato Christi ad Petrum (Math. 16, 18) dicentes : *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus*, i. e., *Petra?* » Resp. : Et Christus, et Petrus est petra. Hoc enim nomen Christus vicario suo indidit, quia est ipsius Christi nomen in S. Scripturâ non raro decantatum (1). Nomen ergo suum cum dignitate et Petro communicavit. Audiamus S. Leonem, qui Christum ita ad Petrum loquenter serm. 2 in Natali. S. Petri inducit : Cùm ego sim petra, ego lapis angularis; quia facio utraque unum ego fundamentum, praeter quod nemo aliud potest ponere; tamen tu quoque Petra es, quia mea virtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, tua sint mecum participatione communia; et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. » Hac de re vide plura apud Cornelium à Lap., Comn. in Math.

41. Queres VII : « Quomodo illud Pauli (1 Cor. 10) : *Omne quod vobis apponitur* (etsi idolis immo'atum fuerit), *manducate*, concordet cum illâ Apostolorum lege (Actor. 15, 19) latâ : *Visum est Spiritui S. et nobis... ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum?* » Resp. : Nulla hic est contradicatio inter effatum D. Pauli, et præceptum illud apostolicum, Actor. cap. 15. Hoc enim præceptum non erat universale, neque extendebat se ad Corinthios aut omnes Christianos, sed ad solos Antiochenos et eorum vicinos, Act 15, 25, idque causâ concordie Judeorum (qui Antiochies plurimi erant, et idola ac idolothyta exercabantur) cum gentilibus. Fatendum tamen, quid posten etiam aliae gentes ab Antiochia remotissimæ illud præceptum apostolicum amplexe sint sponte, ob reverentiam Apostolorum. Ille et plura alia perquam eruditè observat Cornelius à Lap., Comment. in 1 Cor., ubi etiam expressè asserit, et cum S. Thomâ, 1-2, q. 103, a. 4, ad 5, ostendit idolothyta comedere per se non fuisse peccatum, simulque per exempla declarat, in quibus circumstantiis sit aut fuerit peccaminosa illa comestio.

41. Queres VIII : « Quomodo illud (1 Cor. 10, 55) : *Per omnia omnibus placebo*, concordet cum effato Pauli (ad Galat. 1, 10) : *Si adhuc hominibus placet, Christi servus non essem?* Quomodo hac duo sine contradictione explicantur? » Resp. : Nulla hic est realis contradicatio, sed duntaxat apparentis. Nam studium placendi hominibus tunc tantum vitiosum seu Christi servum dedecens est, quandò quis ita homi-

num favorem et gloriam capitat, ut paratus sit Dei legem violare, ne displiceat hominibus, atque hoc sensu loquitur Apostolus loc. cit. ad Galatas. Qui verò hominibus placere studet hoc modo et fine, ut eos ad Deum Deique cultum trahat, non tam hominibus, quam Deo placere studet. Et hoc sensu Paulus loquitur ad Corinthios cit. loc., unde post illa verba : *Per omnia omnibus placebo*, immediatè addit : *Non querens, quod mihi util est, sed quod multis, ut salvi fiant.*

42. Queres IX : « Quomodo intelligendum illud (1 Cor. 11, 14) : *Vir quidem si comam nutrit, ignominia est illi*; cùm tamen Samson (Judic. 16, 17), et omnes Nazarai (Num. 6, 5), comam laudabiliter nutriverint? » Resp. : Nutrire comam vanitatis causâ, aut absque rationabili causâ (de quo ibi Paulus loquitur), proborum es viro; non verò si fiat ex pietate et religione, uti apud Nazareos.

43. Queres X : « Quomodo illud Pauli (1 Cor. 13, 7) : *Charitas omnia credit*, conveniat cum verbis (Eccli. 19, 4) : *Qui citò credit, levis est corde?* » Resp. : Apostolus illo capite agit de officiis charitatis erga proximum, ac inter alia dicit : *Charitas omnia credit*, hoc est, facilè proximo assentitur, ubi sine peccato assentire potest, non repugnat, non contendit aut contradicit, non est suspicax, omnia meliora de proximo credit, et sibi persuadet. Ecclesiasticus verò vult dicere : Qui credit quilibet cuiilibet sine justâ causa et auctoritate asserenti, præsertim proximo detrahenti, levis est corde. Vide Cornelium à Lap., aliosive, Comment. in Eccli.

44. Queres XI : « Quomodo illud (1 Cor. 14, 31) : *Potestis enim omnes per singulos prophetare, concordet cum verbis (1 Cor. 12, 29) : Nunquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores?* » Resp. : Sensus prioris textus est : *Potestis omnes, quotquot prophetiae donum habetis, per singulos prophetare*, id est, sigillatim, ordine quisque suo, quem jam præscripsi. Non verò Paulus sit, quid omnes fideles habent prophetiae donum, ut patebit considerant totum contextum illius prioris loci.

45. Queres XII : « Quomodo intelligenda sint illa verba (1 Cor. 15, 20) : *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium*, hoc est, pri-mus resurgentium; cùm tamen jam in morte Christi ante hiujus resurrectionem (Math. 27, 52) : *Monumenta aperta sint, et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerint?* » Resp. : Qui juxta Mattheum loc. cit. surrexerunt, non illa præcise die, quâ Christus in cruce mortuus est, sed primum die tertiarâ cum Christo, inò post Christum (saltem posterioritate naturæ, licet non temporis), ad vitam immor-talem resurrexerunt, prout colligitur ex vers. 53 immediatè sequenti : *Et exente de monumentis post (non ante) resurrectionem ejus (Christi), venerant in sanctam civitatem et apparuerunt multis.* Igitur horum sanctorum corpora non fuerunt ad vitam resuscitata ante resurrectionem Christi; aliâs tribus diebus viva ja-cuissent in sepulcris, quod non est credibile. Dein sancti isti apparuerunt multis cum in finem, ut essen-

(1) Isa. 28, 16. Psalm. 117, 22. Matth. 21, 4, et in aliis Scripturæ locis.

testes resurrectionis Dominicæ. Igitur ante hanc factam non venerunt in civitatem sanctam, id est, Jerosolymam. Neque enim prius Dominum resurrexisse, potuissest testari. Vide huc de re Suarez, 3 part. q. 53, a. 3, et Anton. Mayr, de primo et secundo Adventu Christi, l. 4, cap. 17, num. 684. Dixi, quod si qui juxta Matthæum loc. cit. resurrexerunt, saltem posterioritate naturæ, licet non temporis, post Christum resurrexerint; quia (ut Suarez loc. cit. ait) nulla est ratio ad fingendam inter eos temporis successionem. Sufficit enī ordo naturæ et causalitatis. Christus enim resurgens fuit causa excitans alios, est autem causa perfecta, et aliquo effectus talis est, ut in instanti possit fieri; ergo simul incipit talis effectus cum suā causā. Neque hoc reputant loco Prælati. Nam ut Christus dicitur PRIMUS SEU PRIMUS RESURGENTIUM, satis est quod nullus ante ipsius resurrexit, et quod ipse prius naturā resurrexit quam ceteri, ita ut licet ejus resurrectio de facto non antecesserit duratione resurrectiones aliorum: tamen de se sit independens ab illis; aliae verò ab ipso pendeant. Hucusque Suarez.

Porrò, an si juxta Matthæum cap. 27, v. 52, resurrexerunt, deinde iterum mortui sint, alii affirmant, alii negant, quod ultimum Suarez loc. cit. probabilius esse ostendit.

Dices: Aliqui jam ante adventum Christi suscitat fuere ad vitam (3 Reg. 17, 19; item 4 Reg. 13, 21); ergo Christus non est *primus resurgentium*. Resp.: Conc. ant., neg. cons. Licet enim aliqui ante Christum susciti resurrexerint, tamen illi surrexerunt tantum ad presentem vitam mortalem, rursusque mortui sunt: Christus verò primus fuit qui resurrexit ad vitam beatam, gloriosam et immortalē. Ita Chrysostom., Theodor., Theophyl., Ambros., Anselm., et alii passim. Hoc igitur sensu Christus, 1 Cor. 15, 20, dicitur *primus dormientium*, et alibi, nempe Apoc. 1, 5, *prinogenitus mortuorum*, id est, autem omnes ad vitam immortalē resurgeamus, et quasi renasceamus à mortuis. Vide Cornelius à Lap. et Suarez loc. cit.

46. Quæres XIII: Qualis sit illa Pauli argumentatio (1 Cor. 15, 29): *Alioquin quid faciat, qui baptizantur pro mortuis si omnino mortui non resurgent?* Et quid hoc loco intelligatur per baptismum pro mortuis? Resp.: Nemo verè doctus et eruditus hanc Pauli argumentationem mirabitur, aut quid baptismus pro mortuis fuerit, ignorabit, si in Scriptis PP. ritè sit versatus. Nam S. Chrysostomus in 1 Cor. hom. 40, tradit, cùm apud Marcionitas è catechumenis aliquis mortuus esset, incolument alium sub ferale lecto oculuisse, tum ad mortuum accedentes interrogasse, num vel et tingi baptismate; quo non respondentे, is, qui sub lecto era, baptismum se admodum cupere respondebat; quare illum actione theatro potius quam sanctissimo mysterio digna, mortui loco baptizabant. Similiter Epiphanius, hæres. 28, testatur, Marcionitas tradidisse baptizandos sese nomine corum, qui illoti decesserant; illos verò habuisse pre oculis Apostolum, cùm dogma de resurrectione in priori ad Corinthios stabiliret.

Neque dicas: Tali modo Paulus mores et superstitionem Marcionitarum approbasset. Resp.: Nego illatum. Neque enim illud putandum est, mores illorum et superstitionem probabat Apostolum; sufficiat enim ad summ intentum (scilicet ad futura resurrectionis mortuorum dogma adstruendum), si non deesse tunc demonstraret, qui se pro mortuis baptizando esse, censerent. Ita enim fiebat, ut illos stringeret Apostolus argumento, quod vocant, ad hominem, sic argumentando: *Quid facient, qui baptizantur pro mortuis?* Quomodo morem illum suum defendent, quā causatione id à se præstitum excusabunt, si nulla est mortuorum resurrectio? Vide Calmeti Dictionarium Biblicum, verbo *Baptismus*. Item ejusdem auctoris dissertationem de Baptismo pro mortuis Epistolis S. Pauli prefixam. Ceterū varias alias expositiones hujus textus: *Quid facient, qui baptizantur pro mortuis?* recenset Cornelius à Lap. in hunc locum.

47. Quæres XIV: « Quomodo intelligendum illud (1 Cor. 15, 51): *Omnes resurgenimus, sed non omnes immutabimur?* An ergo non omnium, seu electorum seu reproborum corpora mutabuntur in perpetuo durata? » Resp.: Mutabuntur, sed non omnium ad gloriam. Nam non omnes pro animali corpore acquirunt spirituale, id est, gloriosum, de quo ibi (1) Paulus loquitur.

48. Quæres XV: « Quomodo illud Pauli dictum (2 Cor. 1, 8): *In Asiâ supra modum gravati sumus super virtutem, ita ut treducat nos etiam vivere, cum aliis ejusdem verbis (1 Cor. 10, 15): Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, conveniat?* » Resp.: Nulla hic est Pauli contradic̄tio. Nam primi textus sensus est: *Gravati sumus supra virtutem*, hoc est, supra vires nature, non gratiae; nam ope gratiae Paulus invicto animo tribulationem hanc perfulit et superavit, ut patet ex verbis immediatè subiunctis: *Sed ipsis in nobis ne lip̄is responsum mortis habuimus ut non sinus fidentes in nobis, sed in Deo*, quā suscitauit mortuos: *qui de tantis periculis nos eripuit et eruit; in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet.* Ille omnino consentiunt cum posteriore textu: *Fidelis Deus, etc.*, qui ita habet: *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinera*

49. Quæres XVI: « Quomodo illud effatum Pauli (2 Cor. 11, 4): *Si (pseudo-apostolus) alium Christum predicat, quem non praedicavimus; aut alium spiritum accipit, quem non accepistis; aut alium Evangelium, quod non recepistis, recte pateremini;* cum verbis Apostoli (ad Galat. 1, 8): *Licet... angelus de celo evangelizet vobis, praeterea quod evangelizavimus vobis, anathema sit, concordet?* » Resp.: Neque in his Paulus sibi contradicit. Nam in utroque textu Apostolus vult Corinthios docere, falsum omnino esse, quod pseudo-apostoli meliorem Christum, aut molius Evan-

(1) Vide Chrysostomum, Theophylactum; vide etiam Bas. Pomii Quæst. expositiv. in primo vol. Curs. Compl. Script. Sacr.

gelium prædicent, quām ipse prædicasset. Unde graci Patres à Calmeto citati, primū ex aliis textibus ita explicant: *Si novi ī i doctores vobis nuntiarent alium Christum sive Messiam, quem nuntiari oportet, nosque minime nuntiāsemus, aut aliā doctrināam prædicarent, quam ego non prædicavi, aut si alia excellētiora dona Spiritus S. quæ per me non accepistis, accepertis à pseudo-apostolis istis, rectè PATEREMINI, id est, meritò ferretis tales concionatores, meritò illos audiretis. At nihil tale affere possunt huiusmodi pseudo-apostoli. Si autem tale nihil afferunt, car illos auditis? Alii pariter à Calmeto citati verba illi primi textos. Rectè patremini, ironiè explicant, ita ut sensus sit: *Si quis alium Christum prædicat, quām eum quem nos prædicavimus, etc., rectè (scilicet è contrario, seu nonnisi stultè) talem concionatorem seu pseudo-apostolum toleraretis. Sive autem hoc, sive priori modo primus ille textus, de quo loquimur, explicetur, nunquam contradicit alteri textui ad Galat. 1, 8, prout considerant faciliè patet.**

50. Quæres XVII: *Quomodo illud (2 Cor. 11, 18): « Quoniam multi gloriāntur secundū carnem, et ego gloriabor, cum effato ejusdem Apostoli (ad Galat. 6, 14): Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, conveniat?* Resp.: Nulla in his Pauli effatis est realis contradictione. Per verba enim ad Galatas solū excluditur gloriatio vana; ad Corinthios verò ait se gloriari in bonis externis, non ex spiritu vanitatis, sed ex fine sancto. Sensus enim citati textus ad Corinthios est: *Quoniam cuncti mei pseudo-apostoli gloriāntur secundū carnem, id est, exteriores laudes querunt ab origine generis, parentibus hebreis, etc., hinc et ego iisdem gloriabor, non ex spiritu vanitatis, sed charitatis, re et necessitate ita exigente. Voluit nimis Paulus juxta monitum Spiritualis S., Proverb. 26, 5, stulto respondere juxta statitū suam, et ostendere, se etiam in dotibus illis externis non esse inferiorem. Hinc versu precedente seu decimo septimo ait: Quod loquer, non loquer secundū Deum, sed quasi in insipientiā, in hac substantiā gloriæ, id est, quod loqui propono et intendo, in hac materiā gloriationis, non est secundū Deum, si nempe secundū se spectetur, sed videbitur quasi in insipientiā dictum; erit tamen secundū Deum, si spectetur, prout procedit ex charitate et necessitate, quæ me sic loqui compellunt, ne vos, ò Corinthii, me velut vili homuncione contempto, seductoribus pseudo-apostolis adhaereatis.*

51. Quæres XVIII: *Quodnam sid illud TERTIUM CŒLUM, in quod Paulus (2 Cor. 12, 2) raptus fuisse dicitur?* Antequām respondemam, obsecro hanc objectiōnem à larvato illo Zapatā, contra quemjam alibi, nempe sect. 5, antil. 10, egimus, et quem Statlerus in Demonstrat. evangeliā, § 273, refutat, moverit, nobisque solvendam objici. Itaque resp. et cum Cornelio à Lap. et Calmeto (1) dico, per tertium cœlum hic intelligi co-

(1) Comment. in 2Cor. 12, 2. Item in Dissert. de systemate mundi juxta veterum Hebræorum sententiam.

lum empyreum. Veteres enim Hebræi, quibuscum hoc loco Paulus loquitur, tres tantum cœlos dari judicabant, nimirū atmospheram aeris, in quā volant aves, et pendenti nubes et vapores, quæ est cœlum primum. Alterum cœlum sublimius, quod planetas et sidera continet, et est cœlum secundum. Tertium tandem cœlum omnium sublimissimum seu empyreum, est scdes summi Numinis, ac beatorum, quod raptus Apostolus ineffabilia et arcana verba audivit. Primum illud in Scripturis cœlum simpliciter appellatur, alterum firmamentum, tertium cœlum cœlorum.

52. Quæres XIX: *Quomodo illud (2 Cor. 13, 7): « Oramus... ut vos, quod bonum est, faciatis; nos autem, ut reprobi simus; cum illo altero Pauli effato (1 Cor. 9, 27): Castigo corpus meum, ne fortè, cum aliis prædicaverim, ipse reprobis efficiar, concordet?* Nonne in his duobus effatis Paulus vult fieri reprobus et non reprobus? » Resp.: Vult et non vult, sed sub diverso sensu. Nam in priore textu vox *reprobis* non sumitur prout accipitur in textu altero, id est, prout opponitur prædestinato, sed prout opponitur probato, spectato, honorato. Totus enim versus septimus ita habet: *Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos, quia bonum est, faciatis; nos autem, ut reprobi simus; hoc est, oramus, ut nil mali à vobis fiat, nec ambibus apparet probati, insignes, spectabiles, ostendendo nostram, quam habemus, protestatem et auctoritatem in puniendo illos qui inter vos delinqunt; unum curamus, ut vos, quod bonum est, faciatis; nos autem, ut reprobi simus, id est, rejecti, ignobiles, et velut potestate puniendi et vindicandi carentes reputemur, cum eam ostendere non possimus in vos, si obsequentes sitis, et quod bonum est, faciatis, quod unicè optamus. Ita Cornelius à Lap. cum Theophylacto, Anselmo et aliis.*

CAPUT III.

De Epistolis B. Pauli ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses & ad Thessalonicenses.

Epistola ad Galatas apologia est, quā S. Paulus contra pseudo-apostolos, qui ipsius ministerium in invidiam trahebant, eò quid legi Mosaicæ ceremonias repudiaret, ostendit, legalium necessitatē jam nullam esse. In fine Epistolæ ad Galatas ad curam bonorum opūrū extimulat.

In Epistolâ ad Ephesios, S. Paulus Ephesios in fide muuit contra illos, qui vitam aternam sola legis nature observatione obtineri posse dicebant; præterea variis hominum status sanctissimis morum regulis informat.

In Epistolâ ad Philippenses, Apostolus Philippenses laudat ob perseverantiam in fide, constantiam in persecutionibus, et contemptum pseudo-apostolorum, adhortans eos ad omnem virtutem, mutuam dilectionem et Dei timorem.

In Epistola ad Colossenses, declarat Paulus gaudium suum ob susceptam à Colossensibus Christi fidem, eosque hortatur, ut sibi caveant à superstitionibus circa discrimen eborum, et dierum, ac falsum cultum

Aenglorum, sed in fide constantes maneant; quem in finem potiores Christiane vite regulas illis suppediat.

In primâ parte Epistole ad Thessalonicenses, Apostolus Thessalonicensibus gratulatur de susceptâ felicitate fidei, et inter plures persecutiones fortiter custoditâ; parte autem secundâ ejusdem quorundam particularium flagitia perstringit, quos ad æmulanda virtutum studia adhortatur. Epistolam II ad Thessalonicenses pariter Paulus à commendatione Thessalonicensium incipit; dein exponit secundum Christi adventum, et in exhortatione ad virtutis studium desinit.

55. Quæres I : *Quomodo inter se concordent ha duo narrationes, dicim Paulus (ad Galat. 1, 17) ut se statim post conversionem suam non venisse Jerosolymam, sed abiisse in Arabiam; cum tamen (Actor. 9, 26) narretur, quomodo Paulus post conversi onem suam Damasco fugiens, venerit Jerosolymam?* Resp. : Ad apparentem hanc antilogiam sive contradictionem S. Scripturæ diluendam duplex potest dari responsio. Prima est S. Hieronymi et Lorini dicentium, Paulum mox à conversione suâ venisse Jerosolymam, necessitate fugie compulsum, non autem ut Petrum videret, cum eoque Evangelium conferret; hoc enim tantum loc. cit. ad Galatas negatur, dñm dicitur : *Negre veni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos; sed abi in Arabiam.* Alter respondet Baronius, et ait, Actor. 9, 26, non dici, Paulum statim à conversione sui venisse Jerosolymam, sed sensum esse, quòd eò venierit post longius tempus : puta post triennium, partim in Arabiâ, partim Damasci exactum; cùm scilicet eò venit videre Petrum, ut ad Galat. 1, 18, Paulus ait his verbis : *Deinde post annos tres veni Jerosolymam vide Petrum.* Tacuit autem S. Lucas, Actor. 9, 26, profectionem Pauli in Arabiam, quia in eâ nihil memorabile acciderat, inquit Cornelius à Lap., Comment. in hanc Epist.

Ceterum, teste eodem celeberrimo interprete, ibid., utraque responsio modò data, probabilis est, adeòque ex narrationibus Scripture supra recensitis nulla realis contradictioni evincit potest.

54. Quæres II : *Quomodo illius effati à Paulo (ad Galat. 2, 7) prolati. Credimus est mihi Evangelium præputii, sicut Petro circumisionis, h. e. : Ego à Deo destinatus sum ad predicandum Evangelium gentibus, sicut Petrus Judæis; quomodo, inquires, hujus effati veritas salvetur, cùm tamen ex Actor. cap. 10, constet, Petrum etiam gentilibus, et ex Actor. cap. 13, Paulum etiam Judæis evangelizasse?* Resp. cum S. Hieronymo, et dico : Initio Ecclesie, cùm Judæi à gentilibus adhuc valde abhorrent (ut patet cap. 2 ad Galat. v. 12), Petrus et Paulus partiti sunt operas suas, ita ut Paulus, Judæis exsus, prinnò ac præcipue gentibus predicaret, Petrus Judæis. Hoc tamen non est ita intelligendum, ac si S. Petrus Judæis tantum, et S. Paulus gentilibus tantum predicasset; sed, ut S. Hieronymus ait, *in commune hoc habebant propositi* hi duo Apostoli, *ut Christo ex cunctis gentibus Ecclesiam congregarent;* et quamvis uterque ejus presertim populi quarebat conversio-

nem, cuius convertendi provinciam Spiritus S. illi specialiter crediderat, aliorum tamen salutem non negligebat.

55. Quæres III : *Quomodo verificetur illud (ad Galat. 4, 25) : Sina mons est in Arabiâ, qui conjunctus est ei quæ nunc est Jerusalem; cùm tamen mons Sina et Jerusalem non conjungantur, sed multis miliebus dissident?* » Resp. : Hæc Pauli verba juxta graves interpretes non significant montis Sinai cum Hierosolymâ conjunctionem quoad locum, sed quoad similitudinem. Vult nimis rūm Apostolus dicere : Sicut in monte Sinâ, ita et Hierosolymæ tanquam sede præcipua Iudeorum traditur lex vetus servilis, utroque generantur filii non liberi, sed servi veteris legis, non spirituales, sed carnales. Ita Theophil., D. Thomas, Vatablus, Menochius, aliquique interpretes, ac patet ex ipso contextu, qui ita sonat : *Quæ sunt per allegriam dicta. Hæc enim sunt duo Testamenta. Unum quidem in monte Sinâ in servitatem generans, quæ est Agar; Sina enim mons est in Arabiâ, qui conjunctus est ei, quæ nunc est Jerusalem, et servit cum filiis suis. Illa autem, quæ sursum est Jerusalēm, libera est, quæ est mater nostra.*

56. Quæres IV : *Quomodo illud (ad Galat. 6, 2) : Alter alterius onera portate, concordet cum illo (ibid., v. 5) : Unusquisque onus suum portabit?* » Resp. : Nulla hic est contradictione. Nam loco priore Apostolus loquitur de hoc seculo, in quo alter alterum suis consiliis ex præcibus adjuvet; posteriore autem loco de seculo futuro, in quo quisque operum suorum onus, id est, meritis operum penas aut premia feret. Vide Calmetum, Comment. in hunc loc.

57. Quæres V : *Quomodo illud (ad Ephes. 5, 18) : Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, congruit cum verbis (Jud. 9, 13) : Vinum... laetificat Deum et homines?* » Resp. : Quamvis vinum immodiè sumptuum, seu si eo quis inebriatur, soleat excitare motus luxurie, tamen de se est creatura bona laetificans Deum, quia in libaminibus V. T, et in sacrificio missæ N. T. adhiberi solita; et homines, quia in corde hominis letitiam excitat.

58. Quæres VI : *Quomodo intelligendum illud (ad Ephes. 5, 25, 26 et 27) : Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro eâ, ut illam sanctificaret... ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam..... sed ut sit sancta et immaculata.* Quomodo Ecclesie dici potest *sancta et immaculata*, cùm certum sit, quòd in eâ multi sint injusti, maculati, inòd reprobi? » Resp. : Si allatus textus de Ecclesie triumphante intelligitur (prout S. Augustinus, lib. 2 Retract. c. 18, eum intelligit), tunc absolutè verum est, quòd sit sine macula et ruga; si verò de militante, etiam hæc est sancta, spectando doctrinam, sacramenta, leges, et nobiliora ejus membra, putajustos, qui, licet peccatis venialibus non omnino carent, ornati tamen sunt gratiâ sanctificantे.

Corollarium. Quamvis in Ecclesiâ militante multi sint injusti seu peccatores aut etiam reprobi, tamen à parte suâ nobiliore rectè vocatur sancta; 4° quia ca-

put Ecclesiæ Christus, et præcipua ejus membra (puta justi) sancta sunt. Sic dicitur, ex. gr., de Londino, quod sit dives, scilicet propter mercatores et alios, qui in eâ urbe sunt divites, cùm alioqui non pauci in eâ sint pauperes. 2^a Ecclesia militans dicitur sancta, quia sancta habet sacramenta, sanctam doctrinam, sanctas leges; et Christus, quantum est ex parte suâ, eam sanctificavit, et copiosa sanctitatis media ei dedit.

59. Quæres VII : « Quomodo effatum Pauli (ad Philipp. 2, 12) : *Cum metu et tremore vestram salutem operamini*, cum effato Joannis (1 Joan. 4, 18) : *Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem*, concordet? » Resp. : Optimè hi duo textus concordant, utpote de diverso timore loquentes. Nam primi textus sensus est : *Cum metu reverentiali, et timore offendendi Deum, vestram salutem operamini*. Sensus alterius : *Timor anxius et serpulosis, qui tristem reddit hominem et pusillanimum, aut ita servilis, ut quis non tam culpam, quam poenam metuat, quique proin timor ex amore proprio oritur, non stat eum charitate perfecta*.

60. Quæres VIII : « Quomodo intelligendum illud (ad Coloss. 1, 24) : *Adimpleo ea quæ desunt passione nunc Christi*. An igitur passio Christi non fuit plena, et sufficiens? » Resp. : Fuit in se quidem plenissima, et mille mundis redimendis sufficiens; sed ei tamen aliiquid deest in nobis tanquam in suis membris mysticis, nempe communicatio et participatio passionis ac meritorum Christi; ut scilicet Christus non tantum in se, sed etiam in suis membris, id est, Apostolis aliquis fidelibus, similia patiatur, hæcque passio propagetur et perficiatur corpus ejus, quod est Ecclesia. Deus enim ab æterno decrevit, ut Christus non tantum in se, sed etiam in suo corpore et membris, puta in Ecclesia et fidelibus patereretur, et passione eorumdem hoc ipso Ecclesia perficeretur, dum nimium fideles patiente participes flunt et similes Christi patientis et crucifixi. Ita hunc Scripturæ locum eleganter explicat Cornelius à Lap. secutus doctrinam PP. Ambrosii, Augustini, Chrysost., Theophyl. et aliorum.

61. Quæres IX : « Quomodo illud (ad Coloss. 2, 11) : *Circumcisi estis circumcisio non manufacta in exposu liatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi*, intelligendum sit, cùm tamen oppositum sit certum, et videlicet quod Christi circumcisio fuerit manufacta, seu secundum carnem? » Resp. : Equidem Christus circumcisus est secundum carnem; sed Paulus loc. cit. non loquitur de hæc circumcisione Christi, sed de illa quam Christus à nobis exigit, nempe de spirituali circumcisione ac refectione pravorum habituum et affectuum, prout ex contextu colligitur.

62. Quæres X : « An ex illis Pauli verbis (1 Thes. cap. 4, 16) : *Nos qui vivimus, qui relinquimus, simul rapient in nubibus obviam Christo, non sequatur, non omnes ante extremum generale judicium morituros*; cum tamen idem Apostolus (ad Hebr. 9, 27) expressè dicat : *Statutum est hominibus semel mori?* » Resp. : In hæc re, et ad solvendam hanc questionem interpres afferunt duas diversas sen-

tentias; prout Suarez, in 3 p. D. Thomæ, tom. 2, disput. 50, sect. 2, rectè recenset. Prior sententia est plerorumque præsertim ex Latinis docentem, eos, qui usque ad extreamam judicij diem, inter vivos fuerint, omnes ad breve tempus morituros, et statim iterum ad vitam resuscitandos, ita ut ipsorum mors instar levis somni et brevissimi futura sit, longè diversa à vulgaris morte, que in horroris atque corruptionis statum nos redigit. Juxta hanc proin sententiam omnes Adæ posteri sine exceptione aliquando morientur. Altera sententia PP., præcipue Græcorum, est, illos homines justos, qui tum temporis vixerint, neque morituros neque resuscitandos; sed solum immutandos, seu transformandos non gustatâ morte, eorumque corpora, que ex semet corruptioni et morte essent obnoxia, ab eâdem præservanda, sicut illos repente immortalitate induendos, et ad gloriosum statum redituros. Ceterum, teste Suarez, loc. cit., neutram ex prædictis duabus sententiis hactenùs Ecclesia definitiv. *Modestius ergo*, ut Suarez ait, *loquuntur qui ab omni censurâ abstinentes sese, primam sententiam probabiliorem, ac simpliciter veram arbitrantur esse*. Certè S. Augustinus, qui prius l. 2 de Peccat. merit. c. 51, alteram Græcorum sententiam sequebatur, postea re melius discussâ, eam retractavit, et primam Latinorum sententiam fusè stabilivit.

Qui autem oppositam Græcorum sententiam amplexi sunt, per consequentiam doctrinæ dicere debent, illud Scripturæ effatum : *Statutum est hominibus semel mori, limitatè et cum exceptione hominum, de quibus supra diximus, intelligendum esse*; sicut Scriptura etiam alii in locis juxta regulam S. Augustini (1) et Hieronymi, lib. 1 Quest. in Gen. quest. 17, absque falsitate non semel tribuit omnibus, quod reapse tantum plerisque convenit.

63. Quæres XI : « Quomodo illud (2 Thessal. 2, 4) de Antichristo dictum : *Adversatur et extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, concordet cum illâ de Antichristo predictione* (Daniel. 11, 38) : *Deum autem Maozin in loco suo venerabitur; et Deum, quem ignoraverunt patres ejus, colet auro et argento. Num Antichristus poterit simul se extollere supra omne quod dicitur Deus, et tamen colere ac adorare idolum Maozin?* » Resp. et dico cum Cornelio à Lapide, aliquis interpretibus : Deus Maozin, id est, Deus fortis, de quo hic sermo est, vel denotat demonem Antichristo familiarem, quem ille privatum colet, licet exterquo seipsum Deum esse publicè jactabit, et super omne quod dicitur Deus, sese extolleat; aut ex sententiâ Theodoreti erit idolum representans Antichristum, quod iste ab omnibus adorari præcipiet.

64. Quæres XII : « Quomodo illa Pauli de Antichristo predictio (2 Thessal. 2, 8) : *Quem Dominus* »

(1) Vide Bollandistas, seu Acta SS. tom. 54, id est, tom. 6, mensis augusti die 28 de S. Augustino, pag. 536, num. 705, ubi patebit, libros de Civitate Dei du post librum de Peccatorum meritis et remissione absolutos esse.

¶ **Jesus interficiet spiritu oris sui**, concilianda sit cum verbis (Apoc. 19, 20), ubi dicitur bestia, id est, ¶ **Antichristus cum suo pseudoprophetâ**, vivus mittendus in infernum? Quomodo Antichristus et interficeretur à Christo, et tamen vivus in gehennam praecipitabitur? ¶ Resp.: Utrumque hoc fieri poterit. Præcipitabit enim Christus vel per se, vel potius per Michaelem archangelum suæ sententiae executorem è sublimi acre Antichristum deorsum: unde terra deludente vivus corpore è anima in tartara à demonibus abripieatur, ac à Christo interficiatur solo spiritu oris sui, id est, solo jussu et nutu suo, vel (ut Calmet ait) tantâ facilitate, ut satis futurum sit, ut Dominus oris sui flatum emittat ad eundem vincendum et delendum. Sicut autem Core, Dathan, et Abiron, num. 16, 35, probabilitis in ipso descensu ad infernum fuerunt mortui, antequam ad infernum pertinenterant, ita probabilitis in ipso descensu ad infernos occidetur Antichristus; dicitur tamen vivus mittendus in infernum, quia vivus ex demitti et descendere incipiet; sed in viâ, antequam pertingat ad infernum, sufficiabitur et interficietur. Vide Cornelium à Lap., Comment. in Num. 16, 35, aut alios interpres in hunc locum.

CAPUT IV.

De Epistolis B. Pauli ad Timotheum, ad Titum et ad Philemonem

Duas Epistolas ad Timotheum à D. Paulo scriptas habemus. In Epistola I ad Timotheum, Apostolus hunc suum discipulum instituit circa munus episcopi. In Epistola II ad Timotheum, Apostolus idem ferè argumentum urget, quod in Epist. I ad eundem et in Epistola ad Titum. In Epistola ad Titum, D. Paulus hunc monet, quales esse debeant, quibus divini ministerii munus communis est: quantâ curâ judicantes et hereticos reprimere, quibusque moribus reprimere debeant. In Epistola ad Philemonem, Apostolus Philemoni commendat Onesimum servum fugitivum, furtive fors reum, ut illum iam ad Christum conversum in gratiam rursus recipiat.

65. Quæres I: Quomodo illud (1 Timoth. 1, 9): **Lex justo non est posita**, concilietur cum verbis (ad Rom. 13, 8) præcipientibus observantiam legis: **Subditis estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam?** Quomodo justus potest esse liber à lege, et simul obligatus lege? ¶ Resp.: Apostolus in primo textu non vult dicere, justos lege non obligari, sed solum justis legem oneri non esse, èd quid non terro poenæ, sed ex charitate sponte faciant id quod lex Dei jubet. Sensus igitur horum verborum: **Lex justo non est posita**, iste est: Lex lata non est ad justos coercendos; justi enim sponte suâ se conformant legi, amore justitiae et obedientiae, non timore poenæ, quam lexi transgressoribus minatur; sed lata est, ut minis suis et punitis coerceat impios. Hinc ex verbis illis: **Lex justo non est posita**, male infirunt libertini, justos non obligari legem etiam Decalogi; in lege enim sunt tria, obligare videlicet, dirigere, et

coercere sive punire. Duo priora lex exercet in omnes etiam justos; tertium solùm in injustos. Unde S. Chrysost. in hunc locum pulchre inquit: **Justus non est sub lege, sed supra legem.** ¶ Et Aug. Enarrat. in Psal. 1: **Justus, ait, non est sub lege, quia in lege Domini est voluntas ejus; qui enim in lege est, secundum legem ait. Qui sub lege est, secundum legem agitur. Ille ergo liber est, iste servus.**

66. Quæres II: Quomodo illud effatum (1 Tim. 2, v. 14): **Adam non est seductus**, intelligendum sit, cùm utique ab Eva seductus fuerit? ¶ Resp. et cum S. Hieronymo, lib. 1 cont. Jovinian. Augustino, lib. 14 de Civ. Bei, c. 11, Ambrosio, Chrys. et alii dico: Adam propriè non est seductus, hoc est, à serpente, aliove aliquo volente decipere, deceptus. Licet enim ex inordinato conjugis amore, ei morem gesserit, hac tamen enim decipere non intendebat, sed tantum allucere ad eum suoi pomii. Hinc etiam Adam non se excusat ut ab Eva deceptum, sed tantum ut alluctum ab ea, tantumque ait se comedisse, ut illi quasi sociæ morem gereret: **Mulier, inquit, quam dedisti mihi sociam, dedit muli de ligno et comedì.** E contrario Eva propriè fuit seducta, quia à serpente volente eam decipere fuit decepta. Unde et ab hoc deceptore se deceptam profiterit, dicens: **Serpens decepit me: Adam vero non fuit à serpente deceptus; serpens enim non ausus fuit virum aggredi, sed mulierem, quam faciliter decepturum sciebat.**

67. Quæres III: Quomodo illud (1 Timoth. 1, 12): **Docere autem mulieri non permitto**, concordet cum verbis Apostoli (ad Titum, 2, 3): **Anus similiter in habitu sancto, non criminaliter, non multo vino servientes, benè docentes, etc.**? Nullane inter hec duo efflata Pauli contradicunt? ¶ Resp.: Nulla. Paulus enim solùm non permittit mulieri, ut in publico, hoc est, in Ecclesiâ doceat; non autem prohibet, inò horretatur, ut privatim et domi sua liberos ceterosque domesticos, in iis que ad salutem pertinent, sedulò eruditat.

68. Quæres IV: Quomodo illud Pauli (1 Timoth. 4, 4, 5): **Abstinere à cibis, quos Deus creavit, doctrina est daemoniorum**, concilietur possit cum illo Apostolorum decreto (Acto. 15, 20): **Visum est Spiritui S. et nobis, nihil ultra imponere nobis** (id est, genitus ad Christum conversis), quám... ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum et sanguine, et suffoco et fornicatione? Quomodo haec duo concordant? ¶ Resp.: Optime sibi concordant. Nam in primo textu solùm damnatur doctrina prolixbens comedere certos cibos quasi per se malos, et à malo deo, seu principio mali procreatos, ut olim Simoniani, Saturniani, Ebioniti, Marcionite, Manichaei et Encratiti abstinendum docebant ab omni carne animalium. In altero vero textu jubentur Christiani Antiocheni abstinere à certis cibis, ne Christiani judaizantes, seu ex Judaismo ad dogmam Christi transeuntes, offendantur; non quasi cibi illi per se mali essent, sed ob alias rationes (1). Nam

(1) Vid. supra, num. 41; item Menochium in Gen. 9, 4; et in Act. 15, 20.

Judei propter antiquam consuetudinem abominabantur sanguinem et suffocatum; dein comestio eorum, quae simulacris seu idolis fuerant immolata, poterat Iudeis dare occasionem suspicandi, quod gentiles, si talia comedenter, vellent redire ad idololatriam.

69. Quæres V: Quomodo illa Pauli verba (1 Timoth. c. 5, 14): *Volo juniores (viduas) nubere*, concordent cum his (1 Cor. 7, 7): *Volo omnes vos sicut meipsum, nempe servare virginitatem?* Resp.: Aproposito non dicit contraria. Nam in primo textu junioribus viduis duntaxat remedium incontinentie ostendit, scilicet ut nubant, cum est in eis periculum luxurie, prout patet ex contextu, et recte advertit S. Augustinus, lib. de Bono viduitatis, c. 8, S. Ambros., S. Chrysost. aliique. In altero vero textu celibato vitam pariter non præcipit Apostolus, sed solùm suadet, nisi aliqui sint in propinquio periculo incontinentiae: *Melius est enim nubere, quam uriri*, ait ibidem, v. 9.

70. Quæres VI: *Quomodo intelligendum illud Pauli* (ad Titum 1, 13): *Omnia munda mundis; coinquinationis autem et infidelibus nihil est mundum?* An ergo omnia Christianorum opera sunt munda et sancta, et infidelium verò opera omnia immunda seu peccata? Resp.: Nec omnia Christianorum opera sunt munda, nec omnia infidelium opera sunt immunda seu peccata. Sensus enim Paulini textus est longè alius. Loquitur nempe Apostolus ibi de delectu ciborum, quem judaizantes inducebant. Deiis enim eorumque fabolis hic agi, patet ex vers. 10, 11 et 14. Nam (ut Cornelius à Lap. in hunc locum observat) judaizantes nonnulli dicebant cibos aliquos esse natura immundos, ut postea eos secuti docuerunt Manichæi et Marcionites; alii verò censebant cibos quosdam esse immundos et Christianis vitandos, non in se, sed propter legem Moysis, Levit. cap. 21, eos vetantem. His refutat hoc loco Apostolus dicens: *Omnia munda mundis*, q. d.: Christiani, qui sanguine Christi in baptismo mundati sunt, nullus cibus, nulla res, vel natura sua, vel propter legem Moysis, habenda est immunda; sed omnia eis sunt munda, ut omnibus ræsi et utisinescru polo possint. *Coinquinationis autem et infidelibus nihil est mundum*, hoc est, judaizantes et infidelibus nulli, ejusmodi cibus est mundus, semperque peccant, sive comedunt tales cibos quos putant prohibitos esse, sive eosdem non comedant. Si enim eos manducant, peccant ex conscientia culpabiliter erronea; quia putant se hæc comestione peccare, et tamen comedunt; si non manducant, peccant mente superstitione, credentes cibos hosce esse prohibitos, cum tales non sint. Recte S. Augustinus, l. 31 contra Faustum, cap. 4; hunc fermè in modum ait: *In infidelis sive comedat, sive abstineat, non sancti vel justi comedat vel abstineat, quia priva opinione utrumque facit.*

71. Quæres VII: *Quomodo verisimile redditur, quod Paulus Epistolam ad Philemonem ex divina inspiratione scripsit; ciuius tamen hæc Epistola non ad totam Ecclesiam; sed duntaxat ad privatum aliquod negotio Perni pertineret, solanque profugi servi (nempe Onesimi) Domino suo commendationem contineret?* Resp.:

Evidem non pauci rationes in hac questione propositas olim dubitaverunt, utrum Epistola ad Philemonem sit Deo inspirante scripta, prout in prefatione ad hanc Epistolam testantur Hieronymus, Chrysostomus, et Theophylactus. Verum Patres, ut infirmas illas rationes everterent, et criticis ora obstruerent, ostenderunt, fidem ab Ecclesia huic Epistole, tanquam ab Apostolo ex Spiritu S. inspiratione exarata, semper adhibitam, ipsiusque Marcionem eam ab Epistolis Pauli nunquam exclusisse, non à libri magnitudine auctoritatem creari, cum Prophetarum quorundam, ex. gr., Abdie, Nahum, etc., vaticinia in veteri Testamento occurrant, spectatâ brevitate sua quæ scripta extant, aequalia aut parum diversa à brevitate Epistole ad Philemonem. Spiritum S. non minus sese præstò exhibuisse Apostolo, cùm ad fidèles scribât ea quæ comitatis antigratianæ erant, quācum eum de sublimioribus mysteriis loquretur; paucissimas certè Pauli Epistolas tanquam canonicas accipiendas, si earum singula, quæ res aliquas non ad totam Ecclesiam, sed ad Paulum peculiariter pertinentes attingerent, rejiciendæ essent; denique multa servis et dominis, vel episcopis in suis subditos aut oves utilissima, et fidelibus omnibus ad sui solatium et utilitatem accommodata, in eadem ad Philemonem Epistola contineri, qualia sunt etiam vilium hominum, servorum et fugitorum Christianis curam esse habendam, nulli homini, ac ne sero quidem fugitivo, aditum ad gratiam et vitam aeternam esse praechsum, neque de ullius, quantumvis fraudulenti et perditæ salute esse desperandum, etc.

CAPUT V.

De Epistolâ B. Pauli ad Hebreos.

Cum Paulus hanc Epistolam ad Hebreos omnino toto orbe dispersos, sed maximè ad Hebreos in Iudeâ degentes scribit, cosique propter fidem Christi à suis vehementer vexatos, in fide confirmare, siisque, qui non crediderant, ad Christum adducere cupit, id in totâ Epistolâ agit, ut Christum maiorem Moysen, Evangelium præstantius lege Mosaicâ, sacerdotium Christi sacerdotio leitico melius esse demonstret. Deinde, ut eos ad viriliter perferenda omnia pro Christo exhoretur, ad permanendum in officio, ad Christi promissa fideliter expectanda.

Duplex autem controversia de hæc Epistola decidenda est, una de auctore, altera de auctoritate ejus, utrum nimis eam Epistola canonica sit, necne? Responsio ad hæc duo disceptationis capita ex solutione sequentium questionum patebit.

72. Quæres I: *An D. Paulus Apostolus Epistolam ad Hebreos auctor sit?* Resp. affirmativè. Antequam autem hanc sententiam, quam Ecclesia graeca et latina uno ore et consensu amplectitur, stabiliam, observo, quod de auctoritate hujus Epistole nonnulli olim dubitaverint. Nam ex antiquis sectariis (ut alios taceam) Marcion, teste S. Hieronymo, Praefat. in Epist. ad Tit., Epistolam ad Hebreos neque Pauli esse, neque sa-

eram docebat; ex recentioribus verò, teste Riberà (1), idem scenserunt Anabaptiste, Servetiani, et alii nonnulli inter hos eminet Lutherus, qui in prologo Epist. ad Hebr. hanc Epistolam nec esse Pauli, nec ultius Apostoli contendit, utpote quae quedam contineat contra evangelicam et apostolicam doctrinam. Luther subscripserunt Brentius (2), Kemnius, (3), et Magdeburgenses (4) cum aliis sectariis illorum temporum, exceptis Calvinis; Calvinus (5) enim ait, hanc Epistolam esse verè apostolicam, et errare hac in parte Lutheranos, an autem Pauli sit, an alterius Apostoli ut Barnaba, aut Luce, dubitat Calvinus (6). Quocirca ministri Calvinistae in eâ confessione quam obtulerunt Pissiaci, articulo 3, ponunt hanc Epistolam in numerum divinarum Scripturarum, sed tanquam auctoris incerti. Præterea, teste Thomà Cerboni (Theol. Revelat. lib. 5, quest. 2, art. 2, § 3), deinde quoque negant, Epistolam ad Hebreos auctorem habere Paulum.

Præter hos manifestos sectarios, Catholici etiam quidam, et presertim latini de auctore hujus Epistole olim dubitáreunt et properea eam minoris fecerunt, uti testantur Eusebius, lib. 5 Hist. c. 3, et Hieronymus, in lib. de Viris illustribus, in Paulo, dicens, hanc Epistolam à quibusdam Latinorum negari esse Pauli, sed vel Barnabe vel Luce, vel Clementis romani pontificis. Addit Sextus Senensis, lib. 7 Biblioth. sanct. à quibusdam etiam attribui Tertulliano. Denique idem dubium, num D. Paulus sit auctor Epistole ad Hebreos, iam olim sotpum, iterum revocarunt in lucem teste Bellarmino, lib. 1 de Verbo Dei, c. 17, et renovarunt Erasmus (7) et Cajetanus (8).

Verum haec Epistolam Pauli Apostoli esse, faciliè probari potest ex antiquissimo Ecclesie universæ sensu, et ex characteribus hujus Epistole, Paulum auctorem suum esse luculentem manifestantibus, ac demum ex infirmitate argumentorum, alteri quām Paulo hanc Epistolam tribuentibus.

75. Itaque assertio nostra ostenditur 1^o ex antiquissimo Ecclesie universe sensu, quo Paulus illius Epistole auctor una voce statuitur. Apud grecam enim Ecclesiam (9) nulla unquam hac de re ambiguitas fuit; Ecclesia verò latina, quamvis ab illâ inter Pauli Episolas recensenda aliquandò abstinerit, cùm nullus ex latinis Patribus tribus primis Ecclesia seculis occurrat, qui Epistolam ad Hebreos Pauli nomine aperte producat, maturè tamen satis cum græcis Patribus convenit; et à quarto seculo ad nostrum

(1) Comment. in Epist. B. Pauli Apost. ad Hebreos, in prologo, cap. 1.

(2) In Confesss. Wirtemberg. de S. Scripturâ.

(3) In Examini 4 sess. concil. Trident.

(4) Cent. 1, lib. 2, c. 4, col. 55.

(5) In Instut. impressa anno 1554, cap. 8, § 216.

(6) Loc. cit. cap. 10, § 85, et c. 16, § 23.

(7) Ad finem Annotationum in Epistolam ad Hebreos.

(8) Ad initium Commentariorum in eamdem Epistolam.

(9) Vide Calmetum Proleg. in Epist. ad Hebreos, art. 4.

usque, nullum de hoc inter Ecclesiam Greccam et Latinam discrimen cernitur, prout præter alios Calmetus testatur et probat. Nam Hilarius, lib. 12 de Trinit., Ambrosius, lib. 2 de Cain. c. 2, Hieron. in Epist. ad Dardanum de Terrâ promissionis, Augustinus, lib. 2 de Doctr. christ. c. 8, et Rufinus, in Symbolum, et alii deinceps omnes Epistolam ad Hebreos ut Paulianam agnoscunt et frequentissimè citant. Philastrius verò in catalogo haeresum, inter haeticos numerare non dubitavit, qui eam Epistolam rejicunt, vel Pauli esse negant. Præterea nomine Apostoli Pauli haec Epistola legitur in Ecclesiâ, in die Natalis Domini ad tertiam missam, et alias frequenter. Producta etiam in testimonium ac recepta est Pauli à multis antiquissimis pontificibus, ut Clemente I (1), Innocentio I (2), Gelasio I in concil. 70 episc. Ponitur quoque in Canone sacrarum Scripturarum nomine Pauli, à concilio Carthagin. III, can. 47, et Trident. sess. 4.

74. Ostenditur 2^o ex characteribus hujus Epistole, eam esse Pauli. Nam in hac, sicut in aliis omnibus Epistolis suis, exceptis illis ad Galatas, ad Ephesios, et ad Titum, charissimi sui Timothei mentionem facit Paulus. Sie enim ad Hebr. 13, 23, scribit : *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum diligisci; cum quo, si certius venerit, videbo vos.* Item Epistolam ad Hebreos eodem ferò quo ceteras more concludit, nimirum *voto*, ad Hebr. 13, 20: *Deus autem pacis..... appet vos in omni bono. Salutatione*, ad Hebr. 13, 24: *Salutis omnes prepositos vestros et omnes sanctos. Signaculo*, 2 Thessal. 3, 17, indicato his verbis : *Salutatio mea manu Pauli; quod est signum in omni epistolâ. Ita scribo. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis, amen.* Jam autem hoc signaculo auctor Epistole ad Hebreos clarè utitur, claudens Epistolam suam his verbis : *Gratia cum omnibus vobis. Amen*, ad Hebr. 13, 23. Insuper in Epistolâ ad Hebreos (sicut in Epistolâ ad Philip. cap. 1, v. 7 et 13, 14 et 17; item ad Coloss. cap. 4, v. 18, atque 2 Timoth. cap. 2, v. 9; et ad Philem. v. 10 et 15) fit mentio vincularum Pauli, ad Hebr. 10, 34: *Nam et vincitis (τοις δεσμοις που, vinculis meis) compassi estis.* Præterea alia adhuc plura produnt, Epistolam haec esse Pauli. Scriptor enim hujus Epistole vox *mediatoris* ad Christum designandum scèp utitur: ad indicandum autem eundem Christum non solum S. Paulus hanc vocem etiam alibi (Timoth. 2, vers. 5, etc.) adhibet, sed etiam à nemine alio Apostolorum aliquandò eam adhibitam fuisse legimus. Accedit, quod scriptor Epistole ad Hebreos cap. 13, v. 18, duo faciat: rogat primum eos, ad quos scribit, ut pro se ad Deum erent; deinde ad suam integratatem bonamque conscientiam appellat his verbis: *Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus benè volentes conversari.* Utrumque autem Paulus sapienter fecit etiam in aliis Epistolis. Nam orationibus aliorum sese commendat ad Roman.

(1) In Epist. ad Corinthios apud Eusebium, lib. 5, cap. 58.

(2) In Epist. 3 ad Exuperium.

45, 50, ad Ephes. 6, v. 19, ad Coloss. 4, v. 5; item 2 ad Thessal. 5, v. 1. A suā verò bonā conscientiā testimoniū accipit ad Roman. 9, 4, item 2 ad Corinthios 1, 12, ac 2 ad Timotheum 1, 3. Insuper auctor Epistole ad Hebreos in fine capituli 15, v. 20, rogat *Leum pacis*, sicut etiam facit ad Roman. cap. 15, v. 33, et cap. 16, v. 20. Item 2 ad Corinthios 13, 11, ad Philipp. 4, 9, ac 1 ad Thessal. 5, 23. Tandem sic argumētor: auctorem Epistole ad Hebreos id sibi peculiariiter proposuisse, ut demonstraret Christum Moysē longè esse præcellentiorē, eumdemque fuisse causam nostrā salutis, Christi sacerdotium levitico plurimū prestare; novam hostiam indui oportuisse propter imperfectionem hostiarum, quae in veteri Testamento adhibebantur, ac præceptis novi Testamenti adhærendū; hunc, inquam, ejus Epistole auctoris scopum esse (ut jam in proximo ad hanc Epistolam observavi) nullus sanè negare potest, qui hanc Epistolam attēnē perlegerit; sed hæc omnia nemini melius, quām Paulo convenient; ergo Paulus est auctor hujus Epistole; prob. min. Paulus ille fuit, qui, ut ipse ad Galatas 2, 11, testatur, Cephae, seu (ut communissima est sententia) Petro in faciem restitit, quia gentes cogebat iudaizare: Paulus fuit, qui pariter ad Galatas, ibid. 16, scriptis: *Scientes autem quid non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi; et nos in Iesu Christo credimus, ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis; propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro.* Et ad Romanos scribens idipsum, cap. 3, v. 20, apertè asseruit his verbis: «Quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo.» Aliunde verò illud quoque constat, adversus Paulum gravem persecutionem à Iudeis excitatam fuisse, quia, inquietabant, Act. 21, 28: *Hic est homo, qui, adversus populum et legem, et locum hunc omnes ubique docens, insuper et gentiles inducit in templo, et violavit sanctum locum istum.* Ergo ea omnia, quæ traduntur in Epistola ad Hebreos, nemini melius, quām Paulo convenient. Unde etiam spectatis characteribus hujus Epistole, luculentē patet eum esse eisdem Epistole auctorem.

75. Ostenditur 3^o ex infirmitate argumentorum contrariorum, quod Epistola ad Hebreos auctorem habeat S. Paulum, uti patebit ex consequentibus.

Solvuntur argumenta contra Epistolam ad Hebreos auctorem S. Paulum. — Argum. 1. Prudens vetustas, uti Magdeburgenses aiunt, de hæc Epistolâ dubitavit, an ei sit Pauli; ergo non est adeo certum auctorem hujus Epistole esse Paulum. Resp. ineptè dici vetus statem de hæc Epistolâ dubitasse, cum adversarii paucos solùm pro suā sententiā proferre possint; nos verò tot pontifices, tot concilia, imò antiquissimum universæ Ecclesiæ sensum pro nobis habeamus, ut supra n. 73, ostendimus, et præter alios Cl. Thomas Carbonii (1) fūsē demonstrat.

Scholion. Has Erasmi propositiones: *De Epistola ad Hebreos auctore semper est dubitatum, et ut ipse in-*

(1) *Theologiae Revelatae* 1, 3, quest. 2, art. 2, § 3, pag. 228, 231. Item, pag. 234, 240.

S. IV.

genū fatear, adhuc dubito, has inquam, propositiones Facultas theologica Parisiensis censurā statim perstrinxit ita sonante: *Hæc duæ propositiones arroganter et schismatice asseruntur contra usum et determinationem Ecclesie in multis conciliis, etc. Nec verum est, semper dubitatum esse de auctore hujus Epistole ad Hebreos, cùm scribat Origenes, quid ante tempora sua antiqui et maiores eam ut Pauli Apostoli suscipiebant.*

76. Argum. II. Epistola ad Hebreos non habet adjectum initio nomen Pauli, ut habent omnes aliae Paulinae Epistole; ergo Paulus illius Epistola non est auctor. Resp. 1^o: Ipsi Magdeburgenses, qui præter alia etiam hoc argumentum contra Epistolam ad Hebreos afferunt, fatentur, teste Bellarmino (1), hoc argumentum non esse usque adeo grave. Resp. 2^o cum Hieronymo (2): Si ideo Epistola ad Hebreos non est Pauli, qui non habet præfixum nomen Pauli; et nullius esset, quia nullius habet nomen. Adde, quod Epistola 4 S. Joannis pariter non habeat ejus nomen præfixum (reliqua due autem solum nomen Senior) et tamen eamdem Joannis esse, minimè dubitatur. E contrario, Evangelia quædam nomen Thomæ, Bartholomæi, Jacobi, Nicodemii præferunt, et ab omnibus tamen, nec immiseriò rejiciuntur.

Addo præterea, justis de causis nomen suum Epistole ad Hebreos Paulum non addidisse. Vel enim id fecit, ut Hieronymus (3) docet, quia sciebat, nomen suum Hebreis invisum esse, quamvis ad Christi fidem jam conversis propterea quid ipse præ ceteris legem veterem esse abrogatam acerrimè contendere, cuius legis illi Hebrei adhuc simulatores (4) erant. Vel, ut idem Hieronymus alibi (5) docet, quia in Epistola ad Hebreos, cap. 3, v. 1, dicturus erat, Christum esse Apostolum confessionis (id est, Religionis) nostræ: proin noluit initio se more solito Paulum Apostolum nominare, ne videbatur, se cum Christo aliquā ex parte conferre. Vel denique, ut Theodoretus (6) docet, quia Paulus non erat Apostolus Hebraeorum, sed Gentium, ut ipsem ad Galatas 2, v. 7 et 8, fatetur. Unde noluit more solito incipere Paulus Apostolus, sed nudam doctrinam expōnere, non quasi Apostolus et magister, sed ut amicus et socius. Quocirca in fine Epistole ponit: *Rogo autem vos, fratres, ut sufferatis verbum solati, etenim per pauca scripsi vobis, etc.*, quasi dicere velit: Non ægrè feratis, si ego, qui proprius Apostolus vester non sum, per litteras vos monere, et cohortari volui. Id enim feci, ut vos consoleretur, non ut imperarem. Porro has omnes rationes, teste Bellarmino loc. cit. etiam attigit Cl. Alexander. apud Euseb. Hist. lib. 6, ut explicaret, cur S. Paulus Epistole ad Hebreos nomen suum non præfixerit.

(1) L. 1 de Verbo Dei, cap. 17.

(2) Praef. in Epist. B. Pauli.

(3) Catalog. Scriptor. Eccles. voce Paulus ita ait: *Quia Paulus scribebat ad Hebreos, propter invidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputavat.*

(4) Actor. 21, v. 20.

(5) In cap. 1 ad Galatas.

(6) Praef. Comment. in Epist. ad Hebreos.

77. Argum. III. Epistole ad Hebreos stylus est longè diversus à ceteris Pauli Epistolis. Dictio enim Epistole ad Hebreos longè gravior, copiosior et ornatur est, quam ceterarum; ergo illius auctor non est Paulus. Resp.: Omittit aut., neg. cons., ac querit ex adversariis, an, quod et nunc scip̄ usu venit, stylum suum Paulus in Epistola ad Hebreos mutare non potuit? At non scriptores etiam profani interdūm stylum mutant, et in aliquibus suis scriptis sublimi, in aliis mediocri, aut humili dicendi ratione utuntur? Præterea, anno Epistola, de quā loquimur, potuit hebraicē primū esse scripta, ac dein in grecum translatā à Lucā stylo politiore, prout reverā factum esse existimat Eusebius, ibid., lib. 3, cap. 38, et Clemens Alexandrinus apud Eusebiūm, lib. 6, cap. 11? Annon ipse D. Paulus (prout communiter sententia cum D. Hieronymo docet) lingua hebraica, qua ipsi vernacula et admodum elegans fuisse dicitur, potuit hauc Epistolam ad Hebreos scribere, cūm ceteras Epistolas grācē exaraverit? Verum de hoc infra, quest. 2, 81, plura dicemus.

Sic igitur concludimus Quamvis negari non possit, ob dicendi rationem ab eī diversam, quā quispiam alias uti consueverit, probabilit̄ conjici posse, aliqua scripta alicui tribuenda non esse, quando ei cur illā usus fuerit, nulla causā afferi potest, et multa suadent, ejus non esse illud opus, de quo disputatur; tamen si hujus diversitat̄ occurrat ratio idonea, et aliquid plura habeantur, quod illud opus ei, cui vulgo tribuitur, tribuendum esse, dubitari non sinant, tunc propter diversam rationem dicendi de auctore alienus operis rectē dubitari non posse contendimus; alioquin nimis multa essent, que à suis auctoribus abjudicari deberent. In Epistola ergo ad Hebreos, licet diversa à ceteris Pauli Epistolis dicendi ratio adhibeatur, quia tamen et hujus diversitatis causa valdē idonea afferi potest, et multa sunt, ob quā Paulo Apostolo tribuendam eam esse constat, non est, cur quispiam jure hac de re dubitare possit.

Ceterū, omisi antecēdens argumenti hic objecti, scilicet quod Epistole ad Hebreos stylus sit longē diversus ab aliis Paulinis Epistolis; quia non omnes id simpliciter concedunt, sed contendunt, hujus Epistole stylum à ceteris Pauli Epistolis non longissimum distare, plurimasque locutiones, quae in ceteris occurunt, euādemque ratiocinandi modū, eosdem Pauli hebraismos, rariores quidem et politiores, etiam Epistole ad Hebreos ita interset, ut ejus auctor sicut et ceterarum, Paulus aperitissimē dignoscatur.

78. Argum. IV. Auctor Epistole ad Hebreos cap. 2, v. 3 et 4, ponit se in numero eorum, qui ab Apostolis ad fidem conversi sunt, dicit enim: *Quomodo nos effugiemus, si tantum negligemus salutem? quae cū initium accepisset enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis, et portentis, et variis virtutibus, etc.* At Paulus ad Galatas 1, 11 et 12, graviter affirmat se non ab homine, nec per hominem, sed à Christo per revelationem diciisse Evangelium; non igitur Paulus Epistole ad

Hebreos auctor est. Atque hoc argumento maximē nuntiatur Magdeburgenses, ut Bellarminus loc. cit. ait: — Resp.: Paulus meritō ponit se in numero eorum, qui ab Apostolis confirmati sunt in fide, contestante Deo signis et prodigiis. Quis enim negare potest Paulum, quando conversus est, eti Evangelium plenissimē didicerit per revelationem, tamen confirmatum esse in fide auditis miraculis Petri et aliorum Apostolorum, item ac præcipue eo miraculo, quo ipse per manus Ananias lumen oculorum recepit? Dein quamvis quod evangelizaverat, à Christo accepit Paulus, suam tamē prædicationem confirmatam per eos, qui audierant, id est, per Apostolos Paulus rectē affirmare potuit. Nam post tres à suā prædicatione annos Jerosolymas Petrum viderat, tribusque diebus cum eo manserat, Galat. 1, 18; post quatuordecim verò annos simul cum Barnabā ascendit iterum Jerosolymam, et tunc, ut ipse ait, ibid., 2, 9: *Jacobus et Cephas et Joannes, qui videbantur columnam esse, dextras dederunt mihi, et Barnabae societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem.* Denique, si objectus textus (ut Cornelius à Lap., et Menochius volunt) hoc sensu accipiatur, quod salus (id est, salutis Evangelium et annuntiatio) in nos (id est, usque ad nostrā, nempe Pauli hæc dicentis, tempora) confirmata sit, contestante Deo signis et portentis, etc., si inquam, textus hoc sensu accipiatur, per se nihil probat pro sententiā adversariorum, ut cuius rem hanc consideranti faciliter patet.

79. Argum. V ab Erasmo et Cajetano in medium productum. Auctor Epistole ad Hebreos, cap. 9, v. 20, loquens de Testamento propriè dicto, quod mortis testatoris confirmatur, allegat verba Exodi 24, 8, et sic ait: *Hic sanguis novi Testamenti, quod mandavit ad vos Deus; atqui in Exodo cit. loc. secundum hebraicam veritatem nulla sit mentio Testamenti, sed pacti; illa enim verba Exod. 24, 8, non habent alium sensum, quam istum: Ecce sanguis faderis (sue pacti), quod pepigit Dominus robiscum super omnibus verbis istis; ergo aut Paulus non callebat hebraicam linguam, aut Epistole ad Hebreos auctor non est.* Resp. cum Bellarmino, loc. cit., ita ratiocinante: *Vel est questio de re, vel de nomine; si de nomine, in iustē Erasmus hunc auctorem (nempe Epistole ad Hebreos) accusat. Nam non solum iste auctor, sed etiam 70 Interpretēs vocem ΤΑΝΤΑ perpetuō vertunt δαθηζην, id est, Testamentum, ut patet ex psalmis, quos ex versione 70 habemus, et ex Hieronymo in cap. 2 Malachie, ubi affirmat 70 semper ferē vertisse Testamentum. Et Apostolus Paulus Roman. 9, Gal. 3 et 4, et alibi, loquens de lege veterē, semper Testamentum vocat id quod Hebrei dicunt ΤΑΝΤΑ, imo adeo tria est in Ecclesiā hæc vox Testamentum pro hebraicā voce ΤΑΝΤΑ ut nihil frequentius dicamus, vel audiamus, quam Testamentum vetus et Testamentum novum. Si autem non de nomine, sed de re questio est, quasi auctor hujus Epistole (ad Hebreos) ad Testamentū propriè dictum detorserit hunc locum Exodi, in quo agitur de fœdere; respondentum est promissionem vitæ æternæ, de quā per figurās in Te-*

« stamento veteri, et aperte in novo agitur, esse simul Testamentum, et pactum : Testamentum, quia continet dispositionem de hereditate aeterna danda filii Dei, quae non sicut rata ante mortem testatoris. Testamentum enim est dispositio de hereditate, quae non prius rata est, quam testator moriatur; est autem simul pactum illa Dei promissio, quia habet annexam conditionem. Non enim vult testator Deus dare hereditatem aeternam, nisi iis, qui leges suas observaverint; et haec ratione dicitur fideus et pactum. Jam ergo de eadem re loquitur Moyses Exod. 24, 8, et Paulus Hebr. 9, 20, et Moyses quidem vocat pactum, sed intelligit non quocumque pactum, sed pactum de danda hereditate post mortem testatoris, et propterea sanguinem aspersit in populum, qui figura est sanguinis Christi pro nobis effundendi: Paulus autem vocat Testamentum, sed intelligit de Testamento non qualicunque, sed conditionato, id est, quod simul sit pactum. »

80. Argumentum VI. Epistola ad Hebreos scripta post mortem Pauli Apostoli videtur; ergo Paulus non est hujus Epistolæ auctor. Ant. prob. : Ad Hebr. 15, 23, mentio fit liberationis Timothei (1) è vinculis, ad quem tamen Paulus paucis ante mortem suam diebus secundam Epistolam dedit, quin ultimam de Timothei captivitate mentionem ingrat; ergo et captivitas et liberatio Timothei primum post obitum Pauli contigit; propter hujus liberationis mentionem in Epistola ad Hebreos loc. cit. non Paulus, sed alius ejusdem Epistolæ scriptor fecit.

Resp. : Neg. ant.; ad probat. dico Epistolam ad Hebreos ex communiori calculo scriptam esse anno Christi 63, antequam utraque ad Timotheum Epistola à Paulo scriberetur, quarum priorem anno Christi 64, posteriorem anno 65 scriptam supra (2) diximus; unde et liberatio Timothei, de qua Hebr. 15, 23, mentio fit, ante evenit, quoniam vel primam ad Timotheum Epistolam Paulus daret; id quod confirmatur illis Apostoli verbis 1 ad Timoth. 6, 12 : *Certa bonum certamen fideli, apprehende vitam aeternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus, ubi manifeste praterlapsam Timothei calamitatem insinuat Paulus, nemus eam, à qua illum liberatum scribit ad Hebr. loc. cit.*

Ceterum, ex hoc ipso, quod auctor Epistolæ ad Hebreos loc. cit. fratris Timothei, quocum Hebreos inviserunt promiserat his verbis : *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum; cum quo (si celerius venerit) videbo vos, mentionem faciat, ex hoc, inquam, haud obscurè elucet D. Paulum esse auctorem Epistolæ ad Hebreos; tui etiam Pearsonius, Dupinus, Tillemontius et Millius observant. Certe Paulus Timotheum itinerum et laborum suorum socium assumpsit, nec solum*

(1) Verba ad Hebr. 15, 23, sunt hæc : *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum (syrus vertit runculus solutum); cum quo (si celerius venerit) videbo vos.*

(2) Vide initio sectionis 2, Tabulam chronologicam Epistolarum D. Pauli, paulò ante numerum 24.

charissimi filii (1), sed fratri etiam nomine (2) appellavit.

81. Argumentum VII à nonnullis oppositum. Ab aliquibus Commentaria edita fuere in tredecim Epistolas Apostoli Pauli, è omissa, quæ inscribitur ad Hebreos; ergo hujus Epistolæ auctor non est Paulus. Resp. : Neg. cons. Plures enim alias hujus rei causæ subcesserunt, quas ne divinando quidem consequi possumus. Numquid enim ab expositione hujus Epistolæ ob ea ipsa dubia retrahit poterunt, quæ de cù apud nonnullos imperitos circumferebantur? anne ipsa rei difficultate absterri non poterit? anne denū etiam contingere non potuit, ut hujus Epistolæ Commentaria ab aliquibus omissa fuerint, quia, cùm sit ultima omnium, interpres illi viribus defecerint, vel aliter impediti fuerint, quandò ei expoundet manum imponere constituerant? Quād multa enim opera ob variis multiplicesque causas imperfecta relinquentur!

Catera adversariorum argumenta quæ contra auctorem Epistolæ ad Hebreos D. Paulum afferre solent, commodiū solvens infra, num. 90, 403, acturi de cononicâ hujus Epistolæ auctoritate, et difficultatibus aut antiogis apparenter talibus in eis occurrentibus. Interim illud solum adhuc observo, adē patenter constare, Epistolam ad Hebreos S. Pauli esse, ut in dubium id revocare non præsumperint Flaccius, Chytraeus, Palladius, Gesnerus, Gerardus, Hornetus, Calixtus, aliique etiam recentiores à magistro suo Luthero quoad rem istam deficientes, prout refert et testatur Fridericus Sphanchemius, Miscellaneorum sac. Antiquit. I. 2, part. 1, cap. 9, num. 3.

82. Quares II : *Quà lingua Epistola ad Hebreos scripta fuerit?* — Resp. : Quo sermone, græcone, an hebraico, vel syriaco conscripta fuerit hæc Epistola, auctores non convenient, prout ex dicendis in hac et sequenti questione patchit. Communior et verisimilior videtur esse sententia illorum, qui contendunt Paulum scrispisse hanc Epistolam hebraicè utpote hebreum Hebreis; hebraicè, inquam, non purè, sed corruptè, quia syriacè, uti locuti sunt Judæi post redditum è Babylone et tempore Christi. Et perfectè congruebat omnino, et Hebreorum maximè in Iudea (3), ad quos scribebat, conditio postulabat, ut S. Paulus dictam Epistolam hebraicè, b. e., syriacè, vernacula apud ipsos sermone scriberet, quo Hebrei Epistolam legere et in usum convertere possent. Certe cùm Actor. cap. 21 et 22, S. Paulus libertatem nactus esset ad Hebreos Ierosolymitanos verba faciendo, cùm græcè loqui posset, hebraicè potius locutus est, probè gnarus, Judæos alio sermone rem non

(1) 2 Timoth. 1, 2 : *Timotheo charissimo filio, etc.*
(2) 1 Thessal. 3, 2 : *Missionis Timotheum fratrem nostrum.... ad confirmandum vos, etc.*

(3) Epistola ad Hebreos scripta est quasi circularis ad omnes Hebreos toto orbe dispersos, sed maximè ad Hebreos in Iudea degentes, ut per omnes eorum Ecclesiæ legeretur. Id facile colligitur ex cap. ult. v. 23, ubi Paulus se cum Timotheo propediem ad eos, scilicet in Iudeam, venturum significat. Ita observat Cornelius à Lap. in proœmio Epist. ad Hebr., queritur quartus.

satis intellecturos. Sic enim Actor. cap. 21, v. 40, et cap. 22, v. 2, legimus : *Et cum ille (tribunus) permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem, et magno silentio facto, allocutus est lingua hebreâ dicens..... cim audirent autem, quia hebreâ lingua loqueretur ad illos, magis præstiterunt silentium.*

Confirm. I ex sensu Patrum, Clementis Alex. (1), Eusebii (2), Theodoreti (3) Graeci anonymi apud OEcumenium (4), et præcipue S. Hieronymi, Catal. de Script. eccl., quibus accedunt plurimi interpres, non pauci etiam inter Protestantes, ut testatur Spahniensis; qui omnes defendunt, Epistolam ad Hebreos scriptam esse hebreicè. Hinc ipse Calmetus Proleg. in Epist. ad Heb. art. 2, quamvis sit contrariae opinionis, et censcat, hanc Epistolam ab Apostolo scriptam esse græcè; tamen fatetur, suam sententiam esse pauciorum, nostram verò esse plororumque veterum.

Confirm. II ex styli diversitate Epistole ad Hebreos ab aliis Epistolis D. Pauli, eaque tam notabili, ut multi olim hanc Epistolam Paulo abjudicarent. Cessat autem difficultas omnis si cum S. Hieronymo dicamus, Paulum scripsisse quidem hanc Epistolam hebreicè (cum cæteras Epistolas suas græcè scripsisset, sed à D. Lucâ hebreum archetypum brevi versum esse eloquentiori stylo in græcum, ex quâ versione græca desumpta est nostra versio latina, quam hodiè habemus. Verba S. Hieronymi loc. cit. sunt hæc : *Scripsit (D. Paulus hanc Epistolam) ut Hebreus Hebreis hebreicè, id est, suo eloquio disertissimè, ut ea, quæ eloquenter scripta fuerant in Hebreo, eloquentius verterentur in Græcum, et hanc causam esse, quod à ceteris Pauli Epistolis discrepare videatur.*

83. Scholion I. Adversariis, qui negant Epistolam ad Hebreos à D. Paulo scriptam esse hebreicè, volunt que eam græcè (sicut cæteras Paulinas Epistolas) fuisse exaratam, his adversariis, inquam, multum negotii facessit diversitas styli in Epistolâ ad Hebr. præ alias Paulinis Epistolis. Quod si enim, ut ferè assolent, dicant, res et sententias in illâ Epistolâ contentas esse quidem Pauli, phrasin autem et constructionem alterius, v. g., Lucas aut Clementis, qui jussu Pauli Epistolam hanc suâ eloquentia græcâ scriperint et exornârint, indeque ortam esse diversitatem styli hujus Epistole ab aliis Paulinis Epistolis; si, inquam, adversarii hoc dicant, præstare pariter deberent, Lucam vel Clementem in græciâ ejusdem Epistole elocutione fuisse theopœustos, simulque ostendere, quo nihilominus pacto hæc Epistola D. Paulo non secùs ac aliae ejusdem Epistola ex communi sensu adscribatur; cum tamen sic non tam Paulus quâ Lucas aut Clemens hujus Epistolæ esset scriptor agiographus, ut pote scribens et concinnans singulas hujus Epistole sententias, non ex se, sed inspirante Spiritu sancto. Unde Cl. Hermannus Goldhagen haud immerito ait : *Qui cum Calmeto secus arbitrantur (nempe Epistolam*

(1) Apud Eusebium Histor. eccl. I. 6, cap. 41.

(2) Hist. eccl. I. 5, cap. 38.

(3) Præfat. in Epist. ad Hebr.

(4) Præfat. in Epist. ad Hebr.

ad Hebreos originaliter non hebreicè, sed græcè scriptam esse) plerique Protestantes, cuneum satis validum contra hoc argumentum (de diversitate stylî in Epistolâ ad Hebreos ab aliis Paulinis Epistolis) querant.

Scholion II. Quamvis Lucas aut Clemens'Epistolam ad Hebreos non scripserint dicto modo ad jussum Pauli, tamen eam ab ipso D. Paulo hebreicè scriptam brevi S. Lucas in græcum vertit, uti cum Clemente Alexand. apud Eusebium censem Cornelius à Lap., alioque. Pauli enim archetypum hebreum dicit Epistole brevi deperditum fuisse ferunt, cùm ex veteribus nemo unus illud se vidisse meminerit. Quod mirum non est, cùm etiam Matthei Evangelium, plurimis in locis maximo in honore habitum, et ab Origene et Hieronymo prælectum, duodecim abhinc retrò seculis penitus intercidet.

Neque dicas Epistolam ad Hebreos hebreicè editam etiam nunc extare; nam haec, que extat, non est archetypum hebreum D. Pauli, sed recentior quedam versio ex græco desumpta, uti omnes cum Calmeto, et Cornelio à Lap. consentiunt.

Similiter textus syriacus Epistole ad Hebreos, qui extat in Biblia Regiis, non est ipsum Pauli autographum; quamvis multis id suadere conatus sit Albertus Widmonstadius, qui primus novum Testamentum syriacè in Europâ imprimi curavit, et Guido Fabricius, qui illud in latinum convertit. Nam ipse hic textus syriacus teste Calmeto plura suppeditat argumenta, quæ versione hanc, licet valde antiquam, ex græco depromptam esse, satis ostendunt. Accedit quod S. Cyrillus, Clemens, Athanasius, Theodor. Damascenus et alii, qui in Syriâ vel Ægypto vixerunt vel scripserunt, hujus versionis syriaca non meminerint. Rursum hunc syrum textum non esse Pauli, nec primi illius avii christiani, patet ex eo, quod hæc syriaca versio phrasi et idiottismo discrepet à syriâ lingua, quâ loquebantur Iudei tempore Christi et Pauli; prout Cornelius à Lap. ostendit.

Scholion III. Quamvis græca Epistolæ ad Hebr. à D. Paulo hebreicè scripta translatio dicatur facta vel à S. Lucâ, vel à S. Clemente, verisimilius tamen S. Lucam auctorem habet, quam S. Clementem. Præterquam enim, inquit Cl. Goldhagen (1), quod stylus ratio in Epistolâ ad Hebreos cum stylô in Actis Apostolorum à B. Lucâ conscriptis mirificè consentiat, nullo etiam argomento ostendi posse videtur, S. Clementem, natione vel græcum vel romanum, tantâ hebreici sermonis peritâ valuisse, ut tam elegantem (ex hebreico D. Pauli archetypo in græcum) versionem adornaret. Porro restant adhuc aliqua contra nostram assertiōnem, quod D. Paulus dictam Epistolam hebreicè scripserit, solvenda.

ARGUMENTA CONTRARIA.

84. Argum. I. Si Paulus Epistolam ad Hebreos scripsit hebreicè, cur ergo citans Scripturam veteris Testamenti, non eam citat juxta textum hebreum, sed juxta

(1) Introduct. in S. Scriptur. p. 1, sect. 2, quæst. 2, § 41, scholion 2, pag. 252 et 253.

versionem Septuaginta? — Resp. et dico Paulum in autographo hebreo citasse Scripturam juxta textum hebreum, sed grecum interpretetur (nempe juxta dicta D. Lucam) substituisse versionem Septuaginta, ut pote Grecis notiorem. Nisi malis dicere cum Riberâ et aliis, illo tempore versionem Septuaginta fuisse vulgatam apud omnes, tam Judæos quam Grecos, et è grecō in syrum idioma fuisse conversa, illudque citasse Paulum; unde et Josephus et Philo, Hebrei licet, Septuaginta tamen versionem citant potius, quam hebream ipsa authographa. Vide hanc de re Baroniūm (1).

85. Argum. II. Si Epistolam ad Hebreos Paulus hebreicē scripsit, cum hebræum nomen unum per aliud interpretatur, dicens cap. 7, v. 1 et 2: *Melchisedech..... qui interpretatur rex justitiae; et rex Salem, quod est rex pacis.* — Resp. et dico Paulum hebreas hasce voces interpretatum esse per alias similes, vel per easdem, sed divulsas ut sensum in iis latenter explicaret et perurgeret, dicendo v. 2: *Melchisedech idem est quod melech, id est, rex, sedec, id est, justitia;* sicut latiné quis rectè interpretatur dicens: Arniiger idem est quod arma gerens, ponifer idem est quod poma ferens. Adde, Paulum hebreas voces non interpretari per hebreas antiquas, sed per syriacas, quibus tunc loquebantur Judæi; uti observat Cornelius à Lap.

86. Argum. III. S. Hieronymus, Praefatione in 4 Evangelia, ait, totum novum Testamentum grecē scriptum esse, excepto Evangelio S. Matthœi. Verba ejus sunt: *De novo nunc loquor Testamento, quod græcum esse non dubium est, excepto apostolo Mattheo, qui primus in Iudeæ Evangelium Christi hebraicis litteris edidit.* Atqui si totum novum Testamentum grecē scriptum est, excepto solo S. Matthœi Evangelio, hoc ipso etiam Epistola ad Hebreos græcē scripta est. — Resp.: S. Hieronymus loc. cit. de novo Testamento non universè, sed speciatim de illi secundum Evangelia spectato disserit, uti patet tum ex titulo, tum ex serie Praelectionis, in quā Epistolarum S. Pauli nullam proorsus mentionem facit.

87. Quæres III: *An Epistola ad Hebreos sit canonica?* — Resp. affirmativè. Nam, praterquam quòd hoc jam alibi, nempe part. 4, sect. 1, luculenter ostenderimus; idipsum ulterius cum Calmeto sequentibus argumentis confirmamus. Epistola ad Hebreos à D. Paulo scriptam fuisse, satis apertè supra ostendimus; ergo eamdem esse Deo inspirante scriptam et canonicanam, pariter facile ostendi potest. Paulum enim Spiritū S. Lumen perfusum fuisse, nemo unquam negavit; qui verò canonicanam hujus Epistole auctoritatem impugnant, eò ducuntur, vel quòd eam Pauli esse negant, ut Ariani (2), vel quòd vitiatam et truncam asserant, ut Marcionitæ (3), vel denique quòd

(1) Tom. 1 Annal. Eccles. ad annum Christi 60, numero marginali 46. Et tom. 2, ad annum Christi 231, num. marg. 55.

(2) Vide Theodoret. prefat. in Epist. ad Hebreos.

(3) Vide Epiphanius. Hæresi 42; Hieron. proœm. in Epist. ad Titum.

falsa quedam aut verbo Dei indigna contineat, ut non pauci ex Lutheri asseclis contendunt. Si igitur hæc ad Hebreos Epistola à S. Paulo exarata est, uti luce clarissima ostendimus, neque ab adversariis ullà probabili ratione evinci queat, eam fuisse vitiatam et corruptam, aut erroribus et falsitatibus inquinatam, prout evinci non posse, ex solutione objectionum patebit, divinitus dictata dicenda est, et divinæ auctoritatis habenda.

Sed hanc canonicam auctoritatem, quam veluti intrinsecam appellamus, maximè roborat et manifestat auctoritas extrinseca, sive Patrum testimonium, et unanimis Ecclesiæ consensus. Nam Greci semper, Latini verò à quarto et quinto seculo, tanquam canonicanam suscepunt; prout preter alios Calmetus demonstrat. Sic ex Græcis Cl. Alex. apud Euseb. Hist. Eccl. lib. 6, c. 14, Origenes ibid. c. 23, Eusebius ibid. lib. 3, c. 32, Dionysii Alexandrini, et concilii Antiocheni ad Paulum Samosatenum Epistola, Alexandri Alexandrini ad Alexandrum Constantinopolitanum Epistola (4), S. Athanasius (2), S. Cyrilus Jerosolymitanus, catech. 4, concilii Laodiceni canon sexagesimus, et SS. Epiphanius, heres. 42, 59, et Basilius (5), S. Gregorius Nazianzenus, carm. 34. et orat. 21, S. Gregorius Nyssenus (4), S. Amphilius (5), S. Gregorius Thaumaturgus (6), S. Ephrem (7), et alii, Epistolam ad Hebreos tanquam canonicanam ac divinam et acceperunt et allegarunt, et hereticorum notā eamdem rejicientes inusserunt. Theodoreus (8) quoque veteres arguit, quòd hanc Epistolam rejicerent, contra Ecclesiæ, qua illam ipsius etatæ tanquam Pauli factum agnoverat, auctoritatem, et contra ipsum Eusebii testimonium, qui tanquam à Paulo scriptam et canonicanam eamdem jam allegaverat; quamvis hunc suorum dogmatum patronum appellarent.

Confirmatur. Ipsi etiam SS. Hieronymus et Augustinus testantur, quòd Epistola ad Hebreos ab omnibus græcis Patribus semper tanquam canonica recepta fuerit. Sic enim S. Hieronymus (9): *Dicendum est hanc Epistolam, que inscribitur ad Hebreos, non solùm ab omnibus Ecclesiis orientalibus, sed ab omnibus retrò Ecclesiis et graci sermonis scriptoribus quasi Pauli Apostoli suscipi.* Et brevius (10): *Epistolam ad Hebreos omnes Græci recipiunt et nonnulli Latinorum.* Testimonium autem S. Augustini (11) hanc de re est istud: *Ad Hebreos quoque Epistola quanquam nonnullis incerta sit... magis me moveat auctoritas orientalium Ecclesiarum, que hanc etiam in canonicis habent.* Unde idem S. Pater

(4) Apud Theodore. Hist. eccl. 1, 4, c. 4.

(2) De Nicæn. Decret. de Synod. Epist. ad Sera-pion, etc.

(3) Constit. Mon. c. 22, et alibi.

(4) De Hypost. t. 3, p. 55.

(5) Apud Greg. Naz. car. 125.

(6) Exposit. fidei altera.

(7) De virtut. et vit. pag. 31, de torment. infern. pag. 204, et alibi.

(8) Prefat. in Ep. ad Illebr.

(9) Epist. 129 ad Dardanum.

(10) Epist. 126 ad Evagrium.

(11) L. 4 de Peccat. mer. et rem. cap. 27.

eamdem Epistolam in canone sacrorum librorum recenset (1).

88. Porrò Epistolam ad Hebreos tanquam Pauli et canoniam saltem à quarto et quinto seculo ac ulte-riùs etiam à latinis Patribus sàpissimè allegatam sci- mus, videlicet à S. Hilario (2), S. Ambrosio (3), S. Hieronymo loc. cit., S. Augustinio ibid. Lucifero Calaritano (4), Rufino (5), Salviano (6), Cassiano, collat. 1, c. 14, Innocentio I, in Epistola ad Exuperium, Phæbadio, lib. 3 contr. Arian., Victori- no (7), etc.

Imò Latini priorum ejam seculorum auctores qui- dam non defuere, qui Epistolam ad Hebreos tanquam divinam produxerint. Clemens Papa in suis sçpè scri- ptis textus ex Epistola hanc citat. Similiter S. Ireneus in libris adversus Hæreses ejusdem Epistola auctoritatē adhibuit (8). Tertullianus quoque (9) eamdem allegat. Hieronymus, Epist. 129 ad Dardanum, etiam à veteribus Latinis eam receptam innuit, cùm veterum auctoritatem secutus, quidquid dicant recentiores, il- lam se suscipere profiteatur, dicens : *Nequaquam hu- jus temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum au- cloritatem sequentes.*

Causam autem, cur latina Ecclesia usque ad quartum et quintum seculum ab hac Epistola inter canonicas recensendā abstinuerit, Cl. Calmet censet fuisse Novatianorum hæresim, que sub tertii seculi exitum gliscere coepit. Cùm enim heretici illi quibusdam hu- jus Epistole textibus (10) ad suos de penitentiâ errores comprobandoz abundantur, existimat memoratus auctor, Ecclesiam latinam censisse, ei epistole auctoritatem adjiciendam non esse, quam nefarii in fidei perniciem detorquebant; ortisque deinde Arianis sub quarti seculi exordium, cùm hi ad suos adversus consubstantialitatem et aternitatem Verbi errores confirmandoz alii ejusdem Epistole locis, nempe cap. 1, v. 3, cap. 3, v. 8 improbè uterentur, pariter è re fuisse, ejus auctoritatē silentio adhuc præterire. Quidquid fuerit, illud sanè ex hactenùs dictis constat, quarto et quinto se- culo de canonica Epistola ad Hebreos auctoritate lati- niam Ecclesiam cum Græcâ consensisse. Unde tredeci- min abhinc seculis S. Paulus sine discriminâ ejusdem Epistola: auctor habetur; eam denique eidem Apostolo vindicavit etiam Tridentinum concilium, à quo et in- ter canonicas et inter Pauli Epistolatas enumerata est.

89. Denique confirmatur consensus Ecclesie lati- næ cum græca de canonica auctoritate Epistola ad Hebreos etiam ex conciliis. Nam hæc Epistola in canone sacrarum Scripturarum nomine Pauli ponitur à concilio

(1) L. 2 de Doctr. Christ. cap. 8.

(2) L. 4 de Trinitate.

(3) De fide ad Gratian. 1. 4, cap. 4.

(4) L. de non conveniendo cœm hereticis:

(5) Expos. Symboli apud Cyprian.

(6) L. 4 ad Eccl. Cathol.

(7) Adversus Arium 1. 1, 2, et tractat. de Hom.

(8) L. 2, c. 53, et l. 4, c. 21, 24.

(9) Contra Judæos c. 2, et contra Marcionem l. 2, c. 8, et de Pudicit. cap. 20.

(10) Vide Hebr. cap. 6, v. 4 et 6, cap. 10, v. 26 et 27, cap. 12, v. 16, 17.

Laodiceno, canone 60, his verbis : *Epistola Pauli qua- tuordecim, ad Romanos una.. ad Hebreos una.* Similiter à concilio Carthaginensi III, in canone sacrarum Scripturarum Epistolis Pauli distinctè additur Epistola ad Hebreos hoc modo : *Sunt autem canonica Scripturae... Pauli Apostoli Epistola tredecim, ejusdem ad Hebreos una.* Præterea ab Ephesino I et Chalcedonensi concilio approbabant duodecim capitula seu anathematismi Cy- rilli contra Nestorium, in quorum decimo dicta Epis- tola citatur tanquam divina Scriptura, his verbis : *Pontificem et apostolum confessionis nostræ factum esse Christum divina Scriptura (nempe ad Heb. cap. 5, v. 1) commemorat, etc.* Ad hæc concilium Arausicanum II, can. ult. Epistolam ad Hebreos à Paulo scriptam lu- culentiter indicat, dñm ait : *Unde et Abel justo, et Noe, et Abraham, et Isaac, et Jacob, et omni antiquorum pa- trum multitudini illam præclaram fidem, quam in ipso- rum laude prædicat Apostolus (nempe ad Hebreos c. 11, v. 4 et seqq.) non per bonum naturæ, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatam.* Denique concilium Tridentinum, sess. IV, in Decreto de Canonis Scripturis expressè etiam Epistolam ad Hebreos po- nit, et *anathema* dicit ei, qui non omnes Scripturas in illo decreto enumeratas, *integras cum omnibus suis par-ibus, prout in Ecclesiâ catholice legi consueverunt... pro sacris et canonisticis... suscepit.*

SOLVUNTUR ARGUMENTA CONTRARIA. Præter objectio- nes jam alibi, sect. 1, quæst. 1 partis 4, contra canon- nem divinarum Scripturarum à Tridentino statutum afferri solitas et solutas, restant non pauca, quas duce Lutheri multi ex ejusdem asseclis, aut alii adversarii specialiter contra canoniam Epistolæ ad Hebreos au- cloritatem in medium adducunt. Hæ proin hic et sequen- tibus questionibus discutienda atque solvendæ sunt.

90. Argum. 1. Prudens vetustas de auctore hujs Epistola et canonica ejusdem auctoritate dubitavit; ergo hæc auctoritas meritò est suspecta. Ita cum magistro suo Lutheri Magdeburgenses. Sed resp. et dico inepti dici vetustatem de hac Epistola dubitasse, cùm, ut Bellarminus, lib. 4 de Verb. Dei, c. 17, ob- servat, unum solum Caium (1) ex Græcis et duos vel tres ex Latinis adversarii proferre possint; nos verò omnes Græcos, uno excepto, et omnes latinos, tribus vel quatuor exceptis, pro nobis habeamus, ut num. 86 et seqq. ostendimus.

Et si de antiquitate, non de multitudine agatur, an- tiquior est Clemens Romanus, et Dionysius Areopagita illo Caio, qui tertio inueniente seculo Epistolam ad He-

(1) Caius iste fuit omnium primus, qui tertio inueniente seculo, Epistolam ad Hebreos à ceteris Pauli Epistolis segregavit, eamque Pauli esse negavit, oc- casione cuiusdam disputationis, quam habuit adversus quemdam Proculum propugnatorem hæresis Cata- phrygarum, qui, quamvis falso reponebat fundamen- tum sui erroris in Epistola ad Hebreos. Item hanc narrat Eusebius Eccles. Hist. 1. 5, cap. 16, his ver- bis : *Venit ad nos etiam Caii cuiusdam discretissimi viri disputatione adversum Proculum Cataphrygam, habita in uero Roma præsente episcopo Zepheryno. Qui cum ar- gueret Cataphrygam, quid novas quasdam Scripturas præsumeret; ipse (nempe Caius) inter cetera Pauli Apostoli tredecim esse Epistolæ asserit, eam, quæ ad Hebreos scripita est, non commemorans.*

brasos Pauli esse negavit. Clemens quoque Alexandrinus eodem Caio, si non antiquior, saltem coeversus erat. Ettamen hi omnes textibus ex Epistola ad Hebreos desumptis utuntur. Sic Clemens Romanus, qui jam seculo I floruit, et Apostolis erat coeversus; in sua Epistola I ad Corinthios num. 17, 36 et 43, ad testimonia Epistole ad Hebreos appellat; prout videtur est in praestanti opere Epistoliarum romanorum pontificum, tom. I, edit. Paris., anno 1721 operâ seu curâ Petri Constant è Congregatione S. Mauri. Præterea, D. Dionysius Areopagita, qui pariter seculo tertio jam floruit, in Epistola sua ad Titum pontificem datâ adducit testimonium Epistole ad Hebreos, et quidem Pauli, dum ait: *Arbitror itaque solidum cibum, intellectualis perseveransque perfectionis... significationem præferre* (id est, ut Dionysius Carthusianus exponit: Reor, quod soliduscibus significet doctrinam interne ac constantis perfectionis), *per quam intellectuales illi sensus.... divina participant* (id est, per quam doctrinam et perfectionem mentes ille contemplativa... superna charismata sortiuntur); *quibus (spiritualibus mentibus) beatissimus Paulus solidi veraciter cibi*, à sapientia accepti, consortium et participium tradit (id est, Apostolus communicat spiritualibus tanquam dignis et capacibus participationem et communione solidi cibi, quem ipse à sapientia aeternâ accepit). Alludit nimis rursum, et appellat his ultimis verbis Dionysius Areopagita ad illum D. Pauli locum ad Hebreos cap. 5, v. ult.: *Perfectionum autem est solidus cibus: eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali*. Vide Dionysium Carthusianum in elucidatione dictae Epistole Dionysii Areopagitæ.

Quid porrò dicam de Clemente Alexandrino, qui saltem ad initium tertii seculi jam extitit? Numquid is (ut alia taceam) ad illa verba Epist. ad Hebreos cap. 11, v. 1 et seqq.: *Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium*, In hac enim testimonium secuti sunt sensi... *Fide plurimam hostium Abel, quam Cain, obtulit Deo...* *Fide Henoch translatus est, ne videret mortem...* *Sine fide autem impossibile est placere Deo*, etc. Numquid, inquam, Clemens Alexandrinus ad hanc verba tanquam ad effatum D. Pauli expressè appellat, dum l. 2 Stromatum, num. 2, ita scribit: *Fides autem, quam Graeci calumniantur, existimantes inanem et barbaram, est voluntaria... pietatis assensio, rerum que sperantur substantia, argumentum earum que non videntur, ut est sententia divini Apostoli. Per eam enim maximè testimonium acceperunt, qui sunt antiquiores: SINE FIDE autem IMPOSSIBILE EST DEO PLACERE*, etc. Ita Clemens Alexandr. Verum haec sufficiant. Satis enim hucusque ostenditur est, et multitudinem et antiquitatem Patrum allégare Epistolam ad Hebreos tanquam opus D. Pauli Deo inspirante scriptum.

91. Argum. II. Epistola ad Hebreos primis Ecclesiis seculis apud graves quosdam auctoritate canonica non valuit; quin et apud S. Hieronymum, qui asserit in cap. 7 et 8 Isaiae: *Latina consuetudo eam Epistolam inter canonicas Scripturas non recipit*. Et in Prologo galeato: *Paulus Apostolus ad septem scriptis*

Ecclesiis; octava enim ad Hebreos à plerisque extra numerum ponitur. Ergo nec posterioribus seculis poterat canonice Epistolis annumerari. — Resp. 1^o: Neg. cons. Nam etiam si antecedens esset simpliciter verum, solum sequeretur, quod Epistola ad Hebreos non sit protocanonica, id est, semper et ubique pro canonica habita; non autem quod non sit deutero-canonica, seu quod non potuerit posterioribus seculis canonice Epistolis annumerari. Dantur enim tam in veteri, quam in novo Testamento Scripturae aliae proto-canonicæ, aliae deutero-canonicæ, quae posteriores non semper ab universalis Ecclesiæ Canoni sacra Scriptura insertæ fuere, quasque jam alibi ex instituto enumeravimus. (Vid. part. 4, sect. 1, 9, 1.)

2^o Quo loco habuerit primis seculis Ecclesia tam græca, quam latina Epistolam ad Hebreos, ex præcedentibus numeris 87, 88, 89, 90, abunde constat. Quæ autem causa fuerit, cur nonnulli seculo III et IV, de hac Epistola alter senserint, satis exploratum non est; plures tamen, inter quos etiam Calmetus est, ortum id esse arbitrantur, quod Novatiani seculo III, et Ariani sub initium seculi IV, quibusdam textibus ex Epistola ad Hebreos desumptis abusi fuerint: unde illo tempore hac Epistola apud nonnullos in suspicionem venisset. Sed enim etiam eo tempore maxima et potior Ecclesiæ pars priore in sententiâ stetit; ut ex dictis satis elucescat.

92. Argum. III. Auctor Epistolæ ad Hebreos pugnat cum doctrinâ evangelicâ vi cuius omnia peccata remitti possunt; ergo memorata Epistola non potest esse canonica. Prob. ant.: Auctor ejusdem Epistolæ, cap. 6, v. 4, 6 hæc habet: *Impossible est enim, eos, qui semel illuminati sunt... et prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam; et iterum, Hebr. 10, 26: Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia*. Ergo auctor Epistolæ ad Hebreos adstruit quedam esse irremissibilita. Ad istud Magdeburgensem argumentum sollet duplex responsio dari. Nam primò peccata, de quibus in citatis verbis Epistolæ ad Hebreos sermo est, dicuntur irremissibilita, non hoc sensu, quod absolútè remitti non possint, sed tribus aliis de causis.

1^o Quia ut plurimum ejusmodi homines non convertuntur; nec ejusmodi peccata remittuntur, eti absolute contrarium potest accidere, et aliquando re ipsa accedit; sicut in morbis corporalibus, eos vocamus incurabiles, qui ut plurimum non curantur, eti quandoque currentur; et eos vocamus curabiles, qui ut plurimum curantur, eti quandoque non currentur; vel sicut Matth. cap. 12, v. 32, Christus ait: *Qui autem dixerit (verbum) contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, hoc est, difficilimè remittetur*, ita ut hoc modo loquendi tantum significetur magna difficultas, non autem absoluta impossibilitas, prout theologi et interpres haec verba communiter exponere solent. 2^o Quoniam qui semel illuminati sunt, et prolapsi sunt, ac post acceptam notitiam veritatis voluntariè peccant, directè resistunt gratiæ, quæ sola curari possent; quem-

admodum, qui non potest sanari, nisi sectione venæ, et nullo modo admittit hoc remedium, rectè medicus de eo pronuntiat, fieri non posse ut sanctetur; nec tamen propterea negatur, quin possit aliquis sapientissimus medicus ægrotu persuadere, ut admittat venæ sectionem. 3^a Qui ex malitia peccat, nihil habet in se, unde remissionem mereatur, et propterea dicitur ejus peccatum irremissible, quamvis absolutè remitti possit. Qui autem peccat ex ignorantia vel infirmitate, aliquid habet, unde misericordiam Dei provocet juxta illud Apostoli, 1 Tim. 1, 13: *Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.*

93. Atque haec quidem responsio satis esse videtur ad eam tollendam difficultatem quæ ex allatis in praesenti objectione textibus Epistole ad Hebreos orientatur. Verum addo etiam aliam. Nam priorem locum qui habetur ad Hebr. cap. 6, v. 4 et 6, exponunt multi et fermè omnes (ut apud Cornelium à Lap. in expositione hujus loci videtur est), ut Chrysostomus, Theodoretus, Theophyl., OEcumenius, Hieronymus, necon Augustinus et alii de renovatione ad penitentiam, quæ fit in baptismino, non ad eam, quæ fit in reconciliatione post baptismum. Nam quod de baptismino loquatur cit. c. 6, S. Paulus satis indicant verba illa: *Non rursus jacentes fundamentum penitentie... fidei... baptismum, etc.; et illa: Eos qui semel sunt illuminati.* Nam apud Dionysium, Eccl. Hierach. c. 2, et alias veteres, baptismus dicitur illuminatio, quia est Sacramentum fidei. Et illa: *Rursus renovari;* nam (ut Augustinus in inchoatione Epist. ad Rom. docet) per baptismum propriè renovamur, per conciliationem curamur. Denique etiam illa, *iterum crucigentes Filium Dei;* nam in baptismino representamus Christi mortem, et sepulturam, ut dicitur Rom. cap. 6, et sicut semel tantum Christus mortuus est, ita et nos semel tantum baptizari possumus. S. Paulus igitur ad Hebr. cap. 6, adversus fidei desertores disputat, ac docet, neminem post baptismum in Ecclesiâ suscepitum, alibi posse jacerre fundamentum, et invenire aliud baptismum; nam illud impossibile est, cum unum sit tantum verum baptismum, et illud reiterare grande peccatum sit. Eundem sensum habet secundus locus; voluntariè enim *peccantibus*, id est, recedentibus à jam cognitâ et susceptâ fidei veritate, *non relinquunt hostia pro peccato;* non quia non est locus penitentiae, sed quia nulla est verâ efficax hostia, nisi mors Christi, quam illi apostasiâ suâ contempnunt.

94. Instant: Auctor Epistole ad Hebreos cap. 12, v. 17, de Esau ait: *Non enim invenit penitentia locum, quoniam, cum lacrymis inquisisset eam;* ergo denuò confirmat doctrinam, quod quedam peccata sint irremissibilia. — Resp.: Conc. ant.; neg. cons. et suppositionem, quod hoc loco sermo sit de verâ penitentia ob peccatum patratum. Neque enim *penitentia* hic significat dolorem ob peccatum commissum et Deum offendit; nam hunc non habuit Esau; sed potius indignans voluit fratrem occidere, et peccare, ut notant Theodor., Theophyl., Anselm. et alii. Igitur dolor seu penitentia Esau non fuit ob peccatum commis-

sum, et Deum offendit, sed ob benedictionem paternam amissam, et jus primogenituræ venditum. Perpetrataque et inepti Novatiani ex hoc loco proflare voluerunt, dari peccata per penitentiam irremissibili. Esau enim penitentia non erat vera, et propter Deum offendit, sed humana ob memoratum damnum quod incurrit.

95. Argum. IV. Epistola ad Hebreos videtur favere Arianis, dum cap. 1, v. 3, de Filio Dei tanquam de creaturâ loquitur: *Figura substantiae ejus;* et v. 4, *Filiū Dei factum, non genitum insinuat: Tantò melior Angelis effectus;* ergo haec Epistola non est canonica. Resp. dist. ant.: Videtur favere aut favet Arianis, si ritè intelligatur, neg. ant.; si perperam accipiatur, ut faciunt adversari, conc. ant., et neg. cons. Auctor hujus Epistole citat cap. de Jesu Christo jam secundum humanam naturam, jam divinam considerato loquitur. Inducit v. 3 quedam ex creati similitudine, eaque Dei Verbo accommodat; sed nemo sapiens ignorat, haec similia, hoc ipso quod creata sunt, imperfectione non carere, adeoque de Verbo divino non nisi dempto eò quod imperfectionem importat, intelligenda esse. Itaque dum Verbum divinum ad Hebr. c. 1, v. 3, dicitur *figura, græcè χρακτήρ, substantiae ejus;* imperfectione, remotâ, intellige caractarem substantialem, figuram permanentem, in quâ essentia Dei Patris veluti impressa cum omnimodâ identitate naturæ resplendet, uti explicant Chrysostomus, Augustinus, Theodoretus, et interpres passim. Dum verò ibid. v. 4, *Filius Dei dicitur effectus, vel juxta textum græcum, tantò superior Angelis factus (τοντῷ χριτῷ γενουμένος), id de naturâ humana Divinitati hypostaticè conjunctâ et sic super omnes Angelos melior, præstantior et excellenter facta accipiendum est.*

96. Scholion. Vox *effectus* vel *factus* hoc loco non significat Christum antea fuisse minorem Angelis, ut deinde postea iis major sit effectus; sed significat, Christum hoc ipso quod homo factus est, majorem factum esse Angelis. Nam hic homo seu Christus in ipsâ incarnatione factus est Dei Filius, cuius Angeli tantum ministri sunt. Igitur auctor Epistole ad Hebreos hic non significat, Christum antea fuisse minorem Angelis, et deinde iis majorem effectum, sed significat Christum, hoc ipso quod homo factus est, majorem factum esse Angelis.

97. Argum. V. Auctor Epist. ad Hebr. c. 1, v. 5, Christum esse Angelis superiorem et naturalem Dei Filium, vult evincere his verbis 2 Reg. 7, 14: *Ego ero illi in Patrem, et ipse erit mihi in Filium;* quæ sane verba secundum litteram ad solum Salomonem referri possunt. Unde potuissent Hebrai facile respondere, quod in citato loco L. 2 Reg. 7, 14, non de Filio Dei sed pure homine, et qui potuit peccare ei peccavit, nempe de Salomone dicta sint verba illa. Neque juvat dicere, quod ea in sensu quidem litterali de Salomone in sensu autem mystico de Christo, cuius figura erat Salomon, dicta sint. Argumentum enim ex sensu mystico petitum fuisse minoris auctoritatis et roboris, in principio presertim Epistole et apud Hebreos. Omni-

bus itaque consideratis auctor Epistole ad Hebreos hanc non scripsit Deo inspirante, nec ea inter canonicas Scripturas numeratur. Resp. : Ut huic argumento satisfaciamus, illudque funditus evertamus et confutemus, duo sunt explicanda. Primum, quomodo citata verba ex libro secundo Reg. de Christo sint intelligenda. Alterum, quam vim habeat auctoris Epist. ad Hebr. argumentatio ex his verbis confecta. Itaque in primis dico, haec verba in sensu litterali de Salomonem, in sensu autem mystico de Christo intelligenda esse. Neque mirandum est, quod S. Paulus, qui est auctor Epistole ad Hebreos, ex sensu mystico argumentetur; sepè enim alias ita argumentari consuevit, et sciebat hoc probandi genus in Scripturā et apud Hebreos usitatum et validum esse. Exempla habemus 1 Cor. c. 9, et 1 Timoth. c. 5, in bove trituranter, 1 Cor. c. 10, in nube et mari, etc.; ad Galatas c. 4, in Sarà et Agar significantibus duo Testamenta, novum scilicet et vetus. In Evangelio etiam hoc videre licet Matth. c. 2, v. 15, in verbis Osee Prophetae : *Ex Agypto vocavi filium meum.* Item Joan. c. 19, v. 36, in dicto Exodi : *Os non communietis ex eo.* Porrò, quod in objectione dicitur, argumentationem è mystico sensu productam non valere, aut non esse permagni roboris, intelligi debet ut Ribera cum Michaeli Medina recte observat, de eius sensu, quem sibi quis voluntariè confinxit. Sed si educatur è sensu mystico recepto atque à Spiritu S. intento, non minus valida est, quam qua è sensu litterali seu historico educitur. Hoc autem argumentatio, quā auctor Epistole ad Hebr. c. 1, v. 5, uititur, supponit sensum mysticum apud Hebreos ex Judaismo ad fidem Christi conversos, ad quos haec Epistola scripta est, receptissimum; his enim certò persuasum erat, Salomonem fuisse figuram Christi. Neque obest, quod Salomon fuerit peccator, seu graviter deliquerit. Ex hoc enim plus non sequitur, quam quod non fuerit figura Christi in peccatis suis; quia Christus non peccavit, nec habuit peccata propria, sicut Salomon; fuit tamen figura Christi quoad alia, nimirum in regno, et in pace, et in ædificatione templi, etc. Praeterea etiam aliunde certum est, quod homines mali et peccatores possint esse, et fuerint figura Christi. Sic, ut alia taceam, Cyrus fuit typus seu imago Christi Domini, qui à peccato et demonis captivitate liberavit genus humanum, præfiguratus à Cyro liberante Judeos ex Babyloniam captivitate. Denique illud quoque repetendum et adhuc magis dilucidandum, sensum mysticum non minus ad confirmationem etiam dogmatum valere, quam litteralem. Etenim sensus litteralis propter valet ad confirmationem dogmatum, quod cum intendit Spiritus Sanctus, sed idem intendit etiam sensum mysticum, quia per ea, quae in veteri Testamento siebant, significabat sequē futura erant in Ecclesiā Christi. Quare cū Paulus, qui, ut supra jam dixi, est auctor Epistole ad Hebreos, cū inquam, Paulus plenus Spiritu sancto videret Salomonem umbram et figuram fuisse Christi, et Deum Patrem, cū dixit : *Ego ero et in patrem, et ipse erit mihi in filium,* magis ad Christum, quam ad Salomo-

nem respexisse, rectè de Christo loquens ea verba retulit, quæ de ipso dicta esse certò sciebat. Nec reprehendunt sibi Apostoli, dum hujusmodi argumentis utuntur, sed magnoperè laudandi, quoniam, ut Ribera eleganter ait, non tam argumentari sèpè voluerunt, quam ostendere nobis per spiritum, quo pleni erant, divina mysteria sub humili cortice latentes, et introducere nos ad thesaurum absconditum, ut et certior esset fides nostra, et major letitia atque exultatio, dum novi Testamenti mysteria dictis et factis veterum Patrum predicta, et ante multos annos quasi depicta videremus.

98. Scholion. Hac occasione observare juvat, quinam sint illi, qui mysticum sensum nullum agnoscunt, aut minus dignè de eo sentiunt. Solum sensum litteralem excluso omni mystico amplexantur recentiores Hebrei cum pluribus Lutheranis, item cum Socinianis et quibusdam criticis Socinianismo faventibus. Abulensis quoque, Comment. in c. 2 Matth. q. 57, et in c. 15, q. 28, nullum sensum mysticum, sed solum litteralem à Spiritu sancto intentum admittit; quamvis quoad substantiam à reliquis doctoribus Catholicis non dissentiat, hoc solo discrimine, quod sensum, quem isti defendunt esse mysticum, ille contendat esse litteralem; uti patebit legenti modò citatas hujus auctoris questiones. Alii cum Grotio et Simonio sensum mysticum admittunt quidem, sed dicunt esse minus proprium, et ad probandum vel nihil, vel parum efficacem. Denique hāc de re ingens bellum scripturisticum excitārunt in Galliā recentiores quidam scioli, asserentes nullum esse admittendum sensum mysticum, nisi in iis duntaxat locis, de quibus habemus alium Scripturæ locum, quo declaretur, in illis latere sensum mysticum. His prontatis, cum communī doctorum catholicorum in compendio statuo sequentes conclusiones, ab iis auctoribus (1), qui ex instituto scripsere de sensu mystico, fusiū demonstratas.

I. Non in omni Scripturæ loco prater sensum litteralem datur mysticus. — II. In multis Scripturæ locis prater sensum litteralem debet admitti sensus mysticus, à Spiritu sancto etiam intentus. — III. Non tantum in veteri, sed etiam in novo Testamento non raro prater sensum litteralem continetur mysticus. — IV. Non tantum unus, sed plures sensus mystici quandoque continentur in una voce vel loco Scripturæ. — V. Quando ex alio Scripturæ loco, aut aliunde certum est, aliquem verè esse sensum mysticum, à Spiritu S. sub cortice litteræ intentum, tunc sequē efficax, et irrefragabile argumentum ex tali sensu mystico formar potest, ac ex sensu litterali.

Ratio hujus ultime assertionis est manifesta; quia talis sensus mysticus sequē ac litteralis Spiritū S. habet auctorem, qui tam parum in uno quam altero sensu fallere aut falli potest. Sola igitur quoad vim

(1) Tales, ex. g., sunt Franc. Xav. Widenhofer S. Scriptura dogmaticè et polemice explicatae, tom. I, in Prolegomenis S. Scripturæ, p. 43, 49; Herm. Goldhagen, Introduc. in S. Script. part. I, sect. I, q. 4 et 5, p. 148, 162; Michael Medina, l. 6 de rectâ in Deum Fide, c. 25, p. 222 et 225.

probandi haec est inter litteralem et mysticum sensum differentia, quod de sensu literali, utpote magis aperto et obvio, ordinari facilius et certius scire potest, quod sit verus Scripturæ sensus à Spiritu sancto intentus; ideoque ab eo communiter firmiora duci argumenta queant, quam à sensu mystico, de quo non ita facilè constat, an sit verè mysticus, seu à Spiritu S. sub cortice littera intentus. Literalis enim sensus, seu verborum significatio, utpote pendens ex humana institutione vel consuetudine, cui Deus in SS. Scripturis se accommodare solet, est nobis plerumque cognita; secùs verò sensus mysticus, seu rerum significatio, quæ ex arbitrio Spiritus S. pendet. Si tamen certò constat de sensu spirituali seu mystico, æquè (ut dixi) efficax erit ad probandum ac sensus literalis; neque tantum serviet ad mores instruendos, sed etiam ad fidei dogmata probanda et defendenda. Sanè Christus ipse et Apostoli non rarò ex sensu mystico argumentati sunt ad doctrinam fidei declarandam et confirmandam. Sic Christus ex serpente æneo exaltato à Moysi infert se fore exaltandum in cruce; ex eo quod Jonas tribus diebus et tribus noctibus fuerit in ventre ceti, infert se fore simili tempore in cōrde terræ. S. Paulus, ex eo quod Abraham habuit duos filios, Ismaelem de ancillâ, et Isacum de liberâ, allegoricè indicat Deum esse auctorem utriusque Testamenti veteris et novi, quorum figura erant Agar et Sara. S. Joannes ex eo, quod de agno paschali dicitur Exod. 12, 46: *Os non comminnetis ex eo*, arguit mysticè, Salvatori in cruce non fuisse frangenda crura. Igitur ex usu ipsius Christi et Apostolorum habemus, valere sensum mysticum etiam ad res fidei probandas et confirmandas.

99. Argum. VI. Auctor Epistole ad Hebreos cap. 9, v. 4, dicit, in arcâ foederis fuisse urnam continentem manna, et virginem Aaron, quæ fronduerat, et tabulas legis; sed l. 3 Reg. cap. 8, v. 9, expressè dicitur: *In arcâ autem non erat aliud, nisi duas tabulae lapidæ, quæ posuerat in eâ Moyses in Horeb*, ergo Epistola ad Hebr. non potest esse canonica, utpote aperte contradicens alteri textui S. Scripturæ.—Resp.: Ex variis variorum responsionibus, quas ad apparentem hanc antilogiam solvendam afferunt, mihi placet, et sufficit illa, quan Cornelius à Lap. cum multis aliis amplectitur. Dico itaque præpositionem *in*, dum ad Hebr. cap. 9, v. 4, dicitur, *in* arcâ fuisse urnam, et virginem Aaron, amplè sumi, et significare idem ac *juxta* arcam. In loco enim aliquo esse dicitur, quod in eo est, vel in loco contiguo est. Neque desunt in S. Scripturâ exempla, ubi præpositio *in* posteriori sensu adhibetur. Sic Joan. 10, 23, legimus: *Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis*. Et tamen porticus non erat templum propriè loquendo, sed templum vocatur, quia adiuncta erat templo. Et Luc. 4, 35, Dominus de morte sua ait: *Non capit Prophetam perire extra Jerusalem*, cùm tamen ipse non fuerit mortuus in Jerusalem, sed prope illam, quia ut dicitur ad Hebr. 13, 12, et omnino certum est: *Jesus.... extra portam vassus est*. Unde etiam illud Luc. 9, 31:

*Et dicebant excessum (græcè ἐξόδος, exiitum) ejus, quem completerus erat in Jerusalēm, hunc sensum habet: Prope Jerusalēm, in monte Calvariae. Imò etiam in sermone quoque profano et vulgari dicimus Auguste, Monachii, Viennæ contigisse, quod juxta seu prope has urbes contigit. Dicit ergo auctor Epistole ad Hebreos (nempe D. Paulus) haec omnia (puta urnam, virginem et tabulas Legis) fuisse in arcâ, id est, in arcâ, vel juxta arcam. Et hoc est quod jusserrat Dominus Moysi de manna dicens Exod. 16, 33: *Repono illud coram Domino*, non dicit, in arcâ, sed *coram Domino*, id est, coram arcâ et propitiatorio quo quasi throno suo residet Dominus. Similiter de virgin Aaron scriptum est Num. 17, 10: *Dixitque Dominus ad Moysem: Refer virginem Aaron in tabernaculum testimonii, ut servetur ibi, etc..... Fecitque Moyses sicut præcepérat Dominus*. Ex quibus verbis cum Riberâ ita argumentamur: Cùm Dominus ait: *Refer virginem Aaron in tabernaculum testimonii, vult iterum ferri ad locum, in quo erat prius; non erat autem prius in arcâ; ita enim legimus in eodem cap. : Loquere ad filios Israel, et accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cunctis principib⁹ tribuum... ponesque eas in tabernaculo foederis coram testimonio, ubi loquar ad te*. En ait: *Coram testimonio, id est, coram arcâ, in quâ erat testimonium sive lex*. Erant igitur virge in tabernaculo foederis coram arcâ, non intra, et ibidem quoque erat virgin Aaron. E contrario nusquam tabule legis dicuntur esse coram Domino, quia non erant *juxta* arcam, sed in arcâ.*

100. Argum. VII. Auctor Epistole ad Hebr. 9, 20, in voce *Testamentum*, græcè διαθήκη, inaniter ludit, vocem à proprio in improprum sensum detorquens; ergo, si Joannes Clericus impie cavillatur, scriptor Epistole ad Hebreos meros lusus hominis Hellenistæ protulit. Ant. prob.: Auctor Epist. ad Hebr. citato cap. 9, v. 15 et seqq. loquens de Testamento propriè dicto, quod morte testatoris confirmatur, vers. 20, allegat verba Exod. 24, 8: *Hic sanguis Testamenti, quod mandauit ad vos Deus*; atqui in Exodo secundum hebraicam veritatem nulla fit mentio Testamenti, sed pacti, seu foederis. Illa enim verba Exod. 24, v. 8, in textu hebreo: גָּזֶה אֲלֹהֵי הַר בְּרִירָה כֹּל עַל נַעֲמָם שְׁתָתְתִּים רְבִנָּה, non habent alium sensum, quam istum: *Hic est sanguis foederis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his*; ergo auctor Epist. ad Hebr. adducens hunc textum libri Exodi malè posuit vocem *testamenti* loco vocis *foederis*; quasi testamentum et pactum sint idem; cùm tamen testamentum sit morientium, pactum verò viventium.—Resp.: Frivolum et prorsus nullum est hoc adversariorum argumentum. Nam vox hebreæ בְּרִית, Berith, quæ Exod. 24, 8, ponitur, non solum *Fœdus*, sed et *testamentum*, sive genere ad speciem restricto *Fœdus testamentarium* significat (1). Hinc non solum auctor Ep. ad Hebreos, sed etiam 70 Interpretes vocem בְּרִית

(1) Vide Cornelium à Lap. Comment. in Epist. ad Hebr. 9, 20, responsione, nota primò

Berith perpetuò vertunt *διεδίκτην*, id est, *Testamentum*, ut patet ex cit. loc. Exodi; item ex Psalmis, quos ex versione 70 habemus, et ex Hieronymo in cap. 2 Malachia, ubi ait: *Notandum quod τέλος verbum hebraicum, Aquila ενθάδιν, id est, pactum interpretatur, 70 semper διεδίκτην, id est, testamentum*. Et Apostolus Paulus ad Rom. 9, ad Galat. 3, 17, ac ibid. cap. 4, v. 24, et alibi, loquens de lege vetera, testamentum vocat id quod Hebrei dicunt *τέλος*, inquit adeo trita est in Ecclesiâ hæc vox *Testamentum pro hebraicâ voce τέλος*, ut nihil frequentius dicamus, vel audiamus, quām Testamentum vetus et Testamentum novum.

Quare falsum omnino est, quod auctor Epistolæ ad Hebr. 9, 20, ad significationem *Testamenti* propriè dicti detorscrit illam locum. Exod. 24, 8, in quo agitur de *fœdere*. Promissio enim vita aeterna, de qua per figuram in *Testamento veteri*, et aperte in novo agitur, est simul *Testamentum* et *fedus seu pactum*, scilicet inter Deum et homines; est *Testamentum*, quia continet dispositionem de hereditate aeterna danda filiis Dei, que non fuit rata ante mortem testatoris. *Testamentum* enim est dispositio de hereditate, que non prius rata, quām testator moriatur; est autem simul pactum illa Dei promissio, quia habet annexam conditionem. Non enim vult testator Deus dare hereditatem aeternam, nisi iis qui leges suas observaverint, et hæc ratione dicitur *fedus* et *pactum*. Igitur de eadem re loquitur Moyses Exod. 24, 8, et Paulus ad Hebr. 9, 15 et seqq. et Moyses quidem vocat *pactum*, sed intelligit non quodcumque *pactum*, sed *pactum* de danda hereditate post mortem testatoris, et propterea sanguinem aspersit in populum (1), qui figura est sanguinis Christi pro nobis effundendi; Paulus autem vocat *Testamentum*, sed intelligit de *testamento* non qualicumque, sed conditionato, id est, quod simul sit *pactum*. Namirūm, ut paulò ante dixi, utuntur quidem diversi vocabulis, sed rem tamen eamdem Moyses et Paulus loc. cit. significant.

101. Corollarium. Cum Moyses Exod. 24, 8, dixit: *Hic est sanguis fœderis, intellexit fedus testamentarium*, sive *testamentum typicum* jam dictum: id est recte S. Paulus *fedus illud Mosaicum* citans ad Hebr. 9, 20, interpretatur per vocem *testamenti*, quia verè fuit *Testamentum*, scilicet *typicum*. Totum enim *vetus Testamentum* erat *umbra* et *typus* Christi, rerumque futurorum in *novo Testamento*. Cum ergo *novum Testamentum* fuerit propriè dictum *testamentum*, quod morte testatoris, puta Christi confirmatum est, sequitur et *vetus Testamentum* fuisse *typum novi Testamenti* propriè dicti, ac consequenter ipsum quoque *vetus Testamentum* fuisse *testamentum propriè dictum*, scilicet *typicum*. Qualis enim est *res in se*, talis est et *typus eius in representatione*. Cum itaque *novum Testamentum* in *se sit testamentum propriè dictum*, sequitur et *vetus Testamentum*, quod *novi fuit typus*

(1) Sic enim Exod. 24, 8, de Moysone dicitur: *Ille nesciit sumptum sanguinem respersit in populum et ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobisnam super cunctis sermonibus his.*

repraesentatione, sive typicè, fuisse testamentum propriè dictum; ut pluribus à Cornelio à Lap. expl. catur.

102. Argum. VIII. In Epistolâ ad Hebræos quadam citantur ex V. T. que hodiè in Biblia non leguntur; ergo videtur esse corrupta, vel saltem non canonica. Ant. prob.: Ad Hebr. 9, 19, dicitur quod Moyses publice prelecto volume fœderis, *accipiens sanguinem vitulorum et hircorum, cum aqua et lanâ coccinæ et hyssopo, ipsum quoque librum.... aspersit*; sed hæc non habentur Exod. 24, 8, ubi quid à Moyse in confirmationem fœderis cum Deo initi factum fuerit, narratur. Dein ad Hebr. 9, 21, dicitur: *Etiam tabernaculum et omnia vas ministerii similliter aspersit*; quod iterum Exodi loc. cit. non exprimitur. Præterea ad Hebr. cap. 12, ubi de lego in monte Sina terribiliter latâ sermo est, vers. 21, legitur: *Moyses dixit: Exterritus sum, et tremebundus, nec tamen haec verba habentur in L. Exodi, ubi prouulgatio legis in monte Sina describitur. — Resp.: Ex objectis textibus neutiquam probatur, Epistolam ad Hebræos esse viliatam, aut saltem non canonicanam.*

Nam ad primum, resp.: Hæc ad Hebr. 9, 19, scripta et Exod. cap. 24, non expressa, omisit Moyses, Exod. cap. 24, quia succinctè haec narrat: ea verò scriptor theopneustus Epistolæ ad Hebr. loc. cit. ex revelatione, vel ex traditione seu ex consuetudine ritus legalis, ac ipsa praxi didicerat, atque eamdem ex instinctu Spiritus S. supplevit et expressit (1). Nam aquam sanguine misericordia solitam fuisse in sacris aspersiōibus, patet Exod. 12, 22. Idem patet de coco, sive lanâ coccinæ atque hyssopo, Num. 19, 6 et 18.

Rursus, cum vitulis oblatos quoque fuisse hircos, patet, quia hircus, utpote suo fœdere aptè peccatum representans, offerri solebat pro peccato Lev. 9, 3 et 15. Hirci ergo hi in fœdere et testamento Mosaico pro peccatis populi immolati significabant Christum in cruce pro peccatis totius mundi immolandum; quā immolatione sanctum est novum Christi *Testamentum*.

Porrò *ipsum quoque librum* (fœderis)... *aspersit* sanguinem (nimirūm Moyses), siquidem lex imperfecta est, et nequit sanctitatem dare, et ad eam rem præstandam eget sanguine Christi, cuius figura erat sanguis hic victimarum. Unde cum haec circumstantia de libri aspersione, sicut priores paulò ante memorata, non esset scripta in Exodo, auctor theopneustus Epistolæ Hebr. (venerab. D. Paulus), quod prætermisso erat, ex instinctu Spiritus S. supplevit, quoniam ad rem, quam agebat, pertinere vidit.

Ad secundum, resp.: Id, quod ad Hebr. 9, 21, de aspersione tabernaculi, omnium vasorum ministerii dicitur, factum est non eo tempore, quo Deus Exod. cap. 24, cum Hebreis fœdus init: tunc enim needum fabricatum erat tabernaculum, sed postea facto, erecto et dedicato tabernaculo.⁴ Unde non mirūm, quod Exod. cap. 24 de aspersione tabernaculi et vasorum

(1) Quod enim Epistola ad Hebr. Deo inspirante scripta sit et canonica, iam supra num. 87 et seqq. prohahimus.

ministerii nihil legatur. Vide Riberam et Cornelium à Lap. Comment. in Ep. ad Heb. 9, 21. Quamvis autem Exod. cap. ultimo, ubi de primâ erectione et dedicatiōne tabernaculi agitur, non dicatur tabernaculum aspersum sanguine, sed unctum sacro oleo, intelligentem tamen est, ut sanguine quoque fuerit respersum; uti monet Cl. Bonfrerius, Comment. in Levit., et clarè testatur Josephus, lib 3 Antiq. c. 9, his verbis : *Deinde sanguine victimarum ornatum Aaronis et filiorum ejus aspergit... atque hoc modo per septem dies ipsos et vestes eorum curabat; tabernaculum item et ejus vasa unguento sicut jam dixi confecto, et sanguine taurorum et arietum alternis diebus juxta genus suum mactatum.*

Ad tertium, resp. : Equidem hæc verba : *Moyses dicit exterritus sum et tremebundus*, non leguntur in Exodus, ubi narrat Moyses ea quæ contingere cùm Deus legem ipsi ferret, neque aliis in locis huc pertinentibus. Quamobrem ex majorum narratione aut aliunde censendus est id didicisse scriptor theopneustus Epistole ad Hebreos.

103. Quæres IV : « Quomodo verba illa ad Hebr. 5, c. 7, de Christo scripta : *Qui in diebus carnis sue precessit... ad eum, qui possit illum salvum facere à morte, cum clamore validi et lacrymis offerens* (videlicet in monte Oliveti, et pendens in cruce) *exauditus est pro suā reverentia, conciliari queant cum illis Christi verbis Matth. 27, 46*, in cruce clamantis : *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* » — Resp. : Seus primi textus est, quòd Christus exauditus fuerit non in petitione et voluntate quasi naturali, quā petebat conditionatè, si fieri posset, mortem evadere (illum enim Christus ipse correxit, et impleri absolutè noluit, juxta illud : *Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat*, uti orabat in horto), sed in suā petitione, et voluntate absolutā atque efficaci, quā oravit non pro fugā crucis et mortis, sed pro implendi Patris voluntate circa passionem suam hujusque fructum ; scilicet ut suā passione et morte merceretur sibi resurrectionem à morte ; nobis autem salutem tam corporis quam animæ. Nihilominus cum veritate potuit in cruce dicere, se esse à Patre derelictum, non hoc sensu, quòd fuerit desertus et separatus à Deitate ac unione hypostaticæ Verbi, non etiam à gratiâ et amicitiâ Dei; sed eo sensu, quòd Pater eum à morte non eriperet, nec consolatione in carne et parte animæ inferiore afficeret, sed Filium suum doloribus et tormentis cruciari usque ad divisionem animæ à corpore permitteret. Præterea Tirinus et Cornelius à Lap. etiam addunt hanc rationem, et censent Christum in cruce recipiisse psalmum vigesimum primum, qui est de passione et resurrectione Domini, et incipit : *Deus meus... quare me dereliquisti?* ut sic ostenderet se esse illum ipsum, de quo psalmus ille agit, scilicet Messiam. Ceterum impia et horrenda est Calvini et Beze blasphemia asserterent, verba illa Christi fuisse desperantis in cruce. Vide Cornelium à Lap., et nostram hujus blasphemie refutationem, part. 7, sect. 5, cap. 2, q. 12.

104. Quæres V : « Quis ille Melchisedech, de quo ad

Hebr. 8, 3, dicitur, quòd fuerit *sine patre, sine matre, sine genealogiâ, neque initium dierum, neque finem vitæ habens?* » — Resp. : Melchisedech ibi dicitur *sine patre et sine matre*, non quòd his caruerit, sed, quòd hi nobis ignoti sint, ed quòd ejus genealogia non pertinetur in S. Scripturâ, que solorum Hebreorum genes recensente solet, non verò gentilium sive non Hebreorum, qualis erat Melchisedech, unus ex regulis Chananaeorum. Similiter *neque initium dierum neque finem vitæ habens* is dicitur in Scripturâ, utpote quæ non meminit seu nativitatis seu mortis Melchisedech, sicut laien meminunt nativitatis, et mortis Aaronis, et consequenter nec meminunt finis sacerdotii Melchisedechi, qui hoc ipso assimilatus est Filio Dei, et erat figura æterni sacerdotii Christi. Ita Chrysostomus, Theophylactus et OEcumenius.

Porrò variae erant, aut sunt erroneæ opinione de Melchisedecho. Nam seculo secundo Ecclesiæ duce Theodorito Trapezitæ exorti sunt haereticæ, qui Melchisedechum supernam quandam virtutem majorem Christo asseruerunt (1), ideò Melchisedechianini dicti. Hierax verò Agyptius (à quo Hieracite (2) haereticæ) hanc hæresin postea instauravit, et docuit, Melchisedechum esse Spiritum S.; id ipsum etiam ali (3) propagabant. Samaritani, testibz SS. Epiphanius (4), et Hieronymo (5) Melchisedechum esse Sem filium Noe arbitrati sunt. Quidam ex Christianis antiquis putabant Melchisedechum fuisse ipsum filium Dei, qui Abrahamo humanâ specie sese videndum obtulerit, ut refert S. Epiphanius loc. cit. hæresi 55. Hanc opinionem jam exoletam suscitârunt Petrus Molinæus, et Petrus Conzeus. Denique Origenes teste S. Hieronymo censuit Melchisedechum esse Angelum, qui Abrahamo apparuerit. Verum omnes hos errores solidè refutant Calmetus (6) Natalis Alex., loc. cit., Xav. Widenhofer (7) alique demonstrantes Melchisedechum fuisse hominem purum ; Chananaeum, regem simul et sacerdotem.

105. Quæres VI : « Quomodo verba (ad Hebr. 13, c. 11) : *Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra, cum verbis (Levit. 7, v. 6) : Omnis manus scutis de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnis, quia sanctum sanctorum est*, concilianda sint? » — Resp. : Hi duo textus facilè conciliantur. Nam posterior loquitur de victimis communibus, quas sacerdotes et levitæ ex Dei concessione comedebant ; textus autem prior ad Hebr. loc. cit. non loquitur de victimis communibus, sed de hirco et vitulo, qui offerebantur.

(1) Vide S. Epiphanius opus de Hæresibus, hæresi 55.

(2) Ibidem, hæresi 67.

(3) Ita testatur Natalis Alex. tom. I Histor. Eccl. in 3 mundi statam, dissert. 3.

(4) Loc. cit. hæres. 55.

(5) In Epist. ad Evagrium.

(6) Tom. 3 Dissertationum pag. 171 et seqq.; vel dissertatione præfixâ ante hujus auctoris Commentarium in Epist. ad Hebreos.

(7) Tom. I S. Scripturae dogmaticè explicatae Com-
mentarii, in Genes. c. 14, v. 18.

rebantur pro peccatis pontificis et totius populi, maximè in festo Expiationis. Horum enim sanguine exhibabantur sancta, idèque corum cadavera non come-

debantur à sacerdotibus, sed cremanda erant extra castra. Plura de hoc vide apud Cornelium à Lap., alias interpretes.

Pars ix.

SEPTEM EPIST. CATHOL. ET APOCALYPsis.

BENEVOLE LECTOR! Clarissimi viri LUCRETI VEITH præsens hoc opusculum est. Proprià illius manu conscripsum, post mortem invenum est in mensa cum ceteris chartis. Tu utere in salutem tuam; precare requiem mortuo; ante omnia die laudem Deo, qui, quod se auctore coptum est, pro suâ bonitate non voluit esse imperfectum.

Jacobus, Petrus, Joannes, Judas septem Epistolas ediderunt, tam mysticas, quam succinctas, et breves pariter et longas; breves in verbis, longas in sententiis, ut rarus sit, qui non in eaurum lectione cœcutiat. (S. Hieronymus, epist. 103 ad Prælimum.)

Apocalypsis Joannis tot habet secreta, quot verba. Parùm dixi pro merito voluminis; laus omnis inferior est; in verbis singulis multiplices latent intelligentiae. (Idem in eadem epist. c. 7.)

SECTIO I.

DE SEPTEM EPISTOLIS CATHOLICIS.

In vulgata editione sacrorum Bibliorum Epistolas S. Pauli proximè sequuntur septem alias Epistolas diversorum Apostolorum, scilicet Epistola una S. Jacobi, geminae S. Petri, tres S. Joannis, una S. Judæ, quæ passim Catholicae sive universales nominantur, tum quòd catholicam fidem, legem, Ecclesias describant, et commendent Catholicis ubivis locorum ac temporum existentibus; tum quòd non ad unam personam, civitatem aut locum, ex. gr., ad Timotheum, ad Romanos, ad Corinthios, etc., sed ad omnes ubique variis in provinciis dispersos scriptæ sint, præter Epistolas secundam et tertiam S. Joannis ad personas particulares datas. Verum id non obstat, quominus à majore parte sumatur denominatio, proinde sepius illæ epistole appellentur Catholicæ, vel etiam encyclice, orbiculares, aut circulares, ut eas Graeci, quemadmodum Theodoretus et OEcumenicus, vocant (1). Cæterum eadem septem Epistolæ alio quoque nomine etiam appellantur Canonicae; quia scilicet fidelibus apostolicum canonem seu regulam, normam et formam recte et christianè vivendi præscribunt; et quia canonicae S. Scripturæ, veritatisque à Deo revelatae auctoritatem, dignitatemque obtinent.

CAPUT I.

De Epistolâ B. Jacobi.

Scopus et argumentum hujus epistole est, 1º amare fideles ad constantiam in persecutione, quam patiebantur à Judais et gentibus. Ita enim in exordio illius dicitur: *Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis; ac deinceps graphicè invictæ patientia decus et maiestas depingitur.* 2º Comendantur in hac Epistolâ bona opera, quæ Simon

Magus et ejus assecke, S. Pauli doctrinam in parvum sensum detorquentes, ad salutem superflua esse volebant.

Quinam autem sit hujus epistole auctor, non una est omnium sententia. Negat Lutherus esse S. Jacobi, scilicet Apostoli, sicut memoratæ epistole auctorem fuisse neque Apostolum, neque Domini discipulum, sed discipulorum discipulum, vel eo quid minus; bonum tamen virum. Similiter Erasmus, cum auctoritati scriptoris hujus epistole multum derogasset, subjungit: *Supervacuum arbitrari, anxiè de auctore digladiari* (1). E contrario alii cum totâ Ecclesiâ eamdem epistolam ascribunt S. Jacobo Apóstolo; quamvis inter se certent, quisnam fuerit ille Jacobus. Nonnulli Hispani (2) eam tribuant Jacobo filio Zebedei, qui cognominatur Jacobus Major, et erat frater S. Joannis Evang., occisus ab Herode Actor. 12, 2, ac celebratur ut patronus Hispanie. Verum ali⁹ passim, et veteres et recentiores epistolam, de quæ agimus, tribuant S. Jacobo Alphæi, qui Minor (sive ætate, sive vocatione, ut vult Lorinus, sive statura, ut vult Fevardentius, sive quo alio respectu) cognominatur. Alii denique distinguunt Jacobum Apostolum ab episcopo Hierosolymæ, tresque faciunt Jacobos, primum Zebedei, secundum Alphæi, utrumque Apostolum, tertium fratrem Domini, qui fuerit episcopus dñsttaxat (non Apostolus) Hierosolymæ, scripseritque hanc epistolam. Ita ex antiquis Epiphanius, Iheres. 76, Dorotheus in Synopsi, Clemens, aliqui à Cornelio à Lap. ibid. citati. Ex recentioribus verò Godefridus Henschenius in Actis sanctorum Hollandianis (3), et Ignat. Weitenauer (4) contendunt.

(1) Vide Cl. Hermann. Goldhagen loc. cit. num. 294.

(2) Vide Cornelium à Lap. in Procenio Comment. in epist. S. Jacobi.

(3) Tom. I aprilis ad ejus diem nonam de S. Maria Cleopha cap. 1, breviter, et tom. I maii die primâ, in Commentario prævio de genuino S. Jacobo, præsertim § 4.

(4) In Dictionario suo Biblico, art. *Jacobus*. Item in

(1) Vide Cl. Hermann. Goldhagen part. 3 Introd. in S. Scripturam, sect. 2, num. 291, pag. 445.

scriptorem memoratæ epistolæ solummodo vocari Apostolum honoris causâ, non verò fuisse Apostolum ex duodecim unum. Neque contrarium, inquit, evincentur ex illis Pauli ad Galat. 4, 19 : *Alium autem Apostolorum vidi nomine, nisi Jacobum, fratrem Domini, nempe eum ipsum, qui Hierosolymæ fuit episcopus, et Epistolam jam sepius laudatam scripsit. Vocatur enim, aiunt, hoc loco Apostolus, sicut S. Paulus nomine Apostoli honoratur, licet non fuerit ex numero duodecim Apostolorum.* « *Sanc ipse S. Paulus, inquit Henschenius (1), quamvis non fuerit ex duodecim Apostolorum numero, seipsum tamen Apostoli titulo honorat, dum ita epistolas suas auspicatur : Paulus Apostolus Jesu Christi; Paulus, vocatus Apostolus; Paulus, servus Dei, Apostolus Jesu Christi; Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum. En, sicut Paulus seipsum... Apostoli titulo honorat, ita et (ad Galat. loc. cit.) Jacobum fratrem Domini, quamvis ei hic ex duodecimo Apostolorum numero non fuerit. Verum ipse Jacobus valde modestè Epistolam suam canonicanam (non nominando se Apostolum, sed servum Christi duntaxat) auspicatur his verbis : *Jacobus, Dei et Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribibus, quae sunt in dispersione, salutem.* » Ita Henschenius loc. citato.*

Verum his insuperhabitibus fatendum, ut jam supra indicavimus, communem esse sententiam, non esse tres distinguendos Jacobos illos, et scriptorem epistole, de quâ-hic agimus, esse unum è duodecim Apostolorum numero, nempe Jacobum Alphæi, episcopum Hierosolymæ. Ita preter plurimos alias teste Cl. Goldhagen (2), etiam sentit Benedictus XIV, in Hist. Apost. sic inquisiens : *Ego Chrysostomo, Augustino et Hieronymo plus quam illis credo; atque ut plus credam, D. Paulus facit auctoritas, qui scribens ad Galatas cap. 1, v. 19, Jacobum fratrem Domini in numero habet Apostolorum; siquidem affirmat, se propter hunc et Petrum ex Apostolis vidisse neminem.* Atque hæc loco procemii in expoundendam epistolam S. Jacobi commemorasse sufficiat. Plura de triplici Jacobo disserunt Cl. Goldhagen, et Henschenius locis paulò ante citatis.

Quare I : *An et qualis Jacobus Apostolus in Hispanias prædicandi Evangelii causâ profectus sit?* Antequam quâd à hanc questione inter eruditos valde controversam respondeatur, notandum est, quod præsens questio non de Jacobo Alphæi, qui alio nomine Jacobus Minor appellatur, neque de tertio quadam Jacobo, qui fuerit episcopus Hierosolymitanus, et juxta quosdam etiam auctor epistole canonicae, quæ S. Jacobi dicuntur, sed non Apostolus ex duodecim, institutatur. Neuter enim horum in Hispanias ex causâ supra memorata profectus legitur. Sed questio solum est de Jacobo Zebedæi, qui etiam Jacobus Major dicitur. Que-

suo Comment. in epist. S. Jacobi cap. 4, v. 1, et in Evang. Marc. 15, 40.

(1) Tom. 4 loc. cit.

(2) Introduct. in S. Script. P. 3 num. 294. Vide hauc in rem etiam num. 293.

ritur nimirum, utrum Jacobus Major aliquando in Hispaniam profectus sit, atque in hanc regionem Christi fidem invexerit? Multæ enim recentiores critici hoc negant, et inter hos quoque Natalis Alexander (1), statuens has duas propositiones. Propositio I. *Traditione constat, S. Paulum, in Hispanias profectum, ibi Ecclesiæ fundasse.* Nam de D. Pauli ad Hispanos itinere testiantur S. Athanasius, S. Cyrilus Hierosol., S. Epiphanius, S. Chrysostomus, Theodoreetus, S. Hieronymus, S. Gregorius M. ab eodem auctore citati. Propositio II. *S. Jacobum nusquam in Hispaniam profectum, validis argumentis demonstratur.* In eamdem Natalis Alexantri sententiam propendet etiam Honratus à S. Mariâ (2), quamvis alibi (3) pro oppositâ sententiâ citat de Marcâ epist. ad Henr. Valesium. Præterea Joan. Dominicus Mansi è Congregatione Matris Dei (4), ait, modò inter sapientes criticos exploratum esse, S. Jacobum in Hispaniam Christi fidem non inveisse.

Nihilominus (prout idem Joan. Dom. Mansi loc. cit. adverbit) hispanicam S. Jacobi prædicationem defendendam suscepere plures auctores magni nominis, quorum nomina usque ad ætatem suam recensem Joannes Albertus Fabricius (5), quibus addendi sunt Guilielmus Cuperus (6), Henschenius (7), Adrianus Daude (8), Cajetanus Cenni (9), aliique Hispani in Actis SS. Bollandianis (10) indicati.

Hæc de itinere S. Jacobi Apostoli in Hispaniam prædicandi Evangelii causâ suscepto breviter commemoranda duximus, studiosios lectori ad augendam eruditionem servitura.

2. Quæres II : *An epistola catholica B. Jacobi Apostoli meritè in caanonem divinorum librorum relata sit?*

— Resp. affirmativè contra Lutherum (11) et hujus assecelas, quanvis hodiè Protestantes ab inconsultâ magistri sui opinione recedant. Porro canonica dictæ epistole auctoritas ostenditur ex Patrum et universaliis Ecclesie consensu. Nam Epistola B. Jacobi ponitur in catalogo divinorum librorum à concilio Laodicen-

(1) Hist. Eccl. secul. 4, dissert. 45.

(2) De Regulis et usu critices, tom 1, pag. 167.

(3) Ibid. pag. 295, in Notâ.

(4) Vide citatum locum Natalis Alex. in editione operæ et studio Constantini Roccauglia Congregationis ejusdem cum notis Joannis Dom. Mansi Ferrariae excusâ an. 1760, et Venetiis protestante apud Thomam Bettinelli.

(5) In salut. Luc. Evangelii cap. 16, § 2.

(6) In Actis SS. in Appendix ad tom. 6 iulii.

(7) Ibidem in Diatribâ ad tom. 4 aprilis.

(8) In Historiâ universal. rom. imperii, l. 4 Hist. Eccl. § 3. Et in animadversione 5 ad cap. 2 libri 4.

(9) De Antiq. Eccles. Hispan. tom. 4, dissert. 1, c. 2.

(10) In Appendix tom. 7 iulii.

(11) Dixi : contra Lutherum. Huic tamen ista in re contraria est Calvinus, teste Cl. Hermanno Goldhaben de Epistola S. Jacobi ita loquens : *Ego, quia nullam ejus repudianda causam satis justam video, libenter eam sine controversiâ amplector.* Ceterum ipse etiam Lutherus, quamvis in prefatione epistole S. Jacobi neget, eam esse canonicanam, eamdem tamen ut bonum et utilm laudat, eique, qui volet, permittit, ut eam in canonicularum Scripturarum numero habeat.

si can. 59, Carthaginensi III, can. 47, Florentino et Tridentino : item ab Innocentio I et Gelasio sumamis pontificibus. Præterea hanc Epistolam ad probandum dogma ecclesiasticum adserit concilium Milevitani can. 7. Eamdem citant auctor operum sub nomine Dionysii, de div. Nom. c. 4, Origenes, homil. 7 in Josue, Ephrem Syrus, serm. de penitentiâ, Cyprianus lib. ad Novatian., Augustinus, lib. 2 de Doctr. christ. et alibi, plurimique alii omnium à conditâ Ecclesiâ seculorum, de quibus vide Bellarminum.

3. SOLVUNTUR ARGUMENTA CONTRARIA. — Argum. I. Teste Eusebio, lib. 2 Hist. c. 23 Epistola Jacobi, et illa Judea est adulterina; ergo Ita objicunt Centuriatores Magdeburgenses, centur. 1, lib. 2, c. 4. — Resp.: Nego ant. Nam Eusebius eit. loc. *Sciendum est*, inquit, *quod à nonnullis non recipiatur*; sed addit: *Nos tamen scimus, etiam istas cum ceteris ab omnibus penè Ecclesiis recipi.*

Dices: Saltem Hieron., lib. de Vir. illustr. de Epistola Jacobi canonica auctoritate dubitavit, dicens: Unam scriptis (Jacobus) Epistolam, quæ de Septem Catholicis est; quæ et ipsa ab alio quodam sub nomine ejus asseritur; licet paulatim, tempore procedente, obtinuerit auctoritatem. — Resp.: Ex his verbis S. Hieronymi non potest concludi, eum de authentia hujus Epistole dubitasse. Postrema enim verba solum ex aliorum mente refert; suam autem sententiam exprimit precedentibus verbis: *Unam scriptis Epistolam, quæ de septem Catholicis est*, quo dicto satis refellit falsam illam opinionem putantum, eamdem ab alio quodam sub nomine Jacobi esse editam.

At inquires: Si epistola S. Jacobi canonica est, cur de illa plures vetores, ex. gr., Clemens Romanus, Polycarpus, Justinus silent? — Resp.: Multa Patrum monumenta perierunt, in quibus, utrum hujus epistole meminerint, necne, ignoramus. Præterea silentium auctoris de re quâpiam sepè non probat, rem ipsam eidem fuisse incognitam, aut ab eo improbatam. Denique, licet alii sileant, tamen de hac Epistola tanquam catholicâ et canonica mentem faciunt Hieronymus, Origenes, Augustinus, aliique.

4. Argum. II. Epistola S. Jacobi contradicit aliis S. Scripturae locis; ergo male in Canonem divinorum librorum relata est. Prob. ant. Jacob, 1, 13, dicitur: *Deus... neminem tentat*. Sed Genes. 22, 1, Deus tentavit Abramum. Et Deut. 13, 5, dicitur: *Tentat vos Dominus vester*. — Resp. et textus apparenter sibi contradicentes explico. Deus neminem tentat tentatione, quæ ad peccatum in vita. Essentialis enim bonitas Dei non potest ad malum invitare. His non obstantibus, Deus tentavit Abramum, tentavit Hebreos; quia haec tentatio non est seductionis, neque ad peccatum, sed est probationis et ad maius meritum, et ad majorem coronam. Ita S. Augustinus hanc objectionem solvit, dicens, Epist. 146 ad Consentium: « Deo Jacob 1, 13, Scriptura dicit: *Ipse autem neminem tentat*; nec contraria est ista sententia ei, quæ dicitur Deut. 13, 5: *Tentat vos Dominus Deus vester*; sed solvitur questio, cum vocabulum tentationis diversas intelli-

gentias habeat, eò quod alia sit tentatio deceptionis, alia tentatio probationis; secundum illam non intelligitur, qui tentat, nisi diabolus, secundum hanc verò tentat Deus. » Hucusque doctor Hippomenis, qui idipsum confirmat lib. de Consensu Evang. cap. 30.

Dices I. Jacob. 1, 3, legitur: *Probatio patientiam operatur*. Contra S. Paulus ad Rom. 5, 3, ait: *Patiens probationem operatur*. Ergo Jacobus contradicit Paulo. — Resp.: Conc. ant. neg. cons. Nam duæ res sibi invicem scipiùs cause sunt, quin idèo contradictione sequatur. Sic calor producit ignem, et ignis calorem; vapor causat pluviam, et pluvia vaporem. Dein omnis contradictione abest, si cum Calmeto et aliis considerenuis quid in diverso sensu vox probatio in citatis locis adhibetur, ita ut apud Jacobum significet actualēm probationem, quæ est tribulatio, quæ examinatur, probatur et exploratur hominis fides et virtus; apud Paulum verò ipsum effectum et terminum probationis, quia patientia, seu tribulationis sancta persessio facit, ut homo patiens sit probatus et Deo charus. Jacobus igitur cum Paulo conciliatur, si allati textus exponantur hoc sensu: « *Probatio*, hoc est, malorum et ærumnarum, quibus à Deo exercentur, persessio patientiam operatur, nosque humiles magis, subjectos, patientes reddit (nam malorum persessione habitum patientie acquirimus). Et patientia, scilicet malorum persessio, probationem operatur, probatos efficit et Deo charos. »

Dices II, et queres: An S. Jacobum, dum in sua Epistola, cap. 2, justificationem non soli fidei, sed operibus adscribit non contradicat S. Paulus ad Rom. cap. 3 docenti, hominem justificari ex fide sine operibus? — Resp. et cum Augustino Praefat. in Ps. 31, dico, Jacobum et Paulum cit. loc. non pugnare inter se. Nam Paulus loquitur de *primâ* justificatione, quâ homo fit justus ex injusto, et nomine *operum* intelligit opera, quæ sunt sine fide et gratia, solis virtibus liberis arbitrii; Jacobus autem loquitur de *secundâ* justificatione, quâ quis ex juxto fit justior, juxta illud Apoc. ult. v. 11: *Qui justus est, justificetur adhuc*; et nomine *operum* intelligit opera, quæ sunt cum fide et auxilio gratiae Dei. Quemadmodum enim non potest homo se ipsum procreare, vel à mortuis excitare, tamen posteaquam natus est potest seipsum opere suo alere, et augere; ita non potest peccator seipsum justum facere; potest tamen, cum justus est, operibus suis augere justitiam.

Scholion. Quæ in Epistola catholica S. Jacobi leguntur, cuncta sunt omnino digna viro divinitus inspirato; id tamen sacer auctor sibi peculiariter in eâ proponit, ut Simonis Magi haeresim refelleret, quæ Samaritanæ, atque non longè à Jerosolymâ grassabatur. Solam autem fidem prærequisiri ad salutem, non verò necessaria esse bona opera, Simoniani ex illis Pauli ad Rom. 3, 28, verbis malè intellectis: *Arbitratur enim: Justificari hominem per fidem sine operibus legis* perperam inservabant, prout S. Augustinus, lib. de

Fid. et Oper. c. 15, clare testatur dicens : « Cùm ergo dicit Apostolus, arbitrari se justificari hominem per fidem sine operibus legis, non hoc agit, ut percepta et professa fide opera justitiae contemnantur, sed ut sciat se quisque per fidem justificari, etiam si legis opera non praecesserint. Sequuntur enim justificatum, non precedunt justificandum.... Quoniam ergo haec opinio (ad justificationem sufficere solam fidem sine operibus) tunc (nempe temporibus Apostolorum) fuerat exorta, aliae Apostolicæ Epistolæ, Petri, Joannis, Jacobi, Judæ contra eam maximè dirigunt intentionem, ut vehementer adstruant, fidem sine operibus nihil prodesse; sicut etiam ipse Paulus, non quamlibet fidem, quâ in Deum crederunt, sed eam salubrem planèque evangelicam definit, cuius opera ex dilectione procedunt. Sed fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. » Ex quo loco S. Augustini denuò confirmatur et elucet veritas nostra responsio ad presentem objectionem paulò antea data.

Dices III. Apostoli semper solent in suis epistolis aliquid interserere de fidei doctrinâ : Epistola vero Jacobi muta est de doctrinâ fidei, et solum de operibus concionatur; ergo non est apostolica aut divinitus inspirata. — Resp. : Scriptorem hujus Epistolæ de industria peculiariter commendare exercitium bonorum operum, quia, ut num. immediatè precedente à nobis ostensum est, ii, adversus quos ipse scribit, doctrinam fidei nimis extollebant, et bona opera negligebant. Dein, etsi Apostoli in scriptis suis soliti sint de doctrinâ fidei agere, non sequitur quod Spiritus S. idem argumentum scribendum inspiraverit in Epistola Jacobi, præsertim quia hujus Epistola scribenda scopus præcipuis, ut dixi, aliud postulabat. Neque adversarii habent ius aut potestatem Spiritui S. præscribendi regulas, quid et de quâ materia scribenda Apostolis inspirare debuerit. Ceterum etiam illud falsum est, quod Epistola Jacobi de doctrinâ fidei muta sit. Ut enim nihil dicam de dogmate extremæ unctionis, quod nos inter et Protestantes controversum est, quodque ex Epistola catholica S. Jacobi rectè probatur, numquid etiam ad doctrinam fidei pertinet, quod fides sine operibus mortua sit Jacob 2, 26, quod coronam vitæ... repromisit Deus diligentibus se? etc. Denique cum Bellarmino, lib. 1 de Verbo Dei, c. 18, observo, si ideò Epistola Jacobi adulterina judicanda est, quia tota ferè consumitur in operibus bonis commendandis, tunc Proverbia quoque, et Ecclesiastes adulterini libri existimari deberent, cum in iis potissimum partem conciones de moribus legitantur, vel si Proverbia, et Ecclesiastes inter sacros libros habendū sunt, adversarii ipsis consentientibus, nulla certa causa est, cur Jacobi Epistolam libris illis persimilem rejiciamus.

Dices IV. Auctor Epistolæ Jacobi cap. 1, v. 15, legem Testamenti veteris vocat legem libertatis, dicens : Qui autem perspicerit in legem perfectam libertatis... hic beatus in sueto suo erit. At Apostolus Paulus ad Galat. 4, 24, illam vocat legem servitutis.

Non igitur utraque Epistola à Deo inspirata esse potest; constat autem epistolam ad Galatas à Deo inspiratam esse; igitur quæ fertur nomine Jacobi, non à Deo inspirata, sed à Deo inspirata contraria est. Resp. : Jacobum non loqui de lege veteri, sed de novâ, cum eam legem libertatis appellat. Neque obest, quod mentionem faciat observationis præceptorum, que jam in veteri lege in Decalogo erant proposita. Siquidem præcepta Decalogi non minus ad Christianos, quam ad Hebreos pertinent, ut ex 5 cap. Matthæi aliisque locis colligitur; sed hoc interest inter novum et vetus Testamentum, quod vetus leges adferebat, non autem vires ad eas leges implendas suppeditabat; proinde lex timoris ac servitutis et dicebatur et erat. Testamentum vero novum unâ cum legibus gratiam præbet, quia homines adjuti faciliè et liberè, ac libenter implent ipsa præcepta, et propterea Christiani dicuntur non esse sub lege, et justi dicitur lex non esse posita; non quod eam servare non debeant, sed quia lex eos non gravat, cum eam adjuvante gratia perliberenter observent. Unde etiam S. Jacobus cit. loc. legem evangelicam meriti vocat perfectam, cum lex Mosaica fuerit imperfecta; quia lex evangelica dat perfecta vita et virtutis non tantum documenta et præcepta, sed et auxilia gratie, eaque fortia et copiosa.

Sed et Augustinus haec ipsa docentem, L. de Naturâ et Gratiâ, cap. 57, andiamus : Si spiritu ducimini, inquit, non esis sub lege, utique lege, que timorem inducit, non tribuit charitatem, quæ charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, non per litteram, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hac est lex libertatis, non servitutis, quia charitatis utique, non timoris; de qua et Jacobus Apostolus ait : « Qui autem perspicerit in legem perfectam libertatis. »

5. Argum. III. Auctor Epistolæ Jacobi, cap. 2, v. 10, ita habet : Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Sed quomodo hoc est verum? Multi enim unam legem tantum violant, ceteras observant. Ergo unius tantum frui rei, non autem ceterarum omnium. — Resp. : Omissis variis aliorum responsionibus, quas recenset et refellit Cornelius à Lap., Comment in hunc loc., observo, teste eodem interprete et aliis illo tempore, quo haec Epistola scripta est, suisser errorem et haeresim Pharisæorum, qui, uti in explicandis præceptis Decalogi alias variè errabant; ita pariter censebant, unum aut alterum legis præceptum transgredivi non esse grave peccatum, hominem iræ divinæ reum, et condemnationi obnoxium faciens; à potiore enim parte, quam servat, dicebant censemendum esse justum potius quam ab unâ violatâ injustum. Contra hos asserit, cit. loc. S. Jacobus, eum qui in uno offendit, fieri omnium reum, Deique offensam et iram incurire, utpote qui tam unum quam alterum præceperit; qui enim universam legem condidit, singula quoque ejus præcepta condidit. Hinc vers. 11, hanc rationem addit : Qui enim dixi : Non mæchaberis, dixit et non occides. Quod si non mæchaberis, occides autem, factus es transgressor legis. »

At inquies : Quà ratione factus est omnium præceptorum reus, cùm unum duntaxat, uti ponitur, violari? Resp. : Tè *omnium*, intelligendum est conjunctum, sive copulatum sumptorum. Omnes enim leges et præcepta integrant et constituant unam legem totalem, sic decem præcepta integrant et conflant Decalogum. Quare sensus, ut paulò ante dixi, prodit iste : Qui unam legem violat, totam legis universitatem, que ex singulis legibus integratur, violat, spernendo legislatoris, puta Dei, majestatem. Violat ergo omnia, non singula, omnia, inquam, conjunctum sumpta, quatenus omnia conflant unum totum; violat totum legem seu universitatem legis, quia totum desinit esse totum, si una duntaxat pars ex eo dematur; esto cætera in eo remaneant, et sic toto violato omnes partes, que illud integrant, etiam violentur, quatenus illud integrant. Sic qui fornicatur, totum Decalogum, qui denominatur à denario mandatorum, ex iisque instar unus compositi coalescit, transgreditur. Esto enim cætera omnia servet, non tamen potest dici servasse et implisse Decalogum. Plura in hanc rem more suo suo solidè ac eruditè disserit Cornelius à Lap. loc. cit.

CAPUT II.

De duabus Epistolis B. Petri apostoli.

Epistola I. Petri, continet partim gratias, partim monita saluberrima pro cuiusvis conditionis, et etatis fidelibus ad innocentie in baptismo accepte custodiā, ad orationem, mutuam dilectionem, temperantiam et obedientiam accommodata. Epistola IIhortatur fideles, ut secundum accepta à Deo dona ad virtutem nitantur, sivecelestis regni participes fiant. Jubet ipsos vitare pseudo-prophetas, quibus graves minas intentat; agit etiam de secundo Christi adventu.

6. Quæres I : *An epistola I Petri sit canonica?* Resp. affirmativè. Nam hæc epistola est legitima S. Petri, ac Scriptura canonica confessione omnium Catholicorum, nullusque unquam de eo dubitavit, teste Eusebio, Hist. lib. 5, cap. 5. Undè concilia, pontifices et Patres, qui catalogum librorum canonorum contextuere, in eo indubitate collocarunt hanc epistolam. Citat eos exactè et fusè Coccius in Thesaurus Cathol.

7. Quæres II : « Quem sensum verba illa (1 Petri 3, 19 et 20) : *His, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit : qui increduli fuerant aliquando.... in diebus Noe, etc.* babeant? Num inde increduli merito inferre possent, prædicationem animæ Christi descendentes ad inferos proluisse damnatis, eosque salvasse? » Resp. negativè, simulque nego suppōsitum, quod S. Petrus his verbis loquatur de damnatis, sed sensus est iste : « Animæ Christi descendentes ad inferos adventum suum annuntiavit etiam animæ bus corum, qui ante diluvium credere noluerunt. » Noe ipsis proximum malum prædicten. » Hoc tamen non prohibebat, quominus it verum Deum metuerent, atque adorarent, et cum diluvii aquæ celo decidarent, poenitentiæ ducti ad Deum confugerent, et salutariter contriti obirent; sicut in naufragio sœp-

etiam obstinati peccatores compunguntur et agunt penitentiam. Ita S. Hieronymus cum aliis, quos citat Cornelius à Lap. Comment. in Genes. c. 6, v. 5. Ille ergo animas Salvator, cùm in limbum descendere, inde cum antiquorum patriarcharum animabus eduxit.

Scholion. Inter diversas explicaciones citati loci 1 Petri 3, 19 et 20, quas Cornelius à Lap., et Calmetus Comment. in hunc locum recensent, una est aliquorum veterum, qui censebant, animam Christi descendente ad inferos prædicasse etiam damnatis, eosque convertisse et liberasse ex inferno, saltem aliquos eorum, qui minus fuerant mali et increduli. Id dicere videtur ex Hermete sive Pastore Clemens Alexandr., lib. 6, Strom., aliquique quidam Patres. Dubitasse etiam de hac re videtur Naz., Orat. 42. Idipsum disertè asservat Marcion heresiarcha. Docuit enim, ut ait S. Epiphanius, hæres. 42, *Christum.... in infernum descendisse, ut salvaret Cain, Core, et Datan, et Abiron... et omnes gentes, quæ non noverunt Deum Iudeorum,* etc. Verùm hæc sententia pugnat cum Ecclesiæ fide, quæ docemur, nullam esse in inferno redemptiōnem, hominemque semel damnatum nunquam è damnatione evasurum. Quare Patres, qui contrarium videntur jucicare, in bonam partem et benignè expoundunt sunt; ut Cornel. à Lap. cum aliis observat, quem consule.

8. Quæres III : « Quomodo D. Petrus in sua prima epistola cap. 5, v. 13, scribere potuerit : *Salutat vos Ecclesia qua est in Babylonie;* cùm tamen hanc Epistolam D. Petrus Romæ scripserit? Quid Romæ communè cum Babylonie? » Resp. Per Babylonem S. Petrus hoc loco intelligit Roman, inter quam et Babylonem tunc temporis permagna similitudo intercessit. In utræque enim civitate horrida errorum ac scelerum confusio regnabat; utræque hominibus sanctis ac justis infensa, et idolatriæ sedes erat. Dein S. Petrus sapienter Roman tropico nomine Babylonis texit, ne Christianorum hostes Romæ Ecclesiam novam residere audientes, odia sua in S. Petrum et fideles Romæ degentes toto furore converterent; atque hæc inter cæteras fors causa fecerit, cur S. Paulus suis in Epistolis Româ scriptis mentionem de S. Petro nullam fecerit.

Scholion. Scio quidem, quosdam recentiores criticos docere, S. Petrum cit. loc. nomine Babylonis non intelligere Roman; sed Babylonem metropolim Chaldeorum, ut vult Salmasius, Basnagius, Caveus, et Elias da Pin; vel Babylonem in Agypto olim sitam haud procul ab hodiernâ Cairo, ut suspicatur Joannes Pearsonius; vel denique Hierosolymam à vexatione Christianorum illo tempore famosam, ut vult. Lud. Capellus. Verùm novellis his opinionibus recentiorum criticorum præferenda est antiquissima Patrum et ferè omnium Catholicorum sententia, per Babylonem hic à D. Petro intelligi Roman assentientia. Nec quisquam ante Calvinum fuit, qui hoc in dubium vocaret; præsertim quia etiam S. Joannes (1) Babylonis nomine

(1) Apoc. cap. 17, v. 5, et alibi; prout ostendit Cornel. à Lap. in Apoc. cap. 17, v. 5, et cap. 18, v. 2.

Romam gentilem denotat. Ratio autem, cur Calvinus à veteri illa Patrum sententiâ recesserit, dicitur et videtur esse ista, quia iter S. Petri Romanum temere negavit. Plura de præsenti questione vide apud Cl. Hermannum Goldbagen, qui hanc de re perquam solidè et eruditè scripsit.

9. Quæres IV : An epistola Petri revera sit illius, atque canonica? Resp. affirmativè. Quo nūis enim non nulli olim de auctore et auctoritate hujus Epistole dubitaverint, teste Eusebio, Hist. lib. 5, et posterioribus temporibus teste Cornel. à lap., Lutherus, Erasmus, Kemnitius, ac Centuriatores : tamen hanc epistolam esse S. Petri esseque canonicanam Scripturam invicte demonstratur ex sensu totius Ecclesie, ex concil. Carthaginensi III, c. 47, concil. Fl.-rent. et Trident. sess. 4; prout jam alibi ostendimus. Unde Didymus in hanc epistolam commentatus est; et S. Hieron. ac S. Gregorius testantur, eam esse germanam S. Petri. Idem satis insinuat S. Judas, qui in sua Epistola passionis ad hanc aliquid, inò multa ex ea deponspit. Denique S. Athanasius, Greg. Naz., Cyrillus Jeros., Hilarius, ceterique Patres citant eam tanquam canonicanam. Præterea in hac Epistolâ nomen Simonis Petri statim cap. I, v. 1, inscriptum est his verbis: *Simon Petrus, servus et Apostolus Jesu Christi, in iis qui coeqalem nobiscum sortiti sunt fidem, etc.* Hoc autem nomine S. Petrum Apostolum in Evangelio sæpè designari certum est. Deinde auctor hujus epistole c. I, v. 16, ita habet: *Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem et præsentiam: sed speculatori facti illius magnitudinis.* S. actem Petrus fuit unus eorum, qui Jesu Christi transfigurationi interluerunt. Tandem auctor ejusdem Epistole, cap. I, v. 1, appellat ad primam suam epistolam, quam ad eosdem dederat, hisce verbis: *Hanc ecce vobis, chrysissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram fidem.* Utraque igitur à S. Petro scripta fuit, et utraque habet divinam et canonicanam auctoritatem.

10. SOLVENTUR ARGUMENTA CONTRARIA. — Argumentum I. Epistola secunda, quæ Petru tribuitur, dictione et stylo multum differt à prima ejusdem Epistola, ob quam causam, teste S. Hieronymo (1), Petro adjudicata fuit; ergo illa epistola 2 non est à D. Petru scripta. Resp. Tapta non est styli differentia, alium ut auctorem poscat; uti fatentur ipsi Centuriatores. Deinde non est mirandum, pro rerum diversitate stylum variari, aut pro diversa aetate aliud eidem auctori scribendi genus esse. S. Petrus autem 2 suam epistolam paulò ante mortem senio gravis scripsit. Certe diversitas styli ejusdem epistole S. Hieronymum olim non movit, ut S. Petro hanc epistolam adjudicaret, sed potius ut putaret, S. Petrum alio in hac, quam in prima

(1) Vide tom. I operum S. Hieronymi, I. de Viris illustribus vel de scriptoribus ecclesiasticis ad Dextrum, Praetorio plectum in Simone (Petro), ubi ait: *Scriptis duas epistolatas, quæ catholice nominantur; quarum secunda à plerisque ejus esse negatur propter stylum cum priore dissonantiam.*

sua Epistola interprete fuisse usum, qui proin alia phrasì et stylo sensa S. Petri conscriperit, quām interpres prime Epistole. Prime enim Epistola interpres fuisse videtur Silvanus seu Silas, vel Marcus; secundæ autem Glaucias; hunc enim S. Petri interpretem fuisse docet Clemens Alexandr. Denique S. Hieronymus loco in objectione citato disertis verbis enuntiat: *Scriptis (Petrus) duas Epistolatas, quæ Catholice nominantur.* Et in Epistola 103 ad Paulinum ait: *Jacobus, Petrus, Joannes, Judas septem epistolatas ediderunt, nempe Jacobus unam, Petrus duas, Joannes tres, Judas unam.* Ergo omnibus consideratis, non est dubitandum, quin S. Hieronymus etiam secundam Petri epistolam ut authenticam admiserit.

11. Argum. II. Multa Ecclesiæ Epistolam 2 Petri non receperunt; quod utique, si ejus auctorem Petrum nōissent, minimè fecissent; ergo hæc Epistola non est S. Petri. Ita obiecit Grotius cum aliis. Resp. Esto, quod ante concilium Laodicenum, in quo primùm catalogus diuinarum Scripturarum auctoritatibus publicâ constitutus fuit, non omnes omnino Ecclesiæ hanc Epistolam S. Petri receperint, quia apud eas, num revera Petri esset, certò non considerat; tamen etiam ante concilium Laodicenum seculo IV, sub Damaso papa celebratum à multis Ecclesiis tum in Oriente, tum in Occidente, uti canonicanam fuisse receptam, constat ex testimonio antiquiorum Patrum, S. Clementis Pape, S. Irenai, Origenis, S. Justinii M., etc., qui omnes ante seculum IV voruerunt, et secundam epistolam Petri vel citant tanquam Scripturam divinam, vel ad eam alludent (1). Illorum verò auctoritatem per se quidem gravissimam, cum deinde omnes Ecclesiæ sectae fuerint, non video saepe cur Grotius cum aliis adversarii sequi non debeat.

Scholion. Porro, quæ ex Origene, Eusebio, et Didymo contra canonicanam auctoritatem Epistole secundæ Petri obiecuntur, solidè soluta in Cl. Hermanno Goldbagen studiosus lector inveniet.

Sed instat Grotius loc. cit., ac ait: *Scriptor epistole quæ dicitur secunda Petri, cam scripsit post exitum Jerosolymæ; ergo hujus Epistole auctor non potest esse S. Petrus; cum iste jam Neroni imperante (adeoque diu ante excidium Jerosolymæ per Titum) supplicio crucis fuerit extinctus. Cons. pater. Ant. verò à Grotio sic probatur. Nemo enim christianus, inquit, ultimum mundi diem venturum credidit, nisi postquam evenisset eius versio iudiciorum. Post eam verò brevi admodum futurum mundi ruinam multorum animo observabatur.* Hic verò scriptor (Epistolas secundæ, quæ Petri dicitur) *Christianos vult* (cap. 5) *patientes adhuc esse in illius diei expectatione, si fortè sperato tardius adveniat;* ergo idem scriptor hujus secundæ Epistole eam scripsit post excidium Jerosolymæ, dum Judæi erant in expectatione ultime mundi diei, post illud excidium proximè secutore. Resp.: Nego ant., ad prob. conc.

(1) Horum Patrum textus citatos etiam vide partim apud Calmetum Prolegom. in secundam Epist. Petri, partim apud Thomam Cerboni in Theologîa revelat. I. 3 quest. 2, art. 2, § 4, p. 242.

ant., neg. cons. Futilis hoc Grotii argumentum est; ut Natalis Alexander, aliquie merito observant. An enim ita Iudeos de die mundi ultimâ patienter exspectantà premonere non potuit, licet excidium Jerosolymitanum nondum contigerit? An non potuit (cit. cap. v. 8 et 9) iam ante hoc excidium scribere: *Unum verò hoc non lateat vos, charissimi! quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant; sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti.* An, inquam, non jam ante excidium Jerosol. ita scribere potuit, etiam si finis mundi non ante, sed post illud eventurus sit? Profecto quām multa sunt, quae Apostoli spiritu propheticō prævidentes, nobis significarunt, licet eorum multa non tūc eveniuntur, quae præcedere debebant? Quid? anne spiritus Prophetarum eventui rerum ita alligatus fuit, ut nisi ea præcessissent, qua præcedere debebant, futura prædicere non possent? Nonne ipse Christus de fine mundi multa predixit, quamvis Jerosolyma nondum esset excisa? Grotii ergo conjectura inanis est ac contemnenda.

42. Argum. III. Syri veteres epistolam secundam Petri ut spuriam omiserunt in Canone sacrorum librorum, et recentiores licet eamdem legant, nequaquam tamē ut Canonicam recipiunt; ergo. Resp. 1^o Etiam si antecedens verum esset, tamen Syrorum particulare iudicium tanti non est, ut universalis Ecclesie opponatur. Dixi: *Etiam si antecedens verum esset.* Multa enim contra hoc ulterius reponi possunt. Nam in primis teste Cornelio à Lap. constat ex Maronitis, qui Romæ sunt, eos hanc Epistolam habere pro canonice. Unde quamvis ab aliquibus syriacis exemplaribus illa Epistola absit, quia de cā oīn ambigebatur, in aliis tamen Syrorum exemplaribus eadem recensetur. Certè S. Ephrem (1) et S. Joannes Damascenus (2), uterque syrus, eandem allegant; et Damascenus præterea inter canonicos libros enumerat. Denique eamdem epistolam S. Petri syriacē exstare, et ex syriaco in latīnum conversam esse à Balthasar Erzelio, testatur apud Cornelium à Lap., Possevinus in Apparatu.

43. Queres V. : *Quem sensum habeant illa (2 Petri 3, 7), verba: Cœli autem, qui nunc sunt, et terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem judicii. An in ipsā die iudicii ante vel post totus mundus conflagrabit?* Resp. : *Ignis ille non subsequetur ju-*

(1) Sic Parænesis 9, ad Monachos, S. Ephrem alleget illum locum 2 Petri 2, 9: *Aspectu enim et auditu iustus erat (Loth): habitans apud eos, qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant.* Item Parænesi 44, locum 2 Petri 2, 17. Item in Sermone parænetico de secundo adventu Domini allegat locum 2 Petri 3, 9, dicens: « *Quod si Petrum quoque interrogas Coriphæum? et ipse tibi respondebit, ac dicet: Non tardat Dominus promissionem, sicut quidam existimant; sed patienter agit, nolens quicquam perire; sed omnes ad penitentiam reverti.* »

(2) Parallelorum 1, 1, cap. 6, citat D. Damascenus illud 2 Petri 2, 4: *Si Deus angelis peccantibus non percipit, sed rudenterib[us] inferni detracitos in tartarum tradidit cruciabant, id iudicium reservari. Et sèpè alibi eandem 2 Petri Epistolam allegat.*

dicum, ut Suarez, ex S. Augustino, Prospero et Anselmo vult; sed præcedet, ut SS. Patres communiter docent conformiter illis verbis: *Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus;* mundumque expiabit ab omnibus spuretiis carnalibus et spiritualibus, quibus per tot secula inquinatus fuit. Ita Cornelius à Lap. et Tirinus. Legenda etiam celebris Dissertatio Calmeti de fine et mundi statu post iudicium.

CAPUT III.

De tribus Epistolis canonicas B. Joannis Apostoli.

§ 1. Epistola 1 S. Joannis.

Versatur ea partim circa Divinitatem Christi contra Ebionem et Cerinthum, partim circa ejus humanitatem contra Basiliadē adstruendam. Præterea mandatorum Dei observantiam, et bonorum operum, charitatis in primis necessitatēm contra Simonem Magum fidelibus inculcat.

Quæstiō I: *In hac epistolā cap. 2, v. 7, mandatum diligendi proximum vocatur mandatum vetus. At v. 8, et in Evangelio Joan. c. 13, v. 34, hoc mandatum dicitur novum. Quomodo ista concordant?* — Respondeo: Concordant optimè. Nam predictum mandatum est vetus et novum, sed diverso sensu. Vetus quia datum fuit ab origine mundi Adæ et omnibus hominibus; cū sit mandatum legis naturæ. Novum ratione novi modi, quo illud Christus observari præcepit, nempe ut diligamus invicem, non quo modo scribi et pharisei diligendo docebant, solos amicos, solos Israëlitas, solo interno affectu; sed sicut Christus dilexit nos, nempe dilectione ferventissima et officiosissimā erga omnes, etiam extraneos, etiam inimicos, promptā etiam ad exponentiam vitam pro illorum salute; qui sanè modus diligendi proximum, novus erat tum temporis in orbe, et ferè inauditus. Ita Corysostom., Theophyl., Euthymius, Ruperius, et alii.

Quæstiō II: *1 Joan. 2, 2, dicitur quid Christus sit propitiatio pro peccatis totius mundi; et 2 Cor. 5, 16, pariter dicitur, quid Christus sit propitiatio pro peccatis totius mundi. Et 2 Cor. 5, 15, pariter dicitur, quid Christus pro omnibus sit mortuus. Sed quomodo potuit mori, et premium sanguinis sui offerre divina Patri pro iis qui ante ipsius adventum obierunt, et quorum plurimi jam erant ad gehennam damnati, antequām Christus nasceretur? An pro illis Christus Patrem divinum rogavit hoc modo: Rogo te, ut illis des gratias sufficientes ad salutem obtinendam? vel hoc: Rogo te, ut illis has gratias dederis? profecto utraq[ue] haec tendentia est absurdā.*

— Respondeo: Christus neque rogavit Patrem divinum ut dederit, neque ut det gratias illis, qui ante ejus adventum mortui sunt. Non enim illis impetrare potuit gratias jam datas, aut seriò petere, ut dentur jam damnatis. Sed solum agnovit, sua merita ab eterno absolutè prævisa, fuisse motivum Patri suo divino ad dandas illis gratias, et de hoc gavissus est, et penitus acquevit in voluntate seu decreto isto Patri divini; adeoque hujus acquiescentiae tendentia eret ista: « *Sum contentissimus, quid gratias meis progenitoribus aliisque ante adventum meum mor-*

« tuis dederis. » Simil autem rogavit Christus, ut hæ gracie dæte habeant suum effectum respectu patrum in limbo detentorum, quos petit admitti ad visionem beatificam. Hoc enim primum erat futurum post mortem Christi. Atque in isto gaudio et acquiescentia voluntatis Christi in decreto Patris divini dantis progenitoribus suis aliisque gratias intuitu meritorum Christi absolute futurorum, et simul in oblatione sui mortis et meritorum ad impetrandam liberationem patrum è limbo consistebat oblatio sui sanguinis pro suis progenitoribus, aliisque ante adventum suum defunctis; pro iis verò, qui tunc jam erant in gehennâ, non obtulit strictè loquendo prerium sanguinis sui, sed tantum gavisus est, quòd Pater divinus intuitu meritorum suorum absolute prævisorum illis gratias sufficentes dederit. Cæterum hanc difficultatem et subtilem questionem nobis objicere quidem possunt theistæ, alique increduli, qui totum Christum negant, non autem Jauseistæ; quamvis hi defendant, Cœrsum pro solis prædestinatis, non autem pro omnibus, etiam reprobis mortuam esse et sanguinem suum fuisse. Debent enim ipsimet questionem solvere, si interrogentur, quomodo Christus pro iis, qui in veteri Testamento erant sancti et prædestinati (plurimi autem horum erant) potuerit Patri divino mortem suam offerre.

At dicas : Præmium debet esse tale, ut, qui præmiatur, sit dignus et habeat ius ad præmium : sed per meritum suum futurum Christus nondum erat actu dignus, neque habuit ius ad præmium, sed solum erat habiturus aliquando ius, nimirum pro tempore, quo meritum erat actu extiratum : ergo Deus non decrevit gratias progenitoribus Christi concedere tanquam præmium propter merita aliquando futura. — Respondeo : Dist. maj. : Debet esse dignus, et habere jus vel actu, vel saltem pro illo tempore, pro quo eluet meritum, et in quod tendit præmians, adeoque debet esse dignus in intentione præmiantis, conc.; debet esse ius jam actu dignus et habere jus, nego. Quandocunque Deus dat præmium propter meritum, illud jam ab aeterno decrevit dare propter meritum absolutè prævismus : ergo etiam potuit ab aeterno decernere, dare gratias progenitoribus Christi propter hujus merita absolute futura, et infallibiliter prævisa. Cur enim præmians non possit ita tendere : *Volo dare præmium, quia erit meritum, maximè, si illud infallibiliter prævidet, prout Deus prævidet.* Verum plura dñs his theologi⁽⁴⁾ in tractatu de Incarnatione et meritis Christi.

Neque dicas : Beatitudine aeterna non potest concedi ob meritum præcisè futurum; ergo neque gracie possunt dari tanquam præmium progenitoribus Christi ob merita Christi præcisè futura. Nam respondeo, dissparitatem esse in eo, quia si daretur beatitudine, meritum illud sequi non posset, eum per beatitudinem in hac providentiâ tollatur status merendi; talis sequela non oritur ex eo quod gracie progenitoribus Christi dentor in præmium ob merita Christi futura.

Quæstio III : « 1 Joan. 2, 18, dicitur : *Anti-christi*

(1) Vid. præter alios Josephum Monschein in Tract. de Incarn. num. 412, et seqq.

multi sunt. Sed alibi Scriptura clare docet, Thess. 2, 3, 8, Anti-christum tantum esse unum. Quomodo hæc concordant? — Respondeo : Est quidem unus tantum Anti-christus antonomasticè talis : sunt autem multi Anti-christi, hoc est, Anti-christo similes in spiritu contradicentes Christo, et ab eo discedentes; fermè, sicut Christus S. Joannem Baptistam vocavit Eliam, nempe quoad spiritum et virtutem, ut dicitur Lue. 1, 17. Verum plura tum de hac quæstione, utrum Anti-christus in fine mundi venturus sit unus aliquis certus, ac determinatus homo, tum de aliis personam Anti-christi spectantibus invenies apud Bellarm. (1), Suarez (2), Calmet. (3), Ant. Mayr (4), Malv. (5) et Gold. (6).

Idem auctores (7) plerique ostendunt, Anti-christum verum et purum hominem fore, non verò dæmonem apparentem in formâ humanâ, aut assumentem natum humanum, id est, dæmonem incarnatum.

Quæstio IV : « An illa periocha 1 Joan. 5, 7 : *Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, et Spiritus S., est authentica et genuina S. Scriptura pars?* — Respondeo : Quamvis id mordicè negent Sociniani, et cum illis nonnulli Protestantes, ac etiam alii quidam audacieores critici, quorum agmen hæc in reducit Richardus Simonius; tamen Catholicæ et Protestantes communiter illud affirmant; præstantissimi quoque critici in prædictæ periochæ authentiæ vindicanda egregie laboraverint, quales sunt præter alios Joannes de Rubeis Ordin. Prædic. (8), Bukentop (9), Selderus (10), Calmet (11), Goldhagen (12), Benedict. Stattler (13), qui etiam contra theistas, aliosque incredulitos luculentiter ostendit (14) mysterium SS. Trinitatis, quamvis sit supra rationem, tamen non esse contra rationem, seu nullam contradictionem aut implicantiam involvere.

§ 2. Epistola 2 S. Joannis.

In hac S. Joannis idem ferè argumentum, de quo in primâ sua Epistola egreditur, contra Basilidem prosequitur, simulque Electam, sub quâ voce aliqui certani quamdam ecclesiam, alii nobilem matronam intelligunt, adhortatur, ut sibi cum suis filiis ab hereticis, eorumque perversis dogmatibus sedulè caveat.

Quæstio I. c. 2 Joan. 10, dicitur : *Nolite (hereticum) recipere in domum, nec ave ei dixeritis.* Sed numquid tenemur omnes, etiam inimicissimos diligere? —

(1) Ferè tota l. 3 de Rom. Pontifice.

(2) Tom. 2 in 3 part. D. Thonne, disput. 54.

(3) In Dissertat. ante Comment. in Ep. ad Galat. ; et in Diction. Biblic.

(4) De primo et secundo adventu Christi l. 7, cap. 2, usque ad c. 6.

(5) De Anti-Christo.

(6) Part. 3, num. 326 et seq.

(7) Vide Bellarm. loc. cit., cap. 42, et Suarez loc. cit., sect. 1, et Calmet.

(8) Vid. Zacharias Thesaurum Theol. l. 3.

(9) Lux de Luce, l. 2.

(10) L. 2 de Synedris, c. 4.

(11) Dissertat. ante Comment. in Epist. S. Jacobi.

(12) Introdr. in S. Script. part. 3, num. 306 et seq.

(13) In Theol. Tract. 5 de SS. Trinit. § 328.

(14) Ibid. totâ sect. 1, presertim § 330, usque ad

§ 338. Et in Demonstrat. Evang. § 125.

Respondeo : Tenemur . Sed exclusio haeretici hospitio, vel omissione salutis hic non præcipitur ad ostendendum odium adversus proximum, sed ne videamur haeresi favere et applaudere, illamque fovere et promovere nostra auctoritate, favore, hospitio, facultibus. Unde causam præcepti subdit S. Joannes dicens : *Qui enim illi dicit ave, communicabit operibus ejus malignis.* Ceterum, si absit persionis et scandali periculum, ac expressa Ecclesiæ prohibito, non vetatur communicatio cum haereticis, præsertim si necessitas, prietas aut gravis utilitas eam suadet.

Quæstio II : « Illa, ad quam hæc Epistola scribitur, v. 1, vocatur *Electa Domina*. Sed v. 15 ad eamdem S. Joannes scribit : *Salutant te filii sororis tue Electæ.* An ambae haæ sorores habueré idem nomen *Electæ*? Respondeo 1° : Biblia gothica, teste Marianæ legunt : *Salutant te filii sororis tue, Electa,* id est, ô Electa, in vocativo casu. Resp. 2° Non est incredibile quod ambae sorores habuerent idem nomen. Nam scèp̄ duo fratres vel duas sorores, præsertim si familia sit copiosa, habent idem nomen. Accedit, quod ô *Electa* non tam sit nomen proprium, quæ appellativum, quia scilicet est nomen dignitatis et officii, quod pluribus personis idem officium oben-tibus tribuitur et congruit. Electa ergò videtur fuisse nomen commune matrone, que Ecclesiæ ministros, orphanos, viuidas et pauperes sustentabat quasi mater, et exterarum femininarum instructioni et gubernationi in Ecclesiæ præerat instar diaconisse. Sensus ergo est : O *Electa*, mater fidelium in Ecclesiæ, v. g., Corinthi, salutant te filii sororis tue, que pariter est *Electa* mater fidelium in Ecclesiæ Ephesi, unde hæc scribo. Responderi potest 3°, per *Dominam Electam* intelligi vel totam Ecclesiam, ad quam S. Joannes hanc Epistolam scriperit, vel quædam Ecclesiam particularem, et per *ejus sororem Electam unâ cum filiis* Ecclesiam quædam alteram; circumstantiae enim temporum figuratas aliquando phrases adhiberi expon-stolant, ut illud lateat, quod sciri non expedit; sicut sicut S. Petrus et ipse S. Joannes alibi Romanum appellabant Babylonem, aut sicut S. Paulus Neronem appellavit Leopem. Prophetæ simillimæ phrasibus sepiissimè utuntur. Vide Calmet, Praefat. in 2 Epist. S. Joannes.

§ 3.—Epistola 3 S. Joannis.

Fidem Caï et charitatem in peregrinos extollit, eumque ad perseverantiam, non obstante prohibitione Diotrephis, torturatur S. Joannes.

Quæstio : « Quis est ille senior, de quo S. Joannes in hæc Epistolâ v. 1, scribit : *Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate?* » Respondeo : est ipse S. Joannes Evangelista, qui et hoc loco, et alibi se seniorem appellat, utpote qui omnibus Apostolis solitus tunc superstes erat. *Senior, cui scilicet cygnea sup-peteret quædam gratia sanctutis*, S. Ambrosius in Ps. 26. Vel etiam, quia senior (grecè, πρεσβύτερος) idem denotat ac prælatus, episcopus, apostolus.

CAPUT IV.

Epistola S. Judæ.

Commendat necessitatem bonorum operum contra

quosdam pseudo-apostolos et haereticos, fidem sine operibus sufficere contendentes, à quibus ut fideles sibi cavere possint, eorum characteres adnotat, nimirum contemptum cuiusvis dominationis, libidinem blasphemandi omnia, que vel improphan, vel non capit, et lasciviam plus quam brutalem.

Quæstio I : « In hæc Epis. tolâ, v. 5, dicitur : *Jesus et populus de terra Ægypti salvans.* Sed Jesus 1457 annis circiter post eductum ex Ægypto populum hebreum natus demum est. Quomodo ergo tot annis anteau potuit salvare hunc populum? » Respondet S. Hieronymus, lib. 1 contr. Jovinian. per Jesum hic intelligi Josue; hic enim à septuag. Interpretibus vocatur Jesus. Verum obstat, quod Josue, licet populum introduxerit in terram promissam, non tamen eundem eduxit de terrâ Ægypti. Hoc enim fecit Moyses. Hinc aliter respondeo et dico : Jesus non quæ homo, sed quæ Deus populum suum, nempe Hebreus ex Ægypto eduxit. Nam, ut S. Paulus Hebr. 13, 8, ait : *Jesus Christus heri et hodiè, ipse et in sacula.* Adde, quod pro Jesus multi gracie codices habent *Koptæ*, id est, *Dominus*, et nonnulli addunt ô *Theta*, id est, *Deus*. Unde Syrus et Clemens Alex. legunt *Dominus Deus* : qui titulus Jesu Christo quæ Den, non verò duci Josue convenient. Ostendit nimirum his verbis S. Iudeus Christi Divinitatem contra Simonem, Ebionem atiosque haereticos.

Quæstio II : « In eadem Epistolâ v. 9, dicitur : *Cum Michael archangelus cum diabolo disputans altercatur de Moysi corpore, non est ausus judicium inferre blasphemie* (diabolo). Sed cur non est ausus? num princeps angelorum timeat diabolum? Dein cur S. Michael de Moysi corpore altercatus est? » Respondeo : *Blasphemiam seu convicium vel maledictum non est ausus Michael proferre*, non quod diabolum timeret, sed quod maledicuum verbum tanquam rem indecoram, et se dedecentem proferre timeret. *Merebatur diabolus maledictum, sed per archangeli os blasphemia exire non debuit*, ait S. Hieronymus ad Tit. 3. Respixit, ait Didymus, ad bonam diaboli naturam Michael, atque idcirco maledictus abstinuit, suoque exemplo docuit, quid nos facere oporteat, qui sepè odio vel ira inflammati non tam vitia, quam homines ipsos insectamur et maledicimus. Hinc archangelus non protulit blasphemam sententiam, seu maledictum dicendo : Fascesse, maledicte Satan, abi perfide in gehennam, sed modestè et graviter illum compescuit, dicens : *Imperet tibi Dominus, græcè increpet te Dominus*, id est, tuam, ô Satan! insolentiam ac nequitiam comprimat potenti suo imperio. Porro verisimilior et communior opinio est, S. Michael cum diabolo de Moysi corpore altercatum esse, quia Satan voluit Moysen sepeliri loco cognito et publico, ut Hebrewi in idololatria proni eum quasi Deum et nomen colerent; Michael verò ei obstiit, et curavit, ut secreta sepeliretur. Ita S. Chrysostomus, hom. 5 in Matth., S. Ambros., 2 Offic. c. 7, Cajet., Salmeron, Arias, et alii : unde Deuter. 34, 6, dicitur. *Et non cognovit homo sepulcrum ejus usque in praesentem diem.*

Fuita hâc de re eruditissimè dissent preter alios Cornelius à Lap. in hæc loca. De ipso autem Moysis obitu et sepulturâ, seu sepulture loco insignem Dissertationem concinnavit Calmet.

SECTIO II.

DE APOCALYPSI TANQUAM LIBRO PROPHETICO NOVI TESTAMENTI.

CAPUT I.

Argumentum et obscuritas Apocalypses.

Hic liber è tribus partibus componitur, quarum prima tribus primis, ultima tribus postremis, secunda ceteris omnibus intermedii, nempe sexdecim capitibus contextitur. Pars prima et ultima facilis est intellectu; nam inter plerosque convenit, quemadmodum tria prima Apocalypsis capita ad septem Asie episcopos respiciunt, quos S. Joannes de suo officio commonet, sic ultimis tribus Christi victoriis triumphum, extremumque judicium, et sempiternam beatorum gloriam celebrari. At reliqua sexdecim capita, qua inter primam tertiamque partem interjacent, interpretum omnium soleritatem et ingenium vehementer exercueré. Quamvis enim generatim agnoverint faciliè, ibi sermonem esse de calamitatibus et bellis Ecclesiae Christi inferendis; de victoriis, quas Christus de illis esset relaturus; denique de ultione, quam ab hostibus propter occisos martyres Deus exacturus esset; tamen in particulari ostendere, quando et per quos hæc evenerint, aut eventura sint, difficultimum sancè est. Hinc geminas in classes divisi sunt interpres, quarum altera potissimum ad morum documenta, altera ad historicam rerum seriem sexdecim illa capita revocavit. Prima classis duces fuere SS. Patres et scriptores antiquissimi primorum Ecclesiae Christi seculorum, qui, cùm res in Apocalypsi predictæ nondum evenissent, nec ab ipsis prævideri humano ingenio possent, necessariò remedium extra historiam quarsierunt. Potissimum ergo de temporibus Antichristi et extremo iudicio mysteria hæc exposuere, sensuque allegorico vel tropologico singula exponentes ad morum doctrinam pro suo quisque arbitrio accommodavere. Secuti sunt hos, qui medio aeo Apocalypsin interpretati sunt; quod illis virtù dandum non est, propterea quòd historicæ et chronologis studium eorum temporibus nequamque ita ut nostris excultum fuerit. Quamvis ergo permagna pars Apocalypses jam tum eventu comprobata et impleta erat, seculorum tamen caligo (ut Ignatius Weitenauer, prefat. in Apocal., rectè ait) impedithebat oculos, ut passim crederetur, ante mundi finem arcana hæc evolvi non posse, et interim in sensu quoddam accommodatio acquisendum esse. At recentiores Ludovic. Alcasar, doctissimus Meldensis episcopus Bossuetus, celebrarimus abbas Augustin. Calmet, aliisque, cùm per tot secula magnus rerum in Apocalypsi predicatorum numerus opere ipso completus jam esset, ex historicæ fide nomina hominum locorumque et annorum seriem pro viribus investigarunt, et ad historiam revocare singula in Apocalypsi scripta minutatim aggressi sunt; quo in

laboré, etsi fortassis non in omnibus veritatem mystérii attigerint, in rei tamen summiā ingens posteritati emolumentum pararunt: quos proin hâc de re evolvere (1) utilissimum aquæ ac jucundissimum censeo.

Quæstio I: « An liber hic obscurissimus rectè vocatur ἀποκάλυψις, id est, revelatio, seu rei arcana detectio? » Respondeo affirmativè. Nam magna mysteria reapsè in hoc libro revelantur, quanvis obscurissimorum ænigmatum involueris obiecta, ita, ut liber hic in re sit *Apocalypsis* sive *revelatio*, in modo autem proponendi, et in phrasi sit *Epicalypsis* sive occultatio et velamen. Porro latinus titulus ab Ecclesiæ appositus sic habet: *Apocalypsis B. Joannis Apostoli*. Ipse autem B. Joannes caput primum Apocalypses incipit his verbis: *Apocalypsis Jesu Christi, quani dedit illi Deus paternum facere servis suis*, scilicet quam Deus Pater, qui clare loquitur Filio suo, dedit Christo in suâ Incarnatione paternum facere servis suis, h. e., ut ostenderem eam fidelibus eo modo, qui ipsius sapientia placaret. Christus autem revelationem à Patre acceptam non totam; sed partem Ecclesiæ magis profuturam revelavit S. Joanni, et per eum fidelibus, tectè tamen et arcanè per ænigmata et symbola.

Quæstio II: « Cur liber Apocalypses tam obscurè est scriptus? » Respondeo: Evidem fortissimum contra Apocalypsin argumentum petitur ex ejus obscuritate. Si enim hic liber tanti momenti est ad Ecclesiæ christianæ institutionem et gloriam, ut communiter interpres asserunt; cur non claro et perspicuo stilo fuit conscriptus, ita ut salem à doctioribus Christianis posset facilè intelligi et exponi? Verum hoc dubium abundè solvitur, si ad causas obscuritatis S. Scripturae generales jam supra à nobis assignatas, et præcipue, si ad speciales septem sequentes tantæ obscuritatis causas animum advertamus, quas interpres assignant, quamvis non singuli singulas.

Prima causa: *Omnis propheta, prinsquàm impleatus, inquit Ireneus, lib. 4, c. 44, anigma est: postquam verò impleta fuerit, facilem habet intelligentiam et expositionem.* Patet hoc ex prophetis vet. Test. de venturo Messia; quæ, quoniam in Christo sunt jam impletæ, nobis Christianis faciles sunt intellectu; Judæis autem, et qui præcesserant adventum Christi, erant perquam obscure. Sic etiam in expoundenda Apocalypsi, quæ prophetis est undique referta, contigit Patribus primorum quatuor seculorum Ecclesie. Cùm enim tunc multæ ex illis prophetis nondum essent impletæ, obscurissimus eis visus est hic liber. At hodiè, cùm septemdecim adhinc prope seculis Apocalypsis ab Joanne conscripta fuerit, ejusdem plurima vaticinia jam completa fuisse minime dubitandum. Præterea Ecclesiae et romani imperii historie nunc præcaveris attingibus clarius patent; nosque majori præ-

(1) Vide Alcasar in Apoc. 1. 4, notatio 6, 7 et seq.; Calmet. Prefat. i. Apoc. artic. 1, 2 et 5; Cornel. à Lap. in Apoc. questione proximali secundâ, ubi varias opiniones variorum præsertim Alcasaris, acriter impugnat.

veribus ope ad easdem dignoscendas instruimur. Quare facilior nobis quam Patribus et interpretibus antiquis Apocalypsis explicatio contingit.

Secunda causă: Vult Deus prophetias manere occuntas, nec plenē cognitas usque ad id temporis, quo impletur. Quamobrem Danieli Angelus dixit: *Tu, Daniel, clande sermones, et signa librum usque ad tempus statutum*, Dan. 12, 4.

Tertia causa: Sicut Prophetie alii varias, etiam de eadē re, varia tempore habuerunt revelationes, ac per consequens non servant semper ordinem temporum, locorum et rerum gestarum, sed frequenter usurpant anticipations, et recapitulationes, id est, priora postponunt, et anteponunt posteriora; ita facit et S. Joannes subinde in Apocalypsi; verū parens et rariū. Magis enim conexā, consequens et ordinata est Apocalypsis, quam sit prophetia Isaiae, Jeremie et aliorum Prophetarum; cuius ratio est, quod Apocalypsis ferè tota versetur circa librum signatum, quem vidit S. Joannes cap. V, cum sigillis septē.

Quarta causa: Visionum, quae narrantur in Apocalypsi, litteral sensus non est, quem verba ipsa secundum propriam suam significationem sumpta præ se ferunt; aliquin contineret res impossibilis et per absurdas, ut sunt illa, animalia loqui, mulierem amictam sole, et pedibus suis calcare lunam et habere alas, et volare, et alia id genus formulta. Oportet igitur, imaginarias illas visiones esse figurā quādam rerum, qua per illas figurantur. Quae autem sint res illæ, incertum est judicium, dubia conjectatio, anceps et infirma ratio; quippe cùm illæ visiones atque imagines ad res multas et inter se admodum diversas aptè commodeque applicari posse videantur; ut cernere licet in visione septē Angelorum tubis canentium, et aliorum septem phialas ire Dei gestantium, et mulieris amictæ sole, et similiter in aliis. Interim tamen summam Apocalypses perfectionem symbolicam demonstrat Aleasar, in proemio Commentar. in Apoc. notat. 15 et 16, ostendens, Apocalypses symbola esse sumnē perfecta, et in iis licet obscuris magnam lucem delitescere spiritualis doctrinæ.

Quinta causa, ac præcipua: Quia non expediebat, Apocalypsin à quibuslibet intelligi; ne scilicet illi, contra quos multa per illas prophetias predicuntur, vehementius irritarentur, et adversus Dei populum sevirent atrociter. Quocirca Joannes in hoc libro, cap. 17, multa sub imagine meretricis purpurata, et sub nomine Babylonis adversus imperatores romanos acerrimos religionis christiane persecutores figurat et tecte vaticinatur. Prædictum triumphum, quem Christi Ecclesia fuerat ex Româ gentili reportatura; et ad quod deinde majestatis fastigium romana Ecclesia etiam in terris erat extollenda. Minime autem expediebat, tunc cùm Roma gentilis bellum gravissimum adversus christianos concitasset; eodem tempore prophetiam de Ecclesiæ romane victoriâ adversus Romanam ita conscribi, ut ab ipsis hostibus posset intelligi. Cùm verò hoc argumentum cæterorum præcipuum

adèc tecte et occulte scribi oporteret; cùmque totius libri stylum unum eundemque esse conveniret; idcirco cætera quoque libri hujus partes ad præcipue illius normam sapienter redacte sunt.

Sexta causa: Tanta hæc libri obscuritas parit summam reverentiam ac venerationem erga fidei nostræ dogmatæ, que videmus à Deo tam sublimum aut abstrusorum enigmatum velo occultari. Nullam eniā aliam ad rem apius et congruentius enigmata adhibetur, quam ad ea, que valde diligimus et estimamus, ornanda et conuestienda. Præterquam quod divini Spiritus sapientia in hoc libro duo haec mirum in modum complexa est, et effect; scilicet ut una ex parte hujus libri mysteria velata essent; ex aliâ verò in ipsa enigmatum obscuritate eadem veluti per tenue filum interjectum mira luce tralucerent.

Denique septima causa: Tanta Apocalypses obscuritas, et tot retrò seculis non satis percepta explicatio in maximam romanam Ecclesiam majestatem edunt; cuius magnitudo et excellentia tam abditis et abstrusis mysteriis fuerat multò antea prædicta. Cedit etiam in ingentem divine longanimitatis et providentie admirationem; que statuit ita obscurè et enigmatica hunc librum conscribi, et in mediâ hâc caligine et obscuritate eundem summā fidelium veneratione conservari; et tot seculorum seriem expectavit, donec reconditi hujus arcani cognitione congruentissimo tempore pateriat. Hinc patet, quid respondendum theisticis aliquis incredulis, obscuritatem Apocalypses aliarumque revelationum divinarum hunc in modum impugnatibus: Deus, qui lux est ipsissima, tenebrarum esse amator non potest, nec adèc auctor tam obscuræ revelationis. Verū facile concedo, Deum ipsam esse lucem quoad se, nec uspiam tenebras in suâ scientiâ admittere; attamen nego, clarissimè idcirco veritates quasque nobis illum revelare debere. Contrarium enim constat ex causis de obscuritate Apocalypses paulò ante assignatis. Profectò sapientissimos fines Deus habuit, hunc librum obscurè dictandi. Praeterea Deus clarissimè veritates quasque nobis revelare, nec universè fieri potest, nec verò etiam conditionem nostram praesentem decet. Fieri, inquam, id universè non potest; quia ipsa curta intellectus nostri sphæra nec summæ claritatis, nec omnimode scientie omnium arcuorum Dei est capax. Sed idem ne expedit quidem, aut decet hunc vite nostræ praesentem statum, in quo mereri summum illud coelestis gloriae lumen modestâ intellectus nostri erga divinam auctoritatem submissione primum debemus. *Fides amittit meritum, ubi ratio præbat experimentum*, recte ait S. Gregorius M., Hom. 26 in Evang. Item sentit S. Augustinus, tract. 40 in Joan. dicens: *Credimus, ut agnoscamus; non cognoscimus, ut credamus... Quid enim est fides? nisi credere, quod non vides.* Et alibi, tract. 79 in Joan.: *Hoc est fons fidei, si, quod creditur, non videtur; nam quid magnum est, si creditur, quod videtur* (1)? Ad hæc si vis objectioni inesset, ne luminis quidem illius,

(1) Legi hâc de re meretur Tournely Curs. Theol. tom. I, disput. præviâ, quest. 4, art. 4, de usu ra-

quo legem naturae cognoscimus, Deus esse auctor posset. Quād enim multa in hac lege Cimmeris tenebris involuta! quot controversiae, quāmque difficiles et obscure circa jus nature quotidie oriuntur inter viros etiam doctissimos! utrum hæc aut illa actio lege naturali licita sit, vel prohibita, utrum hic vel ille contractus usurarius, necne, et que sunt mille ejusmodi.

Sed instant increduli, et querent: Quorsum obscura revelatio in Scripturā, et præsertim in Apocalypsi contenta serviet, quæ re ipsa nihil revelet? Quæ inde ad praxim, quam unam religio sovet, quæ ad bonos mores utilitas? Quid opus est, mysteriorum nimis quād obscurorum revelatione et obligatione credendi tam difficili imposita novum innocentia humana laqueum parare? Verū, quamvis ad hos cavillos jam ex supra dictis responsio pateat, tamen, ut increduli penitus profligentur, ulterius observo, falsum esse, quod obscura revelatio nihil omnino revelet. Contrarium ostendimus supra, quest. 1 de Apocalypsi. Equidem Deus haud revelare solet, cur aut quomodo res ita sit; satis tamen est, quod res ita sit, nos ab eo doceri; non quidem ut scientiam inde rei capiamus distinctam; attamen, ut rem ita se habere, certissimè et sine erroris periculo credamus. Numquid enim multò plura scimus, quod sint, quin, eadem cur ita sint, ritè sciamus? Aut num tu facta omnia, quæ in historiis narrantur, tibi demonstrari voles, cur et quomodo fieri potuerint, priusquam fidem adhibeas? Quād illum hominem à bona destitutum esse logica oportet, qui talia objicere non dubitet!

Porrò falsum etiam est, obscuras de divinis mysteriis revelationes inntiles esse ad praxim, et bonos mores, seu exercitium virtutum. An enim tu altiore de Deo, de ejus operibus, promissis et donis supernaturalibus notitiam ad praxim planè est inutilem existimas? Nonne inde imbecillis humani intellectus, nihilique nostri cognitionis, simul autem ingens de Deo existimatio, et excellentioris spei ac amoris in eum virtus nascitur? Nonne ipsa fides, magna demissione animi et proprii iudicii subjectione praedita, genus est cultus divini prorsus excellens, nec ulli alteri enti tam universè, tam integrè, quād Deo soli debitum et conveniens? Nonne ejus exercitio nobilissima hominis pars, intellectus videlicet, cum ingenti merito divini uminis venerandæ veracitati consecratur? An non liberum Deo erit altioris istud genus obsequi à rationibus suis exigere creaturis, et petere, sicut subiectiōnem voluntatis suis legibus præstandam, ita et sacrificium intellectus humani in obsequium fidei captivandi? Cæterum, ut hoc sacrificium perfectius peragatur, expedit, tam nobis revelari mysteria nostro capti aliora, quād ea non omnino pandi cum omni suā luce. Non igitur revelationum divinarum obscuritas, sed sola mentis nostræ arrogantia in laqueum nobis cedet, siquidem Deo loquenti credere noluerimus.

tionis et humanae philosophiae in rebus theologicis. Item Benedicti Statler Démonstr. evang. § 84.

Corollarium. Præter rationes obscuritatis Apocalypsi proprias, dantur plures cause communes tam Apocalypsi, quam aliis libris divinis, ob quas Deus eos in multis obscuris esse voluit. Sunt autem sequentes, quarum plerasque quidem jam supra attigimus, sed easdem hic in pugnum contractas, ob oculos ponemus, additis quibusdam novis. Itaque prima causa, ob quam Deus S. Scripturam obscuram esse voluit, videtur esse hæc, quia non decebat verbum Dei scriptum, in quo cognitio divina traditur Majestatis, usque adeò planum esse et manifestum, ut passim intelligeretur ab omnibus. Nam *facile investigata, plerunque vilescent*, ait S. Augustinus 1. 2 de Doctrinā christianā, cap. 6, de obscuritate S. Scripturae loquens. Altera causa est, ut eð suavior esset cognitio, quod inventu difficultior, ut iterum indicat Hipponeus præsul. 1. de Mor. eccles. cap. 4, cāque ratione sacris litteris magis detineremur, magisque illis afficeremur. Tertia causa ab eodem assignatur cit. 1. 2 de doctrinā christianā, cap. 6, ut *edometum labore superbia nostra, sieque humiliati ad Deum accurramus*, qui docet omnem scientiam. Quarta est Epist. 57 ad Dardanum, ut fidem exerceamus, et intelligentię perspicuitatem impetreremus per fidei puritatem; nam ut idem S. doctor alibi Epist. 3 ad Volusianum, ait: *Intellectui fides aditum aperit, infidelitas claudit*. Quinta causa est, quam Trithemius abbas Maximiliano I Cæsari interroganti, cur Deus S. Scripturam non ediderit facilem intellectu, et omnia creditu necessaria explicitè continentem, olim (4) assignavit his verbis: *Duo sunt, quæ ad confirmationem fidei christianæ Altissimus prævidit credentibus, Ecclesiam videlicet, et S. Scripturam, ut, quod in alterā non satis manifestè exprimitur, latius ab alterā declaretur...* Quoniam si omnia in Scripturam sanctis essent manifestè expressa, quæ pietatem fidei respiciunt, non videretur tantæ auctoritatis sancta mater Ecclesia, et evacuaretur magnū ex parte meritum obedientie salutaris.

Sexta causa, cur nobis in multis videatur obscura S. Scriptura, est nostra ignorantia, quia non ritè intelligimus varios et peregrinos idiotismos linguarum orientalium, quibus libri sacri originaliter conscripti sunt, et postea in varias linguas versi; item quia ignoramus multa facta et res, tum, cum libri sacri primitiū conscripti sunt, omnibus notis; nunc verò post tot seculorum decursus et infinitas mutationes planè ignotas; sicut etiam ad diversitatem morum illius temporis à nostris, sepè non satis attendimus. Et verò, annon ob has et similes difficultates in quovis scripto paulò antiquiore multa obscura nobis apparent? Nō ruit id satis, qui editiones Ilomeri, Horatii, Ciceronis et evulgare, vel Commentaria in hos auctores scribere attentarunt. Septima denique causa sepè est improbitas et vitium legentium S. Scripturam; prout laudatus abbas Trithemius pridem loc. cit. monuit his verbis:

(1) Vide opusculum, cui titulus *Curiositas Regia*, seu 8 questiones à Maximiliano Cæsare Joanni Trithemio abbatи propositæ et solutæ, quest. 4, edit. Duac.

Quisquis caligine vitiorum est sordidus, quisquis mente tunida inedit superbus; quisquis de veritate Scripturarum Dei, vel in parte, vel in toto dubitat, nunquam ad earam intelligentiam se posse pertinere confidat... Homo mente impurus, aut circa fidem infirmus, qui altitudinem Scripturarum diuinarum rimari sine prudente magistro nuditur, variis et periculosis erroribus vulneratur.... Nam sicut omnia munda mundis, ita profana videntur cuncta profani. Posuit ergo Deus latibulum suum altitudinem Scripturarum, quae sic inaccessibilis et clausa est reprobis, ut tamen semper manifesta pateat sanctis.

Questio III : Quodnam est Apocalypses argumentum? Et cur facilior nobis, quam Patribus et interpretibus antiquis ejusdem explicatio contingit? Item cur veteres, tam propinquum extremi iudicii diem suspicabantur? Respondeo : De Apocalypses argumento jam supra in Praefatione nostrâ ad hunc librum egimus; id solum repeto, recentiores interpretes pro re satis certâ et fermè indubitate habere, in Apocalysi non tantum generaliter, sed particulatim describi sub variis ambiguatis et symbolis futuros Ecclesie per varias aetas eventus, non quidem omnes, sed illustriores quosdam. Quia autem hi eventus sint, ipsi interpretes (1) inter se variè discrepant. Omisis alius solam Calmeti expositionem breviter recenseo. Antiquus dierum, ait hic auctor, Alpha et Omega, qui est, et qui erat, et qui venturus est, Deum Patrem; Agnus vero Deum Filium significant; per terram romanum imperium; per Bestiam septem capitum septem imperatores persecutores Ecclesie; per Draconom mulierem jam pariture insidiantem, iudicem Ecclesie persecutores designantur. Bestia cornibus instar agni instructa Julianum Apostolam refert; Meretrix magna, mystica Babylon, Romanum fumnit. Babylonis eversio, bestia et meretricis interitus persecutorum et Romæ idololatriæ excidium exhibent. Plage, quibus Deus terram conficit, et ire sua phialæ, quas in orbem juber effundi, eas præferunt calamitates, quibus romanum imperium, præsertim post Diocletiani persecutionem, obrutum fuit. Ita ille. Rationem autem, cur Apocalypsis nobis intellectu facilior, quam antiquis Patribus existat, assignat hanc, quia vaticiniorum obscuritatis tunc potissimum datur, cum eorum eventus vel procul absunt, vel actu perficiuntur; perspicua vero sunt, quando re peracta eventus cum iis, quæ præannuntiata fuerant, conferuntur. Cum igitur plerique eventus in Apocalysi predicti, tempore illorum Patrum et Scriptorum, qui quatuor seu quinque primis Ecclesie seculis floruerunt, nondum fuerint impleti vel actu tunc perficerentur, haud mirandum, quod Patribus et scriptoribus illis Apocalypsis obscurissima visa sit. Viciissim cum circiter mille septingentis abhinc annis S. Joannes Apocalypsin conscriperit, ejusdem plurime vaticinia jam completa fuisse minimè dubitandum est; præsertim

(1) Vide Cornel. à Lap. quæst. proœmiali 2, in Apoc. Cahn. Praefat. in Apoc. art. 4, 2 et 5. Alcasar in Apoc. 1, notat. 6, 7. Goldiagen, part. 3 Introduct. S. Script. num. 346.

quia Deus ipse Apocalypsin, quod citò implenda esset, sigillo claudi prohibuit. Apoc. 22, 10 : *Ne signaveris verba prophetie hujus; tempus enim prope est.* Præterea Ecclesie et romani imperii historia nunc pro cæteris etatibus clarius patent; nosque majori præ veteribus ope ad easdem dignoscendas instruimur. Quare facilius nobis, quam Patribus et interpretibus illis antiquis Apocalypsis explicatio contingit. Porrò, cum veteres Patres et interpretes plerique ex imperfectâ Apocalypses intelligentia vel omnia, vel fermè omnia hujus libri vaticinia de extremo iudicio explicitant; simulque eadem non diu post adimplenda teste ipso S. Joanne Apoc. 22, 10, scirent, ac mundum senescere adverterent, aliquique eorum falsâ chronologâ decepti sex millia annorum jam vénè elapsâ crederent, mirum non est, quod finem mundi jamjam instare, et per presentes suorum temporum calamitates (in quibus obtutum omnem f��gebant, mentis acie longius non persicentes) Apocalypsis vaticinia, aliaque S. Scriptura effata finem mundi propinquum annuntiantia impleri, et extremum iudicium appropinquare existimarentur.

Questio IV : An nostris saltet temporibus finis mundi imminet, isque ultra 6000 annorum non est duraturus? Antequâm respondeam, observo, satis certum esse, quod tempus durationis mundi jam ultra dimidium expeditum sit, adeoque mundus non tam diu duraturus sit, quam duravit. Hoc enim aperte asserere videntur Apostoli, dum tempus post adventum Christi appellant horam novissimam, 1 Joan. 2, 18 tempora novissima, 1 Petr. 1, 20 fines seculorum. Nam per hos locos modos non tantum indicatur, quod lex gratiae, quæ legi naturæ, et legi mosaicæ successit, sit ultimus status religionis, cui aliis non succedet, sed etiam, quod tempus legis gratiae si magis vicinum excidio mundi; præterum quia S. Petrus Epist. 2 expressè dicit : *Omnium autem finis appropinquavit. Este itaque prudentes, et vigilate in orationibus.* Et S. Paulus, loc. cit. ad Cor. asserit, nos ad seculorum finem jam pervenisse : *Ad quos fines seculorum perverunt.*

At exactè determinare, quam propinquus sit hodiè mundi finis, quantumque temporis adhuc restet, non est positum in nostrâ potestate; nihil enim certi hâc in re definire possumus, quæ pendet à secreto Dei decreto. Interim tamen Cornelius à Lapide in Apoc. 6, 8, et præcipue in Apoc. 20, 5, multis ostendit, sententiam illam quæ defendit, mundum post sex millia annorum (non definendo certum diem, nec annum) fore consummandum, conjecturam esse, ut communem, ita verè probabilem, contrarium tamen defensio Menochio cent. 4, quæst. 25; dicit autem Cornelius : *Non definiendo certum diem, nec annum.* Et hoc tantum videntur velle S. Augustinus Enarr. in Ps. 89, Beda 1. de Ratione temp. c. 65, Peterius in Genes. 1, 1, pag. 129, Suarez, 3 p., disput. 53, sect. 4, Joseph Acosta et aliqui alii, qui hunc computum sex millionum annorum mundi respuant, nimis si definitè et præcisè intelligatur. Inde enim sequeretur,

ut rectè ipsi argumentantur, nos posse scire et indicare præcisè annum et diem consummationis mundi, et extremi judicii. Hoc autem repugnat Christo, Marc. 13, 32, dicenti : *De die autem illâ vel horâ nemo scit, neque angelî in celo.* Id ipsis autem non sequitur, si hunc numerum sex millium annorum non arithmetice et præcisè, sed geometricè et moraliter accipiamus, nimirum hoc sensu, quod mundus duraturus sit tantum sex millenarios annorum, non plures, ac proinde non perventurus sit ad annum septies millesimum, sed ante eum desinat; an autem, et quot anni vel centenarii annorum, post annum sexies millesimum futuri sint usque ad finem mundi, hoc ignoramus; sufficit nosse, nos versari in ultimo millenario annorum mundi; an autem quid ei defuturum sit, an superfluum, nos latet.

Ex dictis liquet (pergit Cornelius à Lapid. loc. citat.), nos validè accedere ad finem mundi, eumque non longè abesse. Et profectò rei hujus multa sunt signa, et argumenta laudato auctore aliisque scriptoribus fide dignissimis allata. Primum, quod videamus Evangelium jam penè toto orbe prædicatum penetrasse ad extremos Sinas et Americanos. Christus autem apud Matthaeum, cap. 24, v. 14, prædixit : *Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus; et tunc veniet consummatio.* Secundum, quia sex diebus conditus est mundus; ergo totidem, puta sex millibus annorum consistet. Mille enim anni sunt apud Deum, sicut dies unus attestante S. Scripturâ. Tertium, quia primus versus libri Genesios, qui continet creationem et fabricantem totius mundi, sexies habet litteram *Aleph*, quæ Hebreas denotat millenarium numerum, velut indicatur, quod Deus cœlum et terram crearit ad sex *Aleph*, id est, et duret sex millia annorum. Quartum, quia tres in mundo successivè suere leges sive statuta, nimirum lex nature, lex Moysis, et lex Christi. Atqui tempus Legis nature, quod fuit ab Adam usque ad Abraham, duravit circiter per bis mille annos. Rursus tempus legis mosaicæ pariter duravit fermè per bis mille annos, tot enim sunt ad Abraham usque ad nativitatem Christi; ergo pariter tertia lex et status mundi, puta lex Evangelica durabit totidem, id est, bis mille circiter annis. Quod enim tempus legis Christi non sit nullò maius tempore legis nature et legis mosaicæ, inde colligi videtur, quod Apostoli illud appellant *novissimum horam, tempora novissima, fines seculorum*. Quintum, quia S. Joan. Apoc. c. 20, consignans atatem et finem mundi sexies nominat mille annos, quasi inuenies sex millibus annorum duraturum mundum. Nam ait : v. 2 : *Ligavit eum (Satanam) per annos mille;* v. 3 : *Donec consummetur mille anni;* v. 4 : *Regnaverunt cum Christo mille annis;* v. 5 : *Donec consummetur mille anni;* v. 6 : *Regnabunt cum illo mille annis;* v. 7 : *Cum consummari fuerint mille anni.* Ut quid enim præcisè repetit sexies *et mille anni* sine necessitate, illudque sexies iterat et inculet, nisi ut innuat, post sexies mille annos fore consummationem mundi? Sextum, quia mundus jam videtur senescere, et mutato elemen-

torum cursu tendere ad occasum et interitum. Nunc enim longè verius est id, quod de suo avo dixit S. Gregorius papa Homil. 4 in Evangelio : *Signa rorâ in sole, et luna, et stellis adhuc aperte minime vidimus; sed quia et haec non longè sint, ex ipsâ jam aeris immitatione colligimus.* Et S. Cyprianus ad Demetrianum : *Scire debes sensisse jam mundum non illis viribus stare, quibus prius steterat, etc.* Et S. Chrysostomus, homil. 33 in Joan. : *Non longè à fine absunus, sed jam mundus properat; hoc bella, hoc afflictiones, hoc terræ motus, hoc extincta charitas significat.* Septimum, quia nostris temporibus latè per orbem dominatur incredulitas et impietas, blasphemus S. Scriptura, et omnis religionis revelata contemptus, et ex illis ipsis, qui Dei beneficio ex christianis parentibus nati, et in Christianismo educati sunt, innumerî à Christo et lege christiana quam multi eorum verbis vel scriptis acerrimè impugnant, ad theismum et quandam gentilismi speciem deficiunt, de quibus S. Petrus 2 Epist. 3, 3, videtur prædictisse : *Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores, justa proprias concupiscentias ambulantes, dicentes : Ubi est promissio aut adventus ejus? Ex quo enim Patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ.* Apostolorum principi consentit S. Judas, v. 17, monens fideles his verbis : *Vos autem, charissimi, memores estote verborum, quæ predicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietibus.* Similiter Paulus 1 Tim. 4, 1, vaticinatur : *Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum et cauteriatam habentium suam conscientiam.* Et abbi 2 Thessal. 2, 3, pro criterio novissimi temporis ponit *dissectionem*, sive ut in greco legitur, ἀποστολικα, nempe à fide. Quamvis enim multi Patrum intelligent per apostasiam, populorum à romane imperio defectiōem, et plures maximè Græci ipsum Anti-Christum metonymicè sumendo apostasiam pro apostolâ; juxta plerosque tamen interpres (1) hic per apostasiam intelligunt maxima quædam et planè singularis apostasia, quam vel efficient omnes omnino heretici et fieri catholici ad Anti-Christum deficiētes, vel universitior, quædam populorum à fide christiana discessio. Cumque ejusmodi apostasia hodiè inminere videatur, quod dolemus et sancto cum timore dolent plures Ecclesiæ presides (2) in suis epistolis pastoralibus; ex hac nota cognosci poterit, jam propiora esse tempora Anti-Christi. Denique ipse Christus incredulitatem hominum videtur indicare esse signum secundi sui adventus brevi futuri. Verumtamen, inquit apud S. Lucam 18, 8, *Filius hominis veniens, plus, inveniet fidem in terrâ?* Quæ verba interpres cum S. Ambrosio

(1) Vide Menochium, aliosve in hunc Pauli locum.

(2) Vide Lingouensis (de Langres) episcopi epistolam Pastoril. anno 1766 emanatam, cuius partes reensem Hermann. Goldhagen im *Religious-Journal* part. 1.

*et Euthymio exponere solent, quod ad finem mundi pauci fideles, et plurimi à Fide deficientes et increduli sint reperiendi, quorum numerus hodie est maximus. Octavum, quia romanum imperium, quamvis adhuc vigeat in imperio germanico, maximè tamen est imminentum, atque infirmatum. Hoc autem durabit usque ad Anti-Christum, ubi erit totalis populorum ab illo defectio, ut colligitur ex *Daniele* propheta. Num, quia est communis et antiquissima traditio, mundum nonnisi sex millibus annorum duraturum. Nam in hanc sententiam conspirant Christiani, Hebrei, gentiles, Graci et Latini, quorum longum catalogum adducit, et accuratè citat Cornelius à Lap., Comment. in Apoc. Sic et SS. Patribus Hieronymus ex illo versiculo, *quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna*, que praeterit, infert omnem præsentis seculi durationem forè sex nullum annorum. *Ego, inquit, arbitror ex hoc loco mille annos pro una die solitos appellari, ut scilicet, quia mundus in sex diebus fabricatus, sex millibus tantum annorum credatur subsistere et postea venire septenarium et octonarium numerum, in quo verus exerceatur sabbatismus.* Idem docent S. Justinus, S. Irancus, Lactantius, Hilarius quorum verba citat Sixtus Senensis, lib. 5 Biblioth. annot. 190.*

Porrò, licet aliqui ex his fuerint chiliastæ seu milenarii, hæc tamen eorum opinio de sex millibus annorum mundi ad errorem chiliastarum impertinens est. Idem de sex millibus annorum docent S. Gaudentius Brixianus, S. Germanus Constant. patriarcha, Bellarminus, Genebrardus, Picus Mirand., Petrus Bongus, pluresque alii à Cornelio à Lap. loc. cit. exactè, ut dixi, citati. Ex ethnicis idem triderant Ilyaspes, Mercurius Trismegistus et Sibylle teste Lactantio et Sexto Senensi. Ex Hebreis ita censem Moyses Gerundensis, R. Isaac, et R. Elias cujus ultimi hoc quasi oraculum celebratur à Judeis, in Talmud tom. 4, tract. 4, qui inscribitur *Sanhedrin* sive *Judicium*. *Sex millibus annorum erit mundus, et iterum destruetur; duo millia fuerunt inanitatis et vanitatis (int. legit tempus legis nature); duo millia legis Mosaicæ; et duo millia erunt dierum Messiae.*

En novem signa mundi ad occasum properantis. Plura alia in hanc rem congerit Cornelius à Lap. loc. cit. concludens his verbis. *Hæc cogitemus, et ad diem Domini quasi instantem nos comparenus: cor terræ non affigamus.... Sed domos in celis perpetuas per eleemosynarum aliorumque virtutum opera, fabricemus. Totam mentem ad futurum ævum transferamus; studeamus, pingamus, vivamus aeternitati. Ita ille. Plura de totâ hæc questione disserunt autores supra citati, et Malvenda. 1 de Antichristo, cap. 26 et seq.*

CAPUT II.

Error Chiliastarum, et antilogiarum Apocalypseos apparentes.

Questio I: *An error Chiliastarum seu Millenariorum fundamentum habet in Apocalysi?* — Respondeo: Chiliasta ex capite 20 Apocalypseos perperam intel-

lecto suum errorem immittere intulere, docentes, post sex millia annorum, quibus stabit hic mundus, devicto Anti-Christo justos resurrecturos, et cum Christo in terris regnatores mille annis in summis deliciis, vel corporalibus gulae et luxuria, ut volebat impurus Cerinthus, vel potius spiritualibus, ut voluit Irenæus et sibi. Hanc ergo siebant esse resurrectionem primam, de qua Apoc. cap. 20, agit S. Joannes; post quam esset secutura resurrectio secunda, in qua post transactum regnum illud millenarium sancti è terra in celum transferentur. Itaque caput 20 Apocalypseos sic exponebant: *Diabolus est ligatus per mille annos, v. 2. Dein solvetur modico tempore, vers. 3. Erit resurrectio et judicium, justique dicuntur cum Christo regnasse mille annis, v. 4. Ceferi vero mortuorum, nempe reprobi non vixerunt per hos mille annos. Et resurrectio prima justorum v. 5. Porrò, qui habent partem in resurrectione primâ, in his non habet potestatem mors secunda, sed, ut dictum est, regnabunt eum Christo mille annis, v. 6. Consummabitur his mille annis, solvetur Satanus, et seducet gentes, v. 7; et punietur, v. 9. Tunc erit judicium universale, v. 11; et reprobi damnabuntur: Et haec est mors secunda, v. 14; electi autem è terrâ in coelestem gloriam transferentur. Jam millenarii sic infierunt: Inter resurrectionem et gloriam coelestem justorum erit aliquod regnum Christi cum justis per mille annos; ergo dabitur regnum millenarium. Sed respondeo: Nego suppositum, quod v. 4 sermo sit de resurrectione carnis et judicio universali; secùs duplex erit ejusmodi judicium, primum ex v. 4, alterum ex v. 11. Igitur verba illa v. 4: *Et vidi sedes, et sederunt super eas, et judicium datum est illis; et animas decollatorum propter testimonium Jesu... et qui non adoraverunt bestiam; neque imaginem ejus... et vixerunt, et regnaverunt cum Christo mille annis*, longè alium habent sensum, nempe, ut Cornelius à Lap. exponit, probabilitus hunc: Vidi sedes beatorum, et principum martyrum in celis quibus *judicium datum est*, hoc est, qui à Deo destinati sunt judices, ut cum Christo in die iudicii aliquando judicent orbem; interim regnabunt et regnant cum Christo in celo et in Ecclesiâ per mille annos, hoc est, toto eo temporis intervallo, quod à morte Christi usque ad universale judicium intercedet. Usurpat enim hic certus numerus *mille annorum* pro incerto ac indeterminato, quod non adeò infrequens est in sacris Scripturis (1). Unde genuina interpretatio et analysis c. 20 Apocalypseos haec est: A Christi adventu ligatus est diabolus per mille annos, id est, usque ad ultima Anti-Christi tempora ex v. 2. Circa haec solvetur per aliquam morulam ex vers. 5. Qui interea post Christi mortem in statu gratiarum moriuntur, assumentur ad gloriam coelestem, et usque ad ultima tempora jam in celo regnabunt ex v. 4. Et haec est animarum prima resurrectio seu assumptio ad vitam aeternam. In his aberit metus publice condemnationis in judicio universali, sed regnabunt interim in celis cum Christo ex*

(1) Psal. 104, 8. Psal. 89, 4. Eccl. 16, 3.

v. 6. Cætera citati 20 capitulis Apocalypses jam per se plana sunt, et difficultatem non facessunt, sed contra millenarios pugnant: quia, ut supra innui, ex eorum sententiâ sequetur, duplex fore judicium extremum et millenium ictus Christi regnum desitum ante universalem resurrectionem corporum, atque ultimum judicium diem v. 11 et sequent. descriptum; cum tamen Chilastæ omnes, præter S. Justinum, dial. cum Tryphon., illud regnum resurrectione corporum posterius velint. Ceteram illud adhuc notandum, et ex dictis colligendum, quod historicè à v. 3 ad v. 7 sit pergen-
dum; intermedii versus quasi per parenthesis sunt positi. Plura de systemate et resurrectione Chilastarum invenies apud Natalem Alex., Hist. eccl., Cornelium à Lap. loc. cit. Sardagna, Theol. dogmatico-polem. t. 3, § 261, Card. Gotti Theol. schol. dogmatic. t. 1, tract. 3, q. 2, dub. 2, pluresque alios theologos et interpres.

Questio II: *An liber Apocalypses antilogias, seu contradictiones continet?* Respondeo: Apocalypsis non reapsè, sed apparenter duntaxat sibi ipsi, aut aliis Scripturis sacris contradicit. Sunt autem ejusmodi apparetas antilogie precipuè sequentes. 1^o Apoc. 4, 7 et 8, dicitur: *Animal primum simile leoni, secundum simile vituli; et singula habebant alas sensas.* Sed Ezech. 1, 6, dicitur: *Quatuor facies uni, et quatuor pennæ uni.* Porrò hæc quatuor animalia visa à Joanne suèræ eadem cum iis, quæ vidit Ezechiel, ut Cornelius à Lap. cum Perorio et Hieronymo Prado docet. Si autem suèræ eadem, quare hæc Joannis animalia sensas, Cherubini verò Ezechieli nouissimæ quaternas habuere alias? Respondeo 1^o: Non est certum, sed interpres disputant, num hæc animalia apud Joannem et Ezechiem fuerint eadem, et Alcasar in hunc locum absolutè negat fuisse eadem. Respondco 2^o: Ille visiones symbolicas fuisse, non res veras; unde non mirum, quod hæc animalia, licet eadem fuerint quoad primariam ideam, non tamen eadem fuerint quoad accidentia omnia. Alludit ergo Joannes ad illa Ezechieli, non tamen illa ipsa quoad omnia representat. Sic, ut Cornelius à Lap. ibidem rectè advertit, scipit S. Joannes et alii alludunt ad visiones Danielis, Ezechieli et aliorum, non tamen illæ ipsius cum hisce sunt exdem omniùm, sed potius alii et alii partibus vel ornamentiis pro materie varietate vestitæ et intertinctæ. Cæterum S. Joannes non prodit, quinam esset animalibus illis senarum alarum usus, et num extense essent omnes, an aliquæ contractæ. Denique cum Tirinus dici potest, Cherubinos Ezechieli, quaternis duntaxat alis instructos apparuisse, non sensis, ut animalia Joannis; quia illi non egebant, sicut ista, duabus superioribus aliis ad faciem coram Deo velandam; pergebant enim ad bellum, puta ad excidium Hierosolymæ: unde vulnus debeland detectum habere, ut hostem detegarent, et certo iectu ferirent.

2^o Apoc. c. 4, predicta quatuor animalia singuntur instar hominum vel angelorum dicentia: *Sanctus, sanctus, sanctus, etc.* Et c. 5, Agnus accipit librum, ejusque sigilla reserat. Cap. 8, Joannes narratur vidisse aqui-

lam volantem et clamantem: *Væ, væ, væ habitantibus in terrâ.* Apoc. c. 6: *Stellæ de cœlo ceciderunt super terram.* Apoc. 9, 1: *Stella, quæ de cœlo cecidit, data est clavis abyssi, et aperuit puteum.* Sed quis credit hæc et plura alia monstrosa, et impossibilia Deum S. Joan. revelasse? num animalia possunt logi? quomodo terra capiet stellas de cœlo cadentes, quæ multò maiores sunt globo terraquo? An stella illa, quæ aperuit puteum, fuit animata? An non potius Christus de scipo ait Apoc. 1, 18: *Ego habeo claves mortis et inferni.* Respondeo: Jam supra monuimus, ejusmodi visiones S. Joannis fuisse symbolicas, nec in sensu litterali crasso, sed figuratè accipiendas. Igitur istæ visiones non erant monstra, sed symbola et hieroglyphica, qualia multa etiam videront Daniel aliisque prophetae. Cur autem Deus in Apocalypsi adeò teclæ, mysticæ et obscurè loqui voluerit, rationem dedimus pariter jam supra. Cæterum, quando S. Joannes ait, stellas cecidisse de cœlo, id est, sub finem mundi casuras de cœlo, hoc juxta interpres S. Scripturæ non intelligendum de vero casu stellarum, sed ut Calmet vult, hac popularis est, atque hyperbolica loquendi ratio, quæ gravissimam rerum omnium in universo mundo innuit perturbationem, vel ut Pererius, Tirinus, Cornelius à Lap. existimant, id intelligendum est de fulgetris, ignibus cadentibus, aliisque meteoris igneis instar stellarum novæ et prodigiæ magnitudinis et formæ, que Deus in fine mundi quasi spicula vibrabit in terram, ut homines terreficiat, et terribilem suum adventum velut prenuntiet. Neque obstat illud: *De cœlo.* Scriptura enim universum hoc spatium à terrâ usque ad stellas fixas et ultra expansum solet appellare cœlum; ut patet ex Cantico trium puerorum Dan. 3, 60, 80, ubi legimus: *Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Domino.* Item: *Benedicite omnes volucres cœli Domino.* In quibus duobus textibus, ait Pererius, manifestè sumptum est nomen cœli pro spatio aereo, in quo pluviae generantur, et volant aves. Alii recentiori philosophie et mathesi addicti aiant, stellas vero aliquo sensu posse cadere de cœlo, nimirum cometas; quorum unus aut alter, si in fine mundi ad globum terraqueum nimirum appropinquaret, aut aut in eum omnino in describendâ suâ orbitâ incurberet (prout absolutè fieri posset) haud dubiè terram et terræ incolas terribili exitio destrueret.

Quod autem attinet stellam, cui dicitur *data clavis abyssi*, varia sunt hujus textus explicaciones, quarum quilibet salvat textum. In primis posset dici, quod non ipsi stellæ, sed cadente stella, data fuerit Angelo clavis abyssi. Totus enim versus primus ita habet: *Et quintus Angelus tubâ cecinit: et vidi stellam de cœlo cedisse in terram: et data est ei (Angelo) clavis putei abyssi.* Nam. v. 11, qui appellatur *Angelus abyssi*, videatur esse idem, qui tubâ quintâ cecinit, atque fuisse ita vocatus, quod eidem data sit clavis ad aperiendam abyssum. Quando verò Christus Apoc. c. 1, dicit, se habere claves mortis et inferni, sensus est, quod habeat supremum dominium in mortem et infernum, quia, quoscumque vult, ab illis præservat; hoc tamen non

impedit, quominus angelo tanquam justitiae divinae ministerio abyssi, seu infernalis carceris claves datur sint. Denique, si quis velit stellae ipsi de celo cadenti hoc loco datas esse claves abyssi, poterit cum Tirino per stellam hanc intelligere Angelum unum e bonis, coelesti descendente palatio, qui praesidet inferno; in qua explicatione denuo absurdii nihil appetat aut impossibilis.

III. Apoc. 5, 3 et 4, habetur: *Nemo poterat respicere librum... nec videre eum.* Sed vers. 1 Joannes ait, *se vidisse hunc librum scriptum intus et foris.* Respondeo cum Cornelio à Lap. versu primo esse hysterologiam, qua figura in S. Scripturâ saepius occurrit, quando nimis factum aliquod narratur prius, quod posterius contigit. Joannes enim non potuit vidisse librum hunc utrinque esse conscriptum, nisi post ejus resignationem, revolutionem et explicationem, que primum narratur cap. 5, v. 8, et cap. 6, v. 1 et sequent. Quod ergo didicit S. Joan., *scriptum intus et foris,* non jam, sed postea aperito et evoluto libro cognovit.

IV. Apoc. 5, 12: *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere divinitatem.* Sed Christus jam à primo instanti sue conceptionis habuit divinitatem, ut docet communis et certa theologorum. Respondeo: Cum Agnus occisus seu Christus dicitur dignus esse accipere divinitatem, id non significat eam tanquam gratiam, quam antea non haberet, post passionem et mortem suam accepisse; sed sensus est: Dignus est Agnus, ut ob mortem suam ab omnibus adoretur et laudetur et glorificetur tanquam verus Deus. Nam, ut à apostolus ad Philip. 2, ait, *cum in formâ Dei esset... semetipsum exinxerit formam servi accipiens... humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen.* Unde, quando Agnus dicitur dignus accipere divinitatem, virtutem, et sapientiam, et fortitudinem, sensus est, quod dignus sit ista accipere, non in se considerata (utpote qua jam prius habuit), sed in mente et ore hominum, seu quoad eorum manifestationem; ut scilicet omnes homines agnoscant et laudent Agni virtutem, sapientiam et fortitudinem, eumque tanquam verum Deum adorent, ut qui ejusdem cum Patre divino substantia est. Ceterum textus grecos et versiones orientales pro *Divinitatem* habent *Divitias*, ita ut sensus videatur esse: Dignus est Agnus, ut ipse ostendat, omnes thesauros Dei suos esse. Potuit autem fieri, ut pro *Divitias*, festinans in transcribendo librius poneret *Divinitas*, quod cum postea cerneretur non aptè cohædere cum verbo accipere, mutatum fuerit in *Divinitatem*, sicut communiter in omnibus latinis exemplaribus legitur. Vide Riberam et Calmetum in hunc locum.

V. Apoc. 7, 4, dicitur: *Centum quadraginta quatuor milia signati, ex omni tribu filiorum Israel.* Sed nulli hic enarrantur signati ex tribu Dan, neque ex tribu Ephraim. Respondeo: Quia ex tribu Dan non ita multi sunt futuri electi (plerisque Anti-Christo ex hac tribu orituro adherentibus), ideo tribus ista hic omittitur, et ejus loco tribus Levi substituitur. Ita Irenaeus, Am-

brosius, Augustinus, et alii passim, quos citant Ribera, et Pererius. Tribus *Ephraim* verbo tenet duntaxat, non autem reverè hic prætermissa est: nominatur enim tribus *Joseph*. Atqui tribus Joseph non fuit alia, quam tribus Manasse, et tribus Ephraim, qui fuerunt filii Joseph, sed à Jacob patriarchâ in filios suos adoptati, et hæreditatis naturalium filiorum suorum participes facti. Quare cùm hic præter tribum Manasse etiam nominetur tribus Joseph, haec non alia est, quam tribus Ephraim. Sic verò eam appellavit S. Joannes, secutus morem loquendi aliorum Prophetarum, qui tribum Ephraim appellare solent vel præcise sub nomine *Joseph*, vel cum addito *tabernaculum Joseph*(1). Vocatur autem nomine Joseph tribus Ephraim præ tribu Manasse ob majorem suam amplitudinem atque nobilitatem; et S. Joannes ob reverentiam ethonorem tanti Patriarchæ, cùm de electis et salvandis ex omni tribu prophetaret, maluit eam tribum nomine Joseph appellare, quam nomine Ephraim. Ita Perer.

VI. Apoc. 11, 19, legitur: *Apertum est templum Dei in celo, et visa est arca testamenti.* Sed cap. 21, v. 22, Joannes ait: *In ea (civitate) non vidi templum.* Respondeo: Nulla hic est contradicatio realis, sed apprens tantum. Nam in primo textu *templum Dei* accipitur metaphoricè pro ipsâ beatitudine sanctorum, et sensus est: Ostensa mihi est beatitudo sanctorum, quanta futura sit. In altero verò textu negatur in celo templum esse materiale, sive locus separatus, quo beati se recipient ad orandum et cum Deo se interfundunt. Cùm enim celites Dei et Christi claritate manifesteiantur, haec claritas ipsa cor ad sese trahit et rapit, ut cum Deo perfectè unit. Quare ubi nihil potest mentem ab eâ perfectè unione et contemplatione distrahere, supervacaneus est quivis alijs locus, ad quem se quisque recipiat. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est et Agnus. Ita Ribera, qui addit, per arcana testamenti in celo visam denotari arcana mysteria à S. Joanne agita, ut sensus sit, revealata fuisse huic Apostolo magna et recondita mysteria: nam arca erat in intimâ parte templi, que dicebatur Sancta sanctorum, et pariete ac velo magno tegebatur, neque à quoquam videri poterat, nisi à summo sacerdote, idque semel in anno. Alter objectum hanc difficultatem solvunt et explicant Calmet et Alcasar, quilibet nempe conformiter systemati suo, quod tenet de argumento Apocalypses.

VII. Apoc. 12, 1, ait S. Joannes: *Signum magnum in celo, mulier clamabat parturiens et cruciabatur, ut pariat.* Sed c. 21, v. 4, legitur: *In celo neque clamor, neque dolor erit ultra.* Respondeo: Signum hoc, seu ostentum et portentosa visio D. Joanni apparuit in celo non empyreo, nec sidereo, sed aereo; inde enim mulier haec, per quam figurabatur Ecclesia, volavit in desertum. Ita Tirinus et Cornel. à Lap.

VIII. Apoc 13, 8, de Agnose Christo dicitur: *Qui oculis est ab origine mundi.* Sed Christus primùm natus est post 4 millia annorum à mundo condito; quomodo-

(1) Vide psal. 77, et Ezech. cap. 37.

de ergo potuit esse occisus ab origine mundi? Resp.: Aliqui post verba *occisus est*, ponunt comma, et *ab origine mundi* non referunt ad Agnum, sed ad verba praeudentia, non sunt scripta nomina, hoc modo: *Quorum non sunt scripta nomina in libro vite Agni, qui occisus est, ab origine mundi.* Ita Ticonius, Ambrosius, Beda, Ribera, Alcasar, etc., tuncque sensus e facilis, scilicet adorasse bestiam illos, qui ab origine mundi non sunt scripti in libro vite, id est, qui non sunt praedestinati, sed reprobati. Verum cum Biblia romana et alia passim non habeant ejusmodi comma, alii *et ab origine mundi* referunt ad *occisus est*, tuncque sensus potest esse triplex. 4° *Ab origine mundi*, i. e., ante omnia, ab omnibus, puta ab aeterno, Agnus occisus est, non realiter, sed habita ratione decreti divini, quo Deus ab aeterno decrevit redemptionem generis humani per Christi mortem. Ita preter alios Gregor. de Valentia et Vasquez. 2° Agnus occisus est *ab origine mundi*, i. e., ab initio mundi; quia ab initio mundi merita mortis Christi sanctis applicata fuere. 3° Agnus occisus est ab origine seu initio mundi, non in se, sed in suis typis et figuris, puta in sanctis Patriarchis et Prophetis, qui fidei et pietatis causâ occisi, vel in victimis V. T., quia Christi erant figura. Christus ergo occisus fuit in sacrificio Abelis, in ariete quem pro Isaac immolavit Abraham, in Agno paschali, in iugis sacrificio, seu in agno quotidie mane et vespere ab Hebreis in sacrificio oblatu, denique in aliis oibibus et agnis, qui ex lege Dei omni festo effervendi erant. Ita Cornel. à Lap. plures pro se citans interpres.

IX. Apoc. 20, 1 et 2: *Angelus habens clavem abyssi ligavit Satanam per annos mille, et clausit in abysso, ut non seducat amplius gentes.* Sed 1 Petri 5, 8, dicitur: *Adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, querens quem devoret.* Respondet: Licet Lucifer ligatus sit in inferno, et ligatus maneat usque ad tempora Anti-Christi, habet tamen suos velut emissarios daemones obique, qui homines tentent et divexent, ut experientia et doctrina SS. Patrum constat; per hos ergo instar leonis sive tauri totum orbem circuit et perambulat, querens quem devoret; ferme sicut Asmodaeus libidinum rex ligatus erat à Raphaële in deserto Ægypti, et ita ligatus mansit probabilitate quamdiu Sara et Tobias vivebant, vel adhuc longius; et tamen interim suos per orbem daemones quasi ganeones et cupidines undequaque emisit, et terram libidinibus et immunditiis contaminavit; quemadmodum etiam de ebræis lascivisque daemoniibus Andron proficiscentibus narrat in Iconibus Philostratus. Ita Cornel. à Lap. et Serarius. Alter respondet Calmet, contendens verba illa, *ut non seducat amplius gentes*, minime significare, daemone modo nemini insidiari neminemque seducere; sed duntaxat indicare, daemoni potentiam teneri constrictam et prepeditam, ut non amplius, ut olim, universam Ecclesiam perturbet et publico christiane religionis exercitio obsistat, prout fecit sub Romanis imperatoribus ethniciis, qui Ecclesiae nefarium bellum indixerunt, atque Iesu Christi regnum evertere contulerunt. Idem sentit etiam Alcasar.

X. Apoc. 20, 11: *Fugit terra et cœlum, et locus non est inventus in eis.* Sed apud Ecclesiasten 1, 4: *Terra in eternum stat.* Respondet: *Fugit terra et cœlum*, id est, pristina facies, forma, et status terrae ac cœli; quia scilicet in aliam pulchriorem formam et statum commutabuntur. Unde talis *locus* et *status*, qualis ante in illis fuerat, non amplius est inventus in eis, sed alius longè amoenior, splendorius et gloriösior. Ita Calmet, et Ribera, et alii interpres passim, secuti S. Augustinum, l. 20 de Civit. cap. 14 (idem fusiūs repetit cap. 16) dicentem: *Peracto quippe judicio tunc esse desinet hoc cœlum, et hæc terra, quando incipiet esse cœlum novum, et terra nova. Mutatione namque rerum, non omni modo interitu, transibit hic mundus.* Aliam explicationem objecti textus Apocalypses assert Alcasar, sensu mystico eum exponens.

XI. Apoc. 20, 14: *Infernus et mors missi sunt in stagnum ignis.* Sed stagnum ignis est in ipso inferno. Quomodo ergo infernus in hoc stagnum mitti potuit? Respondet: Per *infernum* hic non intelligitur locus inferni, sed diabolus, qui per peccatum, quod introduxit in mundum, erat auctor mortis et infernarum penarum. Ita hunc locum exponit D. Augustinus, loc cit. dicens: *Illi nominibus (Scriptura) significat diabolum, quoniam mortis est auctor et infernarum penarum, universaque simul dæmonum societatem. Hoc est enim, quod supra evidenter præoccupando jam dixerat: Et diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris.* Augustinum sequuntur Ribera et Calmet. At aliam expositionem objecti textus dant Alcasar et Cornel. à Lap., qui censem, quod, sicut præcedente versu 13: *Et mors et infernus dederunt mortuos suos*, inducuntur mors et infernus tanquam duæ personæ tragicæ, atroces, que semper associantur (nam quos mors occidit, eosdem infernus in sepulcris seu specubus subterraneis sepelet), sic versu 14, exdem singuntur cum damnatis ad ignitum inferorum carcere velut descendere, non ut patiantur ab igne, sed ut aeternum Dei inimicos excrucient. Mors enim eos semper occidet, infernus eos semper abscondebit et vivos asservabit, quod patiantur semper ac moriantur. Itaque infernus et mors in ignitu mituntur stagnum, non in sensu proprio et litterali, sed in sensu improposito mox explicato, nempe non ut patiantur ab igne, sed ut aeternum damnatos excrucient.

XII. Apoc. 21, 16: *Civitas, ait, in quadro positæ est, et longitudi et altitudo eius æqualem sunt.* Sed in primis altitudo non est aquilis longitudini aut latitudini. Nam longitudine et latitudine, v. 16, *æquat stadia duodecim millia*: altitudo vero muri, v. 17, non nisi ad centum quadraginta quatuor cubitos ascendit, qui vix tertiam partem unius stadii exequant. Dein an non cœlum empyreum rotundum potius est, quam quadratum? Respondet: Licet aliqui hoc quadratum ad literam acceperint, idéoque cœlum empyreum figure non rotundæ, sed quadratæ esse existimarent; tamen alii passim, teste Cornelio à Lap., tam quadratum illud, quam dimensionem longitudinis, latitudinis et altitudinis per stadia vel cubitos, ut et alia multa solùm

symbolicè vel figuratè intelligenda esse aiunt, videlicet ut per civitatem in quadro positam adumbretur ingens capacitas civitatis cœlestis, in quam ex omnibus quatuor mundi plagiæ electi confluent, queque instar urbium in quadro cum æquabilis ex omni parte longitudine, latitudine, et altitudine posita pulcherrima est. Dixi : Cum æquabilis longitudine, latitudine, et altitudine. Nam, quando sacer textus ait : *Longitudo, altitudo et latitudo ejus aqualia sunt*, non comparatur altitudo cum latitudine vel longitudine, sed qualibet ex his mensuris in se spectata dicitur aquabilis, hoc est, ex omni parte seu latere aquæ magna, ita &c. e. g., altitudo hujus civitatis in quadro positæ non sit major ex parte orientali, quam ex parte occidentali, nec ejusdem longitudine major ex latere orientali quam ex occidentali, nec ejusdem latitudine major à latere orientali ad latus occidentale, quam à latere australi ad septentrionale. Ratio ita textum sumendi est, quia si altitudo comparetur cum latitudine et longitudine, adeoque murorum altitudo esset duodecim millium stadiorum, quemadmodum longitudine et latitudo vix tota civitatis area fondamentis et basi, que ad moles tantæ altitudinis sustinendas requiritur, sufficeret; ingens enim deberet esse crassitudo tam altorum murorum. Deinde, si textum ipsum attente inspiciamus, deprehendemus, quod longitude dicatur quidem æqualis latitudini, *longitude ejus tanta est, quanta et latitudo*; sed cum in eodem verso mentio fit de altitudine, phrasis mutatur, neque dicitur : *Altitudo tanta est, quanta et longitude et latitudo*; sed : *Et longitude et altitudo et latitudo æqualia sunt*, ut intelligeremus, à sacro texto non intendi, altitudinem esse tantam, quanta est longitude et latitudo; sed omnia hac tria esse æqualia, id est, in sensu explicato æquabilia. Ita Sadazar et Cornel. à Lap.

Sunt quidem adhuc plures apparentes antilogiae in libro Apocalypses, sed quia eas in citatis interpretibus soletus sedulus lector facile inveniet, nis recensendis supersedeo.

CAPUT III.

De auctore Apocalypses. De libro vita. De numero salvandorum, etc.

Quæstio I : *An liber Apocalypses auctorem habet S. Joannem Apostolum?* Respondeo : Quamvis olim aliqui, inter quos erat Dionysius Alexandrinus, Apocalypsin tribuerint Joanni non Apostolo, sed alteri presbytero et Christi discipulo, qui hæc de causâ Theologus vocetur; hodiè tamen ex mente Ecclesiæ et SS. Patrum, quos sequuntur quæstiōne citabimus, indubitatum est, Apocalypses auctorem esse S. Joannem Apostolum ac Evangelistam. Nec obstat primum, quod in codicibus græcis hic liber inscribatur Apocalypsis Joannis Theologi, quia cognomen Theologi appropriatum fuit S. Joanni ob sublimitatem ejus doctrinae, quæ de Verbi divinitate altissimisque mysteriis profundissimè disseveruit. Unde Theophyl., prefat. in Evang., Joannem vocat magnum Theologum. Idem Theologi nomen S. Joanni attribuunt S. Cyrillus, S. Chrysostomus,

Origenes, S. Damascenus, qui, orat. de Transfigurat., S. Joannem vocat purissimum Theologum organum, et alii quos Baronius, ad ann. Christi 97, pag. 808, citat.

Secundò non obstat, quod Apocalypsis stylo différre videatur ab Evangelio et Epistolis S. Joannis; quia prorsus alia in Apocalypsi est materia, scilicet prophetia, quæ alio stylo scribenda est, quam historia vel ethica. Præterea observarunt eruditæ, et multorum locorum inductione comprobárunt, stylum Apocalypsis omnino similem esse stylo S. Joannis, de quo Millius, Proleg. § 177, et Wolffius, in Curis philol. Ac valet presertim haec observatio, si in Apocalypsi verba et phrases ab Angelo in calamus dictata distinguantur ab aliis, quas S. Joannes suis verbis enuntiat; in his enim suam planè phrasin Evangelio et Epistolis similimam retinet. Errat ergo Beza, dum temerè ex styli diversitate conjectat, librum Apocalypses esse Joannis non Apostoli, sed ejus qui cognominatus est Marcus, Act. 12, 25. Certe levissime huic conjecturæ repugnat præter sensum SS. Patrum et totius Ecclesiæ argumenta plura ex ipso libro Apocalypses de prompta. Nam primò scriptor hujus libri in Pathmo insula luit propter testimonium de Jesu datum, Apoc. 1, 9, id quod de solo S. Joanne Apostolo tota veterum historia (1) refert. Secundò, mentio in Apocalypsi fit septem Ecclesiis Asiae Proconsularis, quæ curis S. Joannis Apostoli singulari modo creditæ fuerant. Tertiò, stylus, ut supra dixi, est stylo S. Joannis similis, nihilque toto in libro occurrit, quod vel atati, vel genio, vel aliis indubia S. Joannis Apostoli scriptis aduersetur. Quarò, scriptor Apocalypses ibi non uno in loco Joannes dicitur, et quidem ille ipse Joannes, qui Jesum ejusque facta vidit et annuntiavit (2).

Neque dicas : Proprii nominis commemoratione non fuit usitata S. Joanni Apostolo seu in Evangelio, seu in Epistolis suis; ergo potius frequens illa in Apocalypsi huius nominius repetitio alium libri auctorem prodit. Respondeo : Nego cons.; nam diversitas argumenti alium scribendi modum induxit. Apocalypsis est liber propheticus. Usitissimum autem Prophetis est, nomen suum repete. Videbis id ab Isaïa factum decies sexies, ab Jeremiâ plus quam centies, bis ab Ezechiele, quater et centies à Daniele. Quin haec ipsa nominis *Joannes* repetitio cum addito, *qui testimonium perhibuit verbo Dei et testimonium Jesu Christi, quæcumque vidit, fui in insula, que appellatur Pathmos*, de auctore Apocalypses certos nos reddit, ut paulò ante observavimus.

Dices : Hi ipsi modi loquendi sunt conflicti ab impostore aliquo, nempe à Cerintho exēuntis primi seculi heresiarchâ, ut in hoc libro à se composito et facto S. Joannis nomine inscripto deliramentis suis anatoritatem conciliaret. Respondeo : Erant quideam olim etiam, qui Apocalypsim à Cerintho ob causam

(1) Vide S. Hieronymum de Scriptor. Eccles. v^a *Joannes*; et Sulpijum Severum, l. 2 Histor. c. 31.

(2) Ut patet ex Apoc. capite primo v. 2, collato cum Epist. 1 Joan. 1, 1 et 2.

max indicatam exaratum putarunt. Verum, quamvis indubitatum sit, Cerinthum suam (1) edidisse Apocalypsim, quam Baronius S. Joannis nomine ab eodem evulgatam arbitratur, diversam tamen fuisse à genuinâ S. Joannis Apocalypsi, à Patribus perspicuum prorsus (2) accipimus. Porrò recte monet illust. Calmet. Prefat. in Apocalypsim, artic. 3, sententiam, qua Apocalypsim nostrorum Bibliorum Cerintho adscribit, pluribus refellere supervacaneum esse, cum hujus haeresiarchæ errores ab eâ validissimè oppugnentur.

Questio II : An liber Apocalypses est canonicus? Antequâm respondeam, observo, Marcionitas clim et Alogianos, teste Epiphanius, lib. 2, hæres. 51, et posterioribus seculis Erasmus et Lutherum, Apocalypsim à canone S. Scriptura rejicisse. Dubitârunt etiam aliquando nonnulli catholici scriptores de autoritate hujus libri, presertim Caius vetus auctor sub Zephyrino papâ Romæ vivens, teste Eusebio, lib. 3, c. 28. Similiter teste Hieronymo, epist. 129 ad Dardan., *Gregorii Ecclesie Apocalypsim non suscipiunt*. Sed hoc intelligendum de tempore S. Hieronymi, et de aliquibus dantaxat Ecclesiis, non de omnibus; nam de pluribus contrarium ostendunt cardinales Baronius et Bellarminus. Cæterùm etiam Amphylochius coœvus S. Basilio, Catal. lib. canon., de suo tempore loquens, ait : *Apocalypsin Joannis aliqui ita* (libris canonicis) *inservunt; sed longe plurimi adulterinam respununt*. Beza verò, exeterique Calviniste Apocalypsim inter canonicas Scripturas numerant, quibuscum etiam Magdeburgenses, centur. 1, lib. 2, c. 4, aliique hodiè Protestantes hâc in re sentiunt, strenue pugnantes pro Apocalypsi adversus Lutherum suum. Rationem autem, cur Calvinista, quia criores Ecclesie romane hostes videri volunt, jam olim censuerint sibi recipiendam esse Apocalypsim, Alcasar, in Proœmio ad Apocal. notatione 2, assignat istam; nempe ut obscuris hujus libri ambiguatis abutentur ad acerbatis suæ virus in romanum pontificem evomendum. Verum, quidquid de hoc sit, ad propositam questionem respondeo et dico : Liber Apocalypses est canonicus. Patet id ex decreto concilii Romani sub Damaso, ac ex concilio Florentino et Tridentino. Item ex antiquissimo concilio Ancyrano, Carthaginensi III, et Toletano IV. Rursus ex Innocentii I. Epist. 3 ad Exuperium, Gelasio, Augustino, Isidoro et aliis, qui canonem librorum canoniconum pertexunt. Illi enim omnes in eo nominant et collocant Apocalypsim. Quocirca SS. Patres passim Apocalypsim citant, ut librum canonicum, e. g., Irenæus (3), Justinus (4), Tertullianus (5), Origenes (6). Taceo alios, quos citat Perierius. Vide etiam card. Baronium (7) et Bellarmimum (8).

(1) Vide Theodoretum hæret. fabul. 1, 2, c. 3.

(2) Vide Tillemont. notâ 3 in Cerinthianos.

(3) L. 4, c. 37, et l. 5, c. 3.

(4) In Dial. cum Tryphon.

(5) L. 3 contra Marcio., c. 14, et l. 4, c. 5; de Præscript. c. 35.

(6) Homil. 7 in Josue.

(7) Ad ann. Christi 97.

(8) L. 1 de Verbo Dei, c. 49.

Porrò argumenta adversariorum jam præoccupavimus in questionibus precedentibus (1); nunc tamen aut alterum hic proponam aut repetam.

Argum. I. Prater Caium scriptorem antiquissimum, S. Hieronymus testatur, Apocalypsim suâ ætate non fuisse à Græcis receptam. Insuper, eodem Hieronymo teste, viri quidam eruditissimi Apocalypsim tanquam librum ab apostolica gravitate degenerem convitabantur. Respondeo ad primum : unus alterve antiquis scriptor, cui plures etiam Græci ex eum S. Hieronymi dicuntur adhesisse, negligi potest, si comparatur ad communiores PP. antiquorum sensum, et universalis demum Ecclesiæ consensum, de quo supra. Caio opponuntur Irenæus, Justinus, Tertullianus, aliique supra indicati. Græcis sub ævum S. Hieronymi secùs opinantibus opponuntur Græci primi, secundi ac tertii seculi, Apocalypsim S. Joanni Apostolo vindicantes, imò et plurimi sub ætatem S. Hieronymi : S. Epiphanius enim, hæresi 72, eodem seculo reprehendit omnes qui de Apocalypsi item moverant. Ad secundum, gustum sanè depravatum habuerint, quicumque sunt viri isti eruditissimi, librum, in quo teste S. Hieronymo *tot sunt sacramenta quot verba, conviciis insectari ausi*. Ac sanè si nulla gravitatis Apostolicæ vestigia in eo deprehendissent, quo pacto tot SS. Patres, et tota demum Ecclesia cumdem S. Joanni vindicassent?

Argum. II. Apocalypsim nemo intelligit; ergo à canonone librorum divinorum meritò excluditur. Respondeo : Dist. ant. : Nemo intelligit Apocalypsim quoad singula verba vel ænigmaticas quasvis visiones, esto; quoad certa capita, sententias et vaticinia, nego. Sunt utique in Apocalypsi multa admodum obscura ac non-nisi conjecturis attingenda, cuius obscuritatis causas supra, quest. 2, assignavimus ; at sunt etiam ibi præcepta longè clarissima de constantiâ in persecutionibus, de hereticis et pseudo-prophetis fugientibus. Satis etiam planæ doctrinae habes in uno Apocalypses scopo, qui ex sententiâ Bellarmini alias non est, ac incitamentum ad perseverantiam et patientiam tempore persecutionum. Absolutum autem planè est, librua idèo, quia obscurus est, à Canone excludere; plurima quippe sunt in sacris Scripturis, præsertim in libris propheticis, quæ vel nemo, vel pauci intelligent, num idèo rejicienda? Non ita olim sensit Dionysius Alexandrinus, qui apud Eusebium, lib. 7 Hist. c. 22, de Apocalypsi ita disserit : *Ego verò spernere aut abjecere scripturam libri hujus nullatenus audeo... sed hoc magis de eo iudico, quid... sit in eo arcanus quidem et reconditus atque admirandus omnibus sensu, quem et ego admiror ac veneror, etiam si non intelligo. Et ita sentio, quid divina aliqua sacramenta sermonibus contegantur humanis, non tam iudicio meo discernens, quam fide credens; et idèo non reprobo quæ non intelligo, sed tantò magis admiror, quantum minus assequor.* Denique etiam illud observandum, quod, licet antiquis Patribus Apocalypsis obscurissima visa sit, nobis tamen ejus intelligentia

(1) Vide supra, quest. 1 et 2 de Apoc.

multò facilitor reddatur ex causis alibi (1) assignatis.

Quæstio III: *Quid est liber vitæ, et quid est in eo scribi, aut ex eo deleri?* Antequam respondam, observo, sœpius in Apocalypsi (2) et in aliis S. Scripturæ locis (3) mentionem fieri de libro vitæ. Sic, ut alia taceam, Apoc. 20, v. 15, dicitur: *Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Hoc prænato, ad propositam questionem respondeo cum D. Thomâ, 1 part. quest. 24, art. 1, et alius: *Liber vitæ est ipsa Dei notitia, quâ firmiter retinet seu scit, se aliquos prædestinasse ad vitam æternam.* Igitur hæc dictio, *Liber vitæ* est metaphorica secundum similitudinem à rebus humanis acceptam. Sicut enim inter homines fieri solet, ut illi, qui ad aliquid eliguntur, conscribantur in libro vel catalogo, e. g., milites, aut senatores qui idcirco olim dicebantur *Patres conscripti*; ita etiam conscriptione seu annotatione non externa et materialis, sed intelligibilis in ipsa divina mente eorum, qui prædestinati sunt ad cælum, dicitur *Liber vitæ*. Nam sicut liber seu scriptura libri est signum rerum in ea descriptarum; ita etiam firma memoria, vel notitia alicujus rei est quasi quedam tabula, in quâ res descripcta continentur, secundum illud, Prov. 3, 3: (*Describe misericordiam et veritatem*) *in tabuliscordis tui.* Pari ratione notitia reproborum, quam Deus habet, dici posset *Liber mortis* (4); quia in Deo datur infallibilis præscientia dannendorum & quæcumque salvandorum, et in republicâ benè ordinatâ non solum in inscribuntur speciali libro, qui præmo, sed etiam, qui supplicio vel peñâ mortis digni sunt. Sed S. Scriptura abstinet ab hoc loquendi modo, et quandocumque loquitur de iis, qui à Deo inscripti sunt in libro, nūquā de libro mortis, sed semper de libro vitæ, vel strictè, vel saltem latè tali in sensu mox explicando intelligenda est. At

Oppones I. In Ecclesiastico 24, 52, legimus; *Hæc omnia liber vitæ, et testamentum Atissimi et agnitus veritatis.* Ubi glossa interlinearis ait, hoc est, *novum et vetus Testamentum.* Praeterea, S. Augustinus, 1. 20 de Civit. Dei, cap. 14, ait, quod liber vitæ sit, quædam vis divina, quâ fuit ut cuicunque opera sua bona vel mala in memoriam reducantur. Sed neque hæc vis divina, neque novum et vetus Testamentum est notitia, quam Deus ab aeterno habet de prædestinatis; ergo liber vitæ est aliquid aliud, quâm prædicta notitia. Ad hanc objectionem respondet S. Thomas loc. cit. ad primum, his verbis: *Dicendum, quod liber vitæ potest dici dupliciter. Uno modo conscriptio eorum, qui sunt electi ad vitam; et sic loquimur nunc de libro vitæ atque hoc sensu (librum vitæ ordinariè sumit S. Scriptura), alio modo potest dici liber vitæ conscriptio eorum, quæ ducunt ad vitam. Et hoc (iterum) dupliciter: vel sicut agendorum; et sic novum et vetus Testamentum dicitur liber vitæ: vel sicut jam factorum; et sic illa vis divina,*

(1) Vide supra, prefatione in Apoc., et quest. 2 et 3.

(2) Apoc. 3, 5. Et 17, 8. Et 20, 15. Et 21, 27.

(3) Psalm. 68, 29. Et ad Philipp. 4, 3. Et Daniel,

12, 4.

(4) Vide Suarez l. 1 de Prædest. cap. 20.

s. 8. iv.

quâ fiet, ut cuiilibet in memoriam reducantur facta sua, dicatur liber vitæ. Sicut etiam liber militis potest dici, vel in quo scribuntur electi ad militiam, vel in quo traditur ars militaris, vel in quo recitantur facta militum. Ille usque doctor Angelicus.

Oppones II. Ex libro vitæ deleri possunt, qui in eo scripti sunt: sed notitia Dei de aliquâ re non potest deleri aut mutari; ergo liber vitæ non est ipsa Dei notitia, quam ab aeterno habet de prædestinatis. Major patet ex textibus S. Scripturæ infra afferendis. Respondeo 1^o: Dist. maj. Ex libro vitæ simpliciter et strictè dicto aliqui deleri possunt, neg. maj. Ex libro vitæ secundum quid et latè tali, subdist.: Ita, ut deletione se teneat ex parte ipsius libri vitæ, seu præscientia divinae, quasi hæc esset mutabilis, nego; ita ut deletione non referatur ad librum vitæ ex parte præscientie, sed ex parte rerum præscritarum, quæ sunt mutabiles, conc. S. Thomas, loc. cit. art. 3, et alii plures faciunt disserimen inter librum vitæ simpliciter, et secundum quid talen; liber vitæ simpliciter et strictè dictus est notitia Dei, quâ scit se aliquos prædestinasse ad vitam æternam; liber autem vitæ secundum quid et latè talis juxta hos auctores est notitia Dei, quâ scit, quinam sint habituri gratiam justificantem tribuentem jus ad vitam aeternam. In primo libro inscripti sunt soli electi seu ad cælum prædestinati, et hi nunquam ex hoc libro delentur, nec deleri possunt potentia consequente, prout infra pluribus explicabimus. In secundo autem libro inscripti sunt etiam illi reprobæ, qui ad tempus sunt justi seu obtinent gratiam sanctificantem, sed ante finem vita sue illam per peccatum mortale perdent. Et tales possunt deleri et delentur de libro vitæ, ita tamen, ut deletione non referatur ad notitiam Dei, quasi Deus aliquid præsciat, postea ne- sciat, aut aliud præscire incipiat; sed ad rem scitam, quia scilicet Deus scit, aliquem prius per gratiam obtinere jus ad vitam æternam; et postea hoc jus perdere, cum deficit à gratia. Ita deletionem aliquorum de libro vitæ explicant præter D. Thomam, S. Anselmum et alii passim. Satis hoc quidem probabiliter. Sed Ribera, Commentar. in Apoc. 3, 5, respondet 2^o, et censet probabiliorē ac S. Scripturæ sancitorumque Patrum dictis magis conformem esse sententiam eorum, qui dicunt reprobos (etiamsi ad tempus justos, sed finaliter non perseverantes) nullo modo, nequidem secundum quid in libro vitæ scriptos esse, nam Scriptura tantum de prædestinatis dicit, quod sint inscripti libro vitæ; sicut vicissim de non prædestinatis, et si fortè ad tempus justis, simpliciter ait, quod eorum nomina non sint in hoc libro; ut patet expediti textus Apocalypses et aliorum S. Scripturæ locorum ad initium hujus questionis supra citatos. Idipsum etiam docet S. Augustinus, loco jam citato, c. 45, simpliciter dicens: *Liber vitæ significat prædestinationem eorum, quibus aeterna dabitur vita.* Eadem cum S. Augustino est sententia Haymonis, Comment. in Apoc. et omnium, qui aliter, quâm S. Thomas deletionem de libro vitæ explicant, quos statim nominabimus. Sed restat solvenda difficultas; quomodo aliqui

deleri dicantur de libro vite, si non scribantur in eo nisi prædestinati, quos constat deleri non posse. Hanc objectionem proponit et dissolvit S. Augustinus explicans illa verba Psalmi 68 : *Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur, in qua ita commentatur : Isti ergo quomodò inde delentur, ubi nunquam scripti sunt? Hoc dictum est secundum spem ipsorum, quia ibi se scriptos putabant. Quid est, deleantur de libro vite? Ut ipsis constet, non illus ibi esse. Et paulò post : Sic ergò et hic illi, qui se sperabant tanquam merito justitiae sue in libro scriptos Dei, cùm perducta fuerit damnatio eorum etiam ad cognitionem eorum, delebantur de libro viventium, id est, non ibi se esse cognoscant. Nam versus qui sequitur, exponit quod dictum est ; Et cum justis non scribentur.* » Hucusque D. Augustinus. Eodem modo exponit Rupertus illud Moysis Exod. 32 : *Aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti.* S. Ambrosius paulò aliter explicat quosdam deleri de libro vite, nimirum secundum opinionem hominum, in quantum homines opinantur eos in libro vite scriptos propter præsentem justitiam, quam in eis vident; sed quando apparet sive in hoc seculo, sive in futuro, quòd à justitia seu gratia sanctificante exciderint, dicuntur inde deleri. Hec S. Ambrosii expositio cum S. Augustini explicatione adē non pugnat, ut una eademque planior ex eis fiat, atque ita eos deleri dicamus de libro vite, qui vel scipios putabant in eo esse scriptos, vel homines ex operibus, que videbant, ita judicabant de illis, sed postea cùm deprehendantur Dei iudicio dannati, adēque in libro vite non inveniuntur scripti, dicuntur deleri. Non igitur delentur secundum rei veritatem, sed secundum stiam vel aliorum hominum opinionem. Nam Scriptura sapè loquitur, non ut res ipsæ sunt, sed ut ab hominibus iudicantur, seu apparent. Sic Luc. 2, 48, legimus : *Ecce pater tuus et ego dolentes quererabamus te, et tamen S. Joseph non erat verus et naturalis Christi pater, sed tantum putatitus, seu opinione hominum.* Et Matth. 11, 25 : *Quia abscondisti haec à sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis,* id est, Apostolis et exteris fidelibus simplicibus et humilibus, qui nempe juxta opinionem mundi parvuli et contemptibiles sunt. Quare merito quasi scripti in libro vite, aut ex eo deleti dicuntur, qui se in eo scriptos putabant, aut scripti ab hominibus putabantur.

Nihilominus notandum, quòd SS. Patres communiter et interpretes non hoc sensi cum Ruperto explicitant verba illi Moysis : *Aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti,* neque illud Pauli ad Rom. 9, 5 : *Optabam ego ipsa anathema esse à Christo pro fratribus meis,* id est, deleri de libro vite pro fratribus meis; sed utrique huic textui assignant alium sensum. Nam juxta S. Hieronymum, epist. 151 ad Algasiam, in his duobus textibus Moyses et Paulus loquuntur de vita corporali, ita ut ordinata charitate parati fuerint pro spirituali hebrei populi, vel fratrū utilitate iacturam temporalis vite pati; vel si Moyses loquitur de exitio animæ seu deletione sui nominis ex numero prædestinatōrum (ut cum S.

Chrysostoma et D. Thomā interpres communiter intelligent) hæc verba protulit ex ardentí zelo pro salute populi israeliticī per quandam exaggerationem, et hyperboleū, probè guarus, se non delendum ē libro vite; idque modo Deum rogavit, quo amantes, qui, dum aliiquid ab amico precibus extorquere volunt, conditiones adjiciunt, quas probè sciunt, nunquam implendas et morā fieri impossibilis esse, ut, v. g., aut occide me, quia nisi annueris, vivere non possum. Sic pariter Moyses et Paulus loquuntur in hypothesi impossibili, aut explicare volunt suum desiderium conditionatum, non absolutum, mallem deleri de libro vite, aut esse anathema pro fratribus meis, si modo id fieri posset, et mihi fieret. Similibus emphaticis et hyperbolicis loquendi formulis etiam usi sunt SS. Xaverius, Salesius, Theresia, aliique; scilicet intelligendi sunt de conditione impossibili.

Oppones III. In Apocalypsi 3, 11, scriptum est : *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam,* et Paulus 1 Cor. 9, 27, ait : *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte, cum alii prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Et Ecclesia die Cinerum rogit Deum, ut omnium fidelium nomina beatæ prædestinationis liber adscripta relinet; ergo ex prædestinato potest aliquis fieri reprobus, et vicissim ex reprobo prædestinatus, juxta illud D. Augustini effatum : *Si non es prædestinatus, fac ut prædestineris;* consequenter liber vite et prædestinationis est mutabilis, proin non potest esse ipsa Dei notitia, vel decretum, quod habet de prædestinatis. Respondeo : Hac omnia non probant, librum vite, aut prædestinationem esse mutabilem. Nam corona, de quā S. Joannes in Apocalypsi loquitur, non est gloria cœlestis voluntate Dei absolutè destinata electis, sed merces fidei, patientie, ceterisque virtutibus promissa et preparata non absolute, sed conditionatè, nempe sub conditione perseverantie in bono, ita ut sensus sit : *Retine fidem, patientiam, ne quis coronam fidei et patientie denuo latet conditionatè promissam, te non perseverante, sed cadente accipiat.* Ita Cornelius à Lapide hunc locum exponunt. Ex dicto autem S. Pauli corpus suum castigantis id unum legitimè inferri potest, hunc Apostolum eo tempore, quo ista scriptis, nondum habuisse revelationem plenamque certitudinem de æternâ suâ salute, ex quo quidem sequitur, prædestinationem seclusa speciali revelatione esse incertam quod nos, non autem esse incertam quod se, aut mutabilem. Denique ad vulgatum illud, si non es prædestinatus, fac ut prædestineris, respondeo, hæc verba non inveniri in operibus S. Augustini, sed ista : (1) *Non traheris, ora ut traharis.* Illud autem effatum non est intelligendum de ipso prædestinato.

(1) Tract. 26 in Joannem S. Augustinus in illa Christi verba Joan. 6, 44 : *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum,* ita commentatur : « Magna gratia commendatio. Nemo venit, nisi tractus... Quare autem illum trahat, et illum non trahat, nollī velle indagare, si non vis errare. Semel accipe et intellige, non traheris, ora ut traharis. »

nationis decreto divino, quasi Deus nondum decreverit nostram predestinationem, et possit moveri nostris precibus; ut nunc eam decernat (absurda enim foret haec expositio); sed intelligendum est de executione predestinationis, ita ut sensus sit: Nondum percipis in te effectus predestinationis, gratias efficaces, seriam salutis curam, etc., ora ut percipias. Ceterum, si queras, an homo reprobis seu non predestinatus non possit facere, ut sit predestinatus et aeternum salvetur, respondeo: potest hoc potentia antecedente seu in sensu diviso reprobationis, quem sensum divisi homini facere potest, servando mandata Dei; sed non potest hoc potentia consequente, seu in sensu composito reprobationis, hoc est, homo potest quidem facere, ut Deus ipsum ab aeterno praevideat, finali gratiae cooperaturum, siveque potest impedire sui reprobationem; quia Deus neminem reprobavit, nisi quem praevidet finali gratiae de sensuram; at si homo finali gratiae dissentiat, siveque faciat, ut Deus eum ab aeterno praevideat, huic gratiae dissensuram, et in peccato moriturum, ac proin cumdem reprobet, non potest simul facere, ut Deus hoc non praevideat, aut ipsum non reprobet; cum res, ex supposito quod sit, non possit non esse: potest tamen homo, ut paulo ante dixi, facere, ut nunquam data sit in Deo haec praevisio, aut decreatum reprobatum, sed potius praevisio de ejus cooperatione cum gratia finali, ac proin etiam decretum predestinationis ad gloriam coelestem tanquam mercedeum et coronam meritorum; prout theologi pluribus explicare solent in tractatu de Deo, ubi de Dei praescientia et predestinatione agunt.

Questio IV: An plures homines sunt salvandi, vel quamdamandi? Antequam respondeam, observo, quod in Apocalypsi verbis illis cap. 7, v. 9: *Post haec vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat... stantes ante thronum,* significatur innumerabilis multitudo predestinationis. Unde occasione hujus versus Apocalypses, juvat examinare celebrem illam questionem, plures sint salvandi, quam dammandi? Scio quidem, quod Vasquez, part. I, disp. 101, art. 7, censeat, hanc questionem esse fermè inutilem et parum conducecent ad edificationem fidelium; inquit posset ea aliqui videri temeraria, cum S. Scriptura non semel (1) testetur numerum electorum esse mysterium soli Deo cognitum, et Ecclesia cum D. Thomâ, part. I, q. 23, art. 7, dicat, *numerum electorum esse soli Deo cognitum.* Verum nec inutilis est haec questionis; servit enim maximè magnificandæ misericordiae divinae, vel vicissim justitiae, levanda mortaliū spei, vel salutari timori, et exaltando cœlitum gaudio. Nam quot in cœli socii, tot gaudia, gaudiumque invalescit proportione invalescentis beatorum hominum multitudinis. Neque est temeraria; Scriptura enim, Ecclesia, et D. Thomas citatis locis loquuntur de numero certo definito electorum; ab hoc autem investigando nos alieni sumus quam qui maximè, id unum inquirentes, utrum electi homines

numeriosiores sint hominibus reprobis, nihilque addimus de numero certo definito electorum, cuius scientia obsignata est sigillis septem ab ipso Christo solvendis Apoc. 5, 1, ut hunc locum plurimi interpres exponunt apud Cornelium à Lap. Præterea, quando S. Thomas ait, soli Deo esse cognitum numerum electorum, loquitur de cognitione infallibili et scientifica, ac vult, nihil certi hac in re haberi; hoc autem non impedit, quominus studeamus rem hanc discutere cognitione quādam conjecturali; quæ non nisi verisimilitudinem fundet.

His pronotatis, ad propositam questionem non tam respondeo, quām varias variorum auctorum opiniones recenseo, apud quos haec questio fuisus discussa legi poterit. Ego tantum paucis indicabo, quid de singulis hisce opinionibus sentiam, aut sentiendum sit.

Itaque I. Si sermo sit de hominibus absolutè omnibus, qui à principio mundi usque ad finem mundi fuerint, et futuri sunt, est communis doctorum catholicorum et vera sententia, numerum reproborum esse multò majorem numero salvandorum. Maxima enim pars hominum sunt ethnici, aut Judei, aut Mahometani, aut heretici, quibus nostra etate accensendi sunt indifferentiae, et theiste numero plurimi; hi omnes aeternū peribunt, nisi ad unitatem catholicam, et veram fidem revertantur. Unde verissimum est illud Christi effatum, Matth. 7, 14: *Arcta est via que dicit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam.*

Putat quidem Hieronymus Plaza, de Paradiso, part. 3, cap. 3, et prolixè conatur ostendere sententiam benignam de maiore numero electorum, quām reproborum, etiam si universum hominum genus spectetur, esse saltē probabilem, nullaque censoria theologicā perstringendam. Verum oppositam sententiam (majorem videbatur esse numerum reproborum, quam predestinationis, si universum hominum genus, seu omnes ab origine usque ad finem mundi existentes homines spectentur) de fide esse apud Henno (1) docent Alarcon, Montepilosus, Aravius. Certam eam vocat Ruiz de Montoya (2), communem et veram Suarez (3).

II. Si sermo sit de solis christianis, seu baptizatis (sive sint catholici, sive acatholici) tam adultis, quam ante usum rationis morientibus simul computatis, videtur certa sententia (ut Hieronymus Plaza, et Ruiz de Montoya advertunt) majorem esse numerum predestinationis, quam reproborum. Adhibita enim omni diligentia, consultisque parochis medicisque, et exploratis libris infantium et adulorum, qui sepulti jacent in primaria numerosissimaque parochiâ Hispalensis civitatis, et in quibusdam aliis parochialibus templis, subducta ratione octo aut decem annorum laudatus Ruiz comprehendit, aliquando majorem, aliquando vero minorem resultare numerum infantium,

(1) Part. 2 Empycol. l. 6, exerc. 21, sect. 19, n. 142.

(2) De Predestin. disp. 54, sect. 1, n. 3.

(3) De Deo uno, de Predest. l. 6, cap. 3.

quād adulorum morientium; semper inaequalitatem esse exigua. Unde, si his infantibus, quorum omnes aut plerique baptizati sunt, addas adultos catholicos, et etiam acatholicos illos, qui duntaxat materiales haeretici sunt, et in statu gratiae decidunt, idem liberos hereticorum ante amissam gratiam baptismalem morientes, haud dubie major erit numerus electorum, quād reproborum.

III. Si sermo sit de solis Christianis adultis, intellegendō nomine Christianorum non tantū catholicos, sed etiam haereticos, apostatas, et schismaticos fidem in Christum profiteentes, in hac, inquam, generalitate loquendo, probabilius mihi est, majorem esse numerum reproborum, quād electorum. Nam haeretici, apostatae et schismatici semper fuerunt in magno numero, qui adjuncto numero impiorum fidelium male morientium, planè excedit numerum sancte morientium. Ita etiam sentit Suarez loc. cit. aliisque.

IV. Si sermo sit de solis catholicis, attamen tam adultis, quād ante usum rationis morientibus, iterum indubitatum est, plures salvari, quād damnari, ex ratione supra in assertione 2 adducta. Sēpius enim observatum est (ut cum Ruiz de Montoya etiam Segneri in suo Homine Christiano p. 1, discurs. 5, adverit), totidē ferè mori sacro fonte ablutos ante discretionis annos, quot adultos. Unde si illis infantibus addantur reliqui omnes catholici, qui adulti salutem consequuntur, obscurum non est, majorem eorum, quād reliquorum numerum esse; plures proinde necesse est, esse catholicos salvos, quād damnatos: maximē cū ad felicem hanc turbam pertineant, etiam liberi hereticorum parentum, ante amissam gratiam baptismalem deceasedentes.

Si autem quæstio instituatur de solis catholicis adultis, non adnumeratis infantibus, controversia est, in utramque partem probabilis. Multi defendunt, ex adultis catholicis plures damnandos, quād salvandos, iuxta illud Christi effatum, Matth. 20, 16 et 22, 14: *Muli sunt vocati, pauci verò electi.* Pro severiore hac sententiā non immeritò citantur S. Gregorius M., S. Augustinus et S. Chrysostomus. Nam S. Gregorius M., hom. 49 in Evang. ait: *Muli ad fidem pervenient, et ad cœlestē regnum pauci perduncuntur.* Ecce enim ad hodiernam festivitatem quād multi convenimus; parientes Ecclesie impletus; sed tamen quis sciat, quād pauci in illo electorum grege numerantur? S. Augustinus verò, lib. 2 contr. Crescon. c. 66, inquit: *Ipsi boni verique Christiani, qui per scipios muli sunt, in comparatione malorum falsorumque itidem pauci sunt. Sic multa grana, quibus horrea magna complentur, pauca dicimus in comparatione palearum.* Ergo sicut in area major est palearum numerus, quād tritici, ita et in Ecclesie plures sunt reprobri, quād predestinati. Nam verba illa S. doctor videtur de solis catholicis protulisse, non de haereticis aut aliis christianis, qui Ecclesiā exierunt. Dixerunt enim paulò ante: *Imi non tantū haereticus, verum etiam ceteris hominibus malis velenus est orbis.* Denique S. Chrysostomus (1) in hac

verba pronuntiat: *Quot putatis esse in hac civitate, qui salvi fiant? Non possunt inveniri in tot millibus centum, qui salventur. Quin et de his dubito. Quanta enim in juvenibus malitia! quantus in senibus tepor!* Quod utinam non de singulis Christianorum civitatis verè dici posset!

Confirmatur haec severior sententia etiam ratione. Nam pauci totā vitā servant innocentiam, paucique post peccatum condignam agunt penitentiam. Et quamvis plurimi ante mortem suscipiant sacramenta, conversio tamen ad mortem usque dilata, raro est vera, ac frequentissim ad minimum dubia; adeoque talis non est, qua spem satis firmam de plurimorum salute fundare queat. Ita Paulus Segneri (1), aliisque magni nominis, et concionatores ferè omnes, præcipue de la Volpilière, part. 2, conc. 55, Loriot, part. 1, conc. 41, Michael à S. Catharinā Ord. Eremit. Discal. S. Augustini volum. 1, tract. 25, ubi vehementer propendet in sententiam, plures etiam ex sacerdotibus, religiosis, et monialibus damnari.

Nihilominus benignam hac in re opinionem tanquam verò probabilem, et Dei clementia, Christique Domini meritorum ac sacramentorum efficacitatem magis consentaneam defendunt Calini (2), Suarez (3), Lorinus (4), Marin (5), Alarcon (6), aliisque. Nam, ut Suarez ait, licet major pars adulorum sēpius mortali peccent, tamen sēpius resurgunt, et ita cadendo et resurgendo vitam transigunt. Tandem verò in fine pauci sunt, qui per sacramenta non præparentur ad mortem, et dei peccatis dolent, saltē per atritionem; hoc autem sufficit, ut in eo tempore justificantur. Et postquam justificantur, facilè solent illo parvo tempore perseverare sine novo peccato mortali; ergo pensatis omnibus, verisimilius est plures ex adultis Catholicis salvari.

Neque obstant illa Christi verba: *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Varie enim sunt et benē fundatæ explicationes horum verborum, faventes benignæ sententiae. Memoro solum duas. S. Hieronymus, Comment. in Isa. 24, 13, predicta verba sic exponit, ut per paucos electos non intelligantur omnes predestinati, sed duntaxat residui Catholici tempore Antichristi. Ratio ita expoundi textum est, quia ibi agitur de parabolâ vocatorum diversis diei horis, haec autem diversa horæ juxta S. Gregorium et alios, diversas mundi aetas significant; unde illud dictum de ultimis vocatis ad undecimam, loquitur de ultimis Catholicis sub finem mundi. Nimirum vocati per quinque sacras mundi aetas (ab Adamo ad Noe, à Noe ad Abraham,

mil. 24 in Acta Apost. Porrò, licet Antiochiae multi fuerint ethnici et infideles, tamen Constantinopoli, ubi homilia in Acta Apost. jam episcopus composuit, omnes aut plerique erant Christiani. Vide hom. 9 in Act. Ap.

(1) In Homine Christiano, part. 1, serm. 5.

(2) In Samuelle Eccles. tom. 1, serm. 159.

(3) Loc. cit. nempe 1. 6 de Prædest. c. 3.

(4) In Psalmum 158, 18.

(5) Tom. 1 Theol. tract. 5, de Prædest. D. 54, sect. 2, num. 42.

(6) Disp. 6, c. 2, num. 4.

ab Abraham ad Moysen, à Moysi usque ad adventum Christi, ab hujus adventu primo usque ad finem mundi multi sunt; electi, qui residui erunt tempore Antichristi, pauci. Aliam expositionem affer Salmeron, tom. 7, tract. 53, n. 53, nomine vocatorum intelligens predestinatos, nomine vero electorum illos, qui inter eosdem predestinatos ad peculiares et extraordinarios favores, aut ministeria electi sunt. Hunc eam in modum laudatus interpres disserit: « Haec conclusio: « *Muli sunt vocati, pauci vero electi, multos terrere sollet; sed meo iudicio potius omnes consolatur....* » Nam cùm tam electi, quam vocati denarium beatitudinis accipiant, et omnes in cœlestem gloriam recipiantur, non est, quòd quemquam perire reficiat hæc sententia. Multi enim sunt vocati, id est, omnes operarii ad vineam vocati sunt colendam; pauci vero electi; quia pauci sunt habentes prærogativas, et prærogativa ministrorum novi Testamenti. » Plura de expositione citati versūs, in favorem benignæ sententie vide apud Ignatium Weitenauer, in Matth. 20, 16. Et c. 22, v. 14. Calini, loc. cit. Hieronymus Piazza, loco quoque citato, aliosque.

Ad auctoritatem SS. Patrum Gregorii, Chrysostomi, et Augustini videtur responderi posse, civitates et populum, de quo illi locuti sunt, fuisse moribus valde corruptis, quod non de qualibet civitate Christianorum, aut villis et pagis omnibus præsumendum est, aut illos locutos esse hyperbolice seu per exaggerationem, prout scèplo loqui solent viri sancti, quibus ardenti simo divinæ glorie zelo flagrantibus, semper nimium videntur pauci, qui Deum ament, eique sincèrè serviant. Sic locutum esse arbitratur Calini S. Chrysostomum in homil. 40 ad populum Antioch., cum dixit, Antiochæ vix centum à peccato liberos esse; vix enim credibile videtur, in tam amplâ civitate, à sacro oratore suo tanj zeloso, nempe à S. Chrysostomo excusatâ, tam rivos fuisse justos (1). Ceterum in magnâ civitate, qualis è tempore erat Antiochia, plena idololatria, arianis, pelagianis, et catholicis, sed pessimè moratis, merito S. Chrysostomus auditores suos perterrefacere potuit illâ comminatione, quòd in simili vivendi ratione vix centum salvi forent. Idem ferme dici potest, si supponas hanc homiliaum Constantinopoli urbe regiâ ad omnis status Christianos, quorum plurimi erant moribus corrupti, fuisse directam. Verum, si attentè legatur hæc homilia, ait Calini, sensum S. doctoris longè alium habet, nempe non hunc, quòd ex tot millibus hominum vix centum sint predestinati et in cœlum perventuri, sed istum, quid vix centesimus sit, qui gratiam in baptismō acceptam constanter servet. Hinc in homil. 24 in Act. Apost. non ait: *Quot putatis esse in civitate nostrâ, qui salventur, sed qui serventur*, nempe in statu innocentia? Atque respondet: *Non est in tot millibus centesimum invenire qui servetur; sed etiam de illis dubito*. Ubi ipsa vox ser-

(1) Idem à potiori dicendum, si cum Paulo Segneri supponas, hauc homiliam à S. Chrysostomo Constantinopoli, ubi tunc temporis fatente ipso Segneri nominisi Christiani erant, fuisse è suggestu prolatam.

vetur penitus convenit contextui, de conservandâ honestate morum. Hinc, ut probet, paucissimos conservari bonos, ob oculos ponit, vita juvenum atque senium, per quod confirmat assertum suum, quòd paucissimi in honestate morum, et receptâ gratiâ baptismatis conserventur. Ex quo inferri nequit, etiam paucissimos fieri salvos. Vnde mundo si soli innocentes, qui nunquam peccaverunt, salutem consequerentur! Denique etiam illud notandum, quòd nec S. Chrysostomus, nec S. Gregorius illa effecta sua ex revelatione divinitus acceptâ protulerint; loquuntur enim non ex certâ scientiâ, sed tanquam de re dubiâ: *Quis sciat, quam pauci, etc....* Quin et de his dubito. Denique ad objectum S. Augustini textum eum illud advertit Calini, Augustinum loqui nou de solis Catholicis, sed de Christianis universim. Patres enim, ut hic auctor censet, nomine Christianorum et Ecclesiæ communiter non intelligunt solos Catholicos, sed etiam illos omnes, qui Jesum Christum quoquo modo agnoscunt; quoniam vero inter istos magnus invenitur numerus apostatarum, hereticorum et schismaticorum, sicut mirum non est, quòd isti unâ cum adjunctis malis Catholicis in peccato morientibus, pernagnum constituant numerum damnatorum.

Ei his etiam patet, quid respondentum ad visiones, que de ingenti numero reproborum habite dicuntur. Nam hec, siquidem vere sint (ab Ecclesiâ enim nec recipientur, nec proponuntur tanquam canonicae) plus non evincunt, quam homines instar niyium ad inferos decidere, quia videlicet maximus est numerus illorum, qui quotidie malè moriuntur, idololatrarum, Turcarum, Judæorum, hereticorum, isti quippe soli infideles ad confirmandam ejusmodi visionem sufficiunt. Ad hæc observanda vicissitudine temporis est; etenim die quâdam prælia inter Turcas et hereticos, larga fuerit missis dæmonis; at vero dūm unâ die viginti, triginti, vel plura martyrum millia trucidabantur, missis abundantior erat pro celo.

Ista sunt argumenta de majori numero reproborum, vel electorum (spectando solos Catholicos adulstos) in utramque partem à me proposita. Res est, et manet dubia. Eligat prudens ac pius lector illam ex alterutâ opinionem, que ipsi videbitur S. Scripturæ, SS. Patribus, et ratione conformior. Vehementer metuo, ne prima, id est, severior opinio vera sit.

Questio V: *Cujus naturæ et qualitatis est cœlum empyreum?* Likel cœlum empyreum, seu sedes beatorum non solum sensus nostros, sed etiam humanam rationem excedat, ut ex illo 1 Cor. 2, 9, *oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit*, licet, et D. Thomas in II Sent. quæst. 2, dist. 2, probat; tamen ex S. Scripturâ, præsentim ex cap. 21 et 22 Apocal. et ex fine, ob quem hoc cœlum conditum à Deo fuit, illius naturam, conditionem et proprietates colligere et declarare aliquo modo possumus.

Et 4^o quidem cœlum empyreum probabilius non est totum solidum, prout quidam veteres, vide Suarez, I. de Operæ sex dierum, cap. 5, volvère; sed, quamvis in parte extimâ seu supremâ et convexâ, seu superficie, itemque in parte intima, seu (ut ita loquar) in pavi-

mento solidum corpus sit, instar crystalli vel adamantis; in totâ tamen regione interiore et intermediâ fluidum est, atque spirabile instar aeris vel aetheris per immensa illa spatia undequivoca diffluens, velut aura coelestis; quemadmodum prater alios censem Lessius (1), Illeas (2). Hieron. Plazza (3), quorum opinioni favent S. Ambrosius, S. Basilius et S. Damascenus, L. 2 de fide, c. 6, docentes celos non esse solidos, sed tenues et fluidos, ita, ut instar aquæ vel aeris secari et dividii possint. Si enim totum esset solidum, tam angeli, quam homines brevi, et hi quidem post resurrectionem in corporibus suis gloriosis habitare deberent in solido vitro, vel crystallo, ant aliâ materiâ naturaliter non permeabili; quod haud est credibile. Certè si empyreum spirabile non esset, et facile permeabile, non possent corpora beatorum naturaliter se movere, neque loqui, neque olfacere; quare mille miracula absque necessitate, multiplicanda forent. Accedit, quòd dos subtilitatis, seu vis penetrandi corpora, quâ prædicta erunt corpora gloria, illis divinitatis concessa sint potius ob motum nullo obstaculo corporeo impedientium, quam ob commorationem in corpore solidio. Si autem quereras, quanta inter partem infinitam et supremam coeli empyrei, quarum spatium intermedium aura illa coelestis occupat, sit distantia? respondeo: Hoc nobis proorsus incognitum est; credibile tamen est, ut Lessius loc. cit. ait, distantiam fore longè majorem, quam sit intervallum inter superficiem terre et lunam, que juxta recentiores astronomos circiter 60 semidiametris terræ, seu 48000 milliaribus germanicis à nobis distat. 2º Cælum empyreum est immutum, seu non volvitur in gyrum, sicuti moventur planetæ, et juxta veterum opinionem corli inferiores. Nam motus iste circularis et supervacanens est, et minus conveniens fini, ob quem cælum empyreum à Deo creatum est. Videtur enim valde indignum, quòd perpetuò cum illo rapiantur, et in gyrum volvantur beati et sanctissima Christi humanitas. 3º Cælum empyreum lucidissimum est, splendet et oculos beatorum mirè recreat tum luce sibi propriâ, atque innatâ, non extrinsecus mutuata, prout planetæ mutuam à sole lumen accipiunt, tum etiam splendore ineffabili corporum gloriosorum, præsertim Christi et B. Virginis, juxta multiplicitas. Scripturæ testimonia (4); lumen autem glorie non oculos corporeos, sed mentes beatorum illustrat et elevat ad Deum ipsum videndum. Nam hoc lumen est donum supernaturale, quo mens humana elevatur et juvatur, ut possit clare et perfectè conceipere ac intueri natum divinam. 4º Cælum empyreum est altitudinis et amplitudinis immensæ ac incredibilis, juxta illud Prophetæ Baruch 5, 24: *O Israel, quam magna est dominus dei, et ingens locus possessionis ejus!* Profectò, si orbis terræ universus punctum est exiguum respectu coeli

siderei, ut astronomi demonstrant, quid tandem erit respectu coeli empyrei longè magis expansi et sublimioris?

At inquies: Si tam ingens et immensa est celi empyrei altitudo, et à terra distantia, quâ fieri potest, ut Angeli, aut anime sanctorum velut momento temporis inde et ad nos descendant, et illuc revertantur, aut assumptis suis corporibus post universalem resurrectionem in idem cælum commigrent? Nam, ut S. Bernardus, sermon. in festo omnium SS., in 6, ait: *Tanta futura credenda est corporum levitas, et agilitas beatorum, ut possint, si relint, absque omni morâ seu difficultate ipsam quoque cogitationum nostrarum sequi ad omnia velocitatem.* Idem affirmsat S. Anselmus, Prolog. c. 23, et Honorius Augustodunensis I. de Cognit. vere vite c. 43. Respondeo, hanc esse prærogativam, seu donem corporis gloriosi, quæ vocatur agilitas, et vi cuius heati in suis corporibus possunt exercere motum velocissimum in remotissima spatiâ, ut fusius exponunt Hieronym. Plazza loc. cit. part. 3, c. 5, § 4, Lessius, loc. cit. cap. 6, n. 72, Petavius tom. 3, l. 1, cap. 13, Suarez, de Angelis l. 4, cap. 49, et tom. 3, in 3 p. disp. 48, et alii. Certè, si Conditor omnipotens tantam vim pulveri pyro indire potuit, ut stupenda celeritate propellere possit globum tormentarium, cur non potuerit velocitatem multò majorem communicare spiritibus, aut corporibus gloriis? Sciant sanè omnes mathematici et philosophi, quòd, sicut tempus in infinitum divisibilis est, ita etiam celeritas major et major sine fine possibilis sit.

CAPUT IV.

De arbore vite, deliciis sensuum, et aureolis in caelo.

Questio I: *An in caelo reaperè et in sensu litterali datur fluvius, et ex utrâque fluvii parte dispositæ arbores vite, quas describit S. Joannis, Apoc. 22, 1 et 2.* Respondeo: Quamvis hic locus Apocalypses ab Alvarez de Paz, lib. 3 de Perfectione, p. 2, c. 13 aliusque in sensu mystico de perfectione, vel de dotibus beatificis ac honorum et gaudiorum coelestium affluentia exponit soleat; non desunt tamen graves auctores, nominatim Cornelius à Lap., et Tirinus, qui censem, citatum Apocalypses locum preter sensum mysticum etiam habere sensum litteralem, ac in caelo ad litteram verum fore fluvium, veras arbores, vera pomæ, veros flores et res floridas, odoriferas, amoenas, quæ visum, odoratum et tactum corporalem sanctorum perpetuò pascant et continua volupiae perfundent; prout etiam expressè docent S. Augustinus vel quiscumque est auctor libri Meditationum inter opera Augustini in Hymno de gloriâ coelesti contenti, S. Anselmus l. de Similitudinib, cap. 57, et Laurent. Justinianus de Disciplinâ monast. convers. cap. 23, pluresque alii. Id enim et facile Deo et conforme nature corporali et variis revelationibus est compertum (1). Si enim, ut questione precedente probavimus, aura est in caelo empyreo purissima et suavissima, quæ instar aeris

(1) L. 3 de summo Bono, cap. 8, n. 101.

(2) L. 4 Empyreolog. Exercit. 14, sect. 4.

(3) Dissertat. de Paradiso, part. 1, cap. 4, § 5.

(4) Apoc. 21, 22, 23. Et Isai. 60, 19, 20. Et Matth. 43, 43.

(1) Videatur S. Gregorius, l. 4 Dialog. cap. 36. Item Vita S. Dorotheæ 6 februarii.

nostrī finidit et scindit; quidni sit et aqua et horti et fructus, sed ætherei et celestes, quibus sensus omnes corporei beatorum etiam corporaliter delectentur, ut oblectandos mox ostendemus questione sequenti?

At dices: In citato loco Apocalypseos dicitur, quod lignum vite ex utrâque parte fluminis situm, per singulos menses ferat novos fructus. Quis autem hoc credit verum esse in sensu litterali? Dein non est finis fructuum corporalium in cœlo, quia beati non esurient, neque sient amplius, prout legimus Apoc. 7, 16. Respondeo hæc non obstat, quominus predictus locus accipiatur in sensu litterali. Nam quid mirum, quod arbores Paradisi celestis singulis mensibus fructum ferant, cum hoc faciant quædam arbores in loco exilii. Palma enim ad singulos lunaे ortus, singulis etiam ramos procreat, ita ut duodecim ramorum productione annus expletatur; quo circa Aegypti annum indicantes prægebant palmarum, inquit apud Cornelium à Lap. Horus Apollo, Hierog. c. 5. Et in Vita Onuphrii, in Vitis Patrum, L. 6, libello 3, n. 41, legimus, eum fugientem in eremum consedisse juxta fontem, et palmam, quæ singulis mensibus fructum, seu dactylum ci præferbat. Ceterum, ut Tirinus observat, arbores illæ celestes singulis mensibus proferentes fructum, Apoc. 22, 2, in sensu mystico significant, continuam in beatis esse voluptatem et beatitudinis renovationem, eamque semper completam atque perfectam. Quod autem attinet verba, Apoc. 7, 16, ex iis non probatur, nullas in cœlo futuras delicias sensuum, puta gustus, sed tantum nihil beatis defuturum, quod pertinet ad ipsorum beatitudinem, ut Ribera hunc locum rectè exponit, nullasque amplius ipsos à fame et siti passuros molestias. Ceterum neque nos dicimus, gustum beatorum recreandum per cibos corporeos, sed alio modo, id quod ex quest. sequenti patebit.

Questio II: *An beati in cœlo habebunt etiam delicias sensuum?* Respondeo: Imprimis certum est, gloriam animæ redundaturam in corpus beatorum, hoeque ornandum dothibus gloriis impossibilitatis, claritatis, agilitatis et subtilitatis iuxta effata S. Scripturæ et unaniment doctrinam catholicorum. Vide Lessium, L. 3 de summo Bono, cap. 3. At questio ulterior est, utrum preter predictas quatuor dotes singuli sensus corporis gloriæ habituri sint suas proprias delectationes? Ad quod questiuem Lessius, loc. cit. c. 8, cum aliis tum in praecedente questione citatis, tum in presenti questione infra citandis respondet his verbis: Non est dubitandum, quin sensus quoque externi in beatis suas functiones et congruas delectationes post resurrectionem habituri sint. Certum enim est beatorum corpora non fore sensibus destituta, sed perfectissimè instructa, cum perfectissimis organis ad usum eorum opportunis; ac proinde habitura sensuum usum, eumque perfectissimum. Et sanè frustra resumeretur corpus, si non foret ibi sensuum usus et oblectatio; cum corpus humanum non sit necessarium aut utile animæ, nisi propter sensuum usum. Confirmatur primum, quia singulæ sensuæ capaces sunt summæ cujusdam perfectionis sui ordinis, quæ sin-

gulorum est beatitudo et vita beata, quam facilè et sine incommodo vel indecoro possunt in patriâ habere; cur ergo re ipsa non habeant? Confirmatur secundò, quia anima humana non solum est rationalis, sed etiam sensitiva; et in utrâque parte capax oblectationum et vite cuiusdam hecꝝ; ergo non solum in parte rationali beari debet (quod fieri per visionem et fruitionem Dei), sed etiam in parte sensitiva, quod fieri perceptione præstantissimorum objectorum sensibilium, singulis sensibus accommodatorum. Confirmatur tertio: Sancti in sensibus habuerunt multas afflictiones et mortificationes propter Christum, ut patet ex tormentis martyrum et austeritate vite religiosorum. Ergo par est, ut in iisdem recipiant quoque consolationes et præmia singulis sensibus etiam externis accommodata. Quartò confirmatur à contrario. Damnam enim in omnibus sensibus recipient maxima tormenta, ergo beati in iisdem maxima solatia. Non enim est Deus se-
rior in puniendo, quām benignior in remunerando.

Nunc singulorum sensuum oblectamenta consideremus. Ac primum visus habiturus est suam beatitudinem in aspectu corporum beatorum, maximè Christi Domini et beatissime Virginis (vide Suarez in 3 part. tom. 2, disp. 47, sect. 6, conclus. 6). « Cùm unum civem celestem, ait Dionysius Carthus. de mutua Cogn. sanct. in patriâ, artic. 13, in suo decore et gloriâ cernere omne gaudium præsentis vitæ transcedat, quām jucundum erit, tam innumerabilem supernorum civium multititudinem in suo decore et gloriâ feliciter sine fine inspicere! » Et von. Bellarminus, de exteriâ Felicit. lib. 4, c. 5: « Quantum, sit, latificat sol unus exortu suo universam terram! Quid igitur erit videre simul innumerabiles soles, non sola luce illustres, sed membrorum varietate et venustate pulcherrimos? Neque in eo loco claudendi erunt oculi, ne forte à nimio splendore lacerantur; nam et ipsi oculi beati erunt, ac per hoc impassibiles, et immortales. » Et, ut Lessius, loc. cit. c. 8, ait: « Splendor corporum non turbabit spiritus oculorum in beatis, sicut splendor solis in hac vitâ; sed suavissimè corroborabit... His accedit aspectus aliarum rerum pulcherrimarum, quæ ibi erunt. Si enim in hoc exilio et lacrymarum valle tanta est multitudine et pulchritudo rerum, et colorum, et formarum ad oblectandos oculos, quanta erit in patriâ! Quantò enim cœlum terrâ, et status illius beatæ vite statu hujus vitæ est præstantior, tanto ibi omnia decot esse præstantiora et pulchriora. » Porrò de beatitate visuōs in gloriis corporibus etiam disserit S. Bernardinus Senensis.

Auditus beatitudinem suam obtinebit tum in percepcione suavissimi cantus, quo beatissimes, teste S. Scripturâ, Deum laudabunt, tum in sermocinatione mutuâ sanctorum. De primo juxta Hugonem Cardinalem, Lyranum, Bellarminum, Lessium, pluresque alios, Psalmista loquitur in sensu anagogico, dicens Ps. 149, 5, 6: *Exultabunt sancti in gloriâ, latabuntur in cubilibus suis, exaltationes Dei in gutture eorum. Exaltationes Dei*

vocat laudes, quibus Deum extollent. Has ait fore in *guiture eorum*, non ergo tantum in animo; nec solum cogitatione Deum laudabunt, sed etiam voce. Fore enim cantum vocalem, dubitandum non est, ut ait Lessius loc. cit. : « Ratio est, quia, cum homo corpore et animo constet, oportet, ut non solum animo, sed etiam corpore Deo serviat, eumque honoret. Atqui nolum est opus externum, quo Deus magis honoretur, aut quod majorem honestioremque voluntatem contineat quam canticum laudis et gratiarum actionis. Unde saepè in Psalmis et Apocalypsi Joannis mentio fit cantici novi, quod sancti in celo Domino cantabant. Et hoc est sacrificium laudis, quod illi in eternum offerunt. Accedit, quod ex magno amore et gudio homo naturaliter incidetur ad cantandum, ut experientia constat. Intima enim snavitas mentis, dum ex parte superiori redundat in inferiorem, etiam per corporis instrumenta se prodit foris. Quare cum sancti toti sint amores divino accensi, et gudio plenissimi, summe ab intrinseco ad divinas laudes cantu celebrandas inciantur. » Unde S. Gregorius lib. 8 Moral. c. 39, inquit: *In illâ aeternâ patriâ cian justorum mens in exultationem rapitur, lingua in cantum laudis elevatur.* De eadem re S. Augustinus, lib. Medit. c. 25, vel quicunque est piissimus auctor hujus libri, sic scribit: *Felix ego et verè in perpetuum felix, si post resolutionem hujus corporisculi audire meruero illa cantica coelestis melodia, que cantantur ad laudem Regis aeterni, ab illis supernâ patriæ civibus, beatorumque spirituum agminibus!* Idem S. doctor, lib. 22 de Civ. c. 30, et S. Ireneus, lib. 5, cap. 8, concedunt exultationis hymnum in beatis; S. Laurentius Justinianus jam catus melodica cantica civium supernorum mulcentia auditum; S. Anselmus in Elucidario dulcisona organa sanctorum; S. Bernardus Medit. c. 4, linguam et laudem indefessam. Nimis quisque in celo canit laudes divinas modi sibi accommodato; Angeli voce spiritali, homines post resurrectionem etiam corporali. Quanta verò sit future voluptas celestis illius musica, ex terreni cantus dulcedine conjectari potest, que interdum (cum, v. g., excellentissima vox jungitur cithara, vel alteri congruo instrumento) tanta est, ut animum quasi à corpore abducat, et natura mortalis vix ferre queat, ob nimiam cordis dilatationem.

Quod attinet ad idioma beatorum, varia sunt variantia sententia. Eos hebraicè locuturos, est defendunt Haymo, Viguerius(1), Galatinus(2), Menochius(3), aliisque plures. Melchior Inkhofer(4) verò existimat latinam linguan in celo fore communem. Alii apud Galatinum loc. cit. labium hoc electum aiunt grecam esse linguan. Barradius(5), Lorinus verisimiliter putant, locuturos beatos, quacumque lingua libererit: siquidem notae omnes omnibus erunt; poteruntque illis uti pro libitu; quam opinionem etiam Salmeron, tom.

(1) In Institut. cap. 9, § 1, v. 8.

(2) L. 12 de Arcanis Cathol. veritatis, cap. 4.

(3) Centur. 4, cap. 66. Et centur. 40, cap. 63.

(4) In Hist. Sac. Latinitatis, l. 5, cap. 2.

(5) Tom. 3 in Evang. l. 10, cap. 5, ad finem.

1, proleg. 14, vocat piam, ac probabilem; quamvis ipse propendeat in illam sententiam, quod cœlitas tantum hebreicè locuturi sint in supernâ patriâ. Salas (1), Nierenbergius (2), Cornelius à Lapide (3) cœsent novum quoddam idioma fore proprium aula cœlestis, à Deo beatis infundendum, quod omni nostrâ lingua longè nobilius sit et cœleste, summè suave et perspicuum. Huic opinioni quoque suffragantur Sanderus, Thysaeus, et Hennao, qui tamen addit, cœlitas homines interdum illud usurpaturos idioma, quod eis fuerat municipale, dum viverent. Cornelius à Lap. verò monet, loc. cit., his propè verbis: « Præter hanc linguam cœlesti patriæ propriam loquentur beati, cum libuerit, aliis linguis; omnes enim habebunt donum linguarum, et scient omnia idiomata revelatione divinâ. Nam in celo Deus omnibus linguis erit celebrandus (ut censem Salmeron et alii) quia hoc videtur spectare ad majorum Dei gloriam, ut omnis lingua confitatur, quia Dominus Jesus Christus in gloriâ est Dei Pater. Et sic omnis lingua beatorum erit una, quia omnes unum idemque summâ concordia sentient et prædicabunt. » Hucusque Cornelius. Plura de lingua seu idiomate beatorum invenis apud citatos auctores.

Porrò sensus odoratus suam in celo felicitatem habebit in suavitate odoris, quem corpora beatorum, et fortassis etiam locus ipse diffundet. Si enim in inferno futurus est odor teterrimus; et ipsa corpora damnatorum fætidissima; cur non credamus in celo fore odorem suavissimum? Profectò nobis satis constat multa corpora sanctorum statim à morte odorem gratissimum spirare cœpisse, quem alium nemo antea senserat. Hoc de corpore S. Hilarionis testatur S. Hieronymus in vitâ S. Hilarionis. Illoc idem de corpore S. Servuli paralytici testatur S. Gregorius in Dialogis, lib. 4, cap. 14. Nec desunt alia noua pauca exempla similia, tum vetera, tum recentia. Ex quibus colligi potest, si corpora mortua sanctorum post anima glorificationem suavem spirant odorem, multò magis corpora viva et glorificata sanctorum odorem suavissimum spiratura. Accedit, quod refert idem S. Gregorius in duplo loco (4) de Tarsilla sorore patris sui, his verbis: *Tunc sursum respiciens (Tarsilla virgo morti proxima) Jesum venientem vidit; tantaque subtil fragrantia miri odoris aspersa est, ut ipsa quoque suavitatis cunctis ostenderet, illic auctorem suavitatis venisse.* Quòd si corpus Redemptoris glorificatum odorem tantæ suavitatis spirat, omnino creditibile est, omnia corpora sanctorum in celo spiratura miram odoris suavitatem; decet enim, ut membra capiti suu conformia sint, non solum in claritate, sed etiam in odoris suavitate.

Postremò etiam sensus gustus et tactus suam felicitatem obtinebunt, etsi S. Bonaventura (5) odoratum

(1) In 1-2, tom. 4, quest. 5, art. 5, tract. 2, disp. 14, sect. 14, num. 106.

(2) De Origine S. Scripturæ. l. 6, cap. 12.

(3) Comment. in 1 Epist. ad Corinþ. cap. 13, v. 8.

(4) L. 4 Dialog. c. 16. Et homil. 38 in Evang.

(5) In 4 Dist. 49, a. 3, q. 4

et gustum, et Valentia (1) saltem gustum in corpore gloriose esse neget, ed quod non erit ibi nutritione opus, sicut nec generatione. Sed hinc ratio non obstat, nec praebet sufficiens fundamentum praedictos sensus in beatis negandi. Si enim damnati acerimè in his sensibus punientur, ut luant illicitas voluptates, quas per hosce sensum in hac vita perceperunt, ut patet partim ex supra dictis de odoratu, partim in epulone illo, qui cruciabatur in lingua, Luc. 16, 24; cur sancti, qui multa acerba in his pro Christo pertulerunt, non recipient in illis consolationem et voluptatem? Ceterum sensus gustandi suam habebit voluptatem, non in perceptione cibi et potius (2), sed humoris enjusdam suavissimi, qui linguam, palatum et interiora imbut. Hic proveniet partim ex optimo temperamento, (si enim homo boni temperamenti, et planè sanus suavitafficit lingua et palato etiam jejunus; quantò suavius ibi afficitur, ubi temperamentum erit perfectissimum?) partim ex aliquo forte coelesti liquore divinitus infuso, quem credibile est etiam per stomachum cæteraque interiora diffundendum.

De sensu tangendi teste Bellarmino, loc. cit. c. 8, convenient omnes usum ejus non defuturum in celo, cum corpora beatorum sine dubio tangi possint, utpote vera et viva corpora, dicente Domino, Luc. 24, 39: *Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Aberit tamen contactus omnis impurus à corporibus illis, quae concepientiam generandi nullam habebunt, et ut Dominus ipse, Math. 20, 30, loquitur, *in resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in celo.* Nullæ igitur, ut S. Thomas, I. 4 contra gentes, cap. 83, rectè advertit, venere voluptates in corporibus gloriosis dabuntur, sed ille tactus delectationes crunt honestissimæ, et decentissimæ illis corporibus, neque contra aut præter rationem, sed potius admodum rationi consentaneæ; quia non propter se erunt expetendæ, sed ut omnibus modis magis glorificetur Deus, ut observat Suarez. Idem auctor ait, in corpore gloriose fore spiritus vitæ, et animales ad peragendas sensuum operationes necessarios; at incorrumpibiles et alterationi non obnoxios, virtute anime per diversas corporis partes ultrò citrōque discurrentes.

Porrò sensus tangendi in beatis suam voluptatem percipiet tum ex aurâ coelesti, et coelestium corporum attactu, (si enim hic magna voluptas percipitur ex aurâ suavi, et aquarum contactu, quantò magis ibi ex aurâ coelesti, et coelestium corporum attactu?) tum ex intimo sensu optimi temperamenti; homo enim perfectè sanus ipsam corporis bonam constitutionem in se suaviter sentit. Erit autem in beatis perpetua et optima corporis constitutio ob dotes corporis gloriosi, præsertim immortalitatem, impossibilitatem et agilitatem, quæ ad sensum tangendi propriè pertinent. Nam quemadmodum, cum corpus gravatur morbis, plagiis, vulneribus, quæ ad mortem ducent,

(1) Tom. 4, disp. 11, q. 5, punct. 4.

(2) Vide Dionysium Carthus, in 4 sentent. D. 44, art. 4. Et Dominicum Soto in 4. D. 49. Q. 4, art. 5.

sensus tangendi est, qui patitur et dolet; sic vicissim quando corpus bene valet, et sanum ac robustum est, sensus tangendi gaudet. Magno igitur gudio sensus tangendi afficietur in celo, cum post resurrectionem corpora beatorum immortalitate et impossibilitate, atque adeò optimâ valetudine in æternum fruentur. Similiter sensus tangendi beabitur dono agilitatis et subtilitatis. Nam quemadmodum hic sensus malè habet et dolet, quando corpus grave cogitur sursùm ascendere, aut velociter de loco in locum transire; sic è contrario gaudet et letatur, cum corpus sine lassitudine et labore vel sursùm ascendit, vel de loco ad locum velocissimè transit. Ita voluptatem tactus in beatis explicant Bellarminus et Lessius, locis citatis. Singuli igitur quinque sensus corporum gloriosorum suas habebunt functiones et oblectationes.

De quibus omnibus ita scribit S. Laurentius Justinianus, L. de Disciplinâ monast. convers., cap. 23, c. : « Caro spiritualis effecta per omnes sensus suis multimodis exuberabit deliciis. Delectabitur oculas in amabili Redemptoris aspectu, cum videbit Regem in decoro suo gloriâ ornatum.... Melodica cantica civium supernorum non medio criter mulebunt auditum. Fragras quoque suavitatis coelestium odorem ramentorum mirâ liquefactione resperget oderatum. Indicibilis etiam dulcedo omnium delectabilium mellissuâ quâdam et jucundâ suavitate oris saginabit palatum. Ipse demum tactus sibi congruis abundabit deliciis, quas experti narrant. Fas enim non est, ut in illâ coelesti gloriâ quidquam vacet à Dei laude; quin potius justum, ut cuncta corporis membra suum proprio modo efferant Conditorem, quatenus sicut ab ipso sumpsere principium, ita et in illum deducant sue beatitudinis finem, ut sit Deus omnia in omnibus. » Hec ille. Similiter S. Anselmus, lib. de Similitudinibus, c. 27, cum dixisset, quod damnati in omnibus sensibus et membris habebunt maximos dolores, addit: « Eodem modo, sed contraria consideratione, in illâ futurâ vitâ delectatio quedam ineffabilis bonos inebriabit, et inestimabili dulcedine sui totos eos inenarrabili abundantia satiabit. Quid dixi totos? Oculi, aures, nares, os, manus, guttur, cor, jecur, pulmo, ossa, medullæ, exta etiam ipsa, eçuncta sigillata membra eorum in communiam mirabilis delectationis et dulcedinis sensu replebuntur, ut verè totus homo torrente voluptatis Dei potetur, et ab ubertate domus ejus inebrietur. » Sic etiam passim alii sancti scriptores de sensum oblectamentis in celo futuris loquuntur, ut patebit legenti D. Thomam, S. Bernardinum Senensem, et S. Prosperum.

Nec, ut hujusmodi sensuum usum in beatis corporibus futurum esse defendamus, necesse videtur laborare multum in explicando, quomodo tunc sient illæ sensations; poterit enim id fieri divinâ virtute, etsi nos nesciamus modum, quo id fieri. Nec sanè possimus plenè scire, quomodo immutaciones istae tunc sient iuxta illud Augustini, lib. 22 de Civ. c. 30: Qui motus talium corporum (gloriosorum) sint futuri, te-

merè definire non audeo, quod excogitare non valleo. Tamen et motus et status, sicut et ipsa species decens erit, quicumque erit, ubi quod non decebit, non erit.

At queres, an aliquà ratione ab iis, que prægistrarunt sancti viri in hac mortali vita, vel visionibus coelestibus, vel coelestibus canticis, odoramentis aut saporibus vel fomentis, arguere possimus, quænam et quanta sint futura illa sensum oblectamenta in celo? Respondeo, ne hoc quidem nos posse, nisi admodum obscurè, imperfectè et perquam remotè ab indeo eorum rerum, que sensus in celo beatitudo; idque ex eo, quod oblectamenta illa coelesta sunt superioris ordinis; nec conferri cum nostris illa ratione possint. Inde fit, ut mortales hisce de rebus disserant, non secùs ac cœcus à nativitate de luce et coloribus, aut surdus à nativitate de voce et sonis; quos, si de his rebus loquentes audiremus, moverentur ad risum, aut potius ad commiserationem. Unde etiam ea, que hac de re totâ presenti questione diximus, sunt duntaxat subobscura descriptio eorum, quæ nobis in celo expectanda sunt.

Quæstio III: *Quid sunt aureole beatorum, et cur dantur tres, martyrum, virginum, doctorum?* Antequam respondeam, observo, juxta unanimum et certam theologorum doctrinam duplex dari premium beatorum, essentiale et accidentale. Ad essentiale sive primarium pertinet visio beatifica, et omnes reliqui actus et ornamenti, que ex visione consequuntur, et que ratione visionis omnibus beatis debentur. Accidentiale sive accessorum premium est, quod præter primarium peculiari Dei munere, quibusdam operibus excellentibus constitutum est. Hoc non omnibus datur, sed iis solis qui opera illa præsterunt. Inter varia autem accidentalia coelitus premia etiam sunt illa, quia aureole dicuntur, quasi parva corona aurea. Coronæ, quia sunt premia victorie; aureæ, quia pretiosæ et excellentes, parvae tamen, respectu corone primariae, seu prime essentialis. Hunc modum loquendi, seu vocem *aureola* videntur accepis se theologi ex libro Exodi, 25, 25, ubi Dominus in circuitu mensa propositionis, ad oram ejus jubet fieri coronam auream.... altam quatuor digitis: et super illam alteram coronam aureolam. Porro nomen aureola accipitur duplice, in sensu latiori seu magis generali et in sensu strictiori et proprio. In sensu latiori quodvis premium accidentale in celo dei potest aureola per diminutionem, quia est minor coronæ aureæ, nempe visione beatificæ. Propriè tamen accipiendo aureolam (prout hic accipitur et ordinariè à theologi accipi solet), ea est premium accidentale non qualemcumque, sed collatum beatis ob excellentem aliquam victoriam de hostibus Dei et anime relatam. Ex quo patet, quid non omne premium beatorum accidentale sit aureola strictè et propriè talis. Unde D. Thomas dicit, quid aureola (puta in sensu stricto) est quoddam prærogativum premium, prærogativa victoriae respondens. Ibidem. S. doctor etiam rationem adfert, cur tres statuantur aureole, non plures, nec pauciores; quia nimis tres sunt victoriae insignes in

militia vita humanae, sicut sunt tres principi hostes Christi et saluti nostræ; nempe caro, mundus et dia; bolus. De carne triumphal virgo; de mundo triumphat martyr, ab eo persecutionem usque ad mortem sustinens, contempto et postposito amore hujus vite; de diabolo victoriam reportat doctor, qui verbo vel scripto diabolum non solum à se, sed etiam à cordibus aliorum removet, et docendo vel predicando hostem illum terrenum, qui solet homines captivos tenere per errorem et mentis excitatem, superat.

Tres igitur speciales aureole dabuntur in celo, una martyribus, altera virginibus, tertia doctoribus. Aureolam martyrum theologi colligunt ex illis verbis Apocalypses, 7, 9 et 14: *Stantes ante thronum, et in conspectu Agni amici stolis albis et palme in manibus eorum.....Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, et lavaverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sauguine Agni. Aureola virginitatis desumunt ex illo Apocalypses, 14, 3, 4: Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, et ante quatuor aymaliam, et seniores: et nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coquinatai; virgines enim sunt. Ubi peculiare quoddam præmium tribuitur virginibus. Aureola doctorum insinuatur in libro Danielis, c. 12, v. 3, his verbis: *Qui ad justitiam erudiant multos, tanquam stellæ firmamenti fulgebunt in perpetua aternitatis.**

Sed difficultas est, quidam sint haec aureole. Multi cum D. Thomâ putant nihil fore aliud, quam singulare gaudium, quod beati habituri sunt de hujusmodi victoriis, ita tamen, ut ex haec gaudio resultet aliquis decor in corpore; quia scilicet ex illo anime gaudio redundabit ad corpus peculiaris quidam splendor, index et nota ejus gaudii; fermè sicut ex gaudio essentialis premii redundant quidam decor in corpore, quæ est gloria corporis. Et sic aureola principaliter est in mente, sed per quamdam redundatiom est in carne, Dominicus Soto, in dist. 49, q. 5, art. 2, probabile putat hanc claritatem gloriarum ex gaudio illo accidentali in corpus redundantem efformare in capite virginum coronulan albam, in capite martyrum purpuream, in capite doctorum subviridem. Alii existimant, aureolas consistere in signo quodam spirituali anime impresso ad modum characteris, qui in susceptione quoddam sacramentorum imprimuntur. Iterum ali dicunt aureolam esse specialem quamdam dignitatem et eminentiam, que tribus illis victoribus tribuerit; quatenus hi pro exteris erunt conformes Christo, in quo perfectissime fuit totius virginitatis, martyrii, et doctrinae excellentia; fermè sicut in aulis principum quamdam peculiarem dignitatem obtinent, qui in bellis regem proximè sunt secuti, cique in omnibus periculis adfuerunt. Et hanc ultimam de aureolis sententiam Lessini veram esse existimat. Illud certum, quid Deus habeat plurima premiorum genera, plurima ornamentorum et dignitatum, quæ nobis sunt incognita.

Denique, si queras, querimus ex supra dictis tribus aureolis sit præcipua, respondeo cum D. Thoma supplem. q. 96, art. 12: *Præeminentia aureole ad aureo-*

lam potest dupliciter considerari : Primo ex parte pugnæ, ita, ut dicatur illa aureola potior, quæ fortiori pugnæ debetur ; et secundum hanc considerationem aureola martyrum aliis aureolis supereminet uno modo, aureola verò virginum alio modo ; pugna enim martyrum fortissima est, vehementissimè affligens ; sed pugna carnis est periculosis, quia est diuturnior, et magis nobis imminent est vicinio. Secundo potest considerari ex parte eorum, de quibus est pugna, et sic aureola doctorum est inter omnes præcipua, quia hujusmodi pugna versatur circa intelligibilia, alias verò pugnæ circa sensibiles passiones. Sed illa eminentia, quæ datur ratione ipsius pugnæ secundum se spectata est aureola essentialior ; quia aureola secundum propriam rationem respicit victoriam et pugnam. Difficultas etiam pugnæ, quæ attendit ex parte ipsius pugnæ, est potior, quam illa, quæ attendit ex parte nostri, in quantum est nobis vicinior ; et ideo simpliciter loquendo aureola martyrii inter omnes preeminet, deinde aureola virginitatis, postremo aureola doctrinæ ; sed quantum ad aliquid, nihil prohibet alias aureolas excellentes esse aureolæ martyrum.

Plura de aureolis beatorum invenies apud S. Thomam, Viguerium, de Valentia, et theologos passim in tractatu de Fine ultimo, et Beatitudine hominis.

CAPUT ULTIMUM.

Solvitur cavillatio ultima incredulorum contra Apocalypsim, et S. Scripturam universæ.

Questio ultima : *An in Apocalypsi, vel aliis S. Scripturæ libris aliqua continentur falsa secundum rationem naturalem, quæ tamen sint vera secundum fidem, seu revelationem divinam ? Sive an in S. Scripturâ ratio et fides aliquando inter se pugnant ? Antequam respondam, explicandus est status questionis. Igitur secundum, pridem explosam esse Petri Pomponatii, Mantuæ circa annum 1462 nati, sententiam, qui Patavii primùm, deinde Bononia docens asseruit, plura religionis christiana mysteria contra rationem naturalem pugnare ; posse autem aliquid verum esse philosophis, quod falsum sit Christianis, vel contra. Negans itaque mentis humanæ spiritualitatem et immortalitatem, mundumque esse æternum affirmans, cùm atheismi palam accusaret, eo uno sese excusabat, ex philosophie principiis ratiocinari se, non ex principiis religionis christiane, idemque à christiano ut verum asseri debere ob revelationis divinae auctoritatem, quod negandum philosopho philosophice demonstrationes persuaderent. Similem fermè excusationem reposuere Cartesius et Henricus Regius, cùm multa in rebus philosophicis statuisse arguerentur, quæ cum dogmatibus christianæ fidei pugnarent ; scilicet de rebus naturalibus ut philosophos se ex solius ductu naturæ lumini locutos esse, non ut Christianos ex lumine fidei divinitutis accepto. Porrò Pomponatii opinionem pluribus post Benedictum Spinozam confirmare nütitur Petrus Bayle (1), ast cù mente, ut mysteria fidei, sicut*

(1) In Diction. histor. et critic. Artic. *Pomponatius.*

rationi adversa, ita tanquam falsa et commentitia rejecta. Damnata est ea Pomponatii opinio anno 1513 in concilio Lateranensi V, sub Leone papâ X, sess. 8. Et meritò damnata est.

Nam nullum dogma vere religionis revelatae contrarium esse potest rationi naturali, sive, quod idem est, Deus nullo pacto nobis revelare potest veritatem, quæ verè repugnet alicui principio lumine nature evidenti ac demonstrato. Cùm enim contradictria nunquam simul vera esse possint, ant Deus falleret revealingo, aut nature lumen evidentiam verè et secundum omnes rationes sufficietes proponendo, e. g., hanc, *bis duo sunt quatuor*. Atqui hoc atque illud juxta impossibile est. Ex quo enim fieri nequit, ut Deus omniscius non omnem rationem sufficientem cuiuscumque veritatis perspectam habeat, atque ut in homine rationum verè sufficientium veritatis alicuius reipsa detur intuitus (id quod ad veram evidentiam requiri docet logica), quin tamen is veritatem reipsa cognoscat ; ergo Deus nullo pacto nobis revelare potest veritatem, quæ verè repugnet alicui principio lumine nature evidenti ac demonstrato. Confirmatur I. Veritas falsitati est dimiticata contraria, non veritati ; ergo fidei veritates veritatis naturalibus opponi nequeunt. Conf. II. Contrariae opiniones de uno eodemque objecto intellectui ita inesse nequeunt, ut intellectus utrique opinioni assentiantur ut vera ; ergo fieri nequit, ut Deus quidquam revelet, quod veritati naturaliter cognite sit contrarium ; cùm, si id revelet Deus, contrariis veritatibus intellectus assentiantur oporteat, alteri propter naturales demonstrationes, alteri propter divinam relationem.

Ex dictis flunt sequentia corollaria. I. Nec in Apocalypsi, nec in aliis S. Scripturæ libris fides aut revelatio repugnat rationi, sed omnia in illis sunt vera, non solum secundum fidem, sed etiam secundum rationem, hoc sensu, quod nihil ibi contingatur repugnare rationi ; quamvis multa sint supra rationem.

II. Cum Petro Pomponatio turpiter erravit Benedictus Spinoza impie assertus, inter fidei dogmata plurima esse, quæ nec umbram veritatis habeant. Nullum enim est, nec esse potest fidei dogma, quod verissimum non sit. Et quamvis plurima solo naturæ lumine non innescant, adeoque sint supra rationem ; nullum tamen probari ullo modo potest rationi naturali contrarium, seu esse contra rationem.

III. Falsum est, quod quidam dicitant, philosophum ea omnia posse admittere, quæ post matrum rerum omnium examen ex ratione naturali adiungenda esse videantur, quin attendat ad fidem vel revelationem, hoc est, quin animadvertis, num veritates naturales, quas defendit, cum fidei veritatibus conciliari possint. Cùm enim ex una parte naturalis veritas revelata non opponatur, et ex altera parte revelata veritas certa adeo sit, ut de eâ dubitare non faciat ; quidquid divine revelationi adversatur, admitti omnino non potest ut verum. Ergo cùm philosophi sit veritatem unicè querere, nihil is ut verum potest admittere, quod divinæ revelationi adversetur.

IV. Aliud est, esse supra, et aliud esse contra rationem. Nam plura sunt, non solum in revelatione religionis mysteriorum, sed etiam in ipsa natura, que neque per se, neque ex ideis quas habemus, per naturales illationes iuntescunt, quin propterea claris et distinctis mentis nostrae ideis opponantur, aut sint contra rationem. Quare magnum est disserimen inter haec tria, esse positivè secundum rationem, esse supra rationem, esse contra rationem. Ea positivè secundum rationem dicuntur esse, que vera aut probabilia esse intelligere possumus, eas duntaxat ideas examinantes, quas sensibus aut reflexione acquirimus, et que vera aut probabilia esse per ratioenium detegimus. Talis est, e. g., Dei existentia, aut infinita eius perfectio. Ea verò supra vel præter rationem esse dicuntur, quorum veritas ex principiis naturaliter cognitis deduci minimè potest per naturalem illationem ob ignorantiam humanam mentis, et inaccessam mysteriorum fidei sublimitatem. Talis est Trinitas Personarum in Deo, vel alia multa religionis nostræ mysteria. Ea denique dicuntur esse contra rationem, que cum claris et distinctis nostris ideis, seu cum evidenti lumine rationis stare omnino non possunt, sed eidem manifestè repugnant; ut, e. g., pluralitas deorum. Ex his facilem solvi possunt sequentes theistam argutiae.

Opponunt: Quod est supra rationem, eo ipso est contra rationem; sed religio revelata (id est de S. Scripturâ, in quâ plurimæ istarum revelationum continentur) plurima continet, que sunt supra rationem; ergo etiam, que sunt contra rationem. Respondeo: Nego majorcm. Nam, ut ex dictis constat, supra rationem ea dicuntur esse, que inter prædicatum et subiectum enuntiant habitudinem omnino contrariam habitudini, quam inter illud utrumque claram percipit humana ratio. E. g., in hâ propositione: Bis duo non sunt quatuor, vel, Deus non est unus, vel dantur plura entia infinita, perfectissima. Unde esse contra rationem dicit oppositionem cum principiis lumine naturæ notis. Sed ex eo, quod Deus nobis aliqua revelet, que rationem nostram superant, non sequitur, ea principiis lumine naturæ notis adversari. Quisquis eum sobrie sapit, prudenter cogitat, in Deo infinito multa esse, et omnipotentem multa posse, ac omniscium multa sciœ, que limitatus noster intellectus capere nequeat. Porrò, quamvis homo connexionem inter mysteria fidei et rationem naturalem non cognoscat, ob factam revelationem divinam ea firmissime credendo nihil contra rationem admittit. Nam ipsa recta ratio docet, intellectum captivandum esse in obsequium fidei, quando revelatione divina de mysterio aliquo certo extat, prout infra magis declarabimus.

Dicess I. Que sunt supra rationem, non sunt conformia rationi; sed que rationi non sunt conformia, sunt contra rationem; ergo, que sunt supra, sunt etiam contra rationem. Respondeo Dist. maj.: Que sunt

supra rationem, ipsi non sunt conformia positivè, ita ut conformitas mysteriorum fidei cum naturali ratione cognoscatur, conc. maj.; non sunt conformia, id est, disformia rationi, neg. maj. et dist. min.: Que non sunt conformia rationi ita ut eidem sint disformia, illa sunt contra rationem, conc. min.; que non sunt conformia rationi positivè, sive ita ut eorum conformitas cum ratione non cognoscatur, ex hoc ipso sunt contra rationem, neg. min. et cons. Si homo supernaturalia mysteria fidei solâ naturali suâ, quâ predictus est, ratione velit examinare, ea neque rationi conformia esse cognoscet, neque disformia. Non cognoscet ea esse conformia rationi, quia nullum est naturale principium, quocum ea mysteria connectantur, utpote rationem naturalem transcendentia; non disformia, quia, cum exceedant spharam rationis humanae, hoc ipso ex nullo naturali principio demonstrari potest ea esse falsa, aut rationi contraria. Quare in eo statu (videlicet consulendo solam rationem naturalem, et præscindendo à revelatione divina) intellectus omnino ignorat, utrum vera, vel falsa sint fidei nostræ mysteria, cum neque eorum veritatem, neque eorum falsitatem naturalis ratio demonstrare possit. Quando autem accedit revelatione divina de his mysteriis, intellectus, quia ex naturali ratione jam novit, verissimum esse, quidquid Deus ipse revelat, ea mysteria admittit, non quidcum contrarationem iisdem præstans assensum, sed ignorantiam deponens, ut divinae revelationi assensum præstet.

Dices ultimò: Imprudenter, et contra rationem agit, qualquia credit, que superant rationem: ergo religio revelata est contra rationem. Respondeo: Neg. ant. Nam ipsa rationalis dictat, quod Deus sicut omnijure à creaturis rationalibus exigit subjectionem voluntatis in aliis legibus suis servandis; ita etiam jure exigat intellectus subjectionem in credendis veritatis revelatis, etiamsi has capere non possit. In hac ipsa enim intellectus subjectione homo prudentissime et recte rationi omnino conformiter agit, quia ipsa sana ratio, que docet Deum esse omniscium, omnipotentem et infinitè perfectum, dictat etiam Deum plurima scire, posse et in se contine, que captum naturalis rationis excedunt; aliqui non foret infinitè sapiens, infinitè potens, infinitè perfectus, si à limitato seu finito intellectu capi posset. Preterea ratio docet omnia firmissime credenda esse, que Deus revelavit, eò quod impossibile sit ens perfectissimum falliri aut fallere. Unde maximoperè hallucinantur theistæ, quod postulent in mysterio credende rem sibi prius explicari, quomodo aut quare ita sit; sic enim volunt ut mysterium amittat rationem mysterii, ut fiat ipsis in se credibile, seu potius perceptible. Et quid aliud hoc est nisi libenter credere velle, dum nihil credendum supersit, et admittere velle mysteria, ubi nulla porrò sunt? Praeterea in hanc rem respondit olim S. Bernardus, Epist. 190, Abælardo, volenti mysteria fidei per solam rationem explicare: *Dum paratus est, inquit, de omnibus reddere rationem, etiam quas sunt supra rationem, et contra rationem præsumit, et contra fidem.* Quid enim magis contra rationem, quam rationem conari

transcendere? Et quid magis contra fidem, quam credere volte quidquid non possit ratione attingere? Similiter S. Gregorius Magnus, hom. 26, in Evang., ait: *Fides amittit meritum, ubi ratio praebet experimentum.* Et S. Augustinus, tract. 79 in Joan., inquit: *Hac est laus fidei, si quod creditur non videtur: nam quid*

magnum est creditur quod videtur? Denique idem S. doctor, Epist. 145 ad Marcellin., docet his verbis: *Si ratio contra divinarum Scripturarum auctoritatem redditur, quamvis acuta sit, fallit verisimilitudine; nam vera esse non potest.* Plura hæc de re vide apud Tournely, Sardagna et Bened. Stattler.

INDEX RERUM.



- DUVOISIN VITA. 9-10
 TUVACHE VITA. *Ibid.*
 STATTLERI VITA. 11-12
 DE AUCTORITATE SCRIPTURÆ SACRÆ. *Ibid.*
 Caput-primum de authenticitate, integritate et veracitate librorum veteris Testamenti. 44
 Articulus primus. De authenticitate Pentateuchi. *Ibid.*
 Propositio. Pentateuchus cogitus est reipublicæ Hebreorum, genuinumque Moysis opus. 15
 Art. ii. De integritate Pentateuchi. 50
 Propositio. Pentateuchus hodiernus ipsi Moysis codici autographo, in iis saltem quæ ad rei substantiam pertinent, similissimus est. *Ibid.*
 Art. iii. De veracitate Pentateuchi. 37
 Assertio prima. Certa sunt facta quæ in Genesi narrantur. *Ibid.*
 Assert. ii. Vera atque indubitate sunt facta quæ in Exodo aliisque Pentateuchi libris referuntur. 39
 Art. iv. De libris veteris Fœderis Pentateuchum posterioribus. 54
 Assertio. Libris qui in canone Judeorum continentur, speciatim vero prophetiis, non minor debetur quam Pentateuchi fides. 55
 Cap. II. De authenticitate, integritate et veracitate librorum novi Testamenti. 59
 Articulus primus. De authenticitate librorum novi Testamenti. *Ibid.*
 Propositio. Libri novi Testamenti æquales sunt apostolicorum temporum, et ab iis auctoriis exarati quorum nominibus inscribuntur. 60
 Art. ii. De integritate librorum novi Testimenti. 83
 Propositio. Libri novi Testamenti integri et incorrupti ad nos venerunt, seu nullam in rebus saitem aliquius momentum interpolationem passi sunt. 84
 Art. iii. De veracitate librorum novi Testimenti. 94
 Propositio prima. Vera ac certissima sunt miracula Christi exteraque omnia facta historie evangelice. 95
 Prop. ii. Resurrectio Christi factum est certissimum. 109
 Prop. iii. Apostoli illa ediderunt miracula quæ in libro Actuum describuntur. 418
 Cap. m. De divinitate, seu divina inspiratione librorum tum novi tum veteris Testamenti. 150
 § 1. Principia prævia. *Ibid.*
 § 2. Argumenta varia Scripturæ totius divinitatem prolativa examinandur. 155
 § 3. Argumentum unicum convincens esse Ecclesie concors sententia ostenditur. 163
 VEITH VITA. 183-186
 SCRIPTURA SACRA CONTRA INCREDULOS PROPUGNATA. 187-188
 PARS PRIMA. PENTATEUCHUS MOYSIS. *Ibid.*
 PRÆFATIO.
 PENTATEUCHUS CONTRA INCREDULOS PROPUGNATUS.
 Seccio I. — De Moyse, ejusque Pentateuco generatim spectato. *Ibid.*
 Caput I. De persona Moyesis. 189
 Questio I. An Moyses persona vera, vel ficta sit? *Ibid.*
 Quest. II. An Moyses omnibus legislatoribus et scriptoribus gentilibus antiquior sit? 190
 Corollarium I. Moyses suam doctrinam non ex gentiliis poetarum, philosophorum aut legislatorum libris, sed hi potius ex Mosis Pentateuco aliisque S. Scriptura libris magnâ ex parte hauserunt, quæ veritati consona acutè dixerunt, aut sapienter docuerunt. 191
 Corollar. II. Turpiter errat Voltairius, dum ait multis ante Moysen seculis orientalium fabulas omnia illa mira attribuisse Baccho, quæ postea Judæi Moysi affingebant. 192
 Quest. III. I. An Moyses sit auctor Pentateuchi? *Ibid.*
 2. Hæc questione etiam discutitur an Moyses lingua Hebraica vel Aegyptiacæ Pentateuchum scripsit? 193
 3. Cur Moyses in Pentateuco urbium meminerit quæ ipsius tempore nondum exitisse videntur? 194
 4. Cur Moyses in Pentateuco de se velut de tertia quadam persona loquatur? 195
 5. Cur ibidem seipsum vocet virum mitissimum, *Deo maximè familiarem?* *Ibid.*
 6. Quomodo Moyses res gestas ante diluvium aut res diu post diluvium suum eventuras, que in Pentateuco narrantur, scire potuerit? *Ibid.*
 Caput II. — De Chronologîa Mosaicâ, aliisque ad Pentateuchum generatim spectatum pertinentibus. 198
 Quest. IV. An Mosaicæ chronologia de duratione Mundi preferenda sit chronologia Aegyptiorum, Chaldaeorum, Sinensium, et Indorum? *Ibid.*
 Quest. V. An Moyses mira, que de ipso in Pentateuco narrantur, re ipsâ patrârunt? 205
 Quest. VI. An etiam veteres historici profani et gentiles de rebus, quæ in Pentateuco, vel alii antiqui Testamenti libris referuntur, mentionem faciant? 204
 Quest. VII. An Pentateuchus usque ad nostra tempora integer conservatus sit? 206
 Seccio II. — De quinque Pentateuchi speciatim sumptuis. 280
 Caput I. — De libro Genesis. *Ibid.*
 Quest. VIII. An Genes. 4, 1, legendum sit. *In principio creavit Deus cælum et terram, præsentis nostra Vulgata legit; vel potius: Fecerunt Dii cælum et terram, ut Voltairius vult.* 209
 Quest. IX. Qualem fuit illa lux, quam Deus, Genes. 1, 3, creavit? Item a tres primi dies sine sole dari potuerint, qui primum quartu die conditus est? 210
 Quest. X. Quenam sint illæ aquæ, quæ, Genes. 1, 6, 7, dicuntur super firmamentum esse, et divisæ sunt ab aquis sub firmamento existentibus? *Ibid.*
 Quest. XI. Quomodo situs Paradisi terrestris, Genes. 2, 10 et seqq., descriptus, cum hodiernâ geographia conciliari queat? 211
 Quest. XII. An ea, quæ Genes., cap. 3, de serpente Evi tentante narrantur fide digna sint? Nimirum: 214
 1. Quod Eva cum serpente sermones miscerit? *Ibid.*
 2. Quod Eva admiratione non sit capta super loquente bestiâ? Item quod Eva adhuc tam innocens et sapiens accusationibus Dei à serpente prolatis sine indignatione auscultarit? *Ibid.*
 3. Quod Deus, v. 14, serpenti maledixerit, et si non serpens, sed diabolus, serpente tantum organo

- usus, hominem seduxerit? Item quod serpenti de se
innocuit in pueram demuntari: *Super pectus tuum
gradiris et terram comedes, etc.*? Quasi vero serpens
ante lapsum primorum parentum terram non come-
derit, et super pectus suum repartiri. 215
4. Quod serpens loquendi facultatem habuerit? Ubi
etiam quia scilicet oritur, quo idiomatica haec bestia lo-
cuta sit, hebreico, greco, an latino; germanico,
gallico, an italo, etc.? *Ibid.*
- Quest. XIII. An tentatio Eve per serpente duntaxat allegorice sumenda sit, intelligendo nomine serpentis nil aliud, quam tentationem venearem, et no-
mine peccati primorum parentum consensum in
hanc tentationem? Item, an Origenes tentationem Eve per serpente duntaxat allegorice exponat? 216
- Quest. XIV. An de Arca Noe sequentia sint fide digna. 1. Quod indigentem hujus Arcae fabricam Noe cum tribus filiis suis perficere poterait? 2. Quod omnes omnium animalium species cum suis aliamentis in Arcâ sufficiens spatium et locum invenierint? Ubi
etiam questio oritur, quomodo tunc de carnibus per integrum annum, quo diluvium duravit, vescen-
dis prospectum fuerit carnivoris animalibus, leoni-
bus, ursis, aquilis, lupis, etc. 3. Quod ex remo-
tissimis terris, et ultimis Americae plagiis omnes omnium animalium species ad Arcam venerint? 4.
Quod manuocedita in Arcâ commorari tam-
pore potuerit, cum non nisi celi rare nutritari, et
pedibus carens nullibi consistere valeat, sed in per-
petuo volatu sit? 220
- Quest. XV. Quid incredulis respondendum ad sequen-
tia de diluvio dubia. 1. Sitne credibile, quod dilu-
vium fuerit universale, et totum globum terrestrem operuerit? 2. Unde tanta aquarum quantitas et abun-
dantia? 3. Quem in finem aqua totum globum ter-
restrem operuerit, cum humanum genus tunc so-
lam Asiam habitat? 4. Unde columba finito dilu-
vio, si hoc universale fuerit, oleum attulerit; pre-
sertim cum olive in Armeniâ non crescant, nec ex
anno integro sub aquis virere potuerint? 5. Quo-
modo verba illa Vulgata latine, Genes. 8, 6 et 7 :
*Noe... dimisi corvum, qui egradiebatur, et non rever-
tebatur, concilientem cum textu hebreo dicente: Ex-
iit (vorus) egridiendo et redeundo, etc.*? 6. Quoniam
iris, Genes. 9, 12 et 12, post diluvium in nubibus
poni potuerit taquam signum foederis inter Deum
et homines; quasi vero ante diluvium nulla iris un-
quam apparuerit? 7. Quâ via homines et animalia
post diluvium ex arca egressi pervenire potuerint
ultra lacus et mari in remotissimas insulas, ipsan-
que Americanam a reliquis orbis partibus immenso
mari sejanctam? 223
- Quest. XVI. An anni primorum hominum et Patriar-
charum ante diluvium viventium fuerint nostri an-
nisi parés? 223
- Corollarium. Crassè hallucinatur auctor impii libri
Horus dicti, dum annos vitæ Adami, easterorumque
Patriarcharum ante diluvium existentium fuisse tan-
tim totidem menses lunares affirmat. 223
- Quest. XVII. An omnia, que de rebus post diluvium
gestis in libro Genesis narrantur, credibile sint? 1.
Quod Noe posteri voluerint ad dicere *turrim cuius
culmen pertingat ad celum*. Genes. 11, 4? 2. Quod
Loth uxor, Genes. 19, 26, verè in statuum salis
conversa fuerit? 3. Quod Jacob ad filium suum Joseph, Genes. 37, 10, dixerit: *Nun et ego et mater
tua adorabimur tibi super terram?* cum tamen Rachel
mater Josephi tunc jam mortua fuerit? 4. Quod Jose-
phus de pistorum Puraonis praefecto, Genes. 40,
19, cum veritate vaticinatus fuerit: *Pharaon aufer-
cat tunc, ac suspendet te in cruce.* An malefactores
amputato capite suspendantur? 223
- Cap. II. — De libro Exodi. 226
- Quest. XVIII. An virgo magorum aegyptiacorum,
Exod. 7, vers. 11 et 12, in veros serpentes verse
sint? 227
- Quest. XIX. An non sit contradicatio inter Exod. 7,
- 20 et 21, ubi dicitur quod Moyses aquam in totâ
terra Aegypti converterit in sanguinem, et v. 22, ubi
dicitur, quod magi aegyptiaci fecerint similiter. Quo-
modò enim hi fecerunt similiter, cum non amplius
fuerit in Aegypto aqua, que non jam pritis à Moysi
fuerit in sanguinem conversa? 228
- Quest. XX. An non sit contradicatio inter Exod. 9, v.
6, ubi affirmatur, quod mortua sint omnia anima-
ta Aegyptiorum, et v. 9, ubi animantia ulceribus in-
ficienda pradicuntur: *Eruui in hominibus et jumentis
ulcerâ.* Quoniam enim in jumenta potuit plaga ol-
cerum deservire, si jam ante mortua fuere omnia
animantia? 229
- Quest. XXI. An Moyses fuerit dux Hebraeorum arro-
rogans et truculentus? *Ibid.*
- Quest. XXII. Quare Moyses cum sexcentis milibus
bellatorum, qui armati axierant ex Aegypto, fugerit
coram Pharaone, et non potius expugnarit totam
Aegyptum, recente primogenitorum morte conser-
natam? 240
- Quest. XXIII. An in transitu Hebraeorum per mare
Rubrum miraculum intervenierit? *Ibid.*
- Ubi etiam controversia discutitur, utrum Israelite to-
tam latitudinem alvei maris Rubri transierint, vel
solum descripto velut semicirculo ad ejusdem littori-
um, per quod ingressi erant, superiora reflexo ita-
nere evaserint? 244
- Venturum etiam questio: Quoniam vitulus aureus,
Exod. 32, v. 20, à Moysi conteri usque ad pulve-
rem, et hic pulvis potabilis reddi potuerit? 246
- Questio XXIV. Cur Moyses Hebreos per desertum iun-
nere 40 annorum duxerit, cum eos intra spatum
aliquot dierum ex Aegypto in terram promissionis
deducere potuisse? 248
- Caput III. — De libro Levitici. 249
- Quest. XXV. Ad quid profuerint innumere leges ca-
remoriales in libro Levitici et Deuteronomio con-
tentae, quibus populus Israeliticus onerabitur? *Ibid.*
- Quest. XXVI. Quoniam leges ceremoniales de illi-
cito est quorundam animalium, salvâ veritate hi-
storicâ rerum naturalium, explicari possint, e.g.,
dum Lev. 11, v. 5, esus leporis ex hac causa prohi-
bitetur, quia lepus ruminat quidem, sed nungilum non
dividit; quod falsum videtur esse utrumque. Item
dum Lev. 11, v. 43, Israelitis prohibetur, ne gry-
phem comedant; cum tamen incertum sit, an gry-
phes dentur? 251
- Quest. XXVII. An lex, Lev. 2, 1, dicens: *Animâ cum
obrulerit oblationem sacrifici Domino, simila erit ejus
oblatio, fundetque super eam oleum, et ponet thus, non
contradicat legi Lev. 3, v. 11, que sic habet: Of-
feret pro peccato suo simile partem Ephi decimam.*
Non mitet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet;
quia pro peccato est. An præcipere, et prohibere
idem (nimis) affusionem olei, et impositionem
thuris non sint leges sibi opposite? 254
- Quest. XXVIII. An circumcisus originaliter sit ex pre-
cepto divino, quod Deus Abraham, et Israelitis dedit, vel an hic ritus jam ante Abramum apud
Aegyptios usitatus fuerit? *Ibid.*
- Caput IV. — De libro Numerorum. 257
- Quest. XXIX. Utrum verisimile sit, tam grandes uvas
in Palestina crescere, ut duo viri exploratores uiam
earum ex palmitæ pendente in vete portave-
rint? *Ibid.*
- Quest. XXX. Sitne credibile, quod asina Ba'ami lo-
cuta sit, cum tamen locutio ratione supponat? 258
- Quest. XXXI. An credibile sit, quod Deus (ut Num.
cap. 33 narratur) propter fornicationem alienus
Israelite cum scoto Midianitide commissum, ex-
adem 24000 Israelitarum præcepérerit aut approbá-
rit? 259
- Quest. XXXII. Utrum verisimile sit, quod à cassis
Midianitis ingens illa præda reportata fuerit, que
Num. cap. 31 describitur? 260
- Quest. XXXIII. An odium Hebreorum erga Chana-
neos, quale Numer. 35, v. 50 et seqq., velut à Deo

- Israelitis praeceptum describitur, fuerit justum et licitum? 264
 Caput V. — De libro Deuteronomii. 266
 Quest. XXXIV. An non sit contradicatio, dum Deut. 1, v. 4, dicitur: *Hæc sunt verba, quæ locutus est Moyses ad omnes Israel trans Jordanem; cum tamen alibi, nempe Deut. 52, v. 50, dicatur, quid Moyses Jordanem nunquam sit translatus?* *Ibid.*
 Quest. XXXV. Quomodo translustrant verba Deut. 4, 2, ubi Moyses dicit: *Non addetis ad verbum, quod robis loquor; cum tamen postea plurimi addiderint Josue, Judices, David, Salomon, et omnes Prophetæ?* 237
 Quest. XXXVI. Quomodo hi duo textus, Deut. 12, 15: *Occideat comedere, sive immundum fuerit sive mundum.* Et Deut. 14, 5: *Ne comedatis, quæ immunda sunt, inter se concilientur?* *Ibid.*
 Quest. XXXVII. An Deuteronomion, cap. 16, 2, dicens: *Immolabis phase de, oibus et de bobus, non contradic libri Exodi cap. 12, 11, ubi non nisi agnos pro phase immolari permittitur?* 268
 Quest. XXXVIII. An omnia, quæ de Palestina in Pontatecum, vel in libro Josue dicuntur, sint verisimilia? *Nimirum* *Ibid.*
 1. An Palestina meritorum spatio, aut latissima; prout Exodi 3, 8, et Josue 13, 1, dicitur; cum tamen S. Hieronymus ipsemet fatetur, eam esse regionem exiguum? *Ibid.*
 2. An verisimili sit, in regione tam exigua ante adventum Hebreorum regnasse tringinta et unum reges; prout Josue cap. 12 narratur? *Ibid.*
 3. An tam fertilis et fecunda fuerit Palestina, quemadmodum Deut. 8, 7, 14, et cap. 52, v. 15 et 14, à Moyse describitur? *Ibid.*
 PARS SECUNDA. LIBRI JOSUE, JUDICUM ET RUTA. 271 272
 Sectio I. De libro Josue. *Ibid.*
 Quest. I. An transitus Jordanis (Josue 3, 16 et 17) inerit miraculum. 273
 Quest. II. An muri urbis Jericho (Josue 6) absque miraculo collapsi sint? 274
 Quest. III. Quid sentiendum sit de illa quorundam sententiâ, qui putant, non omnes in toto ambitu urbis Jericho muros fuisse collapsos, sed eos praecipue, qui Israeliticò exercitu fuere oppositi? 276
 Quest. IV. An sol ad imperium Josue vere steterit, ita, ut dies rapè prolongatus fuerit? *Ibid.*
 Hac questio etiam discutitur, 1. an, vel cur scriptores profani veteres de grandi hoc miraculo silent? 281
 2. An Josue gloria miraculorum Moysem superaverit? *Ibid.*
 5. Quomodo stare possit veritas illius effati S. Scriptura dicentis: *Non fuit antea, nec postea tam longa dies;* cum tamen tempore Ezechiel regis, quando sol decem gradibus retrocessit, dies videatur longior fuisse, quam tempore Josue? 282
 4. Au observations astronomicae omnes fallant, si ad imperium Josue dies prolongata est? 283
 5. Cur Josue non dixerit: *Sta terra, sed, Sta Sol;* cum tamen terra circa solem, et non sol circa terram moveatur? *Ibid.*
 6. An illa verba: *Steteruntque sol et luna,* propriè et in sensu stricto, vel tantum inappropriè et in sensu poetico ac hyperbolico summe sint? 284
 Quest. V. Quomodo concilientur verba (Jos. 11, v. 21 et 22) *Josue interfecit Enacim... non reliquit unum de stirpe Enacim,* cum verbis (Jud. 4, v. 20) ubi dicitur: *Caleb delerit ex Hebron tres filios Enacim?* 285
 Quest. VI. Quomodo liber Josue secum ipso concurdet, dum urbem Jerusalem modò tribui Benjamin, modò tribui Juda assignaret? 286
 Quest. VII. Quomodo verba (Josue 11, v. 18, 19 et 23): *Ita percussit (Josue) omnes, ut nullus ex eis dimitteret reliquias... Omnes civitates bellando cepit...* Cepit Josue omnem terram, scilicet locutus est Dominus ad Moysen, quæcumque terra à prætissimis, concordent cum capite 17, v. 12, et cap. 18, v. 2, quibus plurius adhuc Chananeos, urbes, et arces expugnandas superfulsis perhibetur? *Ibid.*

- Quest. VIII. Quomodo Josue Israhelitas in Sichem congregatos, potuerit sistere in conspectu Domini, et ponere lapidem in sanctuario Domini (Josue 24, v. 1 et 26); cum sanctuarium et arca tunc (Josue 18, v. 1) non fuerit in Sichem, sed in S. I. 287
 Sect. II. De libro Judicium. *Ibid.*
 Questio I. Quid nomine *Judicium* hic intelligatur? *Ibid.*
 Hac questio etiam discutitur, 1 quodnam et quotplex horum judicium fuerit officium? 288
 2. Utrum illi judges etiam vocari possint *reges* populi Israeliticici? *Ibid.*
 5. Quando tempore judicum fuerit forma Israeliticæ reipublicæ? An monarchica, vel aristocratica, vel democratica? 289
 Quest. II. Utrum Israelite tempore judicum certum ac definitum verò religiosum systema habuerint? *Ibid.*
 Hac questio etiam discutitur, 1. an Israelite tempore judicum crediderint, tantum unicum verum Deum (nempe Israelitæ) dari, vel totidem deos esse, quot diverse ditiones, aut regiones sunt? 291
 2. Utrum Israelite in Palestina factos currus habere potuerint, cum in montosis illa regione non alia jumenta, quam asinos habuerint? 292
 Quest. III. Quo sensu (Jud. 1, v. 8) Jerusalem dicatur ab Israelitis capta et tota exusta; cum tamen dicit postea (2 Reg. cap. 5) David cum, pulsis Iudeis, primum expugnaret? 294
 Quest. IV. Cur tribus *Dan* (Jud. 8, v. 4) quesierint possessionem sibi, ut habitaret in ea; et si jam antea, Josue 19, v. 40, una cum aliis tribubus partem suam acceperit? *Ibid.*
 Quest. V. An verisimile sint, quæ de prælio, quod Barak comitate Debora (Jud. cap. 4) init cum Sisara, ibidem narrantur? 295
 Hac questio etiam discutitur, 1 utrum ad radicem montis Thabor, ubi hoc prælium commissum est, sit vasta planities? *Ibid.*
 2. Utrum Azor, ubi Jabu rex Chananeus, cuius bello dux erat Sisara, residencebat, tantum fuerit vicus, vel potius urbs munita? 297
 3. Cur Sisara fugitus, curru suo desilierit, et pedibus fugerit? 298
 4. An Jabu caput Sisara clavo transfigens peccari? 299
 Quest. VI. An S. Scriptura in voto Jephite abominabilem quarundam gentium morem, quæ homines velut victimas diis suis immolarunt, approbet? 300
 Quest. VII. Quomodo historia de examine apum, et favo melis in ore leonis à Samsonem occisi reperto (Jud. 14, v. 8) congruat cum experientia et anatomico testimonio Aristotelis, Varro, Plinii, aliorumque rerum naturalium investigatorum, asserentiam apes procul à putredine fugere, nec unquam illuc accederi, ubi foeda sunt cadavera, vel sanguis, vel capo? 304
 Quest. VIII. Quomodo verisimile reddi possit, quod S. iuris Domini (Jud. 14, v. 6 et 19, item cap. 15, v. 14) in Samsonem irruerit, ac eidem insolitum illud corporis robur concesserit; etiam si Samson contra legem Dei (Exod. 34, v. 12, et Deut. 7, v. 5) graviter videatur delinquisse, ducento uxorem alienigenam, mulierem Philistheam? 307
 Hac questio etiam discutitur, utrum mulier Philistaea, quam Samson uxorem duxit, fuerit Dalila? 308
 Quest. IX. An non fabula potius, quam historia illud sit, quod Scriptura (Jud. cap. 15) de vulpibus Samsonem narrat? *Ibid.*
 Hac questio etiam discutitur, num verisimile sit, unum hominem, nempe Samsonem, trecentas vulpes cepisse? *Ibid.*
 1. Item Samsonem caudas harum vulpium ad caudas jungere, et facies in medio ligare potuisse? *Ibid.*
 3. Cur non Samson ipsemet in segetes Philisthaeorum lignem injecerit, aut loco vulpium canes, fles aut lepores adhibuerit? 309
 Quest. X. An verisimile sit, quod Samson (Jud. 15,

- v. 15) maxilla asini mille viros interfecerit? Item, quod ad levandas Samsonis sitem aqua de maxilla asini scaturierit, et hic fons Samsonis per multa secula (ut interpres communiter asseverant) fluxum suum continuaverit, et fortassis etiamnun continuet? 512
- Quest. XI. An verisimile sit, quod Philistheum, cum audisset (Jud. 16, v. 2) quod Samson urbem Gazam ingressus sit, et ibidecum apud mulierem mere-tricem divertat, hujus domum non invaserint, ut Samsonem ibi jaculis confoderent, vel cremarent unam cum domo? Item an verisimile, quod Samson ambas urbis Gaza forces (ibid. 5) cum postibus suis et sera ad verticem montis portaret, ac tam latos humeros haberet, ut iisdem geminis porte fores imponeat potuerit? Item an verisimile, quod custodes, qui ad partem civitatis (Jud. 16, v. 2) tota nocte cum silentio prestolabantur, ut facto mane exequente occiderent, Samsonem ab egressa et violentia ablatione forium porte urbis non impedi-rint? 313
- Quest. XII. An credibile sit, quod Deus Samsoni (Jud. 16, v. 28, 29 et 30) supernaturales vires concesse-rit ad duas columnas domus concutendas, et si ulciscendum se de hostibus suis, et seipsum cum illis occidendum; cum tamen odium inimicorum et occisio sui ipsius sint iure nature prohibita? 517
- Hac questione etiam discutitur, num Samson anima immortalitatem crediderit? 522
2. An dubia sit Samsonis aeterna salus? Ibid.
3. Quid sentiendum sit de revelationibus, qua dicuntur esse S. Machilidis? Ibid.
- Quest. XIII. An non melius scriberetur, et diceretur Sunson, quam Samson? Eadem questio institutior de omnibus aliis nonnibus propriis originaliter hebraicis in Scriptura occurrentibus, et examinatur, utrum scribi et pronuntiari hec nomina debant, prout in textu originali hebreo scripta sunt, et à novellis hebraicantibus pronuntiari solent; vel potius, prout in Vulgata nostra latina, et in graco textu septuaginta Interpretum scripta sunt, et à nonnullis vulgo pronuntiantur? 523
- Sect. III. De libro Ruth. 529
- Quest. I. Cur liber Ruth medius ponitur inter librum Iudicium, et libros Regum? 530
- Quest. II. Cur Elimelech (Ruth. 1, 1) dicitur fuisse de Bethlehemi Iuda; cum ejus filii (ibid. v. 2) appellent Ephrathaei, quasi de tribu Ephraim? Ibid.
- Quest. III. An filii Elimelechi, natione Iudei, licet accepserint (Ruth. 1, 4 et 15) uxores Moabitidas? Ibid.
- Hac questione etiam discutitur: An Booz (Ruth. 4, v. 15) Israelita licet nupserit Ruth Moabitida? Ibid.
- Quest. IV. Ab suo in Judicium comitatu Rutham et Orpham dehortando (Ruth. 1, v. 8, etc.), non peccaverit Noemi? 532
- Quest. V. An Noemi non peccarit, dando Ruthem ridiculum, penitus lenonimum consilium (Ruth. 3, 4), et ostendens eidem modum invitandi Boozum ad matrimonium secum ineundum? 534
- Hac questione etiam discutitur, an non peccavit ipsa Ruth, exequendo hoc consilium? Ibid.
- PARS TERTIA. LIBRI IV REGUM, II PARALIPONENON, ET II ESDRÆ. 537-538
- Sectione I.—De quatuor libris Regum. Ibid.
- Caput I.—De libro I Regum. Ibid.
- Quest. I. Quomodo Elecana (1 Reg. 1, 1) dici possit Ephrathaeus, quasi ex tribu Ephraim oriundus; cum tamen (1 Paralipom. 6, 36) dicatur fuisse ex tribu Levi. Ibid.
- Quest. II. Quomodo illa domini verba ad Ieli (1 Reg. 2, 25); *Videbis annulum tuum in templo*, explicanda sint? Nam iste annulus neque potuit esse Samuel, quia hic nunquam fuit sacerdos; hoc loeo autem sermo est de anno, qui sit sacerdos summus. Neque Sadoc (ut interpres communiter censem) quia Ieli diu ante Sadoc mortuus est, adeoque hunc in templo videre non potuit. Ibid.
- Quest. III. An Samuel (1 Reg. 7, 17) licet aedificaret altare in Ramathâ, etsi tabernaculum federis tunc alibi fuerit? 538
- Quest. IV. Quomodo Samuel inter judices populi Israe- litici poneo potuerit Badan (1 Reg. 12, 11) dicens *Misi Dominus Jerobaal, et Badan, et Jephthe, et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum*; cum tamen nullus inter judices sciatur Badan no- mine? 339
- Quest. V. Num verisimile sit, quod Saül tam enormem exercitum habuerit, qualis (1 Reg. 4, 8) his verbis: *Et recensuit eos in Bezech; fueruntque filio- rum Israel trecenta milia*, describatur? Ibid.
- Hac occasione etiam discutitor questio: Quomodo aut quibus armis Saül et Jonathas Israelites hostes superare potuerint; cum illo tempore in omni terra Israel non inventus fuerit faber ferrarius, qui Israelites arma euduceret, nec in die pœli ensis aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saüle et Jonathâ, inventa sit, exceptio Saüle et Jonathâ filio ejus; prout (1 Reg. 15, 19 et 22) dicitur? 540
- Quest. VI. Quomodo solus Jonathas et armiger ejus (1 Reg. 14, 14) potuerint per centere viginti Phi- listheos, cum tamen hi eos (ibid. v. 11) viderint ad- ventantes? 542
- Quest. VII. An Samuel regimen despoticum tyran- norum solemniter approbarit, dum (1 Reg. 8, 41 et seq.) jus regis ita descripsit: *Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, et ponet in curribus suis*, etc. 549
- Quest. VIII. An Samuel fuerit vir ambitious, et an ideo postulat populi Israëlitici regem petentis ipsi displicuerit, quia previdi, sic jus judicis super Israel sibi filiis suis admidendum? 544
- Quest. IX. An fundata sit suspicio, quod Samuel non ex instinctu divino, sed ex conventione humana cum Saüle initia hunc regem elegerit ex spe, Saulen in regendo populo nihil nisi ex voluntate et iussu suo (i. e., Samuelis) acturum? Item an Samuel Saulen neo-electum regem domum redire jusserit; ipse vero loco hujus neo-electi regis populum multis adhuc annis regere perrexerit, novo rege Saüle intrim vitam privatam ducente? 543
- Quest. X. An Samuel (1 Reg. 15, 22, 55) ex lau- dabilis hinc Saülem regem increperit, ac à Deo abjectum pronuntiarit, eo quod capto regi Agag ex humanitate et misericordia perpercerit? Item: An decuerit virum sanctum et Prophetam, qualis dici- tur fuisse Samuel, miserum et captivum regem Agag (ibid. v. 35) immisericorditer in frustu concide- re? 547
- Quest. X. An Samuel fuerit vir seditionis, et turbaram in regno Israel, ac dissidii inter regem Saül et Davidem auctor? 548
- Quest. XII. Quomodo Deus (1 Reg. 13, v. 13) praeparare, i. e., confirmare in æternum potuerit regnum Saüli, qui erat ex tribu Benjamin; cum tamen (Genes. 49, 10) jam multis ante seculis sceptrum Israel promissum fuerit tribui Iuda? 550
- Quest. XIII. Quomodo explicari possint verba illa (1 Reg. 13, 1): *Filius unius anni erat Saül, cum re- gnare ceperisset; duabus autem annis regnavit*; cum tamen Saül neque unius duntaxat anni filius fuerit, quando regnare cepit, neque duobus tantum annis regnabit? Ibid.
- Quest. XIV. Quomodo intelligenda verba illa (1 Reg. 16, v. ult.): *Quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saül David tollebat cytharam, et percutiebat manus suā, et resuscitabatur Saül et levius habebat?* Quis est iste spiritus Domini malus? Si fuit spiritus Domini, quomodo simul potuit esse malus? Dein qualis est proportio aut vis musices ad fugandum spiri- tum? 552
- Quest. XV. Quomodo intelligendum illud (1 Reg. 18, 10): *Invasit spiritus Dei malus Saül, et prophetabat in medio domus sue*, cum tamen prophetare sit boni et non mali spiritus? 553

- Quest. XVI. Quomodo concordent hæc duo, dūm (1 Reg. 15, v. 33) dicitur: *Non vidit Samuel ultra Saul usque in diem mortis sue*, et tamen postea (1 Reg. 19, v. 24) *Saul coram Samuele adeoque hoc videente tota die prophetasse narrauerat*? 554
- Quest. XVII. Quorsum (1 Reg. 24, v. 4) narretur, quod *Saul ingressus fuerit speluncam, ut purgaret ventrem*. An non hoc et plura alia similia in Scripturis sunt inutiliter dicta, in modo eloquio Dei indigna et indecentia? *Ibid.*
- Quest. XVIII. Quomodo pythonissa in Endor (1 Reg. 28, 12) Samuelis animam ab inferis resuscitare potuerit? An anima etiam sancta, qualis fuit illa Samuelis, in sua quiete arte magica turbari possunt? Aut annō ipse Samuel, sed tantum dæmon illusor in formā Samuelis apparuerit Sauli? 358
- Quest. XIX. An Saul aeternum damnatus sit. 364
- Quest. XX. Num credibile sit, quod David gladium Goliatii tractare, eoque in secundo et pugnando uti potuerit, cum tamen Goliatius ingens gigas altitudinis sex cubitorum et palmi (1 Reg. 17, v. 4); David autem tunc adiuc puer seu adolescentis (ibidem v. 33 et 42) fuerit? *Ibid.*
- Quest. XXI. Quomodo David (1 Reg. 15, v. 14. Et Actor. 13, v. 92) cum veritate dici possit *vix secundum cor Dei*; cum ta nra præter adulterium cum Bethsabæ, et horacidium Uriæ, etiam alia delicta commisrit? 366
- Cap. II. — De libro 2 Regum. 370
- Quest. XXII. Quomodo concordet sermo Amalecite (2 Reg. 1, v. 40) narrantis se occidisse Saulem, cum illis Scripturæ (1 Reg. 31, v. 4 et 5) verbis: *Dixitque Saul ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, et perci me... Et nolui armiger ejus... arrupit itaque Saul gladium et irruit super eum*, etc. Nam si Saul seipsum occidit, quomodo ab Amalecita occidi potuit? *Ibid.*
- Hæc occasione etiam discutitur questio: An David peccaverit, aut crudelis fuerit, quod Amalecitem illum est vestigio, nra videtur, interlici jussit, nro ipsi relicto spatio temporis agendi penitentiam, et sese ad mortem disponendi? 371
- Quest. XXIII. Quo sensu Deus (2 Reg. 7, v. 15) de Salomonem dicat: *Misericordiam meam non auferam ab eo*; cum tamen Salomon probabilitate aeternoperierit? 372
- Quest. XXIV. Quo sensu (2 Reg. 8, 18) dici possit: *Filiæ David sacerdotes erant*; cum tamen sacerdotes non ex tribu Iuda (ex quâ David erat) sed tantum ex tribu Levi fuerint? *Ibid.*
- Quest. XXV. Quomodo hæc verba (2 Reg. 10, 18): *Occidit David de Syris septingentos currus, et quadragesima milia equitum*, conciliari possint cum illis (1 Paral. 19, 28) verbis: *Et interfecit David de Syria septem milia currum et quadraginta milia pedium*. An non aliud sunt septingenti currus, quam septem milia currum, et aliud quadragesima milia equitum, quam quadragesima milia pedium? *Ibid.*
- Quest. XXVI. An David dūm (2 Reg. 12, 51; item 1 Paralip. 20, 3) super cives expugnatæ urbis Rabath ferrata carpenta circumvegit, sicut eos *seruavit*, et *culturis divisit*, à crudele excusari possit? 373
- Quest. XXVII. Num credibile sit, quod David (2 Reg. 12, 50; item 1 Paralip. 20, 2) coronam regis Ammonitarum tulerit de capite ejus, et eandem, Læt, tidentum auri (i. e., 125 libras romanis) ponderaverit, imponeretur capiti suo? 374
- Quest. XXVIII. Num credibile sit quod Absalom quotannis (2 Reg. 14, 26) *ponderaverit capitulos capitis sui detonsos ducentis scilicis*, i. e., octo libris romanis cum triente; cum tamen capillus unius hominis non possit anniversariæ tensione tantum ponderis messe? 375
- Quest. XXIX. An non sit absurdum, et fabule proximum quod Absalom (2 Reg. 18, 9, 15) propriis suis capillis in arbore suspensus fuerit, et quidem per aliquam temporis moram? 377
- Quest. XXX. Quomodo Adeodatus filius Saltus (2 Reg. 21, 19) Goliath Gethseum percutere potuerit; cum iste (1 Reg. 17, 14) jam antea à Davide fuerit occisus? 378
- Quest. XXXI. An verisimile sit, quod in Palestiniā, regione tam exigua, tempore Davidis fuerint octingenta milia virorum fortium, et in sola tribu Iuda quingenta millia pugnatorum, ut Scriptura (2 Reg. 24, 9) dicit; aut quod, facta jam divisione regni Israel à regno Iuda, in solo regno Iuda (2 Paral. 17, 13, 19) sub rege Josaphat fuerint viri bellatores et robusti (exceptis aliis, quos posuerat in urbibus munitis in universo Iuda) ad undecies centena et sexaginta millia? 380
- Quest. XXXII. An verisimile sit, quod Deus optimus ob numeratum à Davide populum, 70 millia viorum (2 Reg. 24, 15; item 1 Paralip. 21, 14) pestilentia occiderit; cum tamen neutriquam inquinum, sed potius officium principis sit, scire subditorum suorum, maximè militum, numerum? *Ibid.*
- Quest. XXXIII. Quomodo verba illa (2 Reg. 24, 9): *Dedit ergo Joab numerum descriptionis populi regi, et inventa sunt de Israel octingenta milia virorum fortium, quod educerent gladium, concordent cum illis* (1 Paralip. 21, 5): *Deditque David numerum eorum, quos circulaverat: et inventus est omnis numerus Israel, milie milia (i. e., millio) et centum milia virorum educientium gladium. An octingenta millia sunt idem, ac milio cum centuo milibus?* 382
- Cap. III. — De libro 3 Regum. 384
- Quest. XXXV. An David sit reus perfidie, perjurii et genuina meditata cadiis dūm, propinquus morti, Salomonus jussit, ut Josabut ei Semei interficiat (3 Reg. 2, 6 et 9), et hanc Joab in belligando optime de Davide meritus; maledicō autem Semei pœna mortis jam pridem (ibid., v. 8) à Davide condonata fuerit, et quidem jurato? *Ibid.*
- Quest. XXXV. An Salomon (5 Reg. 2, 25) justè egerit, fratrem suum Adoniam occidendo? 385
- Quest. XXXVI. An Salomon (5 Reg. 2, 26 et 27) Abiatharem summum Pontificem jure excommunicaverit? 388
- Quest. XXXVII. Quomodo verba illa (5 Reg. 3, 12) Dei ad Salomonem: *Dedi tibi cor sapiens, ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit*, explicari valeant; cum tamen Adam, Moyses, B. Virgo, sapientiores fuerint Salomonem? 389
- Quest. XXXVIII. An verisimile sit, quod imprium Salomonis tam amplum fuerit, ut *huberit omnium regum à fluminis terra Philistiniæ usque ad terminum Egypti*, etc., prout (5 Reg. 4, 21) dicitur? 391
- Quest. XXXIX. An descripsit ehi Salomonis (3 Reg. 4, 22 et 25) his verbis: *Erat autem ebius Salomonis per dies singulos, trigesita cori similes, et sexaginta cori farinae; decem boves pinguis, et viginti boves paschiales, et centum uiriles, excepta v. nitione cervorum, caprærum, atque bubularum, et avium altissimis, verisimilis sit?* 393
- Hæc occasione etiam discutitur, utrum verimile sit, quod (ibidem v. 26) dicitur: *Et habebat Salomon quadragesima milia præsepsa equorum curriuum, et duodecim milia equestrium?* 395
- Quest. XL. Num decens fuerit, Salomonem regem opulentissimum monera accipere à quādam reginā ex Arabiā adventante, scilicet à reginā Saba, prout (3 Reg. 10, 10) narratur? 398
- Quest. XLI. An Salomon peccarit, habendo septingentas reginas, et trecentas concubinas, seu uxores secundarias (3 Reg. 11, 5); item coacervando sibi (Ecclesiasticus 2, 8) *argentum et aurum*? 399
- Quest. XLII. Quomodo Salomonis templum (3 Reg. 6, 7) edificari potuerit, quin maleus, et securis, aut aliud instrumentum ferreum audiretur? 400

- Quest. XLIII. An templum Salomonicum ob architectonicam (3 Reg. c. 6), ac maiestatem suam dilaudari mereatur? *I id.*
- Quest. XLIV. Quomodo locus Scripturae (3 Reg. 7, 26), ubi de mari aeneo dicitur. *Duo milia batos capiebat, conciliatur cum altero Scriptura loco (2 Paralip. 4, 5, ubi de eodam mari dicitur : Capiebant tria milia metras, i. e., batos?* *402*
- Quest. XLV. An illud de mari aeneo (3 Reg. 7, 25) assertum : *Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio usque ad labium... et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum, salvâ geometriâ defensum possit; cùm aliquis vasis, cuius diameter decem cubitorum ad labium est decem cubitorum, peripheria non tantum sit triginta, sed triginta et unus ferme cum dimidio cubitorum?* *403*
- Quest. XLVI. Quomodo illud (3 Reg. 7, 24) pariter de mari aeneo assertum : *Et sculptura subierit labium circubat illud decem cubitis ambiens mare, cum geometriâ congruat, juxta quam ambitus seu peripheria alienus vasis, cuius diameter decem cubitorum est, nequaque potest esse totidem seu decem dantatax cubitorum?* *404*
- Quest. XI. VII. Quid sentiendum sit de illa Salomonis oratione (3 Reg. 8, 41) : *Insuper et alienigena, qui nou est de populo tuo Israel, cuius veneria de terra longinqua proper nomen tuum... et oraverit in hoc loco (i. e., in templo Salomonico), tu exaudiens in celo... et facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena. An sapiens, pia et efficaces fuerit hæc oratio? Sed quis credit, quid alienigena, i. e., gentiles idolatria in templum venerant adoratui Deum Israel, aut quid Deus, qui (Joan. 9, 51) peccatores non audit, alienigenarum preces in templo sancto suo exaudire paratus fuerit?* *Ibid.*
- Quest. XLVIII. An Salomon (5 Reg. 9, 11) licet deridet regi Hiram rigitum oppida in terra Galilee; etsi in lege (Lev. 35, 25) prohibutum fuerit, aliquid de terra promissionis alienare? *406*
- Quest. XLIX. Quomodo illud (3 Reg. 8, 9) : *In arcu autem non erit aliud nisi duas tabulas liquidas, quas posuerit in eâ Moses in Horib; conciliari possit cum verbis Pauli (ad Hebr. 9, 4) : dicentis : In qua (arcu) erat urna aurea habens manna, et virga Aaron, quæ fronduerat, et tabula Testamenti. Nonne aperta contradictione videtur esse in his duabus propositionibus: In arcu nil erat nisi dubius tabulæ Testamenti: In arcu præter has duas tabulas erat urna cum manna, et virga Aaron?* *407*
- Quest. L. An Salomon sit salvus? *Ibid.*
- Quest. LI. Quomodo explicari possit illud (3 Reg. 15, 5) : *David fecit rectum in oculis Domini, et non declinavit ab omnibus quæ præcepereat ei, cunctis diebus vita sua, excepto s'rumne Urias Hethæ; cùm tamen constet, David-madhue sibi peccasse, ministrum numerando populum, decrando mortem Nabal, innocentem Miphilo ethi mediani partem facultatim admendendo, et crudelissime seviendo in Ammonitas?* *412*
- Quest. LII. An non sint contradictiones, dñi, 3 Reg. 13, 14, de rege Asa dicitur: *Excella autem in absolu-
tute. Sed (2 Paralip. 14, 2) idem rex commenda-
tur: Subvertit altaria p'regrini cultus et excelsa. Item
dum (3 Reg. 22, 44) de regno Josaphat dicitur: Ve-
rum tamen excelsa non absolti. Sed (2 Paralip. 17,
6) de eodem legitimus: Cinquæ sumpisset cor ejus
audacia proper vias Domini, etiam excelsa et lucos
de Iuda absolti. An excelsa auferre, et non auferre
non sint propositiones contradictoriae?* *413*
- Quest. LIII. An corvi, à quibus Elias (3 Reg. 17, 4 et 6) pastus est, fuerint veri corvi, vel potius Angeli specie corvorum, aut homines Arabes, vel mercatores? *Ibid.*
- Quest. LIV. An sacrificium ad preces Eliæ suæ sponte succensum (3 Reg. 18, 38) fuerit verum miraculum? *415*
- Quest. LV. An cædes sacerdotum Baal (3 Reg. 18,

- 40) justè patratra sit? *416*
- Quest. LXI. An Propheta Michæas à mendacio et fraude excusari possit, dñu (3 Reg. 22, 13) regi Achab interroganti, cum eundum sit in Ramoth Galaad præhandum, vel non, respondit: Ascende et rade prosperè, et tradet eam (urbem) Dominus in manu regis; cùm tamen postea Achab in eo prælio occisus sit? *418*
- Quest. LXII. An non sit contradicatio, dñu (3 Reg. 22, 34) dicitur: Vir autem tetendit arcum, in incertum sagitam dirigens, et casu percussit regem Israel (i. e., Achab) inter pulmonem et stomachum; contra (2 Paralip. 18, 35) idem rex Israel sagitâ in aer cœticem et scapulas percussus scribitur? *419*
- Cap. IV. De libro 4 Regum. *Ibid.*
- Quest. LXIII. An verisimile sit, quod Elias (4 Reg. 2, 14) corrug igneo et equis igneis in celum raptus sit, sub fulmen mundi (ut Christiani volunt) redditus? *Ibid.*
- Quest. LXIX. An non factum Elisei (4 Reg. 2, 25 et 24) in pueros parvos ipsi ob calvitium illudentes immitis duos ursos, qui laceraverunt ex eis quadragesima duos pueros, fuerit inhumananus et crudelis? *421*
- Quest. LX. Num ex illis Scripturæ verbis (4 Reg. 3, 14 et 15) Dicitur ad eum Eliseus.... Adducit nithi psalmum. Cunque caneret psalmus, facta est super eum manus Domini, Spinoza rectè probet, prophetas in prophétati varillas pro variâ et diversâ temporeramen corporis sui et imaginis sue dispositione? *423*
- Quest. LXI. An Eliseus ab errore et scelere excusari possit, dñu (4 Reg. 5, 18 et 19) Nasauen syro concessit, ut comitudo dominium suum regem coram idolo Remmon adoraret? *426*
- Quest. LXII. Quomodo (4 Reg. 9, 27) Ochozias dici possit iussi Jeu per percussus in ascensu Gær, quæ sunt fauces non longe à Jerusalem sitæ; cùm tamen (2 Paralip. 22, 9) Jeu dicatur *Ochoziam comprehendens latitantem in Sameria, adiunctum ad se occidisse?* *429*
- Quest. LXIII. Sitne credibile, unicum Angelum (4 Reg. 19, 53) una nocte interficere 185000 Assyriorum? Item, fuerit ne iste Angelus bonus, an malus? Et cur non ipsum quoque assyriaci exercitus supremum ducem Sennacherib occiderit? Denique cur historici ethnici et profani de stupenda hac strage nil membrinerint? *Ibid.*
- Quest. LXIV. An omnia, que (4 Reg. 20, 8, 12) de horologio Achaz regis ægrotantis narrantur, verisimilia sint? *431*
- Quest. LXV. Quomodo illud (4 Reg. 23, 7): *Vinxit (Nabuchodonosor rex Sedeciam) cœstens et oddict in Babylonem, concordet cum illo (Ezech. 12, 13): Non videbi (Sedecias rex) terram Chaldeorum. An Sedecias Babylonem adductus, terram Chaldeorum non vidit?* *436*
- Sec. II. De duobus libris Paralipomenon. *Ibid.*
- Caput I. De libro 1 Paralipomenon. *437*
- Quest. I. An chronotaxis regum Iuda in LL. Regum et Paralipomenon ubique concordet; item an libris Paralipomenon etiam cum aliis V. T. libris consentiant? *Ibid.*
- Quest. II. Ad quid prosint prolixii nominum catalogi, et longissime genealogiae 1. 1. Paralip. primis 9 capitibus, et alibi frequenter in Scriptura contentæ? *438*
- Quest. III. Quomodo (1 Paral. 4, 36) Thanna numerari possit inter filios Eliphaz; cùm tamen Thanna (Genes. 36, 12) dicatur fuisse concubina Eliphaz? *439*
- Quest. IV. Quà ratione (1 Paral. 4, 38) filii Seir, i. e., Esau, vocentur Lotan, Sobah, etc.; cùm tamen Esau nullus hiunc nominis filios haberetur? *Ibid.*
- Quest. V. Quomodo David (1 Paralip. 2, 15) dici possit septimus filius Isai; cùm tamen (1 Reg. 16, 11) narretur, quod inter septem filios, quos Isai Samuel

- stitit David non fuerit. *Ibid.*
- Quest. VI. Quomodo (1 Paral. 3, 5) David de Bethsabe quatuor filios natos fuisse dici possit; cum tamen (Prov. 4, 3) Salomon se *unigenitum coram matre sua vocet?* 440
- Quest. VII. Quomodo illud (1 Paral. 3, 19): *De Phadaiā orti sunt Zorobabel, et Semæ;* Zorobabel genuit Mosollim, concilietur cum verbis (Matth. 1, 12 et 15): *Salathiel autem genuit Zorobabel;* Zorobabel autem genuit Abiud. Si enim Zorobabel natus est de Phadaiā, quoniam simul potuit esse genitus de *Sathaliē?* *Ibid.*
- Quest. VIII. An aut quoniam promissio divina Davidi (1 Paralip. 10, 11 et 12) facta: *Cumque impleris dies tuos, ut vidas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, et stabulum regnum ejus.* Ipse adificabat mihi domum, et firmabat solium ejus usque in *eternum*, impleta fuerit: cum tamen Nibuchodonosor solium Salomonis in *Sedēriā* penitus everterit? *Ibid.*
- Quest. IX. Quoniam illud (1 Paral. 18, 12): *Abisai filius Sarvae percussit Edom in valle Salinarum, decem et octo milia,* concilietur cum verbis in titulo Psalmi 59: *Et convertit Iacob, et percussit Idumeum in valle Salinarum duodecim milia.* Si enim Abisai Idumeam percussit; ergo non Iacob. Si hac Victoria percussa sunt decem et octo milia, ergo non tantum duodecim milia. Aut quoniam ista concordant? 441
- Quest. X. Num credibile sit, quod David Salomonis filio suo ad adificandum templum (1 Paral. 22, 14) legaverit *auri talenta centum milia, et argenti mille milia talentorum.* Et preterea de cumulatis à se pecunie reliquerit (1 Paral. 29, 4) tria milia talenta *auri de ux Ophir, et septem milia talentorum argenti probatissimi, ad deuarandos paries templi?* Num, inquit multi ex hodiernis et philosophis et politicis, hac credibilius sint? *Ibid.*
- Quest. XI. Quoniam illud totam templi delineationem manu Dei scriptam accepterit, prout in Scripturā (1 Paral. 18, 19) narratur? 446
- Quest. XII. Quo sensu David sexus (1 Paral. 29, 1) Salomonem illum suum jam adulterum et regne matutinam a *pelari adhuc paenit et tenellum?* *Ibid.*
- Cap. II. — De libro 2 Parapiomenon. *Ibid.*
- Quest. XIII. Quoniam verba illa (2 Paral. 1, 15): *Venit ergo Salomon ab excelsō Gabaōn in Ierusalem coram tabernaculo foderis, concordent cum illis verbis (ibid. v. 3): In excelsō Gabaōn erat tabernaculum foderis?* Si enim tabernaculum foderis tunc fuit in excelsō Gabaon, quoniam simul potuit esse in Ierusalem? *Ibid.*
- Quest. XIV. Quoniam verba (2 Paral. 2, 2), ubi praepositi operariorū ad struendū templū dicuntur fuisse 3600 concordent cum verbis (3 Reg. 5, 16), ubi tantum 530 praepositi hujus structure nominantur? 447
- Quest. XV. Quoniam locus Scripturae (2 Paral. 3, 4), ubi Salomon dicitur aedificasse domum Domini seu templum in monte Moria, concilietur cum alio Scriptura loco (Psalm. 77, 68), ubi illud dicitur aedificatum in monte Sion? *Ibid.*
- Quest. XVI. Quoniam locus Scripturae (2 Paral. 3, 4), ubi de templo dicitur: *Porrō altitudo centum virgin cubitorum erat,* concilietur cum alio Scriptura loco (3 Reg. 6, 2), ubi templum duotaxat *triginta cubitos in altitudine habuisse legimus?* *Ibid.*
- Quest. XVII. Quoniam Hiram, rex Tyri (2 Paral. 8, 18), naves Salomonis in Aslongaber (ibid. v. 17), quae ad oram maris Rubri est, nöttere potuerit? Aut an naves ē portu Tyro, qui ad mare Mediterraneum sitos est, per intermedium terram continentem ad oram maris Rubri devovere potuerit? 448
- Quest. XVIII. Quoniam Hebrei (2 Paral. 10, 4) contra Roboam conqueri potuerint de tributorum excessu, sibi à Salomone impositorum: *Pater tuus durissimo jugo nos pressit, etc.*; cum tamen (ex 2
- Paral. 9, 20) constet, eam sub Salomone divitiarum affluentiam fuisse, ut *argentum in diebus illis pro nihil reputaret?* 449
- Quest. XIX. Quoniam verba illa (2 Paral 14, 6): *Nulla temporibus ejus (i. e., regis Asa) bella surrexerant, pacem lurgiente Domino, concordent cum illis verbis (ibid., 9): Egressus est contra eos (i. e., co tra Asæ exercitum) Zarathoës cum exercitu suo decies centena millia, et curribus trecentis. Numquid tali modo temporibus Asæ bella surrexerunt?* *Ibid.*
- Quest. XX. Quoniam (2 Paral. 15, 19) dici possit. *Bellum non fuit usque ad 35 annos regni Asæ,* cum tamen certum sit, quod Zara multis ante annis bellum adversus Regem Asa moverit? Item quoniam (2 Paral. 16, 1), dici possit: *Anno autem trigesimo sexto regni ejus (i. e., Asæ regnantis) ascendit Baasa, rex Israel, in Iudam,* cum tamen Baasa jam ante annum 27 regis Asæ (3 Reg. 16, 8), ē vivis excesserit? *Ibid.*
- Quest. XXI. Quoniam (2 Paral. 21, 12) Regi Joram ab Eliae litteræ afflerti potuerint, cum hic Propheta sub Joram patre, i. e., sub rege Josaphat (4 Reg. 2, 12), jam in colum raptus sit? *Ibid.*
- Quest. XXII. Quoniam illa verba (2 Paral. 22, 2): *Quadragesima duorum annorum era Ochozias, cum regnare cœpisset,* cum his verbis (4 Reg. 8, 26) *Viginti duorum annorum era Ochozias, cum regnare cœpisset,* conciliari possint? 450
- Quest. XXIII. Quoniam illud (2 Paral. 24, 14): *Cumque complerent omnia opera, detulerunt coram rege et Iouda reliquam partem pecunia, de qua facta sunt vasa templi aurea, etc., concordet cum alio Scriptura loco (4 Reg. 12, 13) ubi dicitur: Non siebant ex eadem pecunia hydria templi Domini et omne vas aureum, etc.* *Ibid.*
- Quest. XXIV. Quoniam illud (2 Paral. 36, 9): *Octo annorum era Joachim, cum regnare cœpisset,* concilietur cum verbis (4 Reg. 24, 8): *Decem et octo annorum era Joachim, cum regnare cœpisset?* 451
- Sect. III. — De duobus Ibris Esdræ. *Ibid.*
- Cap. I. — De libro 1 Esdra. *Ibid.*
- Quest. I. An Esdras sit auctor Pentateuchi? *Ibid.*
- Quest. II. An Esdras Libros sacros restauravit tantum, vel omnino recens ē memoria dictaverit? 452
- Quest. III. An Esdras veteribus characteribus Hebraicis characteres novos seu Chaldaicos substituerit? *Ibid.*
- Quest. IV. An Esdras textui Hebreico addiderit puncta vocalia, que hodie in Biblio Hebraicis habemus? Item, quanta auctoritatis sint haec puncta? 453
- Quest. V. Quoniam Scriptura locus (1 Esdr. 1, 9 et 10), ubi dicitur, *vasa sacra, Iudeis restituta, universis confecisse 2499,* concilietur cum versu undecimo ibidem, ubi legimus, fuisse vasa 5400? 462
- Quest. VI. Quoniam numerat 775 filios Area, qui cum Zorobabel ē Babylonie in Iudeam redierunt, concilietur cum alio loco (2 Esdr. 7, 10), ubi soluti 652 filii Area cum Zorobabel redisse dicuntur? *Ibid.*
- Quest. VII. Quoniam (1 Esdr. 4, 8) *Sassabas* dici possit Princeps Iuda; cum tunc temporis (1 Esdr. 2, 2) *Zorobabel* fuerit Princeps Iuda? *Ibid.*
- Quest. VIII. An in catalogis Iudeorum Babyloniae Jerosolynam revertentum (1 Esdr. cap. 2 Et 2 Esdr. cap. 7), nulla sit contradictione; cum hi catalogi neque in summa personarum, neque in eorum nominibus sibi consentiant? *Ibid.*
- Quest. IX. Quoniam Scriptura locus (1 Esdr. 2, 2), ubi Mardochai cum Zorobabel ē Babyloniam in Iudeam rediit, concordet cum libro Esther (cap. 2, 5), ubi Mardochaeum in Persidis civitate Susan habuisse legimus? 463
- Quest. X. Cur (1 Esdr. 2, 63) loco *Nehemia* ponatur vox *Athersata?* 464
- Quest. XI. Quoniam locus Scripturae (1 Esdr. 4, 6), ubi Samaritani Judæos apud regem Assuerum accu-

- sasse dicuntur, concilietur cum versu 7 subse-
quente, ubi legimus, quidam praefecti regii similem
accusationem Iudavorum ad Artaxerzen regem Per-
sarum scriperint; cùm tamen (tunc nec A-suerus,
nec Artaxerxes, sed Cambyses, et post hujus mor-
tem Oropastes (alio nomine Sinerdis) rex Persa-
rum fuerit? *Ibid.*
- Quest. XII. Quo sensu Zacharias (1 Esdr. 5, 1), dici
possit *plus Adda*; cùm tamen (ex Zachar. 4, 1) con-
sistat, Add omnis fuis e avum Zacharia, hujus vero
patrem fuis e Barachiam? *Ibid.*
- Quest. XIII. Quomodo (1 Esdr. 6, 5) dici possit: *Visa
qua tulerat Nabuchodonosor, posita sunt, in templo
D i;* cùm tamen templum tunc nondum reedifica-
tum fuerit? *403*
- Quest. XIV. Quomodo (1 Esdr. 6, 22), dici possit,
quod ad Judeos *Dominus converterit cor regis Assur*;
cùm tamen excisa jam à 20 circiter annis fuerit mo-
narchia assyrica, succedente persicæ? Quomodo
rex Assur, qui non amplius dabatur, potuit cor-
sum ad Judeos convertere? *Ibid.*
- Cap. II. — De libro 2 Esdrae. *Ibid.*
- Quest. XV. Num credible sit, quod Nehemias (2
Esdr. 1, 4) propter muros Jerusaleni pridem ever-
sus, et portas à *Nabuchodonosore* ante 140 circiter
anno combustas, amare *fuerit*, et *luxurie diebus
multis?* *Ibid.*
- Quest. XVI. Quomodo Nehemias (2 Esdr. 2, 1 et seq.) anno 20 regimini Artaxervisi mense Nisan (qui partim Martio, partim Aprili nostro respondet) fa-
cilitatem retrocessendi Hierosolymam ab Artaxerxe
petre potuerit; cùm tamen (ex 2 Esdr. 1, 1 et seq.) con-
stet, Nehemiam primùm in mense Ca-leu seu
Novembri ejusdem anni 20, regimini Artaxervisi,
misericoribus statum intellexisse, quo motus Hie-
rosolymam prolixè primùm decrevit. Quomodo
in mense Martio vel Aprili proficiere potuit, qui in
mense Novembri ejusdem anni se ad iter priuum
resolvit? *Ibid.*
- Quest. XVII. Quomodo Nehemias (2 Esdr. 5, 14) dici
possit *Dux in terra Juda*; cùm (ex 2 Machab. 1, 18
et 21) non fuerit *dux Juda*, sed *sacerdos?* *418*
- Quest. XVIII. Quomodo (2 Esdr. 2, 46) dici possit,
quod Nehemias nihil de suo proposito indicaverit
iis, qui faciebant opus, h. e., qui muros Hierosolyma
restaurabant; cùm tamen tunc nondum erat in-
choata instauratio murorum? *Ibid.*
- Quest. XIX. An haec verba (2 Esdr. 7, 4): *Civitas erat
lata nimis... et non erant donus adificatae*, non con-
tradicant illis (ibidem, v. 5) Nehemias verbis: *Posui
custodes de habitatoribus Jerusalem... unumquemque
contra domum suam*. Nunquid haec ultima verba sup-
ponunt, domus tunc iam fuisse adificatae? *Ibid.*
- Quest. XX. Quomodo illa verba (2 Esdr. 9, 7):
Eduxisti Abram de igne Chaldaeorum, intelligenda
sint? Quomodo enim Abram de igne educi potuit,
qui non fuit in igne conjectus? *Ibid.*
- Quest. XXI. Quomodo intelligendum illud (2 Esdr.
12, 46): *Et omnis Israel... sanctificabant levitas, et
levite sanctificabant filios Aaron?* Ceteri inferior non
sanctificati superiorem; ergo laici non levitas, nec
hi sacerdotes. *408*
- PARS QUARTA. TOBIAS, JUDITH, ESTHER ET JOB. 467-468
- Sectio I. — De libro Tobiae. *Ibid.*
- Quest. I. Utrum liber Tobiae, aliique libri Deuterono-
Canonicorum, quos Tridentinum in canone sacrorum Li-
brorum posuit, inter Canonicas Scripturas recte à
Catholice censentur? *Ibid.*
- Quest. II. Quo sensu de amicis Job, qui cum consola-
banti causa (Job. 2, 11) accesserant, dici possit
(Tob. 2, 15): *Beato Job insultabani reges?* An
amici Job fuere reges? Et, an consolari est in-
sultare? *485*
- Quest. III. Quomodo (Tob. 1, 2) absque lesione veri-
tatis dici possit, quod senior Tobias captus fuerit in
diebus Salmanasar regis Assyriorum; cùm tamen
alibi (4 Reg. 15, 29) expresse dicitur, quod The-

- glatphalasar*, qui illum in regno Assyriorum pre-
cessit, ceperit universam terram Nephtali (ex qua
etiam erat Tobias iuxta Tob. 1, 1), et in *Assyrios
translusterit?* *486*
- Quest. IV. An non sit antilogia seu contradicatio, dum
(Tob. 3, 7) Sara, quam in uxori habitus erat
Medorum; cùm tamen pœna, quando Tobias cum
angelo Raphaële (Tob. 4, 21) pervenit ad locum,
ubi erat Sara, inde miserit hunc angelum (Tob. 9,
3) ad Gabulum habitantem in Rages civitatem Medo-
rum? Quomodo angelus ex Rages civitatem Medorum,
in qua tam ipse, quam Tobias et Sara, jam erant, po-
tuit mitti in eandem civitatem ad Gabulum? *Ibid.*
- Quest. V. An non fabulam sapiat, quod (Tob. 3, 8)
narrator, scilicet Sarah tradidit fuisse septem vi-
ris, et dæmonium nomine Asmodeum occidisse eos,
mox ut ingressi sunt ad illam? Item, quod in ver-
sione græca 70 Interpretatione (Tob. 6, 15) dicitur,
nimis *Saram fuisse adamatum à dæmonio?* Quis
enim credit, dæmonem, qui est spiritus prorsus in-
corporeus, carnaliter dilexisse Sarah, et ex zeloty
septem illos viros occidisse? *488*
- Quest. VI. An à mendacio excusari possint, que an-
gelus Raphael in libro Tobie dixisse legitur, e. g.,
dum (Tob. 5, 7) interrogatus à Tobia juniori, unde
esset? respondit, se esse *ex filiis Israel* (2). Aut,
dum de via in Medianum interrogatus (ibidem 8), ait:
*Noui, et omnia itinera ejus frequenter ambulavi, et
mansi apud Gabulum fratrem nostrum* (5). Aut, dum
rogatus de familiaria sua (ibidem 18) inquit: *Ego sum
Azarias, Azanias magni filius* (4). Aut, dum ad quæ-
stionem Ragiulus, unde ipse et Tobias junor essent,
(Tob. 7, 5), resp. nudit: *Ex Tribu Nephtali sumus
et captiuitate Ninive. Nonne cum Witakero Calvini-
ista ex his meritis coquendis potest librum Tobie
non esse Canonicum, cùm Angelum Dei mendacem
exhibeat?* *489*
- Quest. VII. An non asiaticas fabulas sapiant, que in
libro Tobie (cap. 6, v. 8 et 9) de pisce et fumo cor-
dis eius referuntur his verbis: *Cordis ejus (i. e., pis-
cis) particulam si super carbones ponas, fumus ejus
extircat omne genus dæmoniorum, sive à viro, sive à
muliere, ita ut ultra non accedat ad eos.* Et iterum:
Incenso jecore piscis, fugabitur dæmonum. Si quid
dæmonio cum fumo pisces (2)? Item de demonio
(Tob. 8, 5) religio in deserto superioris Egypti. At
quomodo spiritus ligari potuit (3)? de cane (Tob. 11,
9) præcurrente, et ruditum Tobias junioris blandi-
mento canadæ sue quasi prenuntiante? Nunquid
hace et simili in episodijs pœc fabulae ad consolando
dis in captivitate Judeos excogitatae censer possunt?
491
- Quest. VIII. Quomodo Tobias senior (Tob. 14, 7) de
extinctione templi Jerosolymitanum tanquam de re pre-
terita loqui potuerit: *Dominus Dei, que... incensa
est, recedit habebit*; cùm tamen hac incensa diu post
mortem Tobie contigerit? Nonne haec ansam pre-
bent suspicandi, quod aliquis impostor priuum post
eversionem templi Salomonici et Jerosolymæ librum
Tobie confinxerit? *494*
- Quest. IX. Quomodo Tobias senior (Tob. 14, 6) de
eversione urbis Ninive prædicere potuerit his verbis:
Propè erit interitus Ninive; cùm tamen ex historiâ
certum sit, quod Ninive jam ante Tobie tempora
diruta fuerit? *Ibid.*
- Quest. X. Cur Josephus Judeus gesta Tobie, si vera
sunt, ne verbo quidem attigerit, sive in sua historiâ
de Antiquitatibus Judeis, sive alibi? *495*
- Sect. II. — De libro Judithi. *Ibid.*
- Quest. I. An liber Judith sit vera historia? *Ibid.*
- Quest. II. An historia Judithæ ante vel post captivita-
tem Babylonicam, aut quo tempore contigerit? *498*
- Quest. III. Cur Josephus Judeus de historia Judithæ
altum sileat? *505*
- Quest. IV. An liber Judith sit Canonicus? *Ibid.*
- Quest. V. Quomodo absque errore in re historicâ (Ju-

- dith. 4, 4) dici possit : *Arphaxad... rex Medorum...*
adificavit civitatem potentissimum, quam appellavit Echbaras; cum tamen ex Diodoro constet, quod haec civitatem jam ante regem Arphaxad adificaverit Dejoces, Medorum rex? 509
- Quest. VI. 1. Quo modo salvâ veritate (Judith. 1, 5)
dici posse est : Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnauit in Ninive civitate magnâ, pugnauit contra Arphaxad; cum tamen tempore Nabuchodonosoris jam destruxerit Ninive? 2. *Quis fuerit ille Nabuchodonosor? Certè Nabuchodonosor alias dicitur regnasse in Babylone, et non in Ninive civitate Assyrie.* *Ibid.*
- Quest. VII. *Quomodo illud (Judith 2, 7) : Tunc Holofernes dinumerans viros in expeditionem... 12000 equitum, concordet cum aliis Scriptura loco (Judith. 7, 2), ubi dicitur, quod omnino fuerint equites 22000?* 511
- Quest. VIII. *Quomodo (Judith 3, 14) dici possit, quod Holofernes pertransiens Syriam Sobol venerit ad Idumaeos in terram Gabaa; cum tamen Gabaa sit in tribu Benjaminis proprie Jerosolymam, cui utique Holofernes non appropinquavit?* *Ibid.*
- Quest. IX. *Quomodo in libro Judith cap. 4, v. 11 obi sacerdos magnus illius temporis vocatur Eliachim, concubitor cum cap. 15, v. 9, ubi Joachim appellatur?* 512
- Quest. X. Num credibile sit, quod Holofernes dux Assyriorum ignoraverit, qualis populus sint Hebrei, et principes Moab et duces Ammon interrogaverit (Judith 5, 5) his verbis : *Dicte mihi, quis sit populus iste... aut que et quales, et quae sunt civitates eorum; qua etiam sit virtus eorum, aut quae sit multitudine eorum, vel quis rex militie illorum?* Quis enim credit, Assyriorum ducem tantù gentis hebreorum ignoratione laborasse; cum tamen inter ipsos Assyrios in urbe Nineve non pauci gentis hebreorum degenerent, et ipse Judeorum rex Manasses ante aliquot annos à ministerio regis Assyriorum in Chaldaeam captivus abductus fuerit? *Ibid.*
- Quest. XI. 1. *Quomodo Achior dux Ammonitarum (Judith 5, 22 et 23) de Iudeis dicere potuerit. Nam et ante hos annos, cum recessissent a via (matri datorum Dei), exterriti sunt prebellis a multis nationibus, et plurimi eorum captiivi abducti sunt in terram non suam. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum ex dispersione quā dispersi fuerant, adueniunt sunt et ascenderunt montana haec omnia, et iterum possident Jerusalem, ubi sunt sancta eorum?* Quenam hinc Hebreorum captivitas? Quis hic reditus eorum ex captivitate? Certe non ex captivitate Babylonica, cum historia Judithem ver similium ante illam captivitatem contigerit tempore regis Manassis. 2. *Quomodo Achior (loc. cit. 16) juxta textum grecum dicere potuerit : Tempulum Dei eorum (Hebreorum) factum est in pavimentum, i. e., solo aquatum, dirutum est; cum tamen templo adhuc steterit? An Achior hoc ignoravit, aut ignorare potuit?* *Ibid.*
- Quest. XII. *Ubi sita fuerit Bethulia, de quā (Judith. 7, 1) sermo est?* 514
- Quest. XIII. *Quomodo Judith (Judith 8, 1) dici possit oriunda ex tribu Ruben; cum (ibid. 9, 2) originem suam referat ad tribum Simeon?* *Ibid.*
- Quest. XIV. *(Cur Judith 8, 1) sedecim dimitaxat generationes usque ad Juditham recensentur; cum tamen (Matth. cap. 1) à Jacob communis Judeorum Patriarcha usque ad captivitatem Babyloniam (que cum reo Juditha fermè coincidit) numerarent plus quam viginti generationes?* *Ibid.*
- Quest. XV. 1. *An Juditha iure laudare (Judith cap. 9) potuerit facinus Simeonis, qui Sichemitas eo ipso te pote, quo dolore circumcisionis, optimâ fide admissæ, cruciabantur, nec resistere illatae vi poterant, miseratione nulla perenit?* 2. *Quomodo hic locus libri Judith conciliari possit cum aliis Scripturæ locis (Genes. 54, 30; et Genes. 49, 5), ubi hoc factum Simeonis vehementer improbat?* 515
- Quest. XVI. *An Judith sine peccato potuerit (Judith 10, 30) omnibus ornamenti suis ornare se hunc in finem, ut Holofernes in ipso capiatur laquo octonarii suorum, prout (cap. 9, v. 15) ipsamet de se ait?* 516
- Quest. XVII. 1. *An Juditha mentita sit, dicendo (Judith 10, 15) ad exploratores Asyriorum, se venisse, ut Holofernes indicet secreta Judeorum, et facilem adiutum ad capiendum Bethuliam?* 2. *Au, si hoc dicendo mentita est, reapse peccarit?* 517
- Quest. XVIII. *An Judith licite potuerit Holofernem vino et libidine ebrinum in somno obturare (Judith cap. 15) certò prævidens ejus aternam damnationem?* 518
- Quest. XIX. *Quo sensu (Judith 15, 15) de civibus Bethulia, redeundent è casis Juditham cum gaudio excipientibus, dicatur : Et concurrerunt ad eam omnes, à minimo usque ad maximum; quoniam sperabant, eam jam non esse venturam? Hoccine sperarunt miseri obessi? Timuerint potius.* 519
- Quest. XX. *Quomodo Achior dux Ammonitarum (Judith 14, 6) p. r. circumcis. onem populo Hebrewi associari potuerit; cum (Deut. 25, 3) lex divina prohibens expresse dicat : Ammonites et Moabites etiam post decimum generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in aeternum?* 520
- Quest. XXI. *Quomodo de Juditha (Judith 16, 28) dici possit : Defacta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia; cum tamen textus grecus (Judith 8, 5) affirmet quod Manasses maritus Judithae sepultus sit cum patribus suis in agro, qui est inter Dothain et Balano?* 521
- Sec. III. — De libro Esther. *Ibid.*
- Quest. I. *An liber Esther sit vera historia vel potius drama quoddam, in quo primarias quasi personas sustinent Esther, Mardochaeus et Aman?* *Ibid.*
- Quest. II. *Quis fuerit ille rex Medorum vel Persarum, qui in libro Esther Assuerus vocatur?* 522
- Quest. III. *An liber Esther sit Canonicus?* 523
- Quest. IV. *Nun addimenta libri Esther à vers. 4, cap. 10 usque ad finem hujus libri, Canonica polentia auctoritate?* 524
- Quest. V. *An credibile sit, quod rex Assuerus (Esther 1, 5) ad convivium invitari omnem populum, quoniam eius est in Susa, à maximo usque ad minimum, etc.?* 525
- Quest. VI. *Quomodo verba illa (Esther 2, 16) : Ducta est itaque (Esther) ad cubiculum regis Assueri, intellegenda sunt, cum juxta legendum divinum Iudee non lieuerit nubere alienigenæ, aut ejus cubinum agere?* 526
- Quest. VII. *An non saltem peccaverit Esther comedendo cibos lego Moysis prohibitos, dum ei iuxta mandatum regis Assueri (Esther 2, 9) dabatur pars sua, b. e., demensa statuata portio cibi et epulorum de mensa regia?* 527
- Quest. VIII. *An non sit contradicatio, dum, in capitibus posterioribus libri Esther, maritus Estheris appellatur Artaxerxes; in capitibus vero prioribus Assurus?* 527
- Quest. IX. *Quomodo (Esther 2, 7) Edissa seu Esther dici possit filia fratri Mardochaei, cum tamen Herodotus Estherem dicat, fuisse filiam regis Cyri?* *Ibid.*
- Quest. X. *An sit contradicatio, dum (Esther 2, 16 et 22) dicitur, conspirationem eunuchorum Bagathan et Tharan contra regem Assuerum detectam esse anno septimo regni ejus; cum tamen (ex Esther cap. 11, v. 2 et cap. 12, v. 1) manifestum videatur, quod haec conspiratio anno regni ejus 2 detecta fuerit?* 528
- Quest. XI. *Quomodo haec duo concilientur, dum (Esther 3, 1) Aman dicitur de stirpe Agag, adeoque Amalecites, è contrario (Esther 16, 10 et 14) dicitur fuisse Macedo?* 529
- Quest. XII. *Quomodo concordent haec duo, dum*

- { Esther cap. 3) dicitur. Amannum quæsivisse maleficere Mardochæo et Israëlitis, quia Mardochæus recusavit *genitum* *fletere* *Ananum*; sed (Esther 12, 6) legitur, quod *Anan* *voluerit* nocere *Mardochæo* et *populo eius* propter *interfectos* *duos* *enrachos* *regis*? 558
- Quest. XIII. Quomodo concilientur hæc duo, dūm (Esther 6, 3) Mardochæus nil mercedis ob detectam diorum ennachorum conspirationem recipiebat scribitur; contra (Esther 12, 5) dicitur. Assuerum dedisse Mardochæo munera ob delationem illam? *Ibid.*
- Quest. XIV. Quomodo (Esther 6, 4) dici possit quod *Aman* *interius* atrium domus regis intraverit; cum tamen (ex cap. 4, v. 11) constet, nemini pròs non vocato, *interius* atrium regis intrare fieruisse; nullibi autem *Aman* tunc vocatus esse legatur? *Ibid.*
- Quest. XV. An vindicta à Judeis de suis hostibus sumpta, eorumque interfectio (Esther cap. 9) licita fuerit, vel contra legem de non vindicandis iniurias? 539
- Quest. XVI. Quomodo (Esther 11, 4) dici possit: *Anno* *quarto* *regnantis* *Ptolomei* et *Cleopatræ* *attulerunt*... *hanc epistolam* *phurum*; cum tamen hæc epistola jam diu ante regnatorem Ptolomeum et Cleopatram ad omnes Judeos (Esther 9, 50) misa a fuit? 540
- Quest. XVII. Quomodo (Esther 11, 2 et 3) dici possit, quod Mardochæus anno secundo regis Assueri fuit vir magnus et inter primos *aula regis*; cum tamen (juxta Esther 6, 10) non nisi *Aman* pereunte exaltatus fuit? *Ibid.*
- Quest. XVIII. Quomodo (Esther 12, 2) dici possit, quod Mardochæus *nuntiaverit* super eo negotio detectionis insidiarum regi; cum tamen (Esther 2, 22) id non regi, sed reginae Esther nuntiaverit? *Ibid.*
- Quest. XIX. Quomodo concordent hæc duo, dūm (Esther 13, 6) pro exterminio Judeorum in epistola Amani assignatur dies decima quarta mensis Adar; at (Esther 3, 12 et alibi) pro hoc exterminio constanter assignatur dies decima tertia mensis? *Ibid.*
- Quest. XX. Quomodo (Esther 15, 1) dici possit: *Die autem tertio depositum* (Esther) *vestimenta ornatus sui*, et *circumdata est gloria sua*. Quomodo enim circumdata est gloriæ, si ornamenti vestimenti depositus? Dein quomodo potuit depondere vestimenta ornata sua, cum antea, nempe illo ipso triduo (justa cap. 14, v. 2) *luctu apta indumenta suscepit?* 541
- Quest. XXI. Quomodo verba illa (Esther 15, 9 et 10): *Ingressa* (Esther) *stetit ante regem...* qui erat *terribilis aspectus...* *cumque...* *ardentibus oculis furore* *pectoris indicasset*, *regina corruit*, concorditer cum altero textu (Esther 5, 2), ubi dicitur: *Cum* (rex) *ridisset Esther regnam statim, placuit oculus eius*. Quomodo ista conciliantur? *Ibid.*
- Quest. XXII. Quomodo hæc duo concordent, dūm (Esther 16, 18) dicitur, quod jam ante promulgatum edictum de interficiendis Judeorum hostibus *Aman* cum omni sua cognitione prenas deederit; contra (Esther 9, 14) legatur, quod decem filii Amani primùm post novem menses ab illo edicto elapsi suspensi fuerint? *Ibid.*
- Quest. XXIII. An litteræ Artaxerxis, seu Assueri (Esther cap. 16) recitata, quibus priores litteræ (cap. 8, 11 et seqq.) ad excidium Judeorum date revocantur, sint authenticæ; cum tamen et argumento ab illis prioribus litteris, et forma à rescriptis regum Medorum et Persarum valde discrepant; neque litteræ rescripta unquam mutari lieverit? *Ibid.*
- Quest. XXIV. Quomodo (Esther 16, 15) dici possit, ab *Amano* expectata fuisse regnum Esther cum tota ipsius gente ad interitum; cum tamen (Esther 2, 10 et 20) dicatur, ignotum fuisse aule regie, adèoque et regi et *Amano* genos Estheris et Mardochæi, donec regina, die quā *Amano* suspensus est, id (Esther 7, 5 usque ad cap. 8) regi declaravit? 542
- Sect. IV. — De libro Job. 542
- Questio I. An Job verè extiterit, et res de eo in Scriptura narrare respècè contigerint, vel tantum sint parabolæ ad patientia exemplar conficta? 544
- Quest. II. Cur liber Job adèo sit obscurus? 539
- Quest. III. An liber Job sit Canonicus? 560
- Quest. IV. An Job graviter peccari latibis suis? 564
- Quest. V. An Job saltem eviter peccari latibis suis? 570
- Quest. VI. Num credibile sit, quod tres amici Job (Job 2, 13) sederint cum eo septem diebus et septem noctibus, et nemo ei locutus sit verbum tota hoc temporis spatio? 573
- Quest. VII. Quomodo Job (cap. 19, v. 17) cum veritate dicere potuerit: *Orabim filios uteri mei*, h. e., in misericordia meis orare et supplices hem dehamb filii nesci; cum tamen (Job, 1, 19) omnes ejus filii et filie jam ante ruinam domus obtriti fuerint? *Ibid.*
- Quest. VIII. Quomodo illud (Job, 27, 6): *Necne enim reprehendit me cor meum in omni vita mea*, conciliandum sit cum illo (Job, 7, 29): *Peccavi! quid faciam tibi, o custos hominum?* aut cum aliis textibus, in quibus Job fatetur se peccasse? 574
- Quest. IX. I. Cur Vulgata latina (Job, 29, 18) hebraicum textum ita reddat: *In nido meo moriar, et sic ut palma multiplicabitur dies;* cum tamen vox hebreæ צְחַול, in hebreo hic posita, nesciam alibi in tota Scripturâ palman, sed potius arenam significet? 2. Vel an non melius loco vocis *palma* hic poteneret vox *phoenix* volucrem significans, prout in textu greco 70 Interpretum ponitur? 3. Si autem haec vox ponitur, numquid Deiste querent: Quomodo fabulosa haec avis congruat divino libro, quæ dicitur esse liber Job? *Ibid.*
- Quest. X. Quomodo cum veritate (Job, 33, 14) dici possit: *Senet loquitor Deis, et secundo idipsum non repeti;* cum tamén sapè idem per prophetas repetierit? 578
- Quest. XI. Quisnam sit ille concentus cœli, de quo (Job, 58, 57) dicitur: *Concentum cœli quis dormire facit?* Item an, aut in quo iste concentus à fabuloso concentu cœli à Pythagoræ adstricto differat? *Ibid.*
- Quest. X. I. Quis sit ille *Behemoth*, de quo Deus ad Jobum (Job, 40, 10) ait: *Ecce Behemoth, quem feci tecum, non quasi bos cōmedet.* 2. Cur de eodem animale (ibidem 14) dicatur: *Ipse est principium viarum Dñi, qui fecit eum,* an ergo hoc animal ante omnes alia creaturas productum sit? 579
- Quest. XII. Quis sit ille *Leriatian*, de quo Deus ad Jobum (Job, 20, 20) ait: *An extrahere poteris Leriatian humo, et fane ligabis lingam ejus?* 580
- Quest. XIV. Quomodo illud (Job, 41, 16) intelligendum sit: *Cum* (Leviathan, i. e., cetæ vel crocodilus) *sublatus fuerit* (sou in aquis sese exerexit), *timebunt angelis* et *terribiliter purgabuntur*, aut an angeli cœtum et crocodilum timeant? 581
- Quest. XV. Qualis fuerit Jobi morbus? 582
- PARS QUINTA. PSALMI. LIBER PROVERBIORUM. ECCLESIASTES. CANTICUM CANTICORUM. LIBER SAPIENTIAE. ECCLESIASTICUS. 581-582
- Sectio I. De libro Psalmorum. *Ibid.*
- Quest. I. Quisnam fecerit Psalmorum collectionem, qualis hodie extat? 583
- Qu. II. An Psalmi in Biblia sint secundum seriem rerum, de quibus agunt, gestarum, vel eo ordinis dispositi, quo primitus ab auctore suo compositi fuere? *Ibid.*
- Quest. III. An ordo Psalmorum, qualis extat, sit mere casualis? 584
- Quest. IV. An Psalmi originaliter sint metricæ, seu ligata orationes compoſiti, et quid metrum? *Ibid.*
- Quest. V. Quod in textu Psalmorum hebreæ vox *Seluh*, vel in textu greco vox *Diaspasma* significet. 586
- Quest. VI. An liber Psalmorum Canonicus sit? *Ibid.*
- Quest. VII. An dira seu imprecatioñes in Psalmis contentæ, obiit sanctitatæ et divinitati libri Psalmorum? 587

- Quest. VIII. An tantum CL. Psalmi Canonici sint? 589
- Quest. IX. An tituli Psalmorum perinde ac ipsi Psalmi Canonici sint, divinamque auctoritatem habeant? 590
- Quest. X. Cur liber Psalmorum adeò sit obscurus? 592
- Quest. XI. Quisnam sit precipuus Psalmorum scopus, a Spiritu S. intentus? 593
- Quest. XII. Quomodo illud (Psalm. 45, 3) : *Omnis declinaverunt, simul inutiles facti sunt*, intelligendum sit, cum tamen nulli in S. Scriptura nominantur iusti, et inter hos Zacharias et Elisabeth? 594
- Quest. XIII. Quomodo illa (Psalm. 45, 3) Psalmiste verba : *Quoniam tacui, interteraverunt ossa mea; dum clamarem tota die*, expounda sint? Si enim tacui, quoniam tota die clamavimus? aut si tota die clamavimus, quoniam maximè tum tacui? 595
- Quest. XIV. Quomodo veritati consentiantur illud (Psalm. 36, 23) : *Junior sum, et enim sensi, et non ridi justum derelictum, nec semen ejus querens panem*. Item illud (Prov. 10, 3) : *Non affigit Dominus fume animam iusti, cum tamen Lazarus mendicus et justus (Luc. 16, 20) inedià laboraverit?* Ibid.
- Quest. XV. Quomodo David (Psalm. 50, 6) cum veritate ad Deum dicere potuit: *Tibi soli peccavi; quamvis etiam peccaverit adversus Uriam, Bethsabeam à se seductam, et populum suum, cui tantis sceceribus pessimum exemplum praebevit?* 596
- Quest. XVI. Quomodo illud (Psalm. 57, 5 et 6) : *Furor illis secundum similitudinem serpentes: sicut aspidis surda, obdurantis aures suas, que non exaudierat vocem incantantum, et benefici incantantis sapientem, conveniat cum hodiernorum philosophorum doctrina, qui inter fabulos numerant illam multorum opinione, quod serpentes obstruant aures suas, ne vocem incantantis audire cogantur?* 597
- Quest. XVII. Quomodo Psalmista (Psalm. 68, 29) contra Judeos persecutores Christi Domini in sensu mystico orare potuerit: *Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur; cum tamen hi nunquam scripti fuerint in libro Vitæ?* 599
- Quest. XVIII. Quomodo David (Psalm. 75, 9) dicere potuerit: *Iam non est Propheta; cum tamen tunc prophete fuerint Nathan, Gad, aliquis?* Ibid.
- Quest. XIX. Quomodo Psalmista (Psalm. 81, 5) sine contradictione dicere potuerit: *Movereuntur omnia fundamenta terræ; et simili (Psalm. 165, 5) : Flanders terram super stabilitatem suam: non inclinabatur in seculum securi. An nulla hic antilogia?* 600
- Questio XX. Quomodo explicandum illud (Psalm. 124, 5) : *Non renegat Dominus virgin peccatorum super sortem iustorum; cum tamen experientia doceat, ab impiis æxè opprimi justos, et illos his dominari?* Ibid.
- Questio XXI. Quomodo concordet illud (Psalm. 126, 2) : *Vanum est nobis ante lucem surgere, cum illo (Cap. 16, 28) : Oportet prævenire solem ad benedictionem tuam, et ad ortum lucis te adorare? Nullane hic contradicatio?* 601
- Quest. XXI. An David (Psalm. 131, 2, 6) jurare et vorare licet potuerit, se non intraturum dominum suum, nec in lectum ascensurum, in modo neque extra lectum quietem ullam captiunum, donec templum Domini extruxerit? Nonne absurdum et insipiens est, jurato promittere, quod implere non possis, quodque natura vires superas? 602
- Quest. XXII. Quomodo explicetur illud (Psalm. 152, 5) : *Sicut ros Hermon qui descendit in monte Sion. Quia enim viâ aut canali ros montis Hermon, qui in tribu Issachar situs est, descendere potuerit in montem Sion, qui est Jerosolymis?* 603
- Quest. XXIV. Quomodo intelligendum illud (Psalm. 158, 8) : *Si ascenderem in celum, tu illic es: Si descendero in infernum, ades. Debetne Deum existere in inferno?* 605
- Quest. XXV. An oratio vel cantus Psalmorum, si à moniale aliave persona sensum verborum non intellegente fit, Deo tamen placet, et accepta sit? Ibid.
- Hac occasione phrases et modi loquendi intellectu difficultiores, qui in Psalmis occurruunt, explicatur secundum seriem et ordinem Psalmorum. 606
- Sectio II. — De libro Proverbiorum. 614
- Questio I. An liber Proverbiorum ecloga sit, vel delectus optimarum sententiarum ex plurimis, qui ante Salomonem floruerunt, scriptoribus, ut Grotius cum quibusdam B. tavis asserit? Ibid.
- Quest. II. An liber Proverbiorum, si à Salomone post lapsum in scelerâ luxuria et idolatriæ scriptus esset, propterea è Canone S. Scriptura eliminandus fore? 615
- Quest. III. An veteres legislatores et philosophi leges suas et maxima scientiam ex libro Proverbiorum, cathericis S. Scriptura partibus hauserint? Ibid.
- Quest. IV. Quomodo verba illa (Prov. 6, 4 et 2) : *Fili mi, si spondoleris pro amico tuo, desistit apud extraneum manus tuam; illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis s-rmonibus, convenient cum charitate proximo debitis, que sepe petui ut, ad juvandum amicum, vel alium, sponsonem faciamus?* 616
- Quest. V. Quomodo illud (Prov. 6, 6, 9) : *Vade ad formicam, b piger, et considera vias ejus, et disce sapientiam: quæ... paret in aestate cibum sibi, et congregat in messe, quod comedat, cum illis Christi verbis (Matth. 6, 54) : Nolite solliciti esse in crastinum, corcordet?* Ibid.
- Quest. VI. An verba illa (Prov. 6, 30) : *Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit, prebeat illicium furandi?* Ibid.
- Quest. VII. Quomodo illud (Prov. 10, 3) : *Non affigit Dominus fume animam justi, congruat cum experientia, juxta quam plurimi justos et piros reperire est, quibus domi res arte sunt?* Ibid.
- Quest. VIII. Quomodo Salomon (Prov. 23, 31) scribere potuerit: *Ne intuearis vitram, quando flavebit, cum splenduerit in vitro color ejus; cum tamen Salomonis aetate vitrum nondum fuerit inventum?* Ibid.
- Quest. IX. An ex verbis illis (Prov. 24, 16) : *Septies enim cadet justus, et resurget, anonymous quidam recte inferat, religionem christianam tantere adversari natura humana, ut etiam, qui maximè sunt religiosi, ferre singulis horis in peccatum labantur, fatente idipsum S. Scripturam?* 617
- Quest. X. Quomodo auctor I. Proverb., sine contradictione (Prov. 26, 4) dicere potuerit: *Ne responderes statu scutulitum suum, ne efficerias ei similis; cum tamen (ibidem 5) mox addat: Responde statu iuxta scutulitum suum, ne sibi sapientia esse videatur. An respondere et non respondere statu iuxta scutulitum suum, non involvit contradictionem?* 618
- Quest. XI. Quomodo Salomon (Prov. 50, 2) de seipso dicere potuerit: *Stultissimus suis virorum, et sapientia hominum non est mecum; cum tamen Deus (3 Reg. 3, 12) dicat Salomonem: Dedi tibi cor sapientis et intelligens in tantum, ut nullus ante te similis fuerit, nec postea surrecturus sit; quin et post lapsum suum Salomon (Ecli. 2, 9) : Sapientia quoque perseveravit mecum, de seipso testetur?* Ibid.
- Quest. XII. Quomodo locus Scripture (Prov. 51, 22), ubi mulier valde commendatur, que sibi strigulatam vestem consercerat, et in byssu et purpura incedebat, conciliet cum aliis Scripture locis (Luc. 16, 19), ubi vituperatur homo dives, qui indecupbat purpura et byssu; item (1 Timoth. 2, 9) ubi mulieres ornare se veste pretiosa prohibentur? Ibid.
- Sectio III. De libro Ecclesiaste. 619
- Questio I. An liber Ecclesiastes merito in Canonem S. Scriptura relatus sit? Ibid.
- Quest. II. An liber Ecclesiastes Epicureis favent? Ibid.
- Quest. III. An duo auctores dissidentes librum Ecclesiaste scripsissent; vel unus quidem, sed scepticus, qui repugnativa loquitur, et modò ad vitam more

- belluino voluptuosam, modo ad virtutem et honestatem homines stimulat? 620
- Quest. IV. I. An Ecclesiastes (cap. 1, v. 4 et 9) dicens: *Generatio præterit, et generatio advenit: terra autem in aeternum stat.* Item: *Quid est, quod fuit? Ipsum quod futurum est, retemperit mundi asserset, prout impius Collinus censet?* 2. An non ex adverso Ecclesiastes vitam aeternam atque immortalitatem animarum neget, dum (cap. 3, v. 18 et 19) ait: *Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, et os enderet similes esse bestias. Idcirco unus est interior us hominis et jumentorum, et aqua utriusque conditio, etc.* Item (cap. 9, v. 5): *Viventes enim sciunt, se esse morituros; mortui vero nihil noverunt amplius nec habent ultra mercedem.* Si enī unus est interior us hominis et jumentorum; si mortui nihil noverunt amplius, nec ultra mercedem habent, quomodo animae immortalitas et vita aeterna evincetur? 622
- Quest. V. Quomodo verba illa (Eccles. 3, 4): *Omnia tempus habent, et sūs spatiis transcurvunt universo sub sole, concilientur cum subsequenti 14 versu, ubi omnia opera, qua fecit Deus perseverare in perpetuum dicuntur?* 624
- Quest. VI. Quomodo illud (Eccles. 7, 5): *Cors sapientium, ubi tristitia est, et cor stultorum, ubi laetitia, cum illo Apostoli (ad Philipp. 4, 4): Gaudete in Domino semper, concilietur?* Ibid.
- Quest. VII. Quomodo illud (Eccles. 7, v. 17): *Noli esse justus multum, cum illo (Apoc. ultimo, v. 41): Qui justus est, iustificetur adhuc; qui in sordibus est, sordecat autem, concordeat?* 625
- Quest. VIII. Quomodo Ecclesiastes (cap. 7 v. 29), dicens: *Virum (sapientem) de mille unum reperi: mulierem et omnibus non invent, conciliari possit cum auctore 1. Proverb., (cap. ult. v. 10 et seqq.) laudante mulierem forte?* Ibid.
- Quest. IX. Quomodo Ecclesiastes (cap. 9, v. 4) dicens: *Nesci homo, utrum amore vel odio dignus sit, cum D. Paulo (2 Timoth. 4, 7 et 8) de seipso asseverante: Bonum certamen certavi... in reliquo reposita est mihi corona justitiae, conciliari possit?* Ibid.
- Secut. IV. De Cantico cantorum. 626
- Quest. I. An Canticum cantorum inter libros Canonicos merito numeratur? 627
- Quest. II. An Grotius de Cantico cantorum perperam scripsert? 628
- Quest. III. An Salomon Canticum cantorum scripserrit ante vel post lapsum suum in luxuriam et idolatriam? 629
- Quest. IV. An Canticum cantorum habeat aliquem sensum literalem proprium, vel tantum sensum spiritualem? Ibid.
- Quest. V. Au lectio Cantici cantorum omnibus promiscue suadenda, aut permittenda sit? 631
- Quest. VI. Quomodo sponsus sponse (Cant. 1, 7) potuerit vocare *pulcheram myriam*; cum sposa ipsa (ibid., v. 4) de se dicat: *Nigra sun, Et (v. 5): Fusca sun, quia decoloravit me sol.* Nullane hic contradictione? 632
- Questio VII. Quomodo (Cant. 4, 7) sub typo sponse de Ecclesiæ dici possit: *Tota pulchra es, antica mea, et macula non est in te;* cum tamen in Ecclesiæ tot mala, tot peccata et peccatores existant? Ibid.
- Quest. VIII. Quomodo (Cant. 5, 16) his verbis: *Surge, aquila, et veni, austri, et perfla hortum meum, et fluant aromata illius,* sponsus ventos adeo contrarios, maximè aquilonem hortis tantoper inimicum ad perlantium hortum invitare potuerit? Ibid.
- Quest. IX. Quomodo sponsus in Canticum cantorum sine contradictione modo rex, modo pastor, et sive sponse frater; sponsa vero simul ut *filia principis, et virilioris*, et tamen ab excubitoribus percussa et vulnerata indui possit? 633
- Secut. V. De libro Sapientie. Ibid.
- Quest. I. An liber Sapientie sit Canonicus? 634
- Quest. II. Quomodo illud (Sap. 1, 13): *Deus mortem non fecit, cum illo (Eccl. 4, 14): Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas à Deo sunt, concilietur?* Ibid.
- Quest. III. An verisimile sit, auctorem 1. Sapientiae Deo inspirante hunc librum scripsisse; etiamque (cap. 1, v. 14) inducit fabulam Plutonis seu regni inferiorum, et in textu Greco (cap. 17, v. 14, qui in Vulgata nostra est v. 15) fabulosum fluvium Lethe, ut quidam exponunt, inducit; item (cap. ult. v. 20) loco mannae fabulam ambrosiae velut cibi deorum? Ibid.
- Quest. IV. Quomodo illud (Sap. 2, 1): *Non est, qui cognitus si reversus ab inferis, cum resurrectione Samuelis ab inferis (1 Reg. 18, v. 15) concordet?* 635
- Quest. V. An vaticinia de Christi passione (Sap. 2, 17, et seqq.) non sint conficta, et, ut Gratius suspicatur, ab aliquo christiano post mortem Servatoris huic libro inserta? Ibid.
- Quest. VI. Quomodo verba illa (Sap. 6, 8): *Aequitatem ei cura est de omnibus, cum illo (1 Cor. 9, 9): Numquid de bobus cura est Deo? conciliari possint?* Ibid.
- Quest. VII. An verba illa (Sap. 8, 19 et 20): *Sortitus sum animam bonam, et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum, non supponans praexistenter animarum, antequam corpora effingantur, ab Origene assertum?.. ut non olearint pelagianismus docentes adesse in anima quodam naturalia virtus semina ad operandum salutariter sine auxilio divino supernaturali, etc.* 637
- Quest. VIII. Quomodo (Sap. 10, 3) dici possit, propter Cain terram diluvio Noetico delectam esse: *Propter quem (i. e., Cainum) cum aqua detulerat terram, etc.; cum tamen potius propter scelerum gigantum id factum esse alibi, nempe Genes. 6, 4, 8, et Sap. 14, 6) indicetur?* Ibid.
- Quest. IX. Quomodo illud (Sap. 10, 14) de Josepho dictum, quid in Aegypto obtinuerit *scutum regni*, explicetur, cum tamen non fuerit rex Aegypti, sed dux taxat minister regis? 638
- Quest. X. Quo sensu Isralitas sub Pharaone velut viri probi descripsi possint (Sap. 10, 15) his verbis: *Hæc Sapientia populum justum, et senem sine querela, liberavit à nationibus (ab Aegypti) quæ illum deprinebant; cum tamen Prophetæ Israëlitæ usi idola latravæ vituperent?* Ibid.
- Quest. XI. Quomodo veritati consensiat illud de Moyse dictum (Sap. 10, 16): *Sedit contra reges horrendos in portentis; et si in libro Exodi non fiat mentio, nisi unius regis Aegypti?* Ibid.
- Quest. XII. Quomodo illud (S. p. 11, 25): *Diligis omnia quæ sunt, et nihil oditis eorum quæ fecisti, cum illo (ad Rom. 9, 13): Jacob dilexi, Esau autem odio habui, co-cilietur?* 639
- Quest. XIII. An auctor 1. Sap. in assignanda idolatriæ origine (Sap. 14, 15, 22) erraverit, ut Calvinus contendit? Ibid.
- Quest. XIV. Quomodo illud (Sap. 16, 28): *Oportet prævenire solem, et ad ortum lucis te adorare, cum illis Iudei verbis (Job. 31, 26 et seqq.) dicentis: Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incidentem clari; et osculum cum manum meam, quæ est iniurias maxima, etc., conciliari possit?* 641
- Quest. XV. I. An vrisimilia sint ea, que (Sap. 18, 20) de manna dicuntur his verbis: *Angelorum escæ nutritiæ populum tuon, et paratum panem de celo præstisisti illis... omne delectamentum in se habentem, et omnis odoris suavitatem?* Quis enim credit, quid manna fuerit esca in celo parata ad cibum Angelorum? 2. Aut quid manna habuerit omnem saporem pro cuiusque desiderio et voluntate; cum tamen (ex Num. 21, 5) constet, quod manna Iherusalem fastidium moveret, etc.? 642
- Quest. XVI. An liber Sapientie non faveat fabulosis gentilium poetarum metamorphosis, dum (cap. 19, v. 18) ait: *Agrestia (animalia) in aquatica convertebantur; et quæcumque erant natantia, in terram*

- transibant. Aut an deceat, librum divinum fictitias ejusmodi mutationes adstrinere?* 643
- Sectio VI. De libro Ecclesiastici.** 644
- Quest. I. 1. Quo fuerint in veteri Testamento celebriores viri compellati Jesus nomine? 2. Et quo seculo Jesus, filius Sirach senioris, seu auctor Ecclesiastici extiterit? *Ibid.*
- Quest. II. Num credibile sit quod auctor Ecclesiastici fuerit a Deo inspiratus; cum potius videtur fuisse gentilis philosophus de sectâ Platonica. 645
- Quest. III. An in Ecclesiastici, exterius quoque consideratis meritò in Canonem librorum divinorum relatus sit? 646
- Quest. IV. An etiam Prologus I. Ecclesiastici Canonicus sit? 648
- Quest. V. Quomodo illud (Eccl. 7, 15): *Non iteres verbum in oratione tuâ, cum illo (Matth. 26, 44): Oravit (Christus) tertio, euudem sermonem dicens, concordet?* *Ibid.*
- Quest. VI. An verba illa (Eccl. 18, 1): *Qui vivit in eternum, crevit omnia simul*, non contradicunt primo capiti I. Genesios, ubi disertis verbis narratur, Deum non simul et semel, veram successivè, seu spatio sex dierum hujus mundi singula creasse? 649
- Quest. VII. Quomodo Siracides (Eccl. 49, 5) : *Prater David, et Ezechiam, et Josiam, omnes peccatum commiserunt*, intelligendum sit? Nonne etiam David peccatum adulterii et homicidii commisit? Nonne Ezechias (4 Reg. 20, 13, etc.) exterritorum principum amicitiae et divitiarum suarum copiae nimium confidit? 650
- Quest. VIII. Quomodo Siracides (Eccl. 49, 16 et 17) dicere potuerit: *Nemo natus est in terra, qualis Hesnoch, neque u Joseph; cum tamen inter natos multiorum non surrexerit major Joanne Baptista*, prout Christus ipse (Matth. 11, 11) testatur? 651
- Quest. IX. Quid nomine *Supientia* (Eccl. cap. 1) intelligatur? 652
- PARS SEXTA. PROPHETÆ IV MAJORES, XII MINORES, LIBRI DUO MACHABÆORUM.**
- Sectio I. — De Prophetis generatim spectatis.** 651
- Quest. I. Quid vox *Propheta* propriè significet? 662
- Quest. II. An notionis Prophetæ a nobis statuta non obstat, quod S. Scriptura hanc vocem *Propheta* aut *prophetere* etiam in aliis significationibus minus propriis accipiat? 653
- Quest. III. An Prophetæ V. T. fuerint tantum concionatores et adhortatores populi? 654
- Quest. IV. An Prophetæ Hebreorum fuerint homines fanatici, et deceptores populi vel saltæ (prout auctor de testandi libri *Horus* dicti fингit) suis vaticiniis de Christo ex male intellectis Chaldeorum, Ägyptiorum et Persarum falsis et hieroglyphicis symbolis velut venturi Messia prognosticis conscribantur? 656
- Quest. V. An ars prophetandi instar aliarum artuum aut scientiarum apud Hebreos tradita fuerit; et quales iti aluerint *Scholas prophetarum*? 657
- Quest. VI. An Prophetæ, quando ad vaticinandum se accingebant, sese inebriarent, aut vehementes corporis agitationes ad caput suum infatuandum exercerint, quas populus ex supernaturali impulsu ei divina inspiratione provenire putavit? 659
- Quest. VII. An ad prophetandum requiratur supernaturale lumen a Deo infusum, vel an prophetia (prout Spinoza asserit) possit homini prophetanti esse naturalis, et varia pro varietate temperamenti, vel imaginacionis, aut pro ratione opinionum, quas ante talis homo amplexus est? 662
- Quest. VIII. An exemplis brutorum, hominum, aut demonum probari possit, quid futura coningenit ab absque lumine supernaturali previderi possint? 668
- Quest. IX. Cur ex prophetis aliae elegantiori, aliae verò rudiiori stylo seu. Iendi ratione scriptae sint? Item cur aliae sint clariiores, aliae obscuriores; cùm tamen unus idemque Spiritus divinus omnium prophetiarum verè talium auctor sit? 671
- Quest. X. Cur prophetæ plerumque sint tam obscenæ? 673
- Quest. XI. Cur in prophetis nullus ordo servetur, quin potius temporibus et locis maximè dissata velut coniuncta exhibeantur, et susdeque omnia misceri videantur; cùm tamen, que a Deo sunt, debent esse ordinata? 674
- Quest. XII. 1. An omnes prophetæ sint allegorice? 2. An allegoria res sit ianua, eaque pendens à genio illius, qui ad allegoricam explicationem recurrit? 676
- Quest. XIII. An prophetæ sint efficax argumentum ad veritatem religionis christianæ demonstrandam? 679
- Quest. XIV. Utrum prophetæ alieni possint esse efficaces argumentum ad amplectendam aut stabilendam religionem christianam, etiam si propriis auribus non audirent Prophetas vaticinantes, nec evenient prophetis respondenteis propriis oculis videbit? 681
- Quest. XV. An testimonium historicum de existentiâ Prophetarum et prophetiarum ab eis editarum, harumque adimpletione, nihil de certitudine sua auerbit, ut longissimum, quibus ista contigisse dicantur, temporum distantiam et successionem? 682
- Quest. XVI. An demonstrari possit, quid eventus à Prophetis praedicti, non mero casu, et fortuitò acciderint? 684
- Quest. XVII. An Prophetæ contraria enuntiariunt, sibi que contradixerint? 685
- Quest. XVIII. An prophetæ semper sint implete, aut implente? *Ibid.*
- Quest. XIX. An prophetarum V. T. libri authentici sint, vel potius suppositi, serius conficti, ac antiquis illis Prophetis falso attributi? 689
- Quest. XX. An prophetæ etiam falsis sectis favent? 690
- Quest. XXI. An etiam homines nequam et peccatores spiritum propheticum habere possint? *Ibid.*
- Quest. XXII. Quomodo ille textus (Deuter. 15, 1, 2 et 5): *Si surrexit in medio tui propheta... et prædixerit signum atque portentum, et evenierit, quod locutus est, et dixit tibi: Eamus et sequanar deos alienos... non audies verba prophete illius aut sonuatoris, intelligendus sit?* Aut, an spiritus propheticus alicui communicetur etiam ad confirmandam doctrinam falsam, ex gr. sequendi deo alieno? 691
- Quest. XXIII. An et quomodo prophetæ veræ a falsis discerni possint? 692
- Quest. XXIV. An ab origine mundi usque ad ultima nostra tempora dati sint Prophetæ? 693
- Quest. XXV. Quomodo intelligendum illud (Luc. 16, 16): *Lex et Prophetæ usque ad Joannem*; cùm tamen usque ad ultima Ecclesiæ tempora aliqui dono prophetice fuerint prediti? 694
- Quest. XXVI. Quinam et quot numero dicantur Prophetæ V. T. majores et minores? *Ibid.*
- Quest. XXVII. Quo tempore, et an eo ordine, quo in S. Bibliis ponuntur, Prophetæ majores et minores prophetarint? *Ibid.*
- Sect. II. de Prophetis majoribus. 696
- Caput primum. — *De Isaia*. *Ibid.*
- Quest. I. Quid de vaticinii (Isa. 7, 14, etc.): *Ecce virgo concipiet et pariet filium*, etc., expositione, quam auctor libri *Horus* dicti assert, sentiendum sit? *Ibid.*
- Quest. II. Quoniam memorati vaticinii de Virgine paritura (Is. 7, 14, etc.) fuerit expositus Joan. Laurenzii Isenbieli, et quam iuste ea sit condemnata? 698
- Quest. III. Quonammodo Judei cum incredulis, multisque aliis novatoribus idem vaticinium perperam exponebant? 707
- Quest. IV. Quonammodo interpres catholici hoc vaticinum concident, apti consiliare possint cum Isa. cap. 8, v. 3 et 4, ac cum aliis ejusdem Prophetæ effatis? 718

- Quest. V. Quo sensu (Isa. 18, 2) de rege *Aethiopie* dicatur: *Mittit in mare legatos in vastis papyri; An mare papyraceis navibus trajicatur, aut traxi potest?* 726
- Quest. VI. Quo sensu (Isa. 19, 2) dicatur: *Concurrere faciam Aegyptios regnum aduersus regnum, cum tam Aegyptus non sit nisi unicuius regnum?* Ibid.
- Quest. VII. Num verisimile sit, quod Deus (Isa. 20, 2) Isaiam jussicerit, exutis vestibus undum incedere, et au mandatum hoc, quod pudicitiae repugnare videatur, possit esse divinum? Ibid.
- Quest. VIII. Quomodo dictum Isaiae (cap. 23, v. 17): *Post 70 annos reducat Dominus Tyrum ad mercedes suas, concordet cum effato Ezechielis (cap. 26, v. 14) de Tyro dicentis: Non adjudicaberis ultra. Et (v. 21): Non invenieris ultra in sempiternum: Alioquin verba Ezechielis non contradicunt verbis Isaiae modo citatis?* Ibid.
- Quest. IX. Quo sensu Isaia dicat (cap. 35, v. 7): *Angelii pacis amarè flebunt, cum tamen in celo neque luctus, neque dolor locum habeat?* 727
- Quest. X. Quid sentiendum de expositione verborum Isaiae (cap. 40, v. 3, 4 et 5) dicentis: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, etc.* Quid, inquietus, sentiendum de expositione hujus loci, quam auctor famosi libri *Horus* dicti affert? Ibid.
- Quest. XI. Quomodo illud (Isa. 45, 15): *Ipsæ (nempe Cyrus) adjudicabit civitatem meam, quoniam, inquietus, hic textus explicatur; cum tamen (2 Esdræ 2, 8) Nehemias anno vigesimo Artaxerxes Longimanus, adquaque primum post mortem Cyri, licentiam adiudi- candi Ierusalem impetraverit?* 730
- Quest. XII. Quomodo Isaia (cap. 52, v. 1) his verbis: *Consurge..... Jerusalen, civitas Sancti: quia nos adjeciet ultra ut pertranseat per te incircuncisus et immundus, quoniam, inquietus, Isaia, his verbis predicere potuerit, soluta captivitate Babylonica per Jerosolymam non amplius pertransitaruntur incircuncisus et immundus, cum tamen etiam post redditum Iudæorum ex illa captivitate multa passa sit Jerosolyma ab Antiocho, Tito, et gentibus incipienteisis?* Ibid.
- Quest. XIII. An verba illa (Isa. 55, 2, etc.): *Non est species ei neque decor; et vidimus eum, et non erat aspectus..... despectus et novissimum virorum, virum dolorum, etc., intelligenda sint de Christo patiente, vel patib. (ut Iudei recentiores contendunt) de gente Iudea, in statu hodiernæ humilationis et afflictionis constituta?* 731
- Cap. II. — De Jeremiam. 735
- Quest. I. Num verisimile sit, quod Jeremias (nt cap. 1, 5, dicitur), *antequam exierit de vulva, sanctificatus fuerit; cum tamen die i nativitatis sua maledictus* (cap. 20, 14 et seqq.) *exclamans: Maledicta dies, in qua natus sum, etc.* Num maledicendum diei, in quo homo sanctificatus nascitur? 736
- Quest. II. An ex illis verbis (Jerem. 7, 22): *Non sunt locutus cum patribus vestris, et non precepit eis in die quæ eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustum et victimarum, an, inquietus, D. de Voltaire inde recte probet, Hebreos in deserto nullum Deo publicum cultum exhibuisse?* 738
- Quest. III. Quomodo illud (Jerem. 20, 7): *Seduxisti me, Domine, et seductus sum, intelligendum sit?* 739
- Quest. IV. Quomodo verba illa (Jerem. 22, 10): *Nolite flere mortuum, neque lugentis super eum fletu, cum illis verbis (Ecli. 22, 10): Supra mortuum plora; defecit enim lux eius, concilianda sint?* 740
- Quest. V. Quomodo illa (Jerem. 22, 10) de rege Joakin predictio: *Seputulâ usini sepolcitur, putrefactus et projectus extra portas Ierusalem, concilietur cum narratio (4 Reg. 21, 6), ubi legimus, hunc regem dormierisse cum patribus suis; aut cum verbis (2 Paralip. 36, 6) ubi narratur, cum in rictum catenis dictum fuisse Babylonum? Quomodo tam diverse narrationes inter se conciliantur?* Ibid.
- Quest. VI. Quomodo Jeremias (cap. 22, v. 30) Jechoniam virum sterilem appellare potuerit his verbis: *Scribe virum istum sterilem, cum tamen Esdras (L. 1 Paral. cap. 5, v. 17 et 18) octo filios Jechoniam recenset?* 741
- Quest. VII. Quomodo explicetur illud Jerem. 27, 27: *Omnes gentes servient Nabuchodonosori, et filio ejus, et filio filii ejus; cum, tamen Nabuchodonosoris filio, id est, Balshasari, nullus hujus filius, sed (Dan. 5, 31) Darius Medus successerit?* Ibid.
- Quest. VIII. An Jeremias fecerit proditor patriæ sine, et Jerosolymam in potestatem Assyriorum tradidit? Ibid.
- Quest. IX. Quomodo vat cinium illud (Jerem. 54, 3) de rege Sede ià prolatum: *Comprehensione capteris... et oculi tu oculos regis Babylonis videbant... et Babylonem introibis, concilietur cum vaticinio Ezechiel. 12, 13, ubi de rege Sedecia dicitur: Et adducem eum in Babylonem in terram Chaldaeorum; et ipsam non videbit, ibique morietur. Si enim Sedecias ad ductus est in Babylonem, viditque regem Babylonis, quoniam tempore Chaldaeorum potuit non videre?* 744
- Quest. X. Quomodo illud vaticinum (Jerem. 36, 30): *Non erit ex eo (i. e., ex Joakim rege) qui sedeat super solium David, cum illo effato (4 Reg. 24, 5 et 6): Dormivit Joakim cum patribus suis, et regnavit Joakim filius ejus pro eo, concordet?* 745
- Quest. XI. An Jeremias cum Baruch (Jerem. 45, 5, 8) Judavos illos, qui contra prohibitionem Domini (Jerem. 42, 18) ex Iudea in Aegyptum secesserant, licet comitatus sit? Ibid.
- Quest. XII. Cur (Jerem. 46, 16) loco Nabuchodonosoris vox columba ponatur: *Revertamur a facie gladii columbae, i. e., gladi Nabuchodonosoris et Chaldaeorum; cum tamen nulla sit initia columba similitudo cum tam formidando rege et gente?* Ibid.
- Quest. XIII. Cur (Jerem. 51, 28, de Babylonie dicatur: *D seruit faciam mare ejus et sicrabo venam ejus;* cum tamen urbs Babylon non mari, sed Euphrati adiacenter, à mari verò longè fuerit dici sita?) 746
- Quest. XIV. An pref. tio in Threnos, seu lamentationes Jeremias Canonica sit? 747
- Quest. XV. An liber Baruch libris canoniciis S. Scriptura merito accipitatur? Ibid.
- Cap. III. — De Ezechiele. Ibid.
- Quest. I. Quomodo illud (Ezech. 4, 14): *Animabunt et revrebantur, in similitudinem fulguris cornstantis, cum illo (Ezech. 1, 9 et 17): Non revertantur, cùm incedent, conciliandum sit?* 749
- Quest. II. An D. de Voltaire ex illo loco (Ezech. 3, 1, 4), ubi Prophetæ librum devorare jussi sentit illum in ore siccus mel dilecum, merito captaverit occasionem Prophetas tanquam amentes traducendi? Ibid.
- Quest. III. Quid sentiendum de Voltairio, qui narrationem (Ezech. 4, 9) de situ recubantis Ezechielis Prophetæ deridet? 751
- Quest. IV. An credibile sit, quod Deus (Ezech. 4, 12 et 15) Ezechiel præcepit, ut ex stercore humano, aut bovin: pauci conficiat, et comedat? 752
- Quest. V. Quomodo illud (Ezech. 48, 20): *Filius non portabit iniuriam patris, et pater non portabit iniuriam filii, conciliari possit cum illo (Dent. 5, 9): Ubi Deus annulatur, reddens iniuriam patrum super filios in tertiam et quartam generationem dicitur?* 754
- Quest. VI. An his verbis (Ezech. 20, 25): *Ergo et ego dedi eis præcepta non bona, etc., sanctiatis legis M. saecle in dubium vocetur, prout Tindalus et Voltairius, ad hunc unum animadvertisunt?* 755
- Quest. VII. Quomodo propheta Ezechiel (c. 25) sub parabolâ duarum meretricum describens formicationem, i. e., idolatriam tan Samarie, quam Jerusalēm, à criminazione Voltairii vindicandus sit. Ibid.
- Caput. IV. — De Daniele. 757
- Quest. I. Quomodo confutanda assertio Porphyrii, Spinoza, aliquamque incredulorum contendentium prophetiam Danielis de quatuor monarchiis sibi suc-

- cedentibus (Dan. cap. 2) primū confictam esse ad tempore intermedio quod ab Antiocho usque ad Jesum Christum effluxit? 758
 Quest. II. An Nabuchodonosor (Dan. cap. IV) verè in hōrem muta ut sit? 759
 Quest. III. An lepidū sonet, dum (Dan. 4, 5) rex Nabuchodonosor Danielēm vocat collegam suum? 766
 Quest. IV. Quomodo Nabuchodonosor (Dan. 4, 27) se jactare potuerit tamquam Babylonis fundatorem, dicens: *Nonne hac est Babylon civitas magna, quam ego edificavi?* cum tamen notum sit Nemrodūm Babylonem militum esse? *Ibid.*
 Quest. V. Quomodo (Dan. 6, 16, 24) dici possit, Danielēm unā duxatax nocte in lacu leonum fuisse, cum tamen (Dan. 14, 39) legatus usque ad diem septimum ibi fuisse? *Ibid.*
 Quest. VI. Quomodo Daniel (cap. 8, 2) dicere potuerit: *Cum esses in Susī Castro;* cum tamen Susā in historiā etiam profanā describantur tamquam urbs magna, et metropolis susianae regionis? *Ibid.*
 Quest. VII. An ex 70 hebdomad. Danielis (Dan. 9, 22, etc.) contra Iudeos iuvicte demonstrari possit, quod Messias jam venerit? 2. An per abominationem desolationis loc. cit. intelligenda sit desolatio Iudeorum sub Antiocho Epiphane, vel desolatio universalis in fine mundi? 767
 Quest. VIII. Quomodo Danielis anno tertio Cyri (Dan. 10, 1) aliquid revelari potuerit: *Anno tertio Cyri regis Persarum revelationem est Daniel;* cum tamen primo iam anno ejusdem regis Daniel obiuerit, iuxta illud (Dan. 1, 21): *Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis* Quomodo ista combinator? 772
 Quest. IX. An additamenta Danielis habeant auctoritatem canonicas? 773
 Quest. X. An historia Susanne ab aliquo grecō hominē sit conficta, ob idiotismos graecos in illa historia contentos? 776
 Quest. XI. 1. An verisimile sit, quod Joakim maritus Susanne in captivitate Babylonica ad eos dives et conspicuus fuerit, ut amplas ades haberetur, uti (Dan. cap. 15) dicunt? 2. Aut quod rex Babylonis captivus Iudeis permisit erigere tribunal, et iudicium sanguinis in Susannam exercere? 777
 Quest. XII. Quomodo illud Scriptura effatum (Dan. 15, 46): *Suscitavit Dominus spiritum sanctum pueri juniori, cuius nomen Daniel,* cum illo scutum dicto ad Danielēm (Dan. 13, 50): *Tibi Deus dedit honorem senectutis, concordet?* 778
 Quest. XIII. An verisimile sit, Prophetam Habacucem (Dan. 14, 5, 39) *capitulo capitisi sui partatum fuisse ab Angelō Domini ex Iudea in Babylonem ad affectum prandium Danieli in lacu leonum detento?* *Ibid.*
 Quest. XIV. An Habacuc ferens prandium Danieli in lacu leonum detento, fuerit idem cum Habacuc uno ēdūocē minoribus Prophetis? 779
 Sect. III. — De 12 Prophetis minoribus. 780
 Cap. I. — De Oseeā. *Ibid.*
 Quest. I. An Spinoza prophetiam Oseeā in nostris Bibliis extantem jure censeat esse multilam et mancam; cum hic propheta per tot annos prophetando plura haud dubiē ediderit vaticinia, quāc que in nostris Bibliis extant? *Ibid.*
 Quest. II. An mandatum Dei Oseeā datum (cap. 1, v. 2): *Sum tibi uxorem fornicationum et fac tibi filias fornicationum,* sit verisimile, aut Deo dignum? 781
 Quest. III. An incredibili negent, Oseam his verbis (cap. 14, v. 1): *Ex Egypto vocavi filiam meam;* de redita Christi pueri ex Egypto vaticinatum esse? 782
 Quest. IV. An ex illis verbis (Oseeā 14, 1): *Pereat Samaria, quamā ad amaritudinem conciavit Deum suum; in gladio pereant, parvuli eorum elidantur, et foetor ejus scindantur,* scriptor de spiritu Judæismi rectē concludat, Oseam à dæmonē inspiratum huc scripsisse? 783

- Cap. II. — De Joele. 785
 Quest. I. Quomodo illud Joele, Judeos ad paenitentiam adhortantis (Joele 2, 14): *Quis scit, si (Deus) convertatur et ignoscet?* concordet cum verbis Ezechielis (Ezech. 18, 21): *Si impunē egerit paenitentiam... viā vivet et non morietur, ubi venia verē paenitentibus non dubitanter, sed absolutē promittitur?* *Ibid.*
 Quest. II. Quid sentiendum de interpretatione, quā auctor libri Horas dicti caput 2 Joele à versu 58 usque ad finem ejusdem capituli exponit? *Ibid.*
 Quest. III. An vallis Josaphat (Joele 3, 2 et 12): sit certus et determinatus aliquis locus, vel tantum significet locum iudicii à Domino instituendi, quicumque denuntiū illi erit? 787
 Quest. IV. Utrum in valle Josaphat, quā adiacet monti Oliveti prope Jerusalem, futurum sit extremum iudicium? 771
 Quest. V. An verisimile sit, quod dicta vallis Josaphat multitudinem omnium iudicandorum capere possit? 790
 Cap. III. — De Amos. 794
 Quest. I. Quomodo explicetur illud Amos 5, 23: *Nunquid hostias et sacrificium obtulisti in deserto quadrangulo anni, domus Israel?* h. e., non obtulisti, cum tamen negari non possit, in deserto ab Israëlitis Domino oblata fuisse sacrificia? *Ibid.*
 Quest. II. Quomodo Amos (cap. 7, 14) salvā veritatē dicere potuerit: *Non sum Propheta, cum mox vers. 15 addat: Dominus dixit ad me: Vade, propheta ad populum.* An non esse Propheta, et tamen prophetare ad populum nullam contradictionem involvit? 795
 Quest. III. Quid de expositione verborum Prophetae Amos (cap. 9, 11) quam auctor libri Horas dicti asserti, sentiuntur sit? *Ibid.*
 Cap. IV. — De Abdia. 797
 Questio unica. Quid Abdias (vers. 20) his verbis: *Et transmigratio Ierusalem, quae in Bosphorus est, posidebit civitates Austrī,* significari voluerit? Qualis sit illa Bosphorus? Ubi illae civitates Austrī? *Ibid.*
 Cap. V. — De Jonā. 798
 Quest. I. Quomodo illud (Jon. 1, 3): *Et surrexit Jonas, ut fugaret in Tharsis à facie Domini.* intelligendum sit, cum Jonas tamquam Propheta utique sciret, Dennis esse ubique, adeoque neminem à facie Domini fugere posse? *Ibid.*
 Quest. II. 1. Quālis fuerit ille pisces tam grandis (Jon. 2, 1 et 11), ut *Jonā deglutiaret*, ac postea emoveret in aridam? 2. An verisimile sit, quod pisces tam grandis ad eo littori appropinquaverit ut hominem in aridam emere posset? *Ibid.*
 Quest. III. 1. An verisimile sit, quod ceti venter calidissimus Jonah instar aliorum ciborum non consumserit? 2. Quād respirationē et aeris frigidi attractionē eidem permiscerit? 3. Quād nidore et factore suo calidissimo eum non examinari? 4. Quād non vite tantum, sed et mentis compotem reliquerit, ita ut is in hoc incommodissimo carcere insigne et piū Deo carmen (Jon. 2, 11) cecinerit? 801
 Quest. IV. Cur ad evitandas modū recensitas difficultates non dicatur, Jonah in ventre ceti mortuum, sed post triduum denuō ad vitam resuscitatum fuisse? 803
 Quest. V. An verisimile sit, quod gentilis rex Nini vitarum, et moribus corruptissimus ad adventum Jonas hominū exteri, peregrini, et aliena religiōnis statim se cum toto populo (vide Jon. cap. 5) ad paenitentiam converterit? *Ibid.*
 Quest. VI. Quomodo veritas illius prophetie (Jon. 3, 4): *Adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur,* salva consistere valeat: esti Deus (*Ibid.*, v. 10) eidem civitati pepererit? 804
 Quest. VII. Quomodo conservatio urbis Ninive ob Ninivitarum paenitentiam à Deo inducta, concordet cum prophetia Tobiae morientis, interitum Ninive (Tob. 14, 43) absolutē prædicentis? *Ibid.*

- Cap. VI. De Michæa. 805
 Quest. I. An Michæas (cap. 2, v. 41) dicens : *Utinam non esset vir habens spiritum, et mendacium potius loqueretur, dignum Prophœtæ dictum protulerit? Ibid.*
 Quest. II. Quomodo Michæas, Jeremias, Amos, etc. solvendam decent tribum captivitatem prenuntiare potuerint; cum tamen nulli legamus, decem tribus in eas sedes amplius restitutas fuisse? *Ibid.*
 Quest. III. Quomodo illud (Mich. 5, 2) : *Tu, Bethlehem Ephrata, parvulus es in nullius Iuda, concordet cum effato sacerdotum et scribarum hanc Michæas locum* (Matth. 2, 6) his verbis : *Et tu Bethleh-m, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, citandum?* 807
 Cap. VII. De Nahum. 808
 Quest. I. Quid (Nahum 1, 1) in his verbis : *Onus Nisi: Liber visionis Nahum Elcesei, voce onus significetur?* *Ibid.*
 Quest. II. Quale sit illud diluvium, quo Prophœta Nahum (cap. 1, 8) dicens : *Et in diluvio præterente consummationem faciet loci ejus, urbem Ninivem devastandam prædictum.* *Ibid.*
 Cap. VIII. — De Hæcne. 809
 Quest. I. Quomodo intelligendum illud (Habacuc 3, 5) : *Deus ab austro veniet, et sanctus de monte Pharan. Quando aut quomodo Deus venit ab austro, aut de monte Pharan?* *Ibid.*
 Quest. II. Quomodo Angelus Prophetam Habacuc, prout in L. Danielis narratur, capillis capitis apprehensum potuerit transferre ad Danielen in lacum leonum detinutum? *Ibid.*
 Quest. III. An illa Prophetæ Habacuc (cap. 3, v. 17) communio : *Ficus non florebit, etc., sit ridicula, quia sicut arbor non floret, i.e., nillios flores instar aliarum plantarum, sed tantum fructus ipsos seū ficos profert?* 810
 Cap. IX. — De Sophonia. 811
 Quest. unica. Quid Sophonias significare velit his verbis (cap. 2, v. 5) : *Væ qui habitat funiculum moris gens perditorum? Quis est iste funiculus maris? Quenam illa gnis perditorum fuit?* *Ibid.*
 Cap. X. — De Aggeo. 812
 Quest. I. Quomodo Aggeus (cap. 2, v. 7) dicere potuerit : *Adhuc modicum est, et veniet Desideratus cunctis gentibus; cum tamen ab anno 2 Darii Hystaspis, hæc prophœtia facta est, usque ad Christi adventum fluenter anni plus quam quingenti?* *Ibid.*
 Quest. II. An ex Aggei vaticinio (cap. 2, v. 7, 8 et 10) de brevi venturo Desiderato cunctis gentibus, solidè contra Iudeos ostendi possit, Messiam jam venisse? *Ibid.*
 Cap. XI. — De Zacharia. 814
 Quest. I. Quo sensu Zacharias (cap. 12, v. 2) prædixerit : *Sed et Iuda erit in obsidione contra Jerusalēm. Quomodo aut quā occasione tribus Iuda Jerosolymam obselet?* *Ibid.*
 Quest. II. Quid sentiendum de expositionib; quibus auctor libri Horus dieti quedam vaticinia Zacharie exponit? 815
 Cap. XII. — De Malachia. 816
 Quest. I. Quomodo Malachias in tempore presenti dixerit potuerit (cap. 4, v. 11) : *In omni loco sacrificatur nomini meo oblatio munda, i.e., ut Catholicæ volunt, sacrificium missæ; cum hoc nonnisi post quadragesim et plures annos post hanc prophetiam à Christo in ultima coena institutum fuerit?* *Ibid.*
 Quest. II. An ex citato loco Malachie (cap. 4, v. 11) contra Iudeos et Acatolicos efficaciter probari posse, quod in N. T. detur verum ac proprium sc̄iæ critici? 817
 Quest. III. An ex illis verbis (Malach. 4, 5 et 6) : *Ecce ego misericordiam Eliam prophetam, etc., solidè probetur, quid Elias, qui (4 Reg. 2, 11) ascendit per turbulæ in cactus, ante diem extremi judicii venturus sit?* *Ibid.*
 Sect. IV. — De duobus libris Machabeorum. 819
 Cap. I. — De libro 1 Machabeorum. 821
 Quest. I. An duo primi Machabeorum libri ab Ecclesiæ catholice in Canonem divinorum librorum merito admissi sint? *Ibid.*
 Quest. II. Quomodo (1 Mach. 1, 4) dici possit, quod Alexander Philippi Macedo... primus regnaverit in Grecia; cum tamen ante ipsum, ejusque patrem Philippum multi principes et reges in Grecia regnaverint? *Ibid.*
 Quest. III. Quomodo (1 Mach. 1, 4) Alexander M., qui erat natione Graecus, dici possit *egressus de terra Cethia*, qua juxta Num. 24, 24, est Italia? *Ibid.*
 Quest. IV. Quo sensu (1 Mach. 1) dici possit, quod Alexander M. in ultimo morbo minister suis regis regnum diviserit, cum adhuc viveret; cum tamen contrarium testentur Q. Curtius et ali; affirmantes, minister regis primum post Alexandri mortem regnum inter se partitus fuisse? 822
 Quest. V. Quomodo Antiochus Epiphanes (1 Mach. 1, 57) potuerit in templi *adificare idolum desolatiōnis*, quod iuxta præphetam Danielis (Dan. 9, 27) primū in fine mundi in templo ponetur, ut Christus (Matth. 24, 15) declaravil? *Ibid.*
 Quest. VI. Quomodo liber 1 Mach. cum libro 2, et hic secundū ipso conciliandus sit in narratione mortis Antiochi Epiphanis? 823
 Quest. VII. An id, quod (1 Mach. 6, 57) de elephantiis in exercitu Antiochi Eupatoris narratur verisimile sit? 824
 Quest. VIII. Quomodo auctor libri 1 Mach. dicere potuerit (1 Mach. 8, 16), Romanos *committere uia homini magistratum suum per singulos annos*; cum tamen omnibus notum sit, duos quotannis Romæ consiles fuisse creatos? 825
 Quest. IX. Quomodo auctor libri 1 Mach. (c. 8, v. 7) dicere potuerit, Antiochum M. Romanis *virum capitum esse*; cum nemo profanorum historicorum hujus captivitatis menimerit? 826
 Quest. X. Quomodo Romani (1 Mach. 8, 8), regnum Indorum et Medorum potuerint regi Pergamorum Eumeni dono dare; cum tamen Romani neque Media, neque India imperaverint? *Ibid.*
 Quest. XI. Quomodo auctor L. 1 Mach. c. 8, v. 9) dicere potuerit, ab iis qui sunt circa Helladam, i.e., ab Achæis bellum adversus Romanos susceptum esse, cum tamen Achæi nusquam in omni historiâ legantur Romanis bellum indixisse? *Ibid.*
 Quest. XII. Quomodo ostendi possit, antilogias chronologicas in duobus libris Machab. occurrentes non esse reales, sed solum apparentes? 827
 Cap. II. De libro 2 Machabaeorum. 828
 Quest. XIII. Quomodo Judei habitantes Jerosolymis Judeis in Ägypto commorantibus (2 Mach. 4, 9) scribere potuerint : *Et nunc frequenter dies Scenopœgia mensis casæ;* cum tamen Dies Scenopœgia ex precepto divino non mense non *cas'eu*, sed mense septimi *cas'eu* dicti, celebrandi fuerint? *Ibid.*
 Quest. XIV. Quomodo Jeremias (2 Mach. 2, 5) Tabernaculum, Arcam et Altare incensi in monte abscondere potuerit tempore, quo urbs Jerusalem à Nabuchodonosore obessa fuit? 829
 Quest. XV. Quomodo verisimile reddi possit, quod Deus per continuos 40 dies publicæ prodigia (2 Mach. 3, 2 et 3) enarrata ediderit? *Ibid.*
 Quest. XVI. An in facto Eleazari (1 Mach. 6, 43, 47) et in facto Razie (2 Mach. 14, 42) aliquid peccaminosi approbutur? 830
 Quest. XVII. Au exemplo Razie (2 Mach. 14, 41 et 42) furor mortaliū sibi ipsi violentias manus inferentium, se tueri possit? 832
 Quest. XVIII. Quomodo *secundus Machab.*, seu inspiratio diuina auctor libri secundi Mach. cum dictis ibidem c. ultimo v. 27, 39 et 40, conciliari possit? 833
 Pars SEPTIMA. QUATUOR EVANGELIA.
 Sectio I.—Praenotiones de quatuor Jesu Christi Evangelii. 835
 Quest. I. Quid evangelium secundum etymologiam hujus nominis significet, et quid à parte rei sit? *Ibid.*

- Quest. II. An sancta quatuor Evangelia iis auctori-
bus tribui debeat, quorum nominibus sunt inscri-
pta, et an eadem jam à primis Ecclesie temporibus
apud Christianos divinam auctoritatem babue-
rint? 836
- Quest. III. Num haec quatuor Evangelia corrupta,
vel interpolata ad nos pervenerint? 839
- Quest. IV. An historia evangelica, propter successio-
nem longi temporis à Christo in terris ambulante
usque ad nos, nihil de sua certitudine amiser-
it? 852
- Quest. V. Unde sciamus, quod ex variis et multis, et
que ab exordio Ecclesiae in lucem prodierunt, Evan-
gelium nostra quatuor genuina, et Deo dictante con-
scripta sint? 853
- Quest. VI. An omnes partes nostrorum quatuor Evan-
geliorum canonicae sint? *Ibid.*
- Quest. VII. Cur S. Augustinus dicat, unicum esse
Evangelium, cum tamen quatuor sint? 856
- Quest. VIII. Cur Evangelista in modo et ordine nar-
randi tantoper inter se discrepent, et non raro
narret unus, quod reliqui facent? Item an hac scri-
bendi diversitas Evangelistarum scripta non reddat
specta de falsitate? *Ibid.*
- Quest. IX. Quo idiomate, seu quâ lingua suum
quisque Evangelistare Evangelium conscripse-
rit? 858
- Quest. X. An autographum (seu originaliter scriptum)
S. Marci Evangelium Venetiis etiamnum extet, et
an autographa reliquorum trium Evangelistarum
aliebui etiamnum extet? 859
- Sect. II.—De Divinitate Christi, ex Evangelio demon-
strata. 860
- Quest. I. An historia evangelica de vita gestisque
Christi Domini sit moraliter certa, ut adeo can-
mo prudenter in dubium vocare possit? 861
- Quest. II. An, aut cur scriptores ethnici et Judei de
historia evangelica, et presertim de vita gestisque
Christi Domini silent? 864
- Quest. III. An demonstrata veritate historie evange-
lica, pariter demonstrari possit, Christum esse ve-
rum Deum? 869
- Quest. IV. An divinitas Christi etiam ex ejusdem mi-
raculis demonstrari possit? 873
- Sect. III.—De miraculis Christi in evangelio rece-
ritis. 877
- Caput. I.—De miraculis in genere. *Ibid.*
- Quest. I. Quid sit miraculum? *Ibid.*
- Quest. II. Quotuplicis generis miracula sint? 879
- Quest. III. An possibile sit miraculum strictè ta-
lo? 881
- Quest. IV. An unquam satis certi esse possumus, ali-
quod miraculum dari, aut datum fuisse? 885
- Quest. V. An et quomodo vera miracula à falsis dis-
cerni possint? 887
- Quest. VI. An miracula vīm probandi habeant in ma-
teria religionis? 889
- Cap. II. — De miraculis Christi universē specta-
tis. *Ibid.*
- Quest. VII. An Christus miracula patravit? *Ibid.*
- Quest. VIII. An Christus mira, quae in Evangelio
narrantur, arte magica, sive ope diabolis patravit,
prol. Judæi, Celsus, Julianus Apostata, aliquę im-
pietatis heroes blasphemant? *Ibid.*
- Quest. IX. An Christus ope ineffabilis Dei nominis
ex templo Jerosolymitanō ablati, miracula fecer-
it? 890
- Quest. X. An miracula Christi fuerint effectus natu-
rales sui temperamenti, aut sue imaginatricis vir-
tutis, et fortis imaginationis, etc.? 891
- Quest. XI. An inter miracula Christi, et prodigia ad
tumbam archidiaconi Parisiensis, Pari dicti, pa-
trata; aut inter historiam evangelicam miraculo-
rum Christi, et historiam Vampirorum, instituti pa-
ritas possit? *Ibid.*
- Quest. XII. An inter miracula Christi, et prodigia
Apollonii Thyanæi, aut miraculosam sanationem.
- quà Vespasianus imperator uidam gentili excovi-
sum, et alteri infirmæ mands usum restituit, aut
prodigia Esculapii, paritas instituta sit? 893
- Quest. XIII. An Christus miracula in divinitatis sue et
divinae sue doctrina confirmationem patravit? 896
- Quest. XIV. Cur Iudei miracula Christi videntes, et
Romani, aliive gentiles ea audientes, in Christum
non crediderint? Item cur ipsi demones, Christum
verum Deum esse, ex miraculis Christi clare non
cognoverint? *Ibid.*
- Quest. XV. Cur Christus, si vera miracula, et quidem in
confirmationem sua novae religionis patravit, ea to-
ties, et quandoque etiam cum minis prohibuerit pub-
licari? 898
- Quest. XVI. An aut cur scriptores ethnici de mira-
culis Christi siteant? 899
- Quest. XVII. An miracula Christi ab Evangelistis
enarrata, in sensu historicō et litterali, vel tantum in
sensu allegorico, symbolico, aut propheticō intelli-
gi debantur? *Ibid.*
- Cap. III.—De miraculis Christi signallat spectatis. 901
- Quest. XVIII. Quomodo refutanda incredulorum di-
cteria, quibus primam Christi miraculum, conver-
tentis a uero in vimum in nuptiis Caue Galilee
(Joan. 2) impugnat? *Ibid.*
- Quest. XIX. Quid Woolstono miraculosam paraly-
ticu curationem apud Probaticanum piscinam (Joan. 5)
irridenti respondendum? 903
- Quest. XX. An illuminatio hominis à nativitate ex-
eci (Joan cap. 9) à Christo facta, verum miraculum
fuerit? 913
- Quest. XXI. An resuscitatio Lazari à mortuis (Joan.
cap. 11) erē fuerit miraculosa? 916
- Quest. XXII. An inter resuscitationes mortuorum à
Christo factas, et inter resuscitationes illorum quos
ethnici scriptores ope deorum suorum aut mediis
naturalibus effectas narrant, parcas sit? 921
- Quest. XXIII. Quasnam inieptas et blasphemias in-
creduli contra Christum, demonibus in regione
Gerasenorum (Marc. 5, 11, 14) permittentes, ut
gregem porcorum in mare precipitarent, effulant? 923
- Quest. XXIV. Quid respondendum deistis, Christianum
calumniantibus, quod (Math. 21, 19) sicutneam ca-
recent fructibus, malum dicto suo arefecerit, cum
tamen (juxta Marc. 11, 13), tum tempus ficerū non
esset? 925
- Quest. XXV. An Christi in monte transfiguratio tan-
tum illusio optica fuerit, à reflexio solaribus, aut
lunaribus radiis proveniens? 927
- Quest. XXVI. Quid Horo respondendum neganti,
ambulatiōne Jesu super mare (Math. cap. 14),
fuisse miraculosam? 929
- Quest. XXVII. An multiplicatio panorum parvum,
a que piscium ad cibanda plura milia hominum
(Math. cap. 14, v. 20, et cap. 15, v. 34), à Christo
facta fuerit virtute miraculosa? 950
- Quest. XXVIII. Quomodo apparentes antilogia, a qua
que cavillationes incredulorum contra miraculum
resurrectionis Christi accumulate, dissolvantur?
- Quest. XXIX. An miraculum ascensionis Christi in
celum sufficienes notas creditibilitatis ad refellenda
incredulorum dictoria habeat? 951
- Sect. IV.—De morali Christi doctrinā in Evangelio
contentā. 952
- Quest. I. An et quomodo increduli circa morales
Christi Domini doctrinam sibi metiūs contradic-
cant? *Ibid.*
- Quest. II. An lex evangelica legem naturæ magis di-
lucet, et ad gradum perfectionis, ad quem omnis
humana sapientia pertingere non potuit, viam ostendat?
953
- Quest. III. Cur Messias seu Christus tam sero in
mundum venerit, ad legem naturæ per suam doctri-
nam illustrandam, et perficiendos homines? *Ibid.*
- Quest. IV. Quomodo illud Christi præceptum (Luc.

- 14, 26) : *Si quis venit ad me, et non odit patrem eum, et matrem, et uxorem, et filios... non potest meus esse discipulus; cum iure naturae quod amorem parentum, uxoris, et filiorum praecepit, conciliari possit?* 955
- Quest. V. Quomodo cum tanto Christi in humanum genus amore horribilis illa sententia (Matth. 10, 34 et 53) : *Non veni pacem mittere, sed gaudium. Veni enim separare houitem aduersus patrem suum, et filium aduersus matrem suam, etc., conciliari queat?* 956
- Quest. VI. Quomodo cum injuriarum oblivione et amore iniurieorum in Evangelio tantoper commendata, conciliari possint tot et tam acerbæ objurgationes, quibus Christus Scribas et Pharisæos exagavit? 957
- Quest. VII. An Christus, dum adulteram mulierem (Joan. cap. 8) commerite poene subduxit, recte fecerit et docuerit. 958
- Quest. VIII. An Christi doctrina moralis in sequentibus articolis societati humanae et bono reipublicæ opponatur?
1. An subjugatio passionum seu cupiditatum, quam lex evangelica præcepit, noceat reipublicæ?
 2. An manuscudo, humilitas et patientia christiana bellicum fortitudinem defendendarū reipublicæ necessarium enervet?
 3. An præceptum Christi (Matth. 5, 39 et seqq.), ut accepta injuria offendenti dimitatur, bono reipublicæ contrarium sit?
 4. An despectus divitiarum in Evangelio plurimū commendatus, negotiationem reipublicæ tam utilem vel necessariam destruat, aut ex alio capite vituperandus sit? 959-966
- Quest. IX. Utrum ethica veterum philosophorum sapientia cum moralī doctrinā Jesu Christi æquivalenda sit? *Ibid.*
- Quest. X. Utrum Christus moralē doctrinam suam ex philosophia Graecorum, Socratis, Platonis, etc., hauserit? 967
- Quest. XI. An apud Essenos jam ante Christum in usum quotidianum deductum fuerit, quidquid perfectionis in moralī doctrinā Christi continetur? 968
- Quest. XII. An boidernorum (uti sese appellant) philosophorum doctrina evangelice doctrinæ aquiataranda, aut omnino preferenda sit? 970
- Sect. V. De antilogiis apparenter talibus, et pluribus aliis difficultatibus, in Evangelio occurrentibus? *Ibid.*
- Capit. I. De antilogiis apparentibus. *Ibid.*
- Antilogia I. S. Matthæus (cap. 1, v. 17) ait: *Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim; et à David usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim; et à transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim.* Et tamen in prima et secunda tessaradecade tantum terdecim repetit verbum genuit, adeoque tantum tredecim generationes in singulis harum diuinorum serierum enumerat. Nonne, inquit increduli, hoc est submetipsi contradicere? *Ibid.*
- Antilog. II. An Matthæus (cap. 1, v. 8) dicens, Joram autem genuit Oziam, non contradicit libro I Paralip. 3, 11 et 12, ubi inter Joram et Oziam tres generationes (enim Ochozias, Joas, et Amasias) interponuntur? 972
- Antilog. III. An Matthæo non contradicit Lucas (cap. 3, 23 et seqq.), dum quindecim generationes plures à Davide usque ad Christum enumerat, quam sint apud Matthæum? 973
- Antilog. IV. An non datur alia multiplex contradictio inter genealogiam Christi, quam Matthæus (cap. 1), et aliam, quam Lucas (cap. 3) text? 974
- Antilog. V. An Lucas (cap. 3, v. 35 et 36, in genealogia Christi inter Arphaxad et Sale ponens medium Cainan, non contradicit textui hebreo, et Vulgate nostræ latine, in quibus Cainan omnino omititur, nec intermedius inter Arphaxad et Sale posuit? 976
- Antilog. VI. Quomodo Lucas (cap. 2, v. 2) dicere potest, Christum natum esse sub praeside Syria Cyrieno, cum tamen ex historiâ certum sit, sub tempus Christi nascientis, nos Cyrienum, sed Saturinum, et post hunc Quintilium Varum fuisse Judeæ praesides? 977
- Antilog. VII. Quomodo Mattheus (cap. 1 v. 23 et 25) testari potest, Jesum natum esse ex Virgine, quæ juxta Christianos etiam post partum Virgo permanesse dicitur, cum tamen alibi (Matth. 12, 47. Et Matth. 13, 56) Christus habuisse fratres et sorores dicatur? 979
- Antilog. VIII. Quomodo historia evangelica de stellâ magis in Oriente visâ, et de infanticio Herodis cum historia Josephi Judei, aliquando prolationum scriptorum conciliari potest, apud quos de utroque illo tam extraordinario et publico facto ultimum silentium est? 981
- Antilog. IX. An historia evangelica de stellâ à magis in Oriente visâ non involvit varia astronomiae contraria, dubia, et incredibilia? *Ibid.*
- Antilog. X. An Mattheus (cap. 2, v. 15, 16) narra Christi fugam in Aegyptum, non contradicit Luce (cap. 2, v. 39 et 40), qui post finitam purificationis Mariæ historiam statim subiungit redditum sacre familiæ in Nazareth, et incrementum pueri Jesu in sapientiâ, etc.? 983
- Antilog. XI. An Joannes (cap. 3, v. 22) dicens : *Jesus baptizabat, non sibi metipsi contradicit, dum (cap. 4, v. 2) de Jesu ait: Non baptizabat, sed discipuli ejus.* Dein ad quid tunc baptismus, cum is ante mortem Christi vim causandi gratiam ex meritis Christi redemptoris nondum habuerit? 984
- Antilog. XII. An non est contradictrio, dum Christus Matth. 5, 22), illum exterme gehennæ ignis reum declarat, qui proximum suum appellat latum; cum tamen ipse met (Matth. 25, 47) scribas et Phariseos appelleret stolidos et cacoës? 985
- Antilog. XIII. An Christus (Matth. 4, 14) de Joanne Bapt. dicens: *Ipsæ est Elias, non contradicit ipsi Joanni Bapt., qui (Joa. 1, 21) sacerdotibus et levitis eum interrogantibus: Quid ergo? Elias es tu?* respondit: *Non sum?* *Ibid.*
- Antilog. XIV. Quomodo Joannes Bapt., qui optimè scivit se esse precursorem Domini, et Jesum esse verum Messiam, tamen (Matth. 4, 2 et 3) salvâ veracitate sua potuit duos de discipulis suis mittere ad Christum, ut eum interrogent, num ipse sit Messias, an verò alius sit expectandus? 986
- Antilog. XV. An dies extremi judicii Filio Dei naturali potest esse occultus, prout tamen ipsem (Marc. 15, 52) destatur? *Ibid.*
- Antilog. XVI. An Mattheus (cap. 10, v. 40) dicens, Christum prohibuisse discipulis suis *couteauenta gestare, aut possidere virgam*, non contradicit Marco (cap. 6, v. 8 et 9) asserenti, Christum votuisse eos esse *calceatos sandaliis, et gestare virgam?* 987
- Antilog. XVII. An Mattheus (cap. 10, v. 9), Marcus (cap. 6, v. 8), et Lucas (cap. 9, v. 5) dicens, Christum prohibuisse Apostolis, ne marsupium aut pecunias deferant, non contradicunt Joannis (cap. 12, v. 8) narranti, *Judam Iscariotem... habuisse loculos, quod interpres ait, volente Christo factum fuisse?* 988
- Antilog. XVIII. An Mattheus (cap. 27, v. 44), et Marcus (cap. 15, v. 32) dicens, quid latrones, qui cum Christo crucifixi erant, convicia in Christum effuderint, non contradicunt Lucas, qui (v. 25, v. 39) id solùm de uno ex illis latronibus asserit? 989
- Antilog. XIX. An Evangelista sibi non contradicuit circa potum Christo in monte Calvarie oblatum, dum unus dicit, fuisse *vinum, aliud acetum*; item Marcus (cap. 15, v. 25) ait Jesum hunc potum *non accepisse*, Joannes (cap. 19, v. 30) verò ait, cumdem *accepisse* Joannes cap. 19, v. 30) verò ait, cum-

- dem *acepisse*, etc.? 989
- Antilog. XX. An Marcus (cap. 18, v. 25) dicens, *Iesum nora tertii*, id est, iuxta nostrum computum hora nona matutina mortuum esse, non contradicit Joanni, qui (cap. 19, v. 14) ait, *Iesum circa horam quasi sextam*, id est, circa meridiem exprimere? 991
- Antilog. XXI. An Lucas (cap. ultim., v. 50 et 51) dicens, *Christum prope Bethaniam, uenipe in monte Oliveti, ascendisse in celum*, non contradicit Mattheo (cap. ultim., v. 16) attestanti discipulos Christum ultimum vidisse *in monte Galilaeæ*? 992
- Cap. II. De reliquis difficultatibus, in Evangelio occurribus. 994
- Quest. I. An Evangelistæ vera loquantur, dum ex veteri Testamento prophetas citant, quæ vel non esse ad reum, vel nutiū in veteri Testamento reperiri, vel pro uno Prophetā nominare alium, asseruntur? *Ibid.* 995
- Quest. II. 1. An verisimile sit tempore Christi in terra ambulantis tot energumenos, in Iudea datus fuisse, quod ab Evangelistis narratur? 2. *Vel*, si dati sunt, verè fuisse à demonio obsecros, et non potius morbo epilepsie aut insanie, vel melancholie via, etc., afflictos? 996
- Quest. III. Quæ fuerit illæ *Zacharias filius Barachiae*, quem Christus (Matth. 23, 35) ait *inter templum et altare occisum fuisse*? 999
- Quest. IV. Quid incredulis respondendum, dum sequentes Christi predicationes in Evangelio contentas, falsas esse blasphemant? 1000
1. Christus Matth. (17, 19) ait: *Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, et transibit.*
 2. Christus (Joan. 11, 26) ait: *Qui... credit in me non morietur in eternum.*
 3. Christus (Matth. 16, 23) ait: *Sunt quidam de his stolidis, qui non gustabant mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo.*
 4. Christus (Luc. 13, 44) civitati Jerusalem excidium praedicens, ait: *Non relinquent (hostes) lapidem super lapidem.*
- Quomodo nec predicationes, ut ipsarum veritas salvetur, explicande? 1002-1008
- Quest. V. An verisimile sit, quod diabolus (Matth. cap. 4) Filium Dei naturalem variis tentationibus aggredi, euandemque super pinnaculum templi statuere, et in montem excelsum tollere, etc., potuerit? 1008
- Quest. VI. Cur Christus, qui in mundum venit tanquam orbis Magister ad illuminandum omnem hominem, Iudeus signum aliquod potenteribus, tam obscuris et anigmatis (Joan. 2, 19 et 21) responderit: *Nec uite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. ille autem dicebat de templo corporis suus?* 1011
- Quest. VII. An verisimile sit, quod huius Christus (Matth. 16, 21, Luc. 18, 32 et 53) discipulis suis clare preedit rit passionem et resurrectionem suam; tamen, (ut Lucas, loc. cit. v. 34, addit) discipuli Jesu nihil horum intellexerint? 1012
- Quest. VIII. An Christus, dum (Matth. 21, 4 et seq.) duos discipulos misit in castellum, ut usinam ibi diligat, et pulum cum eis solvere, et sibi adducerent, fortunam aut rapinam conuiseatur? 1013
- Quest. IX. An Christus prævidens Jidam Iscarum Eucharistiam indigebat sumptum, tamen eidem cum ceteris Apostolis illam in cœna ultima dare potuerit? 1014
- Quest. X. Quomodo Christus ultrò pro nobis mortuus esse dici possit? 1016
- Quest. XI. An conveniens fuerit, Deum majestatis incarnari, pati, et tam ignominiosè, prout Evangeliste narrant, in cruce mori? *Ibid.* 1017
- Quest. XII. Quomodo refutanda Calvinii blasphemia dicentis, Christum, quando in cruce pendens (Matt. 27, 46) clamavit voce magnâ: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* desperasse? 1018
- Quest. XIII. An nou sit paradoxum et absurdum quod Deus ab homine offensus, loco satisfactionis petierit passionem et mortem Christi, hoc est, ut ab hominibus (nempe à Judeis et gentilibus) contemneretur et crucifigeretur? 1019
- Quest. ultima. Quid demum ex omnibus in hac lucubratione contra incredulos dictis concludendum sit? 1020
- PARS OCTAVA. ACTA APOSTOLORUM ET EPISTOLE D. PAULI.
- Secu. I.—De Actis Apostolorum. 1021
- Questio I. Utrum Acta Apostolorum sint liber canonicus ei divina auctoritatis? 1022
- Quest. II. Quomodo vertas ascensionis Christi in celum (Actor. 1, 9), et descends Spiritus S. in die Pentecostes super Apostolos, prout (Actor. cap. 2) legitur contra incredulos ostendi possit? 1024
- Quest. III. An verisimile sit, quod quidam Jadaï, qui Apostolos in die Pentecostes peregrinis linguis loqui audiverant, iridentes (Actor. 2, 15) dixerint *Quia nasa plena sunt isti;* cum tamen in Pentecoste, que apud Judeos in tempus nostro measi maiorum respondens incidit, nullum adhuc mustum detur, sed vites primùm florant? 1026
- Quest. IV. Quomodo illud (Actor. 5, 21): *Oportet celum suscipere Christum* (hoc est, susceptum retinere) usque in tempora restituitionis omnium, concordet cum apparitione Christi *D. Pauli* facta (Actor. 9, 5), aut cum apparitionibus Christi alii sancti hominibus in terra factis jam ante diem judicii extremitate fine mundi, quo omnia restituentur? 1027
- Quest. V. An sequam et christiane charitati conforme fuerit factum Petri (Actor. cap. 5) adversus *Ananiam*, virum ceterorum probum, et *Saphiram* eius uxorem, quos ea solūm de causâ morte punivit, quod ex agri venditi pretio aliquam partem absque præscito suo retineruerint? 1028
- Quest. VI. Quomodo *Gamariel* (Actor. 5, 36) tumultum à *Thadæ* excitatum narrare potuerit; cum tamen, teste Josepho (I. 20 Antiq. Ju. facit, c. 2), *Theudas* primum post multos annos ab habitu illo *Gamarielis* sermone tumultum excitaverit? 1029
- Quest. VII. Quomodo id, quod (Actor. 7, 2) dicitur: Deus... apparuit Abraham, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charam, concordet cum ve. su. 4, loc. cit. ubi dicitur quod Abraham ex terra Chaddæorum exierit? 1030
- Quest. VIII. Quomodo *S. Stephanus* (Actor. 7, 5), dicens: *Et non dedit (Deus Abrahamo) hereditatem in ea (h. e., in terra Chanaan) nec passum pedis, concordet cum Genesis (cap. 25, v. 17 et 18), ubi narratur quod Abraham in possessionem datus sit ager *Ephronis* cum spéculū duplice, pro pretio quadrigentorum sacerdotum?* *Ibid.* 1031
- Quest. IX. Quo sensu (Actor. 12, 8) Angelus ad *Petrum* in carcere dixerit: *Calce te caligas tuas; cum tamen nemo caligas calcare soleat?* *Ibid.*
- Quest. X. Quomodo illud (Actor. 12, 17): *Nuntiante Jacobo, concilietur cum 2, ubi dicitur, Jacobum fuisse occisum gladio?* 1031
- Quest. XI. An *Paulus* (Actor. 16, 5) Timotheum licet circumcididerit, etiamsi Apostoli (Actor. 16) pleno concilio desiderint, legem circumcisiois non obligare gentes ad Christianam conversas? *Ibid.*
- Quest. XII. Quomodo sine contradictione de Paulo (Actor. 18, 18) dici possit: *Qui sibi totonderat in Cenchris caput, habebat enim votum, nempe nazareum; cum tamen tali voto obligatis prohibitum fuerit, tondere caput, sicut et vinum bibere?* 1032
- Quest. XIII. An auctor de la Philosophie de l'Ustorie recitè dicit, à D. Paulo (Actor. 17, 28) Aratum poetam ethnium vocari Prophetam? *Ibid.*
- Quest. XIV. Quomodo illud (Actor. 19, 9 et 10): *Segregavit (Paulus) discipulos, quotidiè disputans in schola tyranni cuiusdam; hoc autem factum est per biennium, conciliari possit cum alio Scripturæ loco (Actor. 20, 31), ubi innuitur, id factum esse per triennium?* 1033
- Quest. XV. An ex iis quæ (Actor. 19, 24 et seqq.)

- narrantur, increduli meritò concludant, Paulum et Apostolos ex humano timore idolatria non resistit? 1034
- Quest. XVI. Quomodo illud Pauli effatum (Act. 20, 22): *Alligatus spiritu (id est, à Spiritu S. impulsus), vado in Jerusalēm, cum ilis verbis (Actor. 21, 4): Discipuli per Spiritum dicebant Paulo, ne ascenderet Jerosolymam, conciliavi possit?* 1035
- Quest. XVII. *Quis sit ille Evangelista, Philippus nomine, de quo (Actor. 21, 8) dicitur: Et intrantes d. num Philippi Evangelistæ, qui erat unus de septem, mansus datum eum, aut an propter quatuor Evangelistas datum alius?* 1036
- Quest. XVIII. *An apud Romanos tribunos cohortis, prout (Actor. 21, 51) legitur, datus fuerit?* Ibid.
- Quest. XIX. An S. Paulus falsiloquii aut mendacij arguendus sit, quod (Actor. 22, 25) se civem romanum esse dixerit? Ibid.
- Quest. XX. An S. Paulus alterius cujusdam mendacij arguendus sit, quod (Actor. 23, 5) dixerit: *Nesciebam... quia princeps est sacerdotum, is tempore, cui in faciem malixerat idem Apostolus?* 1037
- Quest. XXI. Quomodo illud (Actor. 25, 15): *Agrippa rex et Bernice descenderunt Caesaream ad salutandum Festum, veritatis consentiantur; cum Herodes Agrippa rex pridem antea (Actor. 12, 25) percessus fuerit ab Angelo, et consumptus à vermis expiraverit?* 1038
- Quest. XXII. Quomodo intelligendum sit illud, quod Paulus (Actor. 27, 53) ad eos qui erant in navi, metu consternatos ait: *Quarta decima die hodiè expectantes jéjuni permaneatis, nihil accipientes. Aut fuit possibile, aut an credibile est, quod quatuordecim diebus nihil cibi sumpercerint?* Ibid.
- Sec. II. — De Epistola S. Pauli. Ibid.
- Caput I. — De Epistola ad Romanos. 1039
- Questio I. An (ex Epist. ad Romanos, 1, 21), aut aliunde probari possit, quod ethnici philosophi, vel alii gentiles ductu solius rationis naturalis absque religione revelata ad aeternam salutem pervenerint, aut pervenire possint? Ibid.
- Quest. II. Quomodo sequentes textus concilientur, dum (ad Rom. 3, 20) dicitur: *Ex operibus legis non justificatur omnis caro corum Domino. Et (ad Rom. 24): Si Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. At (in Epist. S. Jacobi 2, 21) dicitur: Abraham nonne ex operibus justificatus est? Et (ibid. 24): Quoniam ex operibus justificatus homo. Aut non in his locis Jacobus contradicit Apostolo Paulo?* 1043
- Quest. III. Quomodo illud (ad Rom. 4, 18) de Abraham dictum: *Contra spem in spem creditit, ut fieret pater multarum gentium, explicandum sit? si enim creditit in spem, quomodo contra spem?* Ibid.
- Quest. IV. Quomodo intelligendum illud (ad Romanos, 7, 7): *Peccatum non cognovi, nisi per legem, nempe Mosiacam; an ergo haue legem nemo peccavit? Numquid (ad Rom. 2, 12) hac verba: *Qui-cumque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt, clarè indicant, iam ante legem data esse peccata?* Ibid.*
- Quest. V. Quomodo illud (ad Rom. 8, 16): *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sunus filii Dei. Item illud (ibid. 58) Pauli dictum: *Certus sum quia neque mors neque vita... poterit nos separare à charitate Dei, concordet cum illo (Ecclesiastis 9, 1): Nescit homo, utrum amore un orio dignus sit. Item cum illo (1 Cor. 9, 27): *Castigo corpus meum... ne fortè, cum aliis prædicaverim ipse reprobis efficiar. Nonne hic duo posteriores textus negant, hominem esse certum de sua salute et prædestinatio, quod duo priores asserunt?* 1044**
- Quest. VI. Quomodo illa verba (ad Rom. 8, 26): *Ipse Spiritus postulat pro nobis, gemitis inenarrabilibus, intelligenda sint, aut quomodo Spiritus S. verus Deus postulet et genit?* 1045
- Quest. VII. Quomodo illud (ad Rom. 10, 11): *Omnis, qui credit in illum, non confundetur, intelligendum;* cùm tamen dñmones confundantur, etiamsi ipsi quoque (juxta effatum Jacobi cap. 2, v. 19) credant et contremiscant? pag. 47. Ibid.
- Quest. VIII. Quomodo illud (ad Rom. 12, 19): *Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ, conveniat cum alii Pauli effato (2 Timoth. 4, 16) dicentis, se defendi se seipsum. Ibid.*
- Quaest. IX. An illud (ad Rom. 12, 20): *Carbone ignis congrex super caput (subintellige, iniuncti tui), concordet cum illo (Ecclesiastici 8, 13): Non incendas carbones peccatorum, arguens eos. An hi duo textus sibi consentient?* Ibid.
- Quest. X. Quomodo illud (ad Rom. 14, 23): *Omne, quod non est ex fide, peccatum est, differat à propositione 23 Barnabā à Sede apostolica damnata, et asserente, omnina opera infidelium esse peccata?* 1046
- Cap. II. De Epistola 1 et 2 ad Corinthios. Ibid.
- Quest. I. Quomodo illud (1 Cor. 1, 17) Pauli dicentis: *Non misi me Christus baptizare, eum verbis Christi (Matth. ult. v. 19) ad Apostolos dicentis: Docete omnes gentes, baptizantes eos, etc., concordet?* Ibid.
- Quest. II. Quomodo illud Pauli effatum (1 Cor. 5, 8): *Qui... plantat et qui rigat, unum sunt, cum alio ejusdem effato (ibid. v. 6): Ego plantavi, Apollo rigavi, concordet? An Paulus et Apollo sunt unus aut unum?* 1047
- Quest. III. Quomodo illud Pauli effatum (1 Cor. 7, 1): *Bonum est homini, mulierem non tangere, cum illis Dei verbis (Gen. s. 2, 18): Non est bonum hominem esse solum, consentiant?* Ibid.
- Quest. IV. Quomodo verba illa Pauli (1 Cor. 7, 8) de innuplis et viduis dicentis: *Bonum est illis, si sic permaneant sicut et ego, concilianda sint cum aliis ejusdem in verbis (1 Cor. 9, 5): Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi. An hæc verba non immunit, Paulum habuisse uxorum?* Ibid.
- Quest. V. Quomodo illud (1 Cor. 10, 2): *Omnes (Israelite transiit per mare Rubrum) in Moyse baptizati sunt in nube et in mari, concordet cum illo (Exod. 14, 22): Ingressi sunt filii Israel per medium siccii maris. Quomodo hi baptizati sunt, si siccii vadum transiuerunt.* 1048
- Quest. VI. Quomodo effatum Pauli (1 Cor. 10, 4), *Petrus erat Christus, conveniat cum effato ipsius Servatoris ad Petrum (Matth. 16, 18) dicentis: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, h. e., petra?* 1049
- Quest. VII. Quomodo illud Pauli (1 Cor. 10): *Omne quod vobis apponitur (etsi idolis immolatum fuerit) manducate, concordet cum illo Apostolorum decreto (Actor. 15, 29): Visum est Spiritui S. et nobis... ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum?* Ibid.
- Quest. VIII. Quomodo illud (1 Cor. 10, 35): *Per omnia omnibus placebo, conveniat cum illis Pauli verbis (ad Galat. 1, 10): Si adhuc hominibus placarem, Christi servus non essem?* Ibid.
- Quest. IX. Quomodo intelligendum illud (1 Cor. 11, 14): *Vix quidem si communia nutriri, ignoramus est illi; cùm tamen Samson (Judic. 16, 17), et omnes Nazarei (Num. 6, 5) comam laudabiliter nutriverint?* 1050
- Quest. X. Quomodo illud Pauli (1 Cor. 13, 7) *charitas omnia credit, conveniat cum verbis (Ecli. 19, 4): Qui cito credit, levis est corda?* Ibid.
- Quest. XI. Quomodo illud (1 Cor. 14, 51): *Potestis enim omnes per singulos prophetare, concordet cum illis verbis (1 Cor. 15, 20): Numquid omnes Prophetæ? numquid omnes doctores?* Ibid.
- Quest. XII. Quomodo expoundantur sint illa verba (1 Cor. 15, 20): *Nasic autem Christus resurrexit à mortuis, primi dormientium, seu primus resurgentium; cùm tamen iam in morte Christi ante hujus resurrectionem (Matth. 27, 52) monumenta aperta sint: et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerint?* Ibid.
- Quest. XIII. An bona sit illa Pauli argumentatio (1 Cor. 15, 29): *Alioquin quid facient, qui baptizantur*

pro mortuis, si omnia mortui non resurgunt? Et quid hoc loco intelligatur per baptismum pro mortuis?

1051

Quest. XIV. Quem sensum habeant verba illa (1 Cor. 15, 51) : *Omnis resurrexit, sed non omnes immutabuntur. Numquid omnium, seu electorum, seu reproborum corpora mutabuntur in perpetuo duratura?*

1052

Quest. XV. Quomodo illa Pauli verba (2 Cor. 1, 8) : *In Asia... supra modum gravata sumus supra virtutem, ita ut iaderet nos etiam vivere, convenient cum alio ejusdem effato (1 Cor. 10, 13) : Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis?*

Ibid.

Quest. XVI. Quomodo illud Pauli (2 Cor. 11, 4) : *Si (pseudo apostolus) alium Christum praedicat, quem non praedicavimus; aut aliun spiritum accipitis, quem non accepistis; aut aliud Evangelium, quod non receperatis, recte pateremini, cum alio Pauli dicto (ad Galat. 1, 8) : Licit... Angelus de celo evangelizet vobis præterquam quod evangelizamus vobis, anathema sit, concordet?*

Ibid.

Quest. XVII. Quomodo haec Pauli verba (2 Cor. 11, 18) : *Quoniam multi gloriuntur secundum carnem, et ego gloriabor; cum effato ejusdem Apostoli (ad Galat. 6, 14) : Mithi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi concordent?*

1053

Quest. XVIII. Quodnam sit illud *tertium eulum*, in quod Paulus (2 Cor. 12, v. 2) raptus fuisse dicitur?

Ibid.

Quest. XIX. Quomodo illud (2 Cor. 13, 7) : *Oramus, ut nos, quod bonum est, faciatis; nos autem, ut reprobis simus, cum illis Apostolis verbis (1 Cor. 9, v. 27) : Castigo corpus meum, ne fortere, cum alio praetaverim, ipse reprobos efficiat, conciliandum sit?*

1054

Cap. III. — De Epistolis ad Galatas, ad Ephesios, ad Philipponenses, ad Colosenses et ad Thessalonicianos.

Ibid.

Quest. I. Quomodo inter se consentiant haec duae narrationes, dum Paulus (ad Galat. 4, 17) ait se statim post conversionem suam non venisse Jerosolymam, sed abisse in Arabiam; cum tamen (Actor. 9, 26) narretur, quomodo Paulus post conversionem suam Damasco fugiens, venerit Jerosolymam?

1055

Quest. II. Quomodo illorum Pauli verborum (ad Galat. 2, 7) : *Creditum est mihi Evangelium præputi sicut Petro circumcisum, veritas salverut, cum (ex Actor. cap. 10) constet Petrum etiam gentilibus, et (ex Actor. cap. 13) Paulum etiam Iudeis evan gelizasse?*

Ibid.

Quest. III. Quomodo verificetur illud (ad Galat. 4, v. 25) : *Sina mons est in Arabia, qui conjunctus est ei, quæ nunc est in Jerusalem; cum tamen mons Sina et Jerusalem non conjungantur, sed multis milliaribus dissident?*

1056

Quest. IV. Quomodo illud (ad Galat. 6, 2) : *Alter alterius onera portare, cum illo (ibidem v. 5) : Unusquisque onus suum portabit, concordet?*

Ibid.

Quest. V. Quomodo illud (ad Ephes. 5, v. 18) : *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, cum verbis (Judic. 9, 13) : Vinum... latificat Deum et homines, consentit?*

Ibid.

Quest. VI. Quem sensum habent illa verba (ad Ephes. 5, 25 et 27) : *Christus dilexit Ecclesiam, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam..., sed ut sit sancta et immaculata; cum tamen multi sint in Ecclesia peccatores, imo reprobi?*

Ibid.

Quest. VII. Quomodo effatum Pauli (ad Philipp. 2, 12) : *Cum metu et tremore vestram salutem operamini, cum verbis (1 Joan. 4, 18) : Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mituit timorem, conciliandum?*

1057

Quest. VIII. Quomodo intelligendum illud (ad Coloss. 1, 24) : *Adimpleo ea, que desunt passionum Christi. An passio et satisfactio Christi fuit incomplete et insufficientis?*

Ibid.

Quest. IX. Quomodo illud (ad Coloss. 2, 11) : *Circumcisus es tu circumcisione non manufacta in exploitatione corporis carnis; sed in circumcisione Christi, intelligendum? An ergo circumcisione Christi non fuit manufacta, seu secundum carnem?*

1057

Quest. X. An ex illis Pauli verbis (1 Thessal. 4, 16) : *Nos qui vivimus, qui relinquimus, simul rapientur in nubibus obviam Christo, sequatur non omnes ante extremum generale judicium morituros; cum tamen idem Apostoli (ad Hebr. 9, v. 27) expressè dicat: Statutum est hominibus semel moriri?*

Ibid.

Quest. XI. Quomodo illud de Antichristo dictum (2 Thessal. 2, v. 4) : *Adversatur et tollitur contra omnem, quod dicitur Deus, aut quod colitur, concordet cum illa de Antichristo predicatione (Daniel. 11, 38) : Deum autem Moazim in loco suo venerabitur. Num Antichristus poterit simul se extollere supra omne, quod dicitur Deus, et tamen colere et adore idolum Moazim?*

1058

Quest. XII. Quomodo illa Pauli de Antichristo predictio (2 Thessal. 2, 8) : *Quem Dominus Jesus interficiat spiritu ori sui, concilianda sit cum verbis (Apoc. 19, 20), ubi dicitur bestia, id est, Antichristus vivus mittendus in infernum. Quomodo Antichristus et interficietur a Christo, et tamen vivus in gehennam precipitabitur?*

1058

Cap. IV. — De Epistolis ad Timotheum, ad Titum et ad Philemonem.

1059

Quest. I. Quomodo illud (1 Timoth. 1, 9) : *Lex justa non est posita, coniugit cum verbis (ad Rom. 13, v. 5) : Subdit estote non solum propter fratrem, sed etiam propter conscientiam?* Quomodo justus potest esse liber à lege, et obligatus lege?

Ibid.

Quest. II. Quem sensum habet illud (1 Timoth. 2, v. 14) : *Adam non est seductus; cum tamen ab Eva fuerit seductus?*

1060

Quest. III. Quomodo illud (1 Timoth. 2, 11) : *Docere autem mulieres non permittit, concordet cum verbis Apostoli (ad Titum 2, 3) : Anus similiter in habitu sancto... bene docentes, etc.*

Ibid.

Quest. IV. Quomodo illud (1 Tim. 4, 3) : *Abstinere à cibis, quos Deus creavit, doctrina est demoniorum, conciliari possit cum decreto Apostolorum (Actor. 15, 28) : Visum est Spiritu S. et nobis, nihil ultra imponere vobis (i.e., gentibus ad Christum conversis) quam ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocatio?*

Ibid.

Quest. V. Quomodo illa Pauli verba (1 Timoth. 5, v. 14) : *Volo juniores (viduas) nubere, concordet cum his (1 Cor. 7, v. 7) : Volo omnes vos esse sicut me ipsum, nempe servare virginitatem?*

1061

Quest. VI. An ex hoc Pauli effato (ad Titum 1, 14) : *Omnia munda mandis; coquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sequatur, quod juxta doctrinam Pauli omnia infidelium opera sint peccata?*

Ibid.

Quest. VII. Quomodo verisimile reddatur, quod Paulus Epistolam ad Philemonem ex divina inspiratione scripsit; cum ea privatum negotium, nempe ad profugum servi (Onesimi) commendationem pertinet?

Ibid.

Cap. V. — De Epistola ad Hebreos.

1062

Quest. I. An D. Paulus Apostolus sit auctor Epistolæ ad Hebreos?

Ibid.

Quest. II. Quæ lingua Epistola ad Hebreos originaliter scripta sit?

1070

Quest. III. An Epistola ad Hebreos sit canonica?

1073

Quest. IV. Quomodo verba illa (ad Hebr. 5, v. 7) de Christo scripta: *Qui... preces... cum clamore valido et lacrymis offerens (in Oliveto et pendens in cruce) exaudiens est pro sua reverentiâ, conciliari possint cum illis Christi verbis (Matth. 27, 46) : Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?*

1087

Quest. V. Quis fuerit Melchisedech, de quo (ad Hebr. 7, 5) dicitur, quod fuerit sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vite habens?

Ibid.

Quest. VI. Quomodo verba (ad Hebr. 13, 11) : *Quo-*

- rum animalium infertus sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra casta, cum verbis (Lev. 7, 6) : *Omnis maculus de sacerdotiū genere in loco sancto vescetur his carnibus, quia Sanctum sanctorum est, concilianda sint?* 1088
- PARS NONA. SEPTEN. EPIST. CATHOL. ET APOCALYPsis.**
- Sectio I. De septen Epistolis catholicis. 1089
 Caput I. — De Epistola B. Jacobi. *Ibid.*
 Scopus, argumentum, auctor hujus Epistole. *Ibid.*
 Questio I. An et qualis Jacobus sit profectus in Hispanias? 1091
 Quest. II. An haec Epistola sit canonica? 1092
 Obiectum 4. Ex Euseb. S. Hieronymo et silentio plurium veterum.
 2. Ex antilogis apparentibus.
 3. Ex textu illo : *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Jac. 2, 10. 1093-1097
 Cap. II. — De duabus Epistolis B. Petri Apostoli. 1097
 Argumentum Epistola utriusque.
 Questio I. An Epistola 1 B. Petri est canonica? *Ibid.*
 Quest. II. De sensu textus: *His, qui in carcere erant, spiritibus veniens predicavit, etc.*, 1 Petr. 3, 19 et 20. *Ibid.*
 Quest. III. De sensu verborum: *Salutat vos Ecclesia, quae est in Babylonie.* 1 Petr. 5, 13. 1098
 Quest. IV. An Epistola secunda B. Petri est canonica?
 Quis ejus auctor?
 Difficilis 4, ex diversitate styli.
 2. Ex defectu acceptationis omnium Ecclesiarum:
 5. Ex circumstantia temporis, ut vult Grotius:
 4. Et quod Syri veteres eam in canone suo non habent.
 1099-1101
 Quest. V. De sensu verborum: *Cosci autem, qui nunc sunt, et terra eodem verbo depositi sunt, igni reservati trieri iudicii.* 2 Petr. 3, 7. *Ibid.*
 Cap. III. — De tribus Epistolis B. Joan. Apostoli. 1102
 § 1. De Epistola B. Joannis Apostoli prima. *Ibid.*
 Questio I. Cur mandatum dilectionis proximi haec epistola cap. 2, 7, vocat vetus? *Ibid.*
 Quest. II. Quomodo Christus est propitiatio pro peccatis etiam illorum, qui ante ipsum jam mortui erant, et quorum plurimi erant dannati? *Ibid.*
 Quest. III. De sensu verborum 1 Joan. 2, 18: *Antichristi sunt multi.* An Joannes non contradicit Paulum, innuenti, Antichristum esse unicum? 2 Thes. 2, 3 et 8. 1103
 Quest. IV. Vindicatur periocha illa 1 Joan. 5, 7: *Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus.* 1104
 § 2. Epistola 2 S. Joannis. *Ibid.*
 Questio I. Quo sensu dicitur 2 Joan. 10: *Nolite recipere cum (haereticum) in domum?* *Ibid.*
 Quest. II. Domina, ad quam scribit S. Joannes, vocatur ELECTA. Quomodo coharet, quod postea eidem dicit v. 13: *Salutem te filii servis tuae ELECTE?* 1105
 § 3. Epistola 3 S. Joannis. *Ibid.*
 Questio unica. Quis est SENIOR ille, de quo dicitur versus primo: SENIOR Caio charissimo? *Ibid.*
 Cap. IV. — Epistola S. Iudea. *Ibid.*
 Questio I. Quomodo v. 5, dicitur: *Jesus populum de terra Aegypti salvans?* cum primum annis postea natu sit? 1106
 Quest. II. V. 9, dicitur: *Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercarteret de Moysi corpore, non ei aures inferre iudicium blasphemus, etc.*; quo sense haec intelligenda? *Ibid.*
 Sect. II. De Apocalypsi. 1107
 Cap. I. — Argumentum et obscuritas Apocalypses. *Ibid.*
 Questio I. An hic Eber recte vocatur Apocalypsis? 1108
 Quest. II. Cur est scriptio tantum obscuritate?
 1. Assignantur ejus rei causæ septem.
 2. Refutantur increduli, querentes ad quid serviat liber tam obscurus.
 3. Iudicantur adhuc aliae septem cause obscuritatis communis tam Apocalypsi, quam aliis libris divinis. 1108-1113
 Quest. III. De arguento Apocalypses. Cur ejus explicatio nobis facilior quam interpretibus antiquis? Cur putabant illi, veteres tam vicinum mundi ille? 1113
 Quest. IV. An saltem nobis mundi finis propinquus est? Quamdiu durabit? 1114
 Cap. II. — Error Chiliastrarum. Antilogie apparentes Apocalypses. 1117
 Quest. I. An Chiliasmæ habent fundamentum in Apocalypsi?
 1. Chiliastrarum duæ sunt classes.
 2. Male exponunt caput Apocalypses vigesimum.
 3. Ejus sensus genuinus indicatur, et ostenditur decipio. 1117-1119
 Quest. II. An Apocalypsis habet Antilogias: Habet tantum apparentes. Tales sunt:
 1. Apoc. 4, 7 et 8, dicitur: *Animal primum simile leonis, secundum simile vituli... Singula habent alas sensa; contra ac dictur apud Ezechiel 1, 6.*
 2. Apoc. 4, inducentur predicta animalia loquentia; dicitur agnus accepisse librum, et rescrisse; dicitur aquila clamasse modo humero; dicuntur stellæ cedidisse de celo; dicitur stella data clavis abyssi, que omnia videntur absurdia.
 3. Joannes videtur sibi contradicere. Cap. 5, vi 3 et 4, dicit: *Nemo poterat respicere librum;* cum versu primo dicat se vidisse eum *scriptum intus et foris.*
 4. Apoc. 5, 12, dicitur: *Agnus, qui occisus est, dignus accipere divinitatem,* eum canit Christus iam à primo instanti nativitatibus habuerit.
 5. Apoc. 7, 4, dum recensentur omnes tribus Israel, omissa est tribus Dan.
 6. Alibi dicitur (Apoc. 4, 19): *Apertum esse in celo templum Dei;* alibi (Apoc. 21, 22) non esse templum in celo.
 7. Apoc. 21, 4, dicit visa in celo *Mulier clamans, et cruciata partus doloribus;* cum c. 21, v. 4, legatur: *In celo neque clamor, neque dolor erit ultra.*
 8. Apoc. 13, 8, Christus dicitur occisus ab origine mundi.
 9. Apoc. 20, 4, 2, Satanas dicitur *ligatus et clausus in abyso, ut non seducat genes;* contra 1 Petr. 5, 8, dicitur, circuere, querentes quem devoret.
 10. Apoc. 20, 11, dicitur: *Fugit terra et celum,* etc.; contra Ecclesiastes, cap. 1, v. 4, dicit: *Terra autem in aeternum stat.*
 11. Apoc. 20, 14, dicitur: *Infernus et mors missi sunt in stagnum ignis,* atqui hoc stagnum ignis est in inferno.
 12. Apoc. 21, 16, dicitur: *Longitudine et altitudo, et latitudo eius* (Hierosolymæ ecclesiæ) *æqualia sunt;* postea v. 17, dici videtur contrarium. 1119-1123
 Cap. III. — De auctore Apocalypses, de libro Vite, de numero salvandorum, etc. 1123
 Questio I. An libri hujus auctoris est S. Joannes Apostolus? Respondetur affirmativè. Nec obstat
 1. Quod olim quidam de hoc dubitaverint.
 2. Quod stylus sit nonnulli diversus.
 3. Quod alias S. Joanni non fuerit usitata proprii sui nominis commemoratione. 1125-1127
 Quest. II. An hic liber est canonicus?
 1. Marcionita Apocalypsim habuerè pro Scripturâ non canonica.
 2. Etiam quidam Catholicoi de hoc olim dubitabant.
 3. Indubitate nunc tenetur, et teneenda est pro Scripturâ canonica.
 4. Argumenta in oppositum nullam habent vim. 1127-1129
 Quest. III. Quid est liber Vite? Quid in eo scribi, ex eo deleri?
 1. Liber Vite est ipsa Dei notitia, quia scit infallibiliter et immutabiliter predestinatos à se ad vitam eternam.
 2. Non obstat, quod apud Ecclesiasticum, cap. 14, v. 13, *lex Dei* dicitur liber Vite.

3. Neque quòd alibi dicantur deleri posse, qui scripti sunt in libro Vita.
 4. Nec denique, quòd oret Ecclesia in missà : *Ut omnium fideliū nomina beatæ prædestinationis liber ad scripta retineat.* 1129-1133
 - Quest. IV. An plures homines sunt salvandi, an dannandi?
 1. Numerus salvandorum absolutè consideratus est maximus.
 2. Sumptus *comparativè ad omnes homines* est minor numero non salvandorum.
 3. Si sermo est de solis Catholicis, tam adultis, quām parvulis ante usum rationis morientibus, numerus salvandorum est major.
 4. Sin de solis adultis, res est dubia.
 5. Argumenta pro et contra expenduntur. 1133-1138
 - Quest. V. Cuius natura est excludum empyreum?
 1. Non est totum solidum, ut quidam veteres volvēre.
 2. Est immutum, nec volvitur in gyrum.
 3. Est lucidissimum.
 4. Est altitudinis et amplitudinis plus quād dici possit.
 5. Nec obstat, quòd Angeli et animæ beatæ veluti momento ad nos descendant è cœlo et illuc revertantur. 1138-1140
- Cap. IV. — De Arbore vite, deliciis sensuum, aureolis. 1140
- Questio I. An verè in cœlo datur fluvius, et utrinque posite arbores, ut innuit S. Joannes Apoc. c. 22, v. 1 et 2. • *Ibid.*
- Quest. II. An beati in cœlo habent etiam sensuum delicias?
1. Beatorum corpora post resurrectionem habebunt quatuor dotes glorioas.
 2. Habebunt etiam omnes sensus, modo summè perfecto.
 3. Etiam sensuum delicias, sed purissimas.
 4. Visus beabitur maximè aspectu corporum beatorum, præcipue Christi domini
 5. Auditus percipiet suavissima cantica beatorum laudantium Deum.

6. Quoad idioma beatorum in cœlo, quale sit, variae sunt variorum sententiae, que referuntur hoc loco.
 7. *Odoratus* percipiet odorem suavissimum corporum gloriosorum.
 8. Etiam gustus habebit ibi suam voluptatem, etsi de hoc sensu quidam dubitant.
 9. Demùm et *tactus* habebit multiplici ratione nulla tamen impuritate aut foeditate permixtam. 1141-1147
- Quest. III. De aureolis.
1. Explicatur *nomen aureole et res.*
 2. Non omne premium accidentale est aureola.
 3. Tantum tres sunt, et cur?
 4. In quo consistant, variae referuntur sententiae.
 5. Quævis aureola sub aliquâ consideratione habet aliquam excellentiam præ alterâ.
 6. Simpliciter tamè eminet aureola martyrii. 1147-1149
- Caput ultimum. — Solvitur cavillatio ultima incredulorum contra Apocalypsim et S. Scripturam universæ. 1149 et seq.
- Quest. unica. An in Apocalypsi, vel quovis alio S. Scripture libro, aliqua continentur, que sunt vera secundum fidem, falsa secundum rationem?
1. Error circa hoc Petri Pomponati.
 2. Nec in Apocalypsi, nec alibi in Scriptura continetur dogma verum secundum fidem, falsum secundum rationem.
 3. Proin foedissimè etiam erravit Spinoza, dicens plurima dogmata nec umbram veri habere.
 4. Similiter errant qui dicunt non debere philosophum ullo modo attendere ad fidem vel revelationem.
 5. Aliud tamen est esse *supra*, aliud *contra* rationem.
 6. Revelata possunt esse *supra*, non *contra* rationem.
 7. Increduli turpiter errant, cum dicunt quod est supra rationem, eo ipso jam esse et contra rationem;
 8. Aut saltē non esse conforme rationi.
 9. Aut illum imprudenter agere qui credit quod non capit.
 9. Quid responderit S. Bernardus Abelardo, volenti mysteria fidei per solam rationem explicare?

FINIS TOMI QUARTI SCRIPTURÆ SACRÆ.